
RAdix cãdida apud Hippocratẽ quæ ſit 41.4.11
raia 38.3.51
rantium pomũ 71.2.2
raphanus uitibꝰ inimicus
raphys ib.6 (36.3.42
rapina eodem 2.57
rapitium ibidem
rapũ unde dictũ eodẽ 3.6
raudera & rauduſcula,ſiue rauduſculana porta Romæ 71.1.65
raudũ ſiue rodũ æs ibidẽ
requieta oua 27.2.51
rhodiaca olla 13.1.5
rhodonia ibidem 1
rhoduntia patella ibidem
ῥοιὰ ὄξος 16.3.11
ῥοιὰς ἁλᾶς ibidẽ
ῥύγχος 4.4.7
rhyton 28.1.39
ricinus 64.3.39
roboris quatuor gña 14.3
robur 71.2.37 (37
roratio 67.1.62
roſa qũo adrubuerit 13.2.
roſalia eodẽ 1.25 (20
roſa prȩcoxqũo fiat ib.64
rubeta 25.1.59
rubetra 9.4.61
rubigo 71.2.35
rumex 36.4.55

SAgda 5.3.30
ſalamandra 28.1.17
ſalaria uia 74.2.61
ſales ibidem 60
ſalgamum 18,1.1
ſalgamanus ibidem 2
ſalinare 70.3.55
ſalicaſtrum 65.4.1
ſalinas quis primus inſtituerit 74.2.62
ſalis uaria genera ibi.35
ſalſamentũ,& eius multa genera 25.3.17
ſalſamentũ elephãtinũ ib.
ſamara 10.4.8 (32
ſandaloꝝ tria gña 5.3.62
ſandix Indica 55.1.23
ſandyx 71.4.48
ſanguiculus 30.4.14
& 25.4.16
ſanguis qũo ſiſtẽdus 20.4
ſanſæ 14.1.21 (56
ſanſarij ibidem 26
ſanterna 71.2.55 & eodẽ 3.9
ſapa 68.1.11
ſaperda 25.3.40
ſarcophagꝰ lapis 75.4.63
ſardianus mundus 5.3.27
ſardianę glandes 15.2.44
ſardoa herba 42.3.32
ſaron 14.3.40
ſaronicus ſinus ibidẽ
& eodem 4.24
ſatyrion 52.1.14 & 38
ſatyriſmos ibidẽ 36 & 47
ſatyriaſis ibidem
ſaura 28.4.30
ſcabioſa herba quę 54.3.39
ſcabies fici morbus 14.2.9
ſcãdicis deſcriptio 39.4.37
ſcaphus 35.4.50
ſcari duplices 26.2.11
ſchen 57.1.51
ſchœnis Venus cur dicta
ſcincus 29.1.13 (57.1.44
ſcirpus quo in genere conſtituatur 57.1.6
ſciſſima fagus 15.1.16
ſclauolæ 14 1.51
ſcolopẽdra cimices ſuffitu necat 26.1.54
ſcolex 71.2.34 & 43
ſcordum à ſcordio differt 40.4.33
ſcorpiuron 66.2.40
ſcropha 26.3.10
ſcrutea 35.3.28
ſcrutũ ibidẽ 13 & 34.2.4
ſcytale 24.2.33
ſecaculis herba quę 10.2.30
ſecos 14.2.26
ſecula 51.3.50 (63
ſecuridaca cur dicta 52.1
ſedo Glaucus immortalitatẽ conſecutus 60.1.31
ſeliquaſtrum 41.2.52
ſenna 65.1.9
ſeps 26.1.64.28.4.48 ib.56
ſequior ſexus 29.3.26
ſeres uermiculi & populerilla 64.1.6 (lus 34.2.36
ſerra unde inuenta 50.1.20
ſeuũ,eorum quæ nõ rumi nant 30.1.51
ſida 52.4.53
ſide 16.3.3
ſilago 38.3.63
ſil 72.1.61
ſilatum 72.2.57
ſiligo 33.4.7 &c.
ſilphij utilitas 48.3.58
ſinapiſmus 41.1.4
ſiſarum 36.4.39
ſiticines 11.2.64
ſmilax quæ ſit 15.2.19
ſmynthius Apollo cur dictus 29.2.26
ſmyrna 0.1.34
ſocioli 35.1.39
ſolſtitiales herbę 45.4.23
ſpadices 16.1.4
ſpatha 15.4.63
ſpathe 5.4.49
ſpathiuros 24.2.42
ſphæritis 41.3.46
ſphecle 75.2.11
ſphragis 73.2.34
ſpina Calabrix 13.3.13
ſpinarũ genera ibidẽ 24
ſpondylio 30.3.41
ſpolia 32.4.55
ſpongia 74.2.20 & 77.2.36
ſquama 3.3.62
ſταῖς & alia eiꝰ noïa 30.1.64
ſτάχυς Galeno quid 2.1.46
ſτίαρ & aliæ eius appellationes 30.1.64
ſtellare 28.2.49
ſtellatura & ſtellionatus unde ibidem 42
ſtellio 28.1.30
ſtephanoma 61.3.16
ſtilago 38.3.64
ſtion 54.3.47
ſtipa ibidem 36
ſtrepte 14.2.29
ſtrobili 7.3.27
ſtrobi 0.2.19
ſtrios 35.1.13
ſtruſetani ibidem 12
ſtrutheum 41.3.19
ſtruthion ibidem 17
ſtypos & ſtypion 54.3.43
ſtyraces 0.1.56
ſuber 15.2.4
ſuccida lana 30.1.1
ſuccidia ibidem 5
ſuccinum 31.1.64
ſuẽ p̃cipue alẽtia 26.4.32
ſues laring eodẽ 3.22
ſues pe-

ſues petalides ibidem
ſuis uariæ appellationes eodem 2.38
ſulfur quid 74.1.22
ſuſa unde dicta 6.1.61
ſuſon ibidem
ſuũ anginæ peculiare remedium 54.4.16
ſycia 39.1.62
ſycites Liber pater 21.1.56
ſycomora 56.4.60
ſycotosſus 26.4.30
ſymphoniaca herba 17.2
ſyria herba 6.2.43 (53
ſyrium eodem 1.56
ſyrmæa 36.3.45
ſyrnea ibidẽ 51
ſyrupa 6.1.60
ſyrupi unde dicti ibidẽ

TAlus in ſue 27.4.57
tamanrindi 16.1.64
tamiſos 30.1.35
taratantulæ 28.1.36
taricha oua 27.2.30
tauræ 30.2.53
tauri ibidẽ 56
teda 7.2.62
telephion apud Theocritum quid 38.1.15
telephion, cõmune multis herbis nomẽ 43.3.1
teramos 35.4.18 &c.
termes 14.2.11
tetragnathus 28.3.18 & 24
tetralix 11.4.35
tetrox auicula 23.1.25
τέττιγος 27.2.56
τευθίς 24.4.13
thaleæ 14.1.46
thali ibidem
theamedes lapis contraria magneti natura 76
thericlei calices 7.4.64 (3.1
thunni 14.4.5
thurio ſiue thurſio 24.4.63
thus unde dicat̃ 0.3.47
thya arbor 18.3.43 EO.4.4
thymbra 46.2.4
thyomata 5.3.4
tibię ludicrę 19.2.60
tibię elephantinę ibidẽ
tibiaꝝ genera 11.2.16
tibicines ibidẽ 14
tinnunculi aues 34.2.25
tineę quomodo abigendę 48.2.17
tipha 33.3.26 ib.31 & 51.2.8
τρακταίζειν 32.4.36
tragos 33.4.61
tragos, uitis morbꝰ 67.1.55
triblion 9.4.55
trimma 70.2.29 EO.3.37
tritici diſcrimna multa 32
tritici genera eo.3.10 (1.29
triumphantium corpora minio lini ſolita 72.3.41
τροίπηλις 40.4.41
trogetes arbor 18.3.41 & eodem 4.4
trophalis 29.2.40 EO.
tropia 69.2.35 (3.10
typhodes 33.3.64

VAgina 32.1.18
uappa 69.4.53
uenenũ terrę 44.1
ueneris ſomnia qũo (5 inhibenda 71.3.37
uenus uirorũ quomodo inhibenda 60.4.58
uerbena 57.2.56
uerbenę effectus à magis crediti eodem 3.10
uerbenę, frõdes omnes ſacrę purę́q́ꝫ, dictę ibi.2
uermiculum 55.1.25
uermiũ uarię appellationes 29.1.31 & 74.2.17
ueſcę 28.4.15
ueſtis monocoros, dicoros, tricoros, tetracoros pentacoros 56.3.62
ueteramenta 26.4.42
ueteratores uñ dicti ib.
uibones 53.4.47
uicia unde dicta 67.1.44
uictus gẽtium quarundã ante panis uſum 19.1.26
uincaperuinca 63.1.46
uina circũcidanea ſiue circũciſita 69.2.45
uina pręliganea ibidẽ 43
uina ſpurca ibidẽ 38
uinũ autites ibidẽ 27
uinũ βιαῖον ibidẽ 14
uinũ Chium eodẽ 1.3
uinũ dubium eodẽ 2.41
uinũ phthoriũ qũo fiat, & ad quid proſit 70.4.9
uiolaꝝ genera 51.4.5
uiola unde dicta ibidẽ 32
uippa 72.2.65
uiſci confectio 49.3.17
uiſci genera eodẽ 2.51
uitelli in ouo uarię appellationes 27.2.48
uitis ubi primùm nata 67 2.26
uitis ubi & à quo primùm ſata 69.1.9
uitis unde dicta 67.1.38
uitiũ genera multa ib.16
uitulamen 30.3.4
uiuiradix ibidem 6
unctores & reũctores 5.3
unguen 30.2.31 (43
unguenta amaracina 6
unguẽta Veneri dicata (2.56 5.2.63
unguentarij à Lacedæmonijs urbe pulſi ibidẽ 58
unguenti nomẽ quis primus uſurparit ibidẽ 65
unguentũ Aegyptiũ 6.3.38
unguentoꝝ noia 5.3.8
unguentũ prætioſum uili infuſum, natat ibidẽ 22
unguentaria nux 64.1.65
ungues in roſa 13.1.23
uoci ficus officiũt 21.4.23
uoluoces 78.1.38
uolupia 50.2.4
uria 30.4.56
urinatorium 23.2.13
uroſci 0.1.55
uruncus 32.1.24

XYlaloë 3.4.64
xiphias herba à lõchiti differt 55 (2.9
xiphias piſcis ibidem 24

YΔρέλαιον 4.3.48
ὑπέρωρος 0.1.22
ὑσγινοβαφῶ 57.4.23

ZAcelides 36.3.2
zapetion 3.4.53
zygia 8.1.62
zythi appellationes uariæ 33.2

FIINS.

LOCORVM IN HERMOLAI COROLLARIO SPARSIM APUD AUTORES VEL RESTITUTORVM IN MELIUS, VEL SCITIUS EXPLICATORUM, CATALOGUS.

Aeliani Folio 19. columna 1. linea 23
Aëtij 19.2.14 & 20 3.18 & 34.1.61 & 63.4.23
Ambrosii 23.3.62
Apuleij 43.2.46
Aristotelis 21.4.60 & 31.2.26 & 50.3.4 & 55.1.7
Ausonij 25.4.53 & 26.1.1
Autorum quorundam 14.2.58
Catulli 37.3.57
Columellæ 18.1.62 & 28.1.10 & 33.3.36 & eodem 4.38 & 34.3.5 & 46.2.20 & eodem 3.12 & 51.2.22 & 114.14 & ibidem 45
Diodori Siculi 34.1.27 & 9.2.7
Dioscoridis 1.3.6 & ibidem 9 & 2.1.55 & 2.2.33 eodē 3.46 & 4.2.32 & 9.2.5 & 13.4.7 & 27.3.10 & 38.34 & 40.4.26 & 42.3.20 & eodē 4.31 & 43.2.46 & eodē 3.58 & 51.3.12 ibidē 33 & 54.1.48 & 55.4.19 ibidē 46 & 65.1.56 & 0.1.24
Festi 56.3.3
Gellij 17.3.34 & 36.1.59
Hieronymi ad Demetriadem 3.4.46
Hippocratis 7.4.4 & 20.4.45 & 21.1.9 & 57.2.14 & 60.2.33
Homeri 18.3.54 & 30.4.64 & 46.1.42
Imperialium legum 74.2.7
Iulij Capitolini 74.2.12
Iulij Pollucis 4.4.12 & 6.3.2 & 33.1.14 & 69.3.20
Nicandri 28.4.37
Palladij 33.1.56 & 73.17 & 8.3.47
Pauli Aeginetæ 1.2.11 & 53.3.9
Plinij Iunioris 44.3.60
Plinij Secūdi 1.3.35 & 1.4.26 & 2.1.29 & eodē 2.12 ibidem 37 ibidē 39 ibidem 44 ibidē 54 & 3.2.59 & 4.4.56 & 6.1.24 & 5.1.22 eodē 2.2 & 0.1.9 & eodē 4.12 & 7.2.14 eodē 3.47 & 13.1.4 eo.2.4 eo.4.30 & 17.2.62 eodē 3.42 & 24.3.48 & 29.1.8 eodē 335 & 38.4.59 & 42.1.58 & 44.4.36 & 46.3.41 ibi. 61 & 47.1.35 & 51.1.54 & 52.3.1 ibidē 42 & 53.2.18 ibidē 24 & 54.2.55 & 56.1.51 & 56.3.14 & 58.2.6 ib. 10 & 59.1.57 & 61.1.16 & 65.2.63 eodem 3.7 & 75 1.56
Plauti 26.4.26 & 33.4.47 & 34.3.29 & 54.1.41
In Cassina 67.4.15
Persa 35.3.26
Pœnulo 57.1.25
Truculento 37.1.41
Plutarchi 4.1.52
Spartiani 23.3.14
Statij 31.4.1
Strabonis 28.1.26 ibidem 34
Theodori Gazæ 29.1.54 & 38.3.55
Theophrasti 6.4.36 & 11.1.56 & 12.2.35 & 21.2.2 & 38 4.59 & 47.4.57 & 48.2.21 & 51.4.43 & 56.1.46 & 64.4.28 & 70.4.17
Vitruuij 23.2.8 & 69.1.15
Varronis 26.4.10 & 28.1.10 & 30.3.18 & 48.4.63

ERRORVM ATQVE LAPSVVM AB EODEM HERMOLAO APUD VARIOS DEPRÆHENSORUM, AC EXIMIO QUODAM CANDORE ANNOTATORŪ, BREVIS ELENCHUS.

Apuleij 1.3.1
Arabum 6.3.13 & 0.2.1
Cornelij Celsi 63.4.12
Domitij Calderini 3.2.21
Domitij Veronensis 68.4.64
Georgij Tiphernatis 41.2.54
Grammaticorū Græcorum 20.2.24
Lactantij grammatici 61.1.11 & 46.2.38
Laurentij Vallæ 12.3.55 & 36.3.49
Laurentius Valla notatur 1.4.27
Macrobij 20.3.44 & eodem 4.2
Mauritanorū, uel eorū interpretum 59.1.65
Medicorū error, parthenion Artemisiam censenti- (um 52.3.58
Eorundem 0.4.34
Eorundem, arisaron asaron dicentiū 41.4.63
Nigidij, quē tamen & Varro & Dioscorides sequūtur 42.3.15
Officinarū, casia myricæ radice pro casia odorata
Plinius notatē 1.4.10 & 54.2.51 (utentiū 11.4.21
Plinius defenditur 24.3.48 & 76.3.65
Plinius deceptus 44.2.6 & 50.3.14 & ibidē 16
Politianus uindicatur à calumnia 41.3.23
Quorundam error de acetario herba 40.1.59 Itē
Anemion non phenion, sed fremium scribentium 42.3.47 Item de
Atriplici 37.2.18 Item,
Attages, nō attagenas dici debere aues, cōtra Varronis & Gellij autoritatē 30.4.10 Item,
Chamælæā & thymelæā cum daphnoide cōfundētium 65.2.1. Itē de
Citreis mensis 18.3.64 Item de
Corruda 38.2.13 Item
Dorcen & dorcadem distinguentiū 28.1.28 Item,
Hinnulos ab innulis distinguentiū 28.1.16 Item,
Hyssopum pro œsypo capientiū 30.1.26 Item,
Lepidium raphanū dicentium 42.3.4 Itē de
Locustis, quarū sacræ meminerunt literæ 27.3.20 & 43 Item
Mastichen à silphio non separantiū 7.4.34 Item,
Passerinā anagallida existimantiū 42.4.38 Itē de
Pede gallinaceo herba 61.1.55 Item de
Pyrethro 41.4.29 Item de
Serpentibus quæ à neotericis præsertim Arabibus traduntur, friuola esse 24.3.3 Itē de
Thya apud Homerum 18.3.55 Item
Thymū pro cepa syluestri capientium apud Aristophanem 40.4.8
Seruius notatē 30.2.27 & 45.1.9 & 7.3.57
Seruius defenditur 57.4.13 & ibidem 24
Strabonis aliorumq; 3.2.13 (68.4.61
Strabonis Interpretis 26.2.18 & 27.3.17 & 56.7.4 &
Theodori Gazæ 7.1.39 ibidem 59 eodē 4.22 & 17 2.15 & 19.4.22 & 36.4.8 ibidē 9 & 44.2.6 eodē 3 34 & 52.1.21 ibidē 25 & 57.2.35 & 58.3.11 eodem 4. 14 & 65.3.55

ΠΕΔΑΚΙ PEDACII DI

ΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ ΙΑΤΡΙΚΗΣ, ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

OSCORIDAE ANAZARBEI DE medica materia, Liber Primus, Interprete MARCELLO VIRGILIO, Secretario Florentino.

ΠΟΛΛΩΝ ΟΥ μόνον ἀρχαίων, ἀλλὰ καὶ νέων συντα ξαμένων περὶ φαρμάκων σκευασίας τε καὶ δυνάμεως, μὴ δοκιμασίας φίλτατε Ἀρίστε, πεῖραν ὁμοίως ἐσχηκέναι πρὸς τοῦτο δὲ τοῦτο πραγματείαν. διὰ τὸ τοὺς μὲν αὐτῶν, μὴ πεπειρακέναι, τοὺς δὲ διὰ ἰσοχρασίας τὰ πλεῖστα ἀναγράψαι. Ἰόλαν μὲν ὁ Βιθυνὸς καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐπ' ὀλίγον ἅπαντα καὶ αὐτὴν πραγματείας, τοῦτο βοτανικὴν παντελῶς ἐάσαντες πεπόνθασιν, οὐ μόνον, οὐδὲ τῶν μεταλλικῶν, ἀλλὰ καὶ μάτων ἐμνημόνευσαν. Κρατεύας δὲ ὁ ῥιζοτόμος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἰατρός. Οὗτοι δὲ δοκοῦσιν ἀκριβέστερον τῶν λοιπῶν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀνεγράφθαι, πλείστας ῥίζας εὐχρηστοτάτας, καὶ ὕλας βοτάνας ἁπάσας μὴ εἰσαγαγόντες. πλὴν τοῖς μὲν ἀρχαίοις μαρτυρητέον μετὰ τοῦτο ὀλιγότητος τῶν παραδοθέντων, μὴ τὴν ἀκρίβειαν προσπαλαίειν. τοῖς μὲν νεωτέροις οὐ συγκαταθετέον. ὧν ὅτι Βάσσος ὁ Τυλαῖος, καὶ Νικήρατος, καὶ Πετρώνιος Νίγερ τε καὶ Διόδοτος, ἅπαντες Ἀσκληπιάδαι πάντες. οἱ τοῖς μὲν πᾶσι σύμφυλλον καὶ γνώριμον ὕλλην, ἠξίωσαν ἐπὶ προσθήκης ἀναγράφειν ἀκριβοῦς. τὰς δὲ τῶν φαρμάκων δυνάμεις καὶ δοκιμασίας ἐξ ἐπιδρομῆς πεποίηνται. οὐ τῇ πείρᾳ τοῖς δυνάμεις καὶ δοκιμασίας αὐτῶν κανονίζοντες. τῇ δὲ τῶν αἰτίας κενοφωνίαις εἰς ὄγκον διαφορᾶς ἕκαστον αὐτῶν ἀναφέροντες μετὰ τῆς καὶ ἄλλα ἀντ' ἄλλων ἀναγράφειν. ὁ τοῦτο διαπεπεπικὼς δοκεῖ εἶναι ἐν αὐτοῖς Νίγερ, τὸ εὐφορβιόμορφον εἶναι χαμελαίας, γλυκομόλης ἐν Ἰταλίᾳ. καὶ τὸ ἀνθρώσαιμον, ταὐτὸν ὑπάρχειν ὑδρηκῷ. ἀλόην δὲ ὀρυκτὴν ἐν Ἰουδαίᾳ γλυκάζειν. μὴ ἄλλα τούτοις ὅμοια πλεῖστα πρὸς τὴν ἀληθείαν ἐκτίθεσθαι ὧδε. ἅπερ ὅτι πεπείρασται οὐκ αὐτοφίας, ἀλλὰ τῶν ἐκ πλάκας σμάτων ἰσοχρασίας. ἅμαρτον δὲ μὴ περὶ τὴν τάξιν. οἱ μὲν ἀσυμφύλλους δυνάμεις συγκρούσαντες, οἱ δὲ μὴ σοιχεῖα ἀναγράψαντες. διάζευξαν δὲ ὁμογενείας, τάττειν μὴ τὰς συγγενείας αὐτῶν, ὡς διὰ τὸ ἀσυμπαθοῦντα γίνεσθαι. ἡμεῖς δὲ ὡς ὅτι ἐπεῖν, ἐκ πρώτης ἡλικίας, ἄπλητόν ἐστι ἐ-

POST MVLTOS NON ueteres tãtum sed iunio res etiã, qui de medicamentorũ cõfectionibus, uiribus & probatione scripserunt, conabimur & nos charissime Aree de nobis id tibi ostende re, nõ uano nec sine ratiõe studio idem hoc negotiũ suscepisse: propterea q̃ eorũ alĩ rem nõ absoluerũt, alii ex historia plurima tradiderũt. Bithynus siqdẽ Iolas & Tarẽtinus Heraclides, relicta penitus herbarũ doctrina, tantisp in hac re occupati sunt. Nec metallicorũ odoramẽtorũq̃ omnes meminerũt. Herbarius præterea Crateias & Andreas medicus (hi enim cæteris omnibus diligẽtius hãc partẽ tractasse uidẽt) utilissimas radices multas, herbasq̃ aliquas inscriptas reliquerũt. Veruntñ pro antiquiorib⁹ testandũ illud est, in paucis quæ tradita ab eis fuerũt, q̃d exactũ erat, eos tradidisse. Iuniores aũt nequaq̃ assentiendũ, ex quorũ nũero Tyleus Bassus est, Niceratus, Petronius, Nigérq̃ & Diodotus, Asclepiadæ omnes, qui cõmunẽ notãq̃ oĩbus, & in uitæ humanæ usu quotidianã materiã exacta descriptione dignã existimãtes, medicas remediorũ uires, & probationes in decursu tradiderũt: nõ experiẽtia rerũ uires, probationes & efficaciã metiẽtes, sed uano de causis sermone, usq̃ ad cõtentionis tumorẽ ubiq̃ rẽ extollẽtes, & alia pro alĩs aliqñ describẽtes: Siquidẽ qui inter eos excellere Niger uidet, euphorbiũ ait oleastelli herbæ in Italia nascẽtis, liquorẽ: & androsęmon eandẽ hyperico esse: & aloẽm in Iudęa fossilẽ nasci. Pluraq̃ alia his similia, lõge à ueritate falsoq̃ expositꝰ: quę omnia eius hominis indicia sunt, qui nõ præsenti inspectiõe & oculatus iudex, sed ex historia aliorũq̃ traditiõibus ea docuerit. Peccauerũt præterea & in ordine, coniungẽtes alĩ quę disconuenirẽt: alĩ ex literarũ ordine deinceps describẽtes, generaq̃ & potestates eorũ à cõgeneribus suis nõ ob aliã sanè causam disiungentes, quàm ut facilius eorũ meminissẽt. Nos aũt à prima ferè iuuẽtute indefesso quodã cognoscendæ

χοντες τὴν θυμίαν περὶ τὴν τῶν γνωσιμων ὕλης, ἢ πλείω γῆν ἐπελθόντες, οἷα δὲ ἡμῖν σφαλῶς κόμη τὸν βίον, σωναγωνίζεσθαι τὴν πραγματείαν ἐν ἐξ βιβλίοις σὺν προστεθησομένου. ᾧ καὶ τὴν σύν ταξιν ἀνατίθεμεν. εὐχάριστον ἐκπληττόντες πάθος. δι' ἣν ἔχεις πρὸς ἡμᾶς διάθεσιν. φύσει μὲν πρὸς πάντας τοὺς ἀνθρωπείας ἀναγομένους ὀικειότητος. μάλιστα δὲ πρὸς τὴν ὁμοτέχνους. ἴδιαν δὲ πρὸς ἡμᾶς. δόγμα ἢ οὐ σμικρὸν ἐν σοὶ καλοκαγαθίας, καὶ ἢ κρατίστου Λικινίου Βάσσου πρὸς σὲ διάθεσις, ἣν ἐγνωμεν συνιόντες ὑμῖν. ἀξιοζήλωτον τὸ περὶ ἀμφοτέρων ὑμῶν πρὸς ἀλλήλους εὔνουν ὀρῶντες. παρακαλοῦμεν δέ σε καὶ τοὺς ἐντυγχανομένους τοῖς ὑπομνήμασι, μὴ τὸν ἐν λόγοις ἡμῶν διαπορεῖν, ἀλλὰ τὸν ἐν τοῖς πράγμασι μετ' ἐμπειρίας ἐπιμέλειαν. μετὰ δὲ πλείστης ἀκριβείας τὰ μὲν πλεῖστα δι' αὐτοψίας γνόντες, τὰ δὲ ἐξ ἰσορίας συμφώνου τοῖς πᾶσι καὶ ἀνακρίσεως τοῖς περὶ ἑκάστοις ἐπὶ χωρίων ἀκριβώσαντες, πειρασόμεθα καὶ τῇ τάξει διαφόρῳ χρήσασθαι, καὶ τὰ γένη καὶ τὰς διυάμεις ἑκάστου αὐτῶν ἀναγράφοντες. οὐ γεμὴν ἀναγκαῖος ὑπάρχει ὁ περὶ φαρμάκων λόγος, παντὶ μὲν ἢ λογισμῷ συνεζευγμένος ὅλῃ τῇ τέχνῃ. καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ συμμαχίαν ἀπήκειν παντὶ μέρει προσεχόμενος. καὶ διὸ διὰ νοῦ αὐξεσθαι κατά τε τὰς σκευασίας καὶ τὰς μίξεις καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ παθῶν πειρασμούς, πλεῖστα συμβαλλομένης καὶ τῆς ἑκάστων φαρμάκων γνώσεως. προσπαληπτέον δὲ καὶ τοῖς σωιζομένοις καὶ συμφυλλίοις, ἵνα ἢ τραφῇ γλυκεῖα τελεία. πρὸ πάντων οὖν φρουτίζειν καὶ ἀρθέσεως καὶ συλλογῆς ἑκάστου καιροὺς οἰκείους καὶ τοὺς προσήκοντας. πρὸ δὲ καὶ τοὺς ἢ γῆ, ἢ διὰ τὸ κλαγίνεται τὰ φάρμακα. αὐθρίου δ' ὄντος τοῦ κατασήματος συλλέγεσθαι. μεγάλην γὰρ καὶ τούτου διαφορὰ, τοῦ αὐχμοῦ ἢ ὄμβρων γινομένων τὸν συλλογὴν πρεῖσθαι. ὥσπερ καὶ τὰ ὀρεινούς, καὶ ὑλώδεις, καὶ διαπνεομένους, καὶ ψυχρούς, καὶ ἀνύδρους εἶναι τοὺς τόπους. ἰσχνότερα γάρ εἰσιν αἱ διυάμεις. αἱ δὲ ἐν πεδινοῖς, καὶ καθύγροις, καὶ κατασκίοις καὶ μὴ διαπνεομένοις, ἀπονώτεραι καὶ πλεῖσον. καὶ μᾶλλον αἱ μὴ καθ' ὥραν εὐκαίρως συλλεγεῖσαι, ἢ διὰ ἀσθένειαν ἐφθικυῖαι. οὐκ ἀγνοητέον μέντοι, ὅτι πολλάκις ταῦτα πρὸς τὴν ἰδιότητα τοῦ χώρας, καὶ πρὸς τὴν σύγκρασιν τοῦ ἔτους, τάχιον ἢ βραδύτερον ἀκμάζει. ἔνια δὲ καὶ πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἰδιότητα, ἐν χειμῶνι ἄνθη τε καὶ φύλλα φέρει. ἕνια δὲ καὶ διὰ τοῦ ἔτους ἀνθοφορεῖ. τὸν δὲ βουλόμενον ἐν τούτοις ἐμπειρίαν ἔχειν, δεῖ κατά γε τὴν ἀρχὴν φυῆ βλάστειν ἐκ τῆς γῆς, ἀκμάζουσι καὶ πρὸ ἀκμάσει πρὸ τυχάνειν. οὔτε γὰρ ὅλα βλάστη ἐν τετυχηκὼς μόνον, διὰ νατὴ

scēdæ medicę materiæ studio, multis peragratis locis, (Nouisti enim & tu militarem uitā nostram) sex libris, te hortāte, totam collegimus rem: cui opus hoc nostrum etiā dicamus, gratiam hanc tibi erga nos affectionis tuæ referē tes: natura sanè eruditis omnibus amico, præcipueq; his, quos eadem tibi profiteri cognoueris, & erga nos peculiari adhuc magis affectione. Estq; probitatis tuæ non negligendū indicium Licinij Bassi optimi uiri erga te affectio, quam uobiscum agentes cognouimus, optabilem amborū inter uos mutuam beneuolentiā admirati. Hortamur itaq; te, aliosq; omnes nostra hæc lecturos, non quantum dicendo potuerim, sed in rebus cum experientia diligentiā contemplari. Cognitis enim oculata fide multaque diligentia rebus, & ex concordi inter omnes historia, percontationeq; à locorum incolis absolutis, conabimur diuerso ab aliis ordine utentes, genera & uires singularum rerum describere. Esse aūt necessariam medicamentorum doctrinam, omnibus manifestum: propterea, quod uniuersæ arti coniūcta est, opémque suam & auxilium ubique certum & efficax præbet: quódque eorum confectionibus mixtiōibusq;, & in morborū experiētijs augeri subinde ars potest, multum illi adjiciente singulorum medicamentorum cognitione. Adjiciemus his etiam, ut tota res absoluatur, domesticam cognitamq; omnibus, & in humanæ uitę usu quotidianam materiam. Estq; illud ante omnia curandum, ut tempestiue carpantur & seruent omnia. Ex hac siquidem obseruatiōe efficacia sunt, aut euanescūt medicamēta oīa. Serena itaq; tempestate carpsisse ea oportet, refertq; magnopere à ficcitate aut imbribus id fecisse, quemadmodū montanis, uētosis, frigidis, nec uliginosis locis ea legisse: efficaciores siquidem omnium his locis uires erunt. Quæ uero in campestribus, uliginosis, umbrosis, nec uento pflatis, plerūq; ignauiora sunt. Multoq; magis quæ non sua tēpestate & importune lecta fuerint, aut infirmitate distabuerint. Nec ignorandū illud etiā, sæpenumero hęc ipsa loci proprietate & anni tēperamento ocyus aut serius in integrā ætatē absolui. Quædā præterea naturali proprietate p hyemē flores proferre & folia. Quædā bis per annū etiā florere: oportereq; hominē q uelit omniū pitus esse, à primo ex terra eorū ortu, donec integra ætate absoluant, & cū ab ea dilabunt, illis adfuisse. Neq; n. qui, cū primū è terra se proferūt illis tm adfuit, inte-

integrã eorũ ætatẽ intelligere poteſt: nec qui integrã ætatẽ ſolũ obſeruauit, primos eorũ ortus cognoſcere. Folioꝝ ſiquidẽ trãsformationi bus, cauliũq; & floꝝ, & ſeminũ magnitudinib⁹, nec minus ꝓprietatibus aliꝭ qbuſdã, grauiter decipiunt, qui hac ratiõe cũcta hęc nõ obſerua uerint. Vnãq; hãc ob cauſam eorũ qui hæc tra diderũt decepti ali qſunt: nec florẽ, nec caulẽ, nec ſemẽ ferre aliq̃ aſſerẽtes, ueluti gramẽ, tuſſilaginẽ & qnquefoliũ. Qui ꝙ ſepius multiſq; locis ea obſeruauerit, hic maxĩe nouiſſe ea poterit. Sciendũ illud etiã, ex herbaꝝ medicamẽtis durare ad multos annos ſolũ cãdidum & nigrũ ueratrũ, reliqua ad trienniũ tãtum habere uſum. Nouiſſe illud etiã oportet, quæcũq; fruti coſa ſunt, qualis ſtichas eſt, trixago, poliũ, abrotanũ, abſynthiũ, ſeriphiũ abſynthiũ, hyſſopũ, aliaq; his ſimilia ſuis ſeminibus prægnãtia, legẽda eſſe: Flores anteq̃ decidãt: Fructus maturos: Semina cũ ficcari inceperint, anteq̃ dilabãtur: Succũ ex herbis colligendũ in noua cauliũ productiõe: eodẽq; modo ex foliꝭ liquores lachrymaſq;, ſectis integra ætate caulib⁹, excipiẽdos. Radices quas ſeruari oporteat, radicũq; ſuccos & cortices, incipiẽte in plantis illis folioꝝ deflu uio eruendos, excipiẽdos & auferẽdos eſſe: ſua q; natura puras locis ſine humore ut erunt ſiccãdas. Lutoſas uero, aqua prius lauãdas. Seruã di itidẽ flores, & quęcunq; odorata ſunt, tiliagineis, neq; humorẽ admittẽtibus ſcriniolis: chartis aliqñ etiã foliꝭ ſue, ad ſeminũ in illis cõſeruationẽ utiliter inuoluunt. Liquidis poſtrẽo medicamẽtis accõmodata erit denſa omnis materia, qualis argẽtea, uitrea aut cornea eſt. Vtilis & ex mari teſtacea, non tamen rara: utilis & lignea, quæcunq; ex buxo cõfecta fuerit. Liquidis itidẽ oculoꝝ medicamentis, quęcũq; aceto pice'ue liquida, aut cedrino liq̃re cõfecta ſunt, accõmodata erũt ænea uaſcula. Adipes medullasq; oñes ſtãneis uaſculis ſeruari oportebit.

INTERPRETES.



INCIPIEMVS BONA FIDE EX HOC LOCO REDDERE quæ hoc opus incipiẽtes in præfatione noſtra polliciti ſumus: Non tam nobis in eo conſulentes, qui infirmitatis noſtræ conſcij in partes tam multa digerere cogitauimus: ne tota uniuerſi operis mole toto itinere graues pariter ubiq; laboremus, q̃ ne timeant ſuſpicent̃q; legentes, ut in male credita pecunia fit, peritura ſibi quæ in ultimam diem dilata, & in extremũ opus reiecta à nobis uniuerſa fuerint. Sed à principio ſtatim ſepoſitis amotiſq; ſubinde aliquibus, quæcunq; ſingulis capitibus dicenda, tunc potius aut non relinquenda occurrent: iuuet ſimul omnes, non ut poëta cecinit, euaſiſſe deinceps tot urbes argolicas, ſed morborum omne genus, eorumq; tam multa remedia, & in tanto hoc autore fœdiſſima multis locis uulnera, informesq; & male cohærentes cicatrices, & in utroq; hoc malo ſuſpiciones etiam noſtras ſignaſſe. Quę omnia legentes quiq;, laborem diligentiamq; noſtram ſaltem probent,

si cætera illis minus grata & probata in nobis fuerint. Eritq; nobis posthac semper in docēdis his, post erar ratas medicæ materiæ tam multas ubiq; appellationes, principium à deprehensis suspectisue, ubicunq; id accidet huiusce modi uitijs, ut sani & integri in Dioscoride corporis, tutus & amabilis sit usus: uitiosi uero & corrupti nullum sub fide tanti autoris periculum. Quale, ut nos suspicamur, illic fuerit, ubi de medicamentorū bonitate & usu ex ætate decernitur. In quibus parum uerisimile est hominē ex professo hęc agentem, ignorasse quæ obiter alij docuerunt, & quæ non tam antiquoꝝ autoritate, q̄ re ipsa & quotidiana experiētia deprehendi & cognosci poterant. Censet enim Dioscorides ex his quæ in eo nunc leguntur, in herbarū medicamentis durare ad multos annos solum candidū & nigrū ueratrum, reliqua usq; ad triennium tantū habere usum. Neq; in his ultra aliquid constituit, cum tamen Theophrastus libro IX. de historia plātarum longe plura & aliter his uerbis tradat: Radicum uero omniū alijs diuturnior, alijs breuior ad usum ætas data est: ueratrum siquidem triginta annis utile, aristolochia quinq; & aliquando sex, quadraginta niger chamæleon, cētaurium decē, nec ultra duodecim, pinguis enim densaq; radix eius est. Peucedanū itidē quinq;, & aliquando sex. Et uitis siluestris flores anno durant, si in umbra & integri seruentur: alioquin putres fungosiq; fiunt. Habent & aliæ herbæ alia tempora. Omnium uero medicamentorū diutissime durat elateriū, uetustissimumq; in eo probatissimū est. Dixitq; nobis nec uanus nec iactator medicus, ducentoꝝ annorū esse sibi elateriū uiribus egregiū ab amico munere acceptū. Quæ omnia paulominus q̄ ijsdem uerbis libro XXVII. capite ultimo Plinius à Theophrasto accepta Latinis reddidit. Idē præterea Theophrastus libro VII. de plantarum historia quo loco de soliditate infirmitateq; seminum agit: diuisione hac primum usus est: ut alia dicat firmiora alia infirmiora esse: Numeratq; in primo illo genere coriandrū, betā, porrū, nasturtiū, sinapi, erucā, satureiā, & q̄cunq; alia acrimoniā habent. In secūdo uero Attriplicis olus, ocymū, cucurbitā, cucumerem, æstiua q; omnia quæ hyemalibus imbecilliora esse decreuit. Mox statim subiecit ultra quadriennium nullū durare semen: licetq; de bonitate eorum ad sementē agat, non aliena tamen à medicinæ usu diuersitatis ratio hæc omnino fuerit. Hic ipse etiam Dioscorides in aliquibus legem usus aliquā ex tempore multifariā præscribit, quorū omniū nihil hoc loco indicatur. Ideoq; scrupulus mihi iniectus est, posse hoc loco deesse aliqua, qualia scilicet Theophrastus Pliniusq; & hic ipse, alibi tradiderunt: decurtatumq; à librarijs in excribendo locum fuisse: Auxitq; suspicionem nostrā uetex codicum uarietas. In quorum aliquibus legebatur: τὰ δὲ λοιπὰ μέχρι βληθῆς ἄρχησα. In aliquibus contrario penitus sensu. μέχρι βληθῆς κύρησα: Cum in altera lectione extrema illa uox utile, in altera inutile significet: & utraq; q̄d falsum omnino sit, indicet. Quando multa sunt, ut ex Theophrasto patet, quæ ultra triennium usum habent: Multa itidem quæ citra idem tempus bonitatis suæ uires amittunt. In ancipiti itaq; & tam corrupta lectione quoniā reddendum aliquid in Dioscoride erat, damnata nihilominus omnium codicum fide, quod ueritati minus aduersaretur elegimus: reddidimusq; ut legitur: Reliqua usq; ad triennium tantum habere usum. Minus enim & in paucioribus hoc falsum erit, q̄ si excepto ueratro usq; ad triennium reliqua inutilia esse cōstituerentur. Signasse hoc præsertim tam multis contra censentibus ab re uisum non est, & legentes monuisse, dubitare nos ultimam illam eius diuisionis uocem quocunq; modo legatur, ultimam fuisse alicuius partis clausuram, qua hic constitueret ultra citraue eam ætatem, hoc illudue utile aut inutile esse. Diximus hoc capite etiam non semel sed iterum atq; iterum serius ocyusue in integram ætatē absolui quædam, & integra ætate secandos plantarum caules, opportune, ut nos credimus, deriuata in hunc usum ab optimis scriptoribus uoce, de qua ne dubitare posthac quispiam cogatur, certam ex diffinitione eius in homine rationem legentibus subijciemus, quæ in cæteris eadem nobis etiam erit. Sunt Græcis notissimæ uoces ἀκμὴ καὶ ἀκμαίζειν, significātq; illis in tempore & ætate rerum totius perfectionis decretorium momentum, quo cum peruenerit aliquid, integrum, perfectum, absolutumq; penitus est: id nos integram ætatem diximus, scientes tam integrum dici, cui nihil ultra accrescit, quàm cui nihil adhuc deperit: monuitq; nos Galenus, qui in integra ætate, quam ille ἀκμὴν uocat, diffinitione hac usus est: Integra ætas est, cum absolutis in animali calore & humore, ad summum incrementum peruenit, absolutumq; animal est: fiuntq; in eo accrescentibus paria quæ dilabuntur. Quod tempus secandis plantarum caulibus, ad excipiendos liquores, & per se fluentes lachrymas legitimum & decretorium hic scriptor constituit: estq; obseruationis eius certa & necessaria ex natura ratio, quam contemplatus libro quinto in plantarum historia Theophrastus ijs uerbis idem monuit: Sunt autē in genere arborum iunioribus & ijs quæ iam consenuerunt meliores & utiliores quæ integra ætate uigent: illæ enim aquosæ: hæ terrestres sunt. Dicendum nobis etiam de lachryma, liquore, succoq; hoc capite est: quæ uoces ut primum se nobis nunc obtulerunt, sic nullo non ferè capite post hac occurrent, sed tam uagis: & ob hoc substantiæ suæ similitudinem tam facilè mutatis inuicem significationibus, ut non inutile penitus legentes hoc etiam præmonuisse fuerit. Quod autem de his dicimus sic se habet: posse nos, ex quo Plinius ait habere suam plantas uelut animalia carnem, sua & ossa, eodem naturæ ordine illud addere, suum habere itidem plantas ueluti animalia sanguinem, suas, ut homo & bruta aliqua, lachrymas, suum denique, ut multa alia, toto corpore diffusum humorem: aut quod his simile sit proportione ue respondeat. Intelligentes que id antiquissimi Græci, diuersis, ut par erat, appellationibus à principio ea discreuerunt, λάκρυον, ὀπὸς & χυλὸν, id est lachrymam, liquorem & succum uocantes. Sed fecit omnium communio illa in genere humoris, confectionis, uiriumq; & usus similitudo aliqua, ut Græci etiam eas uoces aliquando miscuerint, & à Latinis, quorum est angustior lingua, passim nunc etiam confundantur. Quò fit ut nos, autore Theophrasto primo & nono, pluribusq; alijs locis toto opere de plantarum historia, non tam libenter quàm necessario constituamus, quæ futura sit posthac legentibus in singulis his rerum æstimatio: ut cum lachrymam audierint, sciant fuisse huic scriptori λάκρυον, significariq; & esse pleruncq; lachrymam humoris fluxum ex planta sponte sua destillantis: qualis in trunco uitis gummi modo concrescit, & quæ in nigra populo duratur in succinum, & quale multarum arborū multiplex gummi est:

Quid sit integra ætas. ἀκμὴ ἀκμαίζειν.

Lachryma Liquor. Succus.

λάκρυον ὀπὸς χυλός

Lachryma

Quæ

Quæ omnia cum ſponte ſua fluent, lachrymæ appellatione, ſemper à nobis reddentur, quemadmodū contrà liquoris, cum ex ſecta, terebrata, caſtrata'ue planta aut parte eius aliqua, quaſi ſanguis aperta uena humor per ſe fluet: qualem autore Vitruuio ſuæ architecturæ ſecundo libro, ad bonitatē materiæ cæſa uſq; ad medullā arbore architecti eliquant, & ad opiū ex agreſti lactuca & papauere herbariꝫ, & ad unguenta ex balſami frutice unguētariꝫ colligūt: q à lachryma eo maxime differet, q̄ p ſe & ſine iniuria nō fluxit, pinguior plerunq; & glutinoſo lentore deſtillans: ideoq; in aliquibus inter fluendū lachrymæ modo concreſcens. Seruabitur à nobis illud etiā, ut quoties liquori huic color alius, aut candor natura'ue lactis inſit, qualis in ficō, lactaria herba, utraq; ſoncho, multiſq; aliꝫs eſt, ex colore lacte'ue illo aliquid ei adiꝫciamus ruſſum, puniceum, luteū herbaceum'ue, aut lac, lactis'ue liquorē dicentes. Succum poſtremo ex tota materia, parte'ue eius aliqua cōciſa tuſa'ue, adſperſis aliquando aqua uino'ue, aut humore alio, tum manibus, aut torculari, aut igne expreſſum exudatūq; humorē appellabimus: Cuius penè infinita toto hoc opere ratio & uſus erit. Neq; me latet, potuiſſe hæc ex eodem Theophraſto libro octauo aliter doceri: & ex natura uiribusq; ſingulorum quam magis oportebat diuerſitatē oſtendi: Sed nos nomina hoc loco conſtituimus, non naturā tractamus, nec alio conſilio tam longè de his nunc actum à nobis eſt, q̄ ut conſtitutis ſemel his, cum opus erit certius grauiora tractentur. Nolumus illud etiam reliquiſſe, quod deſiderari poſſe uidetur: Quos hic carpē dis plantis & earum partibus, montes uentis perflatos tātopere laudat, à Theophraſto cunctis aliꝫs præferri aquilonios, manifeſta à ſtatu cœli & diuerſis uentorum uiribus ratione & cauſa: Siquidē tepidioris uenti alicuius, qualis auſter & fauonius eſt, afflatu, citius copioſiusq; germinant, florent, & fructū ferunt plantæ omnes: eaq; fœcunditate languentes citiſſime uires & uitam amittunt. Eſt illa etiā ratio, q̄ præteriti anni fœtura exhauſtas nouo ad nouam fœturam alimento impleri oportet: quod hyemales pluuię, feliciſſimeq; omnium niues, tranſmiſſo dum liquantur paulatim ad plantarū radices humore ſuo, præſtant. Veruntamē ad bonitatem materiæ & fructuum copiā id ſatis non eſt: Siquidē concoqui alimentū id intra plantam coerceriq; legitimo tempore opus eſt: Quod fiet, ſi hyems & gelicidia adſtrinxerint: nec ſubito erūpere in germina & flores, tepore aliquo illectæ plantæ, potuerint: Exigit enim id natura, ut plenæ copioſo alimento radices in omnē plantā illud tranſmittant: hanc uero ueluti hominē, fœtā, legitimū puerperiꝫ tempus expectare: Quod totum gelicidia penetraliq; ui ſua aquilones præcipue efficient. Non uidetur & illud huic autori integrum eſſe, in quo ait effodiendas radices, quæ ſeruandæ ſint: auferendos earum cortices, exprimendoſq; ſuccos, & excipiendos liquores incipiente in plantis illis folioꝝ defluuio: cum alibi hic ipſe radices aliquas, ut in dracunculo docebitur & inula, per meſſem iubeat effodi: & Theophraſtus libro nono de plantarū hiſtoria de eadē hac re his uerbis decreuerit: In quibuſdā per meſſem paulo q̄ ante carpēdæ radices ſunt, in pluribus uero per autumnum poſt arcturi exortum, cum folia ſua amiſerint. Niſi forte hic ex eo quod in pluribus fiat, & in cunctis neceſſario foliorū defluuiꝫ decretorio momento legē conſtituit: aut Theophraſtus ſic legendus & intelligendus ſit, ut ſiue per meſſem, ſiue per autumnū carpendæ radices erunt, in cūctis foliorum defluuium expectetur. Sunt enim quę per meſſem folia etiam amittunt, ut legumina oleraq; maior ferè pars: ex quo tempore ligneſcunt eorum caules radicesq;, & in cremia tranſeunt.

Liquor.

Lac.

Succus.

ΠΕΡΙ ΙΡΙΔΟΣ. Κεφ. ά.



ΡΙΣ, Lὸι δ' ἰλλυρικὴ, ὸι, δ' θελπίδη. ὸι δ', οὐρανία. ὸι δ', καθαίρωμ. ὸι δὲ, θαυμασός. ξωμαῖοι δ' ἀδ\ μάρικα. ὸι δὲ, γαλδ\ίόλα. ὸπ ΤΡΙΤΩΝ. ὸι δὲ, κονσακρά ξιξ. αἰγύπτιοι, νάρ. ἀπ μὲν ὴ κατ' οὐρανὸμ ἐμφερείας ὠνόμασαμ. ⌊ φύλλα φέρ ὅμοια ξιφίῳ. μείζονα δ' ἢ πλατύτδα, ἢ λιπδώτερα. ἄνθη δ' ἐπὶ καυλῷ πδάλλιλα. ἐπὶ καμπὴ. πρικίλα. ἢ δ' λθυκὰ, ἢ ὠχρὰ, ἢ μέλαινα, ἢ πρφυρᾶ, ἢ κυανίζοντα δρᾶτη. ὅθεμ δ\ὰ τὸ πρικιλίαν ἀπδκάθη ἶριδι τῇ οὐρανία. ῥίζαι ὕπδ\ι γονατώδ\ες. σπειραὶ. εὐώδ\ης. ἀρ δ' μετὰ τὸ μιὼ ξηράναντα ὧν σκιᾷ ἢ διείραντα, λιὼ ἀρτίδεσθαι. ἔστ δὲ βελτίωμ ἡ ἰλλυρικὴ ⌊ μακεδονικὴ. ἀμφ' ταύταις ἀρίστη ἡ πυκνόῤῥιζος ἀμφ' ὑπρόλοβος, ἀμφ' δ\ύδραυς. ⌊ τῇ χρόᾳ ὑπόκιῤῥος. ἀμφ' σφόδρα εὐώδ\ης, ⌊ τῇ γόνυ πυρωτέρα. τλίῳ πδοσμίῳ εἰλικρινής.

DE IRIDE. CAP. I.



RIN, ⌊sunt qui & hāc Illyrida, qui thalpiden, qui uranian, qui cathærōta, qui thaumastū, qui operiten appellent. Aegyptij nar, Romani radicē maricam, gladiolū & cōſecratricē dicunt: A cœleſtis arcus ſimilitudine, qui iris à Græcis dicitur, planta hęc etiā iris dicta eſt.⌋ Folia gladiolę herbæ ſimilia ex ſe mittit, maiora tantū, latioraq; & pinguiora. Flores in ſummis caulib⁹, & in ſingulis ſingulos, rectà paribuſq; inter ſe ſpatijs in altū ſurgentes, in arcū flexos, colore in candidū, uiridē, luteū, purpureū & cœruleū uariātes: ex quo, quoniā diuerſo colore floret, reddita cœleſtis arcus imagine, ab eo nomen inuenit. Radices habet geniculatas, ſolidas, odoratasq;: quę in taleolas ſectæ, ſiccataq; in umbra, tum funiculo traiectę, pendētes in uſus ſuos ſeruant. Probatiſſima iris Illyrica & Macedonica eſt, & ex utraq; hac gente, quæ denſiore & quaſi decurtata radice e-

ηχλὴ μὴ νοτίζουσα. πλαςμούς τε ἐν ὕδρ κόπτεσθαι κινοῦσα. ἡ λιβυκὴ λευκὴ κατὰ χρόαμπικρὰ πρὸς γεῦσιν, σθυδρεύουσα τῇ σωάμμ. παλαιούμενα δὲ τρηχονίζονται. εὐωδέστερα μέν τι τότε γίνονται. σύναμιν δὲ ἔχουσι πᾶσαι θερμαντικήν. λεπτυντικήν. ἀχμόζουσαν πρὸς ἕξεις, μὴ τὰ σύνανάγκαια ὑγρὰ λεπτοποιοῦσαι. καθαίρουσι δὲ χολὰς πολλὰς μεθ ὕδρομέλιτος, ὁλκὴς ζ'. εἰσὶ δὲ καὶ ὑπνοποιοί, σακχυοποιοί. ⟨ στόφους ἰῶνται. μετ' ὄξους δὲ πινόμεναι, δηριοσήκτους ἀφίστασι. ⟨ παλιωικοῖς. καὶ τωμένοις. καὶ πρὸ ψυχομένοις ἢ ἐγιγνοῦσι. καὶ τῆς γόνου προϊεμένοις. σὺν οἴνῳ δὲ πεθέσαι, ἄγουσιν ἔμμηνα. ⟨ τὸ ἀπόζεμα δὲ αὐτῆς, πρὸς γυναικείας πυρίας εὐθέτου, μαλάσσουσι τοὺς τόνους ⟨ ἀνασομοῦσι. ἰχιάδος τε εἰς ἔγκλυσμα. καὶ συρίγγων καὶ κόλπων σκολικά. πρόσπεθεῖσαι δὲ ὡς κολλύριον μετὰ μέλιτος, ἕμβρυα καταπώσι. μαλάσσουσι ὑ χοιράδας καὶ σκιρρώματα παλαιὰ ἐφθαὶ καταπλασθεῖσαι. ἕρπητας ὑ πληθῶσιν ἕλκη. καὶ ἀνακαθαίρουσι μετὰ μέλιτος. καὶ τὰ ἐφιλομένα ὑπὸ σέων, σας κῶσιν. ὠφελοῦσι ὑ καὶ κεφαλαλγίας, σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καταπλασθέντα. φακοὺς τε καὶ ἐφήλιδας ἀπικαθαίρουσι, σὺν ἐλαιοβόρῳ λευκῷ σίπλα σίοις καὶ μέλιτι καταπλασθέντα. μίγνυται δὲ ⟨ πεσσοῖς ⟨ μαλάγμασι, ⟨ ἀκόποις. ⟨ καθόλου εἰσὶ πολύχρηστοι.

rit, non facile fragili, colore subruffo, quę odoratissima itidē erit, gustu feruido, syncero odore, nullo humore lentescens, & cum tundit sternutamēta ciens. Secundæ bonitatis Libyca est, colore candicans, gustu amara. Veterascētes omnes teredinē sentiunt, odoratiores tamen tūc fiunt. Natura uisq; oībus est calefacere, extenuareq; tussi utiles sunt, humores nō facile excreabiles extenuāt. Purgāt crassa & bilīosa pōdere drachmaꝝ septē cū mulsa aqua potę: Somnū cōciliāt, lachrymas ciēt, & torminibus medent. Cū aceto eædē cōtra uenenatorꝝ morsus utiliter bibunt. Prosunt lienosis, prosunt cōuulsis, & in accessiōibus febriū, pfrictionibus, & cū trēore algoribus: Vtiles & cōtra seminis incōtinentiā. Ducūt meses cū uino potæ. Fouent fœminæ calido iridū decocto, utiliter muliebres locos molliēte & apiente. Clystere idē cōtra coxendicis dolorē infundit. Fistulas & sinus, carne irides explēt: Quinetiā collyrij modo ex melle appositæ, fœtus ex utero cōuellūt. Strumas, ueteresq; durities mollīunt elixę & illitæ. In farinā tusæ, ulcera explent, & cum melle purgāt. Carnibus nuda ossa operiunt. Contra dolores capitis ex aceto & rosaceo inunguntur. Lentigines, & asperam discolorémque ceu à sole cutem emendant cum ueratro albo duploq; melle illitæ. Miscentur præter hæc pessulis, malagmatis, & acopis. Habētq; in uniuersum multiplices usus.

INTERPRES.



On ueritus quondam Hippocrates est tantus faciendæ homini medicinæ autor, deceptū se in futura humani capitis aliquando fuisse palàm testari: ignorantiamq; suā posteris cognoscendā in commentarijs suis relinquere: tantū illi salutis humanę studium erat, tamq; ingenuè tunc medicinā profitebantur autores eius. Mihi etiam tāti uiri exemplo turpe nō fuerit, nec uitio dabitur, siquid ignorauero, apertè illud dixisse. Tantum enim à bonitate hominis abest dicere aliquem scire se ea quæ nesciat, aut ignorantiam suam dissimulasse, & eum uideri uelle qui non sit, ut ultimi sceleris & extremæ iniustitiæ Plato dixerit, totum hoc mēdacij genus esse. Nobis eò turpius futurum, & grauioris culpæ modo damnandum, quò maiora & à studijs nostris aliena confidentius ausi, non fumum (ut Flaccus ait) ex fulgore, sed ex fumo copiosam dare lucē debemus. Quod sanè nobis primum hactenus cōsilium fuit: & continuum posthac studium erit, præterq; ubi doceri aut in melius restitui aliquid impossibile nobis erit. Quod in tā multis medicæ materiæ, tamq; diuersis eius appellationibus, quæ cunctis ferè capitibus à principio statim in Dioscoride leguntur, prę cipue accidet. In quibus non nisi post multū empus cōstitutum mihi est, an expungendæ omnes, exceptis græcis latinisq;, & his tantum quæ receptæ iampridem, & in communi usu essent: an ex quo in cunctis ferè exemplaribus leguntur, longaq; temporum serie quasi per manus traditæ ad nos peruenerunt, seruādæ, & ut erant, ad Latinos transferendæ essent. Persuadebat enim expungi eas, & ex tāti scriptoris possessione eijci, q; ex eis plures barbaræ sunt, aut tam corruptæ, ut à barbaris non differant, nullā habentes hoc tēpore, neq; habituræ posthac, Græcis Latinisq; incognitæ, utilitatē. Quodq; ueri simile est, creuisse per tempora, & tam multas hodie numerari, pereuntibus quotidie renascentibusq; alijs atq; alijs rerum uocabulis. Inserentibusq; deinceps codicibus suis medicis & herbarijs omnibus suoꝝ tēporꝝ, & suæ gentis plantarꝝ appellationes: fuisseq; potius quondā in tāta earꝝ copia q̄ esse nunc utilitatē aliquā. Accedebat his etiā, q; in diuersis codicibus aliquando plures, aliquando pauciores, nec eædē in cunctis, aut eodē loco adscriptæ: & in aliquibus excepta una aut altera nullæ aliæ legebant. Ideoq; non accusandū in nobis esse, quod ante nos alijs licuisset. Fuerat illud præterea à nobis obseruatū, ex aliarꝝ plantarꝝ similitudine aliqua multis nomina accreuisse. Misceriq; simul difficili intellectu in una eademq; appellatione diuersa penitus aliquando genera: Quod nunc etiam fieri deprehendimus, ignota sibi plantarum nomina ex similitudine ad notum aliquod genus referentibus sæpenumero herbarijs nostris. Instabat postremo illud, quòd rerum nō uocum nominumue scientia hæc est:

De medicæ materiæ diuersis appellationibus.

est: Decetq; medicinæ professores & herbarios omnes, ex historia notisq; & in utranq; partē euentibus cūctis, magis q̄ ex appellationibus medicā cognouisse materiā: Quā una altera'ue appellatione tantū censeri satis est latina, scilicet ubi in Latinis communis recepta, bonisq; autoribus confirmata inueniatur. Græca autē semper, q̄ Græcorū uocibus medicina adhuc plerūq; utitur: & q̄ habendus hic honor genti illi est, cui in omni doctrinarū genere omnes multū debemus, eoq; magis in plantis, q̄ ut Plinius ait, maiore ex parte ijs nomen dare Latini neglexerunt. Iubebant contra seruari eas, & cū reliquo opere Latinis tradi, q̄ Theophrastus, Oribasius, Galenus, & Paulus Aegineta nonnunq̄ his utuntur appellationibus, quæ adiectæ Dioscoridi sunt: simulq; iniquū uidebatur, præripere alijs cognitionē aut coniecturā saltē eorū, quæ nos ignoramus: si forte alicubi adhuc seruentur appellationes illæ, aut si maiore ingenio doctrinaq; enarrare eas aliquis potuisset. Et ne longiores simus, q̄ nihil in maiore copia detrimēti legētibus erat, parata omnibus semper & libera seruandi expūgendiq; quascunq; libuisset potestate, quæ potior nobis in ancipiti & utilior sententia uisa est. Eamq; ob causam seruauimus ubiq; omnes, ut in pluribus & probatioribus Græcorum codicibus inueniuntur, nihil inde mutantes, addentes auferentes'ue, nisi quod aut necessitas coēgit, coniectura'ue ostendit, aut ratio & ueterū autoritas & fides docuit: parceq; omnia, nec ultra unā alterā'ue literā cēsura hac nostra usi aliqñ sumus, ut non causam rationemq; eius semper attulerimus. Nec ignoramus q̄ difficile sit (ut Flaccus ait) tam angustis, incōptis, & plerūq; inutilibus his uocibus honorē addere: & ubi non sit amplior rerū maiestas, gratiā & laudē inuenire: præsertimq; ætate hac nostra: & in his studijs, in quibus tantū profecisse se multi arbitrant, tantumq; deberi sibi omnes à scribentibus uolūt, ut relictū sæpe unū aut alterū reliquū omnē laborē ingratū legentibus faciat. Veruntamē q̄ cogitanti mihi hoc opus audere, rem persuasit ardens scilicet humanæ salutis studiū: cui consulere, omnifq; officio & pietate adesse omnes oportet: & optata multis tantopere laudati scriptoris huius speciosior inter Latinos aliquādo facies. Idē per aspera & accliuia eius ingredientē comitabit. Et in enarrandis medicæ materiæ tā multis ubiq; appellatiōibus æquo animo feret, quæ præterita in eo officio fuerint, ignota nobis fuisse à legentibus existimari. Nec fore aliqd gratius q̄ subito extare aliquē, qui medicinæ & huic scriptori melius consulens, ignotæ nobis rei scientiam & laudē sibi uendicet. Primū itaq; in iride animaduertisse illud oportet, non esse legitimā eius appellationē quod in Græcis passim legitur, οἱ δὲ ἶρις ἰλλυρικὴ: bonitatis enim laus à regione hæc est. Quæ tanta & apud oēs tam cōmunis illi fuit, ut petita à medico uillico'ue, aut unguentario in aliquē usum iride, non nisi ex ea regione probaretur & peteretur: nec sine causa: frigida enim & aquilonia regio est, quo cœli statu & afflatu materia omnis in omnes usus melioresc it. Indicant id Theophrastus infinitis penè locis, Celsus, Columella, Plinius, omnesq; alij, qui non aliunde eam magis probauerunt: ideoq; factū est, ut dū ex Illyrico tantū, semperq; & ab omnibus iris probat, omnisq; alia ex omni usu abdicatur, ut quæ honoris prærogatiua illi quondā fuerat, paulatim inter appellationes numerari cœperit: tamq; felici euentu, ut in antiqua medicina etiā solo gentis huius nomine aliquando appellata fuerit, non tamē hoc quod nouissimi interpretes illi assignarunt, sed quo Paulus Aegineta lib. III. capitē quo ait, quibus remedijs sine rugis seruetur humana facies, facto à gente patronymico nomine, Illyrida non Illyricā appellauit. Cuius scriptoris autoritate freti, cū fuisset à principio animus nobis tanq̄ inutilē eā appellationē expungere, propterea q̄ satis ei laudis ab hoc scriptore paulopost esset, cū ait Illyricā probatissimā esse, eā seruauimus, Illyridaq; uocari diximus. Nec em̄ probamus quod Ruellius reddidit, ab aliquibus Illyrica, nec quē Barbarō in Corollario suo titulū illi adscripsit, iris Illyrica. Videtur enim alter bonitatis laudē à regione illi concessam inter appellationes simpliciter enumerasse, alter uero negasse alibi q̄ in Illyrico iridē nasci: aut de illyrica tantū hoc capite agi: cum tamen iris ubiq; ferè nascatur, & hic de omnibus agat: & in earū censu hanc unā cunctis alijs præferat. Meminisse etiam debuerat Ruellius, nihil per se adiectiua qualiacunq; ea sint significare, substantiæq; tantū inhærere: in iride autē indicandā esse substantiā, quæ patronymico illo nomine, ex quo consensu omniū inter appellationes laus illa bonitatis referenda erat, minus obscure & importune indicabatur. Erunt fortè qui dicant sic dici illyricā, ut uetonicā, ut gentianā, ut lysimachiā: quarū prima illa à Vetonibus in Hispania, duæ aliæ à regibus inuentæ, solo possessiuo nomine appellantur & celebrātur. Veruntamen alia in his ratio est: nullū enim aliud nomen his antiquitas dedit. Nec prius hominibus cognitæ, quàm sic appellatæ fuerūt: quod irīdi non contigit, quæ multo antè sic uocari cœpta est, quàm bonitatis eius à gentibus census aliquis fieret. Thelpiden eandem hic etiam dici ait, nulla nobis eius uocis significatione: nisi forte una tantū mutata litera Thalpide legendum sit, manifesta congruentiaq; à uerbo θάλπω, quod Græcis calefacere & fouere significat, deriuatione, quod primum præcipuumq; iris habet. Quod si suspicionibus etiam contra hæc uitia pugnandum sit, non fuerit ab re forsitan monuisse, quod thelpiden legitur, hieriden siue hierida legi posse. Sic enim ex ueteribus Græcis aliqui hierim quasi consecratricem uocarunt. Ex qua appellatione ut mox docebimus, Romani eam Romana uoce consecratricem dixerunt. Vrania eadem, id est cœlestis ideo dicta ab aliquibus fuit, quòd cœlestis arcus specie & modo floreat. Thaumastos itidem, id est admirabilis eadem illa ratione qua à poētis idem ille cœlestis arcus Thaumantias dicitur, genus originemq; hanc illi ex admiratione nouæ rei rudi adhuc seculo, ut primus Plato indicauit, assignantibus antiquis. Adiecit præterea Dioscorides cathæronta dici, notissimo in Græcis participio. id est purgantem. Nominis uero huius, ut nos credimus, eadem causa quæ & consecratricis fuit, q̄ purificationibus scilicet adhiberetur, esset q̄ uel floris uel foliorum eius in antiqua religione ad eam rem aliquis usus. Reliquæ deinceps tres illæ appellationes, gladiolus, consecratrix, & radix'marica, 'Romanæ ut uidetur uoces sunt: habetq; prima illa manifestam omnibus causam ex similitudine eius quæ proprie gladiolus à nobis in quarto dicetur, quā in plantis Theophrasti Gaza pugionem transtulit: Vtraq; enim cultellato, & ut Theophrastus ait, harundinaceo folio est. Quæ uero duæ aliæ sequuntur, incertam & sine autore aliquo causam nobis habent. Credimus quidē ideo consecratricem dictam, quòd in sacrificijs purificationibusq; suis antiquitas quondam iride usa sit; nihil

Illyris.

Thalpide.

Hieris.

Vrania.

Thaumastos.

Cathæron.

Gladiolus.

cōsecratrix.

Radix marica.

tamen hactenus cõpertum de ea re nobis est. In postrema deinde illa in radice scilicet marica obortа suspicio est, ex quo Plinius libro 21. cap. 7. ait Illyricæ iridis duplex esse genus, raphanitimq; alteram, à raphani, quam nos radicem siue radiculam dicimus, similitudine appellari, Romanos ideo radicem eam dixisse. Et quoniam autore Nicandro probatissima nascatur in ripis Naronis in Illyrico fluuij, non maricam, sed Naronicam legendum esse. Nicandri uersiculus est:

Ἤριν θ' ἣν ἔθρεψε Δρίλων κὰ νάρον Θ' ὄχθη.

Relinquimus tamen hoc legentibus arbitrarium, satisq; sit suspicionem hanc nostram illis signasse. Quos uideor mihi iam uidere græca & nostra hæc simul conferentes demirari primum, moxq;, ut est omniũ fere hominum propriæ laudis studio facilis in alios & grauis censura, audaciam temeritatemq; nostrã accusare, q; præter ea quæ in Græcis leguntur, addita quædã, subtracta & mutata alia, toto hoc opere à nobis fuerint. Iactentq; nec probi hominis nec fidi interpretis esse, alienis sua, legitime decretis nondũ recepta, & antiquis noua miscere: in quo sanè nos eis libenter & meritò subscribimus. Nec est quod in bonarum artium studijs laboribusq; huiuscemodi nos etiã magis q̃ candorẽ, fidem & probitatẽ amemus, tantumq; ab omni impudentiæ huius culpa absumus, ut nullibi magis priusq; laborasse nobis conscij simus, q̃ in seruanda ubiq; scriptoris huius integritate & fide: Nec nisi urgente rerum maiore necessitate, aut antiquorum codicũ fide admoniti, quicq̃ in eo detorsimus, mutauimus, subtraximus'ue aut addidimus, quod ideò nunc significasse omnibus placuit, ne in caulium florumq; iridis, totiusq; deinceps medicæ materiæ historia & medicina mutata, addita, detractaq; aliqua, nec in alijs interpretibus eadẽ inuenientes, impudẽter & temerè factũ id à nobis esse existiment: & anteq̃ consiliũ iudicijq; nostri causas nouerint, laborem hũc nostrum damnare & odisse incipiant: Quam ob causam nostra hæc lecturos omnes precamur (ut hic etiam de seipso in proœmate ait) non quomodo aliquid dixerimus, sed sensu, ratione, experientiaq; ueritatẽ contemplari: medicęq; materiæ descriptiones picturasq;, & antiquam omnem medicinam non paruo labore latinis à nobis reddi tam, cum naturæ exemplaribus & antiquorũ decretis cõferre. Et si quid non fuerit à nobis ijsdem totidemq; uerbis & eadem sermonis forma redditum, non statim damnare & odisse, uerũ sic in animo habere, in gratiam legentium omni hac ratione nos esse usos: Coacti enim sæpenumero sumus, quoniã non est Latinis eadem quæ Græcis in dicendo felicitas, & q unde primum prorepserunt artes, illic etiam certiores appellationes inuenerunt, quæ angustius à Dioscoride dicebantur, laxius explicare: Quorum erat multiplex & aliquando contraria lectio, eam tãtum retinere quæ propius ad ueritatem accederet, & in quibus mutari aliquid oportebat, rationem certiorem'ue aliquam coniecturam sequi, eamq; statim legentibus indicare: nec aliter q̃ ut consilium magis q̃ decretum id etiam, relinqueretur q; alijs etiã cẽsendi locus. Et ut qualia ubiq; ea sint certius intelligatur, non pigebit uno aut altero exemplo in iride id ostendisse: hoc enim quasi gustu reliqua in cæteris reddentur. Diximus in historia iridis, gladiolo herbæ folia similia ex se proferre. Adiecimusq; herbæ, ne quis in æquiuoca in Græcis uoce, gladiolo simpliciter similia crederet: herbæ enim, nõ gladio eam Dioscorides comparauit. Diximus & flores illi esse in summis caulibus, & in singulis singulos: cum in Græcis nec summi, nec singuli caules flores'ue ulli sint: Factumq; id à nobis est, non tam (quod pauloante diximus) ut certius tota res pateret, q̃ q unde in antiquis Græcis aliquot, non ἄνθη ἐπὶ τοῦ καυλοῦ simpliciter legi

ἐπίκαυλα. παράλληλα.

tur, uerum ἄνθη ὡϊκαυλα: quæ uox singulis caulibus singulos distribuit flores. Quod erat item παράλληλα, ex propria græcæ uocis significatione, recta, paribusq; inter se spatijs in altum surgentes, diximus: Hoc enim si Euclidi & Græcorum grammaticis credimus, lineis quas parallelas dicunt, præcipue cõpetit. Nec aliò pertinet ea uox, q̃ ut significetur non temerè neq; in latera, aliarum plantarũ modo, caules iridis spargi, sed in altum nullo inter se concursu ferri, & flores in his ita disponi, ne alter alterum impellat simul'ue concurrat: Quod totum, ut nobis uidet, parum feliciter Ruellius reddidit dicẽs, alterno situ flores in iride uariare. Diximus præterea in arcum flexos, nullo illic arcus uestigio: quoniam floris ea flexura sit, & Græca uox ὡϊκαμπῆ, quæ id exprimit, in arcu frequens reperiatur. Subiecimus deinde: & in arcu illo uariãtes tam multos colores: præsentis tẽporis participio usi: quoniam quemadmodũ in cœlesti arcu colores illi plures ex mathematicorum & specularia docentium ratione non sunt, sed oppositę lucis accessu ideo apparent, q refractis lineis uidentur: non dissimili modo & iris cum luce colores mutet: Idq; intellexisse omnes Dioscorides uoluit cum dixit, ὁρᾶται, id est uidentur: quia non sint in arcu illo tam multi colores, sed ratione accedentis lucis uarient & uideantur. Fecimus idem in medicina, qualia sunt cum diximus mederi irides in'accessionibus febrium perfrictionibus, & cum tremore algoribus, & in farinam tusas ulcera explere, cum tamen in priore illo remedio nulla in Græcis febris audiatur, & in secundo ξηραὶ tantum, id est siccatæ sit. Sed quoniã in Græcis illis uocibus hæc uis & usus latebat, ideo certiore intellectu à nobis sic redditæ fuerunt. Quod ita ab omnibus amari probariq; optamus, ut etiam bona fide multaq; diligentia à nobis ubiq; factum id est. Erat animus nobis tractata hactenus omni Iridis historia, reiectisq; in aliud tẽpus his quæ ad medicinam pertinent, hoc loco detinere. Sed fecit Ruellius, contra quem non est consilium nobis posthac aliquid dicere: Amamus enim hominẽ: nec parum illi res latina ob id saltem debet, q in tanti scriptoris harenã primus alios prouocans descenderit. Fecit ille quidem festinata nimis suæ interpretationis editione, ne differri impune possint, quæ grauiora in hoc capite non sunt mihi cum illo eadẽ, probariq; ratione exigunt, quæ alioquin sola interpretis fide stare potuissent. Inter quæ primũ illud nec paruifaciendũ est, quod ille ait uẽto refrigeratis aut rigentibus mederi irides, nullo, ut nobis uidetur, sensu: Primũ siquidẽ disiungenda non erãt, quæ in eodẽ frigoris genere à Dioscoride coniunguntur. Neq; enim censet hic his aut illis, sed utrisq; mederi irides: copulatq; simul, non separat duas illic & diuersas frigoris noxas. Quæ deinde ratio aut causa erit, ut uento refrigeratis, & non imbre, niue, pruina, glacie, alijsq; gelicidijs iridem mederi dicat? libenterq; ego hominem interrogarem, quos nam in antiqua aut noua medicina priuatim uento refrigeratos legerit aliquãdo: ego certe nullos: nec uideo quæ nam è gelicidio uenti noxa corporibus nostris ingruere possit, ut non

Perfrictiones.

Cũ tremore algores.

ex

ex omni alio eadem etiam quotidie fiat. Nec recte in natura & morbis rigentes dicũtur, qui quouis etiam gelu perfrixerũt: Siccitatis enim, non frigoris proprium consequens rigor est. Suntq; Latinis proprie rigores, inflexibiles neruorum musculorumq; durities, ut apertius & longius à nobis dicetur, cum primum de rigoribus his dicendi occasio dabitur, qui gelu quidem fieri possunt, nec male de gelu dicuntur: ita tamẽ ut frigoris consequens, non frigus sint. Nec me latet in tam manifesto hominis lapsu, ad impressum eaq; parte à librarijs corruptum Dioscoridẽ, paratum homini perfugium esse, in quo πνεύματι ψυχομένοις, id est uento refrigeratis, non πρὸς ψυχομένοις, ut nos emendauimus, manifeste legitur. Quod quatenus excusandũ sit, aliorum iudicio relinquimus. Nobis certe uidetur oportuisse hominem facere, quod in desperata hominis sanitate Hippocrates præcepit, non tractanda esse quæ feliciter & honeste absolui non possunt: & in legendis antiquis scriptoribus, ubi parum sequax rerum uerborumq; ordo & sensus occurreret, uitium omnino suspicari, suspicionemq; illa ad ueritatis coniecturam & eruscationem paulatim proficere: Quod nobis & hic & alijs pluribus locis obseruatum est: & si in hoc non tam coniectura, quàm meliores Græcorum codices nobis auxilio fuerunt, in quibus περιψυχομένοις, non πνεύματι ψυχομένοις, aperte legitur. Credimusq; nos irrepsisse id uitium diuisa primum ab imperitis librarijs à participio suo præpositione πρὸς, mox à legentibus in nomen translata, qui de frigore illic agi uidentes, cum nescirent quid præpositio illa per se significaret, ad uenti, gelu & frigus eam transtulerunt: facili ad uitium & labem hanc lapsu, quando πρὸς non pluribus nec multo diuersis literis scribitur, quàm quibus circunducta & contracta breuitatis causa uox illa πνεύματι nunc etiam passi scribi uidetur: facileq; hoc modo ad uenti gelicidia res translata est, cum tamen iudicio nostro de uentis geluq; cœli nihil à Dioscoride hoc loco agatur, sed de frigoribus his, quæ ardentissimo etiam anni æstu intra nos orta, in febrium accessionibus sentiuntur. Quod intelligens Barbarus, algores uertit & perfrictiones, non satis tamen certo frigorum discrimine. Quæ quoniam in diuersa febre ex diuersis causis diuersos habet euentus, non ut medicum, sed ut interpretem oportet ad constituendas semel diuersarum rerum certas ex Græcorum decretis appellationes, breuiter de his agemus: ut constitutis etiam semel his, nihil posthac ultra citra'ue Græcarum uocum significationes à nobis dicatur. Nouerunt (ut in Græcorum prouerbio est) medicorum pueri etiam, in accessionibus febrium nõ omniũ, sed earum quas frigus aliquod antecedit, frigere alijs tantum extremas membrorum partes, alijs unà cum frigore intremere, alijs totum solum inhorrere corpus: priusq; illud frigoris genus πρὸς ψυξιν, & eos qui eo frigeant περιψυχομένους dixerunt, quartanis febribus plerunq; proprium, Secundum uero ῥῖγος, & eo laborantes ῥιγῶντας, tertianis peculiare. Tertium postremo φρίκωδες, & in eo constitutos φρίττοντας: Sentiriq; hoc in febribus his, quas Græci hemitritæos, Celsus semitertianas appellat: testatus in secundo Paulus Aegineta est, qui semitertianam fieri dixit tertiana cum secundo illo frigore, quotidiana uero sine eo accedente: Sicq; ex duabus mixtam, tertium illud frigoris genus facere priore illo maius, secundo uero minus. Quæ omnia ex decretis in antiqua Græcorum medicina, & ex communi earum uocum ætate huius scriptoris æstimatione & usu, à nobis traduntur. Qualia enim hæc tunc docebantur, talia à nobis merito nunc redduntur, & qua nominum & uocũ contractione in suos usus antiqua medicina usa est, eadem & nos idem agentes uti modo oportet: exigũt enim sibi artes & earum autores, quod certum, proprium, exactumq; & per tempora consuetum sit. Nec quicquam in uertendis Græcorum commentarijs grauiore periculo fit, q̃ si communibus translatis, ambiguis, maioris minoris'ue ambitus appellationibus certum contractumq; ad certam rei significationem aliquid reddatur. In tot itaq; tamq; diuersis febrium frigoribus, Græcorum exemplo ex his quæ sparsa in Latinis obseruauimus, appellationes tres huiuscemodi nobis in hoc opere constitutæ sunt: in primo perfrictiones, in secundo cum tremore algores, in tertio horrores, quibus deinceps ubiq; cum opus erit, utamur: Ne si facta corporibus nostris aliter q̃ ex febre & à cœli extrinseco q; aliquo gelu noxa alicubi tractanda sit, cõmunis illa uox frigoris desit, qua eam priuatim indicemus: quod à Græcis factũ obseruatumq; inuenimus, qui coniuncta frigori alia præpositione, κατάψυξιν extrinseci & sine febre frigoris omnis, noxam appellauerunt. Quę etiam causa fuit, ne Celsum in his sequeremur, qui duo tantum genera frigorum huiuscemodi numerauit: Primum scilicet, quo extrema inalgescunt, quod frigus simpliciter: Horrorem uero secũdum illud, in quo totum interimit corpus. Est in hoc genere, id est febriũ frigoribus succurrere irides hoc loco Dioscorides ait: confectoq; ex eis unguento, posteriores medici remedio hoc usi sunt. Quod Paulus Aegineta in secundo præcepit, & Celsus indicauit, cum tertio libro monuit perfricanda ægroti membra manibus ex uetere oleo unctis, eiq; adijciendũ aliquid ex calefacientibus, qualẽ hic irin pauloante esse dixit. Nec tantum in febrium frigoribus irini unguenti usus erat, uerum in cunctis alijs, quod primo libro idem Aegineta constituit, quo capite agit de his qui ex frigore noxam contraxerunt. Neq; immerito: calore enim & hæc & illa pariter curantur. Et quoniam omnium eadẽ fere remedia sunt, ideo & hic unius aliquando generis, perfrictionis (uerbi causa) horroris'ue, aut cum tremore algoris appellatione, commune & alijs remediũ illud fore legẽtibus cogitandũ reliquit. Explicasse idẽ Paulus etiã uidetur quod Dioscorides ait: Crassa & biliosa purgare iridẽ &c. Siquidẽ lib. VI. decreuit, potã cũ mulsa aqua iridẽ aluũ ducere, & in fistulis sinibusq; non decocto utitur, sed trita in puluerẽ, & per cribrum traiecta eius radice, quæ sola in hac planta usum in medicina habet: Ex quo fit, ut suspicemur potuisse quondam aliter legi locum: nec σαρκωτικὸν genere neutro, ut ad decoctum referenda uox illa sit, sed σαρκωτικὴ, in fœminino, ut ad irides referatur, legi oportere. Non ideo tamen lectionẽ illam omnino damnamus, uerũ in ambiguo eam elegimus, quæ antiquo medicinæ autore confirmaretur, & quæ contra fistulas maioribus uiribus pugnaret. Verisimile enim est, efficaciores iridis q̃ decocti eius uires esse. Et hactenus pro iride dictũ à nobis sit, nam quæ ad reliquos morbos in hoc capite pertinent, eorq; remedia & remediorũ multiplicẽ rationẽ & usum, quæ omnia desiderari poterãt, quoniã pluribus locis eadem erunt, illic à nobis deinceps explicabuntur, ubi meliore occasione se offerent: destinauimus em̃ ut hanc partẽ incipientes diximus, in partes digerere, q̃ uniuersa grauius alioqn nos premerent:

Rigores. Rigentes.

περιψυξίς ῥῖγος φρίκωδες

κατάψυξις

σαρκωτικὴν

Simulq;

Simulq; ut quondam Salinatori uisum est, qui cæso ad Metaurum cum Asdrubale duce punico exercitu, cū nuntiaretur sibi Ligures quosdam, qui aut prælio non adfuissent, aut inter cædem euasissent, uno agmine abire sine signis, sine duce, sine ordine: posteq; si eques aliquis mittatur omnes deleri: superstant inquit aliqui nuntij & hostium cladis, & nostræ uirtutis. Sic nobis etiam superstant ubiq; aliqua, quæ in cæteris, donec tota res absoluatur, curæ laborisq; nostri legentibus indicia sint. Nolumus tamen quod ad pessulos pertinet, ulterius differre. Exigit enim nunc operam nostram, & medicinę iocos suos misceri cupit Comicus noster, qui in Eunucho sua, clausa cum adolescente in cubiculo puella pessulum ostio obdidit, nō foribus seră aut uectem, nequis amoris sui cursum impediret, obijciēs: sed ex pessulorum ratione, qui mulierę naturalibus in plerisq; morbis & uitijs subijciuntur, incœptam iam Venerem festiue describens. Maior enim ioci uis in ostij ambigua & ancipiti uoce est, in qua cogitandū poëta audiētibus reliquit, cubiculi'ne an uirginis ostio pessulum obijceret. Sciebant enim tunc omnes, dum turpitudinem in uocibus etiam esse aliqui existimāt, pudori parcentes, fœminaę naturalia portă & ostiū appellasse. Audierantq; forte in signando castigādoq; tragico scelere, & quale cum Iocasta matre filius Aedipodes exercuit, & Romanus Cæsar somniasse se credidit, præcepisse antiquiores Græcoę sapientes, Non licere homini ingredi p portă per quā exierit: ostioq; huic & portæ, non ex custodia domus, sed ex medicinæ disciplina pessulū eunuchus obdidit. Cuius diminutiuam appellationē ueluti omnibus certiorē nos imitati, pessulos diximus eos, quos Græci πεσσοὺς dicunt, quos libro V. cap. XXI. Celsus his uerbis describit: Vt ea quæ fœminis subijciuntur (pessos Græci uocant) eorum hæc proprietas est: Medicamenta composita molli lana excipiuntur, eaq; lana naturalibus condit. Multoq; certius Paulus Aegineta quo capite de suppressis mensibus agit, sic pessulum diffiniens: Pectita lana pessulus est, quodcunque'ue aliud teres digiti humani forma, quo medicamenta substinentur: utiturq; his præcipue ad ciendas muliebres purgationes. In quē usum forte Dioscorides innuit pessulis misceri irides. Nam si cum uino potæ id præstant, subditæ etiam præstare poterunt.

Pessuli.

πεσσοὶ.

Περὶ Ἀκόρου. Κεφ. Β'.

Ἄκορον Λοὶ ἢ, χορὸς ἀφροδισίας. ἕωμαῖοι βαλέρια. οἱ δὲ, ναυβικαράδιξ. γάλλοι πεπεράκιουμ. ⌋ Τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἐμφερῆ ἴριδι. ἐγγύτερα δὲ τὰς ῥίζας οὐκ ἀνομίους. διαπεπλεγμένας δὲ οὐκ εἰς εὐθὺ πεφυκυίας. ἀλλὰ πλαγίας ὥς τινας ἀλλήλαις γόνασι διπλεκομένας. ὑπολεύκους. ὀσμαῖας τὴν γεῦσιν. καὶ τὴν ὀσμὴν οὐκ ἀφανεῖς. διαφέρει δὲ τὸ πυκνὸν καὶ λευκόν. ἄβρωτόν τε καὶ πληκτικόν. εὐῶδες. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐν χαλκίδι καὶ τὸ ἐκ τῆς γαλατίας ἀκόρου λεγόμενον. δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα θερμαντικὴν. πινόμενον δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ οὖρα κινεῖ. ἐμπίπτοντος πρὸς πλευρᾶς πόνον καὶ δύσπνοιαν. ⌋ Ἡπατικοῖς. σκόφους. ῥήγματα. ῥάσματα. ἀλλῶσας τήκει. ὠφελεῖ. ⌋ Σπαργυριῶντας. θηριοδήκτους. καὶ εἰς ἐγκάθισμα ὡς ἶρις πρὸς τὰ γυναικεῖα. ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης ἀπροσδαίρετα τὰ ὠτοκονῶντα ταῖς κόραις. μίγνυται δὲ ⌋ ταῖς ἀνδρώδεσι ἡ ῥίζα χρησίμως.

De Acoro. Caput II.

Acoron ⌊ genere neutro: sunt qui, ꝙ herba sit, fœmínino acorū, qui aphrodisiadem, qui nauticā radicem dicāt. Galli piper apiū, Romani Veneream herbam appellant. ⌋ Iridis folia acorus habet, angustiora tm̄. Radices eidē non dissimiles, implicitas, nec rectà descendētes, ueręobliquas, & in superficie terręgeniculis intersectas, colore subalbidas, gustu acres, odore non ingrato. Primā habet bonitatis æstimationē quæ densa, cā dicās, nō cariosa, sed plena & odorata est. Asplenos in Colchide & Galatia acorus appellat. Calefaciēdi uis & natura radici eius est. Cit urinā potū acori decoctū: lateris, pectoris & iecoris doloribus, torminib⁹, ruptis cōuulsisq; accōmodatū. Minuit p̄terea lienes: Vrinę stillicidio p̄dest, prodest & uenenatoręmorsib⁹: Vtiliterq; iridis mō infidētibus acoro, muliebria. i. mēses fouent. Exteritinūctus radicis succus quæ claritati oculoręofficiunt. Misceť præter hæc magna utilitate antidotis acori radix.

INTERPRES.



Congener iridi acorus est, nō tanta tamen cognatio, nec tam indiscreta similitudine duaę plantarum natales natura miscuit, ut non diuersitatis aliqua etiam uestigia in eis relinquerit: Quæ obseruantes herbarij, alteram ab altera separarent, & diuersa appellatione in diuersos usus distraherent. Quod ut à natura fit, & à scriptore hoc traditum fuisse uerisimile est, sic etiam integris his commētarijs integrum ad nos peruenisse debuerat. Sed quæ bonis artibus & studijs semper nocuit librariorum incuria, maiorem diuersitatis illius partē desiderare nos cogit: De qua priusq̄ agamus, quæ possumus de diuersis acori appellationibus dicemus: In quibus nulla est mihi certa ratio, nec cur Græci à Venere Aphrodisiadem, & à Græcis accepta uoce Romani, Veneream dixerunt. Solus Apuleius, quicunq; ille fuit, in commētariolo quod de aliquot herbis scriptū à se reliquit, Piper apium dictam fuisse testatus est, ꝙ ea in aluearibus suspensa, nunq̄ facto examine apes in colonias fugerent: nec tamen causam reddidit, nec inuenta hactenus à me est. Idem præterea sandicem nauticam, & fingentianam ait uocari, incerta nobis pariter nominum huiusce modi origine & causa: Quę ego hoc loco non posuissem, nisi ante nos in Corollario suo has uoces Barbarus inseruisset, pluris̄q; quàm

Piper apiū. Apuleius.

æquum

æquum erat feciſſe eas uideretur: & niſi in antiquo latino Dioſcoride, in extrema capitis coronide, omnia ab Apuleio illo dicta, tanq̃ legitima proles ſcriptori huic adiecta fuiſſent. Quæ omnis labes miſcendi ſimul & eodem loco coaceruandi à diuerſis ſcriptoribus tradita, non prius in bonas artes irrepſit, q̃ cũ inceperũt qui eas profitebantur, ex ſola omniũ ſcriptorũ lectione gloriã ſibi quærere: & dum multa ſcire & ſcripſiſſe uideri uolunt, contra q̃ mercatores & inſtitores ubiq; conſueuerint, à maioribus & ſecretioribus tabulis nomina datiq; & accepti rationes omnes in exiguos codices & diurnos pugillares tranſtulerunt. Eoq; impudentiæ progreſſa res eſt, ut præteritis antiquorũ ſcriptorũ nominibus, tota aliquãdo uolumina iſſdẽ uerbis à quibuſdã in cõmentarijs ſuis reddita fuerint, quaſi Theophraſtũ, Plinĩũ, Galenũ, cæteroſq; Græcorũ ſcriptores nulli poſt eos lecturi eſſent: Neſcioq; ego ingrati' ne magis an doloſi animi uitiũ fuerit, ex alienis laboribus gloriam tanta impietate quærere, & tam turpi flagitio (quod etiã monente grãmatico Ariſtophane, à Ptolomæo rege non minus q̃ furti punitũ quondã Alexãdriæ fuerit) ab antiquorũ laude in admirationem ſui deuios agere poſteros. Non meminiſſem itaq; & ego ob has cauſas earũ uocũ, niſi Barbarus Corollario, ut diximus, ſuo eas inſeruiſſet. Nec ideo id feci, ne ſolus ignoraſſe eas uiderer: uerũ ut obiter monerem quod in Apuleio legitur, ſandicẽ nauticã dici acorũ, uideri nobis ex Dioſcoride acceptũ, & ſi id ſit corrupte, ſandicẽ pro radice legi: Tamq; facilis in una litera lapſus à radice in ſandicẽ eſt, ut id potius iudicio meo ſic legendũ in Apuleio fuerit, q̃ importunæ hoc loco uocis inſerendus uſus. Nec illud etiam ignoramus, poſſe ſandicem ad floris colorem referri: & ex eo totam appellari plantã, qui in ſandice flammeus luteo non diſſimilis eſt: Sed nos ubi nulla ſit antiqui ſcriptoris fides & autoritas, magis probamus quod in Dioſcoride adhuc ſeruatur, & quod rationẽ magis ſequitur, ut à potiore parte, à radice ſcilicet quæ ſola in acoro habet uſum, tota appelletur planta, non aliter q̃ & in iride dictum pauloante eſt. Credimus præterea uitium in adiectiuo illo nautica eſſe: quoniam nullum in tota huius plantæ hiſtoria medicinaq; ueſtigium deprehenditur, quod ad nauigationem nautas'ue pertineat. Quod niſi in ſuſpicionibus coniecturisq; his moroſior haberi & dici timerem, illud etiam adieciſſem, ſuſpicari nos, quoniam iridi ſimilis & cognata acorus ſit, eâdẽ illi appellatione potuiſſe quondam uocari: & ut in iride radix marica, naronica, donec certius aliquid inueniretur, emẽdata à nobis eſt: Sic etiam in acoro pro radice nautica, naronicã legi eodẽ modo poſſe. Nec eſt quod miretur aliquis Latinarum uocum in Græcis tam graues mendas, cum Græcarũ in Latinis non diſſimiles paſſim uidere liceat. Satisq; hæc pro acori diuerſis appellationibus ſint non tã deſideranda, q̃ illa quæ in diuerſa eius ab iride figura aliunde repetenda nobis fuerunt: In q̃bus præter dicta à Dioſcoride hæc præcipua ſunt: In folijs lõgitudo maior, color minus herbaceus, & in ſummo acuminatior mucro: in floribus, non ut in iride, craſſiore ungue folia hærentia, ſed pediculo aliquo ſuſpenſa: nec purpureo, ſed luteo colore: Dico autem luteum, quem alij in hoc flore croceum eadem ſanè cum cæteris eiuſdem rei æſtimatione, ſed minus ambigua & incerta in duobus coloribus, quorum alter in croco ſit, alter ex eo fiat, indicatiõe quod Græci una appellatione κροκώδης ſiue κροκίζοντας pariter dicunt. Habet enim natiuum crocus colorem, qui in capillamentis ſuis intra florem adhuc uiuentibus & ſiccatis rubet. Habet & luteum, cum dilutis humore aliquo capillamentis iſſdem luteſcit. Fitq; in hoc ſcriptore ſæpenumero, ut κροκώδης ſiue κροκίζον, id eſt croceum dicatur q̃d rubet: ut in maiore dracunculo, quem ſemen in ſummo caule ferre Dioſcorides ait racemoſum, & cum matureſcit κροκίζοντα id eſt croceum: qui color niſi à capillamentis crocirubentibus accipiatur, falſus omnino erit: puniceo enim colore tunc dracunculi ſemen rubet. Aliquando etiam κροκώδης uocat quod non rubet, ſed diluti aqua croci colore eſt, ut in cõmanducato Rhapontico eſt, & in acoro hac, caltha, uiolisq; his uidetur, quæ primæ uer nuntiantes, uno ramulo plures pẽdent, & colore maturæ medicæ mali uidentur, de quibus ſuo loco dicemus: ſimulq; de coloribus his, cum in uniuerſum de omnibus in extremo opere agetur. Ob quam cauſam nos eam ambiguitatem fugientes, ubi luteus erit croci color, luteum: croci, aut diluti aqua croci colorem: ubi puniceus & rubens, ſemper croceum, aut croci colorem rubentem, dicemus: Eritq; nobis à re, non ex imitatione Græcæ uocis, indicationis ratio. Ecquis etiam nouit? an croci luteus color, natiuus in eo flore etiam intelligi poſſit. Rubẽt enim capillamenta eius: luteſcunt autem, quæ numero tres ueluti ligulæ in eo uidentur: & ab ijs luteum in croco colorem, non ab eo qui humore aliquo dilutus fuerit, κροκώδη καὶ κροκίζοντα hic dicat aliquando, quod luteo colore eſt: & ſi hac ratione intelligendum id ſit, non male, ut conſtitutum eſt, luteus croci color dicetur. Non ſunt relinquẽda quæ in reliquo capite ex eadem librariorum incuria uitium contraxerunt: & ſi hactenus ab alijs, qui ante nos hoc idem egerũt, pleraq; ad antiquam integritatem Plinij, & eiuſdem huius ſcriptoris ope reſtituta ſunt: quæ omnia meliorum codicum fide nos etiam confirmamus. Priuatim tamen illud opinamur: ubi Dioſcorides ait præferri cæteris acorum denſam, candidam, non cariоſam &c. non denſam, ſed amaram legi quondam potuiſſe: monuerunt'q; id nos probatiores in Græcis codices, in quibus una tantum mutata litera, non πικνὸν quod denſum, ſed πικρὸν quod amarum ſignificat, legitur: Quod & Galenus aperte innuit, dicens ſaporem acoro acrẽ cum amaritudine aliqua eſſe. Non tamen communem illam lectionem penitus damnamus. Scimus enim egregiæ bonitatis notam in radicibus aliquando denſitatẽ eſſe: ſed monuiſſe hoc legentes uoluimus, præſertim cum hic ipſe dicat radices eſſe acoro iridis radicibus nõ diſſimiles, in quibus prælatæ alijs fuerunt quæ denſiore ſoliditate & amaro ſapore eſſent: quod & Plinius itidem reddidit, cum libro XXV. capite undecimo de acoro ageret dicens. Cætero & has iridis ſimiles. Deeſt' & in extremo capitis calce participium ἐγχριόμενον, id eſt inũctus, quod ad remedij uſum pertinet: quo loco ſcilicet decernit radicis acori ſuccum, quæ claritati oculorum officiunt abſtergere: Id enim agit oculis inductus & inunctus. Reliquum eſt, ut de his quæ ad medicinam pertinent aliquid dicatur: primumq; illud erit quod Dioſcorides ait prodeſſe acorum ſine febre lateris doloribus: in quo malo humanicq; corporis parte, in qua id ſentiatur, nouiſſe illud oportet, dicere Græcos πλευρὰν coſtam, & neutro genere πλευρὸν, omne id in anteriore homine ſpatium, quod utrinq; à ſuperiore parte, qua brachium humero iungitur, ad imas pertinet coſtas, cui ex interiore parte

Apuleij locus.

Sandix color.

Notæ acori

Luteus color.

Duplex in croco color

Lateris dolores.

parte coſtæ ſubiacent, grauioribus leuioribusq; aliquot morbis obnoxium. Omnem hanc hominis partē ut diximus, aliquando fœminino, aliquando neutro genere πλευρὰν καὶ πλευρὸν Græci dicunt, Latini uero latus: & quibus ea pars tētatur morbos, utraq; gens ſuis appellationibus ab ea parte factis, ſignificauit: Græci πλευρίτιν grauius plerunq; & exitiale malum, quod ex abſceſſu ſuppuratione q; in ambiēti ex interiore parte coſtas membrana fit: quem comitantur difficultas ſpiritus, cōtinua febris, dolor q; à ſumma humeri iunctura ad extremas coſtarum cartilagines pertinēs. Et præter hoc πλευρὰς πόνος, qui in eadem parte dolor, ſed ſine febre ſentiat: fiatq; ut Celſus ait, uel ex ictu, uel ex frigore, uel ex nimio curſu, alia'ue huiuſcemodi cauſa. Romani autem, quibus non licuit (ut Flaccus ait) tam rotundo ore loqui, & in fingendis componendisq; uocibus minore felicitate uſi ſunt, utrunq; hoc malum, aliquando lateris, aliquando lateralem dolorē dixerunt: nullo inter grauius leuiusq; illud malum diſcrimine, quod Græci anteà fecerant: quam ambiguitatem uitantes aliqui, prius illud & grauius, græca uoce pleuritim: ſecundum uero illud & leuius, lateris & latera les dolores dixerunt. Sed tanta uarietate & inconſtātia duarum uocum, ut nobis qui Græcam medicinam latine loquentem oſtendere cupimus, neceſſe ſit certas & ubiq; ſibi ipſis conſtantes uoces in his etiam cōſtituere: ut cum inuenerint legentes lateralem dolorem, ſemper intelligant primum grauiusq; illud malū, quod Græci πλευρίτιν uocant. Cum uero ſine febre lateris dolores, ſecundum illud & leuius, quod ijdem Græci πλευρὰς πόνους ſiue ὀδύνας: fecimusq; hoc antiquos Græcos imitati. Siquidem Paulus Aegineta cum longius de priore illo egiſſet, ſtatim ſubiecit: Coſtarum uero, id eſt lateris ſine febre dolores &c. In priore uero illo, cum non liceret Græcorum modo ſubſtantiuo aliquo nomine uti, autore Plinio lateralem dolorem libēter diximus. Dicendum nobis etiam de ſtillicidio ueſſicæ, quod ſic accipiendum eſt autoribus Celſo, Galeno, Paulo Aegineta, Abſyrto de ueterinaria medicina, pluribusq; aliis, fieri aliquando ut ex ueſſica per colem multa difficultate, nec ſine magno dolore conatuq; urina fluat. Eo malo affectos M. Cato cap. CLVI. libri ſui de re ruſtica his uerbis deſcripſit: Quibus lotium ægre it, Græci & à difficultate & à dolore δυσουρίαν id malū dixerunt. Aliquando exiguis, nec niſi per interualla ſtillis eadem urina fluit: deſcripſitq; hos etiam ſic Cato: quibus lotium ſubſtillum eſt, Græci hoc uitium στραγγουρίαν dixerunt. Suarumq; diffinitionum libro Galenus id malum diffiniens, ait στραγγουρίαν εἶναι κατ' στράγγα τὸ οὖρου ἐκκρισιν, eſſe ſcilicet per interualla temporis ſtillam urinæ fluxum. Aliquando etiam nec ægre neq; exiguis & per interualla ſtillis, ſed toto obſtructo canali nihil fluit. Eius mali Cato non meminit: Græci autem ἰσχουρίαν dixerūt: diffiniuitq; eodem libro Galenus integrā eſſe urinæ ſuppreſſionem, quæ uitæ periculum ferat. Nos quia ſæpius de his agendum erit, quot & quæ erunt in Dioſcoride difficilis urinæ genera, & uoces totidem, & eadem ſignificatione à nobis reddentur: ne communi appellatione aliqua miſceantur ſimul, quæ ſpecie in antiqua medicina diuerſa fortè fuerunt: ob ſoletam q; Catonis uocum uetuſtatem fugiētes, Primam illam labem & urinæ difficultatem, autore Plinio aliisq; ueſſicæ urinæ'ue anguſtias, Secundam autore Seneca ueſſicæ urinæ'ue ſtillicidium, Tertiam Græcæ uocis imitatione, ſuppreſſam urinam, ſiue obſtructam ueſſicam poſthac ſemper appellabimus. Exigunt ſibi etiam mulieres, altera nec negligenda humani generis pars, in extremo hoc capite priuatim operam noſtram: Cupiuntq; pro tam multis fœturæ & puerperij ſui laboribus, quos ſolæ obeunt, gratiam & honorem hunc ſibi haberi, ut certius dicamus, quæ nam ſint, quæ Græci omnes ſcriptores paſſim τὰ γυναικεῖα appellant, & quæ intelleXiſſe ea legentes oporteat: nequis aliud q̄ naturæ uitiū ſignificari ſuſpicetur: & ipſe hoc etiā remedio à proprio ſibi malo cōualeſcant. Quod nos nō tam libenter q̄ neceſſario agemus. Et ſi nō adeò facile id ſit, nec legentibus fortè æquum uideatur in generis & multitudinis uoce, qualis in Græcis τὰ γυναικεῖα eſt, unum propriumq; aliquod mali genus ſignificari: & ſi plura indicent, quot qualia'ue ea ſint, parum etiam explicari: Conabimur tamen, minorq; aut nullus nobis hic labor eſſet, ſi Græcarum literarum periti omnes nouiſſent, quam uim præpoſitiui articuli in Græcis habent: Intelligerent enim adiectiuo nomini coniunctos eos articulos ad ſubſtantiam certamq; rem ſignificationem transferre: & cum δίκαιον auditur, adiectiue iuſtum: cum ὁ δίκαιον, ſubſtantiue iuſtitiam intelligi. Idem & hoc loco ἐν τοῖς γυναικείοις id eſt muliebribus, intelleXiſſe oportet, conſtituendumq; indicari à Dioſcoride id, uel ea tantum mala, quæ fœminarum propria ſunt: maribus ideo à natura negata, q̄ in altero ſexu his partibus carent, in quibus ea fiunt: Quæ ſanè multa ſunt: nec numerari ea nunc opus eſt. Illud magis in tanto hoc ſcriptore cogitandū, ex quo plura in fœminis propria hæc mala fiunt, non diuerſa tantum, uerum contraria: nec diuerſis, ſed contrarijs etiam remedijs curanda, inutiliter grauiq; humanæ ſalutis periculo hæc hominē docuiſſe, ſi in una illa τῶν γυναικείων uoce omnia fœminarum mala intelligantur. Oportet itaq; de perito totius medicinæ homine id ſentire, unum commune certumq; aliquod mali genus in fœminis decocto acori curandum præcepiſſe: nullum autē menſibus menſtruiſq; purgationibus in eo ſexu certius communiusq; eſt: Solis ſiquidē, omnibus, longioreq; & meliore uitæ parte, niſi uitium impediat, fœminis ea affectio competit: Tamq; propria illis eſt, ut ſine his nulla ſit muliebris ſexus ad fœturam utilitas & gratia: fuiſſeq; hanc quondam τῶν γυναικείων æſtimationem, aperte Theophraſtus indicat, qui libro nono de libanotide, quam Romani roſmarinum dicunt agens, utilem radicem eius prodidit πρὸς τὰ ἔλκη, καὶ τὰ γυναικεῖα: uocatq; ille γυναικεῖα, quæ in eadem libanotide manifeſta menſium ſignificatione hic ἔμμηνα appellat. Licetq; plura ſint muliebrium menſium uitia, unum tamen ſignari tantum hoc loco uidetur, mora ſcilicet & ceſſatio eorū: Siquidem quæcunq; ciendæ urinæ accommodata ſunt, eadē ceſſantes menſes ducere etiam poterunt. Dicet hic fortè aliquis, ſi menſes ea uoce tantum intelligendi erant, debuiſſe certius quotidianā rem indicare Dioſcoridem, paratis præſertim certioribus & communioribus aliis appellatiōibus, quales καθάρσεις, ἔμμηνα, & κατάμηνια ſunt: quibus à cunctis aliis paſſim, & ab hoc ipſo toto hoc opere eadem illa affectio nominatur. At nō minus certa, nec minus frequens cunctis aliis hæc quondā fuit: Vſus ea enim Theophraſtus, uſus Ariſtoteles, uſi & alij ſunt: quodq; pro omnibus ijs merito habendum eſt, in quotidiano caſtioris ſermonis uſu fuiſſe ueriſimile eſt: Pudoriq; parcentes, rem auribus etiam ingratam, à ſexu, cuius propria erat, qua diximus ratione tota Græcia, omnes

πλευρίτις.

πλευρᾶς πόνος

Stillicidiū ueſſicæ.

δυσουρία

στραγγουρία

ἰσχουρία

Muliebria, id eſt mēſes

omnes indicauerunt: Non aliter q̃ & noſtra ætas & gens pudori pariter conſulens, fœminarũ tempora, deflexa contractaq; in muliebri re ad eam affectionem temporis appellatione, non male uocat. Quæ omnia longius ideo à nobis dicta ſunt, ut in tam diuerſis notiſſimæ alioquin rei indicationibus, appellationis noſtræ cauſam redderemus: meminiſſentq; poſthac legẽtes, ſiquando muliebriũ per ſe uox nobis in hoc opere exciderit, menſes tantum ea ſignificari.

Περὶ Μήου. Κεφ. γ'.

Μηον τὸ καλούμενον ἀθαμαντικὸν, γενναῖαν πλῆσον ἐν μακεδονίᾳ καὶ Ἰωνίᾳ, ὅμοιον καυλῷ καὶ φύλλοις ἀνήθῳ. παχύτερον δὲ καὶ ἀνήθου. δίπηχυ καὶ ἀναβαῖνον. ταῖς ῥίζαις ὑπεσταλμένον λεπταῖς πλαγίως. καὶ εὐθείαις. μακραῖς εὐώδεσι. θρμαινόσαις τὴν γλῶτταν. αἱ ζωσαι ἀπρεσθῆσαι μεθ' ὕδατος ἢ καὶ λῆσαι δίχα ἑψήσεως πεθῆσαι, τὰ στερνὰ πρὸς κύσιν καὶ νεφροὺς πάθη πρὸς ὀρθῶσι. καὶ δυσουρίας ἀρμόζουσι. σομάχου τε ἐμπνευματώσεσι καὶ σφόφοις ὑσδρικαῖς τε διαθέσεσι. ἄρθρῳ πόνοις. θώρακι ῥόμαζομένῳ σὺν μέλιτι λῆσαι ἀντὶ ἐκλικτῆ βοηθοῦσιν. αἷμα τε ἄγουσι δι' ἐμμονῆς ἀπρεσθῆσαι εἰς ἐγκάθισμα. παιδίων δὲ καταπλασθῆσαι ἐφηβαίοις οὖρα ἀρθσιν. ἔστι δὲ καὶ κεφαλαλγὲς πλῆσον ἢ δὲ πινόμενον.

De Meo. Caput III.

MEon. In Macedonia & Hiſpania plurimũ naſcit Meon quod Athamãticum uocant, caule foliſq; aniſo ſimilibus, craſſius tamẽ aniſo eſt: bicubitali plerũq; altitudine, radicib⁹ in parteis diſtractis, hiſq; tenuibus: aliis in obliquũ, aliis rectà tendentibus, longis odoratiſq;, & guſtu feruidis: Quæ in aqua decoctæ, & ſine coctura tritæ, contra adſtricta renũ & ueſſicæ uitia utiliter bibunt, urinę anguſtijs utiles, utiles & ſtomachi inflationib⁹, torminibus, ſtrangulatu uuluæ procidẽtibus, articulor̃ doloribus, & à capite in ſubiectas parteis deſtillationibus, cunctiſq; his cum melle tritæ pro eclegmate dantur. Decocto eaq; inſidentibus, menſtruus ducitur ſanguis: infantibus etiam imo uentri & pectini, emplaſtri modo illitæ, urinã cient: Dolores tamen capitis facit potũ ultra q̃ deceat, meon.

INTERPRES.

PEregrinum ſemper, quondamq; rarum, nunc uero quod ſciam nullũ Italiæ meon eſt: non quia quibus locis antiqua ætate naſcebatur, nunc etiam non naſcatur: æterna enim plantarũ genera uoluit natura eſſe: Sed mutatæ cum temporibus artium & doctrinarum rationes, multa quæ in noua medicina diu neglecta ſunt, ignota penitus nobis tandẽ euaſerunt. Ex quo fit, nequid poſſit in eo dici præter ea, quæ à Plinio breuiſſime libro xx. cap. xxiii. dicuntur: qui meũ id, non meon appellat, qua uoce poſteriores aliquot etiã uſi ſunt: & præter ea quæ Paulus Aegineta in ſexto illi aſſignauit à Dioſcoride accepta, calere ſcilicet in tertio, ſiccas uero in ſecundo ordine mei radices eſſe: ideoq; urinã & menſes ciere: ſumptumq; maiore copia meon capitis facere dolores. Variãt in figura & hiſtoria eius antiqui Græcorũ codices: In aliquibus enim legitur aniſo, in aliquibus anetho foliis ſimilibus eſſe: Plinius aniſo ſimilia dixit: nosq; in ambiguo, ueluti alterius teſtis acceſſione, quę pluribus teſtimonijs confirmabatur, aniſi lectionem magis probauimus: Cætera uero in quibus uariat à Dioſcoride Plinius, diligentioribus cenſenda relinquimus: non enim utrobi in duobus ſcriptoribus certior ueritas & maior fides ſit, quærimus: ſed Dioſcoridem Latinis reddentes, qua poſſumus diligentia collatis Græcorum codicibus, ſi non integrum, minus corruptum tamen proferre conamur: quod in hoc capite, ut mox dicemus, perq̃ difficile erit, tam turpiter aliqua parte claudicat. Cur autem Athamanticum diceretur, Plinius eodem loco expoſuit: niſi forte Athamanicũ ſubtracta t litera legẽdum ſit, docueritq; Dioſcorides in Athamania naſci: Cuius regionis gentẽ, autore Byzantio Stephano, aliqui Theſſaliæ, aliqui Illyrico aſſignarunt. Nec refert in Macedonia naſci meon dixiſſe Dioſcoridem, quando non longe diſtẽt inter ſe Theſſalia & Macedonia: mutatisq; à regibus ſæpenumero eaq; terminis, altera in alterius appellationẽ aliquando trãſierit. Suſpicio tñ hæc magis q̃ decretũ ſit. Illud certius docendũ, quæ nam Dioſcorides στυγνὰ, & nos una appellatiõe adſtricta renũ uitia appellemus, omnia. ſ. illa, quor̃ impedimẽto urina aut difficulter, aut raris, & per interualla temporis ſtillis, aut nulla fluit, ſiue in renibus, ſiue in ueſſica ea ſint: quorũ maior pars ſuperiore capite numerata & deſcripta à nobis eſt. Reliqua uerò ut ex renũ uitio cauſam & originẽ habent, ſic ex decretis in ea parte malis, repetenda ſunt. Diximusq; nos adſtricta Celſum imitati, qui i. libro adſtrictas febres eas appellat, quæ nihil ex ſe remittunt. Quod genus libro diffinitionum ſuar̃ Galenus diffiniens, ait: Adſtrictã eſſe febrẽ, quæ fluidæ contraria eſt, nihilq; ex ſe remittit: qualia ſunt aluus, urina, ſudor, pituita oris, & ſiqua alia huiuſcemodi in homine naturæ impetu pelli conſueuerunt. Vox à fictilibus trãslata, in qbus Græci στυγνὰ dicũt, q̃ nec curta nec rimoſa, aut uitio aliquo rara, infuſos humores non remittũt, ſed retinẽt. Supereſt quod pauloante diximus in hoc capite claudicare, nec facile reſtitui poſſe, tantopere uariãt illic antiqui Græcorũ codices. Locus eſt, ubi nos diximus ſtrangulatu uuluæ procidentibus, mei radices prodeſſe: difficillimũ, & quod mortis imaginẽ habet in ea parte malũ, ſignificantes: qđ Græci πνίγα ὑστερικὸν, Latini non uno tantũ modo, ſed alij p̃focationes uuluæ, alij ſtrangulatus, alij ab euentu eius mali, obmuteſcentes ſtrangulatu uuluæ fœminas, dixerunt. Sunt enim in quibus ſtrangulationes hæ, in qbus p̃cluſæ, in qbus procidẽtes uuluæ, & in qbus eius partis dolores tm̃ leganť, tã difficili inter tot eiuſdẽ partis mala iudicio, ut inclinaret animus hiatũ relinquere hoc loco, quẽ poſt nos maiore iudicio & peri-

στυγνὰ.

Adſtricta renũ uitia.

ὑστερικὸν πνίγ.

Strangulatus, p̃focationes uuluæ.

tia aliquis expleret. Persuasit tamen quod legitur reddere maior testium numerus, & inter eos qui mihi omnium aliorum probatissimus est. Et si antiqua Dioscoridis interpretatio, nec minus etiam Serapion, ad dolores eius partis remedium hoc contraxerint. Quod totum legentibus liberum relinquimus.

περὶ Κυπέρου. Κεφ. δ'.

Κύπερον. οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον ὡς τινὲς ἀσπαλάθου καλοῦσι. Ῥωμαῖοι ἰουγκι ραδίκεμ. οἱ δὲ, ἰουγκτμ. φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια πράσῳ. μακρότερα δὲ καὶ ἰσχνότερα. καυλὸν δὲ πυχναῖον, ἢ καὶ μεῖζονα. γωνιώδη, ὅμοιον χοίνῳ. οὗ κατὰ κορυφὴν φύλλα ὀλίγα ἔκφυσις μικρῶν καὶ ἀσπέρματον, ἕλιξαι δ' ὑπ' αὐτὴν ὥσπερ κεφαλὴ ἡ χύσις ὡς πρὸς ἀνθολίκνους ὡς ἐλαίαι σωφερὲς ἑαυταῖς. ἢ σφογγύλαι. μέλαιναι. εὐώλεις. ἔμπικροι. φύονται δὲ ἐν τόποις ἐργασίμοις καὶ πελματώδεσιν. ἀρίσκεται δὲ ὅλη ἡ βαρυτάτη καὶ πυκνὴ καὶ ἄδρα. δύναται σος. τραχεῖα. εὐώδης μετά τινος δριμύτητος. γίνεται δὲ ὅλη καὶ λίκις, καὶ ἡ συριακὴ, καὶ ἡ ἀπὸ τῶν κυκλάδων νήσων. δύναται δὲ ὅλη αὐτὴ θρμανσικὴ λανασματικὴ. διουρητικὴ. λιθιῶσι καὶ ὑδροπικοῖς πινομένη βοηθεῖ. καὶ σκορπιοδήκτοις. καὶ ταῖς περὶ μήτραν δὲ καταφύξεσι καὶ μύσεσι πυριωμένη, ἀσμόζει. ἄγουσα ἐμμηνα. πρὸς δὲ καὶ τοῖς ἐν σώματι ἕλκεσι καὶ νεμομένοις ἐκβαλλεῖ. μίγνυται καὶ μαλάγμασι θρμανσικοῖς. καὶ εἰς τὰ σίγματα δὲ μύρων εὐθετεῖ. ἴσον δὲ καὶ ἕτερόν εἶδος κυπέρου ἐν ἰνδίᾳ γινόμενον. προσεοικὸς ζιγγίβερι. ὃ διαμασηθὲν κροκῶδες πικρὸν εὑρίσκεται). κατὰ χρισθὲν δὲ, πρὸς ψυχρὰ καὶ ξηρὰ τὰς ἕξεις.

De Cypero, Lqui odoratus angulosus iuncus est.J Caput IIII.

CYperon. Sūt qui & hūc quẽ admodū aspalathū, erysiscep trū uocent. LRomani iuncū simpliciter, uel iūci radicẽ dicūt:J Pori folia angulosus odoratus hic iūcus habet, lōgiora tm̄ graciliora q; : Caulẽ cubitalẽ, & aliqñ maiorẽ, angulosū, odorato rotūdo iunco, quẽ schœnū dicunt, similẽ. In summo cuius cacumine minuta folia se proferunt, inter quæ semen est. Radices, quarū usus est, oblōgis oliuis similes habet, mutuo contactu sibi inuicẽ cohærẽtes: habet & rotundas aliquando nigrasq;, & cū amaritudine aliqua odoratas. Nascit cultis aquosis locis. Probatur angulosi iunci radix, quæ maxime ponderosa, densa, crassa, non facile fragilis, aspera, & cum acrimonia aliqua odorata est. Talis Cilissa est, Syriaca itidẽ, & quę ex Cycladibus insulis affert. Calefacit angulosi iūci radix, Laperit, Jurinā cit. Bibit contra uessicæ calculos & cutẽ subeuntes aquas utiliter. Bibit & contra scorpionū ictus eadẽ utilitate. Refrigeratis præclusisq; uuluis calens imposita opitulatur, menses trahens. Siccat eadem & in farinā trita, oris ulceribus, quæ pascendo serpunt, insperg it. Malagmatis etiā quæ calefaciendo sint, utiliter miscetur. Spissandis unguentis eadem accōmodata est. Fertur & altera angulosi iunci radix in India nasci zingiberi similis: quæ cōmanducata amarescit, & luteū croci colorem reddit, & qua q̄ primū glabrescunt inunctæ corporis pilosæ partes omnes.

INTERPRES.

NVllibi similitudine nominū decepti grauius q̄ in medicina peccamus: Interest enim uitæ & sanitatis humanæ, cuius seruatæ restitutæ ue fructu nihil omnibus dulcius, autoribus uero nihil honestius: diligentius ideò in his agendū: Vtq; in secernendo à gentilibus suis Cęsare, non satis est Cæsarem ciere, sed oportet corporis eius notas indicare omnes, excelsam staturā, candorẽ, os paulò plenius, nigros oculos, caluitiūq;: Sic & ubi nominū in Græcis similitudo aliqua misceatur, genera, declinationes, & quibus diuersis in eodẽ sono literis, quas multas Græci habent, tradita quondā ea fuerint, appositę nouisse: Nisi em̄ id fiat, manibus pro lucerna uti plerisq; oportebit. Nec poterunt hoc loco facile secerni Cyperus, Cypirus, & in fœminino genere Cyperis: quæ tria, multa nominū similitudine, genere, & ut à toto pars, inter se differunt. Cyperus siquidẽ, de quo nunc agimus, in iuncorū genere angulosо caule, & odorata radice est: à Celso libro III. cap. XXI. quadratus iuncus, à Plinio XXI. cap. XVIII. triāgularis primo, mox angulosus dictus, grauī inter graues autores, modo uitium ex commentarijs eorū absit, in angulis eius discordia: nisi angulosum Dioscorides eum dicens, utriusq; historiā confirmasse, & omnẽ inter eos ueluti litẽ diremisse uideatur. Cypirus autẽ palustris planta est, gladiolus quondā à cultellati folij figura, ut credimus, dictus, multis locis laudatus: & in Aegypto, si Plinio credimus, nullius odoris. Cyperida postremo fœminino genere radicẽ cyperi ueteres dixerunt, non omnem, sed eam quā hic oblongæ oliuæ similẽ, præcipui in medicina usus, laudauit: quæ una fuit causa, ut posteriores medici cyperin siue cyperida tantū nouerint. Sic enim Paulus, Aegineta multis locis appellat. Quā uero Plinius eodẽ capite dixit per se Indicā herbā esse, quæ cyperis uocetur zingiberis effigie, & commanducatam croci uim reddere, diuerse à Dioscoride traditur: non enim cyperida, sed cyperum dicit appellari, quæ in India nascatur zingiberis effigie &c. Credimusq; nos ab utroq; idem dici: uarietatemq; uocum non aliunde esse, q̄ ex ea quam diximus causa, quia scilicet à potiore parte, & quæ sola usum habet, tota quondā etiā dicta fuerit plāta: quod à Romanis itidem factū est, qui iūci radicẽ cyperū dixerunt, totā plantā & utiliorẽ eius partẽ simul signantes: qua appellatione usus Columella aliquando est.

Cyperus
Cypirus
Cyperis

Fuerūt

Fuerunt præterea qui cyperum hunc eryſiſceptrum non minus quàm aſpalathum uocauerint, nulla à nobis deprehenſa hactenus appellationis huius origine & cauſa: quando, ut ex utriuſq; hiſtoria patet, nihil ſimile inter ſe habent cyperus & aſpalathus: alter enim in iuncorum genere uitilium modo lentus foliis praceis: alter in fruticum ordine aculeatus & lignoſus: in medicina autem & ſi pares habent aliquas uires & uſus (uterq; enim ſpiſſandis unguentis utilis, uterq; oris ulceribus medetur, uterq; calet, urinam ciet, & croci luteum colorem ſaporemq; reddit:) non tamen in his quæ Græci ἀντιβαλλόμενα dicunt, id eſt æqualia, & quæ noſtræ ætatis medici quid pro quo dicunt, ſibi inuicem reſpondent, & æquales habere uires decernuntur. Cypero ſiquidem maior iuniperus, & aſpalatho uiticis ſemen à Paulo Aegineta exæquatur. Quę una uidebatur antiquis medicis efficacior fore cauſa, ut ex hac ſimilitudine pariq; in uiribus poteſtate, eãdem appellatione utrunq; ſignarent. Nihilominus ut in cunctis Græcis legitur, eryſiſceptrus, quæ propria peculiarisq; aſpalathi altera appellatio eſt, cyperus hic quondam dictus fuit. Nec tantum id Dioſcorides in dicat, uerum Heſychius in lexico ſuo, cum de cypero hoc ageret, ait: κύπειρον καὶ ἐρυσίσκηπτρον, id eſt cyperus planta, qui & eryſiſceptrus: licetq; ut Ariſtoteles ait, nomina ex pacto hominum inter ſe ſint, ideoq; diuerſis locis eiuſdem rei diuerſæ appellationes audiantur: potuerimq; ego reddita ſimpliciter hoc loco eryſiſceptri uoce, q̃d ita ueteribus placuerit cyperum etiam appellare, nihil ultra legentes monere. Quia tamẽ iniquum & à conſilio noſtro alienum eſt, inuidere alijs quodcunq; in nobis fuerit, quodq; agenti & ſcribẽti mihi hæc ſubito in mentem uenerit non tacebo: uagum ſcilicet multisq; plantis commune eryſiſceptri nomen eſſe: Aſpalatho ſiquidem, cypero, uerbenacæ, & pleriſq; alijs adiectum inuenitur: & ex quo per multas uagatur plantas, oportere in eo commune aliquid intelligere, quo ſe diuerſis conciliet rebus. Credimus autem nos id lentorem, & quod Græci dicunt ἰνλώγισον, id eſt uiminis & texturæ facilem rationem eſſe, quã iuncorum genus omne habet: habet & uiridis uerbenacæ caulis: Poteſt habere & aſpalathus: qui licet frutex lignoſus ſit, tiliæ modo tamen poteſt lentore ſuo in tegetes ſportas, corbes, fiſcellasq; texi, & aliorum uitilium modo innexus circũagi: in quos omnes uſus cyperus quotidie trahitur, iunciq; alij omnes. Sumq; ad hanc ſuſpicionem magis quàm decretum eo indicio uſus, quòd Græci ſcilicet ἔρυζον calathum, et ταριδία, iunceam ſportam dicunt: à qua uoce quæcunq; texendis his apta eſſent, communi appellatione eryſiſceptri quondam dicta fortaſſe fuerunt. Dicenda poſthac à nobis etiam quæ in Græcis hoc capite uariant et deſunt, et in utroq; genere unum tantum: legitur enim uarie in antiquis, ubi hic ait ſuccurrere ſcorpionum ictibus potam cyperum. Sunt enim in quibus non ſcorpionum &c. ſed uenenatorum morſibus mederi eam legitur. Licetq; plures & meliores id teſtarentur, & antiqua Dioſcoridis interpretatio id haberet, nos tamen Paulum Aeginetam ſequuti, qui cyperide hac utitur contra ſcorpionis ictus, antiqui ſcriptoris autoritate freti, illud maluimus: quemadmodum libro ſexto cum de uenenatis agetur, copioſius & certius dicemus. Deeſt deinde in extrema capitis clauſura, quod nos diximus amareſcere: πικρὸν enim poſt κροκώδης in melioribus ſequitur: uideturq; Dioſcorides duo ſimul dicere, luteum croci colorem, et amaritudinem commanducatam ex India cyperidem reddere: quod Plinius innuere etiam uidetur, dicens croci uim reddere. Anceps etiam ex diuerſa in antiquis Græcis lectione locus illic eſt, ubi Dioſcorides oris ulceribus mederi cyperida ait: nec facile eſt cenſere, an per ſe oris ulceribus quæ paſcendo ſerpunt, an oris ulceribus, et præterhæc his etiam quæ paſcendo ſerpunt, remedio eam dicat eſſe. Sunt enim in quibus intercedat copula, et in quibus nulla ea ſit: nos quia utrunque id malum fieri poteſt, utrunque etiam reddidimus. Quę autem oris ulcera hęc ſint, et quę itidem paſcendo ſerpunt, cum primum ſigillatim ea ſe offerent, certius à nobis dicentur.

περὶ καρδαμώμου. κεφ. ε.

Καρδάμωμον ἄριστον τὸ ἐκ τῆς κομαγηνῆς καὶ ἀρμενίας καὶ βοσπόρου κομιζόμενον. γίνεται δὲ καὶ ἐν ἰνδίᾳ καὶ ἀραβίᾳ. ἐκλέγου δὲ τὸ εὔοσθρανσον. πλῆρες. μεμυκός. τὸ δὲ μὴ τοιοῦτον, ἐξωχρόν ὄζει, καὶ τὸ τῇ ὀσμῇ πλῆκτικόν. γεύσει δὲ θερμὸν καὶ ὑπόπικρον. θώραμιν ἔχει θερμαντικὸν, πρίει δὲ μεθ' ὕδατος πινόμενον πρὸς ὠλιπτικούς. βήττοντας. ἰσχιαδικούς. καὶ πρὸς ἁλυσιν. ἡγήγματα, ῥαγάσματα, στόφους. καὶ ἕλμινθα πλατεῖαν ἐκβάλλει. μετ' οἴνου δὲ πινόμενον, νεφριτικοῖς, δυσουρικοῖς, σκορπιοπλήκτοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἰοβόλοις ἀρμόζει. μετὰ δάφνης ἐλαίου φλοιοῦ πόδαι ὅσον < λίθους θραύπει. φθειρὰς καὶ ἔμβρυα ὑποδυομένου. καὶ ὥρας θηλείας σὺν ὄξει καταχριόμενον. μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰς τοῦ μύρου σύνθ.

De Cardamomo. Cap. V.

CArdamomon, LRomani pariter Græcis cardamomũ dicũt.J Probatiſſimũ ex Comagene, Armenia & Boſphoro cardamomũ affert. Naſcitur præterea in India & Arabia. Eligito quod frangẽti cõtumax repugnet, q̃d plenũ præcluſumq; ſit. Quod enim tale nõ erit, uetuſtate exoleuit, & bonitatẽ amiſit: Quod odore itẽ ſenſum tẽtet, guſtu acre & ſubamarũ ſit. Calefacit cardamomũ, facit ad comitiales cũ aqua potũ: facit & ad tuſſim, coxẽdices, reſoluta, rupta, conuulſa & tormina. Pellit idẽ latos uentris lũbricos, & cũ uino potũ, renũ cũ urinæ malo aliq̃ doloribus q̃s nephritim græci dicũt. Vrinę anguſtijs, ſcorpionũ morſibus, cũctisq; alijs quę ictu aut morſu uenenũ relinquũt, opitulat. Calculos præterea diſiicit cũ lauri radicis cortice potũ drachmę põdere. Fœtus in utero ſuffitu enecat. Scabies pellit ex aceto inunctũ: unguentorũ ſpiſſamentis præterea utiliter miſcet.

INTERPRES.

FAlsò, ut à Crispo quotidie audimus, queritur de natura sua genus humanum: accusamusq; eam omnes immerito mitē & liberalē alioquin uniuersō animantiū generi matrē, nouercā nobis appellātes. Quæ totū à principio hominē continua beneficij sui in cunctis eius partibus, & æqua dispensatione ad integram ætatē senectutēq;, nisi aliquid obstiterit, perductū, non prius conuellit aut soluit, q̄ futuræ paulopost ruinæ ueluti in uetusto pariete, & qui infirmo fundamento stet, rimas & spiracula aliqua præmonstrarit: Tamq; in hoc officij genere nobiscū benigne egit, ut necessariæ tandē mortis, plures quotidianasq; in sopore, comitialibus, strangulatu, uuluæ obmutescentibus, totq; alijs animæ defectibus, imagines & spectacula nobis proposuerit: quasi his omnes moneret, siquādo maior impetus & durior mali uis sē insinuarit, quod futurq; omnino est, perituræ; soluendūq; statim hominis compositū, qui solidiore iunctura, & firmiore nexu ad eam diē cōpactus, contra tot mortis præludia uictor aliquando pugnauerit. Ideoq; de æternitate omnibus cogitandū, obseruandaq; deinceps tota uita aduenientis & propinqui iam extremi illius mali, tam multa in toto & in partibus corporis nostri præludia & notas, diuersa scilicet uitia & innumeras labes, quibus modo uniuersum corpus, modo aliquæ eius partes grauissime tentant. Obseruationeq; hac cautiore ad sanitatē dū licet diæta in dies uti, futuræq; tandē libertoris uitæ grata à deo bonaq; spe ex naturæ iniurijs auspicia excipere. Nec aliter q̄ à iudice lege hac damnatus aliquis, ut carceris uinculoq; suoq; finē non prius exoraturus sit, q̄ attritis longo imbre tegulis, fulminibusq; dissecto pariete, & terræmotu conuulso omni carcere, hilarē libertatē suā expectare: Quā ut liceat omnibus certius sperare, simulq; ne ex Græcaq; uocum significationibus pereat in Latinis ignoretur'ue aliquid, non pigebit quid nobis coxendix, & resoluta, hoc capite deinceps q; omnibus alijs significent, breuiter dicere: non quia peritioribus medicis ignota hæc sint, sed ut Latinis his uocibus legitime nos usi esse uideamur: obiterq; de sacro osse quid nobis inuentū sit, ostēdamus: præsertim cum M. Cato in commentarijs suis de re rustica, Latinus homo Græca appellatiōe ischia dicos dixerit: & participiū illud resoluta, quo usi sumus, latissime pateat. Eritq; principiū nobis à coxendice, id est ab eo malo & dolore, qui fit in ossis eius iūctura & articulo, quod Græci ἰσχίον dicunt, à Galeno in ossiū partitione & censu his uerbis descriptum: Coxendices quæ ille ἰσχία uocat, ossa duo sunt in posteriore hominis parte sacro ossi, in anteriore autē sibi inuicē insitionis modo adiacētia, quo loco in anteriore. s. parte pubis ossa hæc etiā dicunt. Dico aūt insitionis modo, q̄d ille κατὰ σύμφυσιν ait: qui modus iungendi simul ossa tertius in natura ab eo numeratur. Siquidē à principio statim cōmentarioli illius, duplicē ait in animalibus esse ossiū positurā: alterā ad motū, appellariq; articulos: alterā contra motu carentē, appellariq; συναρθρωσιν, nos dicere possumus, in articulos concretionē: huiusq; triplicē esse formā: aut enim futura est, ut in capite: aut clauorū modo defixio, ut in ore sunt dentes: aut σύμφυσις, quasi consertio uel insitio quædā, qua cæteræ ossa simul iunguntur. Sacrū uero os, cui à posteriore parte iungi coxendicē Galenus ait (ut obiter hoc etiā dicamus) grandius omnibus alijs in ea parte ossibus est: ideoq; ἱερὸν id est sacrū à Græcis appellatū. Docuitq; Plutarchus in eo libello cui titulus est, utrobi in terrestribus. s. an aquatilibus brutis maior prudentia sit, ἱερὸν, quod deinde Græcis sacrū significauit, antiquioribus grande significasse: eaq; uocis huius æstimatione sacrum piscē ab Homero, sacrū os hoc in antiqua medicina & anatome, & ab omnibus comitialē morbū sacrū, q; grandia essent, appellata fuisse: esseq; in posteriore, non in anteriore homine sacrū os hoc, ut ex iunioribus aliqui crediderunt, manifeste necessarioq; indicauit ultimo secundi libri capite Paulus Aegineta. Capitis titulus est: Curatio exulcerationis in sacro osse factæ. Exulcerationis uero descriptio hæc: Febribus præsertimq; diutinis hoc malū ideo accedit, q; longo tēpore ægrotus iacuit. Nullus aūt diutissime cōsueuit aut potuit pronus iacere: Necesse itaq; est in posteriore homine sacrū os esse, quoniā in ea parte cū diu iacuit ægrotus, desquamatio & exulceratio quotidie fit: Pollux præterea quo capite in secūdo onomastici sui uolumine de costis, sacro osse, natibus, & ijs quę circa has partes sunt, egit, de sacro osse hæc docuit: Qua parte aūt uertebræ finiunt, sacrū os appellatur: incipitq; sub spina, in latitudinē se porrigens: minuit aūt & angustius fit ad orrhopygiū descendēs. Vocant aūt Græci orrhopygiū ultimā in animalibus renū partem: quæ sedi superueniens, anū ex superiore parte integit, in auibus manifestior q̄ in homine. Non habet hæc pars Latinā appellationē. Meminit eius in epigrāmate suo Martialis dicens: Et anatis habens orrhopygiū matre: facile itaq; ex ijs erit, in posteriore non in anteriore homine sacrū os posthac constituere. Nec pro re in Græcis alioquin notissima decertandū grauiter à medicinæ professoribus ultra erit. Et ut ad coxendices reuertamur, usitatū quotidianūq; malū & grauissimus dolor est, qui à iunctura eius ossis oriatur: Græci ἀπὸ τοῦ ἰσχίου. i. coxendice substantiua forma ἰσχιάδα dixerūt: Latini, quibus non licet esse tā disertis, præsertimq; Plinius una coxendicis appellatione & locū & dolorem aliqū dixerunt: quos nos etiā imitati, simplici ea uoce in hoc malo usi aliquando sumus, locum & dolorem simul signantes. Factumq; id fine dubitationis periculo est: siquidē quotidiano hoc malo ea pars tētatur: & nos in nullo alio ea uoce posthac uti decreuimus. Meminit coxendicū, & quæ partes essent docuit M. Varro lib. 1. de re rustica, boues desiderans lato corpore & crassis coxendicibus: nec minus etiā M. Cato in eodē opere & studio luxatas animalium coxendices excantare docens: Omniū uero apertissime in Augusto Suetonius, coxendice, & fœmore, & crure sinistro non perinde ualuisse Cæsarē dicens, & sæpe inde etiā claudicasse, doloris maliq; huius omnes euentus breuissime describens. Siquidem Galenus in diffinitionibus primum, mox in Isagoge sua, coxendicem hanc his uerbis diffiniuit: Longus diuturnusq; coxendicis dolor est, nec facile soluitur, per interualla tēporis repetens, à coxendice ad fœmora poplites, suras, & imos pertinens talos: quæ omnia in Augusto Suetonius numerat: nec alio aduerbium illud sæpe pertinet, quàm ad interualla & circuitus temporum, quibus id malum repetit. Idem Galeno de coxendice Paulus Aegineta postea tradidit, à natibus & inguinibus usque ad genua, & in pluribus usque ad extremos pedes pertinere dicens. Nec ab articulari dolore quem Græci ἀρθρίτιδα uocant differre, nisi quòd in coxendice crassus pituitosus'que humor in sola

eius

Coxendix. Resoluta.

ἰσχίον

Sacrū.

ἱερὸν ὀστοῦν.

Sacrum os.

Orrhopygium.

eius ossis uersura & articulo concretus moratur. Hoc malũ quod podagræ modo in ossis iunctura fit, corrupta Græca uoce, pro ischiada sciaticã podagrã nostræ ætatis uulgus appellat. Reliquũ est ut de resolutis dicamus, quæ Græci sua uoce παράλυσις dicunt: & nos eius gentis imitatione & ueterũ autoritatẽ sequuti, sic appellauimus: graue, ut docuerũt ueteres, ex principio & causa malũ, quod in fungendis uitæ laboribus & operibus cunctis, magno impedimento nobis sit: nec patiatur nos eius partis quæ resoluta sit, fructũ & usum aliquẽ liberũ sentire. Diffiniens id Galenus, malũ esse ait, quod hominis ex electiõe motũ impedit, in aliquot una'ue aliqua corporis parte factũ, læsis neruis & musculis in ea parte fieri. Aegineta hoc amplius & certius tradidit. Cum læsum fuerit cõmune omniũ neruorũ principiũ, & ex eo sensum simul & motum amiserint omnes corporis partes, malũ fieri dicens, quod Græci apoplexiã uocãt. Celsus eo correptos, attonitos dicit: ex quo noxã simul etiã contrahunt potiores animæ nostræ operationes. Si uero in alteram hominis partẽ, dextrã (uerbi causa) aut sinistrã, offensionis eius uis se insinuarit, ἡμιπληξία quasi diminuta, & si malis hoc dicere, dimidiata apoplexia tũc fit, quæ παράλυσις, id est resolutio quondã dicta est. Quod si etiã in alterius eius partis partẽ aliquã, uerbi causa, brachiũ, manũ, pedem'ue eadẽ ingruat uis, eius tantũ partis resolutio dicetur. Quondã apoplexiæ appellatiõe cuncta hæc mala dicebantur. Crus hominis Hippocrates aliquãdo apoplecton, pro eo quod erat resolutũ, dixit: posteriores apoplexiæ nomen in maiore & priore illo malo seruarunt, in cæteris παράλυσις, id est resolutionis uoce usi sunt: nos ob eam causam utrunq; genus, excepto priore illo, complexi, quod Dioscorides παράλυσιν ait, resoluta diximus. Apoplexia ἀποπληκτικόν.

Περὶ Νάρδου. Κεφ. ς'. De Nardo. Cap. VI.

ΝΑρδου ἐστὶ δύο γένη. ἡ μὲν γὰρ ἰνδικὴ καλεῖται, ἡ δὲ, συριακή. οὐχ ὅλη δὲ ἐν συρίᾳ ἐυρίσκεται. ἀλλ' ὅλη τοῦ ὄρους ἐν ᾧ γένεται, τὸ μὲν πρὸς συρίαν τέτραπται. ὁ δὲ πρὸς ἰνδούς. ἡ δὲ λεγομένη συριακὴ, ἐστὶ βελτίων. ἡ πρόσφατος ἡ κούφη. πολύκομος. ξανθὴ τὸ χρόαν. εὐώδης ἄγαν. ἡ μετὰ τὴν κυπρίζουσαν τὴν ὀσμὴν, μικρὸν ἔχουσα τὸ μυσάχνωδες. πικρὰ τὸ γεῦσιν. ἡ γλώσσης ἀναξηραντική. ὠφελοῦσά τε τὴν εὐωδίαν ἐφ' ἱκανόν. ἡ δὲ ἰνδικὴ ἧττον μὲν ἐστὶ λεπτὴ γαρχίας. ἀπόλωλε γὰρ ἤδη ἐξ ὀρέων τῶν ὀρους γάγγου καλουμένου, πρὸς ᾧ φύεται. ἀσθενεστέρα δὲ δύναμιν οὖσα, διὰ τὸ ἐφ' ὕδατα τῶν τόπων εἶναι ἡ ὠφελιμωτέρα. πλείονάς τε ἔχουσα τὰς σάχνας. ἀλλ' ἡ αὐτῆς ἐζέσης ἡ πολυκόμους ἡ πυκνοτέρους βρομώδης δὲ τὴν ὀσμὴν. ἡ δὲ ὀρεινοτέρα εὐωδεστέρα. κολοβόσαχνος κυπρίζουσα δὲ τὴν εὐωδίαν. ἔχουσά τε ἡ ἄλλα ἐν αὐτῇ, ὅσα πρὸς ἡ συριακὴ λεγομένη. καλεῖται δὲ γένος ἡ σαμφαρίνη, σφόδρα κολοβή. ἀπὸ χωρίου ὠνομασμένη. μεγαλόσαχνος. λευκότερον καυλὸν, ἔσω δὲ ὅτε μέσον ἔχουσα. ὑπερτραγίζουσα τὴν ὀσμὴν, ἣν δεῖ ἀπεκλέγεσθαι. πικράσκεται δὲ καὶ ἀπὸ βεβρεγμένη. ὅπερ γινώσκεται ἐκ τοῦ λευκὸν εἶναι τὸ μυσάχνωδες καὶ αὐχμηρὸν, καὶ μὴ ἔχειν τὸ χνοῶδες. ὀλίζουσι δὲ αὐτὴν ἐμφυσῶντες σίμμι μεθύδατος ἢ οἴνου φοινικίου, πρὸς τὸ συμπιλοῦσθαι αὐτὴν, καὶ βαρυτέραν γίνεσθαι. ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ἀφαιρεῖται δεῖ, εἰ προσείη ταῖς ῥίζαις πηλός. καὶ σήθουσι χωρίζοντα ἐκ κονιοστόν. εὐχρηστοῦνται εἰς χρόνιπερον. δύναμιν δὲ ἔχουσι θερμαντικήν. ξηραντικήν. οὐρητικήν. ὀδυνῶν κοιλίαν τε ἰσάσι πινόμεναι, καὶ τὰς ἐκ μήτρας ῥύσεις προσιζάνουσαι, καὶ

NArdon. ⌊Romani pariter Græcis nardum dicũt.⌋ Nardi genera duo sunt: uocatq; Indica altera, Syriaca altera: haud sanè quia in Syria & India proueniant, sed q̃ montis, in quo nardus nascit, altera pars Syriã, altera Indiã spectat. Habetq; in Syriaca nardo primũ bonitatis honorẽ quæ recẽs, non ponderosa, comosa, colore ruffo, odoratissimaq; est: & quæ unà cum anguloſi odorati iũci odore, breui spica, & amaro sapore fit: quæ itidẽ linguã exiccet, odoris suauitate diu permanẽte. In Indica, Gangitis altera dicit, à Gange flumine inuẽta appellatione, qui ad radices mõtis, in quo nardus nascit, fluit. Ignauior, & minore efficacia, q̃ aquosis locis prouenit, nardus hæc est: numerosas, & ex una eadẽq; radice prodeuntes spicas ex se mittit, easdẽq; comosas implicitasq; & odore uiroso. Quę contrà in hoc cẽsu lõgius à flumine in mõte nascit, maiore bonitate odoris torosioreq; spica est: & anguloſum odoratũ iuncũ odore suo refert. Habet pręterea cũctas boni tatis notas, quas Syriaca pauloante descripta habere dicta est. Vocat & nardus alia quædã admodũ breui & decurtato frutice Sampharitice, à regione dicta, quę grãdi spica est, colore candido, mediũq; caulẽ aliquando ex se mittit odore supra modũ hircino, quæ in omni usu reprobãda est. Vendit diluta aqua nardus aliqñ: uerũ cãdore squaloreq; spicarũ, & amissa lanugine sua, deprehendit. Adulterat eadẽ insperso iniectoq; illi spiritu oris cũ aqua aut palmeo uino: ut denset & ponderosior fiat, stibio: Auferendæ in usu eius primũ radices: tum cribro excutiendus secernendusq; puluis est, qui etiã seruabit lauãdis manibus utilis. Habent nardi omnes calefacien di uim, siccant, & urinã cient: Ideoq; potæ, aluũ:

ἰχῶρας σέλλουσι. βοηθοῦσι δὲ καὶ ναυτίαις, σὺν ψυχρῷ ὕδατι πινόμενα. ἢ καὶ διωγμοῖς. ⟨ἐμπνευματουμένοις. ἅπα⟩ λικοῖς τε ⟨ἀκτερικοῖς καὶ νεφριτικοῖς. ⟩ἀναφερηθῆσαι δὲ ὕδατι, ⟨πυριαθῆ⟩σαι, εἰς ἐγκάθισμα φλεγμονὰς μήτρας ἰῶνται. ποιοῦσι ⟨πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλ⟩μοῖς μυδήσεις ἢν βλεφάρων. σύφουσα καὶ διασώουσα τὰς βλεφαρίδας. καθύγροις τε σώμασι διάπασμα. μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις. ἀποτίθενται δὲ εἰς τὰ ὀφθαλμικά, ἐν ἀγγείῳ καινῷ ἀκονίτῳ. λειοτριβηθῆσαι σὺν οἴνῳ καὶ ἀναπλασθῆσαι.

appositæ uero, muliebrium locorum fluctiones sistunt. Compescũt præterea sanies quos ichoras dicunt, & nauseis cum frigida aqua potæ succurrũt. Prosunt & stomachi erosionibus, quas Græci cardiogmos dicunt. Inflationibus itidem, iocinorosis, suffusis felle, & renũ cum urinæ malo aliquo dolori quẽ nephritim uocãt. Coquunt eædem in aqua, decoctóq; illi infidẽtibus uuluæ inflammationes sanantur. Faciũt præter hæc ad palpebras in oculis cum destillatione defluuia & tumores, adstringentes eas pilos & explentes. Quinetiã humescentibus corporibus siccæ & in puluerem tritæ utiliter inspergunt. Miscent & antidotis, seruãturq; ad oculorũ medicinã in nouo non picato fictili tritæ, & ex uino in pastillos conformatæ.

INTERPRES.

EST genti nostræ prouerbiũ, feliciter homini quotidie occidere solẽ, nec inertẽ existimandũ, cui matutino aliquid incipiẽti, ad uesperã bene id solũ factum & absolutũ fuerit. Solentq; sapientes non quantum, sed q̃ bene actũ à nobis aliquid sit, in laude & honore habere. Eoq; rationẽ ego etiã secutus hoc capite, cum dixero quid uideatur deesse, & ubi in eo uarient antiqui Græcorũ codices, quæ pauciora erũt, de erosionibus illis stomachi quas cardiogmos à Græcis uocari diximus, longius agemus. Credimus itaq; in ipsis foribus statim perrũpisse huic capiti alterã regionẽ, Indiã scilicet, siquidem incipiens hoc caput Dioscorides, duplicem esse nardũ ait: uocariq; Indicã alterã, alterã uero Syriacã: subiecitq; statim, nõ ideo Syriacam dici, quia in Syria nascatur, sed q̃ montis in quo nardus nascitur, altera pars Indiam, altera Syriam spectat. Exigebatq; rei & dictionis sequax necessitas, ut quemadmodũ dixerat, non ideo Syriacã &c. Sic etiã de Indica aliquid diceretur: nec aliud dici posse uidebatur ob ea quæ statim sequuntur, q̃ quod de Syriaca dictum fuerat, non ideo scilicet Indicam dici quia in India nascatur, sed q̃ &c. Quam ob causam nos Indicã illic etiam reddidimus, & si in nullo Græcorum inuentum id à nobis fuerit. Desiderari eodem hoc loco etiam potest montis nomen & situs, in quo nardus nasci dicitur, siue in India siue alibi is esset, & si ob ea quæ Plinius libro XII. retulit, & hic paulopost de Gange dixit, Indiæ nardi natales assignandi sint. Leuiora tamen hæc sunt. Illud in medio capite grauius, in quo non diuersa tantum, sed contraria penitus omnia legũtur. In pluribus siquidem sed minus probatis legitur: Auferẽdum in usu nardi siquid luti radicibus eius hæserit, tum cribro excutiendus puluis &c. In paucioribus autem, uerum probatioris fidei, ut nos reddidimus: Auferendæ scilicet in usu eius primum radices &c. Videturq; prior illa lectio nardi radicibus ad medicinam uti, ex quo in eum usum purgari eas iubet: idq; Paulus Aegineta libro VI. etiam confirmat, fuisseq; hanc Serapionis ætate huius loci lectionem, interpretatio eius adhuc, licet incertis & obscuris uestigijs, indicat. Omnẽ contra nardi radicũ usum altera illa damnat, præcipitq; tanq̃ inutiles à reliqua nardi materia separãdas, abijcienda sq; esse: quæ nobis magis recipienda, & in ambiguo potior uisa est: non tam q̃ probatissimæ mihi fidei inter alios codex id habet, q̃ quia hic ad nullius mali medicinã radicibus nardi utitur: & q̃ super uacaneũ erat monere hoc loco iterũ, quod in procœmio cõmuniter præceptum à se fuerat: Cũ enim illic de radicibus ageret, dixit lutosas radices aqua prius lauandas, sicq; seruandas esse: nec refert quod sequitur statim: & cribro excutiendus puluis: puluerẽ enim (ut nos opinamur) hic intelligit eũ, qui spicis, earq; lanugini, uento pedibus ue animaliũ in aërẽ sublatus, inhęserit: qui quoniã inutilis est, excuti ante usum in medicina debet: nec minus q̃ contagio nardi odorẽ contraxerit, ad uitæ delicias seruari: quas tanti pleriq; faciunt, ut hunc solũ pretiosissimoq; naturæ bonoq; fructũ & usum, sibi esse uoluerint, cũ tamen ea uitæ salutiq; nostræ primũ & ex professo consulens, uoluptatibus & delicijs nostris accedere sua bona aliquando patiat: quod in nardo deprehendere facile est, in qua odoris præcipua bonitate, spica, folia, & radices cõmendant: & in sanandis toto corpore hominũ malis, egregia multiplexq; uis & potestas inuenta iampridẽ & probata fuerit: sed nulla nobis utilior ob q̃tidianos stomachi cruciatus ea, qua hic ait stomachi erosionibus, quas Græci cardiogmos dicunt, mederi. In quibus ab antiqua Græcæ uocis æstimatione, καρδία. Incipiendũ est: nisi enim intelligatur quid ea quondã significauerit, graui medicinæ periculo, multaq; partiũ corporis nostri incertitudine tota miscebitur res: fietq; ut credentes καρδίαν cor omniũ extorũ præstantissimũ, ut communis & recepta iampridẽ eius uocis æstimatio est, significare: quæ stomacho remedia debẽtur, cordi reddantur: & dum curatur quod uitio caret, totũ pereat, quod remedio & ope indigebat. Sciendũ itaq; illud est, quã Græci ex multo tẽpore καρδίαν, id est, cor dicunt, antiquissimis in ea gente Peloponnesiaciq; belli tẽpore, quo Hippocrates medicinã suã cõmentatus est, nõ cor, sed uentriculũ & ostiũ stomachi significasse: eaq; uoce intellexisse antiquissimos Græcos stomachũ & eius ostiũ tantũ, non cor, aliud penitus ab eo. Testis significationis eius Hippocrates est grauis autor, & qui pro oraculo in his merito habendus sit, pluribus locis ea uoce pro stomacho usus: Testis Thucydides maximus Græcæ historiæ scriptor, qui secundo Peloponnesiaci belli libro, cũ pestilentẽ morbũ, quo tota Attica penè exhausta est, describeret, inter alias eius

καρδία καρδιακὴ νόσος καρδιασμὸς

mor-

morbi notas uomitiones fieri etiã dicebat, ſuntq; eius hæc uerba: Nec multo poſt deſcendebat dolor in pectus, excitabaturq; tuſſis. Et cũ ὃς τὴν καρδίαν, non in corde, ſed in ſtomacho hęſiſſet, eã ſubuertebat, ſequebãturq; bilis uomitiones quotquot à medicis ſuis nominibus dictæ ſunt: quod totũ ad ſtomachũ pertinet, nec niſi in ſtomacho fieri poterat. Qui enim ad uomitiones cor ſubuerti poteſt? Nec aliud Thucydidi ſignificare eam uocẽ aperte teſtatur Gregorius Nyſſenus, antiquiſſimus epiſcopus Chriſtianus, quarto ſui operis libro, capite quo de timore agit, cuius hæc uerba ſunt: Conſueta enim appellatione ueteres cor & os uentris uocant, ſicut Hippocrates & Thucydides in peſtilentiæ libro ſcribens &c. paulo q; poſt: Quod enim euerte batur, os uentris erat. Qui autẽ id opus interpretatus eſt, κοιλίαν, qui ſuperior uentriculus & ſtomachus eſt, male uentrẽ dixit, æquiuoca in Græcis τῆς κοιλίας appellatione deceptus. Omniũ autẽ apertiſſime idẽ pluribus locis teſtatus Galenus eſt libro primo diffinitionũ ſuarq;, cum de cardiaco morbo ageret, cuius ἀπὸ τῆς καρδίας facta appellatio eſt, quẽ fieri dixit in uentriculi oſtio & ſtomacho cũ immodicis ſudoribus &c. paulo q; poſt addidit, exiſtimaſſe quoſdã in corde malũ id fieri. Iterumq; in Iſagoge ſua cũ de eodẽ malo ageret, his uerbis illud deſcripſit: Cardiaca uero diſpoſitio, nõ quia in corde id malũ fit, ſic appellata eſt. Sed quoniam antiqui καρδίαν ſtomachũ appellabãt, fieriq; in ea parte teſtis itidẽ Celſus eſt, qui lib. III. ait, nil aliud cardiacum morbũ eſſe, q̃ nimiã corporis imbecillitatẽ, quod ſtomacho languẽte cũ immodico ſudore digeritur. Poterat & aliis teſtibus tota hæc res confirmari. Sed nos ſatis fore hæc credimus ut conſtituatur, nõ ideo cardiogmos cardiacũq; malũ Græcis dici, q; in corde, ſed q; in ſuperiore uentriculo, qui ſtomachus nunc paſſim appellatur, eiusq; oſtio fiant. Quod ſi iuniores aliquot, qui audacius antiquos Græcorq; ſcriptores interpretati ſunt, diligentius quæſiſſent, non adeò turpi grauiq; lapſu aliquando cecidiſſent. Nec qui Thucydidẽ interpretatus eſt, pro ſtomacho præcordia reddidiſſet. Nec qui in Gallia Baſilienſis Copus primũ Pauli Aeginetæ librũ latinũ fecit, capite quo autor ille de his quæ in fœtura prægnantibus accidunt docet: pro eroſionibus his ſtomachi, cordis dolores tam abſurdo ſenſu protuliſſet. Quid enim gerentibus uterq; cũ corde? aut quid cordi in fœtura hominis? Quæ lędi tur in prægnantibus, multiplicique afficitur malo, præſertim intra tertiũ fœturæ menſem pars, ſtomachus eſt. Non miſcuiſſet tandẽ qui nouiſſime in eadẽ Gallia hoc idẽ opus interpretatus eſt, cardiacis cardiogmos: cũ in altero malo eroſiões, in altero lãguor imbecillitasq; partis eius cũ immodico ſudore ſit. Late patet eroſionũ hoc nomẽ, & in magno ambitu morborq; eſt. Fiũt em in pgnãtibus, fiũt in uertiginibus, fiũt & in pleriſq; aliis morbis eouſq;. ut q in fame ſentiũt pruritus magis q̃ eroſiões in ſtomacho, cardiogmi etiam dicantur, & καρδιώττειν uerbũ fameſcere aliqñ ſignificet. Decreuerã, ut hãc partẽ incipiens pollicitus ſum, deſinere hoc loco, ſed retinẽt me palpebrarũ cũ deſtillatione defluuia & tumores illi, cupiuntq; & petunt hoc loco enarrari, quaſi obliuiſcenda nobis aut negligẽda poſthac ſint, niſi hoc loco curent, tãq; rarq; in ſcriptore hoc malũ id eſt. Nosq; id æquo animo patimur, non tã in oculorũ gratiã, qui totius humani corporis pretioſiſſima pars ſunt, &, ut Plinius ait, lucis uſu uitã à morte diſtinguunt, quàm ut hac parte oneris noſtri & ſi exigua leuati, expeditiores ad reliquaeius partis mala, quæ numeroſa ſunt, feſtinemus. Primũq; πρὸς τὸν μυλλώσεως dicendũ: quæ uox (ut Galenus ait) cõmunis eſt omnibus his, quæ putreſcentia pereũt & defluũt. Siquidẽ uerbũ μυλλᾶν, ut ueteres Græcorq; grãmatici docent, σύπειν quod putreſcere, & λιγραίνειν quod humeſcere deſtillareq; eſt, ſignificat: nec cõpetit id uerbũ niſi his quæ putrefacta liqueſcũt & ſtillant: ideoq; huic oculorq; malo exre aſſignatum. Quod in Iſagoge ſua inter alias oculorũ labes Galenus his uerbis magis deſcripſit q̃ diffiniuit: cõmunis uox μύλλωσις eſt omnibus quæ putre ſcentia pereũt: fit aũt hoc & in palpebris, q̃ tumidiores hoc malo fiunt cõtinueq; deſtillãt, copioſo circa eas cõcreſcẽte adipe. Quã deſcriptionẽ nos etiã ſecuti, palpebrarq; cũ deſtillatiõe defluuia & tumores diximus.

Interpretũ quorundã lapſus.

καρδιώττειν Palpebrarũ cũ deſtillatione defluuia et tumores.

μύλλωσις βλεφάρων.

μύλλωσις

περὶ κελτικῆς νάρδου. κεφ. ζ'.

De Nardo Gallica. Cap. VII.

Ἡ δὲ κελτικὴ νάρδος, ἣν ἰουνᾶται μέν τινες, τοῖς κατὰ λυγυρίαν ἄλπεσιν ἐπιχωρίως ὠνομασμένη ἀλιούγγια. γίνεται δὲ ἐν τῇ ἱσπανίᾳ. ἔστι δὲ θαμνίσκος μικρὸς σὺν ταῖς ῥίζαις, εἰς δέσμας ἀναλαμβανόμενος χλοερὸν ἔχει δὲ φύλλα ὑπερμήκη. ὑπόξανθα. ἄνθος μήλινον. μόνων δὲ τῶν καυλῶν ἐστι καὶ τῶν ῥιζῶν ἡ χρῆσις καὶ ἡ εὐωδία. ὅθεν δεῖ πρὸ μιᾶς ἡμέρας καταξάνανταις ὕδατι τὰς δέσμας καὶ χωρίζοντας τὰ γεώδη, διδέναι ἐπ' ἐδάφους νοτεροῦ, προϋποκεμένου χαρτίου, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ καθαίρειν. οὐ γὰρ σωματοκαθαίρεται δεῖ ἀχυρώδη καὶ ἀλλοτρίῳ τὸ εὔχρουν, διὰ τὴν ἐκ τῆς ἰκμάδος εὐτονίαν. διολίζεται δὲ, σωματοτιλλομένης αὐτῆς, πόας ἐμφυούσης. ἔνιοι διὰ τὸ πρὸς τὸν ὀσμὸν βρομώδες, ξάγον καλοῦσιν. εὐχρηστεῖ δὲ ἡ ὑπόλιγνω-

CElticam, L. Romani Gallicã nardũ dicunt.] Naſcit Gallica nardus in Liguriæ alpibus, ab incolis gentis ſuę uocabulo, Gallica appellata. Naſcitur & in Iſtria breuis & exiguus frutex, qui unà cũ radicibus carpit & in manuales faſciculos ligat. Folia habet oblõga, colore ſubflauo, luteũ uero florẽ. Caulium tm̃ radicũq; uſus eſt: ſolę enim hæ partes odoris bonitate cõmendant. Ideoq; oportet per diẽ antè inſperſos aqua faſciculos, & amoto ſiquid terreni inhæſerit, in humido pauimento ſubiecta charta ſternere, tũ ſequẽti die purgare: hac em̃ ratiõe aucta ex humore firmitate, tenacíq; materię lentore, non peribit, dũ tractabit in purgãdo unà cum inutilibus cremṁs paleisq; & alieno omni, quod utile eſt. Adulterat euulſa primũ, mox repoſita ſimul confimili herba, quã ob odoris uirus hirculũ uocant: facile tñ deprehen-

σις. ἄκαυλος γάρ ὄζιμ ἡ πόα ἡ λευκοτέρα. ἡ ἥδιον ὠφελεῖ τὰ φύλλα ἔχει, οὐδὲ πόῤῥω ἐίζαν πικρὰν ἢ ἀρωματίζουσαν, ὡς ἡ ἐπὶ φλὶ ἀλικ δινῆς ἔχει. ἀπρικίνας οὖν τὰ καυλία ⟨ τὰς ἐίζας. τὰ δὲ φύλλα ξίφας, εἰ βούλει δ' ἀπτίδεσθαι, ἀναλαμβάνων λεῖα οἴνῳ. καὶ προχίσκους ἀναπλάσας φύλλῃ ἢ ὀστρακίνῳ ἀγγείῳ καινῷ, πωμάζων εὖ μελῷ. ἀρίστη δὲ ἐστὶν ἡ πρόσφατος καὶ εὐώδης. πλύσεις. οὐκ εὔθρυπτος. πλήκης. δ' ὥσαται δὲ ὅσα ⟨ ἡ συριακή. δουσικωτέρα τε καὶ εὐστομαχωτέρα. ὠφελεῖ δὲ ⟨ τὰς πρὸς τὸ ἧπαρ φλεγμονάς. καὶ ἐκπερικούς. ⟨ πνευματώσεις σμάχου, μετὰ ἀφεψήματος ἀψινθίου πινομένη. ὁμοίως ⟨ σπλῆνα. ⟨ τὰ πρὸς στόμα κύστιν ⟨ νεφρούς. ⟨ πρὸς τὰς ἰοβόλων δήγματα σὺν οἴνῳ. ⟨ εἰς τὰ μαλάγματα μίγνυται ⟨ πρίσματα. ⟨ χρίσματα δ' μυρικά.

dit. Sine caule ſiquidē candidior q̄ eſt, minus ob longis foliis frōdet, nec amara, nec aromatū modo odorata radice eſt, quæ oīa habet uera Gallica nardus. Sepoſitis igit ad uſum caulibus radicibus q̄, folia abiicito. Et ſi ſeruare eā uolueris, uino tritā excipito, cōformatāq; in paſtillos, in nouo picato fictili diligenter operculatā reponito. Probatiſſima eſt nardus Gallica quæ recēs, odorata, multiradix, non facile fragilis, & plena erit. Poteſt Gallica quęcūq; Syriaca nardus: Maiore tñ ui ad ciendā urinā, & ſtomacho magis accommodata hæc eſt: Prodeſt iocinoris inflāmationibus, ſuffuſis felle, & ſtomachi inflationibus cum decocto abſinthij pota. Prodeſt eodē modo & lieni: Renū ueſſicæq; uitijs, & cum uino contra ea quæ ictu morſu ue uenenū relinquunt. Miſcetur præterea malagmatis, potionibus, & unguētis quæ calefaciendo ſunt.

INTERPRES.

QVæ Indicā & Syriacā nardum ſequunt, Celtica & montana nardus, aſaron, phu, & malobathrū ſui generis herbæ, ſola odoris ſimilitudine in cognitionem, cenſum & nomen nardi uenerunt: quod ex propria ſingularum hiſtoria, & ex his quæ in malobathro mox dicentur, colligere omnibus facile eſt. Nec refert quod hic ait, poſſe celticā nardum, quæcunq; Syriaca poteſt. Ex notis enim quæ ſingulis paucioribu'sue in eodem, aut nō diſſimili genere propriæ, magis q̄ ex uiribus, quæ pluribus & in diuerſis generibus communes ſunt, ſimilitudinis cognationisq; plantarū ratio accipienda eſt: qua obſeruatione nos uſi, non uidemus cur Gallica nardus impetrato ex ſimilitudine alieno nomine, Saliunca dici, & illi eadē haberi poſſit: Cum ex Dioſcoridis hiſtoria nardus hæc foliis oblongis ſit, Luteo colore floreat, & in caules erigat: Saliunca ſi Plinio credimus, folioſa quidem ſit, ſed tam breuis, ut necti in coronas non poſſit: herba uerius q̄ flos, & ſui generis ceſpes: illa in Liguriæ alpibus, hæc in Noricis & Pannonia naſcatur. Quod contemplatus Maro etiam in Bucolicis ſuis, in comparatione carminis duorum paſtorum, tantum alteri cedere alterum dicebat, quantum Puniceis humilis cedit Saliunca roſetis: nihil aliud ut uidetur deſcribens, q̄ ſaliuncæ breuitatem, & folioſum ceſpitē, quæ roſetis comparata, lōgo interuallo eis cederet. Ex eo factū eſt, ut ſæpe aliās demiratus ego ſim eos, qui Plinij in hoc tam grauiter accuſent, obiiciantq; homini, ut nos etiam cōcedimus. non ſemper diligenti & oculato in his quæ ſcribebat, ſaliuncæ ignorantiam, quam Maro nouerit: & quam ipſe dicebat tantæ ſuauitatis eſſe, ut metallū & uectigal eſſe incepiſſet: ex quibus non facile erat decipi, tam multæ erant utriuſq; diuerſæ & contrariæ notæ, tamq;, ut erant eorū temporū fortuna & mores, quotidianus uſus. Omnem ut uidetur doctiſſimoq; noſtra ætate uirorū pro Saliunca & Gallica nardo diſceptationem excitauit una Dioſcoridis in hoc capite uox, quæ nec una nec eadem in antiquis Græcis eſt: ſed in aliquibus ſaliunca, in aliquibus aliunca, in pleriſq; etiam geminato ll, alliunca legitur: Ex qua tam multiplici lectione oborta nobis ſuſpicio eſt, uitium in ea uoce eſſe, ut plerunq; fit in his, quæ Latina à Græcis, & à Latinis Græca imperitis alterius linguæ librarijs ſcribuntur: nec ſaliuncam illic legendū eſſe, ueq; ex quo ſunt in quibus duplex ll eſt, & in omnibus totam dictionem finit ca ſyllaba, Gallica pro ſaliunca legi poſſe: ut ſit ſententia, naſci in alpibus Liguriæ Celticā nardum, & ab incolis regionis ſuæ uocabulo, Gallicam appellari: Suſpicionemq; & coniecturā hanc noſtrā cōfirmauit quod eſt illic aduerbium, ἐγχωρίως, manifeſta in Græcis ſignificatione, quaſi latine dicas, regionis modo & nomine. Quod totū nos reddidimus ab incolis gentis ſuæ nomine appellata. Nec aliud eſt quod certum & pro comperto nobis de ea dici poſſit: & ſi, ut eius oculati teſtes alijs eſſemus, diu laboratum fuerit: & q̄ in uicino Liguria erat, conſulti ciues & herbarij Genuates aliquot, qui omnes pro Celtica nardo hac quā quærimus ſpicati floris colore inter purpureū & ceruleū herbā nobis protulerunt, ubiq; in hortis noſtris naſcentē, ab illis & à nobis lauendulā dictā: indito à Genuatibus illi ut credimus nomine, quoniā magnū genti illi uectigal herba hæc ſit, in Africā quotannis eam ferentibus mercatoribus, ubi lauandis fouendisq; corporibus, in balneis Lybes ea utūtur, nec niſi decocto eius abluti, domo mane egrediuntur: Iidem ſimul naſcentē coniunctamq; illi uiroſi & hircini odoris conſimilem herbam nullam ſe nouiſſe retulerunt. Quo fit ut peritioribus cenſendum relinquamus, an Celtica Dioſcoridis nardus ea ſit, quam Genuates Celticam ſpicam & lauendulā dicunt. Nobis non uidētur alteri alterius reſpondere notæ. Dioſcorides ſuam luteo flore deſcribit: Genuates contrà, ſuā colore inter purpureum & ceruleū oſtendunt: Dioſcorides nullam ſuæ ſpicā aſſignat quod relinquendum non fuerat: Genuates ſpicatā ſuam proferunt. Et ut pauloante dicebamus, non aliunde q̄ ex odoris ſimilitudine nardi nomen inueniſſe hæc uidetur: odorisq; bonitate radices tantum & caules commendari, ut hic ipſe ait: Genuatem cōtrà illā ſpicā flore præcipue odorato eſſe. Ob quas ſanè cauſas inclinat animus, ut ſuſpicemur proprij

generis

generis herbam Gallicam hanc nardū esse. Supereſt adhuc quod in extremo capite uariat in antiquis Græcis, illic ſcilicet ubi Dioſcorides ait prodeſſe & lieni Gallicā nardū. In quoꝝ aliquibus legitur non prodeſſe ſimpliciter, ſed minuere lienē: ut nō tantū cui parti, ueꝝ in q̄ eius partis malo etiā mederet, intelligeremus.

Περὶ ὀρεινῆς Νάρδου. Κεφ. η'.

Ἡ δὲ ὀρεινὴ νάρδος, καλουμένη ὑπό τινων θυλακῖτις ἢ νίτρις, τὴν μὲν χώραν ἔχει τὴν κιλικίαν καὶ συρίαν. φύλλα δὲ καυλὸν ὅμοια ἠρυγγίῳ ἔχουσα, μικροτέρα δέ, οὐ μὴν ἁπαλὰ καὶ ἀκανθώδη. ῥίζαι δὲ ὑπόφυσι μέλαιναι εὐώδεις σφόδρα. ἤνθει πλείους. ὥστε ἀσφοδέλῳ ἴσχυσαι μικρότεραι πρᾶξαι. οὔτε δὲ καυλόν, οὔτε καρπόν, οὔτε ἄνθος φέρει. πρὸς δὲ ἃ ῥίζα πρὸς ὅσα καὶ ἡ κελτικὴ νάρδος.

De montana Nardo. Cap. VIII.

MOntanam uero nardum, quæ quibuſdam thylacitis & niris dicta eſt, Cilicia gignit & Syria: Ramulos folia'que eryngio ſimilia habet, minora tamē, ac eryngij modo aſpera & aculeata. Radices illi duæ ſunt, & aliquando plures, nigræ, odoratæq;, aſphodelo ſimiles: uerum multo quàm aſphodelus graciliores tenuioresq;. Non caulem, non florem, non ſemen fert. Facit ad eadem omnia, ad quæ & nardus Gallica.

INTERPRES.

COntra q̄ in Tydeo fieri Setinus poēta cecinit, in mōtana nardo nobis fit. Ille fortiſſimi uiri in exiguo corpore maiorē regnare uirtutē dixit: Nobis in exiguo hoc capite plura obſtrepūt uitia, quæ à nobis more noſtro indicabuntur, cū dixerimus cur Thylacitis quaſi ſaccularis montana hæc nardus quondam appellaretur: θύλακα θύλακον̄ maſculino, nec minus θυλάκιον neutro genere, Græci ex animaliū corio factum ſacculū, perā & utrē dicunt: Ab his nominibus adiectiua forma θυλακῖτις uox facta eſt, qua ueteres nardum hanc dicebant, propterea q̄ ex Cilicia Syriaq; à mercatoribus in Græciā ſacculis his clauſa uenalis afferretur: eratq; id nomen quaſi nota gentis, & à gente bonitatis in hac herba. Indicant id meliora Græcorū lexica, in quibus uox θυλακηφόροι, exponitur, θυλάκοις περιφέρουσι τὰ ἀρώματα, quod eſt, ex corio ſacculis circumferentes aromata. Quod primū deinde obſtrepit nobis uitiū, id eſt in quo Dioſcorides in Græcis codicibus turpiter à ſeipſo diſſidet. Primo ſiquidē ait folia caulesq; Eryngio ſimiles habere: mox nō procul à fine, nec caulē, nec florem, nec ſemen ferre: graui, niſi uitium in altera parte ſit, tanti ſcriptoris negligentia aut obliuione: A quibus tamen longe abfuiſſe ueriſimile eſt hominē, qui diligenter hanc naturę partem tractauerit: & qui in ea tantopere à ueteribus laudatus fuerit. Quod nocuiſſe huic capiti crēdimus, reꝝ uocumq; ſimilitudo & uicinitas eſt. Habent ſiquidē Græci κλώνας, κλάδους & καυλούς, quibus diuerſas in plantis germinatiōes oſtendant, ut aliquando certius nos etiam docebimus: factuq; facile fuit, ut in priore illa parte in qua nunc legitur καυλοὺς, id eſt caules: non id, ſed κλάδους aut κλώνας quōdam legeretur: & à parum perito diligentiq; homine, altera pro altera uox accepta fuerit. Ideoq; nos ramulos illic reddidimus: nā in poſteriore illo caules neceſſario reddendi erant. In pluribus ſiquidē naturę ordo hic eſt, ut ad florem & ſemen, caulem prius proferri oporteat. Quę duo in montana nardo hic negaturus, tertiū etiam negare cogebatur. Qui autem à nobis ramuli in herbis dicuntur, hi ſunt qui in fruticoſo genere, quale abſinthium, ruta, thymus, pluraq; alia ſunt conferti ab uno principio, pluresq; oriuntur, & eādem ferè altitudine inter ſe creſcūt. Quod deinde occurrit, non penitus ut uidetur uitioſum, neq; ut nos credimus explodendum illic eſt, ubi Dioſcorides ait: minoribus eſſe montanam nardum foliis & ramulis q̄ eryngiū: non tamen ut illud aſperis & aculeatis, propterea q̄ in probatioribus Græcis non ϝαχία quod aſperum, ſed παχία quod craſſum ſignificat, legitur: nec aliter Serapionis ætate etiam legebatur. Tota in eo res uerſatur, aſperitatem'ne an craſſitudinem Dioſcorides excepiſſe uideatur. Nos quoniam eryngio aſperitas & aculei à Dioſcoride aſſignātur, illud maluimus, quod eiuſdem ſcriptoris autoritate defendi & confirmari poterat.

θυλακῖτις

Ramuli

μικρότερα

Περὶ Ἀσάρου. Κεφ. θ'.

Ἄσαρον. οἱ δὲ, νάρδον ἀγρίαν καλοῦσι. Προφῆται, ἅλιμα ἄρεως. ὀσθάνης, θέσαν. αἰγύπτιοι, κρέμμα. ῥωμαῖοι, περιτρεσάμ. οἱ δὲ, βάκχαν. Δοῦσκοι, σούκκινον. οἱ δὲ, νάρδον ῥουσικήν. γάλλοι βάκκας. ἄσαρον πόα εὐώδης στεφανωματική. Φύλλα ἔχει κισσῷ ὅμοια. πυκνότερα δὲ πρὸς τὸ σχοινυλώτερα. ἄνθη μεταξὺ τῶν φύλλων πρὸς τῇ ῥίζῃ, πορφυρᾶ. εὐώδη. ὑοσκυάμῳ κυτίνῳ ἐμφερές. ἐφ' ᾧ τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον γάστρῳ. ῥίζαι ὑπόφυσι πολλαί. γονατώδεις. λεπταί. πλάσιαι. ὅμοιαι ἀγρώστει. ἰσχύτεραι μέν τι πρὸς ἡδὺ εὐώδεις, θερμαίνουσαι καὶ πάνυ σφόδρα λίαν τὴν γλῶτταν. δύναμις δὲ

De Aſaro, Lquam Romani Perpenſam dicūt.⌋ Ca. IX.

ASaron ſunt qui agreſtē, qui ruſticā nardū appellēt: L Magi ſanguinē Martis, Oſthanes theſam, Aegyptij cerceram, Thuſci ſuccinū, Galli baccharē, Romani perpenſam dicunt: Coronaria & odorata herba aſaron eſt.⌋ Hederę folia habet, longe tñ minora rotūdioraq;. Flores inter folia ad radicem purpureos, odoratos, uaſculis apollinaris herbę ſimiles, in quibus ſemen acinoꝝ nucleis ſimile, in quo raræ ſubaſperæq; angulorꝝ figura cuſpides ſunt: Radicibus nitit numeroſis, geniculatis, ſaporis calidi & linguā erodentis, tenuibus, obliquis, gramini ſimilibus, ſed lōge gracilioribus q̄ gramen

αὐτῆ δουζική. θρμαυζική. ἁρμόζουσα ὑδρωπικοῖς. ἰχιαδικοῖς χρονίοις. ἄγουσι δὲ καὶ ἐμμηνα μετὰ μελικράτου πρόσθεσαι ἀι ῥίζαι πλῆθος ⊀ ς'. καθαίρουσιν ὡς ἑλλέβορος λευκός. μίγνυται δὲ καὶ μύροις. φύεται ἐν ὑποσκίοις ὄρεσι. πλεῖσα δὲ ἐν πόντῳ καὶ φρυγίᾳ, καὶ ἰλλυρίδι, καὶ ἰουσίνῃ τῇ ἰταλίας.

gramẽ & odoratioribus. Calefacit asaron & urinã cit: Ideoq; subeũtibus cutẽ aquis accõmodatũ est. Vtile & diutinis coxẽdicis doloribus. Ducunt mẽses cũ mulsa aqua potæ radices eius põdere drachmarꝝ septẽ, purgãtq; ueratri albi modo. Miscet unguẽtis asaron. Nascitur umbrosis mõtibus, plurimumq; in Ponto, Phrygia, Illyrico, & Iustinis Italiæ montibus.

INTERPRES.

FOeliciter honesteq; secum, & cum scriptore hoc egissent, qui nouissime in eodem hoc opere laborauerunt, si eam quæ turpiter hoc loco (ut Flaccus ait) humano capiti coniuncta erat equina ceruix, diremissent: & quæ mala insitione inutiliter simul coaluerant, ex eodẽ poëta: non ex deorꝝ numero aliqui sed diligẽtes & cauti rerum iudices hinc hęc, hinc illa mutatis partibus discedere iussissent. Neq; enim theatrale studium & opus hoc est, in quo ut aliquando finxerunt poëtæ, Centauri stabulent Scyllæq; biformes, & ad plausum nouæq; rei admirationẽ, obambulet diuersum confusa genus panthera camelo, monstraq; & noui generis bestiæ aliæ quales quotidie toto orbe conquisitas, Prætores, ædiles, & Romani Cæsares ad puerorum, mulierꝝ, plebisq; gratiã theatris inferebant: sed in quo simplicia & per se singula tractentur: nec nos quicquã aut Dioscorides in eo gratius, siquis post mortem uitæ laborꝝ sensus defunctis est, fore credimus, aut posteris utilius, & quod pluris merito faciendum sit, q̃ diligentissime omnes hos hortos noxijs & inutilibus herbis purgasse: quæ una mihi post tot scriptoris huius interpretationes causa fuit, ut idem hoc opus susciperem, & quæ longo tempore obseruata à nobis excogitataq; fuerant, in communẽ usum conferrem, non tam propriæ laudis, q̃ humanæ salutis studiosus: Cui consulentem hominẽ, nullibi oportet parum diligentẽ esse. Idq; in hoc capite necessarium maxime fuit, in quo paulominus q̃ in cunctis Græcis legunt, quæ propria baccharis notissimæ omnibus herbæ sunt, post absolutã asari historiã ab aliquo inserta, qui, ut Plinij ætate etiã aliqui inueniebãtur, baccharẽ rusticã nardũ crederet & appellaret: eademq; appellatiõe deceptus, q̃ asaron rustica nardus etiã dicebatur, asaron & baccharẽ simul miscuerit, diuersis alioquin foliorum, radicũ, & in quibus utraq; nascitur, locorum notis à Dioscoride descriptas: quæ inuicẽ à nobis collata, facile persuaserunt non reddenda esse hoc loco, quæ tertio uolumine in Bacchare legitime reddenda erunt. Qualia autẽ & quatenus ea sint, non erit cognouisse difficile, nostrã cum aliorum editione conferentibus, & quæ in antiquo Latino Dioscoride & Serapione ueræ lectionis uestigia adhuc seruantur, audientibus. Quorum accedẽte rationi testimonio, uideor mihi sine periculo posse in hoc scriptore, si quando opus sit, aliquid nouare, qui tam multis de asaro cunctisq; alijs traditis appellationibus posteriorꝝ ingenia exercere uoluisse uidet, dum earum principia & causas inuenisse aliquis cupit. Cuius rei studio & nos accẽsi, non cessabimus, quatenus licebit id posteris præstare. Primũ itaq; in tot asari appellationum ambitu & censu sciendum illud est, ἄσαρον Græcis adiectiuũ esse, significareq; illis idẽ quod & ἀσάρωτον, id est quod in ornatum non ueniat, & quo ornari nequeamus: Tamq; id patet Græcarꝝ literarum peritis, ut significationis huius nullas oporteat rationes attulisse. Et si cætera desint, Plinius non spernendus testis accedit, qui ait inuenisse se asaron ideo sic uocitatũ, quoniã in coronas non addatur, & ornatus eius usu careant homines. Obstare & repugnare tantum uidet quod hic paulopost ait: Coronariã esse herbã asarꝝ. Quod tamen non aduersatur. Possunt enim plantæ earumq; partes, ob præcipuam eius usus causam coronariæ esse, ut mox dicemus, & nihilominus quia aliquid aliud impediat, in coronas non addi. Eandẽ silueſtrẽ siue rusticã nardũ dici, fecit odoris similitudo. Baccharis tota erroris appellatio est, iam tum cũ Plinius historiã suã scriberet, etiam deprehensi. Eadẽ & perpensæ Romanæ uocis est: quam ut idẽ retulit, baccharem non asarꝝ ueteres Romani uocabant. Cæteræ appellationes nõbis incognitæ, declarandæ post nos alijs relinquantur. Nunc uero de coronis coronarijsq; plantis, & earum & in eodẽ usu & honore partibus, facile est ex poëtis aliorũq; scriptorũ multiplici historia meminisse, quotidianum in cœnis, epulis, comesationibus, sacrificijs, pompis, lætitiaq; omni earum fuisse usum. Ex Theophrasto deinde coronarum coronariæq; appellationis ex natura duplicẽ intelligere rationẽ, alteram scilicet ex nectendi facultate, alterã ex odore. A Plutarcho tandẽ cõuiuij sui libro III. nec minus à Plinio etiã didicisse, solã in coronis odoris necessitatẽ à ueteribus quæsitam. Nec eam uoluptatis causa tantum, uerũ ad firmitatẽ uegetioresq; & tranquilliores sensuũ nostrorũ habitus & motus. Non est quod in priore illo coronarꝝ in poëtis usu aliud moneamus. Si censurã morꝝ nunc ageremus, non ab re forte esset, pro innocẽtia frugalitateq; nostrorũ temporꝝ, luxuriam ueterum castigasse, qui sapienter ad religionem & pietatẽ institutos honores, & ad sanitatẽ uegetioresq; totius corporis & animi uires, inuẽta coronarꝝ remedia, ad amores uoluptatesq; & beatioris uitæ delicias transtulissent; sed grauiora urgent & instant, quæ in secunda coronarum ratione ex Theophrasto breuiter docenda sunt: in quibus præter diuisionẽ à nobis pauloante factam, docente eodẽ scire oportet, in alijs ad coronas utiles tantũ flores esse, propterea q̃ odorati hi tantũ sint, ut in uiolis sentire licet: in alijs folia, ut in malobathro: in alijs tota materia, ut in serpillo, cãpana inula, & sisymbrio: & q̃ aut totæ plantæ, aut earꝝ partes aliquæ odoratæ sint, ideo in coronas nectantur, & ob eam causam coronariæ uocẽtur. Estq; odoris bonitas præcipua coronarij nominis & honoris causa. Accedit uerũtamen huic & alia non penitus negligenda causa, & ab eodẽ Theophrasto pluribus locis signata: quæ ex nectẽdi facultate est: nam ubi breuitas aut rigens duritia fuerit: quæ flecti necti'ue nequeat, & si odoratissimũ aliquid sit, coronarij nominis & honoris nota signari nõ poterit:

Idq;

ἄσαρον

Coronæ & coronariæ plantæ.

flecti necti'ue nequeat, & ſi odoratiſſimū aliquid ſit, coronarij nominis & honoris nota ſignari non poſſe rit. Idq; eſt cur Theophraſtus φρυγανικὰ, id eſt fruticoſa, στεφανωματικῶν, id eſt coronarijs aliqñ coniunxit, fruticoſi generis odoratas plātas deſcribēs, quaꝝ ramuli longitudine ſua, adiuuāte natiuo eoꝝ lenore, in coronas flecti & circūagi poſſunt: quod manifeſte in myrto declarauit, in qua genus quoddā coronariū dixit eſſe, & ob id στεφανώτιδα dici: breuē, & cæteris omnibus molliorē, quæ Circeis ea ætate in Elpenoris tumulo præcipue naſci credereť: quæ omnis ex nectendi facultate coronarij nominis cauſa nulla erit, præter q̄ in pueris ſi abſit odor, & odoris efficacior poteſtas aliqua, quā unā ob cauſam coronaꝝ antiqua ætate præſertim q̄ in conuiuijs tota hæc ratio inſtituta eſt: Docuitq; Plutarchus eo quē pauloante ſignauimus loco, quā tus ſimul & qualis quondā fuiſſet eaꝝ uſus, poſt multa quæ illic de tota coronaꝝ ratione diſſeruerat, roſas & uiolas adſtringere dicens, odoreq; ſuo capitis grauedines pellere. Anguloſi uero odorati iunci florē, crocū, & baccharē ad placidā ſomni quietē potos pducere, ob lenē mitēq; odoris & halitus ſui fluxū, q̄ in ebrioꝝ corporibus obortæ inæqualitates & aſperitates ſenſim extenuent & diſſipent, cōcoquanturq; crapulæ, illata ueluti in pelagus trāquillitate. Id ipſum pariter Plinius docuit, purpureis uiolis tribuēs crapulā & capitis grauedines impoſitis coronis & olfactu diſcutere. Hic quondā uſus, ratio, & fructus coronaꝝ fuit: & q̄ id poſſent plantæ aut totæ aut eaꝝ partes, merito coronariæ dicebant. Nec referebat quominus coronariæ eſſent, etiāſi in coronas non necterent, ſatis enim erat odor: q quoniā in aſaro multus eſt, ut coronariū id eſſet, effecit: eāq; ob cauſam debuit à Dioſcoride coronarijs etiā aſaꝝ adnumerari: niſi, ut pleraq; alia, quēadmodū à principio teſtati ſumus, hæc etiā nota ex bacchare ad aſaꝝ translata eſt: quæ ſine cōtrouerſia auctore Plutarcho inter coronarias numeratur. Cogunt me iteꝝ nolentē cæteri interpretes eos appellare, ſciſcitariq; nouiſſe cupientē quoſnā in aſaro ipſi intelligant cauliculos aſperos & molles, contrario (niſi mutata ſit Latinaꝝ uocū antiqua æſtimatio) inter ſe & ob id ſimul impoſſibili habitu: qui enim poteſt aliquid ſimul aſperū & molle eſſe? Et cur poſt ſeminis hiſtoriā, quod in his quæ cauleſcūt in caulibus pierunq; abſoluitur, aſari caules importuna & paꝝ congrua ſermonis ſerie in Dioſcoride deſcripſerint: cū nec molles, ſed raros Græci oēs illic habeāt: nec caules eo loco, ſed cuſpides acuminaq; aliqua quæ in eo ſemine ſe proferunt, hic ſcriptor deſcripſerit. Video lapſum: Crediderunt illi nil aliud Græcis & huic præſertim ſcriptori κραυλοὺς κραυλίαν ſignificare, q̄ in oleribus plātisq; alijs ad florē & ſemen in altū ſurgētes ueluti uirgas: Cū tñ Homerus κραυλιόδοντας ſues dixerit: & omnia eius gentis lexica indicent, κραυλὸν, & eadē ratione κραυλίον, præter communem illā in plantis ſignificationē, in extremo haſtili ferramento acuminatā ſummā partē, in quā caua deinde cuſpis ferrea inſeriť, ſignificare: Qua uocis non illa æſtimatione, reddendus iudicio noſtro fuerat hic locus. Hic enim poſt totā ſeminis figurā, quā nucleis acinoꝝ ſimilē dicebat, habere idē ſemen oſtendit ueluť in echinato caſtaneæ calice acuminata quædā, non tamen ut in illo conferta & denſa, ſed rara: nec mollia, ueꝝ aſpera: neq; anguloſa itidē, ſed angulorꝝ figura, modo, & ſpecie: γωνιωτὰ enim ea appellat, non γωνιώδη, quod ab illis fuerat diligentius obſeruandū: non enim parui refert in pictura deſcriptione q; huiuſcemodi reꝝ, anguloſum aliqd dicere, aut angulorꝝ figura, ſeu modo, uel ſpecie. In illo ſiquidē manifeſti anguli erūt, in hoc quod angulis ſimile ſit. Videť tamen Plinius hoc aliter indicaſſe cū ait, aſaro ſemen acinoſum & uenoſum eſſe, nec extare in eo acuminatū aliquid, ſed per longitudinē uenas extēdi: Venas autē, ut credimus, intelligit Plinius non quales in animalibus, ueꝝ quas in plantaꝝ aliquarū folijs dorſum & fibras Latini, Græci aūt ἴνας dixerunt: quibus eoꝝ folioꝝ partes intercedente diuiſione illa inuicē ſeparantur: quod in folio uitis & fici à tergo manifeſte deprehenditur, in quibus nō aliter q̄ in hominis dorſo, ſpina à reliquo folio uelut coſta & puluinus eminet: Diuiſiones interſectionesq; has ut diximus Græci ἴνας, Plinius aliquando fibras, aliquando neruos, aliquando dorſum, & aliquando uenas, pro reꝝ neceſſitate appellat, quēadmodū hoc loco etiā accepiſſe uideť. Non ſignaſſem ego hoc, niſi ſcrupulū iniecisſet mihi Serapion, ſemen aſari, cnici, quē noſtra ætas carthamū dicit, ſemini ſimile eſſet teſtatus: qđ quoniā per longitudinē plures coſtas puluinoſq; huiuſcemodi habet, adteſtari in ſua deſcriptione Plinio uidetur. Non leuiter, ut patet, in tenui re, ſed in plantarū hiſtoria & pictura non cōtemnēda diſſident grauiſſimi autores: Nec facile nobis eſt tantas inter eos lites cōponere. Quod à principio polliciti in Dioſcoride ſumus, laborē ſcilicet, diligentiā & fidē, id ubiq; præſtare conamur. Quæ multa ſanè nobis fuerunt in purgando reſtituendoq; toto hoc aſari capite, tā male habitus ab antiquis Græcoꝝ medicis & librarijs fuerat: Quod in Latinis etiā Plinius ante doctiſſimi uiri Hermolai Barbari caſtigatiōes patiebaťur, tā informis & tā multis iniurijs undiq; lacer, ut plura in eo uulnera & informes cicatrices, q̄ ſanæ partes oſtēderent. Ecquis nouit, an quod Plinius dixit uenoſum, corruptū adhuc in eo ſit? nec uenoſum, ſed una tantū translata ſyllaba & litera, neuoſum legendū ſit? licetq;, ut Cicero ait, corporis tantū macula neuus ſit reliquo corpori plerunq; exæquata: ſunt tamen in eo genere qui uerrucaꝝ modo quadantenus extent & emineant, quibus potuit Plinius acumina & eminentias ſeminis aſari comparaſſe: & q; neuoꝝ modo rara & ſparſa in eo eſſent, neuoſum ideo dixiſſe: Nolumus tamen hoc à legentibus pro recepto haberi, uerum de tota hac re, cenſendi locum alijs etiam relinquimus.

Coronarū uſus.

Fibræ, ἴνες.

περὶ φοῦ. κεφ. ί.

Φοῦ. οἱ δέ, ἢ τοῦτο ἀγρίαν νάρδον καλοῦσι. γίνεται μὲν οὖν πόντῳ. φύλλα δὲ ἐλαφροβόσκῳ ἢ ἱπποσελίνῳ παραπλήσια ἔχει. καυλὸν πηχυαῖον, ἢ μεῖζω. λῶμ. τρυφερὸν. ἐμπόρφυρον. μεσόκοιλον. διῳλημμένον γόνασιν. ἄνθη πρὸς τὰ τῆς νάρκισσου. μεῖζω δὲ καὶ ἐυ-

De Phu. Caput X.

PHu, ſunt qui & hanc agreſtē nardū appellent: Naſcit in Ponto, ceruiocello herbæ, aut oluſatro folio æquali: Caulē habet cubitalē, & aliquando maiorē, tenerū, cui lēuor ſit & color in purpura albicans, eundēq; geniculatū, & in medio concauū: Flores figura ad narciſſum accedentes, maiores tātum teneriores q; colo-

φλώπεια. ἡ δὲ τῶν ὑπολεύκων διαπόφυρα. ῥίζα δὲ ἡ μὴ ἀνωτέρω, πρὸς διακτύλου μικροῦ τὸ πάχος. πλάγια δὲ ἐπιῤῥίζια ἔχει καθάπερ χοῖνος ἢ μέλας ἐλλέβορος. ἀλλήλοις ὡμπεπλεγμένα. ὑπόξανθα. εὐώδη. ναρδίζοντα τῇ ὀσμῇ, μετά τινος βάρους εὐωμώδους. δύναται δὲ θλαίνειν. οὖρα κινεῖν ξηρὰ πριζόμενα. ἡ δὲ ἀπόζεμα δὲ αὐτῆς, τὸ αὐτὸ διδάσκει. πρὸς ἕλκη ἡ πρὸς πλευρᾶς πόνους. ἐμπλάσσεται πρὸς ἀνθρώπινα μίγνυται. διὰ ὅλου τῆ ὀξυμυρσίνης ῥίζαις παραπλησίως δὲ ἡ ὠφέλεια αὐτῆς ὅτι. σκληραὶ γάρ εἰσιν αὗται καὶ δύσοδμοι διὰ εὐωδίας.

colore in albido per mediũ purpureo. Radix illi est in superiore sui parte minimi digiti crassitudine, habetq; adnascentes illi exiguas radices alias quæ transuersæ ferunt, odorati rotundi iunci, aut nigri ueratri modo fibrĩpsis implicitas, colore sub ruffo, & nardi odore, cum uirosa grauitate aliqua odoratas. Habet phu calefaciendi uim. Bibit eadem in puluerem trita ad ciendã urinam. Potest idẽ & decoctũ eius. Facit ad lateris dolores. Mẽses eadem ducit, & in antidota addit. Adulterat admistis ruſci radicibus, ueruntamẽ facile deprehenditur. Duræ enim ruſci radices sunt, nec facile franguntur, & nullo odore commendantur.

INTERPRES.

QVam pro Dioscoridis Phu, ætatis nostræ herbarij, ualerianam herbã nobis plerunq; ostendunt, lõge minor ea est quæ ab hoc scriptore describitur: nec omnes omnino utriusq; sibi inuicem respondent notæ. Quæ tamen præcipue à Dioscoride numerantur, conuolutæ glomeris modo, & ut Plinius ait, uillosæ radices, earumq; nardi odor, & albicans in caule purpura, in nostra pariter sentiũtur: Credimusq; nos, ut in animalibus etiam fit, quæ non eadem mole corporis ingenijq; sui natura ubiq; nascuntur, in alieno orbe, cœli aut terræ beneficio, Phu hanc proceriorem nasci, quoniã & in nostro orbe cubitalis aliquãdo uisa fuerit: & hunc in tradenda eius historia Ponticã sibi proposuisse, q; omniũ aliarũ speciosissima illic proueniret: quod folia indicant, quæ hic olusatri aut ceruiocelli foliis comparat: quæ in duabus his plantis nec breuia nec exigua sunt: licetq; in olusatro quotidie uidere, in quo, si fœcundo solo nascantur, paulominus q̃ betã æquant, & pyrũ aliquando superãt. In ceruiocello autẽ hic tradidit latitudinẽ duorũ digitorum patere, & in longitudinem extendi. Variant in foliorũ cõparatione hac & ueteres & Græci, & iuniores Latini. Sunt enim in quibus non Elaphoboſco, quã ceruiocellũ, sed elleboro, quã ueratrũ Latini dicunt, comparentur: Nec sine ratione penitus: quando ueratrum candidũ, ut ex historia eius patebit, folio betæ aut plantaginis describitur, figura non longe dissimili ab olusatro, & si magnitudine superetur, cui Phu folio etiam comparantur: Nihil tamen mutamus, propterea q; credimus easdem literas idemq; principium elaphoboſci & ellebori, uarietatis huius causam attulisse: multoq; magis, quoniam similior olusatro q̃ elleboro ceruiocellus est, & ab hoc ipso scriptore statim coniuncta olusatro & smyrnio, & deinceps ob cognationẽ suã tractata. Verisimileq; est in alterutrius comparatiõe, ex cognato potius q̃ ex diuerso genere, exempla sumpta ab eo fuisse. Volumus, & si forte uilius, & scriptoris huius maiestate indignũ id uideatur, cur nos mutata dicendi forma in descriptione caulis Phu, quod erat λεῖον, poteratq; una uoce producta prima lẽue dici, leuorẽ habere dixerimus, ostendere. Nec inutiliter ut spero id fiet, quando infinitis penè locis, in labore hoc nostro in eadem re, eadẽ uoce utendum nobis erit. Est Græcis adiectiuum λεῖον, & ex eo factum substantiuũ qualitatis nomen λειότης, quod ex eodẽ aut simili euentu, in plures diuersasq; trahitur significatiões. Prima omniũ tamen & inter cæteras præcipua est, qua illi significant, quæ asperitate scabritiaq; omni & angulis carẽtia, tactum nusq̃ offendunt, & aliquando in eo habitu nitent: hæc Latini producta primæ syllabæ quantitate, lẽuia dicunt: tamq; id patet, ut nullis confirmari autoritatibus debeat: illud potius curandũ ubiq;, ne duarũ uocum concursu, & simili nunc penitus sono confundantur misceanturq; simul ancipiti intellectu, quod pondere, & quod asperitate caret: quod fiet, si leuitatis uocem in his tantum quæ pondere careant, relinquerimus: in his uero quæ asperitate & scabritia, lẽuoris nomine utamur: quod multa diligentia, & bona fide à nobis ubiq; posthac seruabitur: nec primis fuit hoc consilium nobis, Plinius enim ancipitẽ diuersæ significationis in eodẽ ferè duarũ uocũ sono errorem fugiens, quæ asperitate careant, libro XXI. cap. XVII. ut uidet, pura lẽuia appellauit, duas simul Græcorũ more & coniunctionis nota uoces, ad unius tantum rei significationẽ coniungens: quod fecissemus & nos, nisi eadẽ causa idemq; in cunctis metus, quod erat tutius eligere, suasisset. Desiimus enim iampridẽ pronuntiatione nostra producta à correptis distinguere, quod antiquioribus, seu natura seu arte, propriũ & quotidianũ fuisse, Tranquillus testatur cum ait, Neronẽ de Claudio dicere solitum, producta prima syllaba morari inter homines desiisse: Volebat enim intelligi, non cessare se dicere, ueẽ fatue & stolide agere. Nullæ etiam nobis ut Græcis notæ aut signa nunc sunt, quibus diuersas quantitates in syllabis signemus: Et si sint, nulla librarij diligentia & obseruatione huiusce modi, nec in diphthongis etiam, utuntur: Et in coniunctione illa duarũ uocũ, qua Plinius usus est, & quã Græci ὑφ' ἓν dicunt, non minus q̃ in cæteris peccari: & quod non ponderosum erat, pro non scabro: & non scabrum pro non ponderoso, ancipiti uocis intellectu accipi poterat: quos omnes lapsus una hac ratione uitasse nobis uidemur. Animaduertimus enim sæpe, quanto periculo in plantis Theophrasti, λειότης, nullo non ferè libro sæpius repetitum ab eo nomen, leuitas à Gaza redditũ fuerit. Quod euasisse una lẽuoris appellatione facillime autore Plinio poterat: qui in probatione unionũ, præter alias notas, lẽuorẽ illis necessarium dixit. Non tacebimus etiam, cur nos in albido per medium purpureos dixerimus, quæ in Græcis διαπόφυρα sunt, reddẽtes: quod ex ui præpositionis διὰ factum à nobis est: quæ, ut grammatici docent, inter cæteras quas habet significationes, transitũ traiectionẽq; ab altera in alterã partẽ, ut in diametro mathematici ostendunt, manifeste

Lẽuia.

dicēte significat: & in cōpositione eandē retinet uim: multaq; habent Græci in coloribus etiā huiuscemodi, ut Λιάλευκον quod Plinius mediocandidū dixit, nil aliud significantes, q̄ in hoc illo'ue colore, diuersum ab eo traiectū & discurrentē aliū, qualē hic in floribus Phu uolebat intelligi. Est illud præterea in radicibus signādum, quod Dioscorides ait habere Phu radices rotundi odorati iunci, aut nigri ueratri modo sibi inuicē implicitas, sic oportere intelligi: ut tota eius similitudinis relatio ad ueratrū, rotundumq; odoratū iuncum, ad implicationem, mutuumq; illum complexum tantum referatur: tales enim ueratri nigri radices sunt, easq; Dioscorides συμπφυκυίας, quasi simul natas & connexas dicit, eadē ferè significatione cum ἀλλήλοις ἐμπεπλεγμένα, quod nos inuicem implicitas reddidimus, nihil ex uocibus huius scriptoris mutantes.

Περὶ Μαλαβάθρου. κεφ. ια.

Μαλάβαθρον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιμ εἶναι φύλλον νάρδου φύλλον, πλανώμενοι ὑπὸ τῆς ὁμοιώσεως. οὐ γὰρ ὅμοια τῇ ὀσμῇ νάρδῳ. ὡς τὸ φοῦ. ἄσαρον. νῆριε. οὐκ ἔχει δὲ οὕτως. ἔλαιον γάρ ἐστι γλυκος, φυόμενον ἐν τοῖς ἰνδικοῖς τέλμασι. φύλλον ὅμ ὡλυηχόμενος ζωῆς ὑδαλέα. καθάπερ ἡ ἐπὶ τὰ τελμάτα φακῆ. ἐρίζαν οὐκ ἔχων. ὅπερ συλλέγοντες, εὐθέως διαπείρουσι λίνῳ. μὴ ξηράναντες ἀρτίβεντη. φασὶ δὲ οἱ τὰ θρεῖας ἀναξηρανθέντες τοῦ ὕδατος, καὶ εἰδῆ φευγάνοις τὰ γλίσ. μὴ γυομένου γὰρ πύου, μικέλα φύεσθαι. ἔστι δὲ καλὸν τὸ πρόσφατον μὴ ὑπόλυκον, ἐν ᾧ μελανίζειμ τε ἄθρανσον μὴ ὀλόκληρον. πλην κλακὸν τῇ ὀσμῇ. ἐπιδυναμοῦν τῇ εὐωδίᾳ. νυστάζον δὲ τῇ γεύσει μὴ ἁλμυρίζον. τὸ δὲ ἀσφαιὲς μὴ δ' λεπτοκοπημένον, εὖρω ζώσαν ἔχον τὴν ἀποφοράν, φαῦλον. δ' ὠσαμιν δὲ ἔχει τιὼ αὐτιὼ τῇ νάρδῳ. ἐν δὲ γέσεσιν δὲ ἐκείνης πάντα πρῶ. δουρητικωτέρα μὲν οἱ εὐσομαχωτέρα δέ, ἢ τοῦ μαλαβάθρου δύναμις. οἱ πρὸς τὰς ὀφθαλμικὰς φλεγμονὰς ἁρμόζει. ἀναζεσθὲν ἐν οἴνῳ μὴ λεῖον ὠλυχρόμενον, ὑπερτίθει δὲ μὴ γλώσσῃ πρὸς εὐωδίαν σόματι μὴ συνιματίοις τίθει. ἄβρωτα δὲ μὴ εὐώδη ταῦτα τρέφει.

De Malobathro. Caput XI.

MAlobathron. Romani pariter malobathrum dicūt. Opinant pleriq; Indicæ nardi foliū malobathrum esse, odoris similitudine decepti: multa siquidē sunt nardo in odore similia, qualia sunt phu, asaron & niris, quæ mōtana nardus ab hoc ipso pauloante dicta fuit: uerū non sic se habet. Propriū enim malobathro genus est, nasciturq; in Indiæ lacustribus locis, nihil aliud q̄ foliū in aquis, lacustris lentis modo fluitans, & nullis radicibus hærens: Id colligētes incolę, funiculo statim trāsciunt, siccatūq; seruant. Ferunt præterea siccatis æstate lacubus, fruticibus & cremijs incendi terram: & nisi id fiat, non proue nire folium. Probatur recens, & in nigredine albicās: Probatur itidē quod frangenti contumax est, nec facile discerpit: quod odoris sui halitu sensum tentat, eademq; odoris bonitate diutius permanet: quod nardi odorem refert, nullo salis sapore & gustu. Improbatur contrà quod infirmū, friatumq; in puluerem, carioso halitu est. Nardo eadem omnia potest malobathrum: uerū efficacior ad omnia nardus: malobathri tamen uis ciendę urinæ aptior, & stomacho magis accōmodata est. Prodest idē oculorum inflammationibus in uino decoctum, tum concisum & expresso uino inunctum. Subijcitur & linguę ad oris halitusq; suauitatem. Quinetiam uestibus interponitur, tueturq; irrosas, & odoris suauitate gratiores facit.

INTERPRES.

DVbitauit quondā in carmine suo Thebanus lyricus poēta, iustitia'ne magis & bonis artibus, q̄ obliquis dolis ad summas fortunæ opes & gloriā homines euaderent, tam multis ex omni historia exēplis utrunq; cōfirmari poterat. Nobis etiā non dissimili modo dubitare aliquando contigit, plus'ne uoluptatibus nostris & naturæ leporibus ignauia, quæ bonitatis nomē sibi fecisset, an deliciæ & luxuria nocuerint: Et in cōparatione duorū inter se malorū, utrobi instaurādæ eius iacturæ maior nobis spes relinqueretur. Sapientiores certe eos sibi excolendos dari uoluerunt, quos libido, ferocia, amores & epulæ aliquādo delectarēt: propterea q̄ grauissime maiora tantū ingenia peccēt: & ubi ingeniū sit, illic etiā non desperandā uirtutē: quotidieq; nos fieri uidemus, ut exculto per sapientiā aliquorū animo, mutatis moribus tantum matura uirtute humano generi hi prosint, quantū iuuentutis æstu antea sibi nocuerāt. Negligentē uero & otiosam bonitatē nō magis amauerūt, q̄ q̄s in postremo ordine cōstitutos inutiles penitus Ascreus poēta cecinit: q nec ipsi qdpiā inuenerint, nec inuēta & tradita ab alijs seruare didicerint, lasciuiorib. ingenijs nusq; cōparādi, q̄ nō prius luxuriose malobathro uti desierūt, q̄ illorū negligētia & exagitatiōe totū perierat, q̄d ad sanitatē & delicias uitæ dederat quondā & adhuc dare, si petat, liberaliter natura potest. Quis em̄ credat inuidisse nūc nobis eā, qđ alijs aliqñ copiose dedit? Vtinā quēadmodū amissum lamētari malobathrū licet, sic etiā inuentū modo ostēdere liceret. Verū ex quo id nō licet (ut comicus ait) si nō possis qđ uelis, id uelis quod possis: & nos qđ possumus, agamus. Primūq; illud nouisse oēs uolumus, hoc ipsum ab antiqs Græcis, foliū simpliciter etiā dictum fuisse. Sic Plutarchus in libello cui titulus est, q̄ bruta ratione utuntur, appellat, odoramentis alijs coniungens, simulq; numerans cinnamomum, nardum, arabicum calamum, & folium, malobathrum scilicet hoc. Quæ uox ex antiquo, & probatioris mihi fidei Græco codice, instaura-

Foliatū unguentum.

ta à nobis illic est, ubi legitur: Et nisi id fiat, non nasci foliū: quæ in cunctis alijs deerat. Ab hac appellatione malobathrinū unguentū foliatū Martiali & plerisq; alijs & Græcis & Latinis scriptoribus dictum est: & ob odoris similitudinē, idē nardino esse creditū aliquando. Quo loco etiā hic numerat, quæ odore nardū referunt, non νῆρις, quæ mōtana nardus ab eo dicta est, uerē ἴρις in aliquibus legitur: sed nos maluimus, quod ex eodē scriptore seruari poterat. Et si forte utroq; loco ἴρις legi quondā potuerit: non adeò tamen similis odor est, ut mutanda temere ea uox fuerit. Sequitur deinde ubi de notis probatioris malobathri agitur, difficillimus nodus: tantopere illic uariant antiquiores Græci, tamq; diuersæ lectionis & ex ea diuersi sensus multiplex coniectura est, quā totā præpositio & uerbū non idē ubiq; facit. Habent plures Græcorū codices descriptas his uerbis in probatione malobathri notas: ὅτι δὲ καλὸν τὸ πρόσφαῦον καὶ ὑπάλευκον: probatur. s. recēs, & quod albidū. i. non omnino albū, id enim τὸ ὑπάλευκον significat. Sequitur deinde ὃν τῷ μαλακίζεσθαί τι ἄθραυστον καὶ ὁλόκληρον: quæ latinis uocibus reddi quidē possunt, sed parū sequaci & congruente sensu. Si enim dicas, & in nigrescendo infragile nec in partes discerptū: quis erit sensus? & quæ rei natura? Siquidē nulla in colore causa est, cur magis minus'ue frangatur aliquid, & in suis partibus integrū seruetur. Accedit & illud, q̄ copula illa τι uerbo subiecta, alterius in sermone membri ueluti principiū facit: quicq; in lectione Græcorū consueuerunt, facile in alijs obseruare hoc potuerunt. Quod nisi Plinius, Græciq; & Latini ferè omnes nigricantē colorē malobathro assignarent, confidentius & uitiū hoc loco testaremur, & ut cōsueuimus in integrū etiā restitueremus. Sed nolumus contra tam graues autores, & tā multos incognitæ nunc rei antiquos testes, temere aliquid censere: quod nunq̄ nocebit, inuēta excogitataq; à nobis omnia ubiq; significabimus. Omnes ut diximus Græcorū codices malobathri meliores notas, quibus præmonstrauimus uerbis, ostēdunt. Vnus tantū inuentus mihi est, in quo legit, ὧν τῷ μαλακίζεσθαί τι ἄθραυστον καὶ ὁλόκληρον: quorū uerborū sit sensus: & in mollescendo infragile, & in suis partibus integrū: ut nihil de colore illic agatur, sed de tenaci lentore: doceatq; Dioscorides probari malobathrū, id quod recens & albidū sit: quodq; cum mollescit, lentoremq; admisit, tenaces uires tūc acquirat, fiatq; infragile, & in suis partibus integrū seruetur. Quod in multis humor natiuus & accedens facit: fiunt enim eo ualidiora & firmiora, quemadmodū contrà arescentia siccata'ue franguntur, discerpūtur & friātur facillime. Nec obstat, q̄ hic in colore albidū, cæteri uero omnes nigricantē dixerint: omnes enim mediū, & ab utroq; extremo discedentē colorē assignasse malobathro uidentur. Et quoniā nullū esset eius coloris nomen, alij ab altero, alij ab altero extremo indicationē eius sibi sumpserunt. Aequali siquidē motu & spatio ab albedine albicans, siue malis albidū dicere, ad nigredinē: & à nigredine ad albedinem nigricans procedit. Sunt etiā in quibus ad calcē capitis legatur, καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμίας καὶ πρὸς τὰς φλιγμονὰς ἁρμόζει: id est ad oculorū præterea lippitudines, & inflāmationes accommodatū est: ut duo intelligant mala. Sunt itidē in q-

Oculorū inflāmatiōes.

bus, καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμικὰς φλιγμονὰς. i. ad oculorū inflāmationes: ut unū tantū mali genus uideatur. Nos posteriorē hanc lectionē monente Plinio magis probauimus, qui de unguento malobathrino agens, ait: Oculorum epiphoris. i. inflāmationibus uino expressum utilissime imponitur. Sunt autē autore Galeno in diffinitionibus suis, oculorū inflāmationes, eorū tumores, qui cū rubore multa caliditate, difficiliq; motu & pungenti sensu fiant. Idē præterea in Isagoge sua iterū, ut eodē sensu, sic diuersis uerbis eandē inflammationem diffinijt: Ruboris in oculo, tumoris q; incrementum inflammatio est, qua impediēte, cū dolore respicimus. Nequis autem Plinij epiphoras aliud q̄ inflammationes esse credat, ex eodem autore earum diffinitionem

Epiphora.

subijciemus. Communis toto corpori inflammationis nomen Epiphora est: quæ uehementior confluentibus abunde in aliquam partem humoribus, ingruit: Priuatim tamen in oculis dicitur, cum copiosa eò cōfluxerit destillatio, maxima accedente inflammatione.

περὶ κασσίας. κεφ. ιγ'. De Casia. Caput XII.

Κασσίας δέ ἐστι πλείονα εἴδη, περὶ τὴν ἀρωματοφόρον ἀραβίαν γεννώμενα. ἔχει δὲ ῥάβδον παχύφλοιον. φύλλα δὲ ὡς πρὸς ἴρεως. ἐκλέγου δὲ τὴν ἐγκιρρέον. εὐχρουν. κοραλλίζουσαν. σεμνὴν λίαν. μακρὰν μὴ παχεῖαν. τρῖς συριγγίοις πλείοις. ἀκκιζομένην τῇ γεύσει. εἶτα σύφουσαν μετὰ πρᾳότητος πυρώσεως. ἀρωματίζουσαν. οἰνίζουσαν τῇ ὀσμῇ. ἣ δὲ τοιαύτη ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἄχυ καλεῖται. δαφνίδες δὲ προσαγορεύεται ὑπὸ τῶν ἀλεξανδρείας ἐμπόρων. πρὸ δὲ ταύτης ἐστὶ μέλαινα, εἶτα ἐμπύρφυρος παχεῖα, ξύγις καλουμένη. ἐρεθίζουσα τὴν ὀσμήν. μάλιστα πρὸς τὰ ἰατρικὰ χρήσιμον εὕθετος. δεύτερος δὲ ὁ προειρημένος. τρίτη δέ ἐστι μὴ καλουμένη * βλάκτες μοσυλικὸς. αἱ δὲ λοιπαὶ εὐτελεῖς. ὡς ἡ καλουμένη ἀσυφὴ μωρ. μέλαινα εἶτα ἀκκίζεται εἶτα λεπτόφλοιος. ἣ μὴ φλοιοξέα-

Βλασὸς μοσυλικὸς

CAsiam, Romani pariter casiā dicunt.] Casiæ plura genera sunt, in odorifera Arabia nascētia. Habet crassi corticis casia oīs sarmentū, & piperis folio est. Eligito amabili coloris bonitate rubescentē, corallio lapidi similē. Eligito itē angustissimā, longā, crassamq;, & fistulis plenis, quæ in gustu erodat, & cū feruore aliq̄ adstringat: quæ aromatū modo odorata sit, simulq; uini odorē referat. Ab incolis quæ talis est lada, ab Alexādrinis uero mercatorib⁹ daphnitis appellatur. Antecedit bonitate hanc quę nigra est, & quæ purpurescit, zyger dicta, rosarū odore, præcipui in medicina usus. Secundæ bonitatis honorē & æstimationē habet antedicta: Tertia est quæ rubus mosylicus appellatur. Cæteræ omnes non multifaciendæ & uiles, ut quæ aphysemon uocat, nigra, ingrato odore, tenui ac disrupto cortice, quales etiam sunt quæ citto & dacar

dicūtur.

δάκρα γῆς. ὡς καὶ ἡ κιττὼ καὶ ✱ δάκας καλοῦμέν. Est δὲ ἰδίως ἡ φλοιοκασία ἀφάτως ἐμφερὴς, ἣ ἰδίως ἐλέγχεται τῇ γεύσει, οὐκ οὖσα δριμεῖα. οὐ δὲ ἀρωματώδης. προσεχόμενόν τε τῷ φλοιῷ ἔχει τὴν σύνεσιν. εὐρίσκεται δὲ καὶ πλατεῖα σύριγξ. ἁπαλή. κοῦφη. εὐδυνής. διαφέρουσα δὲ ἡ ἄλλης. ἀποδοκιμάζει δὲ πλὴν ὑπόλευκον ἡ φλοιώδη. τραγίζουσαν ἐν τῇ ὀσμῇ. καὶ τὴν μὴ ἔχουσαν τὴν σύριγγα παχεῖαν. φλοιώδη καὶ λεπτόν. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν καὶ οὐρητικόν. ξηραντικήν. συφοῦσαν πρὸς ὠχρόν. ἁρμόζει δὲ εἰς τὰ πρὸς ὀξυδορκίαν ὀφθαλμικὰ καὶ μαλάγματα. φακούς τε αἴρει μετὰ μέλιτος καταχριομένη. καὶ ἔμμηνα ἄγει καὶ ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ πινομένη. καὶ πρὸς τὰς ἐντὸς φλεγμονὰς πάσας πρόσφορός καὶ πρὸς νεφρῶσεις. εἰς ἐγκαθίσματά τε καὶ ὑπερθυμιάματα γυναικεῖα. πρὸς ἀνευρυσμὸν μήτρας. διπλάσιον δὲ αὐτῆς μιγνύμενον τοῖς φλοιάκοις, εἰ μὴ πρὸς εἰκινναμωμίδα. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δάφνη. ὅταν δὲ ὀξεῖ πλύχηται.

dicuntur. Est & quædam falso cafia appellata, mi
ræ cum reliquis fimilitudinis, aphaos dicta, quæ guſtu deprehenditur, nec acri nec odorato, inhærentemq; medullæ corticem habet. Inuenitur & quædam latiore fiſtula, leuis, tenera & pinguior, bonitate antedictam ſuperans. Reprobatur caſia albicans, ſcabra, odore porraceo, quæ craſſiore fiſtula non ſit: eademq; ſcabra & tenui. Calefacit caſia, ſiccat, urinam cit, adſtringit eadem leniter. Oculorum medicinæ ad claritatem uſus accommodata eſt. Lentigines tollit ex melle inuncta, menſes trahit, & uiperarum morſibus pota ſuccurrit. Bibitur & contra interiores inflammationes omnes & renes utiliter. Fouentur præterea decocto caſiæ infidentes, ſuffiuntur'que incenſa utiliter, ad laxandos muliebres locos, fœminæ. Dupla'que eius quantitas medicamentis mixta in cinnamomi defectu idem præſtat: habet'que omnino Caſia frequentes & multiplices uſus.

INTERPRES.

COntumaces implacabiles'q; noſtro orbi adeò natura plãtas aliquas fecit, ut nullis blanditijs, officijs, obſequijs'q; noſtris retineri apud nos potuerint, coactæq; in hortis & mitioribus locis in Italia uiuere, non ſecus q̃ Alpini homines, delicias urbiũ & maieſtatẽ ægre ferentes, in deſerta ſolitudines'q; ſuas reuertuntur: cum primum licuit remiſſa à nobis tantiſper eorum cuſtodia & cura, unde ad nos uenerant, in primũ & natale ſibi ſolũ refugerũt: tantus patriæ nataliũq; ſuorũ omnibus amor eſt. Et mirabitur aliquis antiquorũ poëtarũ heroas tam longis erroribus, totq; monſtris & naufragijs iactatos, neglectis omnibus melioris fortunæ occaſiõibus, uoluptatibus & honoribus, antiquã repetiiſſe aut exquiſiiſſe matrẽ: cũ præter bruta & plantæ id agant, quæ pluribus & mitioribus locis conſitæ, honoris ſui incremento retineri non potuerunt. Et inter plantas caſia id præcipue egerit, quæ in maiore illa Romanæ gentis fortuna ubiq; & in aluearibus conſita, & ſub ſeptentrionibus uiuere coacta, nullibi quod nouerim noſtra ætate In Italia nũc reperitur. Negataq; oculis forma eius omnis & ſpecies, difficillimã nobis de ea commentationẽ hanc noſtrã facit, præſertim in tam corruptis Græcorũ Latinorũq; omnium codicibus, & in tanta Theophraſti Plinijq; in eius hiſtoria breuitate. Quò fit, ut nihil q̃ in quærendo diligentiam, & in repertis fidem legẽtibus pro caſia polliceamur. Cuius in diuerſis generibus tam multæ toto capite numeratæ appellationes, q; barbaræ ſunt, ſine ignorantiæ ſuſpicione diſſimulari facile poterãt. Non tamen id penitus & in cunctis fiet. Sunt em̃ quæ ex hiſtoria locorũ, & quæ ex ueteſtioribus Græcis, uocum'q; ipſarũ ſignificatione doceri & reſtitui poſſint. Quod itaq; fere in cunctis legitur: Ab incolis quæ talis eſt, achy &c. in aliquibus non ἄχυ, uerũ ἄλη legitur: quæ uox, quoniã in aliquas literas eius, quã Plinius ladã uocari dicit, incurrit, lada à nobis reſtituta eſt, nulla tamen certa ratione. Tam enim nobis nunc ἄχυ barbara uox, q̃ quondã Plinio tunc erat, & nobis modo lada etiam eſt. Sequitur deinde: tertia eſt, quę rubus moſylicus appellatur. Quo loco cum legeretur fere in cunctis βλαστὸς, communi omniũ germinũ appellatione, ex melioribus Græcis βάτον, id eſt rubum reddidimus: neq; ut credimus ab re: in fruticoſo enim genere caſia cenſetur, in quo & rubi numerantur. Veriſimile'q; eſt contractiore hac rubi uoce magis q̃ ampliore illa & communiore germinis, caſiã ſignari ſolitã, præſertim à regione, non aliter q̃ luguſticũ, piper agreſte, multaq; alia in plantarũ genere appellamus. Moſylicus aũt à promõtorio & emporio Aethiopiæ Moſylo, unde afferebatur, dictus eſt. Non multo poſt deinde, quod ἀφύμων in multis legitur, ἀφνοήμων in melioribus inuenitur: potuit'q; ob eam ſic appellari cauſam, q; tenui & diſrupto eius cortice, tibiarũ & fiſtularũ more inflari non poterat, id enim φυσᾶν Græci dicunt, & φυσητῆρια, ἀυλοὺς, id eſt tibias uocant: & hic φυσητῆρα follium fiſtulam, de cinerula & bulla in metallicis agens, appellat. Diximus de caſiæ appellationibus quatenus licuit: cætera nunc eodẽ modo etiam dicentur. Sed tam incerta pluribus locis aliqua ſunt, ut conari magis q̃ præſtare aliquid in eis cogitauerimus. Et quoniam ex Theophraſto multa ſæpius repetenda erunt, ne poſſit integer eius ſcriptoris ſenſus à quoquã deſiderari, ijſdem uerbis de caſia ab eo tradita ſubijciemus, quæ libro nono de plantarum hiſtoria hæc ſunt: Caſiã uero dicunt craſſiora q̃ cinnamomum ſarmenta habere: eademq; magnopere neruoſa: nec auferri à ligno corticem poſſe: qui in hac etiam utilis ſit. Cumq; ſarmenta inciderint in fruſta digitorũ duorum longitudine, pauloue maiora, minutatim ſecare, eaq; recẽtibus corijs animalium præſuere, mox ex his lignoq; ſimul putreſcentibus, naſci uermiculos, qui lignum erodant, cortici uero non noceant, ob amaritudinem & odoris acrimoniam. Idem etiam pauloante hæc, de cinnamomo & caſia ſimul agens, Frutices dixit haud ſanè grãdes eſſe, ſed qualis uitex ſit: ramoſos itidem, lignoſosq;. Quæ omnia additis pleriſq; alijs in Plinio pariter legun

tur libro XII. cap. XX. parata omnibus & exposita, ideoq; hoc loco à nobis non repetita. Ab his autoribus ubi opus erit, opẽ & fidem commentationibus his nostris impetrabimus. Sciendumq; illud primũ est, quã hic dicit odoriferam Arabiam, eam esse quę inter Persicum & Arabicum mare à Geographis describitur. Et quod nos sarmentum diximus, Græcis ῥάβδον appellari, uirgã scilicet qualem in uitibus, multisq; alijs quotidie uidemus: eamq; crassi corticis dicit Dioscorides pro crassitudine scilicet totius materiæ in qua crassissimus sit cortex: exigua uero interior medulla. In aliquibus hoc loco leguntur uoces duæ: ὥσπερ ἴνου: nihil nisi emendentur significantes: credimusq; ex Theophrasto restitui posse, ὥσπερ ἄγνου, id est ueluti uiticis: Frutici enim huic in magnitudine, casiæ sarmenta hæc comparat. Vtinamq; ut hoc dixerat, sic etiam de folio aliquid testatus esset. Nõ enim dubitaremus ex diuersa in Græcis lectiõe, piperis'ne an iridis folio casia esset. Legitur enim in aliquibus ὡσπερ ἴριωος, in aliquibus ὡς πεπέριωος: priorem q; illam iridis lectionem secutus est Mauritanus Serapion: Nobis in tam multa in plantarũ foliꝭ naturæ uarietate difficilis coniectura & ratio fuit. Licetq; in utranq; partem multa dici potuissent, tutius tamen usum est, ex cognatione uicinitate q; locorum, piperi folio simile potius facere. Inclinat enim animus, credimusq; omnẽ hanc tantopere diuersam lectionem ab imperitia librariorꝝ, & incognitæ rei dubitatione uitium contraxisse, tam facilis lubricusq; linguæ & calami lapsus est ab ὥσπερ ἴριωος, in ὡς πεπέριωος. Et si folio piperis casia sit, facile erit eius nouisse formã ex his, quæ cum de pipere agetur, à nobis dicentur. In notis deinde probationis casiæ nõ parꝝ, neq; ab re forsitan, dubitauimus, legi'ne oporteret σιν λῶ λίαν, quod nos angustissimã diximus, an potius σιν λῶ λεῖαν, ut non esset illic λίαν aduerbium quod auget, & ualde significat, sed λεῖαν adiectiuum qualitatis nomen, quod non scabrũ & lẽuore nitẽs significaret, seorsumq; altera uox ab altera legeretur, essentq; bonitatis duæ deinceps descriptæ notæ, non una tantum, angustiæ scilicet & lẽuor: persuadebatq; non scabrã & lẽuore nitentẽ legi debere, q hic ipse paulopost in casia scabritiẽ damnat, & inter reprobatæ notas, asperitatẽ extimi corticis numerat. Nec minus etiã q aduerbiũ illud λίαν. i. ualde, parꝝ apte illic significare, & in Græco sermone strui uidebatur. nihil tamẽ in eadẽ omniũ Græcorꝝ lectione mutare ausi sumus, sed ut in cũctis legitur, angustissimã reddidimus: Nec aliud angustijs his indicat Dioscorides, q̃ eam maxime probari casiã, quæ erosa à uermiculis illis Theophrasti omni interiore medulla, excauato peruioq; illo foramine angustiore sit: quò enim angustius id fuerit, eò crassiore cortice casia relinquetur, qua præcipue crassitudine probat. Nec aliud mox illi significat quod sequitur, crassis fistulis, bifariã eadẽ bonitatis nota descripta: nec aliter q̃ ut in eadẽ testudine curuũ & conuexũ diuersa ratione dicimus, sic & in fistulis his casiæ, idẽ crassitudine ambientis corticis & angustijs excauati, & peruĩ foraminis hic dixit: ideoq; abundat uox quæ statim sequitur, πλήρη: omnẽ enim destruit sensum: nec potest uacuũ & fistulosum, plenũ dici: & in pluribus Græcorꝝ nõ legitur ea uox: ideoq; nos eam penitus expunximus. Mutauimus etiã quod erat, μετὰ πρσῶς πυρώσεως: non πρσῶς, quod exiguũ & aliq̃d significat, legentes, uerꝝ πολλῶν. i. multo: non tam quia sic in uetustissimis Græcis legitur, q̃ quia Plinius ait gustu q̃ maxime feruens. Miscẽt & illa omnẽq; huius loci intellectũ turbant, quæ subijciunt statim: ἀρωματίζουσαν, οἰνίζουσαν τῇ ὀσμῇ. In quibus si ad odorẽ, ut plerunq; ἀρωματίζειν uerbũ significat, referatur, turbabit & odorẽ, & huius loci sensum omnẽ quod sequitur, οἰνίζουσαν τῇ ὀσμῇ. i. odore uinũ referentẽ. Nec uerisimile est, aromatũ & uini simul odore, odoratã casiã hunc dixisse. Cogitauimus ea propter quod est, οἰνίζουσαν τῇ ὀσμῇ. i. ut uerbũ fingamus, odore uinescentẽ, ad odorẽ pertinere: esseq; id quod Plinius ait, mollissimi odoris. Et quod præcedit ἀρωματίζουσαν ad amaritudinẽ quæ in casia præcipua est, & hic nusq̃ eius meminit: significarique eo uerbo & participio amaritudinẽ ab re nõ est, quando ἀρωματίζειν nil aliud Græcis significat, q̃ aromatũ modo & qualitate esse. Sunt aũt aromatis qualitates plures, odorq; præsertim: uerꝝ & sapor etiã, qui raro ulli odorato non amarus est. Sequunturq; se inuicẽ, & coniuncta plerunq; inueniunt, odoris bonitas, saporis amaritudo. Cuius rei causam ex Theophrasto attulisse facile erat, si hoc nunc ageremus, sed festinamus ad alia. Non relinquemus tamen prius q̃ de medica nostra ætatis casia agamus, illud addere: Inter casiæ genera à Dioscoride unũ λαφνίτιν appellari, si Plinio credimus à lauro arbore facta appellatione: quoniã scilicet ob similitudinẽ lauri cortice adulteraret, & à mangonibus eandẽ daphnoidẽ dici: in quo non leuiter discrepant magni nominis autores, hic ipse. s. & Plinius, cui in eorꝝ tẽporꝝ fortuna plura q̃ nobis uidisse & legisse licuit: & ob id alios autores secutus, aliter de ea tradere potuit. Quod aũt sibi & Dioscoridi idẽ in daphnitide casia non est, sic animaduertendũ: in primo bonitatis ordine casiã hic ab Alexandrinis mercatoribus daphnitim uocari dicit: Plinius post omnẽ eius historiã & bonitatis censum quasi appendicẽ adijciens, ait: his addidere mangones quã daphnoides & mesocynnamon uocant &c. Locus est lib. XII. ubi de omni casia agitur: q̃d agendũ illi nõ erat, si uera sunt, quæ de daphnitide hac à Dioscoride traduntur: nec in extremũ ordinẽ reijcienda fuerat, quæ in primo ab alijs constitueretur: non facile est, neq; ego ausim censere, utrobi maior fides, & rei certior ueritas sit: diligentioribus agendũ id relinquimus. Nobis signasse illud satis erit, in Arabia odoramentorũ feraci, describi à Strabone lib. suæ Geographiæ XVI. portũ nomine Daphnũ, in regione quæ thus, myrrham, odoramenta q; alia fert: nec longe ab ea quæ falsò casiam dictam etiã ferat: potuisseq; non à lauro arbore, sed ex hoc portu allatã daphnitim uocari: nõ aliter q̃ & hic & nos, rubũ Mosylicum aliud eius genus uocari pauloante diximus. Nec uerisimile est, potuisse scabro alioquin lauri cortice adulterari casiam, in qua prima bonitatis nota ex lẽuore quæreretur: nec responderet color, qui in lauro nec niger, nec rubens, nec candidus est: quo triplici colore casia à Plinio in diuersis eiusdẽ sarmenti partibus describitur. Relinquimus tamen hæc legentibus arbitraria, contenti coniecturam hanc nostram signasse. Mutatum & illud à nobis: quod hic ait reprobari casiam odore porraceo: sic enim in melioribus Græcis legitur, & Mauritanus Serapion reddidit: non odore hircino, ut in pluribus inuenitur. Non tacebimus etiam, uideri nobis repetitas bis reprobatæ casiæ notas in postremo historiæ calce: posse'que à uolentibus, sine iniuria huius scriptoris, expungi. Quales autem hæ sint, facile erit omnibus intelligere. Nos eas ut erant relinquimus: quoniam poterant primæ illæ uiuentis in suo frutice casiæ, posteriores uero excauatæ in suas

Daphnus portus.

à uer-

à uermiculis fistulas, notæ esse. Et hæc antiquorũ casia fuit, quã nostræ ætatis medici ligneã appellant: unguẽtarius, uitæq; delicijs magis q̃ medicinæ quondã quæsitus frutex: ideoq; ab omnibus poëtis passim celebratus, diuersus omnino ab ea arbore, quæ eadẽ nunc casiæ appellatione siliquas potius q̃ fistulas fert cylindraceas, lõgitudine ferè cubitales, lignosas, colore nigro, & quasi ex sole igne'ue torridas. Intra quas ligno si itidẽ per interualla orbiculi sunt, & inter orbiculos semina concreta ceu pulte nigra inuoluta: cuius tantũ in mollienda aluo usus est tã multus, tãq; quotidianus, ut sine ea uix possit nostrorũ temporũ medicina stare: quo magis ueterũ negligentiã aut fortunã demirari licet, qui aut eã ignorauerint, aut uti noluerint: neq; enim hactenus de ea quicquã aut in hoc, aut in cæteris inuentũ à nobis est: q̃d merito oẽs miremur, & uix credibile uideat. Credimusq; nos, ut pleraq; alia diuersis tẽporibus aliunde in Italiã uenerunt, quæ numerare ab re non esset, nisi patrũ nostrorũ ætas albã morũ, peregrinã, & tunc primũ hospitẽ nostrã uidisset. Sic etiã arborẽ quę casiã hanc ferret, nostro orbi diu incognitã, meliore tandẽ fato ex ultimo mundi aliq; margine ad nos penetrasse, ut sanitatis salutisq; nostrę non mediocrẽ gratiã à nobis & ipsa sibi inueniret. Ei parum recte fistulæ nomen, & ex eo diuersitatis nota adiecta est. Siliquæ enim magis q̃ fistulæ nomen illi congruit: propterea q̃ undiq; clausa, aliaq; siliquaq; in leguminibus modo, semina sua intra se claudit medica hæc casia, & ad maturitatẽ perducit. Fistulæ uero à summo usq; ad extremũ peruio & excauato foramine patent: sine quo non poterit ad suaues modulationes spiritus transire: ex quaq; similitudine in lignea casia & hic & Plinius fistulas sæpe appellauerũt, frusta. s. & segmẽta illa, quæ Theophrastus in ea fieri docet, & à uermibus excauari, non aliter, nec alia specie, q̃ licet quotannis uidere in aliquaq; arborq; surculis, qui copia humoris uerna tẽpestate turgentes, cortices suos facile remittunt, deglubentesq; eos pastores & pueri, cornua fistulasq; sibi ad muficen & classicũ faciunt. Nihil habent cõmune, nec in casiæ medicæ genere numerant hæ fistulæ, uerq; in lignea tantũ, quæ in fistulas has diuisa secta q; & excauata quondã uendebat. Cauendũ in primis etiã & obseruandũ diligentius, ne in antiqua medicina: Dico autẽ antiquã, quæ supra Galeni ætatẽ à Græcis tractata est, fistulã casiã inuenientes, medicã hanc nostræ ætatis credamus, eandẽq; credẽtes, graui periculo ea utamur. Ligneã enim semper illi intelligũt, quæ medicæ & posteriori huic nomen & appellationẽ suã ex similitudine largiri potuit. Vtraq; enim longa, utraq; surculi figura, utraq; intus concaua, utraq; tandẽ nigra. Dico autẽ utranq; nigrã, quoniã inter casiæ ligneæ genera & nigrũ est, ab hoc ipso & à Plinio descriptũ. Nec est q̃ miretur aliquis hanc nominũ communionẽ, cũ in noua re nouis uocabulis uti oportuerit: deficientibusq; his, nulla imperitis aptior, q̃ ex similitudine eorum indicatio se obtulerit.

Cafia noſtræ ætatis.

Fiſtula.

Siliqua.

περὶ κιννα μώμου. κεφ. ιγ'.

φέρω προῶ

Κιννα μώμου ὄξι πλείονα εἶδη, ὀνομαζόμενα ἰδιαχωρίως. διαφέρει δὲ τὸ μουσυλον. διὰ τὸ ✱ σώσειν πρῶως ἐμφέρειαν, πρὸς τὸ μυσυλίζειν καλουμένῳ κασίαν. ἡ τοῦτο πρὸς τὸ προσφατον τῇ χρόα μέλαν. πεφυκόν γὰρ ἐν τῷ οἰνώδει. λεπτὸν ὑπὸ ξανθίοις καὶ λιπόν, ὄζοις συνεχέσι κεχρημένον. σφόδρα εὐώδες. χειρὸν δὲ ἡ τοῦ ἀρίσου κράσις ὄζει πρὸς τὸ ἐν τῇ εὐωδίᾳ ἰδιότητα. εὑρίσκεται δὲ μετὰ τοῦ ἀρίσου οἱ ἰδιάζοντες ἢ ὅσον μὴ πικραίζουσα ἢ καρδιαμώμῳ ἐμφερής. ἔτι καὶ μὴν δριμὺ καὶ δακνῶδες τῇ γεύσει. οἱ ὑφαλμυρίζον μετὰ θρασίας, ἔν τε τῇ πρατρίᾳ μὴ ταχέως δασυνόμενον. καὶ ἐν τῷ θραύεσθαι χνοώδεις οἱ λιπὸν ἔχον τὸ μεταξὺ τοῦ ὄζου. δοκίμαζε δὲ ἀπὸ μᾶς ἑίζης λαμβάνων τὸ θαλλόν. εὐχρηστεῖ δὲ καὶ τριαύτη δοκιμασία. τὰ δὲ θραύσματα, μίσματα τυγχάνει. οἱ καὶ τὸ πρώτιον δοκιμασίαν τὰ κρείττονα οἱ πληροῦντα τὸ ὄσφρησιν, ἐμπρήθειν τὸ κέπονος ὠφελησιν. ἔστι δὲ οἱ ὀρθόν, παχύ. κολοβόν. σφόδρα ὑπόκιρρον τὸ χρόαν. οἱ τρίτον πρὸ τὸ μόσυλον, μέλαν οἱ λίαν εὐῶδες. εὐρυῶδες δὲ οἱ οὐ πλυγόνατον. τέταρτον, λευκόν. χαῦνον. ὀρκῶδες ἰδέᾳ καὶ εὐπελές. εὐθραυσόμενον οἱ μεγάλῳ ἔχον ξύλον ὡς ἀχρεῖον πρὸ τὸ κάσιζον. πέμπτον τὸ ὀσμὴ πλησιάζον. ὑπόκιρρον δὲ οἱ προσ-

De Cinnamomo. Caput XIII.

CInnamomum, LRomani pariter cinnamomũ dicunt. ⌊Plura sunt cinnamomi genera, gentiũ, ubi nascuntur, nominibus appellata. Antecedit bonitate alia omnia quod Mosylicum dicunt, propterea quod casiæ quæ Mosylica dicitur, aliquam similitudinẽ referat: & in hoc genere q̃d recens, colore nigro, &, cum uino diluit, cinereo: tenuibus cum lẽuore uirgultis, cõtinuis per totũ nodis, & odoratissimũ est. Plerunq; eñ probatissimi cinnamomi iudiciũ ex odoris sui sola proprietate fit. Siquidẽ inuenit in ꝓbatissimo etiã, & quod proprio odore spiret, rutæ, cardamomo'ue similis odor. Probat itidem quod acre est, gustũ erodit, & cum feruore falso sapore aliquo sentit, quodq; in attritu tarde friat, & fractũ puluerulẽtũ fit: cuiusq; mediũ inter nodos spatiũ lẽuorẽ nõ minº q̃ farmẽta habet. Probabis aũt cinnamomũ, ab una radice integrũ surculũ se orsũ sumẽs: facilisq; hęc probatio erit, qñ in probatione fragmẽta miscẽt: & in prima probatiõe q̃d melius est, oppletis odore suo naribus, deterioris iudiciũ impedit. Est prꝛterea cinnamomũ montanũ, crassũ, torosũ, colore rubescẽs. Est & tertiũ, mosylico simile, nigrũ, odoratissimũ, ramosum, sed nõ frequẽtibus nodis & geniculis. Est & quartũ, itidẽ candidũ, fungosum, aspectu tumẽs, nõ multifaciẽdũ, fragile, grãdi radice, quę casię odore est. Numerat & quintũ, nares odore tentãs, q̃d uitandũ est,

εμφδες καστίας πυξᾶ. πρὸς τὸ ἁφλὸν δὲ, σφε
ρόν. οὐ πάνυ ἰνώδες. παχύξυλον. τούτων δὲ
ἡ πνέον λιβανωτοῦ, ἢ μυρσίνης, ἢ καστίας, ἢ
ἀμώμου, εὐωδίας ἧττον ὄζει. ἀπολέγου δὲ
τὸ λευκὸν καὶ φωριῶδες, καὶ τὸ ξυασόκαρφον
καὶ λεῖον. μὴ τὸ ξυλῶδες δὲ καὶ πίων ῥίζαν ὡς
ἄχρηστον πρόσαιτοῦ. Εσι δέ τι μὴ ἄλλο ὅμοιον τὸ
καλούμενον φυσοκιννάμωμον, εὐτελὲς, οὐκ
εὔοσμον τῇ ὀσμῇ. ἐκλελυμμένον δὲ μὴ τῇ δυ
νάμει. καλεῖται δὲ καὶ ξυλοκιννάμω
μον ὄν. ἔχει δέ τινα ἐμφέρειαν κιννα μώ-
μῳ. ἔσι δὲ ξυλῶδες κιννάμωμον, ἔχων ῥάβδους * μικρὰς καὶ ῥωμαλέας, καὶ πίων εὐω
δίαν πολὺ καταδεεστέρας. λέγεται δὲ ὑπ' ἐνίων καὶ ἡμίονος διαφέρειν τὸ κιννα μώμου τὸ
ξυλοκιννάμωμον ἑτέρας ὂν φύσεως. δύναται δὲ ἕκαστον κιννάμωμον θερμαντικόν.
οὐρητικόν. μαλακτικόν. πεπτικόν. ἄγει δὲ
καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα πινόμενον μὴ προσι-
θέμενον μετὰ σμύρνης. μὴ ἰοβόλοις θηρίοις
θανασίμοις ἅρμόζει. μὴ τὰ ταῖς κόραις
ἐπισκοτοῦντα ἀπικαθαίρει. θρομαίνει τε καὶ
λεπτύνει. καὶ ἔστι διουρητικόν. φακούς τε καὶ ἐφή
λεις ἀπικαθαίρει μετὰ μέλιτος ἐπιχριόμενον.
πρὸς ἕλκη καὶ πρὸς θήλας. κατάῤῥους. ὑδρωπας.
ἰσχιάδας. δυσουρίας. μίγνυται δὲ καὶ τοῖς
πολυτελέσι μύροις. μὴ καθόλου ὄζει πολύχρη
σον. ἀποτίθεται δὲ εἰς διαμονὴν λεῖον. οἴνῳ ἀνα
λαμβανόμενον, μὴ ἐκμαινόμενον ἐν σκιᾷ.

μακεδὰς

leniter rubens, & rubenti caſiæ cortice ſimili, tactu durum, nec ualde odoratũ, radice craſſa. In cũctis his quod thus caſiam ue, aut myrrham, aut amomũ olet, minus odoratũ eſt. Damnat candidũ, ſcabrũ, quodq; lignoſum, rugoſis ſurculis, & ſine lẽuore eſt. Eſt & aliud quiddam cinnamomo ſimile, falſo cinnamomũ dictũ, nullius honoris & pretij, ignauo odore, & inefficaci poteſtate: quod zingiber etiam uocant, cum cinnamomi lignũ, non cortex ſit: ſimilitudine in aſpectu aliqua cinnamomũ referens. Eſt autẽ lignoſum, longioribus & ſolidioribus uirgultis, & odoris ſuauitate multo languidiore. Ferunt præterea quidã proprio genere xylocinnamomũ: ſic enim cinnamomi lignũ dicunt, à cinnamomo differre, diuerſum natura, & aliud. Eſt cinnamomis omnibus calefaciendi uis, urinam cient, molliũt, maturantq; Menſes & fœtus cum myrrha pota & appoſita, pellunt: Venenis, uenenumq; ictu aut morſu relinquẽtibus, ſuccurrunt. Purgant quæ oculoꝝ claritati officiũt. Extenuant eadẽ, lentigines q;, aſperã & diſcolorẽ, ceu à ſole, cutem, inuncta ex melle, exterunt. Faciũt ad tuſſim, à capite in ſubiectas partes deſtillationes, cutẽ ſubeũtes aquas. Renũ cum urinæ malo aliquo dolores, & urinæ anguſtias. Prætioſiſſimis præterea unguentis miſcent, habentq; in uniuerſum multiplices uſus. Seruantur etiam, & ut perennent, trita uino excipiũtur: excepta q; in umbra ſiccantur.

INTERPRES.

SI agendæ difficilioris alicuius rei, et impediti undiq; in ea conatus et ſtudiũ, qualis ab Heſiodo ad uirtutem aſcenſus deſcribitur, imaginẽ penicillo magis q̃ lingua doctus pictor petẽtibus proponere cogeretur: nullã, ut credimus eorũ deſiderio aptiorẽ magis q; iconiam inuenerit, q̃ ſi paſtorem finxerit, qui in patentiores latioresq; campos, ſibi et gregi ſuo, iter per ſepẽ facturus, infeſtis undiq; paliuris, aſpalathis, caninis ſentibus, uaſtiſſimisq; alijs ſpinis & uirgultis, implicitã, ideoq; nec homini, nec pecori peruiã, rũcone, putatoriaq; falce armatus ante eam ſtet, aliasq; falce cominus demetat ſpinas, alias eminus rũcone cõuellat, uirgulta hæc pedibus calcet, illa manibus inflectat, redeuntiaq; ſtatim conuerſus penitus ſecet: nec niſi poſt multũ tempus, totoq; corpore à ſentibus lacer & ſectus, quò cupiebat, euaſerit: Non diſſimilẽ tabulæ huic, credere oportet toto hoc capite fuiſſe ſtudiũ laborem q; noſtrũ, tam multa undiq; ſtrepebant, & adhuc forte obſtrepunt uitia, tam q; in Græcis uarie plurima legũtur, quoꝝ neq; ex Theophraſto Plinio ue, aut iunioribus inueniri conferriq; ſimul, neq; ex inacceſſis locis illis allatis, nunc totãq; diuerſis cinnamomi generibus conijci aliquid poterat. Neſcimus ideò quantũ labore hoc noſtro profecerimus. Vtinam q; nõ ſint in ſcriptore hoc turpiores nunc cicatrices, q̃ antea uulnera erant. Id certe nobis conſcij ſumus, labore, ſtudio, diligentia, fide q; omni, ſcriptori huic & operæ in eo noſtræ nullibi defuiſſe: Cupimus q; & precamur, ſi quid minus feliciter in eo euenerit, uoluntatẽ pro officio haberi. Et ex his quæ noſtra ætate alij iam tradiderunt & adhuc tradent, medicinã, & ſcriptoris huius inſtaurari decreta & expleri. Eſt enim ingenui & in cõmune conſulentis hominis, non per quos, ſed quale quantũq; aliquid fiat, æſtimare: & cũ feliciter factum quicq; ab aliquo fuerit, ad gratiã & honorẽ id ſibi facere. Quod agẽtes, hoc ſæpenumero optauimus in his, quæ ante nos in eodẽ labore hoc noſtro operati ſunt: ne tam multis locis cogeremur diuerſæ ab alijs editionis noſtræ cauſas et rationes reddere: Ante quas his quę in caſiæ ſuperiore capite de Moſylo Aethiopiæ promontorio & emporio dicta à nobis fuerũt, adiecimus pro cinnamomo quæ à Plinio lib. VI. cap. XXVIIII. dicuntur, quæ hæc ſunt: Promontoriũ, & portus Moſylicus, quo cinnamomũ deuehitur. Quibus innuere uidetur, potuiſſe à portu promontorioq; illo, moſylicũ cinnamomũ dici: licet hic à ſimilitudine moſylicæ caſiæ ſic appellatũ fuiſſe teſtetur. Non multifaciendũ hoc eſt: illud grauius, quod non multo poſt ſequitur, & à nobis redditum eſt: Et in eo quod recens colore nigro, & cum uino diluitur, cinereo. Duplex enim in Græcis eius partis lectio eſt, πυῤῥίζον, ſcilicet ὡς ζωδ οἴνῳ: quod ſi uerbũ uerbo reddatur, in uino cinereſcẽs, ſignificat.

Sunt itidem in quibus una adiecta syllaba tantum, alius indicetur sensus, περιζον ἐν τῷ οἴνῳ, id est in uino so colore cinerescens: quasi mixtū describens colorem, & ex eo uarium cinnamomū, in quo cinereus, & ex uino rubens color esset, pariterq; ac nigrū probaretur. Quā lectionē secutus est Mauritanus Serapion. Priorem uero illā antiquā Dioscoridis interpretatio: quibus ob infelicitatē tēporꝝ quibus ea scribebāt, & si parꝝ credēdū sit, non tamen negligenda penitus eorꝝ testimonia. Nos in ambiguo nihil censemus. Cur autē in alteram partem magis inclinauerit animus, ea ratio est, tota ex sermonis serie & sequaci eius ductu, à nobis obseruata. Numerat hic probationis mosylici cinnamomi plures notas, laudatq; recens, & colore nigrum: cumq; de colore eatenus egisset, nulla interiecta copula aut diuisionis nota, alia subiecit statim, περιζον ἐν τῷ οἴνῳ & c. id est (ut nos reddidimus) & cum uino diluitur, cinereo: ut non ad uariū in eo colorē id pertineat, sed ad mutatū, cū uino maduerit: qualia multa quotidie uidentur oleo, aceto, humoribus'ue alijs consperſa, ex alio in aliū mutari colorē. Nam si uoluisset uariū, & ex uini cinerisq; colore mixtū cinnamomū pariter ac nigrū laudare, copula diuisiōisq; alia nota aliqua, alterꝝ ab altero secerni oportebat. ut aūt in omnibus Græcis legitur, in numero & censu notarꝝ illarꝝ, usq; ad extremū ueluti cursus est: nullisq; alicubi interiectis copulis, ait probari recens, colore nigro, περιζον ἐν τῷ οἴνῳ, & tenuibus cū lēuore surculis. Qui dicendi & numerādi modus cōmunis & quotidianus est. Cogitauimus & nos hoc agentes, probari à Dioscoride non minus rubentē q̄ nigram casiā: & cum hic dixisset præferri alijs mosylicū cinnamomū ob casiæ mosylicæ similitudinem quā cinnamomū refert, utroq; colore illo posse etiā cinnamomū censeri & laudari. Verꝝ ut à principio diximus, decreto semel in hoc colore nigro, non poterat sine copula diuisionis'ue in sermone nota aliqua alia, alius adijci color. Aut igitur sic legēdum est, ut nos reddidimus: aut si color alius illic ultra nigrum in cinnamomo laudandus sit, restituenda ibidem copula, aut uox alia, quæ alterꝝ ab altero diuidat. Quodq; in his hactenus diximus, idē dicendum etiā, siquis ex Plinio afferat, uariū describi etiam cinnamomum, & candido prælatū quondā fuisse. Pariter enim ut à nigro separaretur, intermiscenda erat quæ diuideret copula. Accedit & illud, quod carere penitus ratione uidetur, ut credat aliquis in primo bonitatis ordine numeratū à Dioscoride id genus fuisse, quod candido tantum præferretur, in extremo ordine ab eo cōstituto & damnato. Sequitur nō multò post, inter eiusdem cinnamomi bonitatisq; eius notas, quod nos diximus: continuis nodis & odoratissimū: dicendumq;, quoſnam in cinnamomo nodos nos appellemus, non nexus uincula'ue aliqua, sed quos Græci ὄζους propria in arboribus uoce, appellant: qui ut in minoribus & plerūq; annuis plantis geniculos uocauerunt: unde folium, siliqua, nouumq; germen profertur, quale in harundine, graminis radicibus, alijsq; multis licet uidere: sic in arboribus & maioribus uirgultis, nodos dixerūt, unde noui se proferunt surculi, & rami: qui certo spatio inter se distantes, bini trini'ue, & aliquando quaterni, ut in abiete prodeunt. Et quoniā ex illis rami primū tument & oriuntur, sæpe in alijs scriptoribus ὄζοι rami etiā dicuntur: quos siue nodos siue ramulos dicas, nullis interuallis distantes, sed toto frutice continuos & frequētissimos habere cinnamomū testatur Dioscorides. Demirabitur post hoc fortè nos aliquis, queretq;, unde nos rutā cinnamomo miscuerimus, quæ in Græcis, qui circunferunē, nulla est: dixerimusq;, sentiri aliquando in probatissimo, & q̄d proprio odore spiret cinnamomo, rutæ, cardomomo'ue simile odorē: neq; immerito, ut uidetē, donec intelligat habere nos, unde non sine causa factū id esse ostendamus. Fuisse autē huius loci aliquando eā lectionē in Latinis, testatē Serapion: In Grecis uero, probatissimæ mihi fidei antiquissimus codex, in quo manifestè nulla mutationis alicuius suspicione adhuc seruatur & legitur: ἢ ὀσμὴν πηγανίζουσα, ἢ καρδαμώμῳ ἐμφερής: quasi latine dicas, rutescens, aut cardamomo æqualis odoris. Suspecta mihi præterea eodē hoc loco cardamomi uox est: Siquidē inoleuit toto hoc opere multis locis idē frequens q; utriū, in quo sæpius, uel uocū uicinitate decepti parꝝ diligentes Græcorꝝ librarij, uel ob uiriū similitudinē aliquā, æqualia rati ueteres eiusdē gentis medici cardamon, quod Latinis nasturtiū est, pro cardamomo: inuicēq; pro cardomo .i. nasturtio, cardamomū scripserunt. Eritq; omnibus facilè, quod nunc testamur, in reliquo opere deinceps obseruare. Auxit deinde suspicionē hanc nostrā antiqua huius scriptoris interpretatio: quā & si non probemus, propterea q; nihil magis informe infelicius q; ea excogitari potest, nō tamē negamus; ut speciosæ & ualidæ iuuētutis in turpi & infirma senectute notæ, uestigiaq; aliqua sæpenumero supersunt: sic etiam in his quæ tantopere corrupta sunt, integrū potuisse aliquid seruari & adhuc supereſſe. In ea enim nasturtij, non cardamomi legitur. Accedit præterea suspicioni huic nostræ, q; cardamomum ex decretis in eo odore sensum tentat, cinnamomum autem suauis odoris bonitate laudatur. Neq; absurdum omnino cogitare etiam erit, rutæ comparatum in odore aliquid, posse pariter nasturtio comparari, quando multas habent olera hæc duo sibi inuicem æquales uires. Suspicio tamen de nasturtio & cardamomo nostra hæc sit, non decretum. Sunt præter hæc in reliqua cinnamomi historia, generū q; & bonitatis eorꝝ censu omni, plura alia ueterꝝ & melioꝝ codicū ope, & rerū necessitate in integrū restituta, quæ quoniā cum Græcis nostra hæc conferentibus facilè patere poterunt, à nobis relinquentur. Non omittemus tamen, quod mihi cū alijs in eodē hoc capite non conuenit, illic, ubi legitur: deligito scabrū & c. contra toties repetitas à Dioscoride cinnamomi ex lēuore laudes, scabritiē in eo desiderātibus: & quod erat damnandū, in pretio & honore alijs facientibus: qui ne cogantur in eligendo cinnamomo inter lēuorē et scabritiē anxijs animis posthac esse, docendi à me sunt, siue ἀκολίγου, siue ἀπικλίγου (quod certius est) legatur, idē significari, reiectionē scilicet et reprobationem. Debuerat q; id rei necessitas docere, et quod in tanto scriptore credendum erat, oportere in eo primis ultima respondere. Nos in eo, et uerbi notissima significatio, et ueterum Græcorum exemplaria, iuuerunt: per quæ licuit omnem eum locum in integrum restituere, propterea q; in pluribus et meliori bus legebatur, ἀπικλίγου δὲ καὶ λευκὸν καὶ φωρώδη, id est reprobato autem candidum scabrumq;: In quo attestatur Plinius nobis, qui de cinnamomo hoc ipso agens, ait: Et quondam præferebatur candidum, nunc contrà nigrum laudatur: paulo q; post certissima tamen æstimatione ne sit scabrum, manifeste, ut uidetur, scabritiem semper in eo damnans, candorem uero non probans, nisi ex antiquorum iudicio: quod sua

ὄζοι in arboribus.

ætate tamen mutatũ iam fuerat. Expunximus & in reliquo capite pleraq; alia quæ abundarent, & in extremo calce, quod inutiliter repetitũ fuerat de cinnamomo, quod falsò cinnamomũ dici anteà decretũ fuerat: Censurãq; illã nostrã confirmauerunt Græci uetustiores aliqui, in quibus ea non leguntur: & hæc quidẽ hactenus. In his uero quæ ad medicinã pertinent, explicandũ hoc loco, quod anguſtius dictũ à nobis est, prodesse cinnamomũ à capite in subiectas partes destillatiõibus: & quasnã destillatiões has intelligi uelimus:

Catarrhus. eas scilicet quas Græci sua appellatione catarrhos dicunt: & in quibus nos ea uocũ & rei circũscriptione usi sumus, ut commune earũ indicaretur genus: fecimusq; id, opinati, ex quo non simplex, nec unũ nomine & re hoc malũ antiquis medicis est, neq; eodẽ modo & in eisdẽ partibus nocet: & hic scriptor raro, nescioq; an semel tantũ aut iterũ nulla nisi catarrhi in ea appellatione utitur, omnes à capite in subiectas partes destillatiões uno illo nomine ab eo indicari. Neq; enim uerisimile est, in quotidiano & populari malo, quodq; modó nares, modo fauces & canalẽ animæ, modo pectus & pulmones tentet, non dicendũ illi sæpius brãchon fuisse aut coryzam, & hoc illo'ue remedio alterutrũ id genus curandũ fuisse. Vt enim loco & euentu uariat id malũ, grauiusq; ideò aut leuius nocet, sic diuersis discretisq; remediis curari ab eo debuisse credendũ est. Inclinatq; nobis animus, ut herbariũ decebat, communi & indiscreta generis appellatione Dioscoridem usum, discernendas eius mali species, ex remediorũ illorũ uiribus & potestate medicis reliquisse. Quã rationem nos etiã secuti, quoniam catarrhus in cõmuni significationis æstimatiõe nihil ultra destillationẽ signi ficat: in homine autem à capite in subiectas partes descendit, eo quo legitur modo, Græcorũ catarrhũ uertimus. Vnius & genere eiusdẽ mali discernendas eodẽ modo plures medicis species relinquentes: Quod monuisse legentes semel satis sit. Et quoniã de iis agere semel incepimus, non pigebit quæ obseruata à nobis in huiusce modi re fuerũt, longius dicere: primũ autore Galeno in Isagoge sua, mox Paulo Aegineta tertio suæ medicinæ libro, quorũ prior ille diuisione hac usus est: Coryza aũt branchus & catarrhus (nunc enim Græcis, sed in nostræ ætatis medicina notis & receptis iampridẽ uocibus utimur) à capite oriũtur repleto, tum destillante aliquando in nares: uocaturq; tunc malum id coryza: aliquando in branchon, branchusq; id dicitur: aliquando aũt in pectus, & catarrhus appellatur. Ex his breue malũ est, facilemq; habet curationem, coryza: post eam branchus: siquidẽ ab his malis exiguus cibus, calidaq; & frumentacea cibaria plerunq; liberant. Difficilis aũt curationis & plerunq; insanabilis catarrhus est. Ex catarrho enim acri & salso, corrosis partibus his, sanguinis excreatio fit &c. Alter idẽ re, & si non isdem uerbis, neq; eodẽ modo, de cũctis his decreuisse uidetur: Suntq; eius hæc uerba: Communis omnibus his malis est excrementosi à capite humoris in inferiores partes descensus: qui si in nares ingruit, & per eas fluit, coryza malo nomẽ est. Si uero per palatum in fauces, catarrhus simpliciter dicitur. Sin aũt hic idẽ in guttur & asperã arteriam deferat, interioreq; eius membranam exasperauerit, raucedo tunc sequitur, appellaturq; branchus siue arteriacũ malum: nec tantũ hoc modo raucedo fit, sed in uehementiore & altiore clamoris conatu, & frigidi spiritus ingressu, pariter sentitur: permananteq; malo, fluxuq; hoc & in pectus pulmonesq; descendente, non negligenda pericu losaq; sequitur tussis &c. Ex his ratiocinari facile est, primũ illũ à capite humoris in nares descensum, nullo alio ab antiquioribus medicis q̃ coryzæ nomine dici & intelligi solitũ. Etsi Celsus testetur, ab Hippocrate omnia hæc mala communi coryzæ uoce appellata fuisse: quẽadmodũ destillationes etiam dictę omnes

Destillationes. aliquando à Latinis fuerunt, ab eodẽ in cunctis principio & motu: nec refert crassior'ne sit humor ille, an tenuis: & an nares oppleat, fluidus'ue facilè destillet: semper enim coryza erit: & si Celsus oppletas nares, nec

Grauedo. facilè respirantes, grauedinẽ appellare tantũ uidetur. Catullus in Epigrammate suo coryzam hanc descripsisse magis q̃ appellasse uideſ, cũ ait: A' te sudor abest: abest saliua, mucusq;, Et mala pituita nasi: utrunq;, ut nobis uidetur, genus coryzæ complexus, & quæ oppleret crassiore humore nares, & quæ solutior flueret: adiecitq; nasi pituitam, quæ oris etiam est loco, in hanc significationẽ contrahens: & malam, quoniam

Coryza. purgante se cerebro, naturæ ordo fit ut illac fluat: sed non præsenti noxa & malo, ut in coryza fit. Flaccus etiam grauedinis aliquando meminit. Verum in poëtis non possumus exactũ illud, quod sibi petunt me-

Branchos. liores artes, semper inuenire: ideoq; non semper in his amanda eorum testimonia. Brãchon deinde ab euentu, raucedinem meritò appellare possumus: nam in Græcis ea uox manifestè id significat, quod Latinis raucedo. Causa aũt & locus, ubi id malũ fit, à Paulo Aegineta satis descripta sunt. De catarrho tandẽ, & si fortè non uidetur Galeno idem Paulus Aegineta dicere, non tamen rei controuersia ulla est. In coryza manifeste conueniunt: in reliquis duobus Aegineta aliter magis q̃ aliud tradit: Siquidẽ ait, cum per palatũ in fauces fluxerit à capite humor, catarrhũ simpliciter dici, quasi destillationẽ: tam Græcis enim q̃ Latinis generis & cõmunes uoces sunt catarrhus & destillatio: & nisi adiectiõe alicuius differẽtię, aut usu receptaq; ab omnibus æstimatione significationis contrahantur, nihil significabũt aliud: Idq; est, quod Aegineta ait catarrhũ simpliciter dici: nam ut est recepta eius uocis in medicina æstimatio, qualẽ Galenus descripsit, Catarrhum significat: Cumq; id dixisset, statim subiecit, quod antea Galenus dixerat: Si in guttur & asperã arteriã illabatur, branchũ dici, & raucã uocem exasperatis partibus illis fieri. Nec multò post adiecit, permanante humoris eius fluxu, et in pulmones descendente, maleficæ sequuntur tusses etc. Quod totũ ubiq; idẽ Galeno est. Nec discrepant inter se graues medicinæ autores, nisi q Galenus post coryzã statim branchon, et post branchũ catarrhũ numerat: Aegineta post eandem coryzã, communi et generis appellatione, quæ in cunctis his catarrhus est, illata diuisione usus ait: cum in fauces fluxerit, gutturq; et canalem animæ exasperauerit, q rauescat tunc uox, branchon appellari: reliquã catarrhi uocẽ, et ex diuisione sua alterã partẽ relinquens in his, quæ in pectus et pulmones destillarent. Nihil enim aliud intelligi uoluit cum dixit: Permanante aũt humoris eius fluxu, et in pulmões descendente, maleficæ sequuntur tusses etc. In hoc etiam Galeno subscribens, qui post numeratas destillationes has omnes, cætera prosequitur mala, quæ ex ultima illa fiũt, sanguinis excreationes, purulentas itidẽ execrationes: sic enim dicimus quæ Græci et iuniores medici empyemata dicunt: et pleraq; alia. Priorũ illarũ raro aut nunq̃, ut testati paulò antè sumus, Dioscorides meminit.

minit. Quod meritò demiretur in eo aliquis, præsertim cum ab Hippocrate, alijsq; antiquioribus medicis destillationis huius alias illas species, & earum nomina, nouisse potuerit: & in tanto malorum remedioꝝ cẽsu, toto hoc opere sæpius meminisse debuerit: ideoq; nos nulla contractione generis ad species usi, à capite in subiectas partes destillationes diximus, & post hac semper dicemus: relinquemusq; medicinæ peritioribus eius rei censurã, quæ ex causis locisq; ubi fient, & ex potestate uiribusq; medicamentorum, certius diligentiusq; omnia constituent. Præterea ut catarrhum à capite in subiectas partes destillationem dicere pollicemur, sic etiam in duabus illis, siquando opus erit, nasi pituitas, & raucedines dicemus. Neq; est nunc omittendum, quam humani oris partem Græci βρόγχον dixerint; & nos guttur appellauimus: non aliã sanè q̃ in qua tumores extrinsecus fiunt, quos Græci βρογχοκήλας dicunt, & quibus informes homines, gutturosos Vitruuius appellauit: quod malum uitio aquarũ plerunq; fit. Et quæ intus in summo animæ canali (dico autem animæ canalem asperam arteriam, quæ ad pulmones pertinet linguæ radicibus adnexa) quam Græci ἐπιγλωττίδα dicunt, nos ligulam dicere possumus, profert, ut in epulando canalem illum operiat: ne si potus cibusue in alium tramitem deerrauerit, torqueat.

βρόγχος. Gutturosi. βρογχοκήλας. Gutturosi. ἐπιγλωττὶς. Ligula.

Περὶ Ἀμώμου. Κεφ. ιδ'.

Ἄμωμόν φασι θαμνίσκος ὁμοιοῦσθαι ῥόῳ ξυλῶδες, ἐκ ξύλου ἀναμπεπλεγμένος ἑαυτῷ. ἔχει δὲ καὶ μικρόν, ὡς λύκοποδίου. φύλλα δὲ εὐφορβίᾳ ὅμοια. κάλλιστον δὲ ὅταν ᾖ ἀρμένιον. χρυσίζον τῇ χρόᾳ. ἔχον τε τὸ ξύλον ὑπόκιρρον. εὐῶδες ἱκανῶς. τὸ δὲ μηδικὸν ὅτι ἂν ᾖ ἐν πεδίοις μὴ ἐν ἐφύδροις τόπις φύεται, ἀδύνατόν ἐστιν. ἔστι δὲ μέτα μὴ ὑπόχλωρον. μὴ πρὸς τὸ ἀφλὼ ἀπαλόν. μὴ ἰνῶδες τοῖς ξύλοις. * πυγαίζον τῇ ὀσμῇ. ἂν δὲ πρυλικὸν ὑπόκιρρον οὐ μακρόν. οὐδὲ διάθραυσον. ὃ ἂν θῶσι θλῶντες πλήσσειν κ̃ πῦρ. μὴ τῇ ὀσμῇ πλημμελικόν. ἐκλέγειν δὲ τὸ πρόσφατον μὴ λεῦκον ἢ ὑπέρυθρον. οὐ πεπιλημμένον ἢ συμπεπλεγμένον. λεπτομερὲς δὲ μὴ διακεχυμένον. ὡς ἔσματος πλῆξις. ὅμοιον δὲ ξυλίοις. ἁβρόν. σφόδρα εὐῶδες, ὀίχα εὐῶντες. μὴ δριμύ. δάκνον τὸ στόμα. ἁπλᾶν τὴν χρόαν μὴ οὐ ποικίλον. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν. συντηκτικήν. ἐκχαυστικήν. ὑπνοποιόν. ἀνώδυνον. τοῖς μετώπῳ καταπλασσόμενον. φλεγμονὰς τε μὴ μελικηρίδας, διαφορῆσαι σκορπιοπλήκτοις τε μετὰ ὠκίμου καταπλασθὲν ὠφελεῖ. πρὸς ἀγρικοῖς συμβάλλεται μὴ ὠφελεῖ, οἱ πεπαγόσι. μὴ ὀφθαλμῶν φλεγμονάς. μὴ τὰς ἐν ὠσὶ χρίοις σὺν σαφίδι. πρὸς δὲ τὰ γυναικεῖα οἱ ἐν * ἐγκαθίσασι χρήσιμον. πρὸς δὲ τὸ ἄφεψημα αὐτοῦ ἀρμόζει ἥπατικοῖς. νεφριτικοῖς. πρὸς ἀγρικοῖς. μίγνυται δὲ οἱ ἀνὰ δόρις, οἱ τοῖς πλυτελεσάτοις τῶν μύρων. δοκιμάζουσιν δὲ ἔνιοι τὸ ἄμωμον τῇ λεγομένῃ ἀμωμίδι. ἐμφερὴς οὖσα ἀμώμῳ, ἀνόσμῳ μὲν οἱ ἀκάρπῳ. γινομένη δὲ ἐν ἀρμενίᾳ. ἄνθος ἔχουσα ἐμφερὲς ὀρεγάνῳ. δεῖ δὲ ἐν ταῖς τοιούτων δοκιμασίαις τὰ θραύσματα ἐκφεύγειν. ἐκλέγειν δὲ τὰ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης ἔχοντα κλάδους τελείους.

De Amomo. Caput XIIII.

Amomon, Romani pariter Græcis amomum dicunt.] Exiguus frutex amomũ est, ex ligno uuæ modo in seipsum conuolutũ. Exiguũ quẽdam habet florem, candidæ uiolæ similem: folia uero labruscæ uiti, quam bryoniam dicunt. Probatissimũ ex Armenia affertur, colore ad aurum inclinato, ruffescente ligno, & odoratissimũ. Quod autem ex Media affertur, campestribus & uliginosis locis natum, ignauius, grãde tamen est: pallescit, tactu molle, materia uenosa, & origani odore sentitur. Ruffescit Ponticum, non longum, nec frangenti contumax, racemosum, semine plenum est, odore sensum tentat. Eligito quod recẽs, quod candidum, quod modice ruffum,

semine plenum, uuarũ racemis simile, ponderosum, odoratissimum, sine carie, acre, gustum erodens, quodq; simplici, non uario colore est. Calefacit amomũ, adstringit & siccat. Somnificum est, & frõti illitum, somno dolores leuat. Inflãmationes & ulcera, quas Græci meliceridas dicunt, maturat. Idem contra scorpionũ ictus, addito ocymo, utiliter illinitur. Podagris confert, dolores leniens: lenit & oculorum inflãmationes. Interaneo; uero additis passis uuis. Facit idẽ ad ea, quæ Græci muliebria .i. mẽses dicũt, appositũ. Fouent & utiliter eodem. Bibit decoctũ eius iocinorosis utiliter: bibitur & renum cum urinæ aliquo doloribus. Miscetur idem antidotis & pretiosissimis unguentis. Sunt qui amomum, ea quæ [fœminino genere] amomis dicitur, adulterant, amomo simili planta, sed sine odore & sine semine. Nascitur hęc in Armenia origani flore. Oportet in huiusce modi rerum probationibus fragmenta uitare: eligendaq; sunt quæ ab una radice suos habeant integros ramos.

QVæ cinnamomo in Dioſcoride nocuerunt, ſiue id fecerint graues per tempora Græcorum calamitates, quibus diu iactata ea gens, qua quondã felicitate fecerat bonas artes, exercere diu non potuit: ſiue herbariorũ, ſimulq; medicinã profitentium, in cenſenda: librariorꝫ uero, in excribenda medica materia, negligentia & incuria: eadem amomo multis locis tam graues intulerunt noxas, ut informe, nec ſibi nec alijs, qui de eo tradiderunt, conueniat: Inſtaurandæq; antiquæ lectionis adeò difficilẽ nobis, uarian tibus ubiq; Græcis, coniecturã reliquerunt: ut niſi naturæ maieſtas, quæ in nulla ſui parte ſpecioſior q̃ in his & potentior deprehenditur, contemplationisq; eius continua & ſuauis quædã uoluptas in ſtudio & labore hoc noſtro nos retinuiſſent, neglectũ iampridẽ omne hoc opus penitus abieciſſemus: aut quod alij ante nos fecerunt, qualia ubiq; ſingula leguntur, nullo aut exiguo labore tradidiſſemus: ſolo translati tanti ſcriptoris nomine contenti: Sed nos probi ſapientisq; hominis nunquã in agenda quacũq; re eſſe credidimus, ut in prooemio iuris adhuc legitur, utilia inutilibus miſcere: aut quia ob ſimilitudinẽ à lolio triticũ difficillime ſeparetur, q̃d paſcendæ familiæ ſeruari debuerat, ad auiũ ſaginã proiecciſſe, ideoq; nos tanto continuoq; hoc labore nunq̃ defatigati, & ut Græci dicunt, κάμαζον νικάμαζον φέροντες, in amomo, quæ deſiderari debere & poſſe uidentur, ſubijciemus, incipientes ab odore, quem in eo qui ex Media affertur, in pluribus origani, in melioribus autem rutæ non origani, ſentiri legitur, Rutæq; antiquã fortè lectionẽ fuiſſe, ex iunioribus indicat Serapion. licet & de origano in eo etiã aliquid legatur. Nos in parũ diuerſo odoris duarꝫ plantarũ ſenſu, communẽ in Græcis lectionẽ, & antiquã Dioſcoridis interpretationẽ ſecuti, origani odore ſentiri diximus. Sequitur non multo poſt locus iudicio noſtro tam deprauatus, tamq; mixtis & confuſis ſimul probati & reprobati amomi notis, ut (quod Comicus ait) Oedipode magis q̃ Dauo, legentibus in eo opus eſſe uideat. Quis enim candidum probabit & eliget? aut qui poterit bonitatis ſimul nota cãdor & rubor eſſe? quod paſſim in cunctis legitur: cum in Armenio hic pauloante laudauerit colorẽ ad aurum inclinatum, odoratiſſimumq; & rubens lignum: & Plinius inter alia genera peſſimũ candidũ dixerit, uetuſtate in eum colorẽ mutatum. Quo pacto etiam negabitur probatiſſimo amomo denſus cõfertusq; & implicitus habitus? quod totum in rijſdẽ legitur, cum primũ amomi indiciũ & prima bonitatis nota ſit, in uuã conuolutũ eſſe, quod à principio hic indicauit. Et Plinius dixit adulterari folijs punicæ & gummi liquido, ut cohæreat conuoluatq; ſe in uuæ modũ: quaſi ſine hac forma conuoluta q; figura nulla ſit adulterij eius ſpes & fortuna. Nolumus Græcas uoces huic loco adijcere, poterunt ex Græcis & ex ijs qui hoc opus interpretati ſunt, cupientes ea, facile nouiſſe. Quod nobis autem uidetur multiplex eſt, illudq; in primis cogitauimus à Dioſcoride hoc loco deſcriptas numeratasq; fuiſſe probati & reprobati amomi notas, nec integrã ad nos pueniſſe aliquam huiuſcemodi partẽ: uerũ utriuſq; fragmenta aliqua mala inſitione ſimul coaluiſſe: In bono enim antiquis notæ ſunt, recens, rubens, & in uuã conuolutũ. In malo contrà, uetus, candidum & ſolutũ: & in utroq; genere deſunt aliquæ, quas coniectura magis q̃ ueterũ codicũ fide, & ſuſpicari potius q̃ aſſerere licet. Qui enim probatiſſimus omniũ mihi codex eſt, trũcus, & ſine reliquo capite ab eo loco eſt. Quod ſuſpicionem noſtram magis etiã auxit. Cogitauimus præterea potuiſſe à librarijs corrũpi locum, λευκὸν quod albũ ſignificat, pro λεπτὸν quod tenue eſt, ſcribentibus: quæ duorꝫ adiectiuorꝫ inuicẽ mutatio frequens toto hoc opere eſt, graui rerum quæ docentur multis locis, niſi diligentius deprehendantur, diſcrimine: quaſi tenue hic dixerit, quod Plinius fragile appellauit. Sic etiam, non ὀυδὲ πεπιλημμένον, quod non denſatũ, nec ſtipatũ ſignificat, legi oportere, ſed, ut Galenus ait, οὐ πρεκπεπωμένον, quod eſt, non antea expreſſum. Coniecturis in tota hac re nitimur, quæ non ſemper ueritati reſpondent. Et eò difficilliores in tã corrupto capite hoc ſunt, quo iuniores omnes, Serapion ſcilicet & antiquus ſcriptoris huius interpres, longe plura, q̃ nunc in Græcis legũtur, reddiderunt: quæ an in Dioſcoride tunc legerentur, an per tempora illis accreuerint, non facile deprehẽre eſt. Optamus itaq; in ſuſpicionũ genere à legentibus hæc noſtra haberi: nec ægre ferre quempiã, ſiquid in inſtaurando tanto ſcriptore curioſius expendi à nobis uidebitur: nihil enim copia nocebit, nec uſquã legentes tam uiolenter morabimur, ut non liceat quo uoluerint ſaltu, quæ illis moleſta erũt, tranſilire. Nunc autem ex quo hiſtoriam tractauimus, in medicina etiã aliquid pro amomo conſtituemus: quod inflammationes, & ulcera, quas meliceridas dicunt, maturare diximus. In quo eſt illud ante alia animaduertendum, uideri nobis repugnare, nec ſimul in aliquo conſtitui poſſe, quod ubiq; legitur, πεπαίνειν καὶ διαφορεῖν: quorum alterũ maturare & concoquere, alterꝫ diſcutere ſignificat, quæ ſibi inuicẽ contraria diſſident: ſiquidẽ in ulceribus maturare & concoquere nihil aliud eſt, q̃ ad pus & ſaniẽ collectiones perducere: ut aut expreſſæ aut per ſe purgẽtur. Diſcutere uero eaſdẽ cum coëunt diſſicere, ut ſine ſuppuratione aliqua ſoluantur & euaneſcant: illud calida, hoc plerunq; frigida faciunt. Credimusq; nos abundare alterꝫ illud uerbũ διαφορεῖ, id eſt diſcutit: quando antiqua interpretatio curat tãtum habet: & Paulus Aegineta in VI. de eo agens egregia ad maturandũ tantum poteſtate dixit eſſe: eamq; ob cauſam relictũ illud à nobis eſt. Non ignoramus tamen pleraq; in natura inueniri, quæ contrario euentu cenſeantur, quale coagulum eſt, cui natura eſt ſoluta coagulare, & coagulata ſoluere. Qualis item cedrinus liquor: quem hic idem dixit uiuentia corpora exedere, defuncta uero conſeruare, ideoq; à quibuſdã cadauerꝫ uitã appellari. Verꝫ rariſſima hæc ſunt, nec admittẽda in his, quæ ſimpliciter poſſe aliquid dicuntur, & quorũ nulla ſit antiquioris alicuius ſcriptoris fides. Sciẽdum deinde, duo in ulcerũ genere à Græcis numerari, ab apibus & earꝫ aluearibus inuenta appellatione, κηρίον μελικηρὶς ſcilicet quod fauum poſſumus dicere, & μελικηρίδα quæ à Latinis græce ſemper meliceris dicta eſt, facto ex melle & cera nomine: quæ quoniam ſæpenumero miſcentur, ex antiquis ſcriptoribus de utroq; tradita breuiter colligemus. Prius illud fauũ ſcilicet Galenus in diffinitionibus ſuis ait eſſe ulcus contiguis foraminibus terebratũ, ex quibus mellis craſſitudine humor excernitur. In Iſagoge aũt ſua, quo loco agit de capitis humani uitijs, ab eodem capiti tantum aſſignatũ. Idemq; in ſecundo teſtatus eſt Paulus Aegineta: qui cum egiſſet de manantibus capitis ulceribus, quæ Græci ἀχώρας dicũt, & de quibus, cum primũ licebit, nos etiam certius dicemus, ſtatim ſubiecit, quaſi de congeneribus in eadẽ parte malis agens: ſimile & huic

πεπαίνειν διαφορεῖν

κηρίον μελικηρὶς Fauus

figurã

figura & aſpectu malum eſt, quod fauum dicunt: quod maioribus foraminibus terebratũ mellis modo humorem continet, non aliter q̃ in apium fauis uidere licet. Celſus utrunq; genus ſimul miſcet, diſcrimine tantum allato, q̃ alterum terebratum, alterum tunica ſua inuolutũ ſit: ex utroq; craſſitudine mellis aut uiſci humor fluit, & in toto corpore, præcipue q̃ in ſcapulis & pectore, utrunq; naſcit. Melicerida contrà Galenus in capite & in reliquo corpore fieri eodem loco teſtatus eſt. Quod ipſum & Paulus Aegineta confirmat, tunica ſua contineri, tenuiorem q̃ ex ea q̃ fauo humorem manare, expreſſumq; fluere: cõtra id quod in pleriſq; aliis huiuſcemodi uitijs & abſceſſibus fit. Differunt itaq;, ne longiores ſimus: q̃ fauus contiguis foraminibus terebratus eſt: meliceris ſua tunica clauditur, & inuoluta eſt: Conueniunt, q̃ ex utroq; mellis craſſitudine & colore, humor manat: in fauo craſſior & per ſe, in meliceride tenuior & expreſſus. Qua parte autẽ corporis alterutrum fiat, diuerſa cenſentibus antiquis Græcis & Latinis, alioꝝ iudicio relinquatur. Nos interim anteqũ ab amomo diſcedamus, quid'nam ſit dicemus, quod hic tam multis locis iactat: Antidotis miſceri: & quæ nam ueteribus Græcis antidota fuerint, nõ malorũ omnium remedia, ſed quæ contra uenena ſolum priuatim in uſu eſſent, qualia tunc multa numerabantur, à ſuis autoribus inuenta appellatione, & quale laudatiſſimũ mithridaticum quondam fuit à rege illo, contra uenena: quibus periturum ſe in maiore fortuna facilè timebat confectum: quod quoniã præ cunctis alijs in pretio & honore tunc habebatur, magna mithridatios ab hoc ipſo, ubi de uenenis agitur, dicta eſt. Teſtatur id Celſus lib. v. qui licet malis & graueiſſimis alijs caſibus neceſſaria eſſe dicat antidota, maxime tamen deſiderari ait aduerſus uenena, quocũq; modo corporibus noſtris illata: nec tantum poſt admiſſum malum, uerum in præcautione eius etiam. Sciendum & illud, neutro & fœminino genere antidota & antidotos à Græcis appellari.

Meliceris.

Antidota.

περὶ κόσου. κεφ. ιέ.

Κόσου διαφέρει ὁ ἀραβικὸς, λευκὸς ὢν καὶ κοῦφος. πλείστῳ ἔχων τὴν ὀσμήν. δεύτερος δὲ ὁ ἰνδικὸς ἀσχὸς ὢν καὶ κοῦφος, καὶ μέλας ὡς νάρδος. τρίτος δέ ἐστιν ὁ συριακὸς, βαρὺς. τῷ χρόᾳ πυρρόζων. πλακοῦς τὴν ὀσμήν. ἄριστος δέ ἐστιν ὁ πρόσφατος. λευκός. πλήρης δὲ ὅλος. πυκνός. ξηρός. ἄτορνος. ἄβρωμος. γεύσει δὲ πικρός. καὶ πυρρόζων. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν. διουρητικῶν. ἐμμηνῶν ἀγωγόν, καὶ τὰ περὶ ὑστέρας παθῶν ἀγωγόν. ἐν προσθέσμασι καὶ καταντλήμασι καὶ πυριάσεσι. πινόμενον δὲ οὐγγίας β'. πλῆθος, ἐχιοδήκτοις ὠφέλιμον. καὶ πρὸς δύσπνοους πόνους καὶ ἀσθματα. καὶ πνευματώσεις μετ' οἴνου καὶ ἀφροδισίου. καὶ ἀφροδισία δὲ προσομᾷ μετ' ὀξυμέλιτος. ἄγει δὲ καὶ ἔλμινθας πλατείας μεθ' ὕδατος. συγχύσματά τε ξιγοῦσι μετ' ἐλαίου πρὸς φλεγμασίας, καὶ παραλυτικοῖς. καθαίρει δὲ καὶ ἔφκλιν καταχριόμενος μεθ' ὕδατος ἢ μέλιτος. μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι καὶ ἀναδόσεσι. μιγνύουσι δ' ἔνιοι τὰς ῥωμαλεωτάτας τῶν κομμεωνοῦ ἐλαφίου ῥίζας δολοῦντες αὐτόν. εὐχροὴς δὲ ἡ διάγνωσις. οὔτε γὰρ πυρρᾷ τὸ γένυσιν τὸ ἐλένιον, οὔτε τὸ εὐωδίαν εὔτονον καὶ πλακοῦς ἔχει.

De Coſto Caput XV.

COſton. Romani pariter Græcis coſtum dicũt. Primam habet bonitatis æſtimationem coſtus qui ex Arabia affert, cãdidus, leuis, plurimo & eximio odore. Secũ dæ bonitatis Indicus eſt: ſpecioſus, niger, & ferulæ modo leuis. Tertiꝫ Syriacus, ponderoſus, colore buxi, odore ſenſum tentans. Probatiſſimus omniũ recens, candicãs, undiq; plenus & denſus, qui itidem arida ſoliditate fit, nullas teredines ſenſerit, nec uiroſo odore ſentiat, feruido & erodẽte guſtu. Eſt coſto uis & natura calefacere, urinã ciere, & menſes ducere. Muliebriũ locoꝝ affectionibus ſuccurrit: in quem uſum apponũt, liquidiſq; & ſiccis ex eo fomentis fouent. Potus idem duarũ drachmarũ põdere, uiperarũ morſibus ſubuenit. Bibitur præterea cum uino & abſinthio utiliter contra pectoris dolores, cõuulſa, & inflationes. Venerem ſtimulat cum mulſo: lũbricos uero latos pellit, cũ aqua potus. Inunguntur ex eo oleo ante acceſſionẽ contra febrium cum algore tremores: Inungũtur & reſoluta. Abſtergit idem aſperam & diſcolorem ceu à ſole cutem, ex aqua & melle inunctus. Miſcetur præterea malagmatis, & antidotis. Miſcent illi quidã ſoli diſſimas Comageni elenꝫ, quã Romani Campanam inulã dicunt radices, eum adulterãtes. Verũ facillime deprehenditur. Neq; enim feruido ſapore inula eſt: Nec bonitatem odoris adeo firmam & ſenſum tentantem habet.

INTERPRES.

SCio fore multos, qui me, ut in Comœdia auditur, nodum quærere in ſcyrpo iactent: moroſioreſq; diligentia in integro & ſpecioſo corpore, ubi cætera uitia non ſint, neuos emẽdare: continuiſq; uitiorum huiuſcemodi ſuſpicionibus & eruſcationibus noſtris, Græcorum librarijs ſimul inuidiã facere, & temporum iniurias pro bonis artibus lamentandi nouas ubiq; occaſiones captare, uelut is, cui in hoc opere nulla ſit alia laudis & honoris anſa: à quo tamen longe abſumus: nec culpam hanc à legentibus indulgeri nobis uolumus, niſi certas dictorũ noſtrorũ rationes attulerimus. Feliciſſime profecto in hoc capite agimus, in quo una tantum mutãda eſt particula ἢ, quæ uel ſignificat, in copulã καὶ, id eſt & : illic ſcilicet ubi hic ait exterere

terere coſtum aſperã & diſcolorẽ ceu à ſole cutẽ ex aqua & melle inunctum: neq; enim legendus locus eſt, ex aqua uel melle, uerum ex utroq; liquore: propterea q̃ mel molliendi & exterendi uim per ſe etiã habet: ſic in uetuſtiſſimis legitur, & ratio etiam non repugnat. Legitur eadem mellis uox in antiquis aliquibus, illic, ubi Dioſcorides ait, pellere coſtum lumbricos latos cum aqua: ſequitur enim ſtatim, & melle: quod quia contrarium, nec reſpondere lumbricorũ curationi uidebatur, relictum à nobis eſt: excitantur enim & aluntur dulcibus, non pelluntur lumbrici uẽtris: niſi forte mel addi ideò oporteret, ut ſuauitate eius decepti, admixtum coſtũ copioſius haurirent: non aliter q̃ in curãdis pueris fit, quibus amaræ aut uiroſæ potiones dulci ſapore & iocundiore aliquo odoramento circũlitæ, porrigũtur: non quemadmodum Lucretius cecinit, ut improuida illa ætas ludificetur, ſed potius tali guſtu recreata ualeſcat. Deſiderauimus præterea in hoc capite, quod in coſto præcipuũ habet ſenſum & uſum, amaritudinẽ ſcilicet quæ à Galeno inter primas eius notas numeratur, & qua una lumbrici illi ex inteſtinis pelluntur: ueriſimileq; eſt, non relictã à Dioſcoride fuiſſe, & ſi numerata ab eo fuerit, legitimũ locũ illi fuiſſe, ubi bonitatis eius tam multæ aliæ numerantur notæ. Ecquis etiã nouit quod eſt πυκνὸς i. denſus, πικρὸς, id eſt amarus legi debuerit: aut ex quo Latini omnes denſitatẽ illi tribuunt, ſimilitudo & æqualitas uocis fecerit, ut cum duo ſimul eſſent, πυκνὸς καὶ πικρὸς, alterũ imprudenter relictũ fuerit: quocunq; modo id factũ ſit, iuſte & neceſſario amaritudo deſideratur, ut uentris & inteſtinorũ animalia pellantur. De quibus breuiſſime à nobis dicentur quæ in Græcis legũtur. Tria in ſtagoge ſua Galenus uentris & inteſtinorũ animaliũ genera eſſe dixit. Primũ, quod tereti & rotunda forma ſit, longitudine palmare, & aliquando maius, & uſq; ad ſtomachũ progrediens. Paulus Aegineta hoc amplius addidit, copioſum eſſe, & abundare hoc genus: in gracilibus inteſtinis plerunq; conſiſtere, & in ſuperiorẽ uentriculũ ſubire, ideoq; per os ſæpenumero reiici, fuiſſeq; aliquando quibus per nares etiam reiecta hæc animalia fuerint: eſſeq; hoc genus infantibus peculiare & quotidianũ. Secundũ genus facere Galenus idem dixit quas Græci Aſcaridas appellant, quæ in extremo longanone plerunq; inueniuntur, & poſt pubertatem fiunt. Aegineta hoc amplius uermibus ſimiles eſſe, et ubi primũ ſe claudit inteſtinũ illud, non longe ab ano inueniri, grauesq; illic pruritus excitare. Tertium uerò quos latos lumbricos dicunt, adeò longos aliquando, ut totius inteſtini longitudinẽ æquẽt: Vocariq; à quibuſdã Galenus ait faſcias, propterea q̃ his ſimiles ſint, uocari pariter et tænias. Aegineta illud addit, non eſſe aliud hoc genus, q̃ mutationẽ adnatæ in interiore inteſtino mẽbranæ, in materiã animalis modo mobilẽ, quæ ſæpenumero tota reddatur longitudine incredibili, aliquãdo autẽ pars eius aliqua: & ex hoc genere ueriſimile eſt Plinium dixiſſe, triginta cubitorũ tineas uẽtris aliquãdo uiſas. Omniũ generũ cauſam & originẽ plerũq; eſſe dicunt, ex cruda, pituitoſaq; materia, qualis in pueris colligit, & in maiore ætate his qui ultra ſatietatẽ ueſcunt. Celſus duo tantũ genera lumbricorũ agnouit, rotũdos & latos: tertiũ illud aſcarides. ſ. nullũ illi eſt. Plinius aliquãdo lũbricos, ſæpe uẽtris animalia, nonnunq̃ tineas etiã uentris uocat: Credimusq; nos tineas appellationẽ ſecũdo illi aſcaridũ generi, ob ſimilitudinẽ cõpetere, quas, q̃ hærent motuq; carent, Græci ſic appellauerũt. Volumus & illud in Plinij lectiõe monere, obſeruaſſe nos, neq; ab re uideri pluribus locis, ubi tineę lũbrici hi dicunt, tænię poſſe legi: quãdo quæ remedia illic ab eo docent lũbricis latis, quos tænias Galenus uocat, priuatim cõpetant, facile ab altera in alterã uocẽ lapſu, præſertim in his, q Græcorũ medicinæ parũ periti, Plinij excripſerint aut caſtigauerint. Reliquũ nunc eſt ut dicamus, quã nos aſperã & diſcolorẽ ceu à ſole cutẽ intelligimus: q̃d erit facillimũ, ſi nouerimus, unde cõpoſito nomine, uitij magis q̃ morbi genus hoc, Græci ἡλίδας dixerint. ἥλιον illi ſolem appellant, coniunctaq; præpoſitione ἀφ' ἡλίου, quaſi in aduerbio ſubſolẽ, dicũt: ex eo primũ, cũ cutis humana multo ſole toſta, candorẽ & lẽuorẽ ſuũ amiſerit, cõtraxeritq; nigritiẽ & aſpredinẽ, tunc ephelidẽ uitij id genus uocauerũt: primaq; nominis cauſa & origo à ſole fuit: recepta deinde uox in alijs etiã eſt, quæ eandem aſpredinem & nigritiem, aut huic non diſſimilẽ, ex alijs cauſis contraxerint: nec aliud ea appellatione Græci ſignificauerunt, q̃ ut Celſus libro VI. docuit, cutis aſperitatẽ & duritiem mali coloris curandã præcipiens, quoniam non ſit eripienda fœminis cultus ſui cura. Plinius multis locis Græci nominis, & compoſitionis eius primam illam rationem ſecutus ex ſole, aliquid in eius mali appellatiõe addidit: aliquando æſtates, aliquando diſcolorem à ſole cutem, aliquando à ſole uſta, aliquando à ſole aduſta, & eo uitio deformes, ſolatos dicens: nos, ſiue à ſole, ſiue ab alijs cauſis factum uitium id ſit, una deſcriptione complexi, aſperam & diſcolorẽ ceu à ſole cutẽ, diximus, omnẽ huiuſcemodi in cute aſperitatẽ, duritiẽ & malũ colorẽ ſignificãtes.

Lũbrici uẽtris.
Rotundi.
Aſcarides.
Lati.
Faſciæ.
Tæniæ.
Plinij loca perpenſa.
Aſpa & diſcolor ceu à ſole cutis.
Solati.

Περὶ Σχοίνου. κεφ. ις'.

De Rotundo odorato iunco, Lquẽ Græci Schœnon dicũt. ⌋ Caput XVI.

Σχοῖνος, ἡ μὲν ὡς γίνεται ἐν λιβύῃ. ἡ δὲ, ἐν ἀραβίᾳ. ἑτέρα δὲ ἐν τῇ ἀβαταίᾳ λεγομένη. ἡ ὡς ὀξὶ κρατίστη. δ' αὐτοῦ δὲ ἡ ἀραβικὴ. ἣν ἔνιοι βαβυλώνιον καλοῦσιν. οἱ δὲ, πευχῖτιν. ἡ δὲ λιβυκὴ ἄριστος. ἐκλέγου δὲ τὸν πόσφατον. ἔμπυρον. πλυανθῆ. χλοερὸν δὲ ἐμπόφυρον καὶ λευκόν. καὶ ξυσθέντα τὴν εὐωδίαν ἐπὶ δὰν διατρίβοντα ταῖς χερσί. καὶ δάκνοντα τὸν γλῶσσαν μετὰ πολλῆς πυρώσεως. χρῶνται δὲ τοῖς ἄνθεσι καὶ τῷ καλά-

SChœnon. LRomani rotundũ odoratũ iuncũ dicũt. ⌋ Naſcit iuncus hic in Libya, naſcit in Arabia, naſcit & in parte eius quę Nabathęa dicta eſt, qui omniũ maxime probat. Secundum bonitatis honorẽ habet Arabicus, quẽ pleriq; Babyloniũ uocant, quidã uero teuchitim: Peſſimus omniũ Libycus eſt. Eligito recentẽ, ruffo ignis colore aliquo, copioſo flore denſum, & qui ſciſſus purpuræ colore aliquo aſpiciat, gracilẽ, ſuauitate odoris, qualis in roſis ſentit cũ manibus terit, olentẽ, & feruidæ in lingua mordacitatis cuiuſdã. Floris, culmi &

μων. ἡ δὲ ῥίζης. δύναμιν δὲ ἔχει ὑπαλλακτικὴν. ἀνασομαλικήν. διουρητικήν. ἐμμήνων ἀγωγόν. πνευμάτων διαλυτικήν. κεφαλῆς καθαρτικήν. ὑπερύφουσαν μὲν ἕως. ἕλκη δὲ θερπητικὸν. πεπτικήν. ἀνασομαλικὴν καὶ διουρητικήν. ἐξ ἧς οὖν ἄνθος αὐτῆς, πρὸς ἰσμασι χρήσιμος πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς καὶ πόνους στομάχου. πνεύμονος. ἥπατος. νεφρῶν. μίγνυται δὲ εἰς ἀνάδοσιν. ἡ δὲ ῥίζα συμπικωτέρα. διὸ καὶ πρὸς ἀσώδεσι στομάχοις δίδοται. ὑδρωπιῶσί τε καὶ σπασμοῖς μετὰ ἴσου πεπέρεως ἀφή. δλκὴ πρὸς ἡμέρας ἑνός. τὸ δὲ ἀπόζεμα αὐτῆς, ταῖς περὶ μήτραν φλεγμοναῖς εἰς ἐγκάθισμα ἁρμόδιον.

mi & radicis usus est. Cit urinã odoratus rotũdus hic iuncus, menses ducit, inflationes soluit, capitis grauedines tñ facit, & leniter adstringit: frangit prẽterea, maturat & aperit: flores eius contra sanguinis excreatiões, dolores stomachi, iecoris & renum in potione utiliter dantur, & antidotis miscentur: radix maiore ui adstringendi, eamq; ob causam contra stomachi ex repletione fastidia datur: Datur & contra cutem subeũtes aquas & conuulsa, cum pari piperis pondere aliquot diebus: decocto eius præterea infidentibus muliebrium locorum fœminis apte inflammationes fouentur.

INTERPRES.

MAledixit ad Troiã in Græcorũ castris Calchanti iratus quondã Achilles, malorq; uatẽ, & cui cordi esset calamitosa semper & tristia uaticinari, hominẽ appellans. Quinetiã à latratu & canino ingenio cognomen inuenit Sinopeus sapiens, doliũ, palliũ, paupertatẽq; suã quocunq; circũferens, q̃d cæteri grata hilaritate felicíq; fortuna uix inuenerũt: ex maledictis calamitatibusq; suis, ut ubiq; adhuc laudetur, effecit. Quàm uereor & ipse, ne idẽ in labore hoc meo mihi eueniat: audiãq; & ego posthac uitioꝝ interpres: sed nõ Diogeni eandẽ ex infortunio & labe tãti scriptoris laudẽ mihi inueniã: tã multus in instaurã dis corruptis eius uocibus & partibus uolui & cogor ubiq; esse: cũ alioquin liceret ex Theophrasto Plinioq;, & antiquioribus aliꝭ Græcis & Latinis singulis capitibus aliqd adꝺicere, quod extra Dioscoridẽ magis delectaret, q̃ in eo prodesset: nec tantũ quod in angustiore cõuiuio dolose fit, admissis inter epulas citharœdis, histrionibus & saltatoribus, ut spectaculis his distractæ conuiuæ, copiosius uesci desinant, noua aut parũ cõmuni ex Græcis rei alicuius historia legẽtes delectare. Verꝝ quod in Equitibus suis lepidissimus Græcorꝝ Comicus iocatus est, ad cœnã pro omnibus confectã à seruo placentã clàm illi subtractã, mihi tantum pro mea apponere, & ex alienis plumis Oratianæ illius corniculæ instar, honorẽ meũ augere: Cuius ego fortunam timens, nolui furtiuis nudatus coloribus, legentibus risum mouere aliquando. Qui mihi, ut uideo, paratus erat, si ex Theophrasti plantis, quæ ab illo longius de odorato rotundo hoc iunco dicuntur, cõmentationibus his nostris adiecissem. Neq; enim aliud id fuisset, q̃ & ab illo & à Plinio scripta, ut in hortis & oleribus fit, quæ ex his in illas areas uerna tẽpestate felicissime transferũtur, ex latioribus cãpis in angustos puluinos contraxisse, à quo ingenio & consilio tota uita alienus, medicinæq; rationẽ secutus, quæ tuto semp, cito autẽ & iocũde cũ licet tã multos morbos quotidie curat, à captãda legentiũ admiratione & plausu, ad humiliora hæc & odiosa ex proposito tractanda & instauranda me transtuli: non relicturus cũ profuero, quæ delectare etiã possunt. Quod primũ aũt in rotundo odorato hoc iunco nouisse profuerit, in appellatione eius est. Græci eũ cõmuni iuncorꝝ alioꝝ uoce, σχοῖνον dicunt, diphthõgo, ut à lentisco arbore differat, scribentes, quã σχῖνον ĩdẽ appellant. Priuatim tamen in hoc tantũ genere seruata hæc uox ab illis est: nã cæteros iuncos additis cõmuni omniũ nomini notis aliquibus, oxyschœnon & oloschœnon dixerunt, ut in his certius suo loco docebimus. Præterea cũ cæteros masculino genere plerunq; dixerint, hunc fœminino dixerunt. Nos quia non licebat discrimine hoc uti, docẽtibus Celso & Plinio, in iuncorũ genere eũ cõstituimus: deinde quoniã non satis id erat, sed oportebat ab aliꝭ ratione aliqua secerni, eodẽ Celso autore, rotundũ diximus: neq; explentibus his etiãrem totã, odoratũ adiecimus: locus in eo autore est lib. III. cap. XXI. suntq; eius hæc uerba. Iunci quadrati & rotundi semen, illud cyperon, hoc schœnon Græci dicunt: paulòq; post. Quæ quoties posuero, non quæ hic nascunt, sed quæ inter aromata afferunt, significabo. Ex quibus ratiocinari facile est, qui schœnos à Græcis uocetur, iuncũ, quia tereti forma sit, rotundũ: quia inter aromata numeretur, odoratũ dici oportere. Variant deinde antiquiores Græci, ubi hic ait caput aggrauare hunc iuncũ, in aliquibus καρηβαρικὸν, in aliquibus καρωτικὸν legitur: neq; sensu in scriptore hoc, neq; eodẽ in homine periculo. Siquidẽ prior illa uox, caput aggrauans simpliciter significat: quod multa possunt, & inter cætera ebrietas: altera non dissimilẽ lethargo somnũ indicat. Inexpugnabilis enim somni plura genera sunt: inter ea & κάρος est, à lethargo tantum differens, q; in lethargo sequitur: in caro somnus præcedit, ut alibi copiosius dicetur. Hunc Plinius semper soporem reddidit, præsertimq; cum ait, curandũ esse ne somnus sopor fiat: quasi in somno salubris, in sopore morbosa quies & maleficium semper intelligatur: quod ubiq; à nobis posthac seruabitur: nec soporis uoce unq; nisi in malo utemur. Quæ aũt uerior & ex re magis lectio sit, non satis proꝺcõperto nobis est. Non multo post etiã præter alias rotundi odorati iunci uires, in pluribus legitur etiã μαλακτικὸν, quod mollire est. Credimusq; adiectam fortè eam uocẽ fuisse, quoniã maturet hic iuncus. Quod etiã θρυπτικὸν passim legitur, id est frangere, sunt in quibus legatur βεπτικὸν, id est nutrire. Sed parꝝ à nobis id probatur, ideoq; nihil mutauimus. Videtur deinde in curãdis stomachi fastidijs, aliꝭsq; ab eo illic numeratis malis, deesse iunci huius mensura, ex quo præcipit dandum esse cum pari piperis pondere: siquidem oportet referri ad aliud quod par dicitur, & alicuius paris par esse: nisi æstimandam medicis mensurã eius reliquit, ad quã ex eorꝝ iudicio piper deinde adiiciendũ sit. Variant & in extremo capite antiquiores Græci: habent

Apud Homerum lib. Iliad. α. Agamẽnon, nõ Achillescalchanti obstrepit.

καρηβαρικὸν. καρωτικὸν.

κάρος. Lethargus. Sopor.

ἄφεψημα. Decoctū. Dilutum. ἀπόβριγμα.

ex eis aliqui ἄφεψημα quod decoctum est, aliqui ἀπόβριγμα, quod dilutū autore Plinio & alijs dicitur: est autē dilutum, aqua humor'ue aliquis, in quo maduerit quidpiā. Verbi causa, si in aqua diebus aliquot absinthij scopas habueris: cum eas subtraxeris, relicta eius oleris ui & amaritudine in aqua, id proprie absinthij dilutum dixeris. Nos quoniam maiore ui decoctum q̄ dilutū est, illud seruauimus quod etiam cōmunius erat.

Περὶ καλάμου. κεφ. ιζ'.

Κάλαμος ἀρωματικός, φύεται μὲν ἐν Ἰνδίᾳ. ἔστι δὲ αὐτοῦ κάλλιστος ὁ κίρρος, πυγονόναρος, ἡμιλείς πλοκὰς σκινδαλμοὺς ἀραιούμενος. γέμων ἀραχνίων τ' σύριγγα. ὑπόλυκος. ἐν δὲ τῇ διαμασήσει γλίσχρος. συπτικός. ὑπόδριμυς. Lπικρός. J δύναται δὲ οὖσα κινῆσαι πρὸς ἀφροδίσια. θερμαίνει μετὰ ἀγρώστεως ἢ σελίνου σπέρματος ἀφεψηθεὶς ἐπὶ πρὸς ὑδρωπικοῖς. νεφριτικοῖς. σπαργυριῶσι. ἐπιγμασιν. ἄγει δὲ ἐμμηνα πινόμενος ἐπὶ προσθέμενος. βηχάς τε ἰᾶται ὑποθυμιώμενος καὶ ἑαυτόν. ἐπὶ σὺν ξυτίνῃ τερεβινθίνῃ, ἢ καπνὸν διὰ σύριγγος ἑλκόμενον ὠφελεῖ σῶμα. ἀφέψεται δὲ ἐπὶ ἐγκαθίσματα γυναικεῖα, ἐπὶ ἐγκλύσματα. μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι. καὶ θυμιάμασι πρὸς εὐωδίαν.

De Calamo odorato. Cap. XVII.

CAlamon aromaticon, L Romani pariter Græcis calamū odoratum dicunt. J Nascit in India odoratus calamus, estq; in in eo probatissimus, qui colore rufo & crebris geniculis est, quiq; assulose frangit, fistulis aranearū plenis, albescēs, & in commanducando glutinosi lentoris, adstricto sapore, nec adeo acer. Est illi uis & natura urinā ciere: eamq; ob causam cū gramine aut apij semine decoctus, cōtra cutē subeūtes aquas, renū cū urinæ malo aliquo dolores, uesicæ stillicidiū & rupta, utiliter bibit. Ducit idem mēses, potus & appositus. Tussi per se, & cū terebinthina resina suffitu medet, fumo in os per fistulā attracto. Decoquit præterea fœminis ad insidendum. Quinetiam clystere infunditur. Miscetur idem malagmatis, & his quæ ad odoris suauitatem incenduntur & uaporantur.

INTERPRES.

QVi odoratus calamus à Dioscoride appellatur, à Plutarcho in libello cui titulus est, q̄ bruta ratione utuntur, Arabicus dictus est: & quam hic natale solum illi Indiā assignat, ille Arabiam. Quod & Theophrastus indicat & Plinius, quia in Arabia nasci eum confirmant: communē tamen Indis esse & Syriæ, nostra ætate etiā adeò notum, ut non sit longius de eo agendum. Reliquimus in eo nos, quod ad amaritudinem pertinebat, propterea q̄ in melioribus ea uox non legitur: idq; sensus quotidiano usu confirmat. Dubitauimus præterea, legēdum'ne esset simul, cum gramine & apij semine decoctum odoratum calamū mederi &c. an disiungi duo illa oporteret, cum gramine scilicet aut apij semine: propterea q̄ utriusq; lectionis certæ essent in antiquis Græcis uoces. Dubitauimus etiā, reddi'ne oporteret cum gramine, aut graminis semine: neq; ab re, cum seminis uox illa utrunq; facile complecti, & ambobus cōpetere posset. Placuitq; nobis in similibus, & quæ eadem uires haberent, disiunctione uti, relinquereq; utentibus alterutrius electionem: propterea quòd in pluribus disiuncta ea legebantur: &, si non satis alterum utentibus esset in usu, geminanda & coniungenda medicis relinquere. Placuit etiā gramen magis q̄ graminis semen reddere, propterea q̄ in decretis & medicina graminis, hic ipse post docet decoctū eius urinæ angustijs mederi: Liceretq; graminis quod in Parnaso nascitur semen idem præstare affirmet, quia tamen hoc loco simpliciter gramē dixit, nulla in Parnaso aut alibi nascentis graminis nota adiecta, simpliciter & nos gramen diximus, ab apij semine eiusdem scriptoris autoritate disiungentes. Supereſt nunc ut dicamus: ne nouitatem nostrarum uocū ultra q̄ opus sit aliquis demiretur, quid nos in aduerbio illo assulosè significemus, quæ Plinio Vitruuioq; & plerisq; alijs antiqua & honesta uox est: qua primum significant, quæ marmorarij in cædendo marmore fragmenta dispellunt, & quæ in frangendis alijs rebus in longitudinem magis q̄ in latitudinem fragmenta disiiciuntur: & quoniam calamus hic in frangendo assulas huiusce modi ex se mittit, ideò à nobis sic redditus locus est: id enim significant quos hic græce σκινδαλμοὺς appellat. Est illud præterea in medicina obseruandum, quod in ultimo capitis legitur, decoqui odoratum calamum ad insidendum fœminis &c. nullum habere certum muliebris mali genus: facile tamen est ex curationis & remedij ratione, muliebriū locorum affectionem aliquam intelligere. Iuniores, dolores eius partis hoc loco reddiderunt: nos, quoniam nihil à Dioscoride certū præcipitur, de tota re medicis censendū relinquimus: non omittentes tñ, uideri nobis ex his, quæ alibi in similibus obseruauimus, mēses, & q̄d ad mēses ptineat, magis ea uoce, q̄ dolores significari.

Assulosè. σκινδαλμοὺς.

Περὶ Βαλσάμου. κεφ. ιη'.

Βάλσαμον, τὸ μὲν δένδρον καὶ μέγεθος λευκοΐου, L ἢ λυκίου, J ἢ πυξακάνθης βλέπεται. φύλλα ἔχον ὅμοια πηγάνῳ, λευκότερα δὲ πολλῷ καὶ ἀθαλέστερα. γλυκόμενον δὲ μόνη ἰδέα, κατὰ ἓν ἀνάλωμα, ἐπὶ

De Balsamo. Caput XVIII.

BAlsamon. L Romani pariter Græcis balsamū dicūt. J Arbuscula est balsamū, quę uiolę aut lycij (quod pyxacantha L. i. buxea spina etiā dicit J) magnitudine crescit. Rutę folia habet, multo tñ candidiora, ppetuaq; frōde magis uirētia. In Iudęa eiusq; cōualle quadā tm̄, & in Aegy

ἐν αἰγύπτῳ. διαφέρον αὐτὸ ἑαυτοῦ τραχύτητι καὶ μήκει καὶ ἰσχνότητι. λέγεται γοῦν τὸ λεπτὸν καὶ τριχῶδες τοῦ θάμνου θρισόν. ἴσως διὰ τὸ εὐχερῶς θρίζεσθαι ἰσχνὸν ὄν. τὸ δὲ ὀποβάλσαμον λεγόμενον ὀπίζεται ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν ἐντεμνομένου σιδηροῖς ὄνυξι τοῦ φλοιοῦ. ῥεῖ δὲ ὀλίγον. ὡς καὶ ἕκαστον ἕτερος μὴ πλεῖον ἢ ἓξ ἢ ἑπτὰ χόας σωαθροίζεσθαι. πρᾶται δὲ ἐν τῷ τόπῳ σαθμὸς αὐτοῦ πρὸς ἀργύριον. ἔστι δὲ ὁ πρὸς φατος τῇ ὀσμῇ. εὔπνους καὶ εἰλικρινής. καὶ μὴ παχύζων. εὐῶδιαστος. λεῖος. σύφων καὶ ἀκνως μετρίως τὴν γλῶσσαν. ὁλοῦτη δὲ πικίλως. ὀι μὲν γὰρ χρίσμασι μίσγουσιν αὐτό. ὡς τὸ τερεβίνθινον. κύπρινον. χίνινον. σούσινον. βαλάνινον. μετώπιον. μέλι. κηρωτὴν μυρσίνην ἢ κυπρίνην ὑγράν. λείαν. ἐλέγχεται δὲ εὐχερῶς ὁ νοῦτος. ὡς ἂν ἐπιβαλὼν γάρ ὁ ἀκέραιος καὶ εἰς ἐριοῦν ὕφος, καὶ * ἐμπλυθεὶς, καθαρὸν οὐ μιαίνει οὐδὲ ὠχρόν. ὁ δὲ νοθευόμενος προσμένει· τὴν γάλακτα δὲ ὡς ἂν ἐπιβαλὼν πήγνυσι ταχύ, ὅπερ ὁ νοθευόμενος οὐ ποιεῖ. ἔτι ὁ ἀκέραιος ἐπιχυθεὶς γάλακτι ἢ ὕδατι, χεῖται τάχιστα καὶ λακτοῦται. ὁ δὲ νοθευόμενος ὡς πλεῖστα καθάπερ ἔλαιον. συσσφόμενος ἢ διαχεόμενον ἀσταθμήτως. ὀσμὴν μέν τινα χρόνον καὶ ὁ ἀκέραιος παχυνόμενος, ἑαυτὸν χείρω γίνεται. πλανῶνται δὲ οἱ νομίζοντες τοῦτο ἀκέραιον ἐπισαπρύτατα ὕδατι εἰσχωρεῖν εἰς βάθος πρῶτον. εἶτα ἀναπλεῖν ὑπὸ ἰσχύος. τὸ δὲ ξύλον ὃ καλεῖται ξυλοβάλσαμον, δόκιμόν ὄζει πρόσφατον καὶ λεπτόκαρφον. καὶ πυξὸν εὐῶδες. τραχὺ πνέον ὀποβαλσάμου. τοῦ δὲ καρποῦ, καὶ γὰρ τούτου ἡ χρῆσις ἀναγκαία. ἐκλέγου τὸν ξανθόν. πλήρη. μέγαν. βαρύν. δάκνοντα τὴν γεῦσιν καὶ πυρῶντα. μεθ' ὕδατος πρὸ ἀπνέοντα τὸ ὀποβαλσάμου. φέρεται δέ τι καὶ ἀπὸ πέτρας, ᾗ ὁλίζουσι τὸν καρπὸν, ὡς ἔμαι ὑπογλικῶ ὅμοιον. ὅπερ γνώσῃ ἐκ τοῦ μᾶζόν τι εἶναι καὶ κενὸν, καὶ ἀδύναμον, πεπιζόμενον τῇ γεύσει. δύναμιν δὲ ἔχει ἐνεργετάτην ὁ ὀπὸς, θερμαντικώτατον ὢν. σμήχοντα τὰ ὠλισκοροῦντα ταῖς κόραις, καὶ τὰς πρὸ μήκων ψύξεις ἰώμενος. προσιδέμενος μετὰ ζοφίνης κηρωτῆς. ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα. καὶ ῥίγη συνεχιθεὶς λύει. καθαίρει δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὰ ὦτα ἕλκη. ἔστι δὲ καὶ πεπτικὸς καὶ οὐρητικὸς πινόμενος. δυσεντερίαν ἀφορίζων. καὶ τοῖς ἀκόνιτον πεπωκόσι μετὰ γάλακτος. καὶ θηριοδήκτοις. μίσυος ἢ καὶ ἀκόνιτος. καὶ μαλάγματα

ἐκπλωτὸς εἰς

in Aegypto naſcitur. Differt in ſuo genere aſperitate, lõgitudine & gracilitate: uocaturq́, quod in eo tenue comoſumq́ eſt, quia facile ob gracilitatem ſuam métit, eutheriſton, quaſi facillimæ meſſis. Quod autem opobalſamũ .i. balſami liquorẽ dicunt, ardẽtiſſimo canis æſtu excipitur, ſecta ferreis unguibus arbore: fluitq́ exiguus, nec copioſi or quotãnis ſex ſeptem ue congṛs colligit. Repẽditur, quo loco naſcitur, duplo ad pondus eius argento. Probatur recens balſami liquor, qui firmo & ſyncero odore ſit, nec acido ſapore ſentiat: qui itidem citiſſime penetret, lẽuorem habeat, & linguam leniter adſtringat & erodat. Adulteratur multifariam balſami liquor. Siquidem illi unguẽ tũ aliquod miſcent, quale terebinthi, liguſtri, lentiſci, lilṛ, balani, & metopium eſt: miſcẽt & ex myrtho liguſtro ue, ceram liquidam illi ſubigentes. Veruntamen facillime deprehenditur qui uitiatus erit balſami liquor: Laneæ enim ueſti inſtillatus qui ſyncerus eſt, tum ablutus, nec maculã, nec maculę ueſtigium relinquit. Adulteratus uero inhæret. Idem lacti inſtillatus, id coagulat, quod adulteratus non facit. Syncerus præterea lacti aquæ ue infuſus, diſſicitur quam primum, & lactis modo albeſcit: Adulteratus olei modo in ſummo fluitat, denſaturq́ & ſtellæ modo radiatur. Quinetiam ſyncerus uetuſtate craſſeſcẽs, bonitatem ſuam amittit: fitq́ à ſeipſo ſeipſo deterior. Falluntur itidem qui ſyncerum balſami liquorem eum putant eſſe, qui in aquã coniectus primũ deſcendit: tũ diſiectus & ſparſus, emergit. Arboris uero balſami materia, quam xylobalſamũ, id eſt balſami lignum dicunt, probat recens, quæ gracili ſarmento, rubens & odorata eſt, exiguoq́ liquoris balſami odore ſpiret. In ſemine balſami (nam & huius neceſſarius uſus eſt) eligito ruſſum, plenum, grãde, ponderoſum, feruidæ in guſtu mordacitatis, mediocri balſami liquoris odore. Adulterat balſami ſemẽ ſemine hypico ſimili, quod ex Petra Palæſtinæ oppido affertur: deprehenditurq́, ꝙ grãdius, inane, inefficax, & in guſtu ſapore pipis eſt. Vires in tota balſami natura efficaciſſimas habet liquor, egregia ad calefaciẽdũ poteſtate: Exterit quæ claritati oculoꝝ officiunt. Muliebribus refrigeratis locis medet, cum cerato ex roſa facto appoſitus. Trahit idem menſes, ſecundas & fœtus. Soluit inũctus in acceſſionibus febrium cum tremore algores. Sordida purgat ulcera, potus urinam ciet, maturat, & concoquit: anguſtiṛs ſpiritus accommodatus eſt. Subuenit & cum lacte his, qui aconitum biberint: nec minus etiam uenenatoꝝ morſibus. Miſcet idẽ acopis, malagma-

σι. ἀνάλογος. ἡ καθόλου δραστικωτάτῳ ἔχει τὴν δύναμιν ὁ ὀπὸς τοῦ βαλσάμου. δίδοται δὲ ὁ καρπὸς ἐλαχίστῳ δὲ καὶ ξύλον· ὁ δὲ καρπὸς, ἁρμόζει πλευριτικοῖς. πεῤῥιπνευμονικοῖς. βηχικοῖς. ἰσχιαδικοῖς. ὠλικτικοῖς. σκοτωματικοῖς. ὀρθοπνοϊκοῖς. σφομμυώδεσι. δυσουρικοῖς. θηριοδήκτοις. εἰς τὰ γυναικεῖα δὲ ὑποθυμιάματα εὔθετον. καὶ εἰς ἐγκαθίσματα ἀφεψόμενον ἀνασμοῖ τὴν μήτραν. ἐπιστᾶται ὑγιασίαν. τὸ δὲ ξύλον τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τῷ καρπῷ. κάσσια μύρι. βοηθεῖ δὲ ἀφεψηθὲν ὕδατι καὶ πινόμενον ἀπεψίαις. σφόφοις. θηριοδήκτοις. ὠμωμυωσι. οὐρά τε ἄγει. πρὸς τὰ ἐν κεφαλῇ τραύματα μετὰ ἴριδος ἁρμόζει ἐκτός. ἀνάγει δὲ λεπίδας. πήγνυται δὲ εἰς τὰ τῶν μύρων μύρα.

tis & antidotis: habetq; in uniuersum uires balsami liquor efficacissimas: post illum semen, minimas autem lignum. Bibitur balsami semen utiliter in laterali dolore, quē pleuritim Græci dicūt. Bibitur eadem utilitate pulmonarijs, tussiētibus, coxendicis doloribus, comitialibus, uertiginosis, non nisi recta ceruice spirantibus, torminibus, urinæ angustijs, & uenenatorū morsibus. Suffiunt eodē incēso utiliter fœminæ: muliebresq; locos aperit infidētibus decoctum eius, & humores ea parte proritat. Habet lignū easdem semini uires, minus tamen efficaces: succuritq; in aqua decoctum, mox potum, cruditatibus, torminibus, uenenatorum morsibus, & conuulsis. Vrinam idem cit. Capitis uulneribus cum trita iride accōmodatū est, ossiumq; assulas extrahit: spissandis postremo unguentis miscetur.

INTERPRES.

QVotidie in publicis priuatisq; iudicijs, pro quibus facti quæstio ex testibus tantū proposita est, fieri uidemus, ut pari utrinq; numero & fide, sed uariantibus eorū dictis, optabilis conijciendæ ueritatis occasio, & liberæ in dicenda sententia iudici arbitrium relinquatur. Sic quondā Romæ Clodius pollutæ cerimoniæq; reus à testibus, qui se ab urbe ea nocte abfuisse dicerēt, contra testes, qui inter matronas Bonæ deæ sacrificantes deprehensum testarentur, necessaria & felici magis q̄ uera defensione usus: quod optauerāt iudices, absolutionis suæ ansam illis porrexit: nunq̄ iudicij eius laqueos euasurus, nisi uariatis testimonijs, facti ueritatē miscuisset. Non dissimili ratione in antiquorū scriptorū exemplaribus, ubi corrupte quidē, uerum in omnibus semper idemq; aliquid legitur, nullæ interpretis partes sunt, q̄ qualiacunque ea sint, reddere: nec sola uitij suspicione contra omniū testiū dicta & fidē, præsertim in grauiore re, aliquid nouare decet, qua ratione in balsamo nos etiā usi, cum suspecta esset uox illa λευκοΐον, id est uiolæ, cuius magnitudine balsamum conspici Dioscorides ait, nihil mutauimus, propterea q; in cūctis Græcis, quos hactenus uidere licuit, integra & aperta uox illa inuenitur: nullaq; diuersæ lectionis, nec obsoleta quidē uestigia alicubi uidentur: cū tamē parē ueresimile sit, Dioscoridē arborē frutici plerunq; cubitali in magnitudine exæquasse: & quā Plinius uiti, Theophrastus uero punicæ similē dixerunt, uiolæ cōparasse: Non dico autem uiolā florē, sed eius plantā, quæ ramosa, pendentibus ex uno pediculo pluribus aliquando, & diuersi coloris floribus in Italia cubitalis paulo'ue altior floret: nisi fortè cœli terræq; beneficio speciosior uiola alibi nascit & arboresc it: sed parē id uerisimile est, nec sine ueterū autoritate credendū. Caret ratione etiā, ad similitudinē tertij alicuius generis, duo alia inuicē inæqualia coniunxisse: dicereq; balsami arborē uiolæ aut lycij magnitudine conspici: nihil aliud est, q̄ si dixeris, cupressum sabinæ herbæ, aut abietis magnitudine uideri: Siquidem lyciū, siue pyxacanthā. i. buxeā spinā dicere eandē malis, tricubitali altitudine hic paulopost esse dicit: quæ in nullis uiolis mensura hactenus uisa aut audita est. Ex his, quoniā nec Theophrasto, nec Plinio, nec si bijp si conueniret hoc loco Dioscorides, suspicati sumus subesse uitiū: quale aūt id sit, & quomodo instaurādū, non ausim ego asserere, quoniā nulla sit uitis aut punicæ cū uiola, in græcis appellationibus, similitudo: nullæq; cōcurrant eadē literæ aut syllabæ, ex quibus licuisset sequaci cōiectura ueræ lectionis uestigia odorari. Non tacebimus tñ, q̄d hoc ipso momento scribētibus in mentē uenit, potuisse ab imperitis librarijs & herbarijs locū miscreri; quodq; unū & simplex illic erat, λευκίον scilicet geminari: & quoniā notior uiola q̄ lyciū sit, cū lycio leucoion etiā scribi: quæ tota lycij similitudinis ad balsamū in magnitudine relatio legitima est: & alioq; historiæ respondet. Tricubitale enim lyciū ab hoc ipso describitur, qua altitudine uitis & punica passim uidentur: quibus à Theophrasto & Plinio balsamū conuenire, æqualeq; esse dictū est: non dixissem ego hoc loco πυξάκανθαν, id est buxeā spinā, non πυρακάνθαν, quæ nulla in plantis est, legendū in Dioscoride esse: nisi interpretes alij, uoces magis q̄ res secuti, numeroq; illic plātaq; auxissent, uiolæ, aut lycij, aut pyracāthæ &c. tria, quæ duo alioquin erant, enumerantes: lyciū siquidē & pyracantha idē sunt, si huic ipsi cū de lycio agit, credendū est: quæ enim inter lyciū & pyxacāthā disiunctiua legitur particula, appellationes lycij alternat, non disiungit & numerat plantas. Folia deinde hic ait rutæ similia habere balsamū, multo tamen candidiora &c. Quoq; prior illa pars Theophrasto, Plinioq;, & huic eadē est: omnes enim rutæ cōparant. Posterior autem Theophrasto tantum, qui ἴκλινκον quasi egregij candoris foliū eius esse testatus est: haud sanè quia uere candor in plantarum foliis dici possit: quæ omnia (licet inæqualiter) tamen uirent: sed q; alia aliis comparata albescere uidentur, qualia oleagina & saligna sunt, in quibus cinerescit pallescitq; adeò color, ut parē proprie candidus dici possit. Et hæc quidē cādoris in plantaq; foliis ratio est. Quod autē in balsami foliorum colore non uidet Theophrasto & huic penitus idē esse, illud est, q; hic rutæ albescentibus foliis balsami comparata folia ait multo candidiora esse: ille simpliciter ἴκλινκον dixit, quasi egregium candorem admiratus in eo fuerit: & qualis in nullis aliis plantis inueniri possit, id enim ὁ ἴκλινκον Græcis significat. i. quod

in suo

in ſuo candore egregiũ & ſingulare ſit. Eſt illud etiã Theophraſto & huic cõmune & idem, in quo præcipitur ad excipiendũ liquorem ferreis unguibus ſecandã eſſe balſami arborẽ: Plinio uero non diuerſum tantũ, ſed contrariũ: qui ait uitro, lapide, oſſeis ue cultellis cædi oportere: quoniã ferro lædi uitalia oderit: niſi forte Plinius in aperienda plaga ideo ferrũ damnauerit, q grauioris metalli eius acies nunq tanto artificio libra ri poterit, ut altius non deſcendat lædatq uitalia: & ideo hebetiore alterius materiæ acie utendũ eſſe præceperit: & hic ferramento quidẽ ad eandẽ plagã utatur, uerũ ſic præparato & confecto, ut humani unguis modo ſcalpat magis q uulneret, ſcarificationibusq ſimiliores q uulneribus plagas aperiat. Credimusq nos ungues ferreos à ueteribus Græcis ferramenta dicta fuiſſe, quæ humani unguis figura cõnexa acie eſſent: qualia quotidie in fabrica uidẽ adhuc multa, quæ dimidiato orbe lunata ab eius partis ſimilitudine nomẽ inueniſſe potuerunt. Dixit nõ multo poſt idẽ: Rependi in loco ubi naſcit balſamũ duplo ad pondus eius argento: nec leuis, ut nos credimus, cauſa eſt, cur illud Dioſcorides addiderit: nullibi enim paratior & quæſtuoſior fraus, tã multo oleo, reſinaq, & cera adulterantibus id officinis, quod in conſitis balſamo agris & collibus, dũ ſecta arbore colligit, fieri nequit: nullis ad fraudẽ adulterium ue eius paratis illic rebus, & ſi ſint, in re ipſa & in aperto, facilime deprehendendis. Autor indexq nobis ſententię huius Theophraſtus eſt: qui lib. IX. inter cætera teſtatus de liquore balſami eſt: Vendi purũ, & ſine admixtione aliqua, duplo ad põdus eius argento. aliũ uero omnẽ cõmixtionis ſuæ ratione. Quod monuiſſe legentes placuit, ne cui frigidũ id & ſine ratione dictũ uideretur: Idq etiã Plinius ſignificaſſe uidet cũ ait: quippe milibus denariũ ſextarij empti, uendente fiſco, trecẽtis denarijs uenẽũt. Intantũ expedit augere liquorẽ. Idẽ Theophraſt. uerũ diuerſis uerbis dicens. Siquidem ex utroq ratiocinari licet ob caritatem eius, admixtis alijs augere balſamum fuiſſe autiquis morem: ex quo Theophraſtus dixit purum duplo ad pondus eius argento rependi. Plinius poſt illũ, quod milibus denariũ uendente fiſco purũ uenditũ fuerat, trecentis denarijs poſtea uendi: adeò oportet liquorẽ illũ augeri. Inter notas bonitatis deinde eſt, quod hic ait ἰυδλαίζει: quã uocẽ nouiſſimus interpres pellucidã interpretatus eſt: ex Plinio ut uidetur eã auguratus: qui balſami lachrymã inter cætera dixit translucidã eſſe. Antiquus Dioſcoridis interpres ſerenã, nulla ut nobis uidet in balſami notis ſignificatione: Serapion uelocis reſolutionis, quaſi ἰυδλάνζει tunc legeretur. Nobis in eadẽ omniũ Græcorũ lectiõe nihil mutare placuit: ſed bona fide nec abſurdo ſenſu reddere ut legitur: qui citiſſime penetret: quãdo Græcis uerbũ notiſſimum eſt διαπτῆναι: quo διαβῆχαι καὶ διαννύαι, id eſt, ab altero extremo per mediũ aliquod ad alterũ trãſire, & abſolui moueri ue aliquid ſignificent, quod tenuitate ſua poteſt balſami liquor, qui à Plinio etiam tenuis laudatur. Diximus præterea quod γαλακτοῦται Dioſcoridi eſt lactis modo albeſcit: ne, ſi lacteſcit ſimpliciter dixiſſemus, incertum legentibus eſſet quæ nam ex tam multis lactis qualitatibus ſapore ſcilicet candore, ſubſtantia, liquore: & hoc aut fluido, aut coagulato, intelligenda eſſet: Candorẽq elegimus, quoniã lac omne ſemper & in cunctis animantibus candido colore ſit: deceatq & tutius fit, ex eo magis quod inſeparabile, præcipuũ, neceſſariũ, & ſine quo nullum id erit, q ex cũctis alijs oſtendi & indicari aliquid: Sic enim lacti candor cõpetit & ineſt, ut terræ pondus & ceſſatio, ſoli uero motus & lux: quibus ablatis, ſi fieri id poſſit, neceſſe eſt deſinere lac, terrã, & ſolem eſſe quod ſunt. Nec eſt q credat dicatq aliquis, poſſe eo uerbo ſignificari fluidum lactis liquorẽ, debuiſſeq à nobis reddi, lactis modo liqueſcit: quoniã id iam indicauerat Dioſcorides celerrime diſſici diffundiq, dicens. Coëgit & illud rei neceſſitas nos mutare, quod in adulterato balſami liquore hic ſtatim fieri oſtendit, ut ueluti oleum in ſummo fluitet &c. συσπερμόνη δὲ διαχεόμενον ἄσπερ ῥοιδῶς, id eſt qui denſetur aut ſtellæ modo diſiiciatur. non enim hic alterutrum fieri dicit. Verũ primo denſari, & mox ſtellæ modo in orbẽ circumagi & quaſi radiari: ideoq non ἢ uerũ καὶ legendũ illic eſſe: ſignificatq in adulterio & fraude Dioſcorides, quod Plinius dixit: & metopio uitiatũ eſt, circulo candido cingitur. Quã deinde Dioſcorides Petrã dicit, Palæſtinæ urbẽ ſic dictã intelligere oportet, à qua Plinius ait Petræo hyperico adulterari balſami ſemen. Videturq ille hyperici ſemen id eſſe teſtari, cum tamen hic ſemen id dicat hyperici ſemini ſimile, non ſemen hyperici eſſe: quod quale in utroq legitur, à nobis etiã relinquatur. In medicina poſtremo & morbis non omittendũ, quas nam anguſtias ſpiritus nos, & quos non niſi recta ceruice ſpirãtes intelligamus & appellemus: ut quale quotidianũ malũ, & in toto hoc opere paſſim inueniẽdũ ſit, certius cognoſcat: & ſi in triplici ſpiritus & animæ difficultate, autore Celſo, nouerint omnes, prout ſe hoc malũ intendit, diuerſam inueniſſe apud Græcos appellationẽ, omneq in difficultate ſpirandi poſitũ. Verũ dum modica ea eſt, neq ex toto ſtrangulat, dyſpnœã: Cũ uehementior, & cũ ſpirare æger ſine ſono non poteſt, aſthma: Cum acceſſit id quoq, ne niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, orthopnœã appellari: quæ omnia ſine diſcrimine à Latinis Plinioq præcipue anhelitus, ſuſpiria, dyſpnœas et orthopnœas appellari inuenimus: maliſq his laborãtes, anhelos, aſthmaticos, ſuſpirioſos, et orthopnoïcos promiſcue dici: neq ab re penitus, ut mox dicemus: uerum præſenti ſemper dubitatione, tria ne hæc, an aliquod et quale eorũ ſignificetur. Quam ob cauſam nos ex Græcorũ decretis certius, ſed breuiter de his, more noſtro conſtituemus. Veteres Græcorũ medici, et inter eos Paulus Aegineta, eos qui ſine febri crebra reſpiratione ueluti à celeriore curſu laborent, ab eo qui ſequitur et adeſt ſtatim anhelitu et ſuſpirio, aſthmaticos dixerunt: eoſdẽq q ſtrangulari timentes, ad reſpirationem recto toto pectore nituntur, orthopnoicos: fieriq id malũ craſſis et glutinoſis humoribus oppletis fiſtuloſis pulmonũ concauitatibus: Dyſpnœã uero, id eſt ſpiritus et animæ difficultatem communem, his et alijs pluribus malis eſſe: ea laborantes Galenus in diffinitionibus ſuis his uerbis deſcripſit: Dyſpnoici ſunt, in quibus ueluti per anguſtias eliſus ſpiritus et anima egreditur: Idẽ aſthma dixit malum eſſe, quod laborioſum conatum et anguſtias in reſpirando faciat: ſimulq cogat eo laborãtes, cũ deſederint, ſurgere: et cum ſurrexerint, ſedere. Alterius illius orthopnœæ ſcilicet nullã hactenus in eo diffinitionem inuenimus: ſed ex Celſo, et ex Græci nominis cõpoſitione facilis coniectura eius eſt: In his, ut ſignificatione pares et numero totidem Græcis uoces à nobis reddantur, ſemper poſthac primã illam, ut Celſus numerat, dyſpnœam, Spiritus uel animæ difficultatem: Secũdum uero aſthma, autore Seneca, ſuſpiriũ,

Anguſtiæ ſpiritus. Nõ niſi recta ceruice ſpirantes.

Triplex ſpiritus & animę difficultas.

Λύσσωνοια.
ἄσθμα.
ὀρθόπνοικοι.

Spiritus uel animæ difficultas.

Suſpirium uel anhelitus.

Non niſi recta ceruice

ſpirādi difficultas.

aut anhelitum: Tertiam illam orthopnœam, ex græcæ uocis ſignificatione, non niſi recta ceruice ſpirandi difficultatem, appellabimus: primoq; illo malo laborantes, difficulter ſpirantes: ſecundo, anhelos ſuſpiriosos'ue: Tertio, non niſi recta ceruice ſpirantes, non aliud aliter'ue q̄ ueteres Græci decreuerint ſignificātes, ſed totidem quot illi appellationibus, mala hæc indicantes.

Περὶ Ἀσπαλάθου κεφ. ιθ'

Σπάλαθος. οἱ δέ, ἐξυσίσκηπτρον. οἱ δέ, σφάγνον. οἱ δὲ φάσγανον. σύροι δὲ διάξυλον καλοῦσι. θάμνος ὀξὺς ξυλώδης. ἀκάνθαις πρίναις κεχρημένος. γεννώμενος ἐν ἴσχῳ, καὶ νισύρῳ, καὶ συρίᾳ, καὶ ῥόδῳ. ᾧ χρῶνται οἱ μυρεψοὶ εἰς τὰς τῶν μύρων σύνθεσις. ἔστι δὲ καλὸς ὁ βαρύς. ἡδὺ μετὰ τὸ πρόσφλοιόθηναι ὑπέρυθρος ἢ ποσφυρίζων. πυκνός. εὐώδης. πικρίζων ἐν τῇ γεύσει. ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον εἶδος αὐτοῦ λευκόν. ξυλῶδες. ἄοσμον. ὃ δὴ καὶ χεῖρον καθέστηκε. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν μετὰ στύψεως. ὅθεν πρός τε τὰς ἀφθας ἐγκαθεὶς μετ' οἴνου καὶ διακλυζόμενον ὠφελεῖ, καὶ πρὸς τὰς ἐν αἰδοίοις καὶ νομὰς καὶ ἀκαθαρσίας ἐγκλυζόμενον, καὶ πρὸς τὰς ὀζαίνας ἐμβρυά τε καταπτὰς μιγνύμενος πεσσῷ. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ κοιλίαν ἴσχει. καὶ αἵματος ἀναγωγὴν ποιεῖ. δυσουρίαν τε καὶ ἐμπνευματώσεις λύει.

De Aſpalatho. Caput XIX.

Aspalathon, ſunt qui eryſiſceptrū, qui ſphagnon, qui phaſganō appellēt: Syri diaxylon. Romani pariter Græcis aſpalathū ſiue eryſiſceptrū dicūt. Lignoſus ē crebriſq; ſpinis aculeatus frutex. Naſcit ad Iſtrū Cretæ ciuitatem, & in Niſyro ex Cycladibus una. Naſcit in Syria & Rhodo. Spiſſandis unguētis utūtur eo unguentarij. Probatur ponderoſus & qui detracto cortice rubeſcit, ad purpuram'ue inclinat: qui denſus itidem odoratuſq; eſt, & in guſtu amareſcit. Eſt & alterum eius genus candidum, lignoſum & ſine odore, quod inutile habetur. Eſt aſpalatho natura calefacere, ſimulq; adſtringere: eapropter in uino decoquitur: decoctoq; illo oris ulcera, quas aphthas Græci dicunt, utiliter colluuntur. Infunditur idem contra ulcera quæ in genitalibus paſcendo ſerpūt, eorumq; difficiles purgationes. Infunditur & contra narium ozænas. Idem peſſulis additus fœtus trahit. Siſtit aluū & ſanguinis excreationes potum decoctū eius. Soluit prætera inflationes & urinæ anguſtias.

INTERPRES.

NVnquam ſatis nobis erit, librarios herbariosq; & medicinæ profeſſores omnes monuiſſe, ſiquando Græcorum uocibus uti uolunt aut coguntur, integras & incorruptas penitus eius gentis uoces & rerum appellationes ſeruare. Nullibi enim grauiore incuria peccatur, nec iuſtius in profeſſore ignorantia culpæ adſcribitur, quàm ſi in regenda reſtituenda'ue homini ſanitate, pro aſphalto quod bitumē eſt, Aſpalathum, qui inter odoratos frutices & ſpinas cenſetur, aut pro eorum altero ſparton, quo frutice texūtur reſtes, & in uitibus palmites ligantur, accipiat & utatur. In quod erroris lubricus ex ſimilitudine lapſus his eſt, qui Græcarum uocum ignari, nouos ſibi earum ſonos meminiſſe diutius & feliciter enuntiare nequeunt. Neq; id in aſpalatho hoc ſolum, ſed in adiecta illi etiam eryſiſceptri appellatione, cunctisq; aliis diligentius obſeruaſſe opus erit: de qua reuocanda in hunc locum ſunt, quæ in anguloſo odorato iunco dicta à nobis fuerunt. Sequuntur eryſiſceptri uocem ſphagnon & phaſganon: quarum poſterior gladium communi ſignificationis ſuæ æſtimatione indicat, prior autem à iugulando quod σφάγειν Græci dicunt, potuiſſe fieri uidetur: Credimusq; nos ſic fortè aſpalathum dictum ab aliquibus, quòd aculeatus frutex gladij modo aculeis ſuis pungat & uulneret. Quod in Theocriti bucolicis paſtor à ſpina in pede paſſus ab alio monebatur, ne diſcalceatus per mōtem ingrederetur, qui rhamnis & aſpalathis frōderet. Adiecit poſtremo Dioſcorides à Syris aſpalathum diaxylon uocari, eadem dicendi forma, qua nos in Phu eius florem diaporphyron dici monuimus: neque hoc loco diaxylon aliud ſignificat quàm mediolignum. Quia enim lignoſus hic frutex, nec ſecus quàm ſolidiores arbores ſolidiore interiore materia & medulla eſt: ideo à Syris id nomen inuenit. Competit enim ea uox omnibus his, quæ nec inania ſunt, nec teneram fungoſam'ue medullam habent, ſed lignoſa ſoliditate duram. Addidimus nos etiam in ſpinis & aculeis candidas: quoniam eo colore à Plinio deſcribuntur: & in aliquibus Græcis ea uox adhuc ſeruatur. Nec longe à fine itidem quod deerat, ozæna, quoniam & Plinius diceret: Sanat oris ulcera, & ozænas, ut in pluribus Græcorum adhuc legitur. De quibus in medicina ſciendum eſt, quas Græci aphthas dicunt, à Plinio plerunq; oris ulcera appellari: communi ulcerum appellatione in proprio genere, magna legentium dubitatione utenti. Quod ne in Dioſcoride fieret, dictū à nobis eſt, oris ulcera quas aphthas Græci uocāt. Sunt aūt aphthæ autore Galeno in diffinitionibus ſuis, ulcera quæ in ore fiunt: non adeo profunda, in pueriſq; præcipue abundant: nec ultra de his egit. Paulus Aegineta in primo de aphthis his lōgius docuit: primūq;, ut etiā Galenus dixerat, in pueris plerunq; fieri dixit: mox albeſcere alias, rubeſcere alias, eſſe itidē aliquas nigro colore, & qualis in aduſtorum cruſtis uidetur: quæ omniū periculoſiſſimæ & lætales ſint. Celſus nihil, ut Aegineta, de colore earum egit: ſed his uerbis unū quaſi malī genus deſcripſit. Verum ea longe periculoſiſſima ulcera ſunt, quas aphthas Græci appellāt, ſed in pueris: hos ēm ſæpe conſumūt. In uiris & mulieribus idē periculū nō eſt. Hæc ulcera à gingiuis incipiūt: deinde

διάξυλον.

ἄφθαι. Aphthæ.

deinde palatum totumq; os occupant, tum ad uuam faucesq; descendunt: quibus obsessis non facile fit ut puer conualescat. Ac miserius etiam est, si lactens adhuc infans fuerit: quo minus imperari remediū aliquod poterit. Quas autem ozænas dicunt, idem Galenus eodē diffinitionum libello describens, ait esse profundas in naribus exulcerationes: ex quibus ingratus odor & fœdissimus halitus sentiatur. Aegineta hoc amplius in genere exedentium ulcerū eas constituit: fieriq; acerrimis ad nares confluentibus humoribus & acrimonia sua exedentibus. Celsus præter hæc crustas etiam in ozænis fieri testatus est, id genus ut credimus significans, quas nigro colore & adustorum crustis similes describit Aegineta.

Περὶ Βρύου. κεφ. κ'.

Βρύον. ὑπό τινων δὲ σπλάγχνον καλεῖται. εὑρίσκεται ἐπὶ δένδρων κεδρίνων, ἢ λευκίνων ἢ δρυϊνων. διαφέρει δὲ τὸ κέδρινον. δεύτερον δὲ τὸ λευκινον. ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ εὐωδέστερον τὸ λευκόν, καλόν. τὸ δὲ μελανίζον χεῖρον. δύναμιν δὲ ἔχει συστατικὴν, προσῶτα πρὸς τὰ περὶ μήτραν ἐν ἀφεψήμασιν εἰς ἐγκάθισμα. μίγνυται δὲ καὶ μύροις βαλανίνοις καὶ χρίσμασι, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς συστατικόν. καὶ εἰς θυμιαμάτων δὲ καὶ ἀκόπων σκευασίαν ὄσμὴν εὔθετον.

De Muſco. Caput XX.

BRyon. Ab aliquibus ſplanchnon idē dicit. Romani muſcum appellāt. Inuenit mu ſcus hic in arboribus cedro, populo alba & quercu: habetq; primū bonitatis honorem qui ex cedro eſt: ſecūdū, qui ex populo alba. Laudaturq; maxime in utroq;, q odoratior & candidior eſt. Damnat contrà nigreſcens. Habet adſtringēdi uim muſcus hic. Facit ad muliebriū locorū uitia in decocto eius infidēlibus fœminis. Miſcet idē balanino unguēto, & alijs quę ungēdo ſint, ob ſpiſſādi uires quas habet. Vtile præterea accōmodatūq; acoporū cōfecti onibus, & eorū quæ ad uaporationes incendunt.

INTERPRES.

QVi ex Epicuri placitis rerū naturam ſuauiſſimo carmine ciues ſuos Romanus poëta quondā docuit: & qui multo ante in eadem hæreſi eadem primus inſtituerat Abderites Democritus, in tam multis, tamq; diuerſis, quos habet ſapores natura, unā certamq; ex atomorū ſuarū figuris cauſam inueniſſe ſe credentes, dulcem ſaporem, & qualis in melle & lacte ſentitur, rotunditate & lēuore earū fieri ratiocinabantur. Amarum uero, & qualis in abſinthio & centaurio ſit, inflexis anguloſisq; & hamatis iſdem principijs: & ne longiores in cæteris ſimus, multiplicem hanc ſaporum uarietatē, tenuitati, craſſitudini, breuitati, magnitudini, obliquitati, rectitudini, coniſq; & globis eorū tribuebāt: iidem in conſtituendis ſecernēdisq; alijs atq; alijs naturæ formis, magni referre dicebant, præter principiorū huiuſcemodi figuras illas: quos nā in immenſo inani uolitantia motus inter ſe darent & acciperent: quōq; concurſu, nexu, & poſitura ſimul hę rerent. Et quoniam noua & clandeſtina res erat, quotidiano & humili, à uocum noſtrarū elementis & literarum notis exemplo, quod in maieſtate & tenebris naturæ adhuc occulitur, in aperto à Lucretio oſtendebatur: qui non aliter uariari in natura formas diceret, q̄ uariatis in ſermone noſtro elemētis, alias ſubinde atq; alias ſignificari & intelligi rerum ſubſtantias paſſim uidemus: Fieriq;, ut ille dicebat, mutatis paucis additis ue, aut non ſuo loco ſeruatis, ex lignis ignes, & ex alijs, alia. Quod nobis in muſco contigit & moſcho: in quibus una tantum mutata litera & aſpiratione addita, diſſimiles penitus res, & in diuerſo genere, indicantur. Siquidem Latinis muſcus uirentes magis uillos q̄ folia aut frondes, ſignificat, quibus per æſtatē in torrentibus lapides ueſtiuntur: &, ut Columellæ uerbo utamur, muſcātur. Quod ex ſeminibus herbarū fit: quæ cum limo aliquo lapidibus inhærentia, calore ſolis inuitata, germinationis modo uireſcunt. Nec tantum lapides hi, uerū arbores quædā etiā, ut quercus & olea, ſed non eodē modo muſcant. Et ex hoc genere muſcū Dioſcorides hoc capite deſcribit: quoniā in Cyrenaica prouincia præſertim odoratum naſci, Plinius teſtat. Qui uero à Græcis moſchos dictus eſt, & à Latinis eadem appellatione indicādus, is eſt qui noſtra ætate inter pretioſiſſima odoramenta, nec mediocris in medicina uſus habetur: hunc officinæ non ſecus, q̄ priorē illum noſtra ætate muſcū appellant: cum alioquin moſchum dici oporteret, ut propria appellatione à lapidum in fluminibus & arborū uilloſo muſco diſcerneret. nulla quod hactenus inuenerim antiquis ſcriptoribus in huiuſcemodi ſignificatione moſchi uox fuit: uidenturq; odoramenti id genus ueteres ignoraſſe. In poſterioribus tamen medicis aliquando inuenta eſt, manifeſta & neceſſaria odoratæ huius ſubſtātiæ, quæ in uilloſis, echinati caſtanearum calicis modo, folliculis animalium quorundā clauditur æſtimatione. Inueniſſeq; id nomen ea res uideſ, ꝙ Græci μόχους, μοσχίδια, & μοσχίνματα dicunt, nouos teneriores q; in plantis ſtolones. Quorum ſimilitudine in animalibus, quæ moſchon ferunt, noui odoramento illo pleni naſcuntur folliculi. Potuit & ea nominis ratio eſſe, ꝙ animalia illa media inter capream & uitulam natura & magnitudine, fuluo uitularum colore uidentur, quas Græci μόσχους etiam & μοσχάρια appellant. Inuenimus præterea ab iſdem Græcis μόσχια appellari uaſcula potius q̄ ſiliquas, cepæ q; ſemen in ſummo caulis ſeruantia & maturantia: à quo figura nō longe abeſt moſchi folliculus ille. Adiecit deinde arbor muſco, de quo agimus, Dioſcorides, Splanchnon à quibuſdā etiā dici: quod nullā habet nobis manifeſtam cauſam. Siquidem Græci σπλάγχνα, quæ Latinis exta ſunt, appellauerunt: nec eſt quod animantiū extis & muſco arbor conueniat: ſiue cor, ſiue iecur, pulmones ue aut lienem, aut quod uolueris aliud, accipias: nullum enim horū uilloſum, aut muſci modo in tam multa capillamenta diſcerptum eſt. Illud etiam animaduertendum, quas hic cedros

Muſcus. Moſchus. μόσχος. μοσχίδιον. σπλάγχνα.

dros dicit, Aeginetã pinos dicere: sed uitiũ subesse credimus, quoniã statim Dioscoridi subscribẽs, omnibus alijs cedrinũ muscũ & ipse antefert. Non uidetur & uitio carere Dioscoridem illic ubi censum bonitatis musci huius agens, cedri & albæ populi tantum meminit: desideratur enim quercus, nisi forte legentibus damnatam uoluerit esse, quam tacitus arborẽ præterijsset. Nolumus & illud relinquere, non esse huic & Paulo Aeginetæ musci huius easdem uires: hic adstringere, ille discutere & mediocriter mollire dixerunt: non paruo, ut uidetur, discrimine: quod nos peritioribus censendum relinquimus.

ἐοικὸς θυίνῳ ξύλῳ

Περὶ Ἀγαλλόχου. Κεφ. κά.

Ἀγάλλοχον ξύλον ὄζει φερόμενον ἐκ τῆς Ἰνδίας. κὴ Ἀραβίας ὅμοιον θυίνῳ. ἐστιμένῃ ἐνώδες. πρὸς σύφον ἐν τῇ στόμαχῳ μετὰ τροφῆς πικρίας. φλοιὸν ἔχον δερματώδη, κὴ ὑπόκιλον. πρὸς δὲ διαμασώμενον κὴ διακλυζόμενον ἀφέλημα πρὸς εὐωδίαν στόματος. κὴ διάπασμα δὲ ὅλως τοῦ σώματος ὄζει. θυμιᾶται δὲ ἀντὶ λιβανωτοῦ. ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ ὁλκὴ πινομένη, στόμαχου πλάσμα καὶ ἀρτίαν καὶ καύσωνα πέπαγοῦσι. πρὸς τὰ λαγόσι πλευρὸν καὶ ἧπαρ. ἡ δυσεντερικοῖς ἢ διαφυομένοις ἀχρήστῳ, πινομένη μεθ' ὕδατος

De Agallocho. Caput XXI.

AGallochon lignũ est quod ex India & Arabia affert, thyię ligno simile, punctis distinctũ & maculosum, odoratũ, cũ amaritudine aliqua gustũ adstringens. Cortex corij similitudinẽ habet, colore uario. Commanducat ad oris & animæ suauitatẽ. Decocto eius itidẽ in eundẽ usum colluitur os. Cunctis idem corporis partibus siccũ tritumq; inspergitur. Incenditur uice thuris etiã & uaporatur ad odorẽ. Radix eius pota drachmę põdere, stomachi aquosos humores siccat: firmat eiusdẽ partis imbecillitatẽ, & ardores lenit. Succurrit pręterea cũ aqua potũ agallochon lateris doloribus iecorisq;, torminibus itidẽ & intestinorũ torminibus.

INTERPRES.

QVod scribente & commentante hæc Dioscoride, barbara appellatione agallochon dicebatur, secuta Græcorũ ætas xyloaloëm, facto ab amaritudine nomine, quasi aloës lignũ appellauit. Tradiderunt q; id posteriores Græci, quibus quantũ credendũ sit ex huius scriptoris historia & notis, facile erit noũisse. Paulus Aegineta nihil non idẽ Dioscoridi de eo tradit. Ex India lignũ esset thyiæ simile, odoratum, & quod cõmanducatũ oris halitũ cõmendet: & ad uapores suffitus q; incẽdatur. Cuius etiã radix pota drachmæ pondere stomachi aquosis humoribus & infirmitati medeatur. Iecori q; & intestinorũ torminibus accõmoda sit, & lateralibus doloribus: in hoc uno tantũ diuersus, q; non πλευρῶν πόνοις: ut Dioscorides, id est lateris doloribus, uerũ πλευρίτιδι, id est laterali dolori opitulari eam ait: quo aũt inter se hæc mala differant, dictũ à nobis est. Quã uero Dioscorides & Aegineta thyiã arborẽ dixerint non facile nobis conijcere fuit. Theophrastus eã lib. 1. de plantarũ historia inter siluestres arbores, quæ perpetuis frondibus uirent, numerauit: nec cupresso dissimilẽ alibi descripsit. Crediderunt q; aliqui eam esse, quam Homerus quinta Odysseæ rhapsodia à Circe ad odorem simul et lucem incendi dixit: Et quã Plinius lib. XIII. trogetẽ ab alijs uocari ait: licet non ijsdem literis in Homero et Theophrasto utraq; scribatur: liceat q; ob id non esse in utroq; eandẽ suspicari. Variant antiquiores Græci etiã hoc loco: sunt q; in quibus non thyiæ, sed sorbo simile agallochon legatur: quod more nostro (nequid scilicet relinquatur) dictis hactenus à nobis adiicitur. Non dixissem hoc loco quænam Græci diapasmata appellãt, nisi eorũ usum ad arcendos tantũ sudores Ruellius cõtraxisset, Plinium, priuatim de rosis agentem, magis q; rem & uniuersam eorum rationem, secutus: quæ ex eodẽ scriptore lib. XIII. patere illi poterat, cum siccis odoribus constare diapasmata tantum diceret, in diuersis his diuersas uires & usus ratiocinari legentibus relinquens. Sunt autem diapasmata aspergines sicci & in puluerem triti medicamenti alicuius, quæ totis corporibus aut eorum partibus fouendis, siccandis, laxandis, adstringendis, molliendis, durandis q; & odorandis aliquando inspergũtur: Ideo q; nos simpliciter siccum tritum q; uniuerso corpori inspergi diximus, nihil in ancipiti & multiplici re censere uolentes. Quæ enim ratio est, cur arcendis sudoribus magis q; odorandis corporibus utile agallochon dixisse Dioscoridem aliquis affirmet? Ego sanè id non ausim: & si & hic & Paulus Aegineta aquosos stomachi humores siccare testẽtur. Siccitatis enim huius alia ratio est. Et si priuatim in aliquẽ certum usum contrahere oportuisset, ad odorẽ potius q; ad arcendos sudores corporibus inspergi diximus: quando hæc præcipue uis eius est: & ex uno hoc usu non minus q; ex cunctis alijs commendatur. Reliquum nunc est, ut dicamus, quæ nos tormina & intestinorum tormina in morbis appellemus. Quod constitutis Græcarum Latinarum q; in his malis uocũ significationibus, nouisse facillimum erit. Incipiemus autem à Græcis, & ab his quos eius gẽtis medici στρόφους & στροφῶδη dixerunt, graues quidem, non tamen omnes, nec ubiq; in homine dolores, sed qui circa umbilicũ, omne q; id spatium quod in anteriore homine ab ostio stomachi usq; ad umbilici partes descendit: & quod, quoniam uenter illi subest, Græci epigastrion dicunt: in aliquot malis hominem torquent, ea uoce significantes. Vt q; audito cephalææ nomine, capitis permanẽs dolor intelligitur: sic στρόφων appellatione, hi tantum dolores significantur, qui ea parte nos cruciant: non ipsi certum aliquod morbi genus constituentes, sed alterius comites, & ut Græci dicunt συμπτώματα. Sunt autem illis συμπτώματα, autore Galeno in diffinitionibus suis, quæ morbis & affectionibus alijs superaccedunt. Ideo q; Paulus Aegineta libro secundo, capite quo docet, quibus instantem morbi crisim obseruare & cognoscere oporteat: diuisione hac utebatur ut diceret: Si per superna futura crisis sit, non esse semper habendam in malo insaniam: nec timendum, si

ægrotus

διάπασμα. τορμίνα. στρόφοι. συμπτώματα.

ægrotus furioſe profiliat: ad ſuperiora enim humores ferri hæc indicant. Sin autem per inferna, ſuperaccedere epigaſtrij eroſiones, & circa umbilicū σφόρους hos, de quibus nunc agimus. Idē libro tertio de dyſenteria ſcribens, his uerbis rem docuit: Si igitur cum excrementis exulcerationis notæ & ſigna additis doloribus & σφόροις excernantur, in gracilibus inteſtinis factā exulcerationē intelligito: in quo morbi genere non contentus dolores dixiſſe. latius enim patet doloris nomen, σφόρους addidit, certū & in certa parte doloris genus ſignificans. Nec multo poſt cum de craſſioris inteſtini, quod Græci colon dicunt, dolore, itidē doceret: numeraſſetq; plures eius, qui à craſſo pituitoſoq; humore fiat, notas: adiecit σφόροις his & frequenti rictu uexari in eo genere mali hominē. Eodem libro etiam quo capite de renum & ueſſicæ malis agit, inter alia calculoſorum renū indicia, σφοροῦς adiecit, quod eſt σφόροις cruciari & torqueri. Nam quod ad dolorē ſimpliciter pertinebat, dictum ab eo fuerat σφοδρῶς ἀλγοῦσι, ſcilicet quod eſt grauiſſimo dolore cruciari. Ex quibus omnibus, ne lōgiores ſimus, ſatis patere poteſt, quoſnā in genere doloq; priuatim σφόρους Græci appellauerint, hos Latini in uoce & re Græcos imitati, à torquendo, tormina dixerunt: frequensq; Plinio in huiuſcemodi ſignificatione ea uox eſt. Nec Celſus aliud ſignificare uidetur libro II. capite XI. cum de notis iamiam cutē ſubeuntis aquæ, his uerbis agit: Eiuſdē morbi nota eſt, ubi circa umbilicū inteſtina torquentur, ſtrophos Græci nominant. Idq; à Græcis nomen inueniſſe uidentur, ſiue ex antedictis, ſiue ex aliis cauſis fiant: ᾧ στρεφόμενοι. i. circumagentes ſe, in ea parte dolorem faciunt: quam doloris rationē Latini etiā animaduertentes, à torquēdo tormina eos dixerunt. Fuitq; in uerbo torquere antiquiſſima circumactionis flexuræq; æſtimatio: tum quia quæ contra naturā in animātium membris flectuntur & circumaguntur, dolorem faciunt: ad tormentum paulatim translata res eſt: neq; in hoc tantum, ſed in pleriſq; aliis doloribus torminū appellatio quondam in uſu erat. Nam Plinius urinæ tormina dixit, omnia difficilis urinæ genera complexus. Et Celſus quā Græci dyſenteriam dicebant, Græci nominis rationē ſecutus, inteſtinorum tormina appellauit: neq; ab re, quoniā id Græcis λυσεντερία ſignificat: quibus in multiplici hominis malo multa frequensq; particulę huius λύσ, in uocibus ſuis adiectio eſt: ut illis coniuncta grauitatem, laborē, difficultatē, dolorem & tormentū indicet. Nec alicubi copioſior q̄ in corpore noſtro morbis inuenitur, λυσωλίαις, λυσαγοίαις, λυσωκοίαις, λυσουρίαις, λυσεντερίαις, aliisq; huiuſcemodi multis, halitus, auriū, ſpiritus, urinæ, inteſtinoq;, aliarumq; partiū uitia, dolores & morbos indicans: fuiſſeq; in dyſenteria Latinis antiquā & quotidianam torminum appellationem, præter Celſum Plinius etiam teſtatur: qui torminalia ſorba quædā ideo uocari dixit, quoniam contra profuſam in dyſenteria aluū remedio eſſent. Et ſi antiquioribus medicis, Galenoq; præſertim in diffinitionibus ſuis, credendum ſit, nulla mali eius certior appellatio, q̄ ex dolore & tormēto afferri poterat. Eſt enim dyſenteria inteſtinorū cum inflammatione exulceratio: in qua cruenta feci' ue ſimilia excernuntur, torquenturq; dolore aluus & inteſtina: quod in cæteris inteſtinorū & alui malis, qualia ſunt diarrhœa, inteſtinoq; lēuor, & crebra & inanis egerendi uoluntas, non adeò fit. Dico autem diarrhœam copioſos alui, ſine inflammatione exulcerationeq;, fluores. Inteſtinorum autem lēuorem, quam Græci lienteriam, & crebras inanesq; egerendi uoluntates & impetus, quos ijdem tineſmos appellāt: de quibus priuatim alibi & certius dicetur. His ego autoribus & rei neceſſitate motus, Græcorum ſtrophos, tormina ſimpliciter: dyſenteriā uero, inteſtinorum tormina diximus hoc capite, & ubiq; poſthac dicemus. Scio fore multos, qui nouitatē noſtraq; uocū faſtidientes, non probent mutari à nobis, quæ iampridem, licet aliena & peregrina, ab omnibus pro domeſticis & propriis recepta ſunt, nec minus q̄ ungues digitoſq; ſuos nouerint omnes: fuiſſeq; id minus in dyſenteria, faciendum, quo nulla eſt domus & familia, in qua quotannis id malum non ſentiatur: nec noſtra ætas, niſi græca appellatione, de eo audiat & loquatur. Veruntamen ut non damnandum eoq; conſilium cenſemus, rebus enim non uocibus ſtant artes & indigent: & cum certa res ſit, qua cunq; appellatione indicetur, nihil referre: ſic etiā nō reijciendū eſſe noſtrū exiſtimamus: qui cum liceat domeſticis & propriis uti, alienis abſtinere debemus. Turpe enim eſt noſtris opibus uti neſcientes, pauperiores q̄ uoluerit nos eſſe antiqua ætas, uideri. Quæ licet multa in artibus non tā feliciter q̄ græci conſtituere & tradere potuerit, ideoq; in pleriſq; eorum uocibus uti oportuerit. Non ideo tamen negligenda alia, quæ relicta poſteris ab ea fuerunt, tam multa numero, tamq; ſignificatione certa, ut ſi diligentius ex antiquis ſcriptoribus repetantur, paulominus q̄ in cunctis latine loquentem medicinam audire liceat. Quo ſtudio & ſpe impulſi, non deſinemus quod hactenus egimus, quicunq; legentium de nobis futurus ſit ſenſus: poſthac etiam agere & id quidem bona ſpe, fore aliquando, quod Lucretius cecinit, ut conſuetudo concinnet amorem.

λύσ.

διάῤῥοιαι. Diarrhœa.

λεντερία. Inteſtinorū lēuor.

τῆνεσμὸς. Crebra & inanis egerendi uolūtas & impetus.

Περὶ Νασκάφθου. κεφ. κβ'.

Νασκαφθον. οἱ δὲ, νάρκαφθον. ἡ τοῦτο ἐκ τῆς ἰνδικῆς κομίζεται. ἔστι δὲ φλοιῶδες. συκαμίνου λεπίσματι ἐοικός. θυμιώμενον δι' ὑπὸ τὴν ἐνωσίαν, καὶ μιγνύμενον τοῖς σκυβασοῖς θυμιάμασι, ὠφελοῦν καὶ μήτραν ἐσεγνωμένην, ὑπερθυμιαθέν.

De Naſcaphtho. Cap. XXII.

Naſcaphthon. Sūt qui Luna tm̄ mutata littera, narcaphthon uocēt. Afferť & hoc ex India: q̄d torminibus ſubuenit. Corticis ſpeciē & figurā habet, Aegyptię ſimili libro ſimilē. Incēditur per ſe ad odorē, miſcetq; his cōpoſita quę in eundē uſum incēdunt & uaporant. Idem adſtrictis fœminarū locis ſuffitu prodeſt.

INTERPRES.

Svnt Paulo Aeginetæ de Naſcaphtho hoc omnia Dioſcoridi eadem: Indicū ſcilicet odoramentum eſſe, quod contra adſtrictos fœminarum locos incēdatur, & ad ſuffitus uaporetur. Nihil de eo, quod hactenus inuentum nobis fuerit, Theophraſtus aut Plinius docuerunt. Ideoq; non ab re forſitan fuerit incognitum illis fuiſſe ſuſpicari. In antiquiſſimo certe & probatiſſimo nobis codice, nullibi etiam hoc

legitur

legitur caput. Nec deprehendi eius ueſtigiũ aliquod in eo à nobis potuit: non leui, niſi Paulus id confirmaret, ſuſpicione, cum liceret Plinio ab eodem hoc ſcriptore, à quo plura alia acceperat, hoc etiã accipere. Variant ab impreſſo duobus locis hoc capite antiquiores Græci. In aliquibus enim poſt illud: & hoc ex India affertur: legitur ſtatim, ὁ προφουμιζόμενος ἀρήγει, id eſt quod torminibus ſubuenit: nullo eius remedij antiqui alicuius ſcriptoris teſtimõio. Siquidẽ nec Paulus Aegineta cum alioꝝ meminiſſet, nec antiqua Dioſcoridis interpretatio eius meminerunt: ideoq; nos id negleximus. Variant & illic pariter, quo loco hic ait, incendi uapo rariq; ad ſuffitus utiliter contra præcluſos fœminaꝝ locos. Sunt enim in quibus μάλλον ἐστενωμένην, & in quibus ἐστεγνωμένῳ legatur. Significatq; altera uox, quod anguſtũ præcluſumq; ſit: altera, quod aſtrictũ, nec humores remittens, qualia ſunt nullo uitio curta aut rimoſa fictilia: primumq; illud anguſtiaꝝ & præcluſionis uitium, quod Græci φίμον dicunt, in oſtio muliebriũ locorũ ex præcedente exulceratione, aut durata illic inflãmatione fit. Alteꝝ ad ſuppreſſos menſes, & eius partis fluores pertinet. Nos in ambiguo id maluimus: quod ab antiquo medicinæ autore Paulo Aegineta cõfirmabatur. Quo enim capite ab eo docetur de muliebriũ locorũ clauſura, quã φίμον & ipſe & alij appellant, ſi inueterauerit id malũ, ſuffimẽtis uaporibusq; aromatũ utendũ eſſe præcepit: quod curatiõis genus à Dioſcoride etiã in Naſcaptho hoc, eodẽ modo docetur. Scien dum præterea non omnẽ præcluſionẽ à Græcis in medicina φίμον uocari, ſed eam tantũ, quæ in genitalibus in utroq; ſexu: translatam q; uocem ab his fuiſſe, quæ alioquin natura ſua aperta & patentia coërcentur & colligant, ut in ſacculis periſcy omnibus fit, quæ funiculo à ſuperiore parte nectũtur: & in mordacibus tantum equis & canibus, in quibus nõ tantũ inſerto ori freno, ſed toto ambitu quaſi fibula quadã colligato rictu & ore, morſus arcetur, quod quotidie uidere licet. Id genus uinculi Græci φίμον & aliquando κημὸν appellauerunt. Auditurq; id quotidie in Pſalmo: In camo & freno maxillas eorum conſtringe. Nec φίμοσ & φιμοῦν Græcis aliud eſt, q̃ nectere, colligare q̃, & colligando claudere. Cũq; in genitalibus hominis aliquando fiat, ut quas natura partes ad excrementũ continue apertas eſſe uoluit: ſi ſimili claudantur modo, tunc mali genus id φίμον dicunt: autorq; eſt in diffinitionibus ſuis Galenus, bifariam id malum fieri: aut per ſe, & à natura: aut, ut ipſe ait, ἐξ ἐπιγενήματος, id eſt ex malo aliquo quod poſtea acceſſerit: quales numerauit cauſas Paulus Aegineta, exulcerationem quæ præceſſerit, aut duratam inflammationem.

φίμοσ.

Περὶ Καρκάμου. Κεφ. κγ'.

προῶς ἐοικός

Κάρκαμον. λάκκυός ἐστιν ἀραβικῆς ξύλου, σμύρνης * προσεοικός. ἑψοῦσι δὲ αὐτὸ μετὰ τῆς γεύσεως. ᾧ πρὸς ὠτων θυμιάματα χρῶνται. ὑπὸ καπνίζουσι δὲ καὶ τὰ ἱμάτια, μετὰ σμύρνης καὶ σύριακος. δίδωμι δὲ ἰσοζήτῃ ἔχοντα ὀχναλικὴν τὸ καταπιμέλωμ, τριοβόλου πλῆθος πινόμενον, σὺν ὕδατι ἢ ὀξυμέλιτι ἐφ' ἡμέρας ἑπτά. λίθου δὲ καὶ ἀλλήλων καὶ ἐπιληπτικοῖς. καὶ ἀθυμαλικοῖς. ἔμμηνά τε ἄγει σὺν μελικράτῳ. καθαίρει δὲ καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ταχέως οὐλάς. καὶ ἀμβλυωπίας ἰᾶται, διαθεὶς οἴνῳ. πρός τε μυδήσεις οὖλ' καὶ ὀδοντάλγίας, ὡς οὐδὲν ἕτερον, πρίσ.

De Canchamo Caput XXIII.

CAnchamon, ⌊Romani pariter Græcis canchamũ dicunt.⌋ Lachryma eſt in Arabia naſcẽtis arboris, canchamũ: habet aliquã myrrhæ ſimilitudinẽ: & uiroſo in guſtu odore ſentit. Eam ad odorẽ incendũt & uaporant. Veſtes additis myrrha & ſtyrace eiuſdẽ fumo etiã odorant. Ferunt potu eius triobolari pondere cum aqua aceto'ue mulſo aliquot diebus, gracileſcere nimia obeſitate pingues. Datur præterea lienoſis, comitialibus, ſuſpirioſiſq;. Menſes cum mulſa aqua trahit. Hebetibus eadem medetur oculis, & eorum cicatrices celerrime exterit. Facit præterea ut quod uolueris aliud, ad exeſas, continuaq; deſtillatione eroſas gingiuas, & dentium dolores.

INTERPRES.

LAxandi uires ultra odoris uſum Canchamo Aegineta tribuit: nec reliquit etiã quod hic ait, potu eius ad gracilitatem obeſos contrahi. Vtq; hæc, ſic etiam cætera omnia illi eadem Dioſcoridi ſunt. In medicina autem & oculorum malis, quas nos cicatrices diximus, nouiſſe oportet à Galeno in Iſagoge ſua diffiniri, Cicatricem eſſe, cum in nigra oculi parte ex profunda exulceratione craſſior oculo membrana ſuperuenit, & candido colore conſpicitur. Paulus tamen Aegineta in ſecundo aliter de tota hac re docuit: quę in ſuperficie oculi fiunt cicatrices, à quibuſdam cicatricum nomine tantum, à quibuſdam nubeculæ appellari dicens: Profundiores uero, albugines, quaſi congeneres oculi labes ſint, nec niſi profunditate & ſuperficie inter ſe differunt.

Περὶ Κύφεως. Κεφ. κδ'.

Κύφι. θυμίαμάτος ὄστι σκευασία, κεχρισμένη θεοῖς. χρῶνται δὲ αὐτῷ κ[1]ικόφωσι δι' ὑγιπτίων ἱερεῖς. μίγνυται δὲ ἀνθρώπος. καὶ ἀθυμαλικοῖς δίδοται ἐν πτίσμασι. σκευασίαι δ' αὐτὴ ἐμφέρουσι πλείονες. ἐν ἅις ὄστι καὶ ἄυτη. κυπέρου ἡμίξεσον, ἀγκυδαμίδος ἀσφάλτου τὸ

De Cyphi. Caput XXIIII.

ODorati uaporis & incenſi cõfectio dicta dijs cyphi eſt: Vtuntur q; ea multum in Aegypto ſacerdotes. Veruntamen hæc ipſa etiam antidotis miſcetur: datur q; in potione ſuſpirioſis. Plures eius confectiones tradunt, inter quas hęc etiã eſt. Sumito anguloſi odorati iũci ſextarij ſemiſſem: craſſaꝝ iunipe

ti bac-

τὸ αὐτό. σαφίδων λιπαρῶν ἐκγιγαστισμένων μνᾶς ιβ'. ξηντίνης ἀποκεκαθαρμένης μνᾶς ε'. καλάμου εὐωμαλικοῦ. ἀσπαλάθου. χοίνικα, ἑκάστου μνᾶ μία. σμύρνης < ις'. οἴνου παλαιοῦ ξέσταις θ'. μέλιτος μνᾶς ς'. ἐκγιγαστίσας τὰ σαφίδια κόψον καὶ λέαινον μετ' οἴνου καὶ σμύρνης. εἶτα τὰ ἄλλα κόψας καὶ σήσας, μίξον τούτοις. ἔασόν τε συμπιεσθῆναι ἡμέρας δύο. εἶτα ἑψήσας τὸ μέλι ἄχρι κολλώδους συστάσεως, μίξον ὑπολιπὼν τοῦ ξηντίνου πεντεκαίδεκα. εἶτα τὰ λοιπὰ σπουδαίως ξέσας ὑπὸ μελῶς, ἀπορίθεσον εἰς ἀγγεῖον ὀστράκινον.

ri baccarū tantundem: pinguis, suisq; nucleis purgatæ passæ uuæ põdo duodecim: purgatæ resinę pondo decem: calami odorati, aspalathi, rotūdicq; odorati iunci singulorū pondo: myrrhæ põdo duodecim, uini ueteris sextarios nouẽ, mellis pondo duo: tum exemptis nucleis, uuam passam tūdito, & cum uino myrrhaq; subigito. Cętera deinde tusa cribrataq; his misceto, finitoq; integrā diem cõ bibere: tum melle usq; ad glutini crassitudinẽ decocto, liquefactam resinam diligenter illi misceto, & post resinam cætera omnia diligẽtissime trita, & in picato uase repositа, seruato.

INTERPRES.

HAbuerunt primos diuq; solos deos rudi & inculto adhuc seculo homines tum primū, ut poëtæ finxerūt, luto cõpositi, & rupto rubore nati: quos cœlū, & in eo phænomena quotidie sibi ostenderẽt: maximeq; omniū solẽ ideò uenerati sunt, q̃ eius syderis calore foueri, & luce dirigi uitam omnẽ sibi sentirent. Nec nisi post salutarẽ exortū religionis nostræ, precibus & sacrificijs desierūt gentes aliquæ rebus suis sibiq; propitium id numen facere: tam altæ eorū animis uanæ quidẽ, ueræ in melioris religionis ignorantia excusabilis superstitionis labes inhæserat: eoq; maiore religionis sanctitate exerceri credebatur, quò ab Aegyptijs, quos admirata semper antiquitas fuit, & Plato claros in sapientia & egregios appellauit, omnia ad indefessum id sydus, inextinctamq; eius lucẽ religionis suæ mysteria referebantur, tam multa numero, tamq; ritu & obseruatione diuersa, & ex naturæ uiribus repetita, ut non contemnendū Plutarchus cõmentariū sub Isidis & Osyridis titulo de his quondā scripserit. Nec spernendū alicui sit, dum superstitio falsæq; religionis cultus docetur, naturā cognouisse. Amabant, colebant, & adorabant quotidie Aegyptij solẽ: matutinoq; ad se reuersum, precibus, sacrificijs & incensis odoribus excipiebant. Et quoniā non satis in religione est incepisse, repetitis in meridie & ad uesperā ijsdẽ precibus & sacrificijs, sed non ijsdem incensis odoribus, tam benefici syderis illius numen uenerabantur. Eratq; illis, ut idẽ Plutarchus eodem de Iside & Osyride cõmentario testatus est, in odoribus his & incensis hic ordo & ritus: ut exoriente eo sydere, incensa resina uaporatus aër numini eius placeret: per mediū deinde cœlū ingrediẽti, myrrha: & ad occasum decliui, quod Cyphi ab illis dicebatur, eodem incenderetur modo: hoc scilicet ex tam multis compositū, siue odoramentum, siue medicamentū malis dicere, de quo nunc agimus: utq; erat autor ille totius antiquitatis, & omniū quæ in moribus, religione, artibus, socialiq; omni uita egissent & agerent homines, diligentissimus indagator & acerrimus iudex: ne uiderentur (quod sibi uerisimile non erat) clari sapiẽtia Aegyptij, tam ridicula superstitione deū coluisse, omniū huiuscemodi obseruationū meliores aliquas rationes prodere conatus est. In eoq; præsertim laborauit, ut ostenderet ad sanitatẽ uapores & incensa hæc ab illis instituta fuisse: nõ ob aliā sanè causam: nisi quia existimarent male diuina ab his tractari, qui morboso corpore & perturbato animo essent. Cumq; plurimū aëre utamur omnes, nec eodẽ tẽperamento hic semper sit, sed noctu densetur, corpusq; nostrū ponderosior premat, & tenebris eius temporis animū in tristitiā & solicitudinem contrahat: ideò statim à lecto resinā incendebant, aërem simul purgantes, & commistum corpori nostro spiritum, acri & sensum tentante resinæ illius odore uentilantes, & à languore excitantes. Mox in meridie sentiẽtes grauem copiosumq; ui solis halitū ex terra trahi, incensa myrrha aërem extenuabant. Disicit enim calor & spargit quod in continenti (dico autẽ continens, quod nos undiq; ambit & continet) concreuit turbidum, & cum humore sordidū. Quā rationẽ sequentes medici in pestilentia, accẽso igne & excitata flamma, sicq; extenuato aëre, opẽ ferre credunt. Extenuāt autẽ maximè incensa odorata ligna, qualis pinus, cupressus & iuniperus est. Retulitq; idẽ Plutarchus, clarę Athenis medicū Agronẽ noïe, nõ paucis in pestilẽtia, cũ iuberet prope ignẽ haberi ęgrotos, profuisse. Aristoteles p̃terea nõ minorẽ sanitatis q̃ uoluptatis in unguẽtis, floribus, & odoratis pratis rationẽ esse uoluit: frigidū natura, & quasi glaciale humanū cerebrū, caliditate leni tateq; sua sensim relaxātibus. Vespere tandẽ ad arcẽdos mẽtis in somno tumultus cyphi iucẽdebaf: q̃d multiplices aromatū uires in se cõplexū cũ arderet, mitẽ halitū gratosq; ex se uapores mittebat: quoę cõtagio infectus aër, naribus & respiratione attractus, omnẽ diurnaę solicitudinū tristitiā & meditationẽ, ueluti nexus & uincula quædā laxaret & aperiret: simulq; humanæ mẽtis partẽ, in qua phãtasmata & somnia moueñt, quasi speculū leuigaret: nec minus ad edormiendā purgatā & tranquillā quietẽ odoribus & incẽsis his animū in Aegypto sacerdotes p̃parabãt, q̃ lyræ pulsibus Pythagorici quondā facere cõsueuissent. Dico aũt phãtasmata, q̃ in genere somnioę ueteres sic appellauerũt, & Cicero sæpe uisa noiauit. Hic erat in Aegypto cypheos usus, à sacerdotibus eius gẽtis ad sanitatẽ, uoluptatẽq;, & delicias uitæ magis, q̃ ad religionẽ inuẽtus: & si religiosè cõficeret, nec nisi ex sacraę literarū cõmẽtarijs, dictãtibusq; sacerdotibus, ab unguẽtarijs eã fieri confectionẽ liceret: & certus reę etiã exigeret numerus, q sexdecim erat, quadratus, & parirer par. Erãt cypheos huius cõfectiões uariæ, qd' hic à principio statim testaf: uideq; hoc loco ea describi, q̃ in frequẽtiore medicinæ usu fortè & notior omnibus erat. Nã quę à Plutarcho describiť, amplior est: hæc decẽ, illa sexdecim rebus constat, ad explendū quadratū quẽ diximus numerum. Quæ autem huic Plutarchus adiẽcit (nam cætera eadem ambobus sunt,) seselis est, bitumen, thryon, lapathum, quæ rumex nostris dicitur:

utriusq;

utriuſq; iuniperi bacca: nam alterã tantũ Dioſcorides numerat: & cardamomũ. Fuiſſe itidẽ plures & diuerſas eius confectiones Paulus Aegineta: qui quo loco agit de deſtillationibus à capite in ſubiectas partes, inter cætera olfactu his prodeſſe ait Cyphi, quod ſeleniacũ, id eſt lunare uocãt: manifeſto argumento, fuiſſe quondã quod Soli, & quod Lunæ priuatim inſeruiret. Idẽ non multo poſt de iecoris uitijs agens, plures hoc nomine cõfectiões quondã fuiſſe teſtatus eſt. Fuerũt, ut patet, cypheos primi autores Aegyptij, primusq; in religione eius uſus fuit: idq; eſt quod hic ait, dijs dicatã confectionẽ eam eſſe: & multũ, quotidie ſcilicet & ter uti ea Aegyptiorũ ſacerdotes. Ad faciendã deinde homini medicinã translata res eſt: poſteriores q; me

Eclegmata dici inter eclegmata eã numerauerunt: dico aũt eclegmata, quæ linguntur magis q̃ deuorantur: & retenta ore, aut linguæ impoſita ſubdita'ue, paulatim tabeſcunt. Nos uaporis & incenſi confectionẽ ex priore illo uſu, autore Dioſcoride, cyphi diximus. Nam quod ille θυμίαμα una uoce expreſſit, nos pluribus, cũ aliter nõ

Thymiamata. liceret, ex nominis & rei æſtimatione ſignauimus. Sunt aũt Græcis thymiamata, quæcunq; in aris ad ſuffitum & odorẽ uaporantur: quæ ſacræ literæ aliquando incenſa appellauerunt. Non tacendũ hoc loco etiã, quod ſuſpicati ſæpe ſumus, non eſſe Dioſcoridis legitimũ hoc caput: quoniã in antiquiſſimo omniũ mihi & probatiſſimo codice non legitur: nec eius meminerit Paulus Aegineta, cum medicã omnẽ materiã lib. VI. percurreret: quod agendũ non erat homini, qui in curandis morbis uſus eo ſæpenumero fuiſſet. Quodq; in ea ſuſpicione magis nos traxit, illud eſt: q̃ par ꝫ uerſimile eſt, ſimplicẽ medicã materiã docentẽ hominẽ cõpoſitã illi miſcuiſſe. Nec eſt q̃ miretur aliquis, in Græcorũ ſcriptorũ codicibus tam multas & tam graues labes: quo enim malo fato Latina res iam pridẽ perijt, eodẽ & Græca collabefactata eſt: & quod adijciẽdi cõtinue antiquorũ decretis aliquid uitiũ nunc omnes tenet, idẽ antiquiores tenuit, dum uolumus omnes aut ſapientiores uideri, aut otio conſulentes, parata & expoſita eodẽ loco omnia habere. Suſpicio tamen, non decretum hoc ſit: Neq; enim nos rem damnamus, nec legẽtibus inutile fuerit tam multa de Aegyptiorum ſacerdotum & medicorum Cyphi narrata, à nobis & ex antiquitate repetita fuiſſe.

περὶ κρόκου. κεφ. κέ.

Κρόκ. Οἱ δὲ, κάσωρ. οἱ δὲ, κυνόμορφος. πρόφητα αἷμα ἡγακλέους. Ἐσὶ κράτ. ἐν ἰατρικῇ χρήσ. ὁ κωρύκ. πρόσφατός τε εὐχρους. ὀλίγον τὸ λθυκὸν ἔχον ἐπὶ τῇ ἐλικος. ὠλιμικὸς. ὁλομελὴς. ἄδρανς. ἀνεπικτὴς. πλήρης. βάπτων ἐν διέσθω τὰς χεῖρας. οὐκ εὐρωτιῶν ἢ ἱκμάζων. ἐπακτικὸς δὲ ἐν τῇ ὀσμῇ καὶ ῥιμύς. ὁ γὰρ μὴ πριοῦτ, ἢ παλαιὸς ὄζει, ἢ βεβρεγμένος. διυτορεύῃ δὲ ὁ ἐκ τῆ πρὸς λυκίαν κωρυκίου. καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ λυκιακοῦ ὀλύμπου. εἶτα ὁ ἀπ' αἰγῶν ἐν αἰτωλίας. ὁ δὲ κυρηναϊκ. ὁ ἐκ τῆ κνιδίας, πάντων τῶν κατὰ τὴν σικελίαν. ἀσθενῆς κατὰ δύναμιν. λαχανώδεις ὄντες πάντες. διὰ μὴν τοι τὸ πολύχυλον καὶ εὔχρουν οἱ ἐν τῇ ἰταλίᾳ τὴν διίαν βάπτοντες. τούτῳ χρῶνται. πολλοὶ δὲ πεπράσκεται διὰ τοῦτο. εἰς δὲ τὰ φάρμακα, ὁ προγεγραμμένος ὅτι χρήσιμος. ὀλοῦνται δὲ μίξει κροκομάγματ κεκομμένου. ἢ δι' ἐφήματ ὑπαλειφόμενος. σωτερίμμένου, εἰς τὸ βαρυσαδίσαι, λυδαργύρου ἢ μολυβδαίνης. δηλοῖ δὲ ταῦτα τό, πε ἐντρέχον κονιορτῶδες. ἐν τὸ τῆ ὀσμὴν ἐφηματώδη τυγχάνειν. Θεασαλὸς μὲν οὖν φησι μόνον εὐώδη αὐτόν. οἱ δὲ μὴ θαυάσιμον, εἰ πιεῖν ἀπὸ δραχμῶν γ'. μεθ' ὕδατος. ἡδὺ δὲ τὸ ἀληθὲς, ἔχει δύναμιν πεπτικήν. μαλακτικήν. ὑπνοφόρον. οὐρητικήν. πρὸς ἔχει εὐχροιαν. καὶ ἀκραίπαλόν ὄζει μετὰ γλυκέος πινόμενος. ξηραίνει τε ὀφθαλμῶν ἐπιχεόμενος,

De Croco. Caput XXV.

CRocon. Sunt qui caſtora, qui cynomorphon appellent. Magi ſanguinẽ Herculis. Romãi pariter Græcis crocon dicũt. Probatiſſimus in medicinæ uſu Corycius ex Cilicia eſt, recens, qui coloris ſui bonitate rubet, & exiguo in capreolis candido eſt. Qui itidẽ longus, integer, friabilis, ſqualidus & ſine unguine, plenus: & cũ madeſcit, manus inficiẽs. Qui tandẽ cariẽ non ſenſerit humeſcat'ue: odore iocũdo, & leni acrimonia ſit. Qui enim talis non erit, aut intẽpeſtiue lectus fuit, aut ętate bonitatẽ amiſit, aut maduit. Secundæ bonitatis à Corycio Ciliciæ croco eſt, qui ex agro ad Lyciã, & ex Olympo Lycię mõte afferẽ. Tertię deinde, qui ex Aegis Aetoliæ urbe. Cyrenaicus autẽ & Siciliæ Centuripinus, oleꝫ modo ſatiui omnes * cũctis aliꝭ in eadẽ Sicilia uiribus & poteſtate ignauior. Veruntñ ob humoris ſuccíq; copiã & coloris bonitatẽ in Italia ex mortario ad infectiones eo utũtur, eamq; ob cauſam grãdi pretio uenit: in medicina tamen primus ille utiliſſimus eſt. Adulteraẽ croc⁹ admixto tuſo crocomagmate, quod crocini unguenti fex & recrementũ eſt. Adulteraẽ itidẽ defruto aſpſus, adiecta ad grauitatẽ & ad põdus, argẽti ſpuma, aut plũbagine: Veꝫ fraudẽ indicat puluerulẽta eius facies, & defruti odor. Bonitate odoris tantum commendari crocum, Theſſalus quondam autor fuit. Alij etiam letalem dixerunt, ſi trium drachmarꝫ pondere bibendus detur. Sed quod uerum ſit, maturat crocus, mollit, leniter adſtringit, urinam cit, & amabilem coloris bonitatem facit. Arcet idem crapulam cum paſſo potus. Inungitur contra oculorum deſtillationes.

Siſtitq;

σείλλῃ σὺν γάλακτι γυναικείῳ. μίγνυτῃ δὲ καὶ πρὸς τὰ ἐνάδες πτίσμασι χρησίμως. καὶ πρόσθεμασι, καὶ καταπλάσμασι πρὸς πρὸς τὴν μήτραν καὶ σπληνός. πρὸς δὲ καὶ πρὸς ἀφροδίσια. τάς τε ἐρυσιπελατώδεις φλεγμονὰς πραΰνει καταχριόμενος. καὶ εἰς τὰς ὠχρὰς χρησιμεύει. φασὶ δὲ καὶ ἀναιρεῖκομὰ αὐτὸ εἶναι μεθ' ὕδατος πινόμενος πλῆθος < δ'. πρὸς δὲ εὐλέαν τρμαῦτ γίνεσθαι, σπεμήλῳ ψύχει ἐν ὀξυσακίνῳ θερμῷ. ταχέως δὲ σπασφέφιν. καὶ ἡ ῥίζα αὐτὸ πινομένη σὺν γλυκεῖ, οὖρα κινεῖ.

Siſtitq; eas ex humano lacte inũctus. Miſceť præterea utiliter potionibus contra intrinſecas

* Miſceť & his quæ fœminis priuatim ad locorum ſuorum, & in utroq; ſexu ſedis uitia ſubĩciuntur & illinuntur. Venerem ſtimulat. Sacroꝝ ignium inflammationes inunctus lenit. Aurium remediis utiliſſimus eſt. Verum ut facile teratur, friabiliſq; fiat, in ſole calida ue picata teſta torrẽdus antea eſt: ſic tamen ut celerrime uerſetur. Croci præterea bulboſæ radices urinam cient, cum paſſo potæ.

INTERPRES.

VTinam qui conuerſo in florem ſui nominis puero primus omniũ crocum mortalibus oſtendit anceps deus & muſarũ comes Mercurius, agentibus hoc nobis adeſſet: & qua quondam potuit uirga pallentes manes ab orco euocare, eadẽ capitis huius tenebras nobis aperiret: & quæ in eo latent, in apertũ & lucẽ proferret. Si enim id nobis contingat, ut fuit deus ille facundus ſemper & ubiq; comis: & ut ſolemus omnes amoriũ noſtrorũ libenter meminiſſe, non ſolũ quod in hiſtoria croci optamus, uerũ tragicas uirgines & pueri incognomines plantas, & fabuloſas mutationes obiter nos docuiſſet: triſtisq; non tamen inuitus, narraſſet colludentẽ diſco ſibi Crocũ incautũ interemiſſe, defunctiq; pueri mortẽ & memoriã noui floris ortu inſtauraſſe, in quo puerilis ſanguinis notæ perpetuo poſthac rutilarẽt: deſiderioq; eiuſdẽ tabeſcẽtem Milacẽ uirginẽ, in ſui nominis florem etiã transformaſſe: ut quos uiuentes amor cõiunxerat, ſimilis defunctos comitaretur fortuna: negatosq; ſibi nuptiarũ in uita hymenæos, in poëtis ſcriptoribusq; aliis æternos & honeſtiores inuenirẽt. Caneretq; Naſo in transformationibus ſuis, quod æternũ legerent poſteri: Et Crocon in paruos uerſum cum Milace flores: & Plinius Milacẽ in coronis damnaret: quoniã lugubris ſit, uirgine eius nominis propter amorẽ iuuenis Croci mutata in hunc fruticẽ, nuſquamq; alteræ ab altera ſepararet Græcus poëta Nonnus, qui Dionyſiaca ſcripſit, amoꝝ flores pluribus locis eos appellans, Iouẽq; Croco, Iunonẽ Milace coronãs: & ne longiores ſimus, in delicijs uitæ ſimul ubiq; eos cõponens. Laudaretq; tandẽ Tarſenſis Philo ab odore & colore Crocũ, cuius cruorẽ in Mercurialibus herbis ſplẽdere eleganti uerſiculo dixit: οὗ λύθρῳ ἑρμείοιο λάμπεται ἐν βοτάναις: floris ſimul colorẽ & pueri fortunã deſcribens. Quæ licet fabuloſa ſint, dixiſſet tamen ea totius antiquitatis peritus deus, humaniores literas profitentibus, nec ingrata penitus, nec inutilia. Dixiſſet etiã liberalis: &, ut eſt uniuerſo numini natura benefacere, quæ in Dioſcoride croco negligentia & imperitia ueterũ turpiter quondã amiſſã, fruſtra modo repetuntur: Sed nulla eſt nobis diuini auxilij ſpes: deſierunt enim iampridẽ uitioſos animos noſtros mouere dij: & quaſi manu apprehenſos, ut quondã cõſueuerant, ad occultæ ueritatis cognitionẽ perducere. Suſcipienda ideo res nobis eſt, multoq; labore & indefeſſo ſtudio eruſcanda ſimul in hoc capite multa, quæ corrupta, amiſſa, nec ſuis locis ſeruata, omnẽ eius intellectũ turbant. Et quoniã aliaꝝ croci appellationũ nulla eſt nobis ratio, quæ plures etiam q̃ in impreſſo Dioſcoride in antiquis aliis Græcis legunť, ut à principio diximus, nihil de his agemus, incognitas nobis à legentibus exiſtimari æquo animo ferẽtes. Laudat, & omnibus aliis antefert coryciũ ex Cilicia crocũ Dioſc. ſubſcribuntq; in eo illi poëtæ & ſcriptores alij omnes. Nec eſt q̃d nunc cõmentari in hoc ultra oporteat. In bonitatis deinde notis uarie in antiquis Græcis legiť, q̃d nos friabile diximus: in aliquot enim ἄθρωστον quod eſt infragile, & tenaci lentore duꝝ: in aliquot uero ἔνθρωστον, quod friabile ſignificat, contrario penitus ſenſu: priorẽq; illã lectionẽ ſecuti ſunt iuniores omnes. Plinius alterã his uerbis confirmat. Probatio ſyncери, impoſita manu crepat ueluti fragile: nosq; in ambiguo hanc magis probauimus: nõ tã Plinij autoritate q̃ neceſſitate & uſu eius admoniti: friato enim plerunq; in cibis & in medicina croco utimur. Sequiť eã mox uocẽ alia, quæ penit⁹ corrupta ſit, ἀνάλιπτος. ſ. cũ ἄλιπτος legi oporteat. i. q̃ nullo unguine uueſcat, non cui nihil deſit: idq; meliores Græci adhuc habent. Nec obſtat q̃ Plinius decreuit optimũ ubicũq; quod pinguiſſimũ. Craſſitudinẽ enim nõ unguen ea uoce ſignificauit. Obſeruauimus præterea nõ eodẽ modo in cunctis legi βάπλων ἐν λιποῦ τὰς χεῖρας. Sed in aliquibus, ut modo ſcripſimus, manifeſta ſignificatione infici attritu croci manus. In aliquibus aũt λιαιοῦ. i. cũ humore diluiť: q̃d quoniã uniuerſo croco cõe eſt, minus ideò nobis placuit. Reſtituimus itidẽ non multo poſt uocẽ, quæ in cunctis aliis, præterq̃ in eo qui mihi omnium probatiſſimus eſt, perierat: illic. ſ. ubi hic ait: Qui enim talis non fuerit & c. Deerat enim ἄωρον: quod nos intẽ peſtiue lectũ diximus, manifeſta eius uocis iactura, & neceſſaria inſtauratione. Incertus ab hoc loco nec ſequax ſermonis curſus eſt: nõ tñ intellectũ adeò confundit, ut non facile diſſimulari, aut ex Plinio in integrũ reſtitui non potuerit. Per regiones de bonitate & honore croci agit hoc loco Dioſ. Cũq; à principio Coryciũ ex Cilicia præ cunctis aliis laudaſſet, in ſecũdo cẽſu & ordine lyciũ & ex mõte olympo numerabat: uerũ articulus præpoſitiuus, & Coryciꝝ in genitiuo caſu, illic occurrẽtes, legitimã ſermõis ſeriẽ miſcẽt: ideoq; nos ſecundæ bonitatis à Corycio ex Cilicia eſſe diximus eũ qui ex agro ad Lyciã, & Lycię olympo mõte afferat: nullã eaꝝ uocũ perire nobis inutilẽ patientes: cũ alioquin licuiſſet ex Plinio breuius & certius totã abſoluere. Siquidẽ ille etiã ſic decreuit. Prima nobilitas Cilicio croco, & ibi in Coryco mõte: dein Lycio mõte olympo: ſed nos qualẽ habet noſtra ætas Dioſcoridẽ interpretamur, non Pliniũ excribimus. Grauius in Cyrenaico croco à librarijs peccatũ eſt: nihil emi illi reddiť: ueꝝ ſtatim ad eos qui in Sicilia naſcunť translatus ſermo

eſt,tam incerto intellectu,ut nos hiatū illic reliquerimus,qui à doctioribus aliqñ expleaſ: Credimusq; nos uitiū aliqd in Cyrenaico ſignificaſſe Dioſcoridē,qd tñ nūc nō legiť,quale Plinius in eo,nigredinē.ſ. damnauit:Mox de Siculis egiſſe,omniūq; in ea inſula naſcentiū Centuripinū ignauiſſimū dixiſſe : ſatiuosq; omnes hos eſſe,ideoq; ignauiores:quoniā autore Plinio,optimū ſilueſtre ſit.In antiquioribus Græcis aliquot certiſſimo ſenſu & intellectu hic locus adhuc inueniť. Cyrenaicus. ſ. & Siculus cunctis aliis poteſtate & uiribus ignauiores,ſucco tamen abundāt &c. Nec quicq; impediebat ſic reddi.Sed nos cōmunē ſecuti lectionē,fidē magis diligentiāq; noſtrā q; interpretandi fœlicitatē legentibus maiore hoc labore præſtare uoluimus. Deſideraſ illic etiā certū morbi genus,qd loco legiť:Miſceť preterea crocus utiliter potionibus cōtra intrinſecas &c. Deeſt enim ut diximus morbi genus. Plinius in medicina croco tribuit, ut ſuccurrat ſtomachi exulcerationibus,pectoris & renū,iocinoq;,pulmonū,ueſicaq; peculiariter:quoq; aliqua aut omnia ueriſimile eſt quondā in Dioſcoride fuiſſe: cuncta enim intrinſeca ſunt:nec per ſe præpoſitiuus ille articulus in multiplici re certū aliquid ſignificare poteſt:non enim in curādis morbis ſic dici poteſt & debet,dari aliquid πρὸς τὰ ὠμὰ:cū multa & diuerſa ſint: ut dicitur,τὰ πρὸς μυν,τὰ τοῦ ἀνθρώπων,τὰ τῆ πόλεως: in quibus unū aliquod genus eſt aut fit.In medicina poſtremo diximus crocū maturare:certā propriāq; in collectionibus & abſceſſibus hāc uim illi tribuentes:& ſi,qd in Græcis eſt,πεπτικὰ ad cibi in ſtomacho concoctiones plerunq; pertineat:Sintq; cōmuniter Græcis πεπτικὰ,quæ concoctionē adiuuent, nō tamen ad coctura cibi in ſtomacho πέψιν uerbū adeò contractū eſt, ut ex ſimilitudine rei non ſignificet etiā quæ in collectionibus maturantur. Nosq; ex frequentiore uſu croci in medicina noſtra ætate id magis probauimus, relinquimusq; peritioribus cogitādum,utamur'ne eo in cibis potius ut obſonia coloret,an ut concoctionem adiuuet.

πεπτικὰ.

Περὶ κροκομάγματος. Κεφ. κϛ'.

Τὸ δὲ κροκόμαγμα γίνεται ἐκ τοῦ κροκίνου μύρου, τοῦ ἀρωματίτου ἐκπιεσθέντων, εἶτα ἀναπλασθέντων. ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ εὐῶδες καλόμ, μέσως κατάσμυρνον, βαρύ, μέλαν, ἄξυλον, ἐμτῷ διεθῆναι ἱκανῶς κροκῶδες τὴν χρόαν, λιπόκιρρον, βάπτων ἰσχυρῶς τοὺς ὀδόντας καὶ τὴν γλῶσσαν, ἐπίμενόν τε συχνὰς ὥρας. Λέγουσι δέ τινες καὶ ὄξει τὸ ἀρωματίτην ἐπισκορόδῳ ταῖς κόραις, οὐρητικὴν, μαλακτικὴν, πεπτικὴν, θερμαντικήν. ἀναλογεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ κρόκου δύναμιν. πλεῖον δὲ τούτου μετείληφεν.

De Crocomagmate. Cap. XXVI.

CRocomagma. Romani pariter Græcis crocomagma dicunt. Fit crocomagma expreſſis crocini unguēti aromatis & in paſtillos cōformatis.Probaſ in eo qd odoratiſſimū & mediocriter myrrhatū eſt:pōdero ſum itidē,nigrū,nec lignoſum, & cū ſubigiť,multo colore croci rubens:quod itē amareſcit,leuore nitet,dē teſq; & linguā ad aliqt horas permanēte colore inficit. Huiuſcemodi eſt qd ex Syria afferť. Eſt illiuis & natura exterere quæ claritati oculoq; officiunt.Vrinam cit,mollit,maturat,& calefacit.Croco pares aliquas uires crocomagma habet: multum enim ex eo in ſe retinuit.

INTER PRES.

Magmata. μάγματα.

NOn facile crocomagmatis ſubſtantiā & nomen cognouerit aliquis, qui crocini unguenti confectionem,& quæ Græci in unguentis magmata appellant,ignorauerit: Vtrunq; nos (& ſi alterū Plinius aperte indicet,alterū hic ipſe in unguentis doceat)breuiter oſtendemus.Sunt Græcis itaq; magmata,quæ ex expreſſa materia aliqua ſuperſunt craſſa,feculenta & lignoſa:uerbi cauſa: ſi tuſa plantaginis folia in uſum aliquē manibus aut prælo expreſſerit medicus, quod ſupereſt terreſtre lignoſumq;, id magma dici poſſet:ſed quoniā nullus ſimiliū uſus eſt,ideo in nullo huiuſcemodi id nomen inuenitur: ſeruatū id tantum eſt in his, quorū & humoris & expreſſæ ſubſtantiæ alicuius uſus eſt, ut in roſaceo aliisq; huiuſcemodi multis. Ex hoc genere crocomagma eſt. Quodq; Dioſcorides ait fieri expreſſis crocini unguēti aromatis, & in paſtillos conformatis,ſic ſe habet: In confectione crocini unguenti ordo hic eſt, ut oleū antea aromatis quibuſdā ſpiſſetur, mox in ſpiſſatū id oleū crocus conijciatur, & poſt aliquot dies oleū diffundatur: & quæ ſuperfuerunt aromata & crocus,exprimatur:expreſſoq; oleo,quod ſupereſt, crocomagma dicitur: qd hic ait in paſtillos conformari & ſeruari, id Celſus libro v.recrementū, Plinius unguenti fecē, manifeſta à uino translatione appellauit:& quoniā aromatis illis ſpiſſato iā & diffuſo ad crocinū unguentū oleo, tuſa cribrataq; adijciebaſ myrrha,inter cæteras crocomagmatis bonitatis notas hic etiā laudauit,quod μίσως καὶ τάσμυρνον eſſet.i.nō odore ſolū, ſed tota myrrhæ ſubſtantia mediocriter myrrhatū. Nec ſignificat qd ſtatim ſequit,τοῦτο μὲν ὀνίοντι συχνὰς ὥρας:quod ex Gallia interpres dixit, multis annis perennare crocomagma:non enim quas hic ὥρας dicit,poëtaq; more annos ſignificat,ſed de colore eius agit Dioſco. quē teſtaſ,cū linguā & dentes ſemel infecerit,aliquot continuis horis permanere:cum alioquin continua oris pituita dilui deberet.

Περὶ Ελενίου. Κεφ. κζ'.

ELένιον. Οἱ μὲν σύμφυτον. οἱ δὲ, περσικήν. οἱ δὲ, μηδικήν. οἱ δὲ, ὀρέστην. οἱ δὲ, νεκτάριον. ὁ δὲ, κλεωνίαν. οἱ δὲ, βάκριδαίαν. οἱ δὲ, φλόμον ἰδαῖον καλοῦσι. ῥωμαῖοι τερμινάλιουμ. οἱ δὲ, ἡνουλακαμπάνα. αὐγύπτιοι λιβύης. Φύλλα ἔχει φλόμῳ ὅμοια σφο-

De Inula. Caput XXVII.

ELenion, Sūt qui ſymphyton,qui Perſicam,qui Medicam radicem, qui oreſtion,qui nectareā, qui cleoniā, qui rubum Idæum, qui uerbaſcū Idæum appellent:Aegyptij lenes,Romani terminaliū fiue inulā Campanā dicūt. Folia habet anguſti

folio

φύλλῳ πρὸς πλησία. ἔχυτρα δὲ ἡ ὠλιμίκη. καυλὸν οὐκ ἀνίκσιμ ἔμ ὕσι τόπις. ῥίζαν ὑπόλευκον ἡ ὑπόκιτρον. εὐώδη. μεγάλων. ὑπόφαιμύρ. ἀφ ἧς εἰς τὴν φύτευσιν καθάπερ ἐπὶ τῆς κυρίνης ἢ ἄκανθαι πρὸς φυάδες λαμβάνονται. γίνεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς, ἢ σύσκιοις ἢ ἀνίκμοις τόπις. ὀρύσσεται δὲ ἡ ῥίζα θέρους. ἢ τεμνομένη ξηραίνεται. κινεῖ δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον οὖρα ἡ ἔμμηνα. αὐτὴ δὲ ἡ ῥίζα λαμβανομένη ἐν ἐκλικτῷ μετὰ μέλιτος, ἀσθμαίνοντας ἐξαμύνει. ὀρθοπνοίαις. ῥήγμασι. σπάσμασιν. ἐμπνευματώσεσι. ἀκρίωμα δ' ἤγμασι. καθόλου θρόμβωσικὴ ὑπάρχουσα. τὰ δὲ φύλλα αὐτῆς ὠλιπλάτεσι τοῖς ἀφεψηθέντα μετ' οἴνου, ἰσχιαδικοῖς ὠφελίμως. ἔστι δὲ καὶ εὐσόμαχος ταχὺ χυθεῖσα ἐν γλυκεῖ. ἐκπάναντες δὲ αὐτὴν ἐπ' ὀλίγον οἱ ἁλόντες, εἶτα ἀφεψήσαντες, ἀποβρέχουσι μύδασι ψυχρῷ. εἶτα βάλλοντες εἰς ἔψημα, ἀποτίθενται εἰς χρῆσιν. πρὸς δὲ λᾶα πινομένη, ἀιμοπτικοῖς.

Περὶ Ἐλενίου ἀγριπποίου. Κεφ. κή.

Ἐλένιον ἄλλοι σοφίαν κεκλεύκασι ἐν ἀγρίπποις. πόα δέ ἐστι κλῶνας ἔχουσα πηχυαίους. ἐπὶ γῆς ἐρρίμμένους ὡς πρὸ τοῦ ἕρπυλλον. φύλλα δὲ τῇ φακῇ ὅμοια. μακρότερα δὲ καὶ πλατέα πρὸς τοὺς κλῶνας. ῥίζαν ὠχράν. πάχος δακτύλου μικροῦ. κατώθεν λεπτόν. ἄνωθεν δὲ παχυτέραν. φλοιὸν ἔχουσαν μέλανα. φύεται δὲ ἐν παραλασίοις τόπις ἡ γεωλόφοις. Δώσαμεν δὲ ἔχειν μετ' οἴνου πινομένην μίαν ῥίζαν, θηριοδήκτοις βοηθεῖν.

folio, uerbasco similia, asperiora tantum & longissima: caulē aliquibus locis non profert. Radicem habet intus albescentem, foris rubentē, odoratam, grandem, acrem, facili lentore mollem: ex qua ad cōsitiones & sobolem, liliorum & arī modo oculi auferuntur. Nascitur montanis, umbrosis nec uliginosis locis. Foditur æstate radix, & in taleolas secta siccatur. Mouet decoctum eius urinam & menses: Radix ipsa etiā cum melle in eclegmate tussientibus accōmodata est: Siccatā enim aliquātisper, moxq; decoctā, frigida aqua salgamarī demergunt: tum in defrutum decoctā, ad necessarios usus reponūt. Facit eadem ad cruenta sputa. Refert & aliam nasci in Aegypto inulam herbarius Cratei as, herbam cubitalibus ramulis, serpilli modo in terra iacentibus. Folia habet lenti similia, lōgiora tantum, numerosaq; circa ramulos: Radicem intus pallidam, minimi digiti crassitudine: inferiore sui parte gracilē, superiore crassiorem, nigro cortice uestitam. Nascitur maritimis tumulis. Contra uenenatorū morsus remedio est radix eius trita, cum uino pota.

INTERPRES.

Nthil adeò ingratum generi humano inutile'ue aut noxium natura ex se protulit, nec tam iniqua & certa bonorū malorūq; suorū dispensatione usa est, ut non liceat, uires eius & latebras diligenter excutientibus, inutilibus mixta utilia, & noxijs coniuncta benefica, passim inuenire. Facit ea canthari des, maiore sui corporis parte uenenatū & noxiū insectum: sed quo coniunctū illi pennarū suarū, si per se sumantur, remediū, soli ignorantes pereant. Facit eadē uiperas, non minus illis ueneno suo nobis nocentes: earum tamen carnes theriacis antidotis ad salutem misceri hæc ipsa monstrauit: Facit in plantis eâdem ratione multa alia, quæ breuitati consulētes, relinquimus: Genuit præterea hominē, ut non eodē uultu, sic dissimili etiā ingenio: sed nulli negato sibi aut alijs maiore aliquo beneficio. Ferox quondā Pyrrhus, & qui ex bello & cædibus gloriā suam augeret, solo pollicis dextri pedis cōtactu, lienosis medebatur. Iracundus & homicida Achilles: unus tamē noua ratione uulneri à se facto medicinā facere potuit: tam claro beneficij sui monumento, ut quod in necessaria & sperata à mali autore salute passim audiī & in ore omniū est, medebitur qui uulnerauit: non aliū habeat auctorē. Nec uiris hoc tantū datum est, sed habet alter sexus etiā, quod in huiuscemodi honore iactet: præsertimq; infamē adulterijs Helenā: quę postq; Græcis Troianisq; pro se pugnantibus, infinitos (ut suum carmen Homerus incipiens ait) dolores intulisset: helenium, ut poëtæ cecinerunt, ex lachrymis suis in Helena insula natū, mortalibus dedit, quo tristitia omnis aboleretur, si primo doctrinarum & antiquitatis parenti Homero credimus: qui ad obliuionē poculo iniectū, ab ea in cœna dixit, tam præsenti ad eam obliuionē potestate, ut nec defunctis ante se parētibus, filijs'ue aut fratribus, lachrymis genas rigaturus sit, qua die id biberit aliquis, poëta ille testet: quæ an uera sint in poëtis, excutienda relinquimus: naturæ enim & corporis, nō fortunæ & animi mala in Dioscoride tractamus: qui heleniū, siue à lachrymis Helenæ, siue, ut alij dixerūt, quoniā cōtra serpentes ex eo primū à muliere illa remediū inuentū fuerit: Symphyton etiā ab antiquis uocatū tradidit: in quo habet testes sibi aliquot, qui Græcorū lexica scripserunt: inuenisseq; id nomen uideē ex sobole, adnatisq; illis, quæ in radicibus liliorū modo συμφύονται, id est, connascūtur & hærent. Testant eadem Græcorū lexica, Medicā & nectaream radicē inulam dici, facto à regione & à dulcedine nomine: sic Persicā, sic Cleoniā dictam etiā conijcere licet: Etsi in probatissimo mihi codice non simpliciter κλεώνιον legitur, sed βούγλωσσον κλεώνιον, id est bugloſſum cleoniū appellari. Apuleius etiā, quod non multū à Cleonio differt, Chironiū panacē dicit uocari: ut in alterutro uitiū sit: adiectūq; hoc à nobis est, nequid obseruatum & inuentum hactenus relinqueretur. Ab Oreste nomen illi etiam antiquitas fe-

cit,ignoramus tamen cauſam: niſi forte Oreſtis & Helenæ propinquitas communem eius plantæ laudem & honorem ambobus fecerit.Quæ ſequuntur deinde appellationes,rubus & uerbaſcus idæus,ex ſola ſimilitudine(ut toto hoc opere infinitæ aliæ) factæ ſunt:quod ex hoc ipſo autore in Helenij & uerbaſci hiſtoria deprehendere facile erit:Et quoniam copioſum in monte Ida naſceretur helenium,ideo loci & regionis diſcrimine,à proprie rubus & uerbaſcus dictis,diſcretū eſt. Vnde autem terminalium Romani(modo integra ea uox ſit)helenium dixerint, nihil pro cōperto habemus:quemadmodū contra inulā dici,antiquiores Latini oēs teſtātur:nullibi tamen ex Cāpania magis q̄ aliunde ab illis laudatur:ſuſpicamurq; nos, quod à principio diximus,multas in ſcriptore hoc non legitimas eſſe appellationes, deinceps̄q; per tempora inſertas, aliena & peregrina ubiq; admirantibus cunctis,eoq; magis in Romanæ gentis fortuna & imperio, hāc Grēcis miſcere proprijs placuiſſe: & ex propinqua urbi regione eam laudaſſe:quando,ut omnes iampridē nouimus,quò ſe fortuna, illuc etiā fauor hominū inclinat: & ut nos in doctrinis qualeſcūq; Græcorū uoces adhuc admiramur & amamus, eodē modo & illos Romanas admirari & amare ſolitos fuiſſe, uerisimile eſt. Quod deinde hic ait habere inulam folia anguſti folio uerbaſco ſimilia,ex uerbaſci hiſtoria legentibus patēbit:quod utinā in caule pariter liceret: quoniā hic ait aliquibus locis in inula non proferri, nulla eorū locorū certa indicatione,quam merito omnes deſiderent,multoq; magis ubi cauleſcat hoc olus:& caulis,& floris, & ſeminis certam rationē & hiſtoriā,quā iuniores aliqui non ex ſe, ſed ab hoc ipſo ſcriptore acceptā reddiderunt.Quod enim in impreſſo,cunctisq; fere alijs Græcis non legitur, in antiquiſſimo & probatiſſimo mihi codice adhuc ſeruatur: Deſcribiturq; in eo caulis appellatiōe,quod in inula creſcit,his uerbis:Caulem ex ſe mittit heleniū,craſſum,hirſutū,cubitalē,& aliquando maiorē, angulosumq;: flores luteos,& in his ſemē uerbaſco ſimile: tactu pruritū faciens.Licetq; hæc, ut diximus,tam aperte in Grærcorū aliquo legantur,non ideò tamen cæteros omnino damnamus; obſeruauimus enim diuerſitati huic cauſam dediſſe mediā quandam in inula creſcentiū naturā,quæ nec in cauliū genere,nec fruticū ramulorum'ue cēſeri penitus poſſent: Siquidē caules plerunq; in ſingulis plantis ſingulares ſunt, nec niſi appetente flore & ſemine, ſurgunt:ut in lactucis & betis,alijſq; oleribus huiuſcemodi fit: Inula autē raro,& à principio ſtatim fruticatu prodit: Ramuli contra frutices'ue copioſiores & graciliores q̄ in inula ſunt:quales in ruta, ſerpillo, alijſq; multis uidentur.Columella frutices,quod in inula extollitur,dixit:præcepitq; lib. XII. inulā interuallo triū pedū ſerendā in hortis eſſe,quoniā uaſtos faciat frutices,& radicibus,ut harundinū oculi,ſerpat:quod in hiſtoria eius deſcribentes iuniores,caules aliquando inulā proferre dixerunt,aliquando nullos in ea eſſe:eodēq; modo in Græcis eueniſſe ſuſpicamur: qualecunq; aūt id fuerit,in notiſſimo olere nō multi refert. Librariorū mox totum illud uitiū eſt in radicis cuius tantū uſus eſt deſcriptione, cum diuerſis coloribus deſcribitur albido ſimul & rubeſcente:quod ex melioribus Græcis ſic emendandū eſt: ut intus albeſcentē, foris rubentē intelligamus. Variant antiquiores Grēci etiā in ijſdē radicū eius notis: Sunt enim in quibus εὐαφὴς, q̄d eſt ſpecioſam & craſſam:& in qbus ἀναφὴς,quod nos facili lentore mollē reddidimus: ἀναλακκον enim τὸ ἀναφὲς ſignificat: Probauimusq; hāc uocē magis, q̄ ad oſtendendā eius quantitatē ſatis erat,quod hic μεγάλῳ, id eſt grandē dixerat: liberum tamen hoc legentibus relinquatur. Sunt deinde nobis adnata,quæ Græcis πρόφυαλλα dicuntur: eodem modo in caulibus & ramis plantarū ſupra terrā,& in radicibus aliquot ſub terra, à principio ſuo ueluti à matre quadā noua germinatione prodeuntia:qui naturæ & naſcendi ordo in bulboſis radicibus plerunq; eſt:& in lilio maxime,una radice,ut Plinius ait,quinquagenos ſæpe remittente bulbos:à quo hic etiā exemplū ſumpſit. Non refert paulopoſt,nec confundit intellectū, quod prius diximus conditā in paſſo inulā & mox defruto dicimus immergi:confectione enim magis q̄ ſubſtantia differunt inter ſe paſſum & defrutū, ut in utriuſq; confectione poſthac monſtrabimus. Fuit poſtremo,& adhuc ſuſpectū nobis eſt, quod cruentis ſputis utilē eſſe inulā in Græcis ferè omnibus legitur: non tam quia meliores nihil huiuſcemodi habēt, q̄ quia non legitimo loco ſe id oſtendit:debuerat enim in medicina, non in extremo capite poſt eā tractari: à quo loco diſtractū, additū magis & aduentitiū, q̄ natiuū & antiquū Dioſ. uidetur:relinquimusq; peritioribus de eo cēſendū.Credimus etiā in Aegyptia inula corruptā eſſe illic uocē, quo loco in extrema totius capitis coronide hic ait,uires illi eſſe,ut cum uino pota radix eius una,ſerpentiū morſibus ſubueniat. Cur eā una magis q̄ duabus tribus'ue:& ſi quantitas in ea uoce decernenda fuerat, pondere potius q̄ numero, q̄d alioquin inæquale eſt, conſtitui debuerat:id nos una & altera mutatis literis,quod erat μία.i. una, λεῖα quod tritū ſignificat legendū eſſe arbitrati, tritā cū uino potā inulæ radicē remedio eſſe diximus &c. In medicina tandē dicendū nobis eſt,inflatiōes toto hoc opere eſſe flatus ſpiritusq;, & quaſi uenti intra nos excitatiōes: quæ fumi modo ex ſuccis cibarijſq; à tepida caliditate commouentur. Frigiditas ſiquidē,quoniam non eſt illi natura extenuare & ſoluere,nullos producit flatus. Acrior contra caliditas, non modo extenuans, uerū penitus diſiciens excitari flatus prohibet: Minor uero caliditas diſiicit quidem,& cibos mutat in ſtomacho, ſed minore efficacia:& hinc flatus excitatio omnis, quē cālidis remedijs extenuare oportet: poteſtq; inter cætera id etiam caliditate ſua inula.

Εὐαφὲς. Adnata. πρόφυαλλα. Inflationes.

Περὶ Ἐλαίου ὠμοῦ ἰσθέος κεφ. κθ'.

De omni Oleo. Caput XXVIII.

Ἔλαιον πρὸς τὴν ὑγείαν χρῆσιμον ἄριστον τὸ ὠμοτριβές, ὃ καὶ ὀμφάκινον καλεῖται. τοῦτο διαφέρει τὸ νέον. ἄδικον. εὐῶδες. χρήσιμον δὲ τὸ τοιοῦτον εἰς τὴν τῶν μύρων κατασκευήν. ἔστι δὲ εὐσόμαχον διὰ τὸ σύφλον· καὶ οὐλωσαλγικόν· καὶ ὀδόν-

Optimū in ſanitatis uſu ex immaturis oliuis expreſſum oleū eſt, quod & omphacinum, id eſt acerbum,dicunt: excellitq; in eo bonitate quod nouum, odoratū, & in guſtu nulla mordacitate eſt:utile & hoc conficiendis unguentis:Stomacho præterea q̄ adſtringit, accōmodatum. Gingiuarū tumores reprimit: dentes,ſi

τῶν κρατύντικόν. κρατύμνον δὲ τὸ σόμαλι. καὶ ἰσχνότητα ἐφεκτικόν.

Περὶ ἐλαίου κοινοῦ. Κεφ. λ'.

Τὸ δὲ παλαιότερον καὶ λιπερώτερον, εἰς τὰ τῶν φαρμάκων χρῆσιν εὐθετον. κοινῶς δὲ πᾶν ἔλαιον, θερμαντικόν ὄν καὶ μαλακτικόν γαστρός. δυσπεψίαν φυλάττον τὸ σῶμα. ἐριμότερον πρὸς τὰς ἐνεργείας πρωΐ. ἔστι δὲ καὶ εὐκοίλιον καὶ μαλακτικόν. ἀμβλύνον τε τὰς τῶν ἑλκόντων φαρμάκων δυνάμεις ἐν τῇ μίξει. δύναται δὲ καὶ πρὸς τὰ δηλητήρια συνεχῶς πινόμενον καὶ ἡλεμούμενον. καθαίρει δὲ ὅσον κοτύλιον σὺν πεπέρει ἄνισα ἴσῳ χυλῷ πράσου ἢ ὕσσωπου. σφοδρυμένοις τε ἐν πτῷ ὠφελίμως δύναται μετὰ πηγάνου ἐφθοῦ * κυάθων ἓξ πλῆθος. ἕλμινθάς τε ἐκβάλλει. καὶ φύσει δὲ τὸ αὐτὸ, μάλισα πρὸς τὰς εἰλεούς. ὁ δὲ παλαιὸν θερμαντικώτερον καὶ διαφορητικώτερον. πρὸς ὀξυδορκίαν τε ὑπάλειμμα. μικτέον δὲ εἰ μὴ πρείη παλαιὸν ἔλαιον οὕτω. κατακεράσας εἰς ἀγγεῖον τοῦ πρόντος τὸ κεφάσιον, ἕψε ἕως οὗ χνοῦ μέλιτος πάχος καὶ χρῶ. τὸν γὰρ αὐτὸν καὶ πρόσφορον δύναμιν.

βρωμῶ, κοτύλας ε'.

Περὶ ἐλαίου ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας. Κεφ. λά.

Τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας [κομιζόμενον] ἔλαιον, συμπικώτερον. πρὸς μὲν τὴν ὑγείαν χρῆσιν, δεύτερον. κεφαλαλγοῦσι δὲ ἀντὶ ῥοδίνου ἁρμόζει. ἐπέχον καὶ ἰσχνῶτας καὶ τρίχας ἐξεύσας. ἀρσμικὸν δὲ καὶ πίτυρα. καὶ ἀχῶρας, καὶ φῶρας, καὶ λέπρας. βράδιόν τε πλυοῖ καὶ ἑκάστων ἡμέραν ἐπαλείφόμενον.

Ἔλαιον λευκόν. Κεφ. λβ'.

Εὐκαίνεται δὲ ἔλαιον οὕτω. λαβὼν τὸ τῆς ῥόας μὴ λευκόν. τὸν ἡλικίαν ἢ μὴ πλέον ἐνιαυσίου, ἔγχεε εἰς κραμεοῦν ἀγγεῖον πλατύσομον. καινόν. ἔσωσαν ἢ μέτρῳ κοτύλας ε'. εἶτα θεὶς ὑφ' ἥλιον, ἀνάχει κόγχῳ καθ' ἑκάστων ἡμέραν ἡ τὸ μέσον. ὑφόμενον τῇ καταφορᾷ χρώμενον. ἵνα τῇ συνεχεῖ κινήσει καὶ πλήγῃ μεταβάλλεται καὶ ἀφρίσῃ. τῇ δὲ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, ξέσας τὴν λεως καθαρᾶς ν'. ἐν ὕδατι θερμῷ, ἔμβαλε μαλακτὸν ἠρεμοῦντα εἰς τὸ προσφερόμενον ἔλαιον χωρὶς τοῦ σφακτοῦ. πρόσαπόδος δὲ καὶ ἁλὸς πιτυΐνης ὡς ὀλίγον λιπερώτατον καὶ εἰς λεπτὰ κατεχισμένον τὰς ἴσας ὁλκάς. καὶ οὕτως ἔασον ἄλλας ὀκτὼ ἡμέρας δι' ἐλαθῆρ. μετὰ δὲ ταύτας ἀνάχει τοῦ κόγχου τὸ ἔλαιον. τό, πε, λοιπὸν εἰ μὲν εἴη τέλους πεπειχός, εἰς καινὸν ἀγγεῖον προεκλυσμένον, οἴνῳ παλαιῷ κατακεράσας, ἀρτίθεσο προῢπεσφαμένων μελιλώτων σεφανίσκων ἁλίσκων ὁλκῶν ιά. ἢ ἴσεως καὶ ἴσκε. εἰ δὲ μὴ, πάλιν ἐν ἡλίῳ θετέον αὐτό. καὶ ἐργασέον ἄχρις οὗ λευκὸν γένηται.

tes, si ore contineatur, cõfirmat: & sudores cõpescit: quò uetustius & pinguius, eò medicinę utilius: calefacit communiter omne oleum: aluũ mollit perfrictionibus, & gelicidiorũ noxis aduersat: prõptius & expeditius ad agendũ corpus reddit: bonã præterea facit aluũ. Exulcerantiũ medicamẽtorũ cõfusum illis maleficia & uires hebetat: datur & cõtra letalia uenena, sic ut cõtinue bibat, & uomitiõibus reddat. Purgat idẽ heminę unius pondere cũ pari ptisanæ succo aut aqua potũ. Datur idem cõtra tormina utiliter in calida potiõe ruta in eo decocta cyathorũ sex pondere. Ventris lumbricos pellit. Clystere idem infunditur, præsertimq; ileosis. Vetus maiore ui calefaciendi discutiendiq; est: inũguntur ad claritatẽ eo etiã oculi. Quod si uetusti nõ fuerit facultas, diffusum ex præsenti oleo in uas quod probatius fuerit, ad crassitudinẽ mellis coquito & utere: pares enim prædicto uires acquirit.

Quod aũt ex oleastro factũ fuerit oleum, maiore adstringẽdi ui in sanitatis usu secũdam habet probationẽ & laudem. Contra capitis dolores rosacei uice accommodatũ est. Sudores & defluentẽ capillũ cõpescit: furfures, manãtia capitis ulcera, scabies, & lepras exterit. Canescũt tardius etiã qui eo quotidie inunguntur. Candorem contrahit oleũ hoc modo: Sumito quod per se albescat, ætate non uetustius anniculo, in fictile nouũ patentioris q; oris illud conĩcito, sitq; olei mensura heminæ centũ: sub sole mox positum, cõchula quotidie refundito ex alto deĩciens, ut cõtinua uolutatione & pulsu mutet & spumescat: Octaua deinde die, purgati fœnogrę ci drachmas quinquaginta, quæ in calida aqua prius maduerint: iãque emollitas in prædictum oleũ cum eo quem secum deferẽt humore, conĩcito: superadĩcitoq; ex pinguissima picea in tenuissimas hastulas scissa pari põdere torrem, finitoq; alias elabi octo dies: tumq; oleum concha iterum refundito: Postremo si perductum ad cãdorem oleum fuerit, in nouã uas, quod uetere uino antea maduerit, depletum oleum reponito, substratis anteà in fundo uasis Campanæ fertulæ solutis fasciculis, undecim drachmarum pondere: Sin aũtem ad candorem nondum peruenerit, rursus sub sole habendum, & agenda alia, donec candorem contraxerit.

Περὶ Σικυωνίου. Κεφ. λγ'.

ΕΝεσι δὲ ἡ σικυώνιον προφερόμενον οὕτω σκεύάζεται. Εἰς λέβητα κεκασιτερωμένον, πλατύσωμον, ἐγχέας νέου ἐλαίου ὠμοτριβοῦς Ⓒ λευκοῦ χόα ά. Ⓒ ὕδατος ἡμίχοα. ἕψε κούφῳ πυρὶ κινῶν πρὸς ἕωσ. ὅταν δὲ ἀναζέσῃ λίαν, ὑπόσπασον τὴν πῦρ ἡ ψύξας ἀπροσόγχυτον τὸ ἔλαιον. εἶτα ἄλλο ὕδωρ, σπανάζεσον αὖθις ἡ τὰ λοιπὰ ποιήσας καθὼς σοι ὑπεδείχθη, ἀπόθου. σκεύάζειν δὲ τὸν μάλιστα ἐν σικυωνίᾳ σικυώνιον καλόμενον. Δύναται δὲ ἔχειν πρῶς διαυλικόν. ἀφελόμενον πυρετοὺς Ⓒ τοὺς πρὸς νεῦρα πάθεσι. χρῶνται δὲ αὐτῷ Ⓒ γυναῖκες, ἐπὶ τρῶσι λιβάτρῳ.

Ρύπος βαλανείου. Κεφ. λδ'.

ΟΙ ἐπὶ τοῖς βαλανείοις σπαιροῦντες, διάπτασι διαμαίνειν. μαλάσσειν. διαφορεῖν. ξαγάσι τε καὶ κονδυλώμασιν ἐν διαχρίσεσι.

Ρύπος ἐκ τῆς παλαίστρας. Κεφ. λέ.

ΟΙ ἐπὶ τῆς παλαίστρας προσφυεῖς τῷ κόνει, ἐοικῶς δὲ ξύπῳ, τοῖς πρὸς τοὺς κονδύλους συντρόφοις ὠφελεῖ. καὶ ἰσχιαδικοὺς δεσμοὺς ἀντὶ μαλάγματος ἢ πυρίας ὠφελεῖ διαφορεῖν.

Ρύπος γυμνασίου. Κεφ. λς'.

ΟΙ ὂν τοῖς τοῦ γυμνασίου τοίχοις ῥύπος, Ⓒ ὁ ἀπὸ τοῦ ἀνδριάντος, θραύειν τε καὶ διαχεῖ τὰ κατὰ σώματα φύματα. Ⓒ πρὸς ἀποστήματα, καὶ πρὸς ἕλκη παλαιὰ ἁρμόζει.

Licet & prædictum oleum hoc modo Sicyonium facere. In lebete patentioris oris, ſtanno ex interiore parte illitum, noui cān didiq́, & ex acerbis oliuis expreſſi olei congium, ſimulq́ aquæ congiũ ſemiſſem coniũcito, lentoq́ igne dein coquito: cum uero bis inferbuerit, amoto igne refrigeratum oleum concha depleto: tum noua affuſa aqua, facito ſimul iterum ferueant: peractiſq́ aliis, ut præmonſtrauimus, reponito. Fit oleum hoc ad Sicyonem Peloponneſi præcipue, Sicyoniumq́ ab ea appellat. Calefaciẽdi uires aliquas habet, febribus, neruorũq́ uitijs utile. Vtunt eo etiã mulieres ad nitorẽ uultus. Calefaciũt itidem quæ in balneis olei ſtrigmenta colligũtur, molliunt, diſcutiunt: ſedis rimæ & condylomata utiliter eis inunguntur. Quæ uero ex palæſtris admixtum concretumq́ puluerem habent, ſordibus ſimilia, articulorum in digitis cõcretionibus impoſita, proſunt: Contra coxendices, malagmatis & ficci fomenti uice, pariter imponuntur. Nec minus etiam calefaciunt, quæ in gymnaſiorum parietibus, & quæ illic ſunt ſtatuis, unguinis ſordes hæſerunt. Panos difficile ſuppurantes, diſſiciunt: Deſquamatis præterea, & uetuſtiſſimis ulceribus accommodatæ ſunt.

INTERPRES.

SOlent in laudatiõibus ſuis rhetores, & in iudicijs oratores, id de quo agitur, ad contentionẽ honoris plerunq; reuocare: cõparationeq; rerũ inter ſe utẽtes, utrobi uoluptatis, bonitatis, geſtorũ, uirtutisq; & gloriæ maior fructus & ſpes ſit ratiocinari: feliciſſimeq; id tũc ſe egiſſe credunt, cũ audientiũ faſtidio conſulentes, præteritis in eo genere ſingulis, eorũq; integra numeratione, una aut altera ſermonis clauſura multa collegerint, cogitãdaq; audiẽtibus plura reliquerint, q̃ à principio dici poſſe ſperabant. Id nos in oleo agemus: cuius infinitꝰ penè uſus, totaq; hominis uita, ſiue neceſſitates ſiue uoluptates eius tractare malis, quotidiana utilitas eã merito laudẽ illi fecit, quæ pleriſq; aliis cõmunis eſt, & qua in corporis noſtri partiũ diuiſione ueteres uſi ſunt, alias ad uitã, ut cerebrũ, cor, pulmones, ſtomachũ, hisq; ſimiles alias: alias uero ad beatã felicẽq; uitã neceſſarias numerãtes, quales oculi, aures, ſenſoriaq; alia ſunt, ſine quibus uiuimus quidẽ, ſed parũ feliciter uiuimus. Ex hoc genere rerũ nobis oleũ natura dedit, debeturq; illi non minus uita q̃ beatior uita, tã multis præter quotidianos in ſanitate uſus, morbis, uitijs, malis, intus foriſq; remedio eſt. Quorũ ueluti ſummã per capita deſcribens Dioſcorides, primũ in ſanitatis uſu etiã laudauit oleũ, quod ex nondũ maturis oliuis expreſſum fuerit, idq; ὠμοτριβὲς & ὀμφάκινον ſignificat: ὦμα enim cruda, & ὄμφακες omniũ plantarũ acerbos adhuc fructus Græci appellant: Secutusq; in eo eſt antiquiſſimos rei ruſticæ autores Dioſcorides, Theophraſtũq; præſertim, qui li. VI. de cauſis plantarũ, negauit poſt arcturi exortũ (quo ſydere quondã atumnus decernebat, eratq; dies, autore Columella, XIIII. kal. octob.) augeri in oliua oleũ, ſed ab eo tẽpore nucleos & carnẽ increſcere: quoq; fuerit magis pluuia tẽpeſtas, eò copioſiore amurca abundare, & eius colore oliuam nigreſcere: Quæ omnia Plinius à Theophraſto accepta, paulominus q̃ ijſdẽ reddidit uerbis: non tñ id omnino probauit Columella, grauis & peritiſſimus rei ruſticæ autor: qui utiliorẽ mediã oliuitatẽ initio decẽbris menſis decreuit. Dico aũt, ut à uino uindemiã, ſic ab oleo, exprimendi eius ſucci tẽpus, oliuitatẽ: anteq; id tẽpus acerbũ confici oleũ dixit: quod quoniã facere ratiõibus dñi non cõduceret, exiguũ enim fluit, annonæ & utilitati cõſulens, parũ probauit, iacturã magis q̃ bonitatẽ in eo damnãs: hic aũt ſanitati nõ rei cõſulẽs, quod melius, non quod copioſius, cæteris præpoſuit. Nullũ eſt noſtra ætate in ſanitatis uſu acerbũ oleũ: Et ſi ueteres, quorũ aut erat ampliorres, aut minus in augendis opibus ſtudiũ, paſſim eo uſi fuerint. Et hęc pro acerbo oleo ſatis dicta ſint: cuius præter alias hæc etiã maxima laus eſt, cp diu optimũ ſeruat: Cætera de eo medicinis & officinis notiſſima ſunt. Diximus deinde exulcerantiũ medicamentorũ maleficia confuſum illis hebetare oleũ: non ſatis certa rei æſtimatiõe, niſi aliquis meminerit inter medicamẽta, quibus ad ſanitatẽ

Acerbum oleum.

ὀμφάκινον. ὠμοτριβές.

Oliuitas.

Medicamẽta exulcerãtia.

utimur

utimur,pleraq; esse quæ ueneni ratione aliqua habent:ideoq; sanitati conferre:& nisi uenena sint,eo usu carere:qualia hic in fine,quo loco de uenenis agit, & animalia & plantas, earũq; succos & partes numerabit cantharides,salamãdras,pinosq; erucas, apollinarẽ herbã,cicutã,nigellã,mandragorã,elateriũ,multaq; alia: quæ nisi certa mensura tẽperata'ue denẽ,letalia erunt. Ex hoc genere,siquid exulcerãdo erit,quo maleficio cantharides, calx,& fex sunt: uoluerit q; aliquis asperiorẽ illã uim & acrimoniã hebetare,addito confuso'ue illis oleo,quod cupiet efficiet:Indicatq; id, nunq; exulcerari posse huiusce modi aliquo quod oleo præunctũ fuerit. Emendauimus paulopost in medicina torminũ remedij mensurã:in cunctis enim,excepto probatissimo mihi codice, cotylarũ sex pondus legit: in illo, cyathorũ:fuisseq; hanc & ueterẽ lectionẽ & antiquã mensurã, testatur Plinius lib. xxiii. dicens tormina pellere oleũ calidũ,potũ cyathis sex, magisq; ruta simul decocta:qua aũt inter se quãtitate differãt cyathus & cotyla,cũ de mẽsuris & ponderibus in uniuersum ageẽ, certius patebit. De ileosis mox in morborũ genere,quibus mederi oleũ diximus,ne noua uox legentẽ suspẽdat,sciendũ illud est,malũ hoc esse quod à Celso lib. iiii. tenuioris intestini morbus appellatur, & à Galeno in diffinitionibus suis inflãmatio intestinorũ esse dicitur,qua spiritus & excrementorũ trãsitus & iter obstruatur: comitẽturq; eã ualidissima tormina & implacabiles dolores. In Isagoge aũt certius & copiosius de eodẽ malo idẽ Galenus agens,ileon & coli affectionẽ, intestinoq; pariter inflãmationes appellauit:sed alterã, ileon scilicet,gracilioris:alterã uero, plenioris:quod priuatim Græci colon dicunt: eamq; ob causam arceri à transitu flatus & excremẽta:& quoniã præclusum iter fit,per intestina se circũagentia,tormina & grauissimos afferunt dolores: Estq; ileos hic q; coli dolor,& mali genere & accidentibus,multo grauior & periculosior:Cui inter cætera,ne longiores simus,remedio ait esse quæ ad coli dolorẽ clystere infundi pcipiuntur:inter quæ & oleũ est. De eodẽ Paulus Aegineta sic tradidit: Acutissimũ,& quod grauissimos faciat dolores malum ileon esse:accidereq; illi,quæ etiã periculo grauiora sint,miserabili siquidẽ morte tandẽ pereunt eo malo oppressi,alui excrementa per os reddentes: Fieri aũt cruditatibus,& obstructo excrementorũ exitu;retẽtis quæ iam corrupta sint:fieri etiã letaliũ uenenorũ aliquot potu:Fieri in scrotũ descendẽtibus intestinis,& intestinorũ inflãmatione,coli dolore plerunq; præcedente,& causam afferente: ex quibus colligere omnibus facile est,à coli dolore, loco & intestinorũ genere differre: ille enim in pleniore, hic in gracilioribus fit: differre etiã causis,ut medici docẽt:nec aliunde ileon,q; à circũactione doloris eius sic appellari: εἰλεὸς enim Græcis conuolui & circũagi est. In remedijs deinde & medicina olei ex oleastro, diximus manantia capitis ulcera exterere:ea sunt quæ Græci ἀχώρας dicunt,ab Aegineta Paulo in ii. sic descripta: Fiunt in capitis cute quæ achores dicuntur,tenuissimis foraminibus cutẽ perforantia,ex quibus glutinosa sanies fluit:notũ mali genus,quod in pueris plerunq; fit. Nostra ætas à tinearum in uestibus similitudine,capitis tineas appellat:ut enim illę multo eoq; tenui morsu & erosione uestes perforãt,sic capitis cutẽ ulcera hæc: Plinius,quoniã huic malo nomẽ antiqtas nõ dederat,à cõtinuo saniei fluxu,manantia capitis ulcera uocauit. nosq; eo autore ea dẽ appellatiõe rẽ signauimus: Fiunt in eadẽ capitis humani & reliqui corporis cute,quæ Græci πίτυρα.i. furfures uocãt:siue πιτυρίασιν,quasi furfurationẽ dicas:nomenq; id Græci huic malo ex similitudine fecerũt,spontẽ sua decidentibus,nulla relicta exulceratione,ex capitis & reliqui corporis superficie tenuibus & furfuraceis squamulis:fieriq; id malũ Paulus Aegineta dixit,subeuntibus in caput malo corporis humore, salsa'ue pituita,aut bilioso & melancholico sanguine. Idẽ hoc mali genus in epigrãmate suo descripsisse,porriginẽq; appellasse creditur Quintus Serenus, cũ ait: Est insensibilis morbus & noxia forma, Cũ caput immensa pexum porrigine inungit: Copia farris uti frendẽtibus edita saxis. Celsus itidẽ lib. vi. cap. ii. sic rẽ docuit: Porrigo autẽ est,ubi inter pilos quædã quasi squamulæ,eæq; à cute resoluunt, & interdũ madẽt,multo sępius siccæ sunt. Idq; euenit modo sine ulcere,modo exulcerato loco:contra ea quæ à Paulo Aegineta decernuntur, qui furfures hos nulla relicta exulceratione fieri dixit. Plinius præterea,quæ Græci πίτυρα id est furfures dixerunt,aliqũ furfures,aliqũ porrigines uocat:patetq; id præsertim lib. xxix. cap. v. Quod enim eo loco dixit, porrigines felle ouillo cũ creta cimolia &c, totũ ex Dioscoride excriptũ est:qui cũ de taurino felle egisset, πίτυρα q; i. furfures cũ creta cimolia exterere dixisset,statim addidit: ἢ ἡ προβάτεια δὲ πρὸς ἀυτὰ ποιεῖ &c. quod est, & ouillũ ad eadẽ facit:certo eodẽq; duobus scriptoribus eiusdẽ mali & remedij decreto: possetq; id & in alijs ostendi locis:sed nos tẽpori & breuitati consulimus. Aut igit constituendũ porriginis & furfurũ uoce uniũ idẽq; Plinio mali genus significari, uniusq; mali duas fuisse quondã appellationes,quod Celsus etiã indicare uidetur. Aut porriginẽ capitis,furfures uero reliqui corporis fuisse:aut madere porriginẽ, furfures uero siccos esse: Græci una furfurũ appellatione totũ hoc mali genus dixerunt,qualecunq; id sit,& in quacunq; corporis parte fiat,priuatim seorsumq; nihilominus suis remedijs utrunq; genus curãtes:eosq; nos uocẽ & trãslationem imitati,furfures diximus, & posthac dicemus semper, mali huius hoc illud'ue discrimen & genus ex remediorũ uiribus & potestate censendũ medicis relinquentes. Nolumus & illud relinquere, non sine ratione probari & exigi à Dioscoride, in oleo quod dealbandum & Sicyoniũ faciendum sit, quod per se albescat:habere enim id eam rationem uidetur,ut probato in hos usus candido oleo,damnetur quod uiride antiquitas appellabat: Estq; illud ex Columella alijsq; rei rusticæ scriptoribus sciendum,plures antiquis fuisse oliuitates:Primam, de qua pauloante diximus,in qua acerbum exprimeretur oleũ:quod æstiuũ à tempore etiã dicebatur:Secundã,quæ ante Decẽbris Kalendas fieret,in qua uiride oleum à colore, q; ex uiridi adhuc bacca exprimeretur,uocabant:Tertiã Decẽbri mense,quã mediã Columella dixit, & in qua maturũ oleum exprimebatur:Quartã Ianuario mense,Erantq; singulæ bonitatis & usus laudes aliquæ. In uiridi aũt id maxime laudabatur, quod satis flueret, & pretio duplicaret dñi redditũ: Credimusq; nos hãc unã ob causam album exigi à Dioscoride oleũ, ut à uiridi ea caloris nota distingueretur,quoniã à natiua uiriditate non facile ad candorẽ mutari id posset,& ad contrahendã Sicyonij olei naturã minus aptũ esset. Quod deinde hic ait, in faciendo olei cãdore præter fœnogræcũ adijciendũ esse ex pinguissima & resinosissima picea torrem, ut parũ cognitũ quẽ usum habeat, sic etiã suspectũ nobis est: dubitamusq; aut deesse aliquid, aut quæ sequun-

Ileos & Ileosi.

Ileos. Colon.

εἰλεὸς.

ἀχώρες. Mar.ãtia cãpitis ulcera

πίτυρα. Furfures.

Porrigines.

Oleũ albũ. Oleũ Sicyonium. Plures antiquorum oliuitates. Oleũ uiride

tur non ſine uitio eſſe. Eſt enim illic non πίνυ & ſubſtãtiue. i. piceæ arboris, uerũ adiectiue πιτυΐνυς, id eſt quod ex ea arbore aliquid ſignificet: uerbi cauſa frondẽ, reſinã, nucẽ, aut huiuſcemodi quippiã. Quale aũt id fuerit, uaticinari magis q̃ conijcere oporteret: ſatis nunc ſit rẽ ſignaſſe, obiterq; illud monere, quæcunq; hic candido oleo iubet poſt octauã diẽ adijci, eandẽ habere rationẽ quã cætera unguẽta habẽt, ut his ſpiſſaretur, & aptius utiliusq; ad medicinã & uſus ſuos fieret. Dealbatũ præterea oleũ Sicyoniũ ideò facere Dioſcorides docuit, q̃ medicis & fœminis quondã multus eſſet uſus eius: illis in aliquot malorũ curatione, his in lenocinio formæ paſſim eo utentibus: à Sicyone antiquiſſima Peloponneſi prope Corinthũ urbe, gentile nomen ſibi inuenit: Incertũq; medici' ne prius an fœminæ confectionẽ eius excogitauerint: quẽadmodũ nec facile dixerit quiſpiã, neceſſitas' ne aliquid, an uoluptas magis audere homines coëgerit. In cæteris quorũ neceſſarius ſimul & iocundus uitæ uſus eſt, medicina ad uoluptates paulatim delapſa eſt: & quod neceſſariũ aliquãdo habuerat uſum, illecebras uoluptatũ & uitæ delicias habere cœpit. In Sicyonio aũt oleo non ab re forſan ſuſpiceẽ aliquis contra q̃ in cæteris euenijſſe: uicinãq; Corintho meretricijs leporibus & blanditijs infami Sicyonẽ in altiſſimo collo ædificatã, ideoq; oleis fortè confitã, qñ ficcis & argillioſis collibus oleæ felicius proueniunt, propinquæ urbis contagio amorũ irritamenta aliqua excogitaſſe: & ut Sicyonios calceos à ſe inuentos paſſim iactari fecerat, ſic etiam Sicyonium oleum fœminas docuiſſet, quo nitorẽ cutis & uultus ſplendorem ſibi quærerẽt: ſuosq; amores ea ratione magis cõmendarent. Vtebaẽ eo paſſim in aliquot malis antiquitas: ſæpeq; Paulus Aegineta aliquid eo curari præcepit: Et ſi lib. vi. Samiũ non Sicyoniũ magis in uſu medicinæ cõmendet, qui de uniuerſo oleo ſic decreuit: quod ex drupis oliuis expreſſum oleũ fuerit, dulce eſt, mediocriter calet, & inũcta eo magis humeſcũt. Quod uero ex crudis necdũ inchoatæ maturitatis expreſſum, quantũ adſtringendo, tantũ refrigerando eſt. Elotũ nulla ui erodendi eſt: uetuſtũ, quò uetuſtius eò calidius & maiore in diſcutiendo ui eſt, præſertimq; ſi à principio tenue fuerit; Probaturq; tenuitas, ſi purũ & tranſlucidũ fuerit, & ſi exiguo magna pars corporis inungaẽ, facileq; in corpus deſcendat. Huiuſcemodi aũt præcipue Samiũ eſt. Ex oleaſtro oleũ adſtringit ſimul & abſtergit: & quatenus oleũ, non leuiter ſqualet. Conũcta oleo à Dioſcoride poſtremo ſunt, quæ in antiquorũ balneis, palæſtris, balneorũq; paleſtrarũq; parietibus & ſtatuis ea ætate ad medicinã colligebantur ſtrigmẽta, ſordes, omneq; unguentũ, olei naturã & uires habẽtia. Pro quibus repetendũ illud eſt: antiquiſſimũ balneorũ & olei uſum fuiſſe. Siquidẽ Homeri tẽporibus in ſolia deſcendentes, lauabãtur: & poſtq̃ eos ancillæ lauerãt, oleo etiã ungebãt. Primaq; illis origo ex medicina & naturæ neceſſitatibus fuit: in quibus ſentientes labores omnes deficcare, quod naturalis humoris in corporibus agitatione aruerat, extrinſeco humore inſtaurari cœptũ eſt: ideoq; calidis aquis abluebanẽ: & quoniam id non erat ſatis, contra laſſitudines & gelu oleũ addiderũt. Eſt emi illi natura tepefacere, mollire, & ad agendũ uegetiora firmioraq; reddere corpora. Neceſſariũ deinde eius uſum, ad luxuriã & uoluptates Græci primũ, dein eos imitati Romani, cõuerterũt. Et quod ſanitati quondã inſeruiebat, deliciarũ cœpit eſſe inſtrumẽtum. Mox ut quotidie in humanis fit, mutata gentiũ fortuna, & uitæ ex religionibus rationes, ut tota negligeret res, effecerũt. Creditur q; id maxime religionis noſtræ ſalutaris feciſſe exortus, in qua cũ multa ad meliores mores & caſtiorẽ uitã inſtituerenẽ, id etiã cautũ fuit, ne publicis & cõmunibus balneis utentes ſenes cũ iunioribus, & cũ uiris matronæ & uirgines nudis corporibus conuerſantes, paratæ uoluptatis ſpectaculo ad libidinẽ accenderenẽ: non malo ſanè conſilio: ne ſcilicet ut iureconſulti docẽt, utile per inutile uitiareẽ: ſed parũ felici euẽtu. Siquidẽ clauſis deſtructiſue balneis, quod erat in illis utile, periit: quod uero inutile, occultioribus inſidijs aliunde irrepſit. Fuiſſeq; gentibus balneorũ quotidianos uſus indicãt Romanæ fortunæ & gloriæ æterna & auguſta monumẽta, tot locis in urbe diuerſarũ thermarũ miracula potius q̃ veſtigia: indicant & Græcorũ cõmentaria, Latinorũq; omniũ qui ex propinquo medicinã ab illis acceperunt. Siquidẽ Plinius, Celſus, Columella, & ſiqui alij ſimiles ſunt, multa de balneorũ uſu & oleo tradiderunt. Et hic nequid pro ſalute hominis intẽtatũ indictũq; relinqueret, ex quo agere de oleo cœperat, ea etiã addidit quæ aliogr ab imperitis negligenda uidebanẽ: utile tñ nec paruifaciendũ omnino uſum in medicina habẽt: qualia ſunt olei ſtrigmẽta in balneis collecta: De qbus ſciendũ illud primũ eſt, ſtrigmẽta à nobis dici, quæ oleo illitis corporibus poſt ſudorẽ unà cũ ſudore, reliquiſq; humani corporis ſordibus deſtringebanẽ. Eſt aũt deſtringere, lacinia, ſtrigili'ue alio, aut tota manu quæ corpori hærẽt, abradere & exterere. ea ex oleo, ſudore, ſordibusq; humani corporis concreta & in balneorũ pauimentis relicta, in eos quos hic docet uſus ſeruabanẽ. Colligebatur itidẽ & in ſuos uſus ſeruabatur admixto puluere concretũ oleũ, quod in palæſtris antiquorũ inueniebatur. Dico aũt unà cũ Dioſcoride palæſtras non luctã qua inuẽtus tunc exercebatur, ſed in hos ludos & corporis exercitia cõſtituta ab antiquis loca, quorũ ſymmetria omnis lib. v. à Vitruuio longius docetur: ex q̃ & illud nouiſſe facillimũ erit, qua ſymmetria & modulis à palæſtris gymnaſia differrẽt, in quoq; parietib & ſtatuis quæ ad memoriã uirtutis & exemplũ frequentioribus locis, qualia hæc erãt, plerunq; conſtituuntur: hærẽtes ex eadẽ olei materia ſordes & reliquiæ, in medicinæ uſum ſeruabantur. Quod aũt nos diximus in digitis articulorum concretiones &c. nil aliud autore Galeno nobis ſignificant, q̃ quod Græcis κονδύλοι, quos Plinius articulos reddidit, cõmuni ad aliarũ etiã partiũ nodos ſignificatione. Idẽ præterea ceroma dixit, quod hic ab oleo indicauit, quo ætate illa in palæſtris ad luctã utebantur: neq; ab re uterq;, quando ſubacta oleo cera, ut lubrico corpore aduerſarios magis deluderent, athletæ utebantur.

Oleũ Sicyonium.

De omni oleo ex Pauli Aeginetæ decretis.

Oleum Samium.

Olei uſus.

Vſus balneorum.

Strigmẽta olei in balneis.

Oleũ ex palæſtris unà cum puluere collectũ.

Palæſtræ.

κονδύλοι.

Ceroma.

Περὶ Ἐλαιομέλιτος. Κεφ. λϛ'.

Ἐλαιομέλι. ΚΑΙ παλμυρᾶ δ' συρίας ἔκ τινος σελέχους, ἔλαιον μέλιτος παχύτερον ἐξέρχεται, γλυκὺ τῇ γεύσει, ὅπερ πινόμενον πλῆθος

De Oleomelle. Ca. XXIX.

Ἐλæomeli. ⌊ Romani pariter Græcis elæomeli uel oleomel dicunt. ⌋ In Palmyris Syriæ ex arboris trunco quodam melle craſſius oleũ ſponte manat, ſapore dulci. Potũ id hemi

κυάθων ϐ'. μετὰ κοτύλης μιᾶς ὕδατος, ἄγχει κοιλίαν ὠμὸν χολῶδες. ἔννωθροι δὲ γίνονται τῇ ἔκλυτοι, οἱ λαμβάνοντες. ὅπερ οὖν δεῖ εὐλαβεῖσθαι. διεγείρειν δὲ αὐτοὺς μὴ ἐῶντας καταφέρεσθαι. σκληράζει δὲ τὴν τ λίπους τῶν θαλλῶν ἔλαιον. ἔστι δὲ αὐτοῦ κάλλιστον τὴ παλαιόν. τῇ παχύ. ϛ λιπῶδες. οὐ πεπλωμένης. βρμαίνει δ' ἰδίως πρὸς τὰ ὠλισκοῦντα τὰ ταῖς κόραις ἐπιχριόμενον. τὴ λέπρας ϛ ἕλκήματα πρὸς νεῦρα ἐγχριόμενον ὠφελεῖ.

heminæ duæ pondere cum aquæ hemina una per aluũ cruda & bilioſa trahit. Veruntamẽ quaſi ueternoſi torpent id bibẽtes: quod timendũ non eſt: ſed excitandi ſunt, nec permittendum ut ſopiantur. Conficitur præterea ex ſurculorum corticibus eiuſdem arboris idem oleum. Eſt'que in eo probatiſſimũ quod uetuſtũ, craſſum, pingue, nec turbidum. Calefacit hoc oleũ. Priuatim cõtra ea quæ oculorũ claritati officiunt, inungitur. Inunguntur eo etiam utiliter lepræ & neruorũ dolores.

INTERPRES.

NOn ſunt Plinio & huic de oleomelle omnia eadem: Plinius in maritimis, hic in Palmyris Syriæ ſponte ſua manare, non leui diuerſitate dicunt: non multi tamen faciendum id eſt. Illud grauius, quòd hic arborẽ ex qua manet ignorare uideat. Plinius oleas eius regionis eſſe teſtatur: hic & ſponte ſua fluere, & opere humano ex ſumma arboris parte confici docet. Plinius per ſe tantũ duobus locis manare ait. Non uidetur hic ipſe etiã ſibi conuenire: primo enim ex quodã trunco fluere, tanq̃ cuius arboris hic trũcus eſſet, ignoraret: mox humano opere confici etiã dixit ἐκ τοῦ θαλλῶν, quaſi oleatũ ſurculos indicaret. id enim præter cõmunẽ in plantis nouorũ germinũ ſignificationẽ, quæ priuatim ea uox Athenienſibus quondã ſignificauit: auditaq̃ τοῦ θαλλοῦ uoce, oleæ ramulos adhuc plerunq̃ intelligimus: etſi eius uocis maior ſit ambitus, ſignificetq̃, ut diximus, nouas aliaq̃ etiã plantaq̃ germinationes. Non facile ideò eſt, præſertim in re tẽporibus noſtris ignota, unde afferatur, quidq̃ oleomel hoc ſit, indicare. Non facile itidẽ diuerſam duorum autorũ oleomellis hiſtoriã concordẽ & eandẽ facere: eamq̃ ob cauſam nos non diſſimulatis, ueq̃ præteritis quæ à Plinio dicuntur, Dioſcoridẽ, & quæ nunc in eo leguntur, eadẽ ubiq̃ uocũ æſtimatione latina fecimus. Et ut primis reſponderent ultima, non magis oleæ q̃ alterius arboris ſurculos & germina indicare uoluimus. Veq̃ quæcunq̃ ea arbor in Syria ſit, ex eius etiã ſurculis oleũ confici diximus, eodemq̃ in loco naturam rei magis q̃ quod legebatur ſecuti, quod erat λίπους, quæ uox Græcis unguen omne indicat, λίπους una tantum mutata litera, quod corticẽ ſignificat, mutauimus: neq̃ ut credimus ab re: quando ubi ex trunco arboris humor per ſe fluit, expreſſis eiuſdẽ corticibus fluere etiã poterit: perſuaſitq̃ id præcipue quod confecere uerbum, eam hominis operã indicat, quæ quod nondum eſt, efficiat. Vnguen autẽ per ſe propius ad olei naturã & habitũ accedit. Nec ratione caret, ut quod in ima arboris parte per ſe fluit, in ſummo lateat, nec niſi ui & humano opere extrahi & colligi poſſit: præſertimq̃ ex corticibus, qui copioſiore q̃ interiores partes in pluribus humore abundant: non tamen hoc adeo decernimus, ut illud penitus damnemus. Diximus deinde ueterno torpere ſeu torpidos fieri, qui oleomel biberint: nõ tam Plinium ſecuti, dicentẽ: qui bibẽre, torpeſcunt: excitanturq̃ crebro: q̃ reꝛ omniũ & totius naturæ peritiſſimũ poëtã noſtrũ, qui in Georgicis ſuis uno carmine gręcoꝛ νωθρώτητα cõplexus eſt, cũ ait: Nec torpere gratui paſſus ſua regna ueterno: ἐννώθρους poto oleomelle fieri Dioſcorides ait. Eſtq̃ in ea re ſciendũ, in cæteris ſcriptoribus & in communi eius uocis æſtimatione νωθρὸν καὶ νωθρότητα tardũ, pigrũ, hebes q̃ Græcis ſignificare: dicíq̃ ad iter νωθρὸν, ad agendũ, ad intelligendũ, ad uigiliã, motumq̃ omnẽ aliũ: ſomno, pigritia, & lãguore marcentẽ: In medicina aũt ad capitis malũ, grauẽq̃ & profundiorẽ ſomnũ contracta eſt eius uocis ſignificatio: eſtq̃ νωθρότης quartũ inexpugnabilis ſomni genus, quod ex humida materia fit, ut alias docebimus, cũ primũ de lethargo dicendi occaſio ſe nobis offeret. Nũc ſatis ſignaſſe ſit, quoſnã hic ἐννώθρους dicit, & nos ueterno torpere diximus. Intelligit enim oleomellis huius potu in marcorẽ difficilis ſomni lãguoremq̃ animi bibẽtes ſtatim ferri: nec aliter ſopiri q̃ in malo illo capitis fiat. Non tñ ideò abſtinendũ eo, quoniã letalis omnino aut noxius ſomnus ille ſit, Dioſcorides præcipit. Sed contra eũ ui utendũ, crebroq̃ excitandos qui purgant, donec pacta purgatiõe ſoporis eius periculũ omne euaneſcat. Nec dũ timetur ſopor, ſpernat & damnet q̃d alioquin utile eſt: libet aliq̃ Pliniũ demirari, qui aut in tanta rerũ quas docuit uarietate & mole defatigatus, ſiue paꝛ diligens, ea quæ ab alijs accepat, genti ſuę paꝛ feliciter redderet. Licetq̃ id in oleomellis huius medicina eius uidere: in qua cum dixiſſet: Qui bibẽre, torpeſcũt: ſtatim addidit: excitãturq̃ crebro: quaſi id per ſe fieret, nec alterius opẽ opus eſſet: nõ ſentiẽs aduerſari ſibi inuicẽ profundiore ſomno ſopiri quenq̃, & crebro excitari: nec nos ideò hoc dicimus, ut contra antiquiores, aut rei naturã dixiſſe Pliniũ arguamus: ſed q̃ paꝛ dilucide & feliciter huius ſcriptoris ſenſum & uoces reddiderit. Non probamus etiã quod aliqui ſuſpicari ſe dixerunt, eſſe oleomel hoc quod antiquiores Græci ἀιρομέλι, id eſt aëriũmel uocauerũt: id. ſ. q̃d ab Hebræorũ ſacris literis acceptũ ueteres man, nũc uero paſſim manna medici & officinæ appellãt: q̃d ex huius ſcriptoris hiſtoria & medicina nõ facile conſiciẽt. Siquidẽ ab oleo ſtatim de eo agit, & quaſi cõgener oleo ſubiiciẽt, in cẽſu mellis aliquin cõſtituendũ, ſi mellis magis q̃ olei naturã referret, quẽadmodũ de melle ſiue ſale Indico hic idẽ poſtea aget, cui mos fuit cognata cõgeneribus ſuis ſemp coniũgere. Nec dixiſſet hic ex trũco arboris manare &c. cũ aëriũ illud mel nõ ex trũco manet, ſed in arborũ foliꝭs inueniat: habet enim ꝓpoſitio illa ex, intrinſecũ generationis principiũ: mellis aũt aduẽtitia generatio & cõcretio eſt. Sũt ꝓterea in medicina q̃ aërij mellis euẽtibus paꝛ conueniant. Nec nobis pro cõperto eſt, q̃d antiquioribus quibuſdã aërium mel fuit, quod noſtra ætas manna appellat, eſſe, ſed melliginem: ſic enim nunc uoco ſublucanis temporibus in arborũ foliꝭs concretũ roſcidũ ſapore mellis humorẽ: quẽ deinde legentes apes, mel in aluearibus ſuis coaceruant. Nec tamẽ negamus quod nũc mãna uocãt, ex eadẽ aut ſimili ſubſtantia eſſe: ueꝛ nihil, ut nobis uidet, ad oleomel hoc

Veternum. νωθρώτης. νωθρὸν. νωθρότης.

Aëriũmel.

aëriũ

aërium omne id mel facit: qđ in censum & nomen mellis sola saporis dulcedine adscitũ est, cũ tamẽ præcipua olei uis in eo intelligatur. Credimusq; nos ideò hoc plerosq; opinatos esse, q̃ Plinius aërio illo melle ueluti sudore aut saliua cœli, dicat his qui noctu sub dio fuêre, unctas uestes & concretum capillum sentiri.

Περὶ κικίνου ἐλαίου. κεφ. λη'.

Κικινον ἔλαιον σκυάζει τοῦτον τὸν τρόπον. λαβὼν ὡρίμων κροτώνων ὅσον ἀμφ' ὀξύβ, καὶ ψύξας εἰς ἥλιον, καταξηράνας θλασπέρου τρόπον ἕως ἂν ὁ πυρηνίμυος φλοιὸς ἀπορρήξας ἐκπέσοι, σωναγαγὼν τὰ σάρκα, ἔμβαλε εἰς ὄλμον. καὶ κόψας ὡς μελῶς εἰς λέβητα κεκασσιτερωμένον βάλε, ὑδατος ἔχοντα. ἡ ἀνάθεσα σὺν πυρὶ καίων. ὅταν δὲ ἀνῶσι τὰ αὐτῆς ὑγρότητα πᾶσαν, ἄφελε τὸν λέβητα ἀπὸ τοῦ πυρός, ἀπόψυξον μύλῃ τὸ ὡς πλέον ἔλαιον καὶ ἀποθου. οἱ δὲ αἰγυπτίοι διὰ τὸ δαψιλῶς χρῆσθαι, ἐτέρως αὐτὸ σκυάζουσι. μετὰ τὸ καθάραι εἰς μύλλῳ ἀποδύοντες τοὺς κροτώνας, ἀλήθουσιν ὡς μελῶς εἰς τὰς σφυρίδας ἐμβαλόντες τὸ ἥλεσμένον, δι' ὀργάνου ἐκθλίβουσιν. ὥρισμοι δὲ εἰσὶν οἱ κρότωνες, ὅταν ὑπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτοὺς σφαιρίου ἀποκλύωνται. πρίεται δὲ τὸ κίκινον πρὸ ἀχῶρας καὶ φώρας καὶ τὰς ἐν ἔδρᾳ φλεγμονάς. πρός τε ὑστέρας μύσεις καὶ διαστροφάς. ἔτι δὲ οὐλὰς ἀπρεπεῖς καὶ ὠταλγίας. ἐμπλάστροις τε μιγὲν, ἐμπυακτέρας αὐτὰς ἐργάζεται. ἄγει δὲ καὶ κοιλίαν ὑδατώδεις πτέρ, ἐκκρίνει δὲ καὶ ἕλμινθας.

De Ricinino oleo. Cap. XXX.

RIcinũ oleum. ⌊Romani cicinũ pariter Græcis & ricininũ dicunt.⌋ Conficitur ricininũ oleũ hoc modo: Sumito quot satisfore credideris maturos ricinos: cõ tusosq; eos modo quæ in cratibus siccant, in sole disponito: finitoq; in sole esse usq; dũ uestiens eos disruptus cortex ceciderit: tunc collectã eos carnem in mortariũ coniicito: tusamq; diligenter in lebetẽ stanno ex interiore parte illitum, aqua plenum, transferto: & admoto igne, facito simul ferueant. Cum uero omnẽ quem habebãt humorẽ iam remiserint, amoto ab igne lebete illo, cõchula collígito quod supnatabit oleũ, reponitoq;. In Aegypto, q̃ maiore eius copia indiget ea gẽs, aliter conficit ricininũ oleũ: purgatos enim ricinos statim molis subijciũt, terũtq; diligenter: tũ farinã eos in sportas cõiiciẽtes, prelo exprimũt. Maturi aũt ricini tũc erũt, cũ ex uestiẽtibus eos folliculis emerserint. Facit ricininũ oleũ ad capitis manantia ulcera, scabies, sedis inflãmationes, prẽclusosq; & inuersos muliebres locos, informes itidẽ cicatrices, & auriũ dolores. Idem emplastris mixtũ, uires & efficaciã illis addit: trahit præterea per aluũ aquas, potum: & uentris lumbricos pellit.

INTERPRES.

NVlla gentibus nominum certa eadem lex fuit: sed quæ pariter à cunctis intelliguntur, aliis atq; aliis uocibus deinceps indicata sunt: nec est ubi magis uariemus, aut ubi tempora, regiones, & uitæ nostræ non una semper & ubiq; ratio plura mutauerit. Cici quondam fruticem aliqui dixerũt, quem plures Græci crotona, & Romani ricinũ à figura seminis appellauerunt: Rura aũt nostra, & omnis ferè Thuscia nunc Romanum phaselũ uocat: illi à notissimi insecti, nos à leguminis similitudine eandẽ rem indicantes. Frutex hic tantum non arboreſcit: seritur q̃ in hortis nostra ætate ad spectaculum magis q̃ ad utilitatẽ: altitudine, ut hic in historia eius docebit, humilis fici, platani folio: & si Plinius uitigineo, nullo discrimine tamen dicat: quando platanus uitigineo folio à cunctis describitur. Ricinum sua ætate Plinius uocari dixit à fœdissimi insecti similitudine, quod Graeci κρότωνα appellant: suntq; Latinis ricini & Græcis κρότωνες insecta, quæ animalibus aliis canibusq; præsertim inhærent, sine motu cum semel hæserint. Quibus cibi nullus exitus est, colore liuido, nullis discretis membris, in globum continue crescentia, donec plenius saginata post aliquot dies sponte sua decidant. Ideoq; nos, autore Plinio, fruticem eiusq; semen, & ex eo confectũ oleum, ricini appellatione indicauimus. Et nisi testaretur Plinius lib. xv. sine igne & aqua in Aegypto exprimi ricininum oleum, suspicaremur, nec sine ratione, non esse hoc loco integrum Dioscoridem, qui in prima illa huius olei confectione auxilio aquæ ideò uteretur, q̃ ob ricinorum ariditatẽ aliter exprimi nequiret: mox autem in Aegypto confici sine humore aliquo testaretur. Oportet itaq; duobus ijsdemq; grauissimis autoribus, in eadem re idem testantibus constituere: uuidiores in Aegypto ricinos q̃ in Italia nasci: eaq; unguinis sui copia nullo etiam adsperso humore exprimi posse.

Ricinus. κρότων.

Περὶ Ἀμυγδαλίνου ἐλαίου. κεφ. λθ'.

Ἀμυγδάλινον ἔλαιον, ὃ ἔνιοι μετώπιον καλοῦσι, σκυάζεται οὕτως. ἀμυγδάλων πικρῶν χοᾶ β'. καθάρας καὶ ξηράνας κόψον ὑπέρῳ ξυλίνῳ ἐν ὄλμῳ κούφως μέχρις μᾶζα γένηται. ἐπιχέας τε ξεστοῦ ὑδατος κοτύλας ϛ', ἕως συμπι

De Amygdalino oleo. Cap. XXXI.

AMygdalinon oleũ. ⌊Romani etiã amygdalinũ dicũt.⌋ Amygdalinũ oleũ qđ quidam metopiũ dicũt, hoc modo conficit. Sumito amaras eius generis nuces quartã modij partẽ: easq; purgatas & arefactas ligneo pistillo leuiter in mortario, donec offa fiat, contundito: tum adsperſis feruentis aquæ heminis duabus, finito semiſſem

ἕμ. ἀφ' ἧς πάλιν βιαιότερον ξέσε. εἶτα ἀπὸ θλίβων πρὸς πλάκα ἀξίπου. νῦν δ' ἀπὸ τῆ δακτύλων εἰς μύακα ἀναλάμβανε. εἶτα πάλιν εἰς δ' ἀπαθλιμμένον κοτύλην ὕδατος μίαν ὠὸν χέας, νῦν συμπιέσας, τὸ αὐτὸ πρίῃ. ἀπαδίδωσι δὲ κοτύλαι δ'. τὸ τετραχοίνικον. πρὸς δὲ πρὸς τὰς ἐν μήτρᾳ ἀλγηδόνας νοσῆ πνίγας ὑστερικὰς, διαστροφάς τε νῦν φλεγμονὰς τῆς αὐτῆς τόπων. ἕλκη τε κεφαλαλγίας ἕλκων πόνους. νῦν ἤχους ἕλκων συριγμούς. ὠφελεῖ δὲ νῦν ἐφιδρώσεις. νῦν δυσαρίστους. νῦν λιθιῶντας. ἕλκοθμαλικούς. ἕλκωλικούς. αἴρει δὲ ἕλκους ἐκ προσώπου. νῦν ἐφήλεις νῦν ξυτίδας, μέλιτι μιγνύμενον ἕλκει κυπείνῃ ἢ ῥοδίνῃ κηρωτῇ. νῦν ἀμβλυωπίας δὲ ὄξει ἀναστηθασικόν, σὺν οἴνῳ τε χώρας ἕλκει πίτυρα σμίχει.

missem horæ combibere: ex quo tẽpore ualidius iterꝫ offã illã cõtundito, tusamq́ꝫ in alueolũ exprimito: qd́ꝫ in digitis hæsit cõchula itidẽ excipito, rursusq́ꝫ in expressas nuces aquæ heminã infundito: & cũ dimiseris cõbibere, idem facito. Reddit aũt nucũ semodius olei heminã unã. Facit amygdalinũ oleũ ad dolores & strangulationes muliebriũ locorꝫ, eiusdẽq́ꝫ partis inuersiões & inflãmationes: facit & ad capitis dolores, auriũq́ꝫ item dolores, incertos sonos & sibila. Prodest pr̃eterea renũ cũ urinę malo aliq̃ doloribus, urinæ angustijs, calculosis, suspirijosis, & lienosis. Emẽdat idem uultus maculas: asperam discoloremq́ꝫ ceu à sole cutem & rugas, melli, lilij radicibus, cypriq́ꝫ, aut ex rosa ceræ commixtum. Quinetiam hebetes restituit oculos: & cum uino furfures, manantiaq́ꝫ capitis ulcera exterit.

INTERPRES.

ANtiqua & peregrina in amygdalino oleo metopij appellatio est, incertũq́ꝫ magis' ne sic dicereẽ: quoniã, ut Paulus Aegineta testat, Galbanũ q̃d Aegyptij metopiũ uocabant, huic oleo miscereẽ: an potius quoniã metopion Aegyptiorũ propriũ unguentũ, præter pleraq́ꝫ alia ut in eo mox docebitur, amaris amygdalis conficereẽ. In priore illo nominis à galbano causa: in posteriore ab Aegyptiorũ unguento, quod ob eandẽ galbani admixtionẽ priuatim metopiũ dicebaẽ. In eius confectiõe demirabitur fortè aliquis, diuersas ab alijs in editione hac nostra rerũ ponderа & mẽsuras: neq́ꝫ ab re, nisi audierit, quæ nos in postremo opere de his in uniuersum dicemus: in quibus magni refert, quos autores aliquis sequatur, & q̃ certas & incorruptas eorꝫ notas in Græcorꝫ cõmentarijs inuenerit. Interim non tacebimus, quos diximus modios & semodios, non significare nobis eã mensurã, quæ nostra ætate, & tota Ethruria pluribusq́ꝫ alijs locis ea appellatione intelligiẽ, uerũ longe minorẽ. Fuit enim exiguæ capacitatis quondã modius, & quantũ cõtigere licet ex eo quod in euangelio auditur: Neq́ꝫ accendunt lucernã & ponunt eã sub modio: & ex his quæ Vitruuius lib. X. in haurienda attollendaue ex fluminibus aqua monstrauit: quo loco modiolos sæpe appellat, quibus id fiat, Insubres etiã quibus in cœna bibimus pocula modiolos adhuc uocãt: mutata deinde metiendi ratione ex pluribus antiquis modijs confectũ aceruũ, modiũ gẽs nostra nominauit: Quæ omnia dicta à nobis modo sunt, ne quis de maiore illa mensura cogitaret: nã quod ad quantitatẽ eius pertinet, aliâs certius diceẽ. Eadẽ ratione uolumus etiã nunc intelligi, quod tẽporis spatiũ nos horæ semissem, & q̃ longas horas dicamus. In quo sciendũ illud est, fuisse antiquis præterq̃ per æquinoctiũ, toto anno inæquales horas: nec eodẽ spatio diurnas nocturnis & nocturnas diurnis respondisse. Sed quantũ diurnis per brumã auferebatur, tantũ nocturnis accrescebat: contra uerò in solstitialibus. Erantq́ꝫ illis tam in tenebris q̃ in sole duodecim numero horæ, exoriente sole numerari incipientes. Placueratq́ꝫ illis hic numerus: q́ꝫ geminatus à senario easdẽ illi integras & plures omnibus alijs numeris partitiones admittebat: cuius rei infinita sunt testimonia & indicia. Siquidẽ in diuidenda hæreditate, metiendisq́ꝫ omnibus alijs, hoc numero semper usa est antiquitas. Ex eo factũ est, ut Plinius sæpe æquinoctiales horas ideo dicat, ut diurnis pares nocturnas ostenderet, parẽq́ꝫ totius diei uigesimã quartã partẽ indicaret. Contrà uero Cicero pro Roscio agẽs, horas nocturnas dixit, ut p brumã longius eaꝫ spatiũ cõstitueret. Probatiq́ꝫ autores sic semper usi sunt: & obseruatũ à nobis est, cũ horis nihil addit, significari semper æquinoctiales, & ex eo parẽ totius diei uigesimãquartã partẽ: quo tẽporis spatio nostra ætate horæ etiã diuiduntur & numerãtur. Sicq́ꝫ in Dioscoride, si nihil aliud adiectũ fuerit, horæ intelligendæ erunt. Quod legentibus significasse semel uisum est, ne dubitare posthac cogantur legentes, quod quantũq́ꝫ tẽporis spatiũ simplici horæ appellatione in scriptore hoc intelligendũ sit. Quod si amet aliquis etiã æqualiũ & inæqualiũ huiuscemodi horarũ in antiquis horologijs & solarijs rationem nouisse, lib IX. Vitruuiũ de architectura scribentẽ legat, qui obseruatã à mathematicis ex cursu solis à bruma usq́ꝫ ad solstitiũ crescentis & decrescentis, toto anno umbræ uarietatẽ longius tradit. Variant hoc capite antiquiores Græci in mensura feruentis aquæ, quæ tusis nucibus adspergenda fit. In aliquibus enim ut nos reddidimus heminæ, in aliquibus cyathi leguntur. Fecitq́ꝫ hoc, ut credimus, notæ in utraq́ꝫ hac mensura multa similitudo. In eo nihil nos decernimus, monemus tñ, quoniã facilis & lubricus in ponderꝫ mẽsura rumq́ꝫ huiuscemodi antiqs notis ad uitiũ ex similitudine in Græcis lapsus fuerit, cõiectura sensuq́ꝫ in his etiã uti oportere: q̃ duo licet nõ possint ratiõis mõ q̃d exactũ sit indicare, q̃d propinquũ illi fit saltẽ, ostendẽt. Nobis inclinat animus, modij quadrãtibus cyathi magis q̃ heminæ mensurã cõgruere: & si cõtrà reddit? locus hic à nobis fuerit. Diximus in medicina deinde auriũ sonoribus & sibilis mederi amygdalinũ oleũ, duo non penitus eadẽ partis eius uitia indicãtes, quorꝫ alterꝫ grauius, alterꝫ acutius sonet: q̃ Plinius ex hoc scriptore aliter & his uerbis descripsit: Grauitatẽ auditus discutit, sonos incertos & tinnitus: quasi nõ intus sonãtes aures, sed foris incerta uerborũ significatione ad aures peruenientes sonos intelligens: quod ad auditus grauitatẽ

Modius. Semodius. Modioli.

Horæ antiquorum.

Sonores & sibila auriũ.

tatẽ pertinet. Nobis autore Paulo Aegineta, intrinseca auriũ uitia ambo hæc potius existimãda esse uidentẽ. Nimis cõmune etiã forte uidebitur ꝗd dictũ à nobis est, uultus maculas emendare amygdalinũ oleũ: sed quales hæ sunt nouisse facile erit, cũ scierimus, quosnã ἀτίλους Græci cõmuni eius uocis æstimatione intelligãt. Sunt itaq; illis propriæ ἀτίλοι notæ quæ in uestibus hærẽtes eas discolorãt. Quarũ similitudine aliqñ in humano uultu & reliquo corpore maculæ oriunt, nullo aut exiguo uitio summã cutẽ tantũ uariantes. Videt Plinius in olei huius medicina hoc mali genus furunculos dixisse: cũ tamen in abscessuũ genere furunculi & sibi & alijs sint. Sed hoc tantũ legentibus significamus. Nam quod ad Dioscoridẽ pertinet: quale diximus, id uitiũ est. Volumus & illud hactenus dictis addere, non cypriã à regiõe cerã dicere hunc scriptorẽ, sed ceroma siue ceratũ malis dicere, quod ligustrino unguento maceratũ & subactũ esset: quale autem id unguentum, & quibus floribus constet, inter unguenta mox docebitur: eademq; ratione ceratum ex rosa siue rosaceo id intelligimus, quod oleo subactum, & in hos aliosq; usus confectum fuerit.

ἀτίλωσ. Vultus maculæ.

Cera Cypria.

περὶ βαλανίνου ἐλαίου. κεφ. μ'.

ΕΓΚΕΙΤΑΙ δὲ ⟨ τὸ βαλάνινον σκευάζεται. ἄναμιν δὲ ἔχει καθαρικὸν ἀτίλωπα, φακῶν, ἰούθων, οὐλῶν μελανίας, κοιλίας καθαρικόν. ἔστι δὲ κακοσόμαχον. ἁρμόζει δὲ ⟨ ὠταλγίαις. ⟨ ἤχοις. ⟨ συριγμοῖς. μετὰ χηνείου σίαλος ἐγχεόμενον.

De oleo ex unguentaria glande, ꝗd Græci balaninũ dicũt. Ca. XXXII.

BAlaninon. Romani pariter Græcis Balaninum dicunt. Cõficitur eodem modo & ex unguentaria glande balaninũ oleũ. Vultus maculas, lentigines, uaros, & cicatricũ nigredinem exterit: Aluum idem soluit, sed stomacho nocet. Instillatur aurium doloribus, sonoribus & fibilis, cum anserino adipe utiliter. Conficiũtur similiter prædictis ex sesamo sesaminum oleum: & ex iuglandibus nucibus, nuceum: habentq; easdem balanino uires.

ΟΚΕΙΤΑΙ ἔλαιον σησάμινον. κεφ. μά.

ΜΟΙΩΣ δὲ σκευάζεται τοῖς προγεγραμμένοις τό, τε σησάμινον ἐκ τοῦ σησάμου.

ἔλαιον καρύινον. κεφ. μβ'.

ΚΑΙ τὸ καρύινον ἐκ τῶν βασιλικῶν καρύων σκευάζεται. ἄναμιν δὲ ἔχουσι τὸν αὐτὸν τῷ βαλανίνῳ.

INTERPRES.

DE unguentaria hac glande quã Græci myrabalanon & myrepsicen balanon appellant, copiosius à nobis in quarto uolumine dicetur, quo loco historiã eius & medicinã omnẽ priuatim hic docet. Interim quod glandi huic & ex ea confecto oleo pariter congruat dicemus. Videri nobis deceptũ sæpenumero Græcarũ uocũ similitudine & uicinitate Plinium fuisse: ideoq; multa in simpliciũ historia & medicina aliter q̃ Græci, à quibus ea acceperat, tradidisse: licetq; id hoc capite etiã deprehendere: quo loco scilicet nos diximus cicatricũ nigredinẽ exterere hoc oleũ, quas Græci fœminino genere acuta ultima syllaba οὐλάς dicunt, & ex quo genere & uocis accentu hic dixit οὐλῶν μελανίας. i. cicatricũ nigredinẽ: Plinius autẽ libro xxiii. cap. v. eadẽ hæc omnia sic reddidit: Balaninũ oleũ repurgat uaros, furunculos, lentigines, gingiuas: quasi legisset aut intellexisset non οὐλῶν ut diximus, sed οὔλων genere neutro, & in priore syllaba seruato accẽtu, quod gingiuas significat. Persuasit aũt cicatrices non gingiuas legi & intelligi oportere una omniũ Græcorũ lectio: Conueniensq; & concors in oleo & glãde hac sibi ipsi Dioscorides, quod enim hic οὐλῶν μελανίας, in quarto οὐλὰς μελανίας eâdẽ cicatricũ significatione dixit. Accedit & his, ꝙ non uidemus quã inter oris mala gingiuarũ nigredinẽ intelligere ualeamus: libenter tamen hæc cunctaq; alia peritiorũ censuræ subijciũtur. Non relinquendũ & illud est, quod Dioscorides ait, confici balaninũ oleũ similiter prædictis, amygdalinũ & ricininũ intelligens: aliter à Theophrasto tradi lib. iiii. de plantarũ historia, cuius de unguẽtaria glande hæc uerba sunt: Fructus uero cortice utuntur unguentarij, eum tundẽtes: hanc enim partẽ odoratã habet, fructũ uero inutilẽ. Cũ aũt dixit Dioscorides confici similiter antedictis, ex fructu non ex corticibus confici endum esse præcepisse uidetur. Siquidem in illis fructus tantum, non cortex aut putamen ad oleũ tũditur & exprimitur. Aut igitur in re tunc notissima dicendum est conficiendi modum monstrasse tantum Dioscoridẽ, aut aliam unguenti ab oleo cõfectionem fuisse: & in altero corticis, in altero fructus usum fuisse. Nobis in priorem illam partem inclinat animus. Suum tamen & alijs iudicium relinquimus.

οὐλὰς. οὔλων.

περὶ ὑοσκυαμίνου ἐλαίου. κεφ. μγ'.

ΚΑΙ τὸ ὑοσκυάμινον ⟨ σκευάζεται οὕτω. λαβὼν τὴν λευκὴν κάρπον ξηρὸν πρόσφατον, μὴ κόψας, ὑσσῶπῳ θερμῷ φύξας ὡς προειρηται ἐπὶ τοῦ ἀμυγδαλίνου. καλίζων ⟨ τὰ ὑπερχύσα ξηραινόμενα αὖθις μέχρι, τῷ ὅλῳ ἀνάμισυ. μὴ δὲ αὖθις πρίῃ ἄχρις ἂν μελανθῇ μὴ ῥυσῶδες γένηται. εἶτα διηθήσας μὴ ἐκθλίψας ἀπόθου. πρίῃ ⟨ μὴ πρὸς ὠταλγίας. μὴ πεπονῆς μίγνυτο, μαλακικὸν ὄν.

De oleo ex apollinari herba, ꝗd Græci Hyoscyaminon dicũt. Cap. XXXIII.

HYoscyaminon. Latini piter hyoscyaminũ dicũt. Cõficit & ex apollinari herba oleũ hoc modo: Sũito apollinaris herbæ cãdida, siccata & recẽtia semina: tusaq;, ut in amygdalino oleo prẽmõstrauim⁹, calida aqua macerato: solato deiñ, supioresq; ptes cõtinue arescẽtes uniuersę offæ misceto: facitoq; id usq; dũ nigrescat, & ingrato odore sentiat: mox p colũ expressũ repõito. Facit ad auriũ dolores: miscetq; pessulis, molliẽdo utile.

IN-

INTERPRES.

Dicemus de apollinari herba, cum tractabit quarto libro historia eius & medicina. De ea oleoq; eius interim tacuisse illud inhumanum & iniustum fuerit, potum cerebri motus facere: & inter letalia semen eius in cibo sumptum, ab hoc ipso libro sexto numerari.

Περὶ κνιδελαίου. κεφ. μδ'.

De Cnidio oleo. Ca. XXXIIII.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ κνιδείου σκευάζεται, κόκκου λεπιοθέντος καὶ κοπέντος. καθαρτικὸν δὲ ἔχει δύναμιν κοιλίας, πινόμενον.

COnficit pariter & ex grano cnidio oleũ, purgatis cortice suo seminibus & tusis. Potũ, in purganda aluo uires habet.

INTERPRES.

CHamæleæ quam cneoron Theophrastus uocat, granum cnidium semen est. In historia plantæ certius libro IIII. de eo agetur.

Περὶ κνικελαίου. κεφ. με'.

De Cnicio oleo. Ca. XXXV.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ κνίκινον σκευάζεται. δύναμις δὲ ἡ αὐτὴ τῷ ἀπὸ τοῦ κνιδείου κόκκου. ἀνθμιὴ δὲ μᾶλλον.

COnficit & cniciũ oleũ similiter. Vis illi eadẽ quę ex grano cnidio cõfecto oleo est, minꝰ tñ efficax.

INTERPRES.

CArthamum nostræ ætatis medicina Græcorum cnicon appellat. Rura autem nostra crocum Saracenum: de eo longius & certius in historia libro IIII. agetur.

Περὶ ῥαφανελαίου. κεφ. μς'.

De oleo Raphanino. Ca. XXXVI.

Τὸ δὲ ἐραφάνινον σκευάζεται ἐκ τοῦ αὐτῆς σπέρματος ὥς περ καὶ τὰ λοιπά. πρὸς ἐκ νόσου δὲ φθειριῶσιν ἀρμόζει. πρὸς τὰς περὶ τὸ πρόσωπον σμήχεα τραχύτητας. χρῶνται δὲ αὐτῷ δι' ἡγύπτου τῆς πρὸς ὀψωνίσασθαι ἑψοντες αὐτό.

COnficit raphaninũ oleũ cęterorũ mõ ex raphani quã Romani radicẽ dicũt, seminibꝰ: quibus à lõga ualetudine pediculi abũdãt, accõmodatũ ẽ. Cutis idẽ scabrities in uultu emẽdat: utũt eo Aegyptij obsonijs cõcoquẽtes.

INTERPRES.

COntra omnes pediculos raphanino oleo utit Paulus Aegineta: hic tñ usum eius contraxit ad eos tãtum, qui post longiores morbos abundent. Nasci eos ueteres dixerũt, purgãte se uitioso sanguine. Plinius hoc addidit: Cerastis & scorpionibus aduersari raphanũ, uel ipso semine infectis manibus impune tractabilibꝰ: qua ui & oleũ ex semine expressũ, fœdissimis insectis his aduersari & nocere uerisimile est.

Περὶ μελανθελαίου. κεφ. μζ'.

De oleo ex nigella herba, quod Melanthinon dicũt. Ca. XXXVII.

Καὶ τὸ μελάνθινον δὲ πλὴν αὐτῷ ἔχει δύναμιν, καὶ σκευασίαν τῷ ῥαφανίνῳ.

MElanthinon, Romani pariter Melanthinũ oleũ dicunt. Eadem raphanino uires & cõfectionẽ melanthinon, id est ex nigella herba confectum, oleum habet.

INTERPRES.

QValis nigella sit, & quo colore & ordine in papaueraceis uasculis conspiciatur eius semen, certius in historia eius ostendetur.

Περὶ σιναπελαίου. κεφ. μη'.

De Sinapino oleo. Ca. XXXVIII.

Τὸ δὲ σινάπινον σκευάζεται, λεαινομένου τοῦ σινήπεως καὶ δεχομένου ὕδατι θυχρῷ. ἔπειτα μιγνυμένου ἐλαίου καὶ συνεκθλιβομένου. πρὸς τὰ πρὸς τὰ χρόνια ἀλγήματα μετὰ σύνεσιν.

COnficit sinapinũ oleum concisis tritisq; sinapis seminibus, tũ calida aqua aspersis, postremo admixto illis oleo simulq; expressis. Facit ad diutinos dolores inunctum, aliunde ad se euocans.

INTERPRES.

VAriant antiquiores Græci hoc capite etiã: alij enim frigida, alij calida aqua sinapim adspergunt. Nos ad soluendam molliendamq; seminũ illorũ duritiẽ, aptiorem calorem existimauimus. Plinius in eadem confectione etiam Dioscoridi idẽ non est, & aliter conficit. Fit & oleũ ex semine madefacto in oleo expressoq;. In medicina etiam pluribus q̃ hic morbis mederi testatur. Locus est lib. xx. capite xxii.

Περὶ μυρσινελαίου. κεφ. μθ'.

De Myrtheo oleo. Cap. XXXIX.

Μυρσίνινον δὲ σκυάζεται οὕτω. λαβὼν τὰ ἁπαλὰ φύλλα τῆς μελαίνης μυρσίνης ἢ ἀγρίας ἢ ἡμέρου, κόπτε πιέζων. ἴσον δὲ ζωμὸν χυλῷ ἐλαίου ὁμοφακίνου σμίχων, χλίαινε ἐπ' ἀνθράκων, ἕως ἂν σωφηδὲς αὔρων τὸ ἑψισάμενον. εὐκοπωτέρα δὲ σκυασία τὰ ἁπαλὰ τῶν φύλλων κόψαντα, ἕψημεν ὕδατι καὶ ἐλαίου, καὶ τὸ ἑψισάμενον ἀπολάβωμεν. ἰσχύει δὲ τὰ φύλλα καθ' ἑαυτὰ εἰς ἥλιον, ἢ ἐλαίῳ ἀπροσέχοντα. ἔνιοι δὲ προσύφουσι τὸ ἔλαιον σιδίοις, κυπρίασῳ, κυπείρῳ, σχίνῳ. ἔστι δὲ ἐμπρακτικώτερον τῇ γεύσει πικρίζων. μὴ ἐλαιῶδες. χλωρόν. διαφανές. ὄζον μυρσίνης. δύναμις δὲ αὐτοῦ συπτική. σκληρυντική. διὸ καὶ πρὸς μικυμένων ἀπυλωτικαῖς. ἢ πρὸς πυρίκαυσα. ἀχῶρας. πίτυρα. ἀζανθήματα. πυρίμματα. ἑαράς. κονδυλώματα. ἄδρα κεχαλασμένα. ἰσχιάδας ἑλκῇ. καὶ ὅσα σύψεως ἢ πυκνώσεως ἔχει χρείαν.

MYrſinon. LRomani myrteũ ſiue myrtinum dicunt.J Conficitur myrteum oleum hoc modo: Sumito nigrę agreſtis aut ſatiuæ myrti tenerrima folia: tundito ea, tuſáq; exprimito: expreſſo deinde myrti ſucco, parem acerbi olei menſuram miſceto: facitoq; in carbonibus caleant, uſque dum ſimul concoquantur, tum quod in ſummo fluitabit oleum, auferto. Conficitur & aliter minore labore. Tundito tenerrima myrti folia: tuſáq; in oleo & aqua coquito, quod ſupernatabit oleum colligens. Priuatim & per ſe myrti folia itidem in oleum coniecta, in ſole madent. Sũt qui oleũ malicorio & cupreſſo, anguloſoq; & rotũdo odoratis iũcis anteà ſpiſſent. Efficaciores ad agendũ uires habet quod ſapore amareſcit, pingui liquore oleoſum, uirideq; & tranſlucidum eſt, myrtum odore referens. Eſt illi adſtringendi uis, indurat: eamq; ob cauſam his quæ inducendis cicatricibus conficiuntur, utiliter miſcetur: facit ad ambuſta, capitis manantia ulcera, furfures, puſtulasq; eruptiones, intertrigines, rimas, condylomata, & laxatos articulos. Compeſcit idem ſudores, cunctiſq; aliis prodeſt, quę adſtringi aut dẽſari oporteat.

INTERPRES.

ERit operæpretiũ laboriſq; huius noſtri utile compendiũ, ſi quemadmodũ in re ruſtica præcipitur, q̃ tempore non licet per tenebras aut imbrẽ in agro opus facere, à uillico familiaq; id domi paretur & fiat, quod ſereno cœlo ſine iactura utilioris operę tractari non poſſet. Sic nos etiã hoc capite quod in tegrum & ſine uitio eſt, de rimis, condylomatis, & intertriginibus agemus: ut peracta hoc loco operis noſtri leuiore hac parte, & hoc ueluti faſce leuati, maiore animi alacritate, & aptius quæ deinceps occurrent, alia tractemus. Primũ itaq; de rimis nouiſſe oportet, quas Græci ῥαγάδας uocant, & nos rimas diximus, malum eſſe quod non in una tantũ corporis noſtri parte ſentiat, uerũ in mulierũ naturalibus, & utriuſq; ſexus ſede, labris, digitis, & pedibus fiat: ideoq; Galenus in diffinitionibus ſuis, nulla corporis in quo fiat decreta parte, diuiſiones, ſiue ſciſſiones malis dicere, cutis calloſis labris, rhagades eſſe dixit: & in fœminarum naturalibus, eorumq; oſtio Paulus Aegineta fieri teſtatus eſt, ex laborioſo & uiolento partu: fallereq; recentibus adhuc ex puerperio doloribus: paulatim ſentiri deinde deprehendiq; admota manu, & in Venere cruore ex attritu indicante. Teſtatus idẽ etiã eſt in ſede fieri: obſeruauimusq; nos rhagades Græcis Latiniſq; ſcriptoribus aliquot, qualis Plinius eſt, eas præcipue intelligi quæ hac parte fiant, duris, nec ſine magno conatu pulſis alui excrementis. Rimæ. ῥαγάδες. Fiunt eodem autore & in pedibus, calcaneo ſcilicet & inferiore ſolo, nec minus in digitis: uerũ his plerunq; locus additur, pedũq; rimas & digitorũ appellant. Fiunt & in labris: cunctiſq; his partibus, ex diuerſis cauſis, itinere, frigore, multisq; aliis: licetq; id pro comperto habere, quacunq; corporis parte in duo plura ue labra dehiſcat cutis, Græcos rhagadas à frangendo, Latinos rimas id malum appellare. Sed quoniã frequentius in ſede fit, in ea parte, ut diximus, plerunq; intelligi: quod an in Dioſcoride, præſertimq; hoc loco ſic æſtimandum ſit, peritioribus cenſendum relinquimus. Nobis uidetur cõmune cognatis inter ſe tot malis, myrtei olei remediũ eſſe poſſe, præſertimq; in ſede fœminarũ & naturalibus: cuncta enim adſtringi opus eſt. Ideoq; non ad hanc magis q̃ illã corporis noſtri partẽ id malũ contraximus, contenti rimas autore Galeno dixiſſe, in calloſa labra humanæ cutis diuiſionem: eoq; conſilio, ut poſthac eadem uoce ſemper utamur, niſi certũ fuerit certæ partis in eo malo uitium. Id certe affirmabimus, ubi in ſcriptore hoc cõiũcta ſimul innentunt condylomata & rhagades, in utroq; ſexu ſedis, & in fœminis hoc amplius, naturaliũ ſimul duo, & deinceps deſcripta ab antiquis medicis mala, ſiquis ſedis rimas & condylomata tantũ reddiderit, non leui neglectæ alterius partis periculo & iniuria id agere. Eiuſdem utriuſq; partis, ſedis ſcilicet, & hoc amplius in fœminis naturalium, malum condylomata etiam ſunt. Ea in diffinitionibus ſuis his uerbis deſcripſit Galenus, ſed in ſede tantum: Sunt condylomata excreſcentiæ, quæ in extrema ani corona, & qua parte ſe comprimit, cum inflãmatione inſurgũt: eadẽ figura in fœminarũ naturalibus fieri Paulus Aegineta, & in utroq; ſexu poſt diutinas & inueteratas rimas in callũ tranſeuntes dixit: appellaueruntq; condylomata id malũ Græci, quòd ut cõtracta in pugnũ manu digitorũ articuli, quos ea gens condylos uocat, inſurgũt & eminent: ſic duratæ in callum, ſedis, & in fœminis naturalium rimæ, à reliqua ſuperficie inſurgunt. Leuiſſimũ poſtremo mali genus eſt, quod nos intertrigines diximus, Plinius aliqñ attrita appellat, aliquãdo confricata membra. Fit atterentibus & urentibus in itinere pedes anguſtis calceis: fit etiam confricatis longa equi uectione interioribus fœminibus, aliisq; partibus, & ex aliis cauſis.

Condylomata. Rhagades. Intertrigines.

De oleo

περὶ Δαφνελαίου. Κεφ. ν'.

Τὸ ἢ δάφνινον σκευάζεται διὰ τῶν δαφνίδων ὅταν ὦσι δρυπετεῖς, ἑφθωμένων μετ' ὕδατος. ἐκ δὲ τῶν πηγανομύρου λέπυρις, ἀνίσων λιπαρίων ξυά. ἢν δὲ κόπτωσι χρόνον εἰς μύας καὶ ἀναλαμβάνουσιν. ἔνιοι δὲ ὁμοφάκιον ἔλαιον προσύφαντες, κυπείρου, νάρδου, καλάμου μετὰ ταῦτα δάφνης φύλλα ἁπαλὰ βαλόντες, συνέφθησιν. οἱ δὲ μὴ δαφνίδας ἕως ἂν ἱκανὸν γένηται τῇ ὀσμῇ. ἔνιοι δὲ μὴ σύριγκα μίσγουσι μὴ μυρσίνην. ἀρίσκη δὲ πρὸς σκευασίαν ἡ ὀρεινὴ μὴ πλατύφυλλος δάφνη. διαφέρει δὲ τοῦ δαφνίνου ὁ πρόσφατον. χλωρὸν τῇ χρόᾳ. πικρότατον. δριμύ. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν. μαλακτικήν. ἀνασομαλκτικήν. κόπτει λυκαικήμ. ἀσμοῖς μὴ τοῖς περὶ τὰ νεῦρα πάθεσι πᾶσι. ῥῖγος ἀταλγίας μὴ καταῤῥοιζομένοις. νεφρικοῖς δὲ τοῖς ἀπὸ ψύξεως ἀλγήμασιν ἄριστον, ὡς οὐδὲν ἕτερον ὠφελοῦν. ἔστι δὲ καὶ ναυτιώδης ποτέμ.

De oleo Laurino. Cap. XL.

DAphninon. Romani laurinũ dicunt. Cõficit laurinũ oleum lauri baccis cum drupæ iã sunt, in aqua decoctis, pinguitudinẽ quãdã ex ueſtiẽte eas cute remittentibus, quã manibus conchula exprimẽtes colligunt. Quidã in cõfectione eius acerbũ oleũ anguloſo rotundoq; odoratis iuncis, præterea odorato itidẽ calamo antea ſpiſſantes: tum lauri tenerrima folia in id conijcientes, ſimul omnia coquunt. Qui dã & lauri baccas foljs ſupadijciunt, donec odore ſatis eſſe uideant. Miſcẽt aliq; ẽterea ſtyracẽ & myrrhã. Probatiſſima ad laurini olei confectionẽ mõtana & latifolia laur⁹ eſt. Bonitate in eo antecedit q̃d recens, colore uiridi, amariſſimũ & acre. Calefacit laurinũ oleum, mollit, laxat, & laſſitudines recreat. Vtile præterea cunctis neruoq; malis, febriũ horroribus, lauriũ doloribus, & deſtillationibus: contra renum ex frigore dolores, ut quo uolueris alio utiliſſime inungitur. Potum tamen idem nauſeam facit.

INTERPRES.

NOtior cunctis laurus eſt q̃ oporteat nos de ea lõgius agere, aut tam multa eius genera quæ Plinius proſecutus eſt, nulla urgente neceſſitate percurrere. Oleũ enim nõ arborẽ Dioſcorides docet. Cuius à Palladio libro 11. multo diſſimilis his uerbis confectio traditur. Ex lauri baccis oleũ conficiẽ hoc modo: Lauri baccas q̃plurimas, & maturitate turgentes, in aqua calida bullire facies: & ubi diu ferbuerint, olei quod ex ſe dimiſerint, ſupernatantis undã pennis leuiter cogentibus in uaſa transfundes. Hic enim maturitate turgentes baccas coqui iubet, Dioſcorides drupas. Sunt autẽ drupæ in olea & lauro: poſſunt & in alijs arboribus eſſe, optima ætate ad decerpendũ inter copiã bonitatẽq; ſucci, incipientes nigreſcere & colorari baccæ: quæ uox à Græcis facta eſt: qui primũ nigreſcentes oliuas δρυπετεῖς appellauerunt. Parũ deinde ſequax ſermo in Græcis eſt, ubi nos diximus: quã manibus in conchulã exprimentes colligunt. Quod enim eſt illic participiũ δυακόφαντθε, nullum habet ſenſum: ideoq; nos rem magis q̃ uocẽ ſecuti, ſic reddidimus. Volumus tamen id tam diu legentibus placere, quouſq; ex minus corrupto codice certior confectionis huius ratio cognoſcat. Et ſi id nouiſſe ſatis ſit, remitti è baccis lauri pinguitudinẽ aliquã quæ colligẽda ſit: ob quã cauſam illud ex Palladio addidimus, ut ab eo expleretur quod huic deeſt. Suſpicamur & illic uitiũ eſſe ubi legitur: Miſcent aliqui ſtyracẽ & myrtũ: credimusq; pro myrto frutice myrrhã legi oportere: ſtyraci enim myrrha aptius copulatur q̃ myrtus, & in ſpiſſando oleo maiorẽ uim & frequentiorẽ uſum habet: facilis ab altera in alteram uocẽ in Græcis lapſus fuit: & antiquus latinus Dioſcorides myrtam adhuc habet: poteſtq; una tantum mutata litera in hunc ſenſum trahi: unicuiq; tamen ſuum iudicium ſit & arbitrium.

Drupæ oliuæ. δρυπετεῖς.

περὶ Σχινελαίου. Κεφ. νά.

Τὸ δὲ σχίνινον ὁμοίως ἐκ τοῦ καρποῦ πεπείρου σκευασθὲν, ὡς τὸ δάφνινον, προσυφθὲν. ὑγιάζει ῥώσας κτλωσῶν. καὶ κωσῶν. μὴ εἰς πέδας μὴ εἰς ἄκοπα, μὴ λεπρικὰ ἐπιτηδείως μίσγυται. σέλινον δὲ καὶ ἰσχιάτας. καὶ τὸ περιβόητον δὲ ὁμοίως σκευάζεται. ἔχει δὲ καὶ σύφει.

De Lentiſcino oleo. Cap. XLI.

SChininon. Romani lentiſcinum dicũt. Ex maturo lentiſci ſemine lentiſcinũ oleum laurini olei modo conficitur, & anteà ſpiſſatur. Canum & iumẽtorum ſcabiem ſanat. Miſcetur idem peſſulis aptiſſime, acopis, & his quæ contra lepras conficiuntur: & præter hæc ſudores compeſcit. Conficitur & terebinthinum ſimiliter, adſtringitq; & refrigerat.

INTERPRES.

LIbet hoc loco addere lentiſcini olei diuerſam ex Palladio confectionem libro 11. his uerbis ab eo tradi tam: Grana matura lentiſci q̃plurima colliges, & una die ac nocte ſupra ſe aceruata eſſe patieris: dein de ſportam granis riſdem plenam cuicunq; uaſculo ſuperpones: & calida adiecta, calcabis & exprimes: tunc ex eo humore qui defluxerit, ſupernatãs oleum lentiſcinum ſicut laurinum colligetur. Memento autem (ne rigore poſſit adſtringi) aquam calidam ſæpe ſuffundere.

περὶ Μαστιχελαίου. Κεφ. νϛ'. De Maſtichino oleo. Cap. XLII.

Τὸ δὲ μαστίχινον, ἐκ φλ μαστίχης λείας σκυδάζεται. πρῶ ὴ πρὸς τὰ ὕστερα πάντα, ἡπίως θερμαῖνον. σύφον. μαλάσσον. ⟨ πρὸς τὰ πρὶ τὸ μάχον ῥῶμα σκιῤῥώματα ⟨ κοιλιακά. ὴ δὲ στυπτικά. ⟨ τὰ ἐπὶ τῶ προσώπου καθαῖρον. ⟨ εὐχροιαν ποιοῦ. σωτίθεται δὲ ἐν χίῳ τῇ νήσῳ κάλλιστον.

MAstichinon. ⟨ Rõani pariter Græcis mastichinũ dicunt. ⟩ Ex concisa mastiche mastichinũ similiter conficit oleũ. Confert omnibus muliebriũ locorũ uitijs, leniter calefaciens, spissans simul & molliens. Miscet idem ceratis, quę stomacho, cœliacis & intestinorũ torminibus imponunt. Exterit & uultus uitia, colorisq; amabilem bonitatem illi acquirit. Laudatissimum in Chio insula oleum hoc fit.

INTERPRES.

NOn sperabat Diomedes in Troianorũ castra speculator profecturus, incolumis ad suos redire solus posse: eamq; ob causam Nestorẽ precabatur, dari coniungiq; sibi aliquẽ, cuius consilio & opera in tanto periculo uti posset: quãdo duobus simul euntibus, fœlicius euenire hominibus quotidie nos etiã multa sentimus: quod superiore capite experti, multũ Paulo Aeginetæ debemus, qui lib. v. de mastiche agens, quod huic scriptori, seu temporũ uitio, seu librariorũ incuria in hoc capite antiquã integritatem amiserat, qua ratione instaurari posset, facillime monstrauit: fuitq; nobis in labore hoc non facũdus, sed utilissimus comes. Inter remedia siquidẽ legebatur aut nullo, aut inconcinno penitus sensu, prodesse hoc oleũ πρὸς τὰ πρὶ τὸ μάχον ῥῶμα σκιῤῥώματα &c. Quarũ uocũ summa est, ad eas quæ stomacho superponuntur durities: qui dicendi modus, nec rei nec scriptori huic legitimus aut honestus est: nõ enim stomacho superponuntur durities: Cum aũt decerneret ille stomachi, alui, intestinorũ, & iecoris inflãmationibus accõmodatã esse mastichẽ, facile opinati sumus ex rei & sermonis ductu, quod erat σκιῤῥώματα, quæ uox omniũ generũ durities in humano corpore significat, κηρώματα, id est cerata, siue ceromata legẽdum esse: decreuissetq; hunc scriptorẽ subactã mistichino oleo ceram, partibus illis imponi contra earũ partium mala, ad quæ ex uiribus suis mastiche faceret: quales autẽ illæ sunt, idẽ Paulus his uerbis docuit. Mastiche præsertimq; ex Chio insula, in secundo ordine calefacit & siccat: mixtas habet uires: adstringit enim simul & mollit: ideoq; stomachi, alui, intestinorũ & iecoris inflãmatiõibus accõmodata est. Aegyptia colore quadantenus nigro: siccat magis & discutit, minus aũt adstringit, discutiendis strumis ideo accõmodata, quæ longius cõmentarijs his nostris adiecta sunt, ut ratio mutatæ à nobis uocis ab eo autore accepta intelligatur: obiterq; & illud testaremur, confirmari ab eo quod in hoc scriptore suspectũ fortè uideretur, cum ait mastichẽ adstringere simul & mollire: quod aduerbium non temere, sed ex melioribus Græcis additum illic à nobis est, in quibus legebatur, σύφον ὁμοίως ὴ μαλάσσον.

σκιῤῥώματα.

Σάνθεσις πρὶ μύρων. κεφ. νγ'.

ΕΠει δὲ ὴ τὰ μύρα εὐθετῶ ἐπ' ἐνίων παθῶν, ⟨ μιγνύμενα φλ μάκοις, ὴ ἐμβρεχόμενα ὴ ὀσφραινόμενα, ἀκόλουθον ἡγούμεθα ὴ τοὺτων πρᾴσασθαι, ἃ δ' ὧ δοκιμάζοντας ἐπιβλέπειν, ἢ ἀφ' οὗ ἡ κρᾶσις ὅτι τ' μύρου, ἐκ' νο πρῶ κατὰ τὸν ὄσφρησιν. ἀρίστη δ' ἐστὶν ἡ τοιαύτη κρίσις. ἐπ' ἐνίων μὲν τοι οὐ φυλάττεται τὸ πρῶτον δ' ἐπικρᾶσαι μιγμάτ σφοδροτέρων. ὡς ἐπὶ ἀμ βρακίνου, ὴ κροκίνου, ὴ τηλίνου, ⟨ ἄλλων ἁνῶν, ἅπ ἐκ φλ πρὶ αὐτὰ γυμνασίας δοκιμαστέον.

Vnguentorũ confectiones. Cap. XLIII.

VErum quoniam & unguenta in aliquot malis, olfactu, asperfione, & medicamentis adiecta utilia sunt, exigere rei ordinem existimamus, ut eorũ ratio etiam à nobis tradatur: in quorũ probatione cotemplari oportebit, an id ex quo temperatum unguentum fuerit, odore indicet. Optimũ enim iudicium hoc est: Etsi in aliquibus seruãdum non fit, quod euincunt sæpenumero quæ uehementiora admixta fuerint, ut in amaracino, crocino, ex fœnogræco, alijsq; quibusdam, quæ ex eorũ tractatione & usu probanda erunt.

Πρὶ Ροδίνου σκευασίας. κεφ. νδ'.

ΡΟδῖνον ἔλαιον γίνετ ὕτω. χίνου λίτρας ε'. οὐγγίας ἡ. ἐλαίου λίτρας κ'. οὐγγίας ε'. κόψας ὴ χλ φυράσας ὕδατι, ἔψε ἀνακινῶν. εἶτα ἀποθήσας εἰς τὰς κ'. λίτρας ⟨ οὐγγίας ε'. ἐλαίου, βάλε ῥόδων ἀφρόχωρα ἀριθμῷ χίλια πέταλα ἢ κυπέρου λίτραν ά. ἐλεφίου λίτραν ά. καλάμου λίτραν ά. ἐλαίου ξέστας ς'. ῥόδων ξέστας ς'. ὴ τὰς χεῖρας μέλιτι χρίσας, ἀνακίνει πλεονάκις, ὑπερθλίβων ἱκέμα. ἔπειτα ἐάσας τὴν νύκτα, ἔκθλιβε. ὅταν δὲ τὸ ζυγῶσθες

VNguentorũ confectiones. Cap. XLIII.

VErum quoniam & unguenta in aliquot malis, olfactu, asperfione, & medicamentis adiecta utilia sunt, exigere rei ordinem existimamus, ut eorũ ratio etiam à nobis tradatur: in quorũ probatione cotemplari oportebit, an id ex quo temperatum unguentum fuerit, odore indicet. Optimũ enim iudicium hoc est: Etsi in aliquibus seruãdum non fit, quod euincunt sæpenumero quæ uehementiora admixta fuerint, ut in amaracino, crocino, ex fœnogræco, alijsq; quibusdam, quæ ex eorũ tractatione & usu probanda erunt.

De Rosacei confectione. Cap. XLIIII.

FIt hoc modo rosaceũ: Sumito rotũdi odorati iunci pondo quinq;, uncias octo, simulq; olei pondo duo, uncias quinq;: tundito dein, maceratũq; aqua coquito continue miscens. Cũq; per colũ traieceris, in olei pondo uiginti & uncias quinq; rosas sine humore aliquo numero mille conijcito:

manibusq; odorato melle inunctis, misceto sępius, leniter per diẽ premens: integram deinde noctem dimissas, matutino exprimito: cumq; quod in eo fæculentum est subsi-

ὑποσῇ, ἄλλαξον τὸ ὑποδεχόμενον ἀγγεῖον. ἄπτίθεσο δὲ εἰς κρατῆρα μέλιτι κατακεχρισμένον. βαλὼν δὲ εἰς λουτηρίδιον τὰ ἐξιπωθέντα ῥόδα, ὧν χαλίξας κ'. οὐγγίας ς'. τὸ ἐσυμμένον ἐλαίου, μὴ πάλιν ἐξίπου. ἔσαι δέ σοι τὸ δεύτερον. κἂν θυλαθῇς ἄχρι γ'. ἢ δ'. ἀποβροχῆς ὧν χέων ἐξίπου. γίνεται τὸ μά. ἓξ ϛ'. τὸ γ'. τὸ δὲ δ'. μύρον. ὁσάκις δ' ἂν πρίῃς, τοὺς κρατῆρας προκατάχριε μέλιτι. εἰ δὲ θέλῃς δ' ὑτέρων ἐμβολὴν ποιήσασθαι, εἰς τὸ πρῶτον ἐξιπωθὲν ἔλαιον, τὸν ἴσον ἀριθμὸν προσφάτων ῥόδων ἀβρόχων ἐμβαλε, μὴ ἀνακινῶν ταῖς χερσὶ προσεπιθλίβων μέλιτι, ἐκπίεζε, μὴ πρίῃ δὲ εὐτρόχου, μὴ τρίτου, μὴ τετάρτου ὁμοίως ἐκθλίβων. μὴ ὁσάκις δ' ἂν πρίῃς τὸν, νεῖλα ὀυνυχίζων πρόσβαλε ῥόδα, δ' ωαμῶς πέμπτον δὲ γίνεται. ἄχρι ὃ ἐβδόμης ἐμβροχῆς, ὧν δ' ἔχεται τὸ ἔλαιον τὸ ἐμβολὴν τὸ ῥόδων. ἔπειτα ὃ οὐκέτι. κεχρίσθω ὃ μὴ ἡ λιπὸς μέλιτι. δ' ὃ ἐπιμελῶς τὸ ἔλαιος τὸ χυλὸν χωρίζειν. ἀπολιφθὲν δὲ τὸ πλάκιον, τὸ μύρον φθείρει. ἔνιοι δὲ αὐτὰ μόνα τὰ ῥόδα ὀυνυχίσαντες μὴ ἡλιάσαντες, ἵνα πρβρέχουσι ζέον ἔλαιον. ἔχοντα σαθμὸν οὐγγίας ς'. εἰς μίαν ξέστου ἐλαίου. μὴ ἀλλάσσοντες, ἡμέρας ἡ. μὴ ἡλιάζοντες ἐπὶ ἡμέρας μ'. ἄχρι τρίτης ἐμβροχῆς, οὕτως ἀπτίθενται. ἔνιοι δὲ προσύφασι τὸ ἔλαιον. κάλαμον μὴ ἀσὼ ἄλαβον ἐμβάλλοντες. οἱ δὲ ἄρχουσαν ἐνεκεν εὐχροίας, μὴ ἄλας πρὸς τὸ μὴ φθείρεσθαι. δ' ωαμῶν δὲ ἔχει συπικὸν. ψυκλικόν. εὐθερμὲς ἐμβρέγματα μὴ καταπλασμάτων μίξεις. λύει δὲ μὴ κοιλίαν πτιζόμενον. μὴ καῦσον σφέννουσι σομάχου. ἔσι δὲ θερπικὸν κοίλων ἑλκῶν. θ' τὸ κακοήθων πραϋντικόν. ἀχώρων μὴ ἐκ ζεμάτων ἐπάλειμμα. μὴ κεφαλαλγίας ἔμβρεγμα, ἐν ἀρχῇ δὲ ὀδονταλγίας δ' ἄκλυσμα. πριᾶ δὲ μὴ πρὸς βλέφαρα ἐσκληκυμένα ἐγχριόμενον. πρός τε ὠτέων ἐρεθισμοῖς μὴ ὑς ἔρας ἐγκλυζόμενον χρήσιμον.

subsederit, ex uase in quo erit, in craterẽ melle antea inunctũ trãsfundito, & seruato. Coniectis mox in labellũ expressis illis ῆsdẽ rosis, superinfundito iteꝝ spissati olei põdo octo & uncias tres, iterumq; exprimito. Erit hoc tibi secundarium rosaceum. Et si uolueris tertiũ & quartũ rosaceũ facere, quoties uolueris oleũ infundito, & exprimito. Fit enim primum, secundũ, tertium, & quartum unguentũ: quotiesq; feceris, toties antea crateres melle inungito. Quod si uolueris iterata confectiõe uires rosaceo adῆcere, in oleum primo expressum parẽ recentium & sine humore rosarum numerũ adῆcito: manibusq; melle antea inunctis, exprimito: facitoq; iterum tertium & quartum similiter exprimẽs: & quoties facies, nouas quotidie detractis unguibus cõῆcito rosas: sic enim efficacius erit: usq; ad septimam tamen adiectionem nec ultra, rosaꝝ uires oleum admittit. Melle præterea & prælum inunctum fit. Quinetiã oportet diligentissime oleum à succo rosarum separare, uitiat enim minima eius pars totum unguentum. Quidam solas tantũ rosas detractis unguibus insolatas põdere unciarum sex in olei sextarium demergunt: demissasq; in eo diebus octo, madere mox quadraginta diebus tertia rosaꝝ adiectione insolatas, sic reponũt & seruant. Sunt etiam qui odorato calamo & aspalatho oleum anteà spissent. Sunt præterea qui ad coloris bonitatem anchusam: & ne ingrato odore sentiatur, salẽ adῆciũt. Est rosaceo adstringendi refrigerãdiq; uis. Adspergitur utiliter, & cataplasmatis pari utilitate miscetur. Potum idem soluit aluũ, stomachi ardores restinguit. Caua nutrit ulcera, malefica mitigat, manantibus capitis ulceribus, eruptionibusq; alῆs in ea parte inũgitur. Adspergitur contra capitis dolores à principio: Dentes eodem in dolore colluũtur. Facit ad induratas palpebras, contra quas inungitur. Clystere præterea hæc infunditur contra intestinorũ, muliebriumq; locorum pruritus & erosiones.

INTERPRES.

SEntiebat Thebanus lyricus poẽta cum opus aliquod incipientibus præciperet, speciosam lateq; fulgẽtem eius frontem erigendã esse, quantũ dignitatis, gratiæ & honoris periret his, quæ humiliter aut praue incœpta, negligi prius q̃ cognita essent, inciperentur. Nec dimidium facti habere (ut poẽta cecinit) eum qui modo, sed bene & fœliciter aliquid incœpisset. Nos etiã meminimus quod in Porphyrio quotidie iactatur, imperῆ dignitatem ex prima fronte & indole aliquando æstimatã fuisse. Desiderauimus ideo hoc capite dignã Dioscoride eius esse frontẽ, ut reliqui corporis gratia & fœlix usus esset, & ut fieret diu etiam: sed paraꝝ fœliciter laborauimus, tam corruptæ illic omnes primæ partes sunt, & tam male sequax rerum uerborumq; sensus & ordo legentibus occurrit. Nec in eo nos aliud modo possumus, q̃ ut in iudicio fit, delato crimine antiquæ lectionis, coniecturam nostrã afferre. Quod autẽ in ipsis foribus statim uitiũ se nobis obtulit huiuscemodi est. Iubet hic in rosacei confectione ad olei spissamentum sumenda esse rotundi odorati iunci pondo quinq;, & uncias octo: statimq; subῆcit, sumenda pariter olei pondo duo & quincuncem: nec male incerto uersu hactenus, si odoratus ille rotundus iuncus spissando huic oleo satis esset: & nisi quod sequitur participiũ κόψας male rei responderet, & præter hoc alterũ illud participiũ φυράσας, nulla ratiõe oleo competere posset. Qui enim tundi oleũ & macerari aqua potest: quod duo illa participia significant: alteraꝝ enim in duris & aridis tantum fit, alterum in his solum dicitur, quorum aresçit alterum, liquescit uero alte-

rum: ut cum dixit Tranquillus lutum sanguine maceratū: & quotidie auditur, aqua macerari farinā. Accedit his, ꝙ iniusto pōdere & mala rerū inæqualitate in spissando humore præcipitur, maiore copia sumi ꝗd spisset, minore autē quod spissatur. Spissatur enim oleū, spissant uero aromata: quæ si copia & pondere abūdent, non spissare ipsa oleū, sed oleo dilui dicentur. Coëgerunt postremo nos non suspicari iam, sed pro comperto uitiū hoc loco habere, quæ plura in antiquioribus aliquot Græcis in spissando rosaceo numerātur, elenium, quā nos inulā diximus, angulosum odoratū iuncū, & odoratū itidē calamū: credimusq; quod oleū statim à rotundo iunco legitur, non oleū, quoꝗ Græci ἔλαιον, sed ἐλάινιον, id est inulā antiquā fuisse lectionem: deesseq; alia deinceps, quæ prius aqua macerata in oleo coquenda essent: tum per colū traiecto oleo uiginti sic spissati olei pondo & uncijs quinq;, inijciendas esse rosas numero mille &c. Quæ omnia coniectura tantum nostra dicuntur, quā alijs etiā relinquentes nihil mutauimus, suspiciones suspicionumq; nostrarū causas diligentioribus ostendisse contenti. Factumq; id bona fide & nullibi dissimulatis uitijs & difficultatibus huiuscemodi, quod alioquin facile nobis erat. Et quoniā toto hoc opere sæpenumero de rerū ponderibus & mensuris decernendū erit, testari semel id uolumus, siquid minus maiusue pro rei natura & necessitate dici forte uidebitur, non ideo damnandū esse laborē hunc nostrū. Lubricus enim in antiquis ponderū & mensurarū notis ad uitiū lapsus est: Multa etiā in antiquis Græcis uarietas: & nos codicū fidē, non experientiam sequimur, quā medicis relinquimus, quibus licebit semper ex alioꝝ decretis, aut iterū facto rei periculo, in melius conuertere, quod ex hoc scriptore paꝝ appositē dictū à nobis fuerit. Cur autē sine humore rosas in oleū cōijciendas hic scriptor præcipiat, à Theophrasto lib. vi. de causis plantarū docetur, quo loco testatus ille est, unguentarios rosas ad unguenta quadantenus prius ficcare, ut ea ratione purus relinquatur odor, qui in eo flore postq; aruit adhuc seruatur: esseq; id discrimen tantū, ꝙ recentes ex longinquo olent, ficcatæ autē contrà: Quod si ab unguentarijs amissa natiui humoris aliqua parte rosæ ad unguēta exiguntur, multo magis aduentitius in eis humor damnabitur. Neq; ab re fortè fuerit putasse, docuisse id hoc loco Dioscoridē: Communem tamen eius uocis æstimationē nos etiā secuti sumus, non ausi quod ἀβρόχων in eo est, aliter q̄ extrinseci humoris priuatione exprimere. Docuit non multo post idē hic scriptor, in censu bonitatis rosacei laudari probariq; maxime, quod primū expressum fuerit, tum secundū, mox tertiū, postremo quartum. Nicander tamen in Theriacis suis in tertio censum bonitatis clausit dicens: ἐν δὲ μίτῳ μοῖραν ῥοδέων χρόας &c. Quod legentibus ignotū esse noluimus. Dicerē longius etiā, quos nam hic ungues in rosis nominat, nisi Plinius & alij iampridē docuissent, ungues in rosis appellasse ueteres imas foliorū floris eius partes colore candido, quibus in capite suo hærent & pendent: ideo in medicina damnatas, ꝙ nulla solis coctura coloratæ odoratæq;, inutili humore abundant. In medicina & illud sciendū est, quæ hic ἐμβρίγματα uocat, & nos uerbo tantū significauimus, conspergi dicentes, late patere, significariq; ea uoce à Græcis omnia quæ fronti, temporibus, alijs ue partibus ad fouendum, discutiendum, compescendū, reprimendumq; inspergunturs intelligendaq; hoc loco ea tantū sunt, quibus potestate sua rosaceū utile erit: quoties q; nos conspergi aliq; quidpiā dicemus, semper ex uiribus remedij illius usus hic intelligēdus erit: Nostra ætas adhuc græca uoce emprochas sed corrupte, remediū id dicit. Quæ itidē hic ἐπιξέματα nominat, genere eadē sunt quæ ἀθανθέματα, quæcunq; pueris in capiite erumpunt, multorū generū ulcera & pustulæ: in quibus etiā Paulus Aegineta primo libro rosis & rosaceo utendū esse præcipit. Sequitur ab hoc loco statim, κεφαλαλγίας ἐμβρίγματα ἐν ἀρχῇ. quo loco pungendus iudicio nostro sensus & membrū est, ne male coniungatur illud ἐν ἀρχῇ sequenti membro: incipientibus enim capitis doloribus, & à principio inspergendā rosaceo frontē, non colluendos à principio in dolore dentes præcepisse hunc uerisimile est. Adijciemus postremo & si ad alia festinemus, quæ nam malefica nos, Græci uero κακοηθῆ ulcera appellauerint: Satisq; nobis Galenus primū in diffinitiōibus suis, mox Paulus Aegineta, quo loco de ulceribus agit, erunt: & si ille non ulcus magis q̄ omne aliud κακοήθες malū his uerbis diffiniat: κακοήθες malū est, quod ui sua grāde difficile q; est, aspectu aūt debile & ignauū, & ꝗd malo dolo fallat: ideo Græci sic appellauerunt, quibus κακοηθῆς homines sunt, dissimulato malefi cio nocentes: Paulus aliter & his uerbis rem tradidit, Antiqua & cicatricē difficillime contrahentia ulcera, quæ cacoëthe dicunt, alij chironia, ueluti Chirone centauro medicinæ in poëtaꝝ fabulis peritissimo indigentia: alij telephia, ꝙ in huiuscemodi ulcere Telephus cōsenuerit: nec nisi noua medicinæ rōne ab autore mali Achille sanari potuerint, uocant: ex qua eorum difficili sanitate Iuuenalis etiam dixit: Tenet insanabile multos scribendi cacoëthes. Ea Celsus mala ulcera aliquando nominauit, qui de Chironijs priuatim lib. v. agens, proprium genus Chironijs ulceribus assignasse uidetur: nos certiore adhuc rei significatiōe malefica diximus ubiq;, & si forte dolosa aptius dicerentur.

Vngues in rosis.

ἐμβρίγματα.

ἐπιξέματα. ἀθανθέματα.

Malefica ulcera.

κακοηθῆ ἕλκη.

Chirōia ulcera. Telephia ulcera.

περὶ ἐλατίνης σκιθασίας. κεφ. νέ. De Vnguēto qd ex palmę elate. i. cortice cōficit. XLV

ἘΛάτινα θλάσας & διακνήσας, ἔμβαλε εἰς λοπῆρα, & ἐπίχεε ὀμφάκινον ἔλαιον ἐπὶ ἡμέρας γ'. ἀνελόμενος τε εἰς ωυρίδα ἄξιον. ἔσω δὲ ἑκάτερα ἰσόσταθμα. εἶτα ἀποθέμενος ὧν καθῶ ἀγείρω, χρῶ. δύναμιν δὲ ἔχει ἀναλογοῦσαν ᾧ ἐσθίνω. κοιλίαν δὲ οὐ μαλάσσει.

ELatinon. ⌊Romani pariter Græcis elatinū dicūt. ⌋Tundito filatimq; discerpito teneꝝ, nō dū florētis palmę corticē, quē Græci elatē dicūt: In labrū dein cōijcito: acerbū infundito oleū, dimittitoq; triduū, ex quo tēpore in sportā cōiecta oīa exprimito. Pari pōdere cortex is & oleū sumēda sunt. Cūq; expresseris, in puro uase repōito & utere: pares habet rosaceo uires, nō tñ aluū mollit.

INTERPRES.

QVa materia fiat & ex qua palmę parte elatinū unguentū, cū de tota palma paulopost ageā, certius legētibus erit. Nō relinquemus tñ legētes monere, à Columel. elatē hāc li. xii. corticē palmę appellari.

De

περὶ μηλίνου σκευασίας. κεφ. ις'.

Ελαιον μήλινον σκευάζειν τὸν τρόπον τοῦτον. ἐλαίου ξέσας ς'. ὕδατος ξέσας ί. μίξας, προσέμβαλε λαπάθης πεθλασμένης οὐγγίας ς'. χίου οὐγγίαν ά. ⟨ἐάσας ἡμέραν μίαν, ἔψησον, εἶτα ἀρθίσας τὸ ἔλαιον, βάλε εἰς ἀγγεῖον πλατύσομον, ἐπιθεὶς τε ξύλον ἐκ καλάμου. ἢ φοίαθον ἀραιόν. ἄνωθέν τε ὑπόθες κυδωνία μῆλα ἢ περικαλύψας ἱματίοις, ἐάσας ἡμέρας ἱκανὰς ἕως ἂν ἐπιωσάσῃ⟩ τὴν ἀπὸ τῶν μήλων ὀσμὴν τὸ ἔλαιον. ἔνιοι δὲ τὰ μῆλα περιβάλλοντες ἱματίοις, ἐπὶ ἡμέρας ί. ἵνα σωέχῃ ⟨μὴ διαπνέῃ ἢ εὐωδία. μετὰ ταῦτα ἀφεψέχουσι, ὡς⟩ ἐλαίῳ ἡμέρας ϛ'. ἢ νύκτας. εἶτα διηθήσαντες ἀποτίθεντο. δύναμιν δὲ ἔχει συστηκήν. ψυκτικόν. πριοῦν πρὸς τὰ φωσφόδη ἕλκη ἢ πίτυρα. χύμετλα. ἕρπητας. ἢ πρὸς τὰς ὑπὸ ὑστέρας ἑλκώσεις ἐγχυμα ζόμενον. οὖς τε ἠχθισμένα σὺν ἐγκλυζόμενον. ἢ ἱδρῶτας ἐφίσταται. πίνεται δὲ ἢ πρὸς καυθρίδας. δοκιμάζεται. ἔστι δὲ αὐτοῦ δόκιμον τὸ κυδωνίῳ ὄζον μήλῳ.

De Melini, id eſt, ex Cotoneis malis unguẽti cõfectione. Ca. XLVI.

MElinon. Rõani pariter Græcis melinũ dicũt. Cõficit melinũ oleũ hoc modo Sumito, ſimulq; miſceto olei ſex, aquę ỹo ſextarios X. Supiniṇcito deinde tu ſi corticis palmæ trientẽ, rotũdiq; odorati iũci par põdus: dimiſſaq; omnia integrã diẽ madere, decoq; to: excolatũq; oleũ in patẽtioris oris uas aliq̃d cõiṇcito, & ſuperpoſita ex harũdinibus crate aut rariore ſtorea, cotonea ſuperponito mala, panniſq; operta aliq̃t diebus dimittito, uſq; dũ cotoneorũ odorẽ oleũ cõtraxerit. Quidã mala ipſa pãnis decẽ diebus inuoluunt ut coërceat nec effleat odoris bonitas: tũ biduũ cũ ſuis noctibus in oleo dimiſſa exprimũt, & oleũ ſeruãt. Adſtringẽdi uis huic oleo & natura eſt, refrigeratq;. Facit ad ſcabies, ulcera, furfures, pniones, & quę ſerpũt. Inſtillat idẽ cõtra muliebriũ locoꝝ exulcerationes utiliter, & eadem utilitate contra citatã urinã infundit: Sudores præterea cõpeſcit, & cõtra cantharidas, bupreſtes & pinoꝝ erucas utiliter bibit: Eritq; in eo genere probatiſſimũ, quod cotonea olebit.

INTERPRES.

INterpellat pro homine tẽpus, exigitq; præſens rei neceſſitas, ut quod ſæpe hactenus dictũ à nobis eſt, quod Græcis σύφλυσμα & σύμματα, Latinis uero ſpiſſare & ſpiſſamenta in unguentis & ruſticis ſalgamis fuerint, certius & ex re ipſa monſtremus: intelligantq; oẽs rẽ ſimul & uocẽ: Incipiemus aũt à notioribus, & his quæ Columella longius XIII. uolumine de olerũ, radicũ, cauliũ, herbarũq; in ſanitatis uſu pluribus condituris, præceperit: cui multa eſt diuerſis locis ſpiſſamenti uox: qua ſignificet in ruſticis ſalgamis, herbarumq; omnium conditurã, ſpiſſamentũ eſſe, quod extremũ ſuperpõnit, ne fluitet quod conditũ fuerit, ſed condituræ humor ſuperueniat. Verbi cauſa: cũ condideris olus atrũ, ferulã, aliudue huiuſcemodi, ne innatent in humore quæ condita fuerint, fœniculũ ad os uaſis ſuperponitur, tamdiuq; deprimitur ut ius uſq; in ſummũ labrũ fideliæ perueniat. Non diſſimili ratione & oliuæ quondã condiebantur: præcepitq; idẽ Columella eodem lib. cap. XLVI. Conditis iam oliuis, fœniculi aridi faſciculũ in eas deprimendũ ut ius ſuperueniat. Et hoc antiquis in agro ſpiſſare fuit: manifeſta rei ſignificatione & cauſa, ut anguſtiore ſpatio ſtipata quæ condita fuiſſent, bonitatẽ ſuã diutius ſeruarent. Ab his ad unguenta uſus & uox translata ſunt: & quæ oleo ad augẽdas eius in unguento uires, aut minuendũ eius odorẽ, aromata ſic antea miſcerent, à Græcis ſtymmata, à Romanis ſpiſſamenta dicta ſunt: & qui id agerent, ſpiſſare oleũ dicebantur. Nec alia ratione magis & re & nomine oleũ ab unguento differebat, q̃q; in illo nulla eſt ex aromate aliquo ad maiores uires præparatio: in hoc, qm̃ non ſatis eſſet oleũ, & quæ illi uel ad odoris gratiã, uel ad ſanitatẽ miſcerent, tam multis aromatis in ſuos uſus bonitatẽ uires q; acquirere & melioreſcere cogebant: quæ tuſa oleoq; admixta, tenuitatẽ eius ſpiſſabãt, coactũq; cõfuſa ſibi aromatũ illoꝝ farina craſſeſcere, ſpiſſatũ merito appellabãt: licetq; in aliquibus nõ tuſa in puluerẽ, ſed integra tantũ aromata illa miſcerent: ex prima nihilominus ratione illa & hæc ſtymmata, ſiue ſpiſſamenta pariter dicebãtur: quẽadmodũ in ruſticis ſalgamis, q̃ cõdituris tantũ ſuperponerent & urgerent, eadẽ ſpiſſamẽti uoce dicta fuerunt: eſtq; hoc quod Plinius lib. XIII. ait: Ratio faciẽdi duplex: ſuccus & corpus: ille olei generibus ferè conſtat, hoc odorũ: hæc ſtymmata, illa hedyſmata uocãt: egregia brevitate totã cõplexus rem. Succũ enim humorẽ dixit: cõſtare q; eũ olei generibus, maturo, uerbi cauſa, acerbo, ex drupis oliuis, alijſq; corpus uero ſpiſſamenta hæc omnia, quæ ille magis ad odoris gratiã, q̃ ad ſanitatẽ quæſita antiquis fuiſſe indicare uideẽ: etſi odores ex aromatũ natura ſimpliciter dixiſſe potuit. Nõ erit itaq; nobis aliud in hoc opere ſpiſſatũ oleũ, & ſpiſſandis unguentis utile aliquid, quod ſæpe hactenus dictũ à nobis eſt, q̃ ſiue ad odoris gratiã, ſiue ad maiores pro ſanitate unguenti uires id quondã factũ fuerit, multiplex & antiqua olei præparatio: &, ſi dicendũ id ſit, melioratio. In morbis poſtremo illud hoc capite ſciendũ, quæ nos diximus ulcera quæ ſerpunt, in genere inflãmationũ à Paulo Aegineta numerari: & quoniã ſerpãt, à Græcis ἕρπητες dicta eſſe: qua deſcriptiõe Plinius etiã pluribus locis ea ſignificauit, nõ tã certo tñ intellectu, ut non oporteat ex antiquis Græcorũ medicis certius rẽ docere, qui de inflãmatione in cõi agentes, id primũ oſtendũt. Calidos omnes, & cũ dolore inflãmationeq; ſurgẽtes tumores, conſueuiſſe homines inflãmatiões appellare. Veruntñ uariãte eaꝝ materia, uariare etiã & differre eas, & eaꝝ nomina: ideoq; abſcedẽte cũ impetu in aliquã partẽ ſanguine, q̃ bonus & exæquata craſſitudine ſit, cũ in anguſto ob copiã coërcẽt, inflãmationẽ quæ priuatim & proprie ſic dicatur, tunc fieri; Sanguine aũt & flaua bile in aliquã partem

Spiſſare. Spiſſamẽta

Stymmata Hedyſmata

confluentibus, sacrum ignē, quā Græci ery sipelas uocāt: &, cum confluens sanguis calidissimus simul fuerit & crassus, carbunculos. Postremo abscedēte in aliquā partē flaua bile, herpetas hos fieri, de quibus hoc loco agimus, & quos Paulus Aegineta etiā his uerbis descripsit: Pura, & nullo admixto alio humore secreta, & in parte aliqua hærente flaua bile, malū fit, quod herpeta nominant: qui si concretione sua crassior & matore acrimonia fuerit, totam usq; ad subiectā carnē exulcerat cutē: uocaturq; hic herpes corrodens. Si uero tenuis minoreq; acrimōia, & calore exiguas pustulas milij seminibus similes in superficie cutis excitarit, miliaris herpes à similitudine nominatur: Etsi Oribasius antiquissimus medicus, admixta flauæ bili pituita, miliarē hunc herpeta fecit. Et ex hoc genere malis, unguentum hoc mederi hic scriptor ait: in quibus deficiente latina uoce, ex Græci nominis significatione & rei euentu, quæ serpunt diximus, & posthac dicemus.

Quæ serpit ἕρπης. Herpes corrodens. Herpes miliaris.

περὶ οἰναν θίνου σκευασίας. κεφ. νζ'.

Οἰνάνθην τὴν ἐκ σαφυλῆς εὐώδη μαρά νας, βάλε εἰς ὀμφάκινον ἔλαιον. καὶ κώνῃ μετασχέφων. ἐάσας δὲ ἡμέρας δύο, θλίψον, καὶ ἀρτίθεσο. δύναμιν δὲ ἔχει συ πτικήν. ἀναλογοῦσαν τῇ τοῦ ὀδόντος. ἐκβάς τοὺς τὴν κοιλίαν λύειν καὶ μαλάσσει. καὶ πόνου δὲ ὄδοι δοκιμώτατον, τὸ ἐμφαῖνον ἐν τῇ ὀσμῇ τὸν οἰνάνθην.

De Oenanthini Lid est ex labrusca uitis flore unguenti confectione. Cap. XLVII.

LAbrusca uitis florē cū optime olebit collectū, medioq; inter recētis humoris copiā, & siccitatē habitu siccari iam incipientē, in acerbū oleū conijcito, miscetoq; subigens: mox biduo dimissum, exprimito & reponito. Est illi adstringēdi uis, idemq; rosaceo effectus: Aluum tantum non soluit aut mollit. Erit in eo probatissimum quod labruscæ flores olebit.

INTERPRES.

LIbet ex Palladio de seruando labruscæ flore, conficiendoq; ex eo oleo, antiquā commentarijs his nostris addere rationem, ut certius ex ea indicetur, quod hic & nos, medio inter recētis humoris copiā & siccitatē habitu siccariq; incipientē, diximus: ea est huiusce modi. Syluestres uuas cum florent sine rore colligimus, & expandimus in sole, nequid restet humoris, & flos ad excutiendū siccior apparetur: tunc cribello spisso cernimus, ut grana non transeant, sed flos decidat: hūc in melle seruamus infusō: & cum diebus triginta fuerit conditum, temperamus genere & more, quo rosatum moris est temperare.

περὶ τηλίνου σκευασίας. κεφ. νή.

Τηλέως λίτρας ε'. ἐλαίου λίτρας θ'. καλάμου λίτραν ά. κυπείρου λίτρας β'. ἀπόθες χε χερσὶ ἐλαίῳ ἐπὶ ἡμέρας ζ'. κινῶν ἑκάστης ἡμέρας ξίς. εἶτα θλίψον καὶ ἀρτίθεσο. οἱ δ', ἀντὶ μὲν καλάμου κασσάμωμον. ἀντὶ δὲ τῆς κυπείρου, ξυλοβάλσαμον σὺν ἀποθέχε χυσιν. οἱ δ', προσύφουσι τὸ ἔλαιον τούτοις. καὶ μεταταῦτα τοὺς τὴν τηλίνην ἀποθέχοντες θλίψουσι. δύναμιν δ' ἔχει μαλακτικὴν ἀποσκημάτων. πεπτικόν. μάλιστα δ' ἁρμόζει τοῖς περὶ μήτραν πᾶσι σκληρώμασι, δυσοκόσας τε ἐγχυματικὴν ἔχει ἐπιθλαν κατάξηρα τὰ περὶ τοὺς τόπους γίνεται, προεκκριθέντων τῶν ὑγρῶν. πρός τε τὰς ἐν δακτυλίῳ φλεγμονάς. καὶ ἐγκλύζει) ἐπὶ τῶν τραυσμῶν ὠφελίμως. πίτυρά τε καὶ ἀχῶρας σμήχει. καὶ πρὸς κατακαύματα καὶ χύμετα πρὶν μετὰ κηροῦ. σμήχει τε ἐφ' ἱλιδώσας. καὶ εἰς σιλβώματα μίγνυ). ἐκλύει δὲ καὶ τὸ πρόσφατον καὶ μὴ λίαν μὴ παλαιωμένον τῆς τήλεως ὀσμήν. σμήχει τὰς χεῖρας. γλυκύπικρος ἐν τῇ γεύσει. δ' γὰρ πιοῦσιν κάλλιστον.

De unguenti ex fœnogræco confectione. Cap. XLVIII.

FOenogræci quinq;, olei nouē, calami odorati iunci unū, Anguloſi odorati iunci pōdo duo sumito: facitoq; septē diebus in oleo madeāt, ter quotidie miscens, à quo tēpore oleū exprimito & reponito. Sunt tñ qui pro odorato calamo, cardamomū, & pro anguloso odorato iunco, balsami lignū simul in oleo demergunt. Quidā etiā oleū his omnibus antea spissant, & fœnogrecū oleo demergentes, exprimūt. Est illi uis mollire abscessus, maturareq;: Contra oēs muliebriū locorū durities præcipue accōmodatū est. Instillatur præsenti remedio itidē in puerperij difficultate, cū excretis antea humoribus mulieres arescēt loci. Prodest idē contra sedis inflāmationes: infundit clystere præterea utiliter contra crebras & inanes egerēdi difficultates, quas Græci tineſmos dicunt: furfures, & manātia capitis ulcera exterit. Facit ad ambusta & pniones cum cera: Discolorē à sole cutē emendat: Misceſ & his quæ ad nitorē cutis conficiunt. Eligito quod recēs fit, nec fœnogrecū magnope oleat: q̄dq; capillū abstergit, & gustu dulcamaræ est: tale em̄ pbatissimū.

INTERPRES.

QVod in extrema capitis huius coronide in Græcis est, σμῆχον τὰς χεῖρας, id est manus abstergēs, eodem modo in cunctis eius gentis codicibus legitur: nec nisi manus ea uoce intelliguntur: oborta tamē suspicio nobis est, non χεῖρας, id est manus, uerum θρίχας, id est capillos legi oportere. Suspicionisq; huius causam nobis fecit, quæ in fœnogræci historia & medicina quæ secundo uolumine tractabit, idē hic scriptor ait: σμήχει δὲ καὶ θρίχας, καὶ πίτυρα, καὶ ἀχώρας: quod est, abstergere fœnogræci decoctum, capillū, furfures, &

& capitis manantia ulcera: omnia eiusdem partis uitia, ideoq; deinceps numerata: quibus uerisimile est, nō debuisse misceri manus: ex eademq; ui credimus, hunc non manus, sed capillum fœnogræci unguento abstergi præcepisse: nisi quod in unguento est, bene: quod autē in fœnogræco, male legatur: sitq; illic, non hic uitiū: nobis capillū legi magis placet. Nō enim uidemus cur solā manus cutē abstergere hoc possit, reliqui uero corporis consimilē illi, nequeat. Suū tamen unicuiq; iudiciū fit. Quam tamen nos pro Græcorū τήνισμὸν Tinesmus, τήνισμος. diximus crebrā & inanē egerendi uoluntatē, ex mali illius diffinitione accepta à nobis res est: Diffiniunt enim describunt' ue id malū Græcorū antiquiores medici omnes, præsertim q; Galenus in diffinitionibus & Isagoge sua his uerbis: Affectio inferioris intestinorum partis, longanonisq; ipsius, tinesmus est: quæ multos habet desidendi impetus & cupiditates, exiguos uero excrementorū effectus. In Isagoge mox iterū de eodem malo agens, priuatim in longanone fieri tinesmos dixit: inflāmatum enim hoc intestinū, continuos conatus & cupiditates desidendi facit, idq; proprie tinesmus est, quasi nominis ratione doceret, quod ἀπὸ τοῦ τείνειν, quod conari est, Græci fecerunt. Paulus Aegineta adhuc certius rem descripsit: ad egerendū continuos & implacabiles impetus, tinesmos esse dicens: ex quibus nihil præter exigua cruenta, uel mucosa sequitur: quæ totius mali causa est: facta q; in longanone tumida inflāmatio, hærentiū illic excrementorū opinionem, & egerendi ea desiderium facit. Et hæc pro Græcorum tinesmo dicta à nobis sunt.

περὶ σαμψυχίνου σκευασίας. κεφ. νθ'.

Ἐρπύλλου. καυσίας. ἀβροτόνου. σισυμβρίου. Λ ἄνθους Λ μυρσίνης. πετάλλων. σαμψύχου. Λ λαμβάνων ἴσχα σίμῳ, πρὸς τὸ Λ ἑκάστου αὐτῶν δράσσω μίαν ἀπόβλεπε. κόπτε ἐν τῷ αὐτῷ πάντα. καὶ ἔλαιον ὀμφακίνου ῥοδίνου, ὡς τε μὴ κατακαταπίνειν τὸ δύναμιν τοῦ αὐτῷ ἔχειν μέν. καὶ ἐάσας ἡμέρας τέτταρας καὶ ἑκθλίβε. καὶ πάλιν δὲ αὖθις πλῆθος τοῦ αὐτοῦ προσφάτου, ἀπόβρεχε τὸν ἴσον χρόνον. καὶ ἔκθλιβε. ἔσω δὲ εὐρύτερον. ἐκλέγου δὲ τὸ μελάγχλωρον τῆς χρόας σάμψυχον, ἐπιπλοῦ ὄζον μετρίως δριμύ. Δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν. λεπτυντικήν. δριμαντικὴν. πρὸς τὰ πρὸς μύσιν καὶ διαχωρητικήν. ὑστέρας, ἔμμηνά τε καὶ ἔμβρυα ἐπισπᾶται. καὶ πνίγας ὑστερικὰς. ἀνακτά τε ὀσφύων τε καὶ βουβώνων ἀλγήματα πραΰνει. σὺν μέλιτι δὲ αὐτῷ χρῖσθαι βέλτιον. ἐπεὶ τῇ σφοδρᾷ σύγκλειστα τόνους. λύει καὶ κόπους συγχρίομενος. εἴς τε τὰ ἐπὶ τοῦ ἱππίου νεύρου, καταπλάσματα, ἐπὶ τὰ δεινῶς μήγυτα. καὶ τὰ ἄλλως ὠμολλώμενα.

De Sampſuchini unguenti confectione Ca. XLIX.

SErpylli, caſiæ, abrotani, ſiſymbrij, L florū L myrti & ſampſuchi folioꝝ ana ſingulorumq; tantū ſumito, quātum pro cuiuſq; uiribus ſatis fore conieceris. Tundito ſimul oīa: acerbiq; olei eā his infundito menſurā, quæ madentiū in eo uires euincere nō poſſit: cū quatuor deinde dies in oleo maduerint, exprimito: Rurſuſq; eorundē omniū recētiū par pondus, pari tēpore in eodē oleo demergito, & exprimito: ſic eiñ efficacius erit. Eligito ſampſuchū quæ colore nigro in uiridi ſit, quæ longe oleat, & mediocri acri monia ſentiat. Eſt illi uis & naturacalefacere, extenuareq;. Acre eſt: Facit ad præcluſos & inuerſos fœminaꝝ locos: mēſes, ſecūdas, & fœt⁹ trahit: uuluæ ſtrāgulatu concidētes excitat: Lumboꝝ & inguinū dolores lenit. Præſtat cum melle eo inūgi, quoniā uehementiore adſtringendi ui locos indurat: Contra laſſitudines utiliter eo inunguntur. Miſcetur præterea his quæ contra rigores in ſcapulas aliterq; conuulſos illinuntur.

INTERPRES.

NOta oībus in q̄tidiano ſanitatis uſu amaracus eſt. Eā cōi appellatione Græci ſampſuchū neutro gñe uocāt: Et ex hoc Columel. in hortulo ſuo dixit: Grata q; iā uentāt hilari ſampſucha Canopo: cū tñ Lucreti⁹ & Maro alterā illā uocē magis amauerint. Plinius eandē manifeſte dixit eē ſampſuchū & amaracū: nec certe differūt, niſi diuerſis diuerſaꝝ gentiū noībus, ut in hiſtoria eius in tertio uolumine certius patebit: & cū de amaracini in cyzico cōfectione mox agemus: Diximusq; nos probari in hoc unguēto ſampſuchū, nō quæ colore nigro eſſet, ut in cūctis ferè Græcis legit, μιλάγχροον: ſed melioꝝ codicū fidē reiq; naturā & ſenſum ſecuti, μιλάγχλωρον: q̄d nihil ſignificat aliud, q̄ cōiūctos miſtoſq; ſimul colores duos, q̄ à nobis ut legit, in uiridi nigro colore, redditi ſunt. Adiecimus ex eadē fide & fœtus, q̄ loco hic decreuit mēſes & ſecūdas trahere ſampſuchinū unguentū Nec aliud nūc ſupeſt, q̄ ut in medicina & morbis dicamus, q̄s nā rigores in ſcapulas nos in extremo capite dixerim⁹. De q̄bus Galenus in diffinitiōibus, mox in Iſagoge ſua certi⁹ egit. Et poſt eū Paul. Aegineta: ſed nō prius dicēda à nobis decreta eoꝝ ſunt, q̄ triplicē hui⁹ mali rōnē ex his ipſis autoribus dixerimus. Sæpe itaq; fit, ut in neutrā partē rigeat caput, ceruix, & reliquū corpus: ſed ueluti ſolū diſſimū ficciſſimūq; aliqd inflexū & immotū rectā rigeat: ſæpe etiā in anteriorē aut poſteriorē partē ceruix, collū & caput inflectit & riget: coiq; rigoris appellatiōe oēs cēſent. Sed nō fuit Latinis cura priuatim ſingulos rigores hos, latinis uocibus noīare: nobis ex eoꝝ diffinitiōe nomē factū eſt: primūq; illud genus, q̄d Græci tetanon dicūt, rigorē ſimpliciter diximus: duoꝝ deinde alioꝝ, alteꝝ in pectus, alteꝝ in ſcapulas rigorē uocauimus, q̄s Emproſthotonos & Opiſthotonos Græci appellauerūt: ſic etiā rigētes ſimpliciter, & in pectus, & in ſcapulas rigētes. Galen⁹ in diffinitiōibus primū id genus ſic deſcripſit: Muſculoꝝ neruoꝝq; omniū toto corpore cōtentio, & quaſi ex gelu cōcretio, rigor eſt. Deſcribit ibidē & aliter: Conuulſio quę recta p corpus fit, rigor eſt: in qua collū & malæ contrahunt, dentes utrinq; ſimul hærēt: neq; annuere ceruix aut renuere poteſt, Idē prēterea ait: Cum collū in anteriorē trahitur, nec in poſteriorem partem flecti poteſt, rigorem in pectus

τίτανος. Rigētes in pectus. ὀπισθότονος. Rigētes in ſcapulas. ἐμπροσθότονος Rigentes.

pectus appellari: contrariaq; ratione, rigorē in ſcapulas. In Iſagoge ſua deinde triplex hoc malum ſimul cōplexus, in neruis fieri dixit: conuulſionisq; genus, omniū à capite neruorū eſſe, per quos corpori motus detur: & ut rectà uel in alterutrā partē uis illa conuulſionis ſe inſinuauit, ſic diuerſum loco potius q̄ re malum hoc facere. In conuulſionis genere totum hoc malū & Aegineta conſtituit: fieriq; & ipſe ait, ceu gelu concretis corporis præſertimq; ſpinæ muſculis, frigido humore foris & intus adſtringēte: ideoq; fieri, ne flecti poſſint in eo malo conſtituti. Nolumus hoc loco illud relinquere, diuerſa ſignificatione dici à nobis rigores hoc loco, q̄ à medicis in febriū frigoribus dicantur: qui eam uocem in eo frigore ideo uſurpaſſe uidentur, aut q̄ Græci ῥίγη ea frigora dicant, aut q̄ rigor conſequens quoddā frigoris ſit: Verūtamen pro Latino rigore ſciēdum eſt, ſiccitatis potius q̄ frigoris id malū eſſe: nec aliud Latinis rigere & rigores dici, q̄ inflexibiles duritiēs: ſic Plinius uſus eſt cū ait, alijs animalibus ceruicē à natura datā flexilem, alijs rigentē: ſic infiniti pene alij & defunctorū corpora non à frigore, ſed à priuatione motus omnis, rigere dicunt: & ſi in frigore rigor aliquā dicit, ex conſequenti eius euentu dicit: ſiccat enim frigus, ſiccitate q̄ ſua mēbra alioquin flexilia durat & adſtringit. nec quia concurrāt in eundē literarū ſonū Græcorū ῥίγη & Latinorū rigores, ideo ſignificatio rei eadē eſt. Omittimus q̄ Celſus Romani ſermonis candidus autor, rigores inflexibiles has durities uocat. In febribus uero frigora algores & horrores. Diximus hoc lōgius, ne rigores hi nr̄i ad febres earūq; frigora ptinere crederent: ubicūq; enim in cōmētarijs his noſtris ea uox inueniet, pro inflexili duritie aliqua accipiēda erit.

Rigores febrium.

Περὶ Ὠκιμίνου σκληρασίας κεφ. ξ'.

Ἔλαιον ὠκίμινον σκληράζειν ὧδε. λαβὼν ἐλαίου λίτρας κ'. ὠκιμοῦ σταθμῷ λίτρας ιά. οὐγγίας ή. ἀπορυλλίσας. ἀπόβρεχε νύκτα καὶ ἡμέραν ἐν ὕδατι ἐλαίῳ. εἶτα ἀνάτριψον καὶ ἀπόθεσο. ἐκκενώσας δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ κυστίδος, ἐπίχεε πάλιν τὸν ἴσον πλῆθος τοῦ ἐλαίου καὶ ἀνάτριψον. καλεῖται δὲ τοῦτο διυπερβόλιον. τρίτῳ μὲν οὐκ ἐπιδέχεται βρόχλιον. εἶτα πρόσφαρον ὤκιμον λαβὼν ἴσον, πάλιν ἀπόβρεχε, ὡς ἐπὶ τοῦ ῥολίνου εἴρηται. τὸ δὲ ἤδη ἀπεβεβρεγμένον ἐπιχέων καὶ ἐῶν ὁμαλὸν χρόνον, ἐκθλίβε καὶ ἀπόθεσο. κἂν βούλῃ δὶς ἢ τρὶς ἀκίσῃ θέλῃς, ἀπόβρεχε. πρόσφαρον ἀεὶ ὤκιμον ἐμβάλλε. δύναται δὲ καὶ ἐκ τοῦ ὁμφακίνου σκληράζεσθαι. βέλτιον δὲ ἐκεῖνως. δύναται δὲ τὰ αὐτὰ καὶ σαμψυχίνῳ ἔλαιον ἐνεργοῦν.

De Ocimini unguēti cōfectione. Cap. L.

CONficitur Ociminū oleū liguſtrino ſimiliter. Sumito olei pōdo uiginti, ocimi uero folioꝝ pondo undecim & beſſem. Ea in oleū decerpta integrā cū ſua nocte diē finito in eo madere: tū expreſſum oleū reponito. Iteꝝ deinde expreſſis ijſdē folijs exfiſcella eductis, par olei pondus in fundito & exprimito. Secundariū ociminū hoc erit: tertiā autem olei adiectionē non admittit ocimū. Sumito deinde par recens ocimū, & ut in roſaceo præmonſtratū eſt, iteꝝ cōficito. Cūq; infuderis idē primoq; expreſſum oleū: pari tēpore dimiſſū in eo madere exprimito & reponito. Et ſi ter quater'ue id facere uolueris, recens continue ocimū inijciens, facito. Poteſt & ex acerbo oleo ociminum confici. Sed illud præſtat. Poteſt ociminum ſampſuchino eadem, ſed minore efficacia.

INTERPRES.

QVod hic à principio ſtatim dixit confici Ociminum oleum liguſtrino ſimiliter, ad ſpiſſamentum & odorem olei pertinet, id eſt præparationem illam, de qua longius non multo ante egimus: breuitatisq; cauſa ad alterius unguenti rationem olei ſpiſſamētum in hoc Dioſcorides reiecit: paterq; id, q̄ nullis in hoc aromatis oleum præparat: quod alioquin commune omnibus ferè eſt. Indicatq; id aperte quod in capitis extremo calce additum eſt, poſſe & ex acerbo oleo ociminum fieri: quaſi dicat, non poſſe ſimplici oleo ocimum fieri, ſed aut ſpiſſato liguſtrini modo, aut ex immaturis oliuis expreſſo faciendum eſſe: Qualis autem liguſtrini ſpiſſatio & confectio quondam fuerit, certius non multo poſt patebit.

Περὶ Ἀβροτονίνου σκληρασίας. κεφ. ξά.

Ἀβροτόνινον. ἐκ τοῦ εἰς τὸ κύπρινον ἡδυσμαλισμοῦ ἐλαίου λίτρας θ'. οὐγγίας έ. ἀβροτόνου φύλλων λίτρας ή. ἐμβαλὼν καὶ ἀπόβρεξας, νύκτα καὶ ἡμέραν ἀνάτριψον. πλυχρόνιον δὲ εἰ βούλῃ ποιῆσαι, ἐκβαλὼν τὰ πρῶτα φύλλα, ἔμβαλε ἕτερα φύλλα. καὶ ἀναβρέχων ἐκπίεζε. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν. ποιοῦσαν πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ μύσεις καὶ σκληρίας. ἄγουν ἔμμηνα καὶ ὑστέρας.

De Abrotonini unguenti cōfectiōe. Ca. LI.

AD Abrotonini unguenti confectionem ſumito olei, quod ad liguſtrinū unguentū aromatis odoratū fuerit, pōdo nouē & quincuncē, abrotoniq; pondo octo in id conijcito. Cumq; integrā diē & noctē in eo maduerit, exprimito. Quod ſi diuturnū facere uolueris, abiectis prioribus folijs noua ſuperinijcito folia, & cū pariter in oleo maduerint, exprimito. Calefacit abrotoninū unguētū: facit ad pclusos & induratos muliebres locos, mēſes & ſecūdas trahēs.

INTERPRES.

COmmunis unguentorum omnium ratio eſt, quam hic ſæpe aliàs docuit, ut iterata repetitaq; ſæpius odoramentorum, unde nomen inuenerunt, adiectione, maiores cōtinue uires acquirant. Idem hoc capite agendum Dioſcorides monet, ſed non eandem cauſam affert: iubetq;, ſi diuturnum facere uolueris

lueris &c. Non abre ideo penitus fuerit ſuſpicari, potuiſſe quod πρωχρόνιον, id eſt diuturnum nunc eſt, aliud quondam in uera lectione fuiſſe, quod maiores uires & efficaciam ſignificaret: quod quale in mentem no bis uenit, tale etiam ſignatur: inclinat enim in eam partem animus.

περὶ Ανηθίνου σκευασίας. κεφ. ξβ'.

Ελαίου λίτρας ἡ. οὐγγίας θ'. ἀνήθου ἄνθους λίτρας ιά. οὐγγίας ἡ. ἐναπόβρεχε τῷ ἐλαίῳ ἡμέρας ά. εἶτα ἐκπίεζε ταῖς χερσὶ μὴ ἀρτίθεσο. ἐὰν δὲ θέλῃς δι' ἀβροχόμ ποιῆσαι, πρόσφαρμα νήθου ἄνθος ὡσαύτως ἀπόβρεχε. Δύναται δὲ μαλάσσειν τὰ περὶ μήτραν καὶ ἀνασομᾶν. ἀσμόζομ πρὸς τὰ περιοδικὰ ῥίγη, θερμαίνομ καὶ κόπους λύομ, μὴ ἀλγήματα ἀρθρων ὠφελοῖ.

De Anethini unguẽti cõfectiõe. Ca. LII.

AD Anethini unguẽti confectionẽ ſumito olei põdo octo & dodrãtẽ, anethini uero floris pondo XI. & beſſem: facitoq; diem unã in oleo madeãt: tũ manibus exprimito, & repõito. Q; ſi uolueris ſecũda adiectiõe uires illi addere, nouũ anethi florẽ pariter in oleo demergito. Poteſt anethinũ unguẽtũ muliebres apire & mollire locos. Cõtra circulariũ febriũ in acceſſiõe cũ trẽore algores, accõmodatũ ẽ, calefaciẽs & laſſitudines recreãs. Vtile p̃terea articulor; doloribꝰ ẽ.

INTERPRES.

ACerbum in aliquibus Græcis in unguento hoc quæri oleum præcipitur, ſed an confectionis eius antiqua hæc ratio eſſet, incertum nobis. Id genus olei certe quondam laudatiſſimum fuit: & inter unguenta facile receptum. Paulus Aegineta utitur eo contra uigilias ad ſomnum. Et in adſtricta cute corporis iubet eo iungi, præſertimq; ex uiridi anetho confecto.

περὶ Σουσίνου σκευασίας. κεφ. ξγ'.

Τὸ δὲ σόσινον, ὃ ἔνιοι κρίνινον καλοῦσιμ, οὕτω σκευάζειν. ἐλαίου λίτρας θ'. οὐγγίας έ. καλάμου λίτρας έ. οὐγγίας γ'. σμύρνης οὐγγίας έ. φυράσας οἴνῳ εὐώδει, ἔψε. εἶτα ἀποθλίψας τὸ ἔλαιομ, ἀπόχει μετὰ κρόκου μώμου κεκομμένου καὶ βεβρεγμένου ὕδατι ὀμφακίῳ λίτρας ς'. οὐγγίας ς'. μὴ ἐάσας βραχῆναι, ἀποθλίβε. μὴ λαβὼν ἐκ τοῦ ἐσυμμένου ἐλαίου ξέστης μὴ ἥμισυ λίτρας, κρίνια ἀριθμῷ χίλια, ἀπροφυλίσας, θὲς ἐν λουτῆρι πλατεῖ, μὴ βαθεῖ. ἐπιχέας τὸ ἔλαιομ, ἀνακίνει ταῖς χερσὶ μέλιτι κεχρισμένας. ἐάσας δὲ ἡμέρας μίαν μὴ νύκτα, πρωῒ ἐλόμενος εἰς πυξίδα, θλῖβε. τὸ δὲ φερόμενομ ἀπόθες εὐθέως ἀπὸ τοῦ συνεκθλιβέντος ὕδατος τῷ ἐλαίῳ. οὐ δυνάμενον ὡς τὸ ῥόδινομ. σαπρομανόμενομ ἀναζεῖ μὴ σήπεται. μετάγιζε δὲ πολλάκις εἰς ἑτέρα ἀγγεῖα μέλιτι κατεχρισμένα πρόσπαν ἄλας λεπτόμ. μὴ τὸ συλλεγόμενον ἀκάθαρσίαν ἐπιμελῶς ἀφαιροῦ. μετακλάσας δὲ ἐκ τοῦ κυρίου δὲ ἐξίστασθαι ἄρωμα εἰς τὸ λοιπόν, πάλιν ἐπίχεε τὸ ἠρωματισμένον ἔλαιον ἴσον πλῆθος τῷ προτέρῳ, μὴ κρόκου μώμου κεκομμένου συνέμβαλε ὀλκὰς ί. μὴ ἀναμανίσας χρησίμως ταῖς χερσὶ, μὴ ἐπιχέων μικρὸν, θλῖβε. τὸ ἄπρεξες ἔομ ἀπροκαθαίρων. μὴ τρίτον πάλιν ὡσαύτως ἐπίχεε. προσεπεμβάλλων μὴ κρόκου μώμου μὴ τρυφερὰ ὁμοίως. μὴ τὰς χεῖρας βρέχων μέλιτι, θλίβων. μὴ ἔσαι τὸ πρότερον ἐκπιεσθὲν ἄριστον. ἐχόμενον δὲ, τὸ ἑξῆς. τρίτον δὲ, τὸ πολυταῖον.

ἀνακινήσας

De Lilini unguẽti cõfectione. Cap. LIII.

SVſinon: ſunt qui crininon uocẽt. L Romani lilinũ dicunt. L Conficitur hoc modo lilinũ unguentũ: Sumito olei pondo nouẽ & cyperi, odorati calami pondo quinq; & quadrantem, myrrhæ quincuncem: tuſaq; omnia & uino odorato macerata, in oleo decoquito: per colum deinde traiicito traiectoq; oleo, tuſi cardamomi cœleſtiq; aqua macerati põdo tria & ſemiſſem iniicito, dimiſſumq; cardamomũ in oleo madere, exprimito: Spiſſati deinde hoc modo olei pondo & ſemiſſem ſumito: Sumito itidẽ & lilia mille numero, decerptaq; eorum folia, in labrũ quod latũ non tamen profundum ſit, cõiicito: ſuperinfuſoq; oleo, manibus melle inunctis, miſceto: dimiſſaq; omnia integrã cum ſua nocte diẽ, matutino in reticulo cõpoſita, exprimito: citiſſime quod defluet oleũ, à ſimul expreſſa aqua excolans & ſeparans: neq; enim roſacei modo, miſtã ſibi patitur aquã, ſed concalefactũ referuet & uitiatur. Diffundito præter hæc ſæpius in alia atq; in alia melle inuncta uaſcula, ſalem inſpergens: & quæ coëuntes deſcendent ſordes, diligentiſſime auferens. Poſt hęc tranſlatis ex fiſcella in labrum expreſſis primũ aromatis, ſuperinfundito iterum aromatis odorati olei par priori põdus: adiectiſq; ſimul tuſi cardamomi drachmis decem: manibus efficaciter miſceto, nec multo poſt exprimito, quod defluet purgãs: ſuperinfundito & tertium, iterumq; eadem facito: cardamomum & ſalem pariter inſpergens, & manus melle inungẽs. Erit quod primum fuerit expreſſum, probatiſſimum: Secundum, quod deinde: poſtremq; uero notæ, tertium.

Sumito

ϗ πάλιν λαβὼν χίλια κρίνα, ϗ ἀπφυλλίσας δ ϛάθες. ϗ ἐπιχέας τὸ πρῶτον δ ϛιπωθὲν μεθό δ ϐυε. τὰ αὐτὰ πρίων ὥς πρ ἐπρίσε ἐπὶ τ πρώ τυ. κ δ ἄμωμον πϐαμίστων, εἶτα δ ϛιπ, πρίσ τὰ αὐτὰ ⊂ ἐπὶ τ δ ϐυτέρου ⊂ ϛίπυ ὡς εἴρηπ. προσεμβάλλων ϗ τὸ κ δ ἄμωμον. εἶ τα δ ϛίπυ ϗ πρίσ τὰ αὐτά. ὁσάκις δ ἂν ἀπρ ϐρέξης νεᾶ κρίνα, δ ϋναμικώτερον ἕξεις τὸ μύ ρον. ἐπὶ τέλ ϛ ὅταν αὐτάρκως ἔχ μ σοι δο κῇ, μίσγε ἑκάστ σκϐυασίᾳ σμύρνης χρκ ϛῆς ⊲ οϐ'. κρόκου ⊲ ί. καρδ αμώμ ⊲ οέ. δι ὃ κρόκου ϗ κιννα μώμου τὸ ἴσον κόψας σήσας ἔμβαλε εἰς ὄμ λουτῆρα μεδ ὕδατος. ϗ ἐπί χεε δὲ πρῶτον ἐκπιεσθὲν μύρον. εἶτα ἐάσας

μικρὰ * μικρόν, ἀναλάμβανε εἰς ἀγγεῖα ξηρὰ προ κεκλυσμένα κόμμι ἢ σμύρνῃ, ϗ κρόκῳ, ϗ μέλιτι μεδ ὕδατος ϴ διειμένοις. τὰ δ αὐτὰ πρίσ ϗ ἐπὶ τ δευτέρου ἐκπιέσματος ϗ ἐπὶ τ ϐίπυ. ἔνιοι δὲ τὸ ἁπλοῦν δ ἐλαίου ϐαλανίνου ϗ κρίνου ἢ ἄλλου ἐλαίου σκϐάζουσι. δοκεῖ δὲ διαφέρειν δὲν φοινίκῃ, ϗ ἐν αὐτ πτῳ γινόμενος. ἄριστον δ αὖτ τὸ ὄζον κρίνων. Δύναμιν δ ἔχ δ ϛυπτικήν. μαλακτικήν. ἀναστομωτικήν. Lϗ φλεγμονῆ, ϗ καθόλου πάντ ὅσα. ⊥τ πρὸ μήτραν μύστεως χρήσιμώτατον πρὸς τὰ γυ ναικεῖα. ἀσμόζ δὲ ϗ πρὸς ἀχῶρας. ἰόνθους. πίτυρα. ἐκζέματα. μώλωπάς τε ταχέως μεταβάλλ ⊂ ὁμόχρους ποιεῖ. ⊂ καθόλου δὲ ϛὶν ἀρωματικόν. ἄγ δ ⊂ χολὴν ϗ κοιλίαν πινόμενον. κινεῖ δὲ ϗ οὖρησιν. ἔστ δ ϗ κα κοσόμαχον. ϗ ναυτίας ποιητικόν.

Sumito deinde iterū lilia mille: decerptaq; eorū folia in labrum conijcito: ſuperinfuſoq; expreſſo primū oleo, eadem pariter ut in primo facito: cardamomū adhuc miſcens, mox exprimēs. In ſecūdo itidem tertioq;, ut pręmonſtratū eſt, facito: cardamomū pariter adijciens & exprimens: quoties enim noua folia in oleo maduerint, eò efficaciore poteſtate unguentū habebis. Poſtremo cum iam ſatis tibi eſſe uidebit, ſingulis eius cōfectionibus miſceto probatiſſimæ myrrhæ duas & ſeptuaginta drachmas, croci decem, cardamomi duas & ſeptuaginta. Quidā croci cinnamomiq; par pōdus tuſum, cribroq; excuſſum in labrū cū aqua * cōijcito, primoq; expreſſum unguentū ſupinfundito: Cūq; aliquātiſper dimiſeris, in parua excipito uaſcula ſine humore, gūmi, aut myrrha, crocoq; & melle aqua dilutis, anteà inūcta: eadēq; in ſecūda unguēti expreſſione facito, & in tertia. Quidā ſimplex lilinū unguentū hoc ex balanino oleo liliſq;, aut quo uolueris alio oleo cōficiūt. Creditur bonitate antecedere q̄d in Phœnice & Aegypto fit: Erit aūt probatiſſimū q̄d lilia olebit. Calefacit unguentū hoc, mollit, pręcluſos & inflāmatos muliebres locos aperit: Eſtq; omniū alioq; in uniuerſum muliebribus. i. fœminaq; mēſibus utiliſſimū: utile idem manātibus capitis ulceribus, uaris, furfuribus, & puſtulaq; in capite eruptionibus: Vibices pręterea q̄primū emendat, & reliquo corpori concolores reddit. Rarefacit in uniuerſum lilinū unguentū: Potū per inferna purgat, urinā cit, ſtomacho tamen noxium eſt, & nauſeam facit.

INTERPRES.

TEſtantur Græcorū lexica ex liliſs factū unguentū ſuſinon dici: nullā tamē eius nominis cauſam & originem docent: quod aūt ſequitur crininon, manifeſtū habet intellectū: Crina enim Græci lilia uocāt, & ab his adiectiua forma crininon, id eſt lilinū nomen factū eſt. Fit in hoc capite quod Martialis in libro ſuo fieri dicebat: Sunt enim bona aliqua, ſunt mediocria, ſunt mala plura: quæ in eo leguntur, tāq; corrupta & tā male ſequaci ſermonis alicubi ductu, ut paulominus q̄ tota unguēti huius confectio perieric. Nec licuit nobis longiore ſtudio & diligentia aliqua inſtaurare: Erunt poſthac maiore ingenio aut fœliciore codicum copia adiuti, qui hoc agent. Nobis hic mos hactenus fuit & poſthac erit, nullibi aut ignorantiā noſtram, aut in Græcis corruptos amiſſos ue locos aliquos diſſimulare, qui toto hoc capite legentibus plures occurrent: Incertus primū illic ſenſus eſt, ubi in cunctis Græcis legitur, εἶτα ἀπιθύσας τὸ ἔλαιον ἀπὸ χ μ κεφαλωμένου &c. Quod nos deflexo in certiorē ſenſum rerū & uocū ordine, reddidimus: Excolatoq; oleo cardamomi tuſi &c. Nulla tamen melioris codicis fide adiuti id egimus, ſed ſola uſus neceſſitatisq; in ea re coniectura, quæ q̄ uera ſit, peritiorum cenſurę æſtimandā relinquimus: Nobis, ut horū ratione aliquā reddamus, uiſum eſt, bis diuerſa ſpiſſatione iubere Dioſcoridē ad lilinū unguentū præparari oleū: In prima, odorato calamo & myrrha, quæ uino prius macerata in oleo coquenda ſunt, abſolutaq; coctura & excolato ab illis oleo: In ſecunda, cardamomū injici præcepiſſe, & cum aliquandiu in eodē illo oleo maduerit, exprimi &c. Quod ſequitur deinde: Poſt hæc translatis in labrū ex fiſcella expreſſis aromatis &c. non ſatis certū habet ex uerborum ordine ſenſum, facilis tamen rei coniectura eſt: Iubet enim Dioſcorides iudicio noſtro, ut minore ſumptu, maior olei copia ſpiſſeť, expreſſis ſemel aromatis illis ſuperinfundi rurſus oleū, ſic iterū tertiūq; & quantum faciendū eſſe: Credimusq; participiū q̄d illic eſt ἀρωματισθέντος, quod aromatis odoratū ſignificat, abundare: aut pro pręterito futurū legendū eſſe, ἀρωματιζομένου, ſcilicet quod odorandū ſignificabit: unaq; hac uoce tantū mutata, facilis ſequaxq; totius rei deinceps intellectus erit, quod ſignaſſe ſat ſit. Reliquimus prætereа ab hoc loco ſtatim, quod inſtaurari impleriq; à nobis non potuit, nec debuit: Priuationis enim nulla eſt menſura: periculoſaq; temeritate quod ſic deeſt, expletur: facillimumq; omnibus erit, ex Græcoq; codicum lectione uitiū deprehendere: numero enim plurali incœptum membrū ſingularis numerus excipit, miſcetq; adeò ſenſum, & incerta reddit quæ ſequuntur, ut nihil nobis eo loco cōmodius uiſum fuerit, q̄ relicto hiatu

cto hiatu aliquo legentes uitiũ monuisse, ut aut cognitũ non fallat, aut in instaurando eo fœlicius posthac laborare aliquis cogitet. In medicina hoc capite tantũ de uaris dicemus, quos nouerũt oẽs cicatrices & callum male curatarũ pustularũ, q̃ in pueris & intra septenniũ plerũq; toto corpore, præsertimq; in uultu fiũt: Eos Paulus Aegineta dixit esse exiguos & duros in uultu tumores: qua descriptione uidet non pustulas, sed ex pustulis illis relictas cicatrices indicare: duoq; eorũ gña facit, alterũ simplex, alterũ eorũ qui in callũ durati sunt: q̃ fit ut suspicemur, q̃ cicatricũ huiusce modi tumores & callũ p̃cedũt, pustulas in gñe ἀνθημάτων siue ἐκζεμάτων à Græcis numerari: eãq; ob causam diligẽtius in remedijs uarorũ animaduertendũ ex uiribus eorũ erit, pustulis ne, an relictis tumoribus ab eis, magis cõueniãt: hi em̃ exteri & tenuari, illi aliter curari exigũt. Vari.

περὶ Νάρκισσίνου σκευασίας. ξδ'.

Ἔλαιον νάρκισσινον σύφετῳ ὕοντως. ἐλαίου πεπλυμένου λίτρας ὀ. οὐγκίας ἑ. ἀσπαλάθου λίτρας ς'. οὐγκίας ϛ'. κόφας ιβ' ῥεξάσας ὕδατι, τῷ βίτῳ τοῦ ἐλαίου μίξας, ἔψε. εἶτα ἐξελὼν τὴν ἀσπάλαθον, καλάμου βάλε λίτρας ἑ. οὐγκίας ιβ'. ιβ' σμύρνης χόνδρον κόφας ιβ' σήσας, φύρασον οἴνῳ παλαιῷ εὐώδει, καὶ μίξας ἔψε. ὅταν δὲ ϛ μετὰ τοῦτων ἀναζέσῃ, ἄχελων ἀπόθου δ' ἔλαιον ψύγμ. εἶτα λαβὼν ἐκ τοῦ ἐλαίου εἰς λουτῆρα, ἀπόχυ. ιβ' τοῦ νάρκισσου, ὡς ὅλῃ πλῆσον ἔμβαλε τὸ ἄνθος. ἐπὶ ἡμέρας ϛ'. κινῶν, ὡς ἐπὶ τοῦ σουσίνου, ἐξίπρυτε καὶ μετάγειε πυκνῶς. καὶ δὲ τοῦ σήπει). χρῖε δὲ πρὸς τὰ φῦσες ἔρχ, μαλάσσον τὰς περὶ αὐτὸ σκληρίας καὶ μύσχ, ἔστι δὲ κεφαλαλγές.

De Narcissini unguẽti cõfectione. Ca. LIIII.

SPissatur Narcissinũ unguẽtũ hoc modo. Sumito eloti olei põdo septuaginta & semissẽ. Sumito & aspalathi põdo sex & sextantẽ, tu sumq; aspalathũ, & aqua quę tertia pars olei fit maceratũ, simul mixta oẽia coquito. Aspalathũ deinde ex oleo auferto, iniꝯcitoq; pro eo odorati calami põdo quinq;, & bessem: myrrhæ præterea tu sum cribroq; excussum grumũ, & uetere odorato uino maceratũ, misceto simul & coquito. Postq̃ uero cũ his oĩbus inferbuerit oleũ, amotũ ab igne cũ defrixerit, excolato. Sumito postremo ex oleo in labr̃eq; diffundito, & q̃plurimos narcissi flores in oleũ cõꝯcito, biduo ut in lilino p̃monstratũ est misces & exprimẽs: Crebroq; ex alijs in alia trãsferẽs uasa, uitiat em̃, & hoc facit ad muliebriũ locorũ uitia, duritiẽs, & p̃clusiões eorũ molliẽs: capitis tñ dolores facit.

INTERPRES.

VAriant Græcorũ antiquissimi codices, q̃ loco hic ait, κόφας κβ' βρέξας ὕδατι τοῦ βίτῳ τοῦ ἐλαίου: indicãt em̃ alij sensum, q fit, aspalathũ coquendũ esse in tertia olei parte: q̃d sine causa dictũ uidet. Cur enim septuaginta põdo olei hic accipi iussisset, si tertiæ tantũ partis futurus erat usus? alij cõcinniorẽ ostendunt sensum, q fit, ad olei tertias sumendã esse aquã, in qua aspalathus macereť: quã lectionẽ rei magis congruentẽ nos secuti sumus. Non habet deinde certũ pondus, quod nos diximus, myrrhæ grumũ: intelligẽda in eo tantũ ea quantitas est, quæ exigua potius q̃ grandis sit: siquidẽ Græci χόνδρους dicũt in sale exigua frustra, & quasi quantũ summis contractis in unũ digitis capere aliquis possit. Tota res in coniectura unguentarij posita erit. Credimus præterea deesse olei pondus quo loco hic ait: Sumito postremo ex oleo &c. Non enim decernit quantũ olei tunc sumi oporteat, nisi forte & hoc in eiusdẽ unguentarij coniectura relictum fuit. Erant & alia de narcissi flore dicenda, sed omnia quarto uolumine in historia eius copiosius dicentur.

περὶ Κροκίνου σκευασίας. Κεφ. ξε.

Κρόκινον δὲ σκευάζωμεν, προσύφης τὸ ἔλαιον ὡς εἴρηται ἐπὶ τοῦ σουσίνου, πλήθει ϛ συναθμία τῆς αὐτῆς. λαβὼν δὲ ἐκ τοῦ ἐσυμμύλου ἐλαίου εἰς τὸ σουσίνον λίτρας τρεῖς ἥμισυ βάλε κρόκου ϡ. καὶ ἀνακίνησ πρωΐας καὶ ἡμέρας, πρωῒ τοῦ σωεχῶς ἐπὶ ἡμέρας ἑ. τῇ δὲ ἕκτῃ ἀπὸ χυ ἔλαιον ἀπὸ τοῦ κρόκου καθάριον. τῷ δ' αὐτῷ κρόκῳ ἐπίχυ δ' ἴσου πλήθους τοῦ ἐλαίου καὶ ἀνακίνησ ἡμέρας ιγ'. εἶτα ἀρχέας προσμιξον σμύρνης κεκομμένης καὶ σεσησμένης ϡ μ'. καὶ κίνησ ἐν ὅλμῳ χαλκείμως. εἶτα ἀπόθου. ἔνιοι δὲ ἴσον κύπερον ἠρωματισμένου ἐλαίου ϛ εἰς τὸ κρόκινον χρῶν). ἔστι δὲ αὐτοῦ κρᾶσον, τὸ κατὰ κόρωσ κρόκου πνέον. ὅπερ εἰς τὰ ἰδικὰ χρήσιμον ἀσμόχ. δεύτερον δὲ τὸ τῆς σμύρνης πρόσεμφέρον. Δύναμιν δὲ ἔχ θερμαντικήν. ὑπνωτικήν. ὄθεν παλάκεις ἐπὶ φρενιτικοῖς ἀσμόχ καταβεβ

De Crocini unguenti cõfectione. Ca. LV.

IN Crocini unguenti confectione oleũ, ut in lilino p̃monstratũ est, paribus ponderibus & mensuris antea spissabis. Sumptis deinde olei quod ad lilini confectionẽ spissatũ fuerit põdo tribus & semisse, croci drachmas octo in oleũ coniꝯcito, misceto q; usq; in quintã quotidie sæpius. Sexta deinde oleum à croco pure excolato, eidẽq; croco par olei pondus superinfundito, misceto q; triduũ: Tum excolato oleo, addito tusę cribroq; excussæ myrrhæ drachmas quadraginta, & in oleo q̃usq; satis sit misceto, reponitoq;. Sũt qui ad crocini confectionẽ oleo ad ligustrinũ unguentũ aromatis spissato utunť. Probatissimũ est quod crocũ usq; ad satietatẽ spirat: Idq; in medicinæ usu præcipuã habet bonitatẽ. In secundo honore quod myrrhã refert. Calefaciendi uires habet crocinum unguentum: Somnum idem conciliat: Ideo'que phreneticis sæpenumero insper-

χόμενος, ἢ ἀπροφφαινόμενος. ἢ καὶ κλ μικρωτῆς διαχριόμενον. ἔστι δὲ καὶ πυρηριόμ. καθ' ὑγρὸν ἕλκη. Cl πρὸς τὰς ἐν μήτρᾳ σκληρίας καὶ μύσεις, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κακοήθη, σὺν κηρῷ καὶ κρόκῳ καὶ μυελῷ καὶ ἐλαίῳ δ' πλασίονι. συμπέπτωκε δὲ Cl μαλάσσειν, Cl ὑγραίνειν, καὶ πραΰνειν. πρὸς δὲ καὶ πρὸς τὰς ἀπεγλαυκώσεις μετὰ ὕδατος ὑπαλφόμενον. ἀναλογεῖ δὲ αὐτῷ Cl τὸ λεγόμενον θυτύρινον, καὶ ὀνύχινον, καὶ συράκινον, τοῖς ὀνόμασι μόνον διαφέροντα, τῇ μέν τι σκευασίᾳ καὶ τῇ δυνάμει ὄντα παρόμοια.

sione, olfactu, & inunctis eo naribus prodeſt: ſup purationes præterea adiuuat, purgat ulcera, facit ad præcluſos duratoſq; fœminarum locos, & quę in eis malefica coaluerũt, cum cera, croco, medul la, duploq; oleo: Maturat enim, mollit, inhumat & lenit: Facit & ad criſtallini in oculo humoris in album aquoſumq; colorẽ mutationes, quas Græ ci glaucomata dicunt, ex aqua inunctũ. Proporti one huic reſpõdent butyrinũ, onychinum & ſty racinum unguenta, nominibus tantum diuerſa, confectione uero poteſtateq; æqualia.

INTERPRES.

INclinat animus no bis quod in omnibus græcis pariter legitur: eidẽq; croco par olei põdus ſuperinfun dito, non ſic, ſed contra legi oportere, mutataq; inuicẽ à librarijs aut ab imperitis medicis oleum & cro cum fuiſſe: nullã n. id cauſam habet rationẽue, cur ſic faciendũ ſit. Siquis aũt mutato rerum ordine le gat: Eidemq; oleo par croci põdus ſuperinfundito: cõmunẽ alijs confectiõibus cauſam & rationẽ oſtẽdet, ut geminata ſ. croci q̃titate, maiores continue & efficaciores uires crocinũ acquirat unguẽtum. Confiden tius non multo poſt literas mutauimus aliquas, quo loco hic ait: ἔνιοι δὲ τῶν κυπρίνου, quod eſt: ſunt etiã qui par cyprinum oleum &c. inſtauratuſq; à nobis certiore ſenſu ſic locus eſt: ἔνιοι δὲ καὶ εἰς τὸ κυπρίνου, quod eſt: Sũt etiã qui ad liguſtrinum unguentum aromatis &c. Neq; n. aliter intelligi res poteſt, quẽadmodum pauloan te etiam quod erat, ἢ κίνδυ ὅλμῳ χρησίμως, quod eſt, & in pila ſcu mortario miſceto: nõ pilã mortarium'ue di ximus, ueꝛ in oleo: quod ueriſimile erat, cogitantes pro ἐλαίῳ, ὅλμῳ factum eſſe: qui. n. ſenſus erit, & quis rei uſus? ſi quis tuſam & excuſſam cribro myrrham in mortario miſceat. Quod. n. in mortario tundẽdũ erat, tuſum iam cribro excuſſum erat: nec bene ſumi, & in mortario miſceri præcipiebatur: in quo non recte mi ſceri aliquid dicit: in tundẽdo. n. non in miſcẽdo, mortarij uſus eſt: Miſcetur aũt oleo bene quod tuſum iam eſt, nec aliter ſiquis locum ſagacius odoretur, intelligi res poterit. Barbarus in cunctis ijs cõmunẽ lectionẽ ſecutus, qualia ſe illa oſtẽdebant, talia etiã uertit. Quæ deinde in extrẽmo capite à Dioſc. numerãtur, butyri nũ, onychinũ, & ſtyracinũ, uiribus & confectione crocino unguẽto æqualia, nominibus tãtum diuerſa, ut nos credimus, ſic ſe habẽt: ut ſtyracinũ ſit, q̃d p croco ſtyrace confectũ, eadẽ ratione uiribus crocino par ſit: ut hic in ſtyracis medicina mox aget. Calefacit, mollit, maturatq; ſtyrax, & duratis p̃cluſisq; fœminæ locis accõmodatus eſt: quæ oia crocino à Dioſ. hoc loco tribuũt: factũq; ex ſtyrace unguentũ, hic ipſe eodẽ loco laudauit, ut mox diceꝛ. Butyrinũ à butyro factũ nomẽ & res ipſa indicat: facileq; eſt intelligere, buty rũ p oleo adijci ſolere, quod hic de butyro agẽs indicauit, miſceri his quæ ſuppurationes adiuuẽt, affirmãs & ad inflãmationes uuluæ duritiesq; egregie facere: q̃ omnia crocini unguẽti ꝓpria ſunt. Similiterq; ony chinũ ab onyche in teſtaceo gñe piſce, cuius adeps pro eodẽ oleo in uſu eſſet. Indicauitq; id Plinius li. xxii. cap. vi. pœnis uuluæ mederi teſtatus. In morbis dicetur hoc capite etiã, quænã græcis glaucomata ſunt, q̃

Glaucoma ta

nos pluribus reddidimus uerbis: quoniã nulla ſunt huiuſcemodi uitioꝝ certa latinis nomina: nec aptius q̃ ex eoꝝ diffinitiõe tradi & indicari poſſunt. Hoc malũ Galenus in diffinitiõibus ſuis anguſtius q̃ in ſagoge deſcripſit: in illis contẽtus dixiſſe tãtũ: glaucoma oculi eſſe, in glaucũ colorẽ naturalis humoris mutationẽ: In illa uero addidit, criſtallinũ humorẽ in glaucũ & aquoſum colorẽ mutari: Galenũq; tpe & artis ꝓfeſſione ſecutus Aegineta, ait glaucomata hæc, & quæ græci hypochymata. i. oculoꝝ ſuffuſiones uocãt, exiſtimaſ

Hypochy mata

ſe antiquos unũ idẽq; mali genus eſſe: Poſteriores aũt glaucomata tãtum dixiſſe criſtallini humoris in ocu lo uitia, ex humiditate in glaucũ colorẽ trãſeũtia: hypochymata uero, humoꝝ ſuffuſionẽ q inter corneã & criſtallinã concreſcẽtes uiſum impediãt: addiditq; incurabilia eſſe glaucomata oĩa: Suffuſiones uero curari, ſed nõ oẽs. Quod ſiquis glaucũ colorẽ nouiſſe cupit, hic ſciat glaucã à Marone ſalicẽ dictã, altera folioꝝ par te uireſcentẽ. Et Homeꝛ glaucũ mare ſæpenumero ex eodẽ colore appellaſſe. Neq; ex uitio ab eodẽ Homero Palladẽ ſæpe glaucopida dictã fuiſſe: Nõ. n. deæ oculos à uitio laudaſſet, ſed à noctua notiſſima aue, quã

Glaucus color

Glaucopis

Pallas

græci γλαῦκα dicũt, cuius oculi grato cæſio colore fiau eſcũt, & q̃d diuinæ ptãtis eſt, in tenebris etiã uidẽt.

περὶ κυπρίνου σύψεως, Cl σκευασίας ἐλαίου. κεφ. ξς'.

ἘΛαίου ὀμφακίνου πεπλυμένου μέρος ά. ὕδατος ὀμβρίου μέρος ας'. ἐν μὴ ἐπίχῃ τῷ ἐλαίῳ. τὸ δὲ φύλλα σὺν τοῖς ἐμβληθησομένοις ἀρώμασιν. εἶτα λαβὼν ἀσπαλάθου λίτρας ε. ἥμισυ. καλάμου λίτρας ς'. ἥμισυ. σμύρνης λίτραν ά. κασσίας μώμου λίτρας γ'. οὐτρίας θ'. νήλαιου λίτρας θ'. οὐγγίας έ. τὼν ἀσπάλαθον κόψας καὶ ξέσας ὡς ὕδατι ἐμβαλὼν, ἕψε μετὰ τοῦ ἐλαίου,

De ſpiſſando cõficiendoq; liguſtrino unguento. Ca. LVI.

SVmito eloti acerbi olei quã uolueris portionem: ſumito & cœleſtis aquæ portiõis eius ſemiſſem, eiusq; alterã partẽ oleo ſuperinfun dito: altera in oleũ cõcienda aromata ma cerato. Sũptis deinde aſpalathi põdo quinq; & ſe miſſe, calami odorati põdo ſex & ſemiſſe, myrrhę pondo, cardamomi põdo tribus & dodrante, & o lei põdo nouẽ & quincũce: tuſum aſpalathũ cũ in aqua maduerit in oleũ conjcito, coquitoq; ſimul,

donec

SOlent qui cautius & innocentius mores & artes docent, accedentes ad ſe diſcipulos, qui ſub malis pædagogis & magiſtris diu male profecerint, non prius ad diſcendas melioris uitę leges, certioresq; artiũ tractationes admittere, q̃ coactos male cognita dediſcere, excipiendis nouis & certioribus præceptis, uacuos labe omni & ignorantia eorum animos, aptiores effecerint, non malo ut uidetur conſilio, nec inutili obſeruatione: ſiquidem uitio infœliciter uirtus inſeritur, nec coaleſcit cicatricem q; ducit ulcus, cui uitiatũ os ſubeſt. Et in fabrica artibusq; neceſſe eſt praua & diſtorta ſemper fieri, quæ anormi regula directa aliquã do fuerint. Quod ne in myrrha nobis & legentibus fiat, quæ diuerſis locis toto hoc capite uitia inoleuerit, purganda primum, aut ſignãda ſaltem deinceps nobis ſunt, ut quod incipientes hoc opus præfati ſumus, ſani & integri Dioſcoridis utilis & amabilis ſit uſus, uitioſi uero & corrupti, nullum ſub fide tanti autoris periculum. Diximus non multo antè cum de ſtacte unguento ageremus, uideri nobis ſtactem pinguiorẽ melioremq; expreſſæ myrrhæ partẽ, huic ſcriptori eſſe, cum tamen Plinius ſtactẽ myrrhæ genus manifeſt e ſaciat, & Theophraſtus libro nono idẽ teſtari credatur, quod tã certũ nobis hoc capite fit, ut non aliter intelligi à quoq; ſtacte in medicina poſſit, q̃ expreſſæ myrrhæ prima deſtillatio, & quaſi pinguiſſimus flos. Aliter enim alijsq; appellationibus à Plinio, hic myrrhæ genera numerat: numeratisq; duobus pediaſima. ſ. & gabirea, quas pinguiſſimas appellat, ex utraq; expreſſa copioſam reddi ſtactẽ dicit: quo ductu ſermonis, quarumq; uocũ ſignificatione nihil certius audiri poteſt, nec aliud colligi, q̃ eſſe huic ſtactẽ pinguiſſimã & primã expreſſæ myrrhæ deſtillationẽ, cuius in unguentis & medicina præcipuus & laudatiſſimus eſſet uſus. Nec obſtat quod Plinius ait: Sudãt aũt ſponte priusq; incidãtur, ſtactẽ dictã. Id enim Plinius, ut in reſina lib. VII. forte appellauit, à deſtillãdo facta appellatione: & quoniã intelligeret, ut in expreſſa myrrha, ſtacte reliquis partibus antefertur, ſic in fluxu eius ex arbore, probari magis ſpõte ſua, q̃ inciſo arboris cortice deſtillantẽ. In multis enim naturæ hic ordo, & quaſi lex eſt, ut quæ prima & ſponte ſua fluxerunt, meliora & minus & fœculenta excipiãtur. Quodq; Theophraſtus ait: ἡ δὲ σμύρνης ἡ μὲν σακτὴ, ἡ δὲ πλαστὴ: quod eſt: In myrrha autẽ alia ſtacte, id eſt ſtillatitia, alia plaſte, id eſt fictitia, non ſatis pro cõperto nobis eſt, ad genera'ne eius, an' ad artificioſam expreſſionẽ referendũ ſit: πλαστὸν enim artificium & opus humanũ habet: ſiue enim fingere ſiue conformare dicas, utrunq; hominis eſt: Confirmare q; hoc uidetur non multo poſt Dioſcorides, cum ait, fieri ex myrrha expreſſiones, ex pingui odoratas & pingues &c. Mox ignauã & inefficacẽ eſſe expreſſam, quia oleũ ἐν τῇ ἀναπλάσει, id eſt, in conformationẽ non admiſerit: eodem uerbo uſus quo & Theophraſtus

ſtus in diuiſione illa uſus eſt. Quæ omnia longius dicta à nobis fuerunt: ut quod Dioſcoridi & Plinio idē nō eſt, certius à legentibus cognoſceretur. Scirentq; omnes huic ſcriptori ſtactē primā expreſſæ myrrhæ deſtillationem tantū eſſe: neq; in medicina uoce illa aliud ſignificari. Sicq; Celſum lib. v. ueriſimile eſt dixiſſe, myrrhæ quā ſtacten nominant, non genus ſed meliorē eius partē indicantem. Non ſunt præterea Plinio & huic eadem generum nomina: Hic in primo ordine πεδιάσιμον, id eſt campeſtrem numerat, Theophraſtum ut uidetur ſecutus, qui de thure & myrrha longiorem hiſtoriā ſic incepit: Naſcuntur autem thuris & myrrhæ arbores, aliæ in monte, aliæ ad radices montis in priuatis agris: ideoq; aliæ coluntur, aliæ cultura carent, feruntq; montis excelſam altitudinem eſſe, ſylueſtrē habitū, & niuibus conſpergi: ex quo in planiciem profluunt flumina, quæ quoniā à Græcis πεδίον dicitur, hic πεδιάσιμον, quaſi in planitie & campeſtri ſolo natā myrrhā appellauit, ut ea appellatione à montana diſtingueretur. Cæteræ generum in Dioſcoride appellationes, quemadmodum & ſuæ Plinio incertæ nunc ſunt: ſola à Troglodytis ſolo nomine nunc cognitis, Troglodyticæ certam habet nominis ſui æſtimationem. Irrepſit inter hæc genera uitium etiā: nam quod hic ait, συλλέγεται δὲ τὴν κρὴ λευκὴν μὲν πρὸς λαγοδυτικῷ ἀριθμοῦσθαι &c. non λευκὴν, id eſt tenuis, uerum λευκὴν, id eſt candido colore, legendū eſt: ſicq; nos reddidimus, Plinio & aliis autoribus accedentes, qui inter alia genera candidum numerant: idq; Plinius palàm teſtatus eſt, dicens: Eſt & candida uno tantum loco: Nec nos in eo tam ueterū autoritas mouit, q̄ ꝙ tenuitas parum myrrhę competere uidebatur, quę gleboſa & in offas conuoluta, longe ab ea forma abeſt: & ꝙ frequentiſſimus toto hoc opere hic error eſt, ut ubi λευκὸν quod candidum eſt, legi oporteat, illic λεπτὸν, quod tenue, legatur. Quod eſt deinde ὑπέρρωρ Θ, & nos uertimus, eorum modo quę exoleuerunt, areſcens: non adeò difficilem habet intellectum, ut dubitandum tantopere in Corollario ſuo de uocis eius ſignificatione Hermolao fuerit, qui maturitate inſignem conuertens, parum proprie rem ſignificauit: Inter cętera enim quę Græcis ὥρα ſignificat, & ſpecioſus habitus eſt, & quaſi ἀκμὴ: dicunturq; ὡρκῖα, quę nec citius nec ſerius in uſum ueniunt. Sic Plinius horęum mel uocauit alterum eius genus, quod præcipua tempeſtiuitate conficeretur. Et ab hac uoce multa fecerunt Græci adiectiua ἔξωρον, ὡραῖον, & inter alia ὑπέρωρον, quod nihil aliud ſignificat, q̄ ea quę ultra tempeſtiuitatem ſuam producta, ſpeciem & bonitatem amiſerunt: uerbi cauſa erit cucurbita, erit cucumis ὡραῖ Θ, cum in cibo gratus & idoneus erit: ὑπέρρω Θ autem, cū trāſeunte in lignum cortice, duratiſq; intus ſeminibus & carne, alium q̄ in cibis uſum habere incipiet: qua ſimilitudine hic myrrhā hanc ὑπέρωρον dixit, id eſt eorum modo quę iam exoleuerunt ſcabrā, areſcentem & lignoſam. Idq; Serapion etiam intellexiſſe uidetur, multum aſperā eam appellās. Variant præterea antiquiores Græci in ea quam ergaſimen dicunt, quam alij gummi uiribus & aſpectu, alij uiribus & odore referre teſtantur. Nos quod in pluribus legebatur, illud reddidimus. Coniungitur huic parti ſtatim quod omnino uitioſum ſit, & in quo male ſequax & incertus ſenſus occurrat, à neutro in commune genus traiectus, Idq; huiuſcemodi eſt: κρὸ πίσματα ὃ δὲ αὐτοῦ γίνεται, ὁταν μὲν τοῦ λιπαρῶν, εὐώδη ἐστί, λιπαρὸν δὲ ὅταν τοῦ ξηρῶν, ἀλιπῆ ἐστί, οὐκ εὐώδη: Quod totum ſic redditum à nobis eſt: Exprimūtur omnes, quodq; ex pinguibus expreſſum fuerit, odoratū pingueq; eſt: quod uero ex ſqualentibus & aridis, nec pingue nec odoratum: his tam aperte & tam certo ſenſu diſpoſitis, nulla fœminini generis intercedente uoce, ſuccedunt hęc ſtatim: ἄζυν Θ διὰ τὸ μὴ προσφυφέναι ἔλαιον ἐν ἐκ πάσι ἀνάπλασιν: Quod ſi uelit aliquis, ut ſe res habet, latinum facere, non aliud aptius, q̄ ſi à maſculino uel fœminino nomine incipiens, cōmune enim illic genus eſt, dicat: Infirma, ꝙ oleū in conformatione non acceperit, quæ uoces ſuperioribus coniunctæ, nullū indicant legitimū ſenſum. Nec ſuſpicari, ſed pro comperto habere, uitiū illic eſſe, oportet. Videtur autē nobis potuiſſe quondā hic ſenſus & rei ſeries eſſe, ut quoniam in myrrha ſint craſſiores aliquæ partes, doceret hoc loco Dioſcorides faciendā ex omni myrrha ſtacten, id eſt exprimendā adfuſa aqua myrrhā, ut in ſtacte unguento præmonſtratū eſt: ſeruandumq; & in paſtillos conformandū, quod expreſſum deſtillaſſet: & quoniā in myrrha bonitas odoris, & ad ſanitatē in morbis uires eſſent, ſic expreſſam myrrhā, alterā, odoris ſcilicet commendationē & uſum amittere, fieriq; ἄζυον, infirmam & ignauā, non in uiribus ad ſanitatē, ſed in odore ad uoluptates & delicias uitæ. Indicatq; id quæ ſubiecta ſtatim cauſa eſt, ꝙ oleo careat, quo experientia docuit, diutiſſime ſeruari odores, & facile citiſſime perituros, niſi unguine & humore eius contineantur. Teſtantur id Plinius, Plutarchus, mille alij, ne longiores ſimus. Ex hac itaq; cauſa facilis coniectura fuit, de infirmitate odoris agere illic Dioſcoridē: neq; ἄζυον fortè antiquā & uerā fuiſſe lectionē, ſed ἄνοσμον, id eſt ſine odore legendum eſſe, ut una uoce infirmitatem & rem indicaret: conijcimus tamen hoc, non decernimus. Cōſueuiſſe autem ueteres ſine oleo in paſtillos expreſſam myrrhā conformare, hic ipſe in ſtacte unguento declarauit: ea tantum probata ſtacte, cui nullū eſſet admiſtum oleū. Eſt it aq; ſic intelligenda res, ut cum docuerit Dioſcorides ex omni myrrha expreſſiones fieri, neceſſario ſubiecerit, infirmā in odore eſſe, expreſſam & in paſtillos conformatā myrrhā: propterea ꝙ oleo in conformatione careat, quo uno liquore diutiſſime odores & fœliciſſime ſeruātur. Quo loco deinde legitur: Et contra alarū dolores cum liquido alumine pari utilitate inungitur; imectus mihi ſcrupulus eſt, non dolores fortè, ſed uiroſum & hircinū odorē illum qui ea parte ſentiatur, legendū eſſe: Suſpicioniq; huic noſtræ cauſam dedit, ꝙ hic ipſe in metallicis de omni alumine agens, contra ingratos alarū & uiroſos odores inungi eo præcepit: quoniā illi adſtringendi & repurgādi uis ſit: nunc aūt myrrha illi adiecta, non tantū uidetur ea præcipere, ut abſit malus odor, q̄ ſimul etiā nouo & meliore odore, qualis in myrrha eſt, tetrū & hircī num illū delere: accedit & alia ut credimus non contemnenda omnino ratio, ꝙ hic remediū id fœtori oris & animæ ſtatim coniūgit, & quaſi à cōgeneribus malis nondū diſceſſiſſet, illud addidit. Non cōſueuit præterea Dioſcorides cōmune aliquid priuatim cōtrahere, niſi in manifeſta re. Si aūt legemus alarū dolores, malū id intelligere oportebit, q̄d propriū habeat genus & propriā in ea parte ſedē, & qualia in ſtomacho, capite, renibus pedibusq; quotidie ſentiunt. At in alis legiſſe me nō memini propriū aliq̄d doloris genus. Poſtremo quod de Bœotica myrrha in extremo hoc capite legit, nullū in antiqua plantarū hiſtoria medicina'ue teſtē habet: nec inueniſſe me hactenus de ea quicq̄ memini: niſi forte huc ꝓtinet q̄d Columella in carmine

ὑπέρωρον.

ὥρα.

ὡραῖον.

ſuo cecinit: Et lachrymas imitata tuas Cinyreia uirgo, Sed melior ſtacte ponat Achaica myrrha: & quã hic Bœoticã Achaicã à propinqua regione ille dixerit. Sed nõ rñdent huic oĩa q̃ ille cecinit: hic enim arborẽ & arboris radicẽ dicit: ille croco & ſampſucho myrrham ſuã cõiungit, potiusq; inter olera q̃ inter arbores de ea cẽſere uideẽ: nihilominus ſtacte meliorẽ appellat, adſcita à cõgenere & cognata plãta cõparatione: nec tñ ſtacte meliorem, ſed imitatã ueræ myrrhæ lachrymas etiã adñcit, idẽ ferè dicens quod hic ait, iubens in Bœotica hac myrrha eam eligi, q̃ bonitate odoris ueræ myrrhæ maxime ſimilis ſit. Coniecturis, nullo ſe offerente ignotæ nunc rei teſte & autore, uti coacti ſumus. Nec ſcimus ex quo nihil antiquiores alĩ de hac myrrha teſtati ſunt, q̃ uera & legitima ſcriptoris huius ea quaſi proles ſit. Potuit enim illi hæc pars accreuiſſe à poſterioribus addita, in qua illud integrũ & incorruptũ eſſe nõ uideẽ, quod in cunctis legit: Arboris cuiuſdã in Bœotia naſcẽtis conciſa radix, Bœotica myrrha eſt: neq; enim ueriſimile materiã radicis in ea arbore myrrham dici, ſed potius quod ex inciſa eius arboris radice deſtillauerit. Nihil tamẽ more noſtro mutatũ à nobis eſt. Credimusq; in myrrhæ nomen & cẽſum ſiue radicẽ, ſiue radicis liquorẽ hunc ex odoris aut ſaporis ſimilitudine adſcitũ eſſe, quẽadmodũ in hortenſibus oluſatri genus, quod ſmyrnion hic & alĩ dixerunt: q̃d quoniã odore & ſapore myrrhę lachrymã deſtillet, ſic nominatũ eſt: tãta cũ oluſatro, q̃d hippoſelinon Græci uocãt, cognatione & ſimilitudine, ut Columella utroq; nomine oluſatrum uocari dixerit: cũ tamẽ hic alterę ab altero multa hiſtoriæ diuerſitate diſcernat. Theophraſtus certe lib. VII. de oluſatro agẽs, ait: Naſcitur ex eo lachryma myrrhæ ſimilis, feruntq; aliqui myrrhã hanc eſſe, tãtopere decipiunt ſimilitudine rerę ignari. Potuit itaq; eadẽ odoris & ſaporis ſimilitudo Bœoticæ huic myrrhæ nomẽ dediſſe: ueręq; ignota nũc arbor, ignotã fecit nobis etiã arboris, ſeu radicem ut hic ait, ſeu ut ueriſimilius eſt, inciſæ radicis lachrymã. Et hæc pro inſtauranda in Dioſcoride myrrhę hiſtoria ſatis dicta ſint. In medicina impetigines tantũ tractabimus, ſummæ cutis malũ, & q̃d inter aſperitates & ſcabrities eius græcoręmedicis numereẽ. Fieri id malũ Paulus Aegineta dixit, celerrimeq; in ſcabiem & in leprã tranſire, cũ tenues eædẽq; acerrimę ſanies, craſſioribus ſaniebus alĩs miſceant. Dico aũt ſanies hoc loco, quos Græci ſua uoce ἰχῶρας dicũt, nõ facile in egeſtate latinæ linguę explicabiles, niſi lõgius deſcribãẽ: dixerũt itaq; illi ἰχῶρας in cæde & uulnere primã ſanguinis à ſua integritate declinationẽ: ficq; Homerus uulnerata à Diomede Venere ait, ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεῶο, ἰχὼρ: fluebat, ſcilicet immortalis ſanguis deæ ἰχὼρ, id eſt, iam nõ integer ſanguis ſed in aliud genus & nomen translatus. In morbis aũt cũ idẽ ſanguis ab integritate & bonitate ſua diſcedens, ad pus & ſaniem tranſire incœperit, eo tẽpore & habitu nõ ſanguinẽ tãtũ, ſed alios etiã humores illi cõiũctos admiſtos, ἰχώρων appellatiõe Græci dixerũt: & ex his fieri Paulus Aegineta impetigines dixit, nõ omnibus, ſed cũ tenues acresq; ἰχῶρες hi craſſioribus alĩs cõmiſti fuerint, Galenus aũt impetigines in diffinitionibus ſuis dixit eſſe, cũ multo pruritu ſummę cutis aſperitatem: in Iſagoge ſua deinde latius rẽ his uerbis tradidit. Cutis malũ & impetigo eſt, duplex eius genus, mite alterę, ferũ & difficilius alterę: pellũtur ab eo ex ſumma cute ſquamulæ, rubetq; ſub illis locus, & tantũ nõ exulceraẽ: oriẽ ex ſalſa pituita & flaua bile: nec ſecus ſquamulæ illæ decidũt, q̃ ex fictilibus, in qbus ſalgama fuerint, aut muria. Facit & Paulus Aegineta duo ĩſdem nominibus genera, ferisq; & difficilioribus mederi aliqua ex aceto affirmat. Quo fit ut poſſit Dioſcorides de ſecũdo illo gñe tantũ dixiſſe: & ſi quod difficilioribus medetur, mitioribus in eodem genere prodeſſe etiam poterit. Græci id malum recepto etiam à Latinis nomine lichenas appellant, à lambendo ut credimus, quoniam in pueris ſaliua hominis & attritu linguæ curarentur, ut idem Paulus teſtaẽ. Quatuor eius genera Celſus numerauit libro quinto, quæ legentibus nouiſſe facile erit.

Impetigines.

Περὶ Στύρακος. Κεφ. π'.

Στύραξ δάκρυόν ἐστι δένδρου ἄνοσ ὁμοίου κιδωνίῳ. διαφέρει δ' αὐτῆ ὁ ξανθὸς καὶ λιπαρός. ἐλαιώδης. θρόμβους ἔχων ὑπολεύκους. ἐπιδιαμένων τὴν εὐωδίαν ὡς ὀλίγου. καὶ ἐν τῷ μαλάσσεσθαι ἀνιεῖς ὑγρασίαμ μέλιτι ὅμοιόν τι. ποιοῦσι δὲ ὄξυμ ὁ καβαλίτης, καὶ πισιδιακόσ, καὶ κιλίκιος. φαῦλος δ' ὁ μέλας καὶ φαθυρός. καὶ πιτυρώδης. εὑρίσκεται δὲ καὶ δάκρυομ κόμμι ἐοικός. διαυγές. σμυρνίζομ. ὀλίγον δ' τοῦτο γίνεται. δολίζουσι δὲ αὐτὸ τῖς ἐκ τοῦ δένδρου πρίσμασιμ ἅπερ ὑπὸ τῶν σκολίκωμ ἀναλίσκεται μιγνυμένη καὶ μέλιτι καὶ ἴρεως ὑπὸ βάθμη, καὶ ἄλλοις ἔνιοι δ' καρπὸμ ἢ σέσελι ἀρωματίσαντες συμμαλάσσουσιν ἐμ τῖς ἐξυτάτοις ἡλίοις τῷ στύρακι. καὶ δ' ἄλλου εὑρίσκεται, ἐκβαλίβουσιν εἰς ὕδωρ ψυχρὸν ποιοῦντες. σκωλίκια καὶ πωλοῦσι. σκολικίτην ὀνομάζοντες. ἐγκρίνουσι δ' οἱ ἄπειροι τὸν τοιοῦτον ὡς

De Styrace. Caput LXX.

STyraca Latini ſtyracem dicunt. Arboris cotoneo malo ſimilis lachryma ſtyrax eſt: bonitate in eo excellit, qui ruſſus, pinguis, refinoſus, & albicantibus grumis eſt: qui'que odoris ſui bonitatem diu ſeruat, & cum ſubigitur, melleum humorem aliquem ex ſe remittit: talis gabalites eſt, Piſſidiacus & Cilicius. Improbatur niger, friabilis & furfuroſus. Inuenitur præter hunc lachryma etiam gummi ſimilis, tranſlucida, myrrhæ odore. Sed exigua hæc naſcitur. Adulteraẽ ſcobe ſuæ arboris, quę uermiũ eroſione facta fuerit, additis melle, irini unguẽti ſedimento, & quibuſdã alĩs: ſunt etiã qui adipem, ceraẽ ue aromatis odorantes, & in æſtu anni ſtyraci cõpinſentes, per cribrum quod latioribus foraminibus ſit, in frigidam aquam ueluti uermiculos trañciunt: uendũtq;, uermicularem ſtyracem appellantes: præferuntq; alĩs hunc imperii ueluti non

ἀκέσαμον, οὐ προσέχουσι τῇ κ τὸ ὀσμὴν εὐτονίας. δριμυς γὰρ λίαν ὄζει μὴ ἄδολος. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, πεπτικὴν, πρὸς ἃ ἤχας καὶ κατάῤῥους, κοχύζας, βράγχους, ἀπροκοπὰς φωνῆς· ἀρμόζει καὶ πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ μύσεις καὶ σκληρίας. ἔμμηνά τε ἄγει πινόμενος καὶ προσιθέμενος. κοιλίαν τε κουφως μαλάττει καταπινόμενος ὀλίγος μετὰ ῥητίνης πεπεθυδίνης. μίγνυται δὲ εἰς μαλάγματα διαφορητικοῖς, καὶ ἀκόπρις χεσίμως. καίεται δὲ εἰς ὀπᾶται εἰς φώγυνται καὶ θαλοῦται ὡς λίβανος. ἀρμόζει τε ἡ αὐθάλη πρὸς ἃ εἰς ἡ τοῦ λιβάνου. τὸ δὲ ἀπ αὐτοῦ σκυβαλόμενον χρίσματι ἐν τῇ συρίᾳ συγκίνημα, θερμαίνει μαλάττει ἰσχυρῶς. κεφαλαλγεῖς μὲν τὴν εἰς βαρὺ, εἰς καρωτικὸν καθέστηκεν.

nõ adulteratum, probationem eius ex odore negligentes: qui enim adulteratus non fuerit, acerrimo odore sentietur. Habet styrax calefaciendi uim, mollit maturatq́. Facit ad tussim, à capite in subiectas partes destillationes, mucum, raucedinem, amissamq́ uocem. Duratis præclusisq́ muli ebribus locis utilis est. Menses idem potus & appositus trahit. Aluum leniter mollit, exigua quãtitate potus cũ terebinthina resina. Miscetur utiliter malagmatis quæ discutiẽdo sint: nec minus etiam acopis. Crematur styrax, & ad fuliginẽ thuris modo uaporatur: omnibus his quibus & fuligo thuris accommodata. Quodq́ fit ex eo in Syria, styracinũ unguentum appellatum, efficacissime calefacit & mollit. Dolores tamen capitis facit, & graue soporiferumq́ est.

INTERPRES.

NOn fuisset nobis difficile, neq; ut credimus in scriptore hoc magnopere utile nunc esset, collectis in unũ quæ diuersis locis à Plinio alijsq; de styrace tradũtur, cõmentationes has nostras augere, quod iampridẽ Barbarus fecerat, commẽtantibusq; hæc nobis, memoriæ eius cõsulentes fratres & amici, ediderunt. Ab omnibus.n. & ubiq; nũc legitur & intelligitur Plinius: naturalisq; eius historiæ tam multi prodierunt indices, ut celerius, ut ait ille, q̃ asparagi coquantur, omnia quæ sparsim toto opere ab eo tradita fuerunt, in unũ colligi possint, & collecta deinceps disponi. Sed nos diuerso consilio hoc agimus, & alio laboris genere prodesse conamur. Habet.n. id inueniẽdi tãtum & colligẽdi, quę in tãto opere sparsa plerosq; fallunt, ttudiũ & honorẽ, hoc uero nostrũ purgãdi instaurãdiq; q̃ in impresso Dioscoride uitiosa diuersa'ue sunt, aut esse uidentur: & in græcis latinisq; uocibus aperiẽdi & explicãdi quæ minus nota & rariora sunt, humilius certe, nec antiquoꝝ scriptorum, quos ille aliquando totos reddidit, maiestati comparandum: nõ penitus tamen ut speramus ingratum & inutile, præsertim ætate hac nostra, in qua tam multi in græcis quotidie proficiunt, ut ea simulq; latina discere & tractare cupiẽtes, laborem hunc nostrum neglecturi penitus non sint: Conariq; id nos maxime persuasit, qui ex Gallia nõ multo ante hac prodijt latinus hic autor tam multis locis editioni huic nostræ cõtrarius, aut nõ idem saltẽ, ut diuersitatis ab eo nostræ reddẽda merito ratio, & declarãda ubiq; causa fuerit. Quod nõ minus q̃ in alijs in styrace nũc etiã faciẽdũ: Incipiẽdũq; ab eo quod à principio statim legitur: Bonitate in eo excellit qui ruffus & pinguis &c. Nõ.n. ut in impresso sic in cæteris ῥυπῶδες, q̃d sordidũ est, legitur: sed una tãtum & altera mutatis literis, λιπῶδες quod pingue significat. Neq; nos id male & magis probare tam persuasit testiũ bonitas & copia, q̃ melioribus græcis omnibus accedens Plinius duobus locis, libro XII. primũ cum ait: præfertur ruffus & pinguiter lẽtus, mox XXIIII. capite VI. his uerbis iterꝝ de styrace agẽs: Placet præter ea quę diximus maxime pinguis, purus: quo loco nõ solũ pinguitudinẽ in eo desiderat, sed puritatẽ etiã cõmẽdat: nõ alio sanè sensu, q̃ ut quod nos elegimus, cõfirmet: & quod nos reiecimus, & ipse dãnet, Accedit his etiã Paulus Aegineta libro IIII. pinguissimũ præcipue in medicina desiderãs. Nec obstat q̃d idẽ Plinius lib. XII. cap. XXVI. tradidit: Ob id in scobe sordescit. Habet.n. id eandẽ huic scriptori rationẽ & historiã, cum mox ait: Adulteratur scobe suæ arboris &c. Quod totum debuerat ab eo diligẽtius obseruari, qui etiã ἀφαρὸς siue ἀθυρὸς, utrunq; enim eadẽ significatiõe in antiquis græcis legitur, cano situ obductũ, ex Plinio interpretatus, decreta magis alioꝝ & uerba, q̃ Dioscoridem secutus esse & amasse uidetur: Cum alioquin oporteret interpretem, nõ quæ alij, aut quomodo de eadem re docẽtes tradiderint, sed certã autoris sui uocum æstimationẽ sequi & reddere. Raro.n. à pluribus aliquid pariter docetur, quotq; hominum ingenia & in rebus obseruationes, tot etiam descriptiones sunt. Ecquis etiã nouit an Plinius aliãs cano illo situ in styrace descripserit notas? Et si q̃d græcis ἀφαρὸν siue ἀθυρὸν est, uocibus illis descripsit, non decebat nostræ ætatis interpretem tam obscure rem indicare. Quis.n. nunc intelligat ea ratione fragile friabileq; significari? esse autem græcis ἀφαρὸν & ἀθυρὸν fragile, omnia eius gẽtis lexica ostendunt, κύθλασον, ἀσθενὲς & similia significare, tradentia. Obseruauimus præterea & nos in historia Annibalis, quę à pluribus græcis tradita est, cũ incensas ab eo & aceto consperſas alpes describũt ἀφαρὰ igne & humore illo fracta montium iuga & saxa appellant. Estq; id facile omnibus ex re ipsa, & ex Iuuena le intellexisse, cũ ait: Et montem rupit aceto: ideoq; nos friabilem certiore rei indicio, ἀφαρὸν conuertimus. Quo loco etiam diximus talis gabalites &c. contra q̃ in græcis legitur, in quibus omnibus catabalites est, non sine ratione factum à nobis fuit: nec Plinij tãtum fides & autoritas in eo potuit, q̃ & in Phœnice, siue ut Strabo tradidit, in Syria Gabala ciuitas est: nullibi aũt catabala, q̃d hactenus in geographis legerim. Sequit non multo post, quod hic ait: Adulteratur scobe & cætera, additis melle, irini unguenti sedimento, & quibusdam alijs: in quo græce uocis ὑπροσθέμα uis est: quasi necessitas unguentum illi addere persuasit. In liquidis.n. græci ὑπροσθέμω dicunt, amurcam uerbi causa in oleo, in uino fæcẽ, in urina hypostasim, & in alijs nominibus sedimentum omne, quod pondere uel crassitudine in imum descenderit: non tamen id decerni mus, uerꝝ monemus in incerta re elegisse nos illud, q̃d ex cõmuni uocis illius æstimatiõe intelligendũ erat.

ἀφαρὸν. ἀθυρὸν. ὑπροσθέμα.

Fæcem.n.& ſedimẽtum ὑποστάθμην græci appellant. Neq; id nos remoratũ eſt q̃ non irini unguenti ſed iridis hypoſtathme ſtyracẽ adulterari hic ait: potuit.n. Dioſcorides unguentum à materia confectionis indicare. Tota in ea uertitur res, in ſtyracis ne adulterio ad molliẽdã arboris eius ſcobẽ ſatis mellis glutinoſus lentor ſit, an & irini unguẽti ſedimentum addi oporteat, ſi ſatis non ſit mel, non male tunc fæx illa adiiciet: ſin contra: tũc decernẽdum erit, an hic uoluerit in humore aliquo mãdere decoqui'ue iridẽ, ſedimẽtum q̃ eius in adulterio ſtyracis miſceri: an potius, quoniã carioſa iris in ſenectute ſit, eo q̃ tpe odoratior fiat, hic cariosum illum puluerem, qui in imo uaſis in quo ſeruabitur, ſubſederit, hypoſtathmen & ſedimentum dixerit: id q̃ miſceri ſtyraci uoluerit. Nõ relinquemus in adulterio hoc q̃ p̃ter numerata à ſe miſceri Dioſcorides dicat, cedri reſinã eſſe, gũmi, & amaras amygdalas: quæ omnia à Plinio in hac ipſa re deinceps numerãtur. Quod in extremo deinde capite eſt, κομᾶν ὃ καὶ ὀπᾶν καὶ φώγων &c. Tribus ỹbis deſcriptũ unã tãtũ habet rõnẽ. Credimus q̃ duo ex illis abundare, inſerta ab his, qui latius, ut in enarratione uocũ fit, explicare rẽ uoluerint. Quod.n. p̃cipitur unũ eſt, ut cremetur ſ. ſtyrax ad excipiẽdam alioꝝ mõ quæ cremantur, eius fuliginem.

Περὶ Βδελλίου. Κεφ. πά.

Βδέλλιον. οἱ μὲν μάδελκον, οἱ δὲ βδολχὸν καλοῦσι. ἀάκρυόν ἐστι δένδρου σαρακηνικοῦ. ἀόκιμον δὲ ὅταν αὐτὸ τῇ γεύσῃ πικρόν. διαυγές. ταυροκολλῶδες. λιπαρὸν δὲ καὶ βάθος ἔχον εὐμάλακτον. ἀμιγὲς ξύλων, ἢ ξυπαρίας. εὐῶδες ἐν τῷ θυμιάσαι. ἔοικος ὄυυχι. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ξυπαρὸν καὶ μέλαν. ἀσαρόβωλον. παλαιοῦται. κομιζόμενον ἀπὸ τῆς ἰνδικῆς. φέρεται δὲ ἀπὸ τῆς πέτρας, ξηρόν. ξηραινῶδες. ὑπερπέλιον. ἀδυπερεῦνον τῇ ἀνάμιξαι. ὀλοῦται δὲ μιγνύμενον κόμμι. ἀπὸ δὲ πρίσμου οὐχ ὁμοίως πικραίνει τὸ γεῦσιν. ἔν τε τῇ ὑπερθυμάσει. οὐχ οὕτως εὐῶδες ἐστί. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν. μαλακτικήν. διαλυτικήν. ἐξορχοκηλῶν καὶ σκληρίας καὶ ὕδρωκήλων, ἐνεθὲν πεσσοτιθέμενον καὶ ὑπερθυμιώμενον. ἐφέλκεται δὲ καὶ τὰ ἔμβρυα καὶ πᾶσαν ὑστερασίαν. θρύπτει δὲ καὶ λίθους πινόμενον. καὶ οὖρα ἄγει. ἐκ χιοῖς τε καὶ θηριοδήκτοις ὠφελίμως διδοται. ἀναθὸν δὲ καὶ πρὸς ῥήγματα, ῶσματα, καὶ πλευρᾶς πόνους καὶ διαδρομὰς πυοῦμάτων. μίσγεται δὲ καὶ μαλάγμασι τοῖς ἁρμόζουσι πρὸς τὰς σκληρίας καὶ δέσεις τῶν νεύρων. κατράζει δὲ κοπτόμενον, πεσσόμενον δὲ οἴνῳ ἢ ὕδατος θερμοῦ

De Bdellio. Caput LXXI.

BDellion, ſunt qui madalcon, & qui blochon appellẽt. Romani pariter Græcis bdellium dicunt. Saracenicæ arboris lachryma bdellium eſt. Probatur in eo quod guſtu amarum, tranſlucidum, taurino glutini ſimile, in profundo pingue, & cum tractatur lẽ teſcens, ſine ligno, ſine ſordibus, cum incenditur odoratum, & humano ungui colore ſimile. Affertur & ex India bdelliũ, ſordidum, nigrum, quod adrobolum, id eſt craſſioris glebæ dicunt, aſpalathi odore. Affertur & ex Petræa Arabia, aridum, reſinoſum, liueſcens, ſecundæ in uiribus bonitatis. Adulteratur admiſto gũmi: ueꝝ quod tale eſt minore in guſtu amaritudine, & incẽſum minore odoris bonitate ſentit. Eſt bdellio uis & natura calefacere molliréq; : tumores gutturoſis ſoluit, durities q̃ & aquoſos ramices, ieiuni hominis ſaliua dilutũ. Idem muliebres locos appoſitũ & ſuffitu aperit, fœtus humores q̃ omnes trahit. Potũ calculos frãgit, & urinã pellit: cõtra tuſſim uenatoꝝ q̃ morſus utiliſſime datur. Prodeſt & cõtra rupta, cõuulſa, lateris dolores, & errãtes inflationes. Miſcetur præterea malagmatis cõtra neruoꝝ durities & cõcretiones: quẽ in uſum tundit, adfuſo uino aut calida aqua.

INTERPRES.

ANtiquæ & cõmunes Plinio bdellij appellationes omnes hæ ſunt, barbaræ tamen, ideo q̃ nec græcis nec latinis ex ui nominis certũ aliquid indicãtes. Solũ adrobolũ à glebaꝝ craſſitudine nominis certã habet in græcis rationẽ: idẽ q̃ eſt, quod Plinius ait in offas cõuolutũ. Nõ eſt deinde huic ſcriptori legitima uox, Saracenicæ arboris lachrymã bdelliũ eſſe: quo.n tẽpore hæc ille cõmentabatur, nullũ erat Saracenoꝝ nomẽ: nec niſi poſt multũ tẽpus mutata appellatione Lybes ad Aethiopiã Saraceni dicti ſunt. Nõ placet etiã quod Barbarus mutauit Sembracenice: Licet.n. inter myrrhæ genera Sembracenã Plinius numerauerit, non ideo tamẽ ſola nominis uicinitate mutanda uox erat. Sed numerãtibus laudãtibus q̃ Scythicũ & Arabicũ bdelliũ Galeno & Paulo Aegineta, ex altera duaꝝ regionũ gentile inſtaurãdum illic nomẽ fuerat: Scythicẽ q̃ aut Arabicæ arboris lachrymam dicẽdum. Quod nos tamẽ facere auſi nõ ſumus, cõtenti hactenus legẽtes monuiſſe. Inclinat.n. animus utranq; legi oportere: fuiſſe q̃ antiquã lectionẽ σκυθικοῦ καὶ ἀραβικοῦ, coaluiſſe q̃ ſimul librariorꝝ uitio & medicorũ negligẽtia, ut toto hoc opere multa alia, duaꝝ gentium nomina. Vtor q̃ ad eam opinionẽ argumẽto, q̃d hic in medicina utriuſq; uires nullo gentiũ diſcrimine numerat: q̃d alij Aeginetaq; in primis poſt egerũt, cuius lib. VI. de bdellio hæc uerba ſunt: Molliẽdi uires quæ durata fuerint habet Scythicum & Arabicum bdelliũ, p̃cipue q̃ recẽs. Arabicũ hoc amplius, ut urinã pellat, calculos frangat, & concoctiones adiuuet: quorum priora illa duo ab hoc ſcriptore pariter docẽtur. Quod etiam nõ multo poſt corrupte legebatur, παλαιοῦται, antiquo latino Dioſcoride monente, in quo ueræ lectionis aliqua ueſtigia nonnũq; deprehenduntur, cõfidẽtius mutauimus, diximus q̃ aſpalathi odore. i. ἀσπαλαθῶδες: ſed hoc mihi cũ alijs commune fit, tã facile inuentu fuit. Diximus nõ multoante de gutturoſis eorũq; in anteriore collo tumoribus. Iterũ de iſdem certius dicẽdum. Fiunt in anteriore colli parte tumores, quos βρογχοκήλας græci dicũt, ex tumore & gutture facta appellatione: deſcripſit q̃ eos his uerbis Paulus Aegi-

Gutturoſi. βρογχοκήλαι.

ta: Gran

neta: Grandis in collo & rotundus tumor fit, inuento ab interiore parte nomine, quam βρόγχον Græci uocant. Duplex eorum differentia est: alij enim adipe tument, qualia sunt quæ in abscessuum genere ijdem græci steatomata dicunt: alij partium illarum dilatatione, qui maiore periculo curãtur, cunctisq; his mederi bdellium Dioscorides ait, laterũq; doloribus, non ut Ruellius conuertit, intentis laterũ membranis, nullo in morbis genere, & ridiculo sensu.

περὶ λιβάνου. κεφ. πβ'.

Λίβανος γίνεται μὲν ἐν ἀραβίᾳ τῇ λιβανοφόρῳ καλουμένῃ. πρῶτον δὲ ὁ ἄρρην καλούμενος σταγονίας. στρογγύλος φυσικῶς. ἔστι δὲ ὁ πρῶτος ἄριστος λευκός τε καὶ θλασθεὶς ἔνδοθεν λιπαρός. εὐθυμιαθείς τε ταχέως ἐκκαιόμενος. ὁ δὲ ἰνδικὸς ὑπόκιρρός τε ὀσμὴν, καὶ πελιὸς τὴν χρόαν. γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐπιτηδευσιν στρογγύλος. τέμνοντες γὰρ αὐτὸν εἰς πλάγια κατὰ μικρὰ κατακόπτουσιν ἕως ἂν ἀπολάβοι τὸ στρογγύλον σχῆμα. χρόνῳ δὲ ὁ πρῶτος ξανθότερος. ἄριστος δὲ καὶ σύαγρος καλούμενος. δευτερεύει δὲ ὁ τῆς ἀραβίας καὶ ὁ ἐν ἀμίλῳ. ὃν ἔνιοι κοπίσκον καλοῦσι, μικρότερος καὶ κιρρότερος ὄντα. λέπει δὲ ὅλως καὶ ἀμωμίτης. ἄλλως δὲ λευκός. ὃν δὲ τῷ μαλάσσεσθαι ἐνδιδοὺς ὡς μαστίχη. ὁλοῦται δὲ πᾶς λίβανος τῇ πιτυΐνῃ ῥητίνῃ μεθοδευόμενος. καὶ κόμμι. εὐχροῆς δὲ ὄζῃ καὶ διάγνωσις. τὸ μὲν γὰρ κόμμι οὐκ ἐκφλογοῦται θυμιώμενον. ἡ δὲ ῥητίνη εἰς καπνὸν ἐκτυφοῦται. ὁ δὲ λιβανωτὸς ἐξάπτεται. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ὀσμὴ τοῦ θυοῦ. δύναται δὲ θραύσαι φύσιν, καθαίρειν τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις. καὶ τὰ κοίλα τῶν ἑλκῶν πληροῖ καὶ ἀπολαύει. κολλᾷ τε ἕνεκα τραύματα. αἱμοῤῥαγίαν τε πᾶσαν, καὶ τὴν ἐκ μιλίνων ἐπέχει. πρὸς ὀφθαλμῶν τε καὶ τὰ περὶ δακτύλους καὶ τὰ λοιπὰ μέρη κακοήθη. ἔμπλαστρος λύσις, σὺν γάλακτι. καὶ τὰς ἐν ἀρχῇ μυρμηκίας καὶ λιχῆνας, σὺν ὄξει καὶ πίσσῃ καταχριόμενος αἴρει. καὶ τὰ πυρίκαυτα δὲ ἕλκη καὶ χίμετλα ἰᾶται σὺν στέατι χοιρείῳ ἢ χηνείῳ. ἀχῶρας δὲ σὺν μέλιτι ἕως σμώμενος ἰᾶται. πρὸς ὠτων ἀλγηδόνας τε σὺν μέλιτι. ὧτων θλάσει σὺν πίσσῃ. πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ ἀλγήματα τῶτ', σὺν οἴνῳ γλυκεῖ ἐγχεόμενος. μασθούς τε φύας ἀποτρέπει φλεγμαίνοντας σὺν κιμωλίᾳ καὶ ῥοδίνῳ καταχριόμενος ὠφελεῖ. μίσυι δὲ καὶ τρὶς πρὸς ἀστηρίαν ὠφελίμως. καὶ τρὶς ὠλαχνικοῖς φλεγμάκοις. αἱμοπτοϊκούς τε ὠφελεῖ πινόμενος, μανιώδης δέ ὅστις πινόμενος ὑπὸ τῶν ὑγιαινόντων. πλείων δὲ μετ' οἴνου πρὸς κτεινύει. καίεται δὲ λίβανος ἐπ' ὀστράκου καὶ θυρσοῦ πεπείρου. ὑφαπτόμενός τε χόνδρῳ ἀναφθέγγεται ὑπὸ λύχνου, ἄχρις ἂν ἐκκαῇ. δεῖ δὲ μετὰ τὴν τελείαν καῦσιν πωμάζειν ἀνὶ ἄχρις ἂν σβεσθῇ. οὕτω γὰρ οὐκ ἐκτεφροῦται. ἔνιοι δὲ πρὸς θέασι τῷ λοπαδίῳ ἀγγείῳ χαλκοῦν, κοῖλον

De Thure. Caput LXXII.

Libanon. Romani thus dicunt. In Arabia quę ob id thurifera dicta est, nascitur thus. Primũ bonitatis honorẽ masculum habet, quod stagoniam quasi stillicidiare uocant, natiua guttę rotunditate: nullas quod huiusmodi est, sectiones habet: candido præterea colore, fractũq; intus pingue est, & incẽsum q̃primũ ardet. Indicum subruffo & liuido colore est. Rotundum opere & artificio humano thus fit: sectum enim in quadrangula fragmenta, tum conjectũ in fictile aliquod, multa uolutatione donec rotundũ fiat, circumagit. Vetustate quod tale fuerit, ruffescit: uocantq; id stageron aut entomon. Secũdę bonitatis est, quod orobiã & melioton appellant: quãtitate minimũ, colore uero maxime ruffum. Vocatur & thus aliquod amomite, candidum quidẽ, sed cum fricaẽ, mastiches modo lẽtescens. Adulteraẽ omne thus pinea resina, & gũmi artificiose conformatũ, facillime tamẽ deprehenditur. Gummi enim incensum, nõ agit flammas: Resina in fumũ euanescit: Thus uero q̃primũ ardet. Indicat fraudẽ præterea & odor. Potest thus omnia hæc: calefacit, adstringit, purgat quæ claritati oculorũ officiunt, concaua explet ulcera, & ad cicatricẽ perducit: Cruenta glutinat uulnera, cõpescit omnia sanguinis profluuia, & ex cerebri mẽbranis etiam. Lenit sedis & reliquarũ corporis partiũ malefica ulcera tusum, lineamentoq; insperſum, tum ex lacte insertũ, incipientes formicas & impetigines tollit, additis aceto & pice, inunctũ. Sanat idem ambusta, pernionesq; cũ suillo anserino'ue adipe. Manantia capitis ulcera cum nitro exterit, reduuias cum melle, contusas aures cum pice. Contra reliquos autem eius partis dolores cum uino dulci instillatur. Prodest & fœminarũ mammis à partu inflammatis, cum cimolia creta ex rosaceo inunctũ. Miscetur utiliter fauciũ remedijs, & his quæ ad splãchna, id est interanea, conficiuntur. Bibitur idem sanguinem expuentibus utiliter. Veruntamen in sanitate potum furorem facit, quẽ Græci maniã uocant. Quinetiam si maiore copia cum uino bibatur, hominem perimit. Crematur thus in pura testa positũ, accenditq; grumo eius ex lucerna accẽso, donec totum incensum fit: quo tẽpore operculandũ est, usq; dũ extinguatur: sic enim nõ cinerescit. Sunt etiã qui fictili in quo thus ardet, concauum æneum uas

κὴ μέσον πετρημμένον. πρὸς ἐκθλιψιν δὲ λιγνύος, ὡς ὑπερείξομεν ἐν τῷ περὶ ἀθάλης λιβάνου λόγῳ. οἱ δὲ, εἰς ὠμὸν χύτραν βάλλοντες καὶ πυρὶ πλάσαντες πηλῷ, καίουσιν ἐν καμίνῳ. φώγνυσι δὲ ἐπ' ὀστράκου καινοῦ καὶ ἀνθράκων διαπύρων, ἕως ἂν μηκέτι προφυλίζῃ, μηδὲ λιπαρίαν ἢ ἀτμίδα ἀνίῃ. ἀρύπτως δὲ εὐχρῶς μὴ κατακεκαυμένον.

ad excipiendã simul thuris fuliginẽ sũ perponunt, ut mox de fuligine thuris agentes dicemus. Sunt præterea qui thus in crudũ fictile cõ iẽcientes, lutoq; circũlinentes, in fornace cremãt. Frigiẽ & in noua testa ignitis carbonibus suppositã, donec nullas agat bullas, nec pinguitudinẽ uaporemq; aliquẽ ex se remittat. Friatur facillime, nec minus etiam quod crematũ non fuerit.

INTERPRES.

FEcerunt Theophrastus græcis, Romanis uero Plinius admirabilẽ thuris historiã, uindemiæ mercatu ræq; eius deos & religionẽ adiiciẽtes: nec male ut uidetur tã honesta ratiõe peregrinis mercibus parcere hoies docuerũt, ne his quę ad rem diuinã, sanitatẽ & beatiorẽ uitam natura fecerat, ad uoluptatẽ turpiter homines abuterentur: fieretq; quod deoq; aris dicatũ esset, & medicinæ deberẽt, turpissimæ uoluptatis aliqñ lenocinium: in quo nunq; satis laudabit eos aliquis, qui humanis moribus sapiẽter consulentes, quod Plato antea in reip. primordiis non dãnauerat, utili & augusto mendacio thuris oẽm fortunã rudi illo seculo illustrauerint. Veruntamen nos in scriptore hoc pro sanitate hominis remedia ex thure tractãtes, in hac naturæ parte utiliorẽ, aut certe parẽ eoq; diligentiã desiderauimus: ut quæ nunc minus in eo parent, ope & auxilio eoq; certius cognosci & aptius instaurari possent. Nunq; n. ut Ascręus poëta cecinit, si bonus uicinus sit, bos homini periret: qui siquid bona salute usus uenerit, benigne semp defendet, & in ruris labore, operis, iumentis, & consilio iuuabit: quod in bonaq; artiũ studiis oĩibus optãdum & quęrẽdum eaq; professoribus, ut pluribus quasi testimoniis in unũ collatis, certior ueritas emergat. In hoc aũt scriptore eõ magis, quò alterã hominis partẽ curare & excolere ausus, & rẽ assecutus in cõmuni salutis nostre bñficio, laboris sui plures debuerat inuenisse socios. Qui si nunc essent, nullo aut minore labore multa in Dioscoridis thure à nobis docerẽtur & instaurarẽtur. Nõ tamẽ cessabimus, ueq; conabimur quatenus licebit, studio & labore nostro fœliciter uti. Incipiemusq; ab eo quod hic ait: ἔστι δὲ ὁ βιοῦσι ἄτομος, & nos uertimus, nullas ostẽdit quod huiusce modi est sectiones: manifesta significatione uocis eius in cunctis quæ secari nequeãt, aut nunq; secta fuerint. Estq; Dioscoridi sensus: Thus quod natiuã habet guttę rotunditatẽ, carere sectionibus, dicq; ob id atomum, & à testiculoq; figura masculum appellari, primæq; bonitatis esse: quoniã quod uoluta tione, aut (ut Theophrastus ait) sectione in rotũditatẽ conformatũ fuerit, in tãto bonitatis honore non sit, & aliis ab illo differat notis. Prima. n. thuris laus est in eo, quòd spõte sua rupto arboris cortice fluxit, & stillicidij rotunda forma in arbore pependit: quapropter & stagonias. i. stillicidiaris dictus est: σταγόνας. n. græci aquaq; stillicidia dicunt: eoq; tota res pertinet, ut ostendat Dioscorides, cp huiusce modi fuerit thus nullo artificio hominis, sed sponte sua factũ ea forma uideri: quod. n. tale nõ erit, adulterinũ habendũ, deprehẽdiq; posse mutato in uetustate colore, hic ipse ostendit. Ex his facile est, nõ suspicari illic ratiocinari' ue uitiũ, sed uelut in aperta luce deprehensum tenere, quo loco hic ait, ἄτομος ἢ σύκινος καὶ οὐμμένος, & nos uertimus, uocatq; id entomon siue stagerum. Qui. n. põt hoc loco atomon thus dici, quod in alio gñe pauloante decretũ est: aut quomodo sectionibus conformatũ non dicetur? quod hic testatur in quadrãgula fragmenta secari, cõiectumq; in fictile, usq; dum rotundetur, uolutari. Videor itaq; constituere posse, nõ ἄτομον, sed cõtraria significatione ἔντομον legendũ esse, ut rei conueniat nomen: & quoniã hic ait in quadrangula fragmẽta secari, sectionis etiam in nomine significatio sit, indicauit id nobis Theophrastus etiam, qui de hac ipsa re agens, eadem quasi uoce usus est, dicens: ὁπόταν δὲν βούληται πλὴν ὠμόν. Varie præterea legitur quæ in græcis aliquot huic coniuncta uox est: syagros, in aliis hisq; melioribus, stageros inuenta: Habetq; prima illa à syagro Arabiæ promontorio, secunda à destillãdo ratiõnẽ. Nobis in ancipiti potior uisa quæ à destillãdo facta est. Videtur enim hic duo thuris gña cõtrariis appellationibus, aut diuersis saltẽ inter se discreuisse: cũ prius illud stagoniam & atomum: secundum uero hoc entomon & stageron uocari dixit. Differt aũt atomon & entomon, manifesta contrarij habitus significatione. Stagonia uero à stagero, quo à stillatitio stillicidium, optionem tamen in stagero legentibus relinquimus, hoc' ne malint, an ab Arabiæ promontorio syagron: ita tamen ut non syagron, sed syagrium gentilis nominis adiectiua forma legendum esse id sciant. Quod sequitur deinde in secundo bonitatis ordine, orobias dictum, à quantitate nomen inuenit, & cp minoribus guttis concrescat, erui semen non excedentibus sic appellatum est: ὄροβον. n. græci eruum notissimã frugẽ nominant, cuius seminibus & granis pares thuris guttas sic ueteres uocauerunt. Quodq; illi coniunctum est, siue κηκὸς ἐν σμύρνῃ ut ferè in omnibus, siue ut in melioribus κηκὸς μιλτώδης legatur, diuersam coloris aut loci in quo nasciẽ ratiõnẽ habet. Nobis inclinat animus, ut à colore sic dictũ fuisse existimemus: quãdo hic statim subiicit, quãtitate minimũ esse hoc thus, & κιρρότερον. i ruffo colore: quaq; uocum altera orobiæ, altera melino. i. luteo colori respondere uidetur: cui idem esse credimus, quod hic melioton ait. Quid autem copiscus significet, incertum nobis, nisi adulterinum ea uoce Dioscorides indicauerit: κοπίζειν. n. græcis, ψευδίζεσθαι id est mentiri significat. Quo loco deinde hic ait, contra incipientes formicas & impetigines cum aceto & pice iungitur: in pleriscq; græcoq; cum rosaceo etiam inuenitur, triaq; deinceps numerata sunt, acetũ, rosaceum, & pix, & si Paulus Aegineta capite de formicis his, aceto tãtum utatur. Coacti sumus non multo post negationem illic restituere, ubi de cremando thure hic agit, in quo nunq; satis demirari alios interpretes possum, qui nõ senserint, cũ præcipiat Dioscorides incensum & ardens thus operculari usq; dum extinguatur: ideo id iubere, ne cinefiat thus, sed crematum integrum permaneat, ut in carbonibus ad ignem seruãdis fieri quotidie uidemus, qui igniti terra operiuntur: nõ. n. thuris cinerem sed crematum thus quærit hic scriptor, eadem

dē ratione qua multa alia ad augendas eor̄ uires cremari iubent: & ut consumpta igne pinguitudine eius omni melioresc̄at quod medicinæ utile in eo est, rei q̄ necessitas id facile ostendit: quæ. n. ardentia operiuntur, subsidētibus flāmis quāprimū ardere desinūt: & quo cocturæ peruenerāt, illic extincta inueniūtur: nec aliud iubetur q̄ incendēdū esse thus: & cum totū incēsum erit, quod oculis patebit cū flāmas agere desierit, tūc donec extinguatur operiendū esse: sic. n. nō cinefiet, nā si cinefieret, omnē amitteret usum: id q̄ etiā ꝓbatissimus mihi codex habet, οὕτω γὰρ οὐκ ἐκτιφροῦται, q̄d est, sic. n. nō cinefit. Credimus etiā in extremo capite male legi, ϑρύπτεται δ' ὑγιεῖς, μὴ κατακεκαυμένου: rei enim nō respōdet sensus. Nō. n. facile ob lētorē & pinguitudinē suā friatur nō crematū thus, ut indicāt uoces illæ, sed q̄ igne omne id unguen amiserit, & coctura aridius factū fuerit, id facillime friatur: uidetur q̄ nobis perfectæ cocturæ Dioscorides hanc notā legētibus ostēdere uoluisse: eāq̄ ob causam ex hoc sensu redditus locus à nobis est. In uerrucar̄ genere postremo sunt, quas nos formicas diximus: de q̄bus antiqores greci sic tradiderūt, exiguas esse in cute excrescentias callosas, & plerunq̄ rotūdas: Idq̄ inter acrochordona quæ proprie uerruca est, & formicā hāc discrimē esse, q̄ formica latiore basi & sessilis est, uerruca angustiore & pēsilis: raroq̄ hęc una tm̄ eodē tēpore nascitur, uer̄ copiosior maximeq̄ in pueris: illa à notissimo insecto nomen inuenit, q̄ in scabēdo & attritu mordentis formicę sensum faciat, hæc uero ἀκροχόρδωνα à græcis ideo dicta est, q̄ cordæ nexu suspēsa pēdere uideatur. Descripsit ultimā hāc Galenus in diffinitiōibus suis, dixitq̄ ἀκροχόρδονα, id est uerrucā esse, rotūdam eminētiā in cute, quę basim habeat angustā. Dicendū nobis hoc loco etiā quę nā greci κιονιακὰ φύρμακα dicūt, & nos uertimus: Et his quæ ad splanchna. i. interanea exta cōficiūtur: pro quo nouisse oportet, græcis κιονιακὰ esse quæ lati nis exta sunt, uitaliora. s. interanea, qualia sunt cor, pulmo, iecur, & si qua alia in cæsis uictimis aliq̄d quōdā significabāt: Aruspicinæ. n. prima illa uox fuit, qua cūctas eas partes in animalibus simul significarēt: trāsla ta deinde ad partiū in animalibus historiā & medicinā uox est: meliora q̄ & utiliora interanea omnia, communi extor̄ appellatione indicata fuerūt. Obseruauimus nos tamē iecur, plerūq̄ ea uoce intelligi. Id. n. maxime obseruari in aruspicina p̄cipiebatur: Decernit itaq̄ Dioscorides misceri utiliter thus medicamētis his quę contra mala in extis nascentia cōficiūtur, una uoce cōplexus multa & diuersa morbor̄ genera, in quibus oportebit medicū ex thuris uiribus discernere quę eo remedio curari debeāt & possint: nec obliuiscetur quod diximus, obseruasse nos solū, iecur extor̄ appellatione plerunq̄ intelligi, quod licet unū sit, in plures tamen diuisum partes ueluti bacinias multitudinis numero augeri potuit: Et si id sit, certiora illi omnia in uno hoc erunt. Suspicio tamen & coniectura, non decretum legentibus hoc fit.

Formica
Verruca
ἀκροχόρδων.

κιονιακὰ φάρμακα.
κιονιάκα.

περὶ φλοιοῦ λιβάνου. κεφ. πγ'.

De Thuris cortice. Cap. LXXIII.

Φλοιὸς δὲ λιβάνου διαφέρει ὁ παχὺς, ϑλιπὴς, ἡδὺς, πρόσφατος, λεῖος, ἡ μὴ λεπρώδης ἢ ὑμενώδης, ὁλόκληρος ὁ μιγνυμένῳ αὐτῷ φλοιοῦ σφοδρὰ λίνου ἢ πιτυΐνου. ἔλεγχος δὲ ϑ τόπτωμα τὸ πῦρ. ὀσμὴν γὰρ λοιπὴν θυμιάσεως οὐκ ἀνάπτοντι. καπνίζόμενοι δὲ δίκαια εὐωδίας ἐκτύφονται. ὁ μὲν τοι τοῦ λιβάνου φλοιὸς ἄπεται ϑ μετ' εὐωδίας ἐκθυμιάσεως. καίεται δὲ ὡς οὕτως ὡς ὁ λίβανος. δύναμιν δὲ ἔχει ἥμισυ τοῦ λιβάνου ἐνδρέσδοις ὧν καὶ συμπίνουσι δοθεὶς, ὅθεν πρόσθεις, ἀποπτοϊκοῖς μᾶλλον ἢ ἐρυσιπελατικοῖς ἐν προσθέτῳ. πρὸς ὀφθαλμοὺς ἐν ὄξυλαδίνῳ. καὶ πρὸς οὐλὰς, ἐνόφθαλμοῖς. καὶ κοιλώματα ϑ ἕλκη ἀφαγίας. φωχθεὶς δὲ καὶ πρὸς ψωροφθαλμίας πρίσ.

PHlœon. Romani thuris corticē dicunt. Excellit bonitate in thuris cortice q̄ crassus, pinguis, odoratus recens q̄ est: in quo lēuor sit, nulla scabrities aut mēbranæ tenuitas. Adulteratur pini aut piceæ cortice. Verū tamen & hæc deprehendit ignis: Cæteri siquidē cortices accensi non ardēt, sed sine odore in fumū euanescunt: thuris aūt cortex accendit, & cū suauitate odoris ardet. Cremat cortex hic etiā thuris modo, thuriq̄ easdē uires habet, efficaciores tn̄ & maiore adstringēdi uim: eāq̄ ob causam sanguinē expuētibus bibit. Fœminar̄ uero fluctiōibus utiliter subiicit: Facit idem ad oculor̄ cicatrices, concauaq̄ & sordida eor̄ ulcera. Frigit idem contra palpebrarum scabrities utilissimum.

INTERPRES.

NOn male thuris corticē corticosum thus dixerit aliq̄s, quod. n. in eo laudatur & medicinæ inseruit, thus est, quo nisi turgeat cortex, inutilis erit: nō ideo tamen sic intelligenda res, ut ex quacunq̄ parte arboris corticē hic laudet, sed ex ea tantum in quam interioris lachrymæ impetus ingruerit, ruptoq̄ cortice destillauerit: quo loco omne quod in arbore hæsit, ferramentoq̄ auulsum corticis aliquā crustam secum detulit, thuris cortex dictus est, qui multo humore prægnans à thure non magnopere differt: ideoq̄ medicinę utilis est. Ea crusta lachrymæ coniuncta, simulq̄ allata à medicis in proprios quos hic docet usus à thure separabatur, priuatimq̄ à thure aliquid magis minus'ue poterat, quemadmodum eiusdē thuris manna, de quo mox agemus. Tria. n. hæc simul plerunq̄ in officinis & earum acerris inueniuntur, thus, cortex, & contusſu elisæ thuris micæ, quas latini ueteres, aliquando manna, aliquando pollinem thuris dixerunt, substantia idem aut non penitus aliud, aspectu aūt & rei euentu diuersa. In medicina non omittemus hoc loco, quas nam nos fœminar̄ fluctiōes dixerimus, græci ῥοῦν addita coloris diuersitate appellant, nigras uerbi causa, rubentes, albas, pallētes, aquosas'ue fluctiōes: Ea latini aliquot cōmuni mēsium appellatione, addita tamē coloris eadem diuersitate, sed par̄ fœliciter, ut nobis uidetur, uocauerūt: neq̄. n. menses uere sunt, sed ex fœminar̄ locis ad multū tempus destillationes, toto se illac purgante corpore, ea semper specie & aspectu, quale est quod abundat & purgatur, indicatq̄ rubor sanguinis ἰχῶρα illum quē nō multo ante descripsimus. Nam si, qualis ex aperta uena solet, sanguis fluit, suspecta esse debet locorum

Manna thuris.
Pollen thuris.
cortex thuris.
Fœminar̄ fluctiones

illoꝝ corrosio aliqua: Candor pituitã, eodemq; modo in alijs. Longius eas omnes in diffinitionibus suis Galenus prosecutus est, singulas per colorũ genera diffiniens, & omnibus priuatim suas notas & euentus assignãs. Estq; illud oĩbus cõmune, esse fluctiões has per muliebres locos diutinã humoris destillationẽ, quę purgante se ea parte humore illo, fiat. Numerauitq; Galenus in fluctionibus hisrubentẽ, candidũ, ruffum, & nigrũ colores. Paulus Aegineta his addidit pallidũ & aquosum. Dicemus etiã quænã hic oculoꝝ κηλώματα dixit, & nos uertimus concaua eoꝝ ulcera, quæ à Galeno in Isagoge sua sic descripta sunt. Dicunt autẽ in oculis κηλώματα, id est concaua ulcera, quæcunq; rotunda & concaua, uuis latiora circa irim oculi fiunt. Sunt autẽ in oculis uuæ ex eodẽ ulcerũ genere, de quo cum primum licebit, copiosius dicetur.

κηλώματα. Concaua oculorũ ulcera. Vuę oculorum.

Περὶ μάννης λιβάνου. Κεφ. πδ'.

De Mãna, siue polline thuris. LXXIIII.

Μάννα ὁ λιβάνου δόκιμός ἐστιν ἡ λευκὴ καὶ καθαρὰ, ἔχουσα ὄγκον. Δύναμιν ἔχει ἣν καὶ ὁ λιβανωτός. ὑπανθρακούμενος δὲ μᾶλλον. μίσγουσι δέ τινες ὁλίζοντες, ξυστὸν λιπαρὸν σεσηπότι, καὶ ῥύζῃ· ἢ φλοιὸν λιβανωτοῦ κεκομμένου. ἐλέγχεται δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα τὸ πῦρ. οὔτε γὰρ κατ' ἴσον ἰσοτόνως θυμιαθήσεται ἀερίζουσα ταχὺ ἀτμῷ. ἀσβολώδης δὲ οὐ καθαρῷ, καὶ τῇ εὐωδίᾳ μικτὴν ἔχει τὴν ἀποφορὰν.

Manna. Romani mãna & pollinẽ thuris dicũt. Probat thuris manna quæ candida, pura, & thuris micis grumosa est. Thuri easdẽ uires habet, ineffi caciores tantũ. Adulterat admista cribrata ex picea arbore resina, & farinæ polline, aut tuso thuris cortice, quæ omnia igne deprehendunt. Neq; enim adulterata pariter æqualiq; motu, sed fumosa & in pura aëris uaporatione ardet: odoris præterea suauitas misto alieno halitu sentitur.

INTERPRES.

Diximus superiore capite, omnẽ thuris substantiã in antiqua medicina trifariã diuidi, in thus, corticẽ thuris, & eiusdem mãna: nec aliud est quod nunc dicamus, q̃ uoce hac in thuris puluere tm̃ ueteres usos fuisse: satis rem Plinius descripsit cũ ait, esse concussu elisas thuris micas, quæ attritu glebasq; in acerris subsiderent: à concussu græci etiã ὑποσμαὶ dixerũt, nihilq; illi simile cõmuncue est cũ aërio melle, quod posteriores à sacris Hebræoꝝ literis accepta similitudine, mãnam dicunt, in alio genere & diuersa potestate rem: illi. n. soluendi, huic adstringendi uis est. In quo cauendum, ne similitudine nominis decipiatur aliquis in antiquis, quibus in thure semper, in aërio aũt melle nunquam usus eius uocis fuit.

Περὶ Αἰθάλης λιβανωτοῦ. Κεφ. πε'.

De Thuris fuligine. Ca. LXXV.

Αἰθάλην δὲ λιβανωτοῦ τρίβουσι τοιάδε. λαβὼν σπόγγον καθαρὸν ἔνα χόνδρον τοῦ λιβάνου ἅπτουσι πρὸς λύχνον, ἐπιτίθεις εἰς κοῖλον λοπάδιον ὀστράκινον καινόν. εἶτα πρικάλυμμα χάλκωμα ἔγκοιλον, πεπυκνωμένον καταμέσον καὶ ἐσμυγμένον ἐπιμελῶς, ἐπιτίθεις τε καὶ τὸ ἕτερον αὐτοῦ μέρος ἢ ἀμφότερα λιθάρια ὑφεὶς τετραδακτυλιαῖα πρὸς τὸ διαφαίνεσθαι καίεται, ἵνα χώρα ᾖ ὑποθεῖναι ἑτέρους χόνδρους ἀεί. πρὸ τοῦ τὸν πρῶτον χόνδρον ἀποσβεσθῆναι παντελῶς. * τοῦτον τρίβουσι, ἕως ἂν αὐτάρκως λιγνὺν δόξῃς συλλελοχέναι. συνεχῶς μὲν οὖν τὸν σπόγγον δεῖ ὕδατος ψυχροῦ πρίασθαι τὰ ἐκτὸς μέρη τοῦ χαλκώματος. οὕτω δὲ προσκαθίζει πᾶσα λιγνύς. μὴ ἄγαν αὐτὸν πυρουμένου. ἐπεὶ ἀποπίπτουσα διὰ τὴν κουφότητα, μίσγεται τῇ τοῦ λιβάνου σποδῷ. ἀποψήσας οὖν τὸν πρῶτον λιγνὺν, τρίβει αὖθις ἐφ' ὅσον ἂν δοκῇ. ἔναιμος ὁ μὴ τὸν ἐκ τοῦ καίντος λιβάνου σποδὸν ἰσχία. Δύναμιν δὲ ἔχει παύουσαν ἐπιφορὰς ἐν ὀφθαλμοῖς φλεγμονῶν. σαλακὴν ἐξομάτων. ἀνακαθαρτικὴν ἕλκη. πληροῦσαν κοιλωμάτων. σαλακὴν καρκινωμάτων.

ἕτερον πρόσεπιτίθει, ἕως ἂν ὑποθεὶς μὴ τὸ ἕτερον αὐτοῦ χθὲς θῇς. ἢ. εἰς ἀμφότερα ἕτερον προσεπιτίθει.

Aethalen. Romani fuliginẽ dicunt. Thuris fuliginẽ sic facito: thuris grumos singulatim exiguo tenace apprehendẽs ex lucerna, accẽdito, & in cõcauũ, picatũ nouũq; fictile accẽsos deinceps cõijcito, tum superposito cõuexo in medioq; perforato & diligenter extenso æneo uase, fictile illud operito, ex altera eius parte aut utrinq; lapillos altitudine quatuor digitoꝝ illi subijciẽs, ut uideri possit, an thuris grumi illi ardeant, & locus pateat unde alij subinde conijciant. Antequàm deinde primus penitus extinguatur grumus, alios superadijcito, donec satis fuliginis collegisse te credas. Continue etiam spongia ex frigida aqua, terga & extimas aheni partes abstergito: sic enim non magnopere calente aheno, firmius fuligo omnis hęrebit, quæ alioquin leuitate sua decidua, fauillæ thuris inutilis facta miscebitur. Derasa igitur prima fuligine, idem usq; dum libuerit facito: cremati thuris cinerem seorsum semper abijciẽs. Lenit fuligo thuris oculorum inflãmationes, compescit eorum destillationes, repurgat eiusdem partis sordida ulcera, concaua explet, & carcinomata compescit. Conficiuntur eodem modo & ex myrrha, resina, & styrace fuligines, ijsdem

Περὶ λιγνύος σκυθασίας. πς'.

Τὸν αὐτὸν ὁ ξόπυρ σκυθάζει μὴ ἐκ τῆς σμύρνης, μὴ ἐκ τῆς ῥητίνης, μὴ ἐκ τοῦ συρακὸς λιγνύς. ἀσμόζουσι δὲ πρὸς

τὰ αὐτά. κρὴ ἐκ τῶν λοιπῶν δὲ δακρύων ὁμοίως τῶν λιγνύων.

ῆσdem accommodatæ & utiles. Ex reliquis præterea lachrymis fuliginem pariter excipito.

INTERPRES.

PLuribus ut obseruasse facile fuit fumos, & hærentes ex eo parietibus & tectis fuligines græci appellationibus discreuerũt, κάπνον, αἰθάλιν, λιγνὺν, καὶ ἀσβόλιν dicẽtes: nos fumi & fuliginis tantũ appellationibus omnia indicamus: eamq; ob causam non licuit alia q̃ fuliginis uoce Dioscoridis αἰθάλιν uertere: quæ eo differt ἀπὸ τοῦ κάτνου. i. fumo, q̃ fumus crassior nigriorq; & ex materia nondũ fulgẽte flãma, aut ea de finẽte surgit: αἰθάλη uero hæc tenuior leuiorq;, nihil aliud est q̃ ignis & flammæ impetus, q̃ quoniã fumi modo nigra contactu suo reddit quæcunq; lambit, fumus etiã dicit. Eodẽ modo & fuligo à nobis dicit tam quę à græcis ἀσβόλη à fumo facta est, q̃ quæ λιγνὺς à flãma alicubi concrescens. Et quoniã omniũ idẽ consequens & euentus est, nigredo s. & concrescens eo colore materia aliqua, ideo in græcis etiam quorũ est ditior lingua, promiscue pro fumo fuligineq; omni, uoces illæ in usu sunt. Apollonius in argonauticis suis λιγνὺν appellauit fumum, qui ex attritu lignorum inter se fieret, cum deducta ab argonautis in pelagus argo naui cecinit: Αἱ δ' ἅρα ὑπὸ πόντιδι σιβαρῇ συνάχονθ' φαλάγεσι Τριβόμεναι περὶ δοῦφιν ἀϊδνὴν κάπνιε λίγνυς. Quod in torno fieri quotidie etiam uidemus, cum colore nigro lineas segmẽtaq; operibus inducere uolentes, attritu alterius ligni, citataq; illa uertigine, colorem fumi simul & fumum excitamus. In oculorum aũt morbis carcinoma maleficum ulcus est, carbũculo, qui in ea parte fit à Paulo Aegineta in descriptiõe cõiunctum: fieriq; ait in cornea eius tunicula rubere: tunicarumq; dilationẽ & dolorẽ habere q̃ pungat, & usq; ad tẽpora pertineat: incurabileq; esse: & si multa & ille remedia contra id eodem loco statim decernit. Est illud postremo cogitandum, quod hic de omni fuligine agens ait. Iisdem accommodatæ & utiles, an ῆsdem quibus fuligo thuris deseruiant, an ῆsdẽ quibus ea ex quibus confectę sunt, quod uero similius est, & nos magis probamus.

κάπνος. αἰθάλη. λιγνὺς. ἀσβόλη. Fumus. Fuligo.

carcinoma oculi.

περὶ πίτυος. κεφ. πξ'.

ΠΙτυς γνώριμον δένδρον. ἔστι δὲ τοῦ αὐτοῦ γένους ᾗ λεγομένη πεύκη, εἴδει δὲ διαφέρουσαι. ἀμφοτέρων δὲ ὁ φλοιὸς συπτικός, ἁρμόζων πρός τε τὰ τραύματα λύσεις καταπλασσόμενος, καὶ πρὸς τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἑλκῶν, καὶ κεκαυμένα σὺν λιθαργύρῳ ᾗ μάννῃ. ἀνάληφθεὶς δὲ κηρωτῇ μυρσίνῃ, ἀπύλοις τὰ ἐπὶ τοῦ πρωκτοῦ ἕλκη. ᾗ τὰ ἐρπυσικὰ ἐπέχει μετὰ χαλκάνθης λεῖος. ἔμβρυά τε ᾗ δεύτερα ὑστέρα θυμαθεὶς ἐκβάλλει. κοιλίαν τε πρόπιει ἐξίσησι. καὶ οὖρα κινεῖ. ᾗ τὰ φύλλα δὲ αὐτοῦ καταπλασθέντα λύει, φλεγμονὰς πήγνυσι. ᾗ τραύματα ἀφλέγμαντα διατηρεῖ. λεανθέντα δὲ ᾗ ἐφθέντα σὺν ὄξει, ὀδοντάλγίας παύει διακλυζόμενα θερμά. ἁρμόζει δὲ ᾗ πρὸς αἰγίλωπας τοῖς φύλλοις ὁλκὴ μία σὺν ὕδατι ἢ μελικράτῳ πρόθεσα. πρὸς δὲ τὰ αὐτὰ ᾗ ὁ φλοιὸς ἐψόμενος καὶ τὰ φύλλα πρόπιει. καὶ τὸ ὄζος αὐτοῦ δὲ δαφνίου χυθὲν εἰς λεπτὰ καὶ ἐφθὲν σὺν ὄξει, ὀδοντάλγίας παύει, κατυμένου τοῦ ἀφεψήματος κατὰ τὸ περιώδοντος. καὶ ὠάδη δὲ ὄζος αὐτοῦ γίνεται εἰς ἀκόπως σκληρασίας καὶ πεσσῶν ὠμότητι. ἢ ὄζος αὐτοῦ λιγνὺς καιομένου, ἐκλαμβάνεται πρὸς μέλανος χαρακτῆρας, καὶ σκληρύνει, πριοῦσα καὶ πρὸς καλλιβλέφαρα καὶ καυθοῦς βεβρωμένους. πρός τε πτερύγια βλέφαρα καὶ ὀφθαλμοὺς διακρίνουσας.

De Picea. Caput LXXVI.

PItyn, ⌊Romani picem dicunt.⌋ Nota arbor piceæ: ex eodem genere teda est, specie tantum diuersa. Adstringit utriusq; cortex. Intertriginibus utiliter tritus inspergit, & ulceribus in summa cute, ambustisq; cum spuma argẽti & thuris manna. Idem ceratis myrteo oleo coactis additus, in teneris corporibus ulcera ad cicatricem perducit. Quæ serpũt cum atramẽto sutorio tritus compescit: fœtus & secundas suffitu pellit: aluũ fistit potus, & urinam cit. Vtriusq; etiã folia concisa illitaq;, uulneræ inflammationes leniunt, & tuta ab inflammationibus ea seruant. Cõcidunt eadẽ, & in aceto coquunt, calidoq; eo decocto utiliter in dolore dentes colluuntur. Bibuntur hæc ipsa etiam iocinorosis utiliter drachmæ pondere cũ aqua, mulsa ue aqua. Idem possunt pini etiam potæ cortex & folia. Omnium materia minutatim concisa & in aceto decocta, dentiũ dolores sedat, si, qua parte dens dolet, decoctũ id ore contineat. Quinetiã densandis in cõfectiõe acopis pessulisq;, eâdẽ omniũ materia apte utũt. Colligit ex incẽsis oĩbus fuligo ad atramẽti librarij cõfectionẽ: quę honestandis palpebris etiã inseruiet, erosisq; oculorũ angulis, & glabrescẽtibus simulq; nascẽtib⁹ alijs palpebris, & oculorũ lachrymatiõibus. Pityidas uocãt Græci tedæ & piceæ fructus, qui in conis, id est nucibus earũ inueniũtur, habentq; adstringendi & calefaciẽdi aliquam uim, tussibus utiles & pectoris uitijs, per se & cum melle sumpti.

περὶ πιτυίδων. κεφ. πή.

ΠΙτυίδες δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων καὶ ᾗ πεύκης, ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. δύναμιν δὲ ἔχουσι συπτικήν. διαμένουσαν πρῶος. δοκοῦσι δὲ ἔχειν, καὶ τοῖς πρὸς ὑδρωπικοὺς πάθεσι. καθ' ἑαυτὰς καὶ μετὰ μέλιτος λαμβανόμεναι.

περὶ στροβίλων. κεφ. πθ'.

Purga-

Στρόβιλοι δὲ καὶ καθαροὶ ἐσθιόμενοι, ἢ μετὰ γλυκέος καὶ σικύου σπέρματος πινόμενοι, οὖρα κινοῦσι. ἀμβλυωπικοὶ τῶν πρὸς κύστιν καὶ νεφροὺς δριμυτήτων. πρὸς ὀρθόσταδα δὲ καὶ σομάχων δυσκόλους. μετὰ ἀνδράχνης χυλὸς λαμβανόμενοι. ἐξδείλουσί τε ἀρτηρίαν σῶμα τρ. καὶ τὰς τῶν ὑγρῶν διαφθορὰς ἐξαμβλύνουσιν. ὅλοι δὲ στρόβιλοι ἀπὸ δένδρου πρόσφατοι θλασθέντες σὺν γλυκεῖ καὶ ἐφθέντες, ἀρμόζουσι παλαιαῖς ἕξεσι καὶ φθίσι. καὶ τῆς αὐτῶν ὑγροῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβανομένου κυάθων τὸ πλῆθος τρίων.

Purgati uero pineæ nucis nuclei in cibo sumpti, aut cum passo & cucumerũ seminibus poti urinã cient, uesicę renũq; acrimonias hebetant. Stomachi erosiones leniunt cum portulacę succo sumpti. Infirmitatem uirium roborãt, corruptos humores retundunt. Totæ uero pineæ nuces ab arbore decerptæ, recentesq; cõtusæ & in passo decoctæ, uetustis tussibus & tabi quam phthisim dicunt accommodatæ sunt, sic ut ex eo decocto trini quotidie bibant cyathi.

INTERPRES.

PIceam & congeneres illi arbores quasdã in huius scriptoris historia thuri statim coniunxit, quæ in piceæ resina interuenit gemma, tam thuri similis, ut mista uisu discerni nõ queat: ideoq; ex ea fraus illi quondã fieret & adulteraretur, quod siue religioni colẽdo q; numini, siue medicinæ inseruiat, integrũ & incorruptũ seruari omnino debuit. Quod hic intelligens post ueri thuris historiã, thuri similẽ resinã fundẽtes, unde adulterari id posset, arbores docuit, piceam, thedam, pinumq; & earũ nuces, in quibus simile thuri colore & odore concretum & hærens aliquid passim inuenitur, ne reprehẽderetur in eo quod in alijs hic à principio damnauerat, qui male quæ disconuenirent coniunxissent, & cognata à cõgeneribus suis separassent. Sed ab hoc ueluti legitimo quodam principio, mastichem, resinasq;, & pices omnes sequaci & cõtinuato historiæ ordine deinceps doceret: quarũ tanta est in destillando similitudo, & arborũ resinã destillãtium tam multa in natalibus earũq; appellationibus mistura, ut nihil in Theophrasto, Plinioq; & alijs incertius legatur, alijs alijs tẽporibus eiusdẽ rei non ijsdẽ appellationibus utentibus, & inuicẽ eas commutãtibus. Nos diligẽti obseruatione eorũ, quæ Theophrastus & post eum Plinius, amboq; pluribus locis tradiderunt, græcã pityn tuto & cõmuni omniũ in ea uoce consensu piceã uertimus, & πεύκινον tedam, eo præter multa alia argumẽto usi, quod hic ipse scriptor nõ multo post hæc de liquida pice dixerit συναγείρωσιν ἐκ τῶν λιπαρωτάτων ξύλων πεύκης καὶ πίτυος, quod est colligi præcipue picẽ ex pinguissimis lignis peuces & pityos. Quod totũ Plinius pariter indicauit, copiosiorẽ resinã & liquidã picẽ fieri ex teda & picea testatus: poterat & multis alijs argumẽtis idẽ confirmari, sed nos his quæ in Theophrasto Plinioq;, græcis latinisq; alijs legi possunt, cõmentationes has nostras impudẽti alienarũq; opũ coaceruatione augere nolumus: poterunt uolẽtes lib. XVI. cap. XI. Plinium & Theophrastum omnibus fere libris de plãtarum historia uisere, omniaq; cognatarum arborum discrimina in tam grauibus scriptoribus certius cognoscere, & cognita grauius censere. Scio. n. fore qui secus forte & aliter q̃ nos hæc iudicabunt: sed nos libẽter omnibus censendi in tam multiplici re arbitrium relinquimus: ea tamen lege ut meminerint nihil in his tam certo argumẽto aliquo posse constitui, ut nõ aliud etiã alijs argumẽtis & alijs autoribus indicari possit. Nobis placuit quod Hippocrates præcepit in desperatæ salutis malo nullam debere medici diligẽtiã & operã esse. Monuitq; in eo nos Plinius qui sua ætate etiã testaretur nõ satis constare autoribus quod cuiq; generi in his arboribus tribuendum esset: tãta tunc erat rerũ & autorũ incerta historia, tantaq; similitudo & nataliũ in his arboribus mistura. Quod deinde Diosc. ait, piceæ tedæq; corticem in teneris corporibus ulcera ad cicatricem perducere: ξυφιροχρώτων. s. non ad genus uitæ tãtum, ut Ruellius uertit, sed ad illud & sexũ, & ætatẽ referẽdum etiã est: pueros inquã & in delicijs & umbra agentes quales fœminæ sunt, eorumq; corpora, sic. n. antiqores græcorũ medici usi ea uoce sunt: ἁπαλόσαρκα καὶ σκληρόσαρκα. i. teneræ & duræ carnis ex ætate sexuq; & delicijs appellãtes. Sic Paulus Aegineta capite de uulneratis neruis uocibus illis usus est. Diu post hæc nos torsit quod in græcis omnibus legitur: κατάθυ ἢ ἄζ αὐτῆς σίνηται ἰὸς ἀκόπων σκευασίας καὶ πισσῶν ξυστήλωσιν, Et nos uertimus: Quinetiam densandis in confectione acopis pessulisq; eadem omniũ materia apte utuntur: concinniore sensu q̃ si rude, quæ ad subigẽdum liquida notissimũ instrumẽtum est ex his arboribus facta, subigi in cõfectione ea dixissemus: pro quo sensu non κατάθυ fœmineo genere, sed neutro κατάθυμα legẽdum illic erit: est aũt κατάθυμα ut græcorũ lexica indicãt πύκνωμα. i. densatio: facta q; uox ea est q; quæ telarũ modo texũtur, cultellata huiuscemodi spathe percutiunt percussa q; densantur: ex qua similitudine hic ait, harũ arborũ materia densari acopa & pessulos. Nõ tamen reijcimus dãnamusq; omnino aliã illã lectionem. Potuit. n. antiquitas in his quæ ad acopa & pessulos conquerentur rude ex his arboribus facta uti: sed illa aptior uisa sententia est, quã si nõ admiserit aliquis aliam illam arbitrio suo sequatur. Sunt. n. in eodẽ hoc scriptore multa huiuscemodi: quale est quod in scissili lacte postea docebit, recẽti ficulneo ramo subigendũ esse, & plura his similia alia. Nõ omittẽdum hoc loco etiam quid nobis significet, quod in extremo fere capite diximus, arborũ huiuscemodi fuliginẽ honestãdis palpebris inseruire, nõ satis certũ, nisi apertius doceatur oculorũ uitiũ seu malum. Sciẽdum itaq; græcos βλίφαρα dicere, quæ nos cilia utrinq; oculũ in somno & in occursu noxæ alicuius claudẽtia appellamus, βλιφαρίδας quas nos palpebris in extremo ciliorũ margine natos pilos, quibus in uidẽdo lucis nostræ radij diriguntur. Cuius id certũ indiciũ est q; deciduis his aut ruptis neq; recta neq; in longũ ut antea uidemus. In palpebris his naturæ uitio labes aliquæ fiunt: pediculationes, defluuia, alter tertiusq; aliquando pilorũ ortus & ordo, pluresq; aliæ medicis notissimæ, earũ quædam sic nocent, ut medicorũ ope indigeãt, aliæ meliorem illarũ uultus nostri partem dehonestant tantum, nec facile negliguntur ab his quibus formæ & decoris studiũ est: tam altæ mulierum animis aliquãdo insitum, ut quos natura parum gratos palpebris earum colores dederit, lenocinio aliquo mutare conentur: fuitq; quondam tantum in ea re studium, ut eius rei ars & artis præce

præcepta obſeruationesq; multæ adhuc in antiquis ſcriptoribus legantur: præcipueq; in græcis quibus frequens uox eſt καλλιβλέφαρα una appellatione & malorum remedia & formæ lenocinium in ea parte appellantibus. Ideoq; Plinius quale erat malum in quo remedio opus eſſet, ſic eam uocem uarie uertit, modo glutinandis, modo replicandis, modo honeſtandis, modo circumliniendis palpebris dicens. Nos extam multis id elegimus, quod lenocinio formæ & uitiorũ remediis pariter reſponderet: diximusq; honeſtandis palpebris inſeruire fuliginẽ &c. ex communi honoris euentu qui in uultu & oculis fiat curato uitio, & adſpecioſiorem formam reſtitutis palpebris: quod ea lege tamen excipi à legentibus uolumus, ut ex uiribus remedij ad utranq; partem ſeruatum ſibi iudicium eſſe meminerint. Diximus eodem loco glabras ſimulq; naſcentes alias palpebras, eiuſdem partis labem quã Græci πτίλωσιν & πτίλα βλέφαρα dicunt: quod malum in Iſagoge ſua Galenus his uerbis deſcripſit magis q̃ diffiniuit: Fit ptiloſis in oculo, cum aliæ ſubnaſcuntur palpebræ, quæ uero naturales antea erant, defluentes fracteue, dolores his quæ punguntur ſimiles faciũt. Ab auibus & earũ pennis Græca illa uox facta eſt: πτίλα enim proprie dicuntur in ea gente quæ lanugines magis q̃ pennæ ſtatim excluſos pullos ueſtiunt, quibus deinde cum incremento auis pereuntibus legitimæ oriunt pennæ. Conſimiliq; ratione annuam in auibus plumæ pennarũq; omniũ mutationẽ πτίλωσιν aliqui ex Græcis, & comparatã pennis plumã hanc πτίλα, illas πτέρα alij dixerunt. Quo utroq; exemplo Græci id malum in oculis uocauerunt: quia ſcilicet mutarentur, & mutatis aliæ ſubnaſcerentur.

Glabræ. Simul naſcẽtes palpebræ. πτίλωσις. πτίλα.

Περὶ Σχίνου. Κεφ. ϛ'.

Σχῖνος ὁ ἔνδοθεν γνώϊμον συπτικὸν ὅλον. καὶ ὁ ὀπὸς αὐτῆς καὶ ὁ φύλλον καὶ ὁ φλοιὸς τῆς κλάδων καὶ ὁ ῥίζης ἰσοδυνάμει. γίνεται δὲ καὶ χύλισμα ἐκ τοῦ φλοιοῦ, καὶ φύλλων ἐφθημένων σὺν ὕδατι ἐφ' ἱκανόν. εἶτα μετὰ τὸ ἐφθῆναι τὰ φύλλων ῥιπτομένων, τοῦ ὕδατος ὑπάλιν ἑφθέντος μέχρι μελιτώδους συστάσεως. πρίεται δὲ σύφωνα πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς καὶ ῥύσεις κοιλίας καὶ δυσεντερίας πινόμενος, καὶ πρὸς τὰς ἐκ μήτρας αἱμορροΐδας καὶ προπτώσεις ὑστέρας καὶ δακτυλίου. καὶ καθόλου ἀντὶ ἀκακίας καὶ ὑπερκυΐσεως, ἔνεστιν αὐτῷ χρῆσθαι. καὶ ὁ χυλὸς δὲ τῶν φύλλων ἐκθλιβέντων τὰ αὐτὰ πρίεται. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν κατατλαπτύμενον, τὰ ἀσυμπλήρωτα πληροῖ. καὶ τὰ ἀπώρωτα πωροῖ ὀσέα. καὶ τὰς ἐκ μήτρας ἐξεύσεις ἐπιλαμβ. καὶ τὸν νομὸν ἀπεξεπτικὸν καὶ οὐρητικόν ὄντων. ἴσχει δὲ καὶ σφομένους ὀδόντας δακλυζόμενον. τὰ δὲ ξυλάρια χλωρὰ ἀντὶ καλαμίδων ἐσθιόμενα τοῖς ὀδοῦσι, σμήχει ῥύπους. γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔλαιον συπτικόν, ἀρμόζον πρὸς τὰ σύφεως δυσεντερίας.

Περὶ ῥητίνης χιούνης. Κεφ. ϛά.

Γευνᾶται ἡ καὶ ἐκτίνη δὲ αὐτὴ χιούνη καλουμένη. ὑπ' ἐνίων δὲ μαστίχη. χρησιμεύουσα πρὸς αἵματος ἀναγωγάς. καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα πινομένη. ἔστι δὲ εὐστόμαχος ἐρυθρωδικὴ. μίγνυται δὲ καὶ σμύγμασιν ὀδόντων. καὶ ὠτοχρίσμασι προσώπου σιλβοποιοῦσα. ἀνακολλᾷ δὲ καὶ ἔγχαρα ἐν ὀφθαλμοῖς. σώματός τε εὐωλίαν ποιεῖ διαμασωμένη. καὶ οὖλων ὄζει σαλωκή. γεννᾶται δὲ καὶ καλλίστη καὶ πλείστη ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ. διαφέρει δὲ αὐτὴ λαμπυρίζουσα. τυρρηνικῷ κηρῷ ὁμοία τῇ λευκότητι. ἀδρὰ, καὶ καπυρὰ, καὶ εὐῶδες, καὶ εὐώδης, ἡ δὲ χλωρὰ ἧττον. ὀλοῦται δὲ λιβάνου καὶ ἐκτίνης σφονδυλίνης μιγνυμένων αὐτῇ.

De Lentiſco. Ca. LXXVII.

Schinon. Romani lentiſcũ dicũt. Nota arbor lentiſcus eſt: tota adſtringẽdi uim habet: ſiquidẽ fructus, folia, ramorũq; & radicũ cortex æquali poteſtate ſunt. Exprimit ſucc⁹ ex radice corticeq;, & ex foliis in aqua ad multũ tẽpus decoctis, tũ à cocture refrigeratis & abiectis, rurſusq; ad craſſitudinẽ mellis decocta aqua. Bibit utiliter ob adſtringendi uim quã habet cõtra ſanguinis excreatiões, fluores alui, inteſtinorũq; tormina. Bibit itidem pari utilitate contra ſanguinis ex fœminarũ locis profluuia, procidentesq; uuluas & ſedes, licetq; in uniuerſum pro acacia & & hypociſtide eo uti. Poteſt eadem & ex foliis expreſſus ſuccus. Fouent eorũ decocto etiã ut impleant quæ nõ implent, & durent in os quę nõ durant. Fœminarũ fluctiões cõpeſcit: auertit quæ paſcẽdo ſerpunt: urinã cit: utiliter mobiles dẽtes eo colluunt. Viridibus ex lentiſco dentrificijs pro harũdinea acu fricatione dentes utilius exterunt. Fit præterea ex lentiſci ſemine oleũ q̃d adſtringẽdo eſt, his quę adſtringenda erunt præcipue accõmodatũ. Naſcit & ex lentiſco reſina quæ ab arbore lentiſcina, à quibuſdã uero maſtiche appellat, potu cõtra ſanguinis excreationes & diutinas tuſſes utiliſſima. Stomacho accommodata eſt & ructus mouet. Miſcetur his quæ exterẽdis dentibus conficiuntur, & circumlitionibus uultus nitorem afferens. Glutinandis palpebris eadem utilis eſt. Commanducata oris halitum commendat, & gingiuarũ tumores reprimit. Plurima & probatiſſima naſcit maſtiche in Chio inſula, bonitateq; in ea antecedit quæ pellucet, & Tyrrhenæ ceræ cãdore ſuo ſimilis eſt, craſſa, friabilis & odorata: quę contrà uiridis, deterior. Adulteratur maſtiche admiſtis pinea reſina aut thure.

NOtior q̄ nunc fit quondam lentiſcus fuit,&, ſi teſtante id Plinio Ciceroni credēdum eſt, ruſticæ plebi neceſſaria, quę cœli & in eo ſyderū imperita arandi, ſuorūq; operū auſpicia ex propinqua arbore certius cognoſcere poſſet. Nihil enim nobis occultū natura in diſciplina ruris eſſe uoluit. Vtq; agendarū aliarum rerū decretiora nobis tēpora certo aliquo indicio indicauerat, ſic etiā lentiſci triplici fœtura, tria arandi tēpora mōſtrauit. Notiſſimi omnibus Ciceronis uerſiculi ſunt. Iam uero ſemper uiridis ſempq; grauata, Lentiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu: Ter fruges fundēs, tria tēpora mōſtrat arandi. Quam ob cauſam ueriſimile eſt in honore ruris quondā hanc arborē fuiſſe, quæ agrū colentibus pro cœlo & mathematica ephemeride eſſet: cognita omnibus & ubiq; ante uillā conſita, nunc coriariis tātum conficiendis pellibus folia eius inſeruiunt, & dentifricijs materia. Quondam plures & meliores in ſanitate & morbis uſus habuit, quos omnes, ne longius ab opere hoc noſtro diſcedamus, conſulto relinquemus, agētesq; rem noſtram, primum illud monemus, quo loco hic ait fieri ſuccum ex folijs ad multum tēpus decoctis, tū à cocture refrigeratis & abiectis, nō legi ubiq; refrigeratis, ſed abiectis tātum: nos aūt illud adiecimus in probatiſſimo omnium codice inuentū, in quo legebat: μετὰ δὲ ἐφθῆναι καὶ χυγῆναι τὸ φύλλον ῥιπτοῦσιν. Quod deinde non procul à fine in Græcis legitur, ἀλλ ρὰ, καὶ πυρὰ, καὶ ἰὺθρυβὴς, καὶ ἰυώδης, uitioſum nobis uidetur, credimusq; abundare ſecundā illā uocem πυρὰ, aut aliā quondam fuiſſe: aduerſatur enim ſuperioribus, nec poteſt aliqd ſimul cādidū, quo colore hic maſtichen & alij omnes laudauerunt, & πυρὸν, id eſt ruffum colore q; ignis eſſe: eam ob cauſam nos eam expunximus, non inuenietes quā ſimilē illi aliam uocē ſubſtitueremus: ibidemq; monſtrāte id re ipſa, in fraude & adulterio maſtiches reſinæ, pineā adiecimus, ſic in melioribus Grecis legētes, diſiunximusq; thus & pineā reſinam, eadem uetere; codicū fide admoniti, quoniā alterū ſatis eſſet: nec omnis reſina id præſtare poſſet, ſed pinea tātum quę colore cādido in concolori maſtiche facilius falleret. Diximus deinde in medicina & uiribus lentiſci, decocto eius impleri quę non implentur, caua ulcera quę expleri oporteat, intelligētes: & in os durari quæ nō durātur, ſuccedētem ruptis oſſibus cicatricē illā ſignificātes, quā Greci producta prima πῶρον dicūt, in lapidis duritiē concretā aliqua parte corporis materiā quę ubi natura os exigit neceſſario quærenda, ubi contra naturā ea concreſcat, medicamētis diſſiciēda: pro qua ſciendum eſt, πῶρον Grecis eſſe in genere terreni, quod duriſſimū & ſolidiſſimū ſit: ideoq; paſſim à Latinis græcum πῶρον tofum dici, q; id terreni genus omniū duriſſimū ſit. Ex ea ſimilitudine in corporibus noſtris Greci πώρους dixerunt lapidoſas durities, quę ex podagris articulari' ue malo in articulis uel per ſe in alijs partibus concreſcūt. Sic Galenus in Iſagoge ſua rem deſcr ipſit. Ariſtoteles uero lib. III. de animaliū hiſtoria de ſanguine agens, ait eo putreſcēte pus fieri: concaleſcēteq; pure, porū, id eſt lapidoſam duritiē huiuſcemodi. Porrō de poris his etiā lōgius Paulus Aegineta egit, in articulis fieri oñdens, craſſo terreſtriq; humore illuc per ſe ingruente: aliqñ aūt ex medicamēti alicui⁹ uſu, quod multa diſcutiēdi ſiccādiq; nulla aūt molliēdi ui fuerit. Verū nō de his hoc loco agit Dioſcorides ſed de eo poro, qui deficiēte alicubi oſſe quęrēdus & augēdus ſit, ut q̄d naturæ deeſt, hoc remedio inſtaureť. Quā diximus præterea acū harundineā, nihil intelleximus aliud, q̄ in purgādis à cibo dētibus acuminatā harūdinis feſtucā, pro qua ex lētiſco facta uſi ueteres ſunt, & noſtra ætate adhuc elegātiores uitę homines utuntur. Nā καλαμίδας Greci proprie dixerunt acus ex harundine factas, quibus mulieres cincinnos & uelamēta capitis firmarent, quod nūc greis aut argenteis fit.

caua ulcera. πῶρος

καλαμίς.

Περὶ Θερμίνθου. κεφ. ϟϐ'.

De Terebintho, & reſinis oībus. Ca. LXXVIII.

Τερμινθος γνώριμον δένδρον. ἧς τὰ φύλλα, ἡ ὀκάρις, καὶ ὁ φλοιὸς ὁ συπικὸς ὄντα, ἁρμόζει πρὸς ἃ ἡ χῖος. σκυθαζόμενα ὁμοίως καὶ λαμβανόμενα. ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ ὄζιν ἐδώδιμος, κακοστόμαχος, οὐρητικός, θερμαντικός. ἔστι δὲ ἄρισος πρὸς ἀφροδίσια. σὺν οἴνῳ δὲ πθεὶς, πρὸς φαλαγγίων δήγματα ἁρμόζει. ἡ δὲ αὐτὴ ῥητίνη, κομίζεται μὲν ἀπὸ ἀχαϊάς τοῦ πέρα. γεννᾶται δὲ καὶ ἐν ἰδαλίᾳ, καὶ συρίᾳ, καὶ ἐν κύπρῳ, καὶ ἐν λιβύῃ, καὶ ἐν ταῖς κυκλάσιν νήσοις. ἡ δὲ καὶ διαφέρει διαυγεστέρα οὖσα. λευκή. ἐναλίζουσα τοῖς χρώμασι κυανίζουσα. εὐώδης τερμίνθου πνέουσα. προσάρτει δὲ πασῶν τῇ ῥητίνῃ τερμινθίνη. καὶ μετὰ ταύτην ἡ χιακή. εἶτα ἡ πιτυίνη καὶ ἡ ἐλατίνη. μεθ' ἃς ἀριθμοῦνται τε πευκίνη καὶ ἡ σροβιλίνη. ἔστι δὲ πᾶσα ῥητίνη μαλακτική. θερμαντική. διαχυτική. ἀνακαθαρτική. ἐκκενοῖ μὲν ἁρμόζουσα καὶ φθίσεσιν. ἐν ἐκλικτοῖς καθ' ἑαυτὴν ἢ μετὰ μέλιτος, ἀνακαθαίρουσα καὶ τὰ ἐκ θώρακος.

Terminthon Romani terebinthum dicūt. Nota arbor terebinthus eſt. Eius folia, fructus & cortex, adſtringendi ui quā habent, ijſdē oīmbus quibus & lentiſcus p̄parata pariter & ſumpta, utilia ſunt. Eſtur fructus eius, ſtomacho tamē nocet, ciendæ urinæ & calefaciendo aptū: Venerē idem adiuuat, & cōtra phalangiorū morſus utiliter in uino bibitur. Quę ex terebintho deſtillat reſina, ex Petræa quidem Arabia affertur. Naſcitur tamen & in Iudęa, Syria, Cypro, Aphrica, & Cycladibus inſulis: quæ una bonitate alias uincit, magis tranſlucida, candida, colore ad uitreū & cyaneum inclinato, odore terebinthi. Antecedit reſinas omnes alias terebinthina, poſt hāc lentiſcina eſt, quam maſtichen nominant, tum quæ ex picea deſtillauerit & abiegna. Poſt has numerantur quæ ex teda fluxit, & pinea. Mollit reſina omnis, calefacit, diſſicit collectiones, repurgat. Tuſſientibus & tabidis in eclegmate per ſe, aut cum melle accommodata, pectoris uitia etiam purgans.

Vrinam

ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὴ καὶ πεπτικὴ. κοιλίαν τε μαλάσσει, ἕλκη τε ἀνακολλᾷ τριχῶν ἀφαιρεθέντα πρῶτον ἐν βλεφάροις. καὶ πρὸς λέπρας σὺν ἰῷ χαλκοῦ, καὶ χαλκάνθῳ, καὶ νίτρῳ. πρός τε τὰ ἰχωροῤῥοοῦντα ὦτα σὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ. καὶ πρὸς κνησμὸν αἰδοίου. μίγνυται δὲ καὶ ἐμπλάστροις, καὶ μαλάγμασι, καὶ ἀκόποις, καὶ πλευρᾶς ἀλγήμασι βοηθεῖ καθ' ἑαυτὸν ὠφελοῦσα καὶ ὠφελεμένη.

Περὶ ῥητίνης ὑγρᾶς, πιτυΐνης καὶ πευκίνης. κεφ. ϟγ'.

Γίνεται δὲ ἐκ τίνων ὑγρὰ πιτυΐνη καὶ πευκίνη, κομιζόμενα ἀπὸ γαλλίας καὶ τυῤῥηνίας, καὶ ἀπὸ κολοφῶνος, πάλαι ποτὲ ἐκομίζετο. ἔνθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχε, κολοφωνία κληθεῖσα. καὶ ἀπὸ γαλατίας τῆς πρὸς ταῖς ἄλπεσιν, ἣν ἐπιχωρίως δοὶ ῥ' δὲ ἔγκοι δαλασια ὀνομάζουσιν. ἔστι δὲ χωρὶς πρισῦσα πρὸς τὰς χρονίους βήχας ἐν ἐκλικτῷ δοθεῖσα καὶ καθ' ἑαυτό. διάφοροι δέ εἰσι τῷ χρώματι καὶ αὐταί. ἡ μὲν γὰρ τίς ὅτι λευκή. ἡ δὲ ἐλαιώδης. ἡ δὲ μέλιτι ἔοικεν ὥς πῃ καὶ λάσιξ. γίνεται δὲ καὶ κυπαρισσίνη ῥητίνη ὑγρά. ἥ ἂν ἐκ πρώτης πρὸς τὰ αὐτά. ἡ μὲν τι ἐκπᾶς, ἡ μὲν ὅτι σφοδρίνη καὶ ἐλατίνη, ἡ δὲ πευκίνη, ἡ δὲ πιτυΐνη. ἐκλέγου δὲ πασῶν τὴν εὐωδεστάτην καὶ διαυγῆ, καὶ μὴ καπυρὰν μηδὲ κάθυδρον, κηρὸν εἰδῆ ἢ δὲ καὶ εὔθρυπτον. διαφέρει δὲ αὐτῶν ἡ πιτυΐνη καὶ ἐλατίνη. εὐώδης γάρ εἰσι καὶ λιβανίζουσαι. κομίζονται δὲ διάφοροι ἐκ πιτυούσης καὶ νήσου, ἣν ἂν κρατῶσι κατὰ τὴν ἰωνίαν. ἡ δὲ πευκίνη καὶ σφοδρίνη, καὶ κυπαρισσίνη ὁμοίως ἔσονται εἰσί. καὶ οὐχ ὁμοίως κέχρηται ταῖς διαμέσοις ὡς ἐκεῖναι. προλαμβάνουσι δὲ πρὸς ὅσα καὶ ἐκεῖναι. ἡ μὲν τι χιονίνη, ἀναλογεῖ τῇ τερμινθίνῃ.

Περὶ λιγνύος ῥητίνης. κεφ. ϟδ'.

Καίεται δὲ πᾶσα ῥητίνη ὑγρὰ ἐν πτραπλασίονι ἀγγείῳ, καὶ τὸ τοῦ ἐγχεομένου ὑγροῦ πλῆθος. διὸ δεῖ χοῦν μὴ καὶ ῥητίνης, δύο δὲ χόας ὀμβρίου ὕδατος βαλόντας εἰς ἀγγεῖον, ἕψειν ἐπ' ἀνθράκων πρᾴως, διαιωχῶς κινοῦντας ἄχρις οὗ ἄνοσμος γλύκη καὶ εὔθρυπτος, καὶ καπυρά. καὶ ὡς τρίς διακτύλοις εἴκειν. λοιπὸν δὲ ψύξαντας εἰς κοτυλεμεοῦν ἀγγεῖον ἀκόνιτον, πυτέσιν ἀπίσσωτον, ἀρτίθετον. γίνεται δὲ ἐξόχως λευκή. διὸ μὴ πρὸ διυλίζειν πᾶσαν ῥητίνην τήκοντας ἵνα χωρισθῇ τὸ ῥυπῶδες αὐτῆς. καίουσι δὲ καὶ διχα ὕδατος ἐπ' ἀνθράκων κόφως τρῳῶτον. ὅταν δὲ μείωσι συσσέσθην ἀθρόως καὶ πολλοὺς ὑπαθετέον τοὺς ἀνθρακας. καὶ ἑψητέον ἀδιαλείπτως ἐφ' ἡμέρας καὶ νύκτας τρεῖς, ἄχρις ἂν τὸ προειρημένον ἴδιωμα ἀπολίπωσιν. ἀποτίθεσθαι δὲ ὡς εἴρηται. τὰς μὲν τι ἐκπᾶς ἀρκέσει δι' ὅλης ἡμέρας ἑψήσαντας ἀποτίθεσθαι. εὐχρήστους δὲ καὶ κεκαυμένας, εἰς τε τὰ εὐώδη τῶν μαλαγμάτων, καὶ ἄκοπα, καὶ εἰς χρωματισμοὺς μύ-

Vrinam eadem cit, maturat, & aluũ mollit, glutinandis palpebris utilis eſt. Et cõtra lepras cum ærugine, atramento ſutorio & nitro inungit. Contra ſaniẽ uero deſtillantes aures, & naturalium prurigines ex oleo & melle, miſcet eadẽ emplaſtris, malagmatis & acopis. Quinetiam lateris doloribus ſuccurrit per ſe inũcta & impoſita. Naſcit & liquida reſina ex arboribus picea & teda quæ ex Tyrrhenia & Gallia afferũt: Eadẽ ex Colophõe Aſiæ quondã afferebat, unde & Colophoniæ nomẽ inuenit. Afferũt liquida & ex Galatia quę ad alpes eſt, quã gẽtis ſuę uocabulo regionis eius incolæ larignã dicũt: egregię bonitatis cõtra diutinas tuſſes in eclegmate & per ſe. Colore inter ſe differunt hæ etiã: Eſt enim quæ candida, quæ olei, & quæ mellis colore fit, qualis larigna eſt. Naſcit & ex cupreſſo liquida reſina, ad omnia eadẽ utilis. In ficcę reſinę genere pinea etiã eſt & abiegna, nec non ex teda piceaq;. Eligito in omnibus hisodoratiſſimã, pellucentẽ, non adeò aridã, neq; humentẽ, friabilẽ, & cerę ſimilẽ. Bonitate omnes uincunt quę ex picea & abiete deſtillarũt, odoratæ enim ſunt, & thuris ſimiles. Afferunt & ex Pityuſa inſula quæ ad Hiſpaniã eſt egregiæ bonitatis reſinę. Ex teda autẽ pinu & cupreſſo minore efficacia & ignauiores ſunt, nec pares alijs uires habent, licet ad omnia eadẽ in uſu ſint. Lentiſcina tñ terebinthinę reſpõdet. Coquit liquida omnis reſina in uaſe q̃d quadruplo ad infundẽdi humoris quantitatẽ captu fit: oportetq; reſinæ unũ, cœleſtis uero aquę congios duos in ahenũ conijcientes in prunis leniter coquere, continueq; miſcere, donec odorẽ omnẽ amiſerit, friabiliſq; facta ficceſcat, & digitis in attritu nõ repugnet: refrigerata deinde in fictili non picato uaſe ſeruanda eſt: Quę fic cocta fuerit reſina, cãdidiſſima erit, prius tñ oportet liquatã reſinã per colũ alio q̃d trajicere, ut q̃d in ea ſordidũ eſt ſecernatur. Cremant & ſine aqua reſinæ in prunis leuiter primũ: cũ ꝟo in eo ſunt ut denſent, raptim & ſine intermiſſione copioſi ſubijci endi carbones, triduũq; cũ ſuis noctibus indefinẽter coquẽdæ ſunt, donec quales prę-mõſtrauimus fiãt, tuncq; ut dictũ pauloante eſt, reponẽdæ. In ficcis ſatis erit integrã diem coctas reponere. Vtiles coctæ reſinæ ſunt malagmatis & acopis, colorãdiſq; un-

ἐκ δὲ τῆ ῥωμ. ἐκλαμβάνε῀ δὲ καὶ λιγνὺς ἡ ῥητίνης, ὥς τῆς ἐπὶ τ῀ λιβάνου, ἣ ἐυχρησιμεύει πρός τε καλλιβλεφάρους, καὶ πεπυρευεβλωμένους καὶ θοὺς καὶ μυδῶν τὰ βλέφαρα, καὶ δακρύοντας ὀφθαλμούς. γίνεται δὲ ἐξ αὐτ῀ καὶ μέλαν τῷ γραφομένῳ.

guentis. Colligit ex resina fuligo etiam eodē quo ex thure modo, honestandis palpebris utilis, corrosis oculorū angulis, palpebrarū ex corruptione defluuijs, & oculorū lachrymatiōibus. Fit & ex resinæ fuligine atramentum librarium.

INTERPRES.

QVia lepidissimo græcorū comico, in fabula cui titulus Equites est, finguntur non Athenis clari quōdam uirtute ciues, sed è plebe domino seruientes Nicias & Demosthenes, aduersam in seruitute sua fortunā, & quæ à conseruo Paphlagone iniuste quotidie parentur, audiēte omni populo lamentantes, iconiam & ubiq; præsentem imaginē legentibus eorū ostēdunt, qui ex alieno labore & opere gratiam sibi & gloriam inter homines quærunt. Solo .n. theatrali risu & plausu differt quod illi dolebant, subtractam à conseruo sibi placentam à seipsis elaboratam, dominoq; pro sua appositam, & inuentam illi ex alieno labore herilem gratiam, ab his qui in publica priuata'ue re, socialiq; omni uita hac nostra, alienis ijsdemq; furtiuis coloribus rem suam exornant: quales fuisse semper multos, tam cæca & audax ambitio est, conijcere & pro comperto habere licet. Etsi ex historia desint exempla, quæ in bonis artibus & humanioribus studijs ætate nostra à multis facta & edita sunt, satis fuerint ut intelligamus extremæ iniustitiæ esse sua gloria defraudare aliquem, nec magis aliquid in homine laudandum, constāti studio perpetuaq; illa iurecōsultorū uolūtate reddēdi unicuiq; quod suū est, uindicādiq; à priuata seruitute, quæ cōmunia omnibus eorū autores esse uoluerūt. Nō pigebit itaq; Theophrasti manibꝰ & nomini hāc gratiā habētes, ex quo cuncta diuersis locis de terebintho ab eo tradita p̄terito eius noīe, Barbarus p̄ suis in Corollarij cōmētatiōibꝰ edidit, græcā eiꝰ scriptoris de terebintho, mox latinā oēm historiā huic capiti adijcere, ut possint uolētes q̄d testati pauloātè sumus, aperte cognoscere, obiterq; intelligāt græcarū literarū peritiores, in uertēdis græcis hoīs nescio celeritatē, an negligētiam potius dicā, qui inter cætera, θυωδέστερον sulphurosum uerterit. Hęc igit Theophrastus primū libro III. Τέρμινθος ὁ πρὸς πυροῦ ἄμεινον ἡ καὶ μικρὸν ὀψιαίτερον ἀπαρτίζουσι. Mox eodē libro: Τ῀ δὲ τερμίνθου τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ. τὸ μὲν οὖν ἄρρεν ἀκαρπότερον, διὸ καὶ κολοῦσιν ἄρρεν. τοῦ δὲ θηλυῶν, ἡ μὲν ἐρυθρὸν εὐθὺς φέρει τὸν καρπὸν, ὑλικῶδη καὶ ἄπεπτον, ἡ δὲ χλωρὸν ἐνέγκασα, μεταπαύεται ἐρυθραίνουσα, καὶ ἅμα τῇ ἀμπέλῳ πεπαίνουσα, τὸ ἔχαλον τρίετες μέλανα μέγεθος ὑλικῶνάμον, ῥητινώδη δὲ καὶ θυωδέστερον. ἔστι δὲ δένδρον πρὸς μὲν πλῆθος ἴδιον καὶ μακεδονίαν βραχὺ, θαμνώδες, ἐσραμμένον, περὶ δὲ δαμασκὸν τ῀ συρίας μέγα, καὶ πολὺ, καὶ καλόν. ὄρος γάρ φασιν εἶναι παμμέγιστον, τρεῖς βίνθον, ἄλλο δ' οὐδὲν πεφυκέναι. ξύλον δ' ἔχει γλίχρον, καὶ ῥίζας ἐχυρὰς καὶ βάθους, καὶ τὸ ὅλον ἀνώλεθρον. ἄνθος δ' ὅμοιον ζεῖ τ῀ ἐλαίας, ζεῖ χρώματι δὲ ἐρυθρὸν. φύλλον περὶ ἕνα μόχον πλείω δάφνοειδῆ καὶ συζυγίαν ὥσπερ καὶ τὸ τ῀ ὄνυς, καὶ τὸ τ῀ ἄκρον πρέπον, πλὴν ἀγωνιώτερον τ῀ ὄνυς καὶ λειοφυέστερον δ' κύκλῳ καὶ λιπαρὸν ἅμα τῷ καρπῷ. φέρει δὲ καὶ καρυώδη τινὰ κοῖλα καθάπερ ἡ πτελέα, ἐν οἷς θηρίδια γίνεται κωνοειδῆ. ἐλίττεται δέ τι ῥητινῶδες ἐν ζύζοις καὶ γλίχρον, οὐ μὴν ἐπιθύειν γε ἡ ῥητίνη, ἀλλ' ἀπὸ τ῀ ξύλου. In quinto deinde de materia terebinthi idem hæc tradidit: μέλαν δὲ σφόδρα καὶ πυκνὸν τὸ τ῀ τερμίνθου. περὶ γοῦν συρίαν μελάντερόν φασιν εἶναι τ῀ ἐλάτου. ἐκ ζύζου δὲ καὶ τὰς λάβρας τῶν ἐσχαριδίων τρίετες. Γίνεται δὲ ἀπ' αὐτ῀ καὶ κύλικας θυρυκλείους, ὥς τε μηδὲν' ἂν διαγνῶναι πρὸς τὴν κεραμίαν. Et hæc ex Theophrasto satis sint, quæ sic uertat aliquis: Terebinthus aūt circa tritici messem aut paulo serius fructū p̄fert. In terebintho masculā altera, fœmina uero altera. Caret fructu masculā, ideoq; ex sexu eam distinguūt. In fœminis altera fructū q̄primū fert, magnitudine lētis, q nō matureſcit: altera cū uiridē protulerit, simul cū uire maturat, tūc rubentē, postremo nigrū, magnitudine fabæ, resinosum & aromatū mō odoratū. Nascitur terebinthus arbor in Ida & Macedonia breuis, fruticosa & contorta: in Damasco aūt Syriæ grandis, multa & speciosa: ferunt q; terebinthis tantū illic ingētem montē, & nulla alia arbore frōdere. Habet terebinthus glutinosi lēto ris materiā, radices ualidas, altiores & in uniuersum nūquā pereūtes, flores oleaginis similes, colore rubentes, folia ex uno pediculo plura, laurinis similia, eodē quo in sorbo modo geminata, & in summo q̄d impar solūq; fit differt, q minus angulosum q̄ in sorbo est: laurinisq; per ambitū similius, pariter ac fructus pingui lentore abundans. Fert terebinthus etiā nucibus similes folliculos inanes, quo modo & ulmus fert, in quibus bestiolæ culicibus similes nascūtur. Inuenitur in his etiā resinosi lentoris aliqd, nō tamē hinc resina aiūt, fieriq; ex his cultellorū capulos, & torno calices therycleos fabricari tāta fœlicitate, ut à figlinis discerni non possint. Hæc sunt quæ placuit nobis longius ostendere, ut collata his quæ Barbarus in Corollario suo terebintho adiecit, hominis laborem & operam indicarent, simulq; ostenderent q̄ diligens in colligendis undiq; ueterū dictis, & uertendis græcorum uocibus fuisset, qui Plinium & Theophrastum simul miscens eandem uocem θυωδέστερον ex Plinio odore iocūdiorē, ex Theophrasto sulphurosum dixerit, nō animaduertens ab utroq; idē dici, in quo parū caute egit, ratus θεῖον q̄d græcis sulphur significat, idē esse q̄d θύα & θυώδη. græci idem dixerunt, quæcunq; ſ in sacrificijs & aris ad suffitus & uapores incēderentur: quod tam manifeste patet, ut probari non oporteat: Videturq; Gazam Theophrasti interpretem in ea re secutus esse. Idem

πέπθν πεπτικὰ

etiam quod erat ἄπεπτον uertit qui concoqui non possit: cum tamen de coctura cibi quæ in stomacho fit, Theophrastus eo loco non agat, sed de maturitate quæ calore fit, & similis coctura stomachi est, parū mor πέπθν utrunq; significare, & Theophrasto in his quæ maturātur, peculiarem hanc uocem esse. Nam & in medicina πεπτικὰ etiam dicuntur, quæ absessus & collectiones maturant. Possemus & multa alia his adijcere, sed hæc satis nobis esse uolumus, ut hoc quasi gustu meminerint legentes & ubiq; sciant, nihil non alienum in eo esse. Nec morte præuentum potuisse extremam & salutarem illā manum ijs quæ inceperat apposuisse: oportereq; eos qui integram rem nouisse uelint, primos eius autores consulere, nec nouis scriptoribus tātū deferre, ut ueterū obliti, quēadmodū in cātu & mufice fieri Homerus dixit, nouissima quæq;

tantum

tantum amemus & admiremur. Nunc aũt ut rem noſtrã agamus, ſciẽdum illud eſt, eſſe terebinthũ quã poſteriores granũ uiridis arborẽ dixerũt, facto illi nomine ab eo eius genere, quod fructus ſuos in uiridi pallidos fert, quod Theophraſtus χλοιρὸν dixit quaſi herbaceũ. Ex ea terebinthina deſtillat reſina omnibus notiſſima, in quotidiano medicinæ uſu, de qua cũ ſemel agere Dioſcorides cœpiſſet, de reliquis etiã egit, cognata cõgeneribus ſuis cõiungẽs: Nosq; ut in melioribus græcis adhuc legitur, cõtinuata hiſtoria, uno q; tãtũ titulo & capite omnia cõplexi ſumus reſinæ gña: inter quæ larignã ex larice collectã hic numerat, à Vitruuio p̃cipue in architectura & medicina laudatã, qui lib. II. de materia agens, laricẽ his uerbis cõmendauit: Larix uero qui nõ eſt notus niſi his municipalibus qui ſunt ad ripã fluminis Padi, & litora maris Adriatici, folijs eſt pini ſimilibus, habetq; reſinã liquidã mellis Attici colore quæ etiã phthiſicis medetur. Credimusq; nos eam nũc eſſe, quã Venetijs deflexa à larice appellatione, lariga officinæ & uulgus appellant. Siquis aũt uelit totam laricis hiſtoriã naturãq; nouiſſe, Vitruuiũ libro illo, & Plinium pluribus locis lib. XVI. & XXIIII. Palladiumq; in nouembri menſe legat. Sunt.n. ſcriptoribus his & huic omnia ferè cõmunia. Quod aũt in coctura picis paſſim legit, λύσ ἀ χάκ ὀμβρίου ὕδλαβς ἐμβαλόντες ἰς ἀλ ἔιον, ex melioꝝ codicũ lectione ἐις χαλκεῖον .i. in ahenum uertimus, præſertim oſtẽdente id Plinio, qui lib. XVI. hoc modo coqui p̃cepit. Verba eius ſunt: Alij utilius putant ſine aqua coquere lento igne tota die, utiq; uaſe æris albi.

Lari. x Larigna reſinã.

περὶ πίσσης ὑγρᾶς. κεφ. ϛέ.

Πίσσα ἡ μὲν ὑγρὰ, ἣν ἔνιοι κῶνον καλοῦσι. σωάγητ μὲν ἐκ τῆ πρωτάτω ξύλω, πεύκης ἢ πίτυος. ἔσι δὲ καλὴ ἡ σίλβουσα, λεία, μὴ καθαρά. πρὸς δὲ πρὸς δυσάσιμα φάρμακα. φθισικούς. ἐμπυϊκούς. βῆχας. ἕλκη δὲ ὑσωπάπωγα τῆ ἐν θώρακι ὑγρῶμ, ἐκλεχομένη κυάθου πλήθ μετὰ μέλιτος. πρὸς δὲ τὰ πρὸς τὰς τῆ πρωθμίων τὰ σαφυλὰς φλεγμονὰς τὰ σωάγχας δι ἀγχομένη. καὶ πρὸς τὰ πυοῤῥοῦντα ὠσὰ σὺμ ῥοδίνῳ. καὶ πρὸς ἕρπετ δ' ἤγματα σὺμ ἀλσὶ λείοις καταπλασσομένη. κνῆ δ' ἴσῳ μιγ- σα, λεπρούς ὄυχας ἀφίσησι. φύματά π, ὑσέρας, τὰ σκληρίας δακτυλίου διαφορ. σὺν κηρίνῳ δὲ ἐφθ σα ἀλεύρῳ τὰ παιδὸς οὔρῳ, χοιρίδας πυρίᾶσ. μετὰ δὲ θείου ἢ πίτυος φλοιοῦ ἢ πιτυρῳ, ἕρπτας ἐπέχ καταχριομένη. μάννη π τὰ κνῆωτὴ μιγσα, τὰς ὑποφορὰς πρακολλᾶ. πρός π τὰς ὑπὸ κοὴ δακτυλίῳ ῥαγάδας ἀσμόζ καταχριομένη. πληροῖ π τὰ ἕλκη, καὶ ἀπκαθαίρ σὼ μέλιτι. σὼ σαρίδι δὲ κοὴ μέλιτι, ἄνθρακας καὶ σπτεδόνας πρὶχ αράσθ. μίγνυτ δ' καὶ σπάνις χρησίμως.

De Pice liquida. Cap. LXXIX.

PIſſan hygran, L. Romani picem liquidam dicũt.] Liquida pix, quam conon plerique nominant, ex pinguiſſima colligitur tedæ & piceæ materia. Probatur ſplendore, lẽuore & puritate: facit contra letalia medicamenta, tabem quam phthiſim dicunt, purulentas excreationes, tuſſim, ſuſpiria, & quæ ægre ex pectore excreantur, cyathi pondere cum melle lincta. Inungitur præterea contra tonſillarum inflammationes anginasq;, & contra purulentas aures cum roſaceo: cum trito autem ſale contra ſerpentium morſus. Pari ceræ eadem miſta ſcabros pellit ungues, impetigine ſq; emendat, muliebrium locorum abſceſſus, & ſedis durities diſcutit. Strumas erumpit cum farina hordeacea & urina impubis pueri decocta. Cũ ſulphure piceæ'ue, cortice aut furfuribus, contra ea quæ ſerpunt utiliter inungitur, ea coërcens. Quinetiam thuris pollini & ceræ miſta, profunda ulcera glutinat & carne explet. Vtilis itidem contra pedum & ſedis rimas inuncta. Cum melle purgat ulcera, & explet: cum paſſa uua mel le'que, carbunculos, & putreſcentia ulcera ſcarificat & diſrumpit. Miſcetur præterea utiliter his quæ exedendo ſunt.

INTERPRES.

REſinis coniunxit natura pices, ideoq; legitimo hiſtoriæ ordine poſt eas Dioſcorides de omni pice docuit: quod.n. ex uiuẽtibus plãtis reſinæ nomine deſtillat, id incẽſa in furnis eadẽ materia, picis appellatione fluit, ſimplex à principio & liquida tantum, mox ea decocta, ſicca etiã, non diſſimili penitus poteſtate, & hoc tãtum diuerſæ, ut teſtatus Paulus Aegineta eſt, q; ſicca in ſecũdo ordine deficcat, minusq; q̃ liquida caleſcat, contra uero liquida, habentq; ambæ quod purget, maturet, diſcutiat, & acre ſit: ad oĩa tamẽ liquida efficacior, ſicca uero glutinãdis uulneribus aptior, ob quas uires hic mox dicet uulnerꝝ reme dijs utiliter ſiccam miſceri. In quarꝝ hiſtoria naturã Dioſcorides ſecutus, de liquida prius egit conon à quibuſdam dici teſtatus: quæ uox, & rei in ea uoce æſtimatio, q̃ uetuſta & uera in pice ſit, nõ auſim ego affirmare. Id certe pro cõperto eſt, græcis κῶνον dici pineam nucẽ, & ab ea forma Mathematicis terræ umbram conum dici, & coni forma deſcribi: & ab eo fructu pinum arborem etiã conũ dictam poſterioribus græcis fuiſſe: poſſeq; hoc loco, quoniã ex cognatis pino arboribus pix fiat, eius appellatiõe cẽſeri: alioqn nihil habet ea uox, quod ad picem referri poſſit. Dubitamusq; nos, non κῶνον prima producta, ſed κόνιν prima correpta legi quondam potuiſſe, & ex uſu pici id nomen accreuiſſe, quaſ. in uindemia dolia & in alijs uitæ noſtræ uſibus fictilia, pice ex interiore parte linirentur: ideoq; picata paſſim dicerentur, & non picata: qua uoce hic ſæpius utitur, ut in ſuperiore capite cum ait, in uaſe non picato ſeruandam reſinam, & cętera. Quod totum græci κονιᾶν dicunt, q̃d eſt illinire, liceq; κόνιν proprie puluerẽ græci dixerint, nihilominus cinerem, calicem

Κῶνος.

κόνις.

κονιᾶν.

calcē, & quæcunq; alia dicebāt, quibus leuigari aſperitas & obſtrui raritas poſſet: quod in doliſs uini fictilibusq; aliis quondā paſſim fiebat, & nunc uitro etiā fit, ideoq; græci κονιᾶν calce glutino q; & malta aliqua illinire adhuc dicūt, & ἀκόνιτα fictilia cuncta illa, quæ picata nō fuerint, & aliquo huiuſcemodi obſtructa leuigataq;. Nec nos mouet q; in hac ſignificatione prima producta κωνιᾶν aliquādo & κωνῶσαι inueniť. Facilis. n. in eiuſdem ſoni litera ad utriū inſcribendo lapſus eſt. Quod deinde impreſſo codici deerat poſt λειπρους ὄνυχας .i. ſcabros ungues, inſtauramus, καὶ λᾳχᾶνας .i. impetigines. Nec multo poſt dubitauimus quod legiť, φύματα τε ὑσίρας καὶ σκληρίας λακκυλίου διαφορᾶς, quę uoces ſi ſic legātur, ſignificant, uuluæ abſceſſus & ſedis duritiem diſcutit, non ſic forte legendum eſſe, ſed mutatis locis, aut malis uuluæ durities & ſedis abſceſſus legi potius oportere: quando cōmunius malū ſedis abſceſſus q; durities ſit, non tamen mutare rem auſi ſumus: ſatisq; fore credidimus ſignaſſe locum. In medicina autē illud monemus letalia medicamēta hunc dicere cuncta illa, quæ in medicina quidem uſum aliquē habent, per ſe aūt letalia ſunt, qualis Apollinaris herba, cicuta, mandragoras, ſpuma argēti, & pleraq; alia, quibus ſuccurrere picem hic ait eodē modo quo oleum, adipē, butyrum, & unguen omne aliud. Dicendum etiam hoc loco, cur nos tabi plerunq; adiecimus, quam græci phthiſim dicunt, à genere ad certam contrahentes ſpeciē, in quo ſcire oportet, latius patere latinam tabem q; græcorū phthiſim: hi. n. hac uoce tātum in his utūtur, in qbus à capite in pulmones deſcēdens deſtillatio eos exulcerat febris fit, & frequens tuſſis eſt, latini uero non tantū hoc mali genus tabem dicūt, ſed quam græci ἀλοφίαν & καχεξίαν appellant, quarū prima illa fit, quoties corpus non alitur decedētibus ſemper aliquibus, nullis uero in eorum locum ſuccedētibus, quo malo affectos Plinius ſemper uocat, qui cibum nō ſentiunt. Secunda uero illa, cum malus corporis habitus eſt, ideoq; omnia alimenta corrūpuntur, quod ferè fit cum longo morbo uitiata corpora, etiāſi illo uacant, refectionē tamē non accipiunt, principiūq; ſubeuntiū cutem aquarū malū corporis huiuſcemodi habitū eſſe teſtatus Paulus Aegineta eſt. Et quoniā tria hæc mala ſumma ſemp macies ſequtur, ideo latini cōmuni tabis appellatione omnia indicarunt. Græci diuerſis proprijsq; in ſingulis generibus uocibus uſi, ſingula certius docuerūt: eāq; ob cauſam nos tabi huic græcā ſemp cōiūximus uocē, ob latinę rei anguſtias iampridē ob omnibus latinis receptā. Eam libro diffinitionū ſuarū Galenus dixit eſſe pulmonū exulcerationē, quā febricula & macies corporis ſequtur. Idē etiā nō ſolū pulmonis & medicorū phthiſim, ſed alioq; etiā ſcriptorū aliarūq; partiū, (late enim patet id nomē) phthiſim deſcribens ait, cōmuniter oēm corporis maciē & diminutionē ea uoce ſignificari, manifeſta à græcorū uerbo, qđ φθίνω. φθίνω .i. diminuere eſt, ſignificatione: qua in plātis cūctisq; alijs paulatim pereūtibus, græcorū ſcriptores utūtur: unde & oculorū phthiſim etiā dixerūt, & à qua autūnum pariter φθινόπωρον græci uocāt, q; eo tēpore poma fructusq; oēs & folia, quaſi mortis quadā imagine paulatim decidāt. Quinetiā in numerādis ex lunæ luminibus menſium diebus, eadem gens tertiæ decadis dies ſic quondam numerabat, ut πρώτη φθινομήνου ſicq; deinceps .i. prima diminuentis ſe mēſis .i. lunæ, dicerent, propria eius uerbi ui in eo ſydere utentes, quod à plenilunio quotidiana luminū diminutiōe uſq; ad nihilū & tenebras decreſcit. Nolumus hoc loco relinquere, in quo uicinitate nominis, & ab eiuſdē uerbi deriuatione facilis lapſus eſt, qđ φθόη. græcorū medicis quōdā proprie fuerit, diminutio hæc etiā corporis & macies, ſed ex alia cauſa priuatim ad eā maciē diminutionēq; contracta, quæ ex ulcere perpetuaq; eius uomica fiat: quo malo quoties corpus tabeſcit, φθόην priuatim græci id dixerunt. Et quoniā p̄cedunt hoc tabis genus aliqñ quæ græci ἐμπυήματα dicunt, & nos purulentas excreationes hoc loco uertimus: ſiquidem Hippocrates ait, à cruentis ſputis purulētia ſputa, ab his phthiſis, & à phthiſi mors. Non omittemus & hoc legentibus indicare, autore Plinio, alijsq; latinæ linguæ probatiſſimis ſcriptoribus, ea uoce uti, intelligendasq; eas tātum puris expuitiones, quæ à ſanguinis excreatione facto ulcere, neq; ad cicatricē perducto, fiunt: nam quæ præcedente inflāmatione, facto & diſrupto abſceſſu ſentiuntur, ut in laterali dolore quē pleuritim uocant aliqñ accidit, in alio genere alias in cōmentarijs his noſtris deſcriptiones & appellationes habebunt.

Letalia medicamenta.

φθίσις. Tabes.

ἀλοφία. καχεξία.

φθόη.

Περὶ πισσελαίου. Κεφ. ϟϛ'.

Γίνεται ἡ μὲν πισσέλαιον ἐκ τῆς πίσσης, χωριζομένου τοῦ ὑδατώδους αὐτῆς. ἐφίσαται δὲ τοῦτο καθάπερ ὀξυδόρκα λακκᾶ. μὴ ἐκλαμβάνεται δὲ οὐ τῇ ἐψήσει τῆς πίσσης, ὑπερωμένη ἐρίου καθόλου. ὅπερ ὅταν ἐκ τῆς ἀναφερομένου ἀτμοῦ ἡδύκητη διάβροχον, ἐκθλίβεται εἰς ἀγγεῖον. μὴ τοῦτο γίνεται ἐφ' ὅσον ἂν χρόνον ἡ πίσσα ἕψῃ. πρεῖ δὲ πρὸς ὅσα μὴ ἡ ὑγρὰ πίσσα, ἀσαύνει δὲ μὴ ἀλωπεκίας καταπλασσόμενον μετὰ κριθίνου ἀλεύρου. θεραπεύει δὲ τοῦτο μὴ ἡ ὑγρὰ πίσσα. ⁋ τὰ ἐπὶ τῆς κτηνῶν ἕλκη μὴ ψώρας ἐπιχριομένη.

De oleo Picino. Caput LXXX.

Piſſelæon. L. Romani picinū oleum dicūt. Ex pice fit picinū oleum, ſeparato omni quod aquoſum in ea eſt, quod nō aliter q; lacti ſerū illi ineſt: excipitur in coctura picis puris ſupra eam expanſis uelleribus: quę cum ab euaporato halitu madebunt, exprimenda in uas aliquod ſunt, idq; tādiu agēdum, uſquedū pix coquiť. Facit picinū oleū ad eadē omnia ad quæ liquida pix. Illitū p̄terea cū farina hordeacea, defluuia capilli, quas alopecias dicunt, explet: quod & liquida pix præſtat, quæ contra quadrupedum ulcera & ſcabiem utiliter inungitur.

INTERPRES.

COnfundit intellectum quod ultimum fœminini generis participium in græcis claudit hoc caput: cōtra quadrupedum ulcera & ſcabiem utiliter inuncta, non. n. ſatis certū eſt, picē ne, an picinum oleū p̄ſtare id Dioſcorides decernat: nec nos audemus de ea re cenſere, cū picino oleo id Plinius tribuat libro XXIII. capite V. dicens, picino oleo uſum paſſim eſſe ad quadrupedum ſcabiem: & Columella lib

la lib. VIII. cap. V. idem teſtetur, quo loco liquamen picis oleũ hoc nominat. Maro autẽ pici id aſſignat, cũ in Georgicis ſuis cecinit: Idæasq; pices &c. Et Columella idẽ lib. VIII. cap. XXX. etiã confirmet, bitumẽ, ſulphur & pleraq; alia liquidæ pici in hunc uſum miſcẽda præcipiens. Nos communẽ & ferè omniũ græcorũ lectionẽ ſecuti, pici id tribuimus, nihil q̃ eaſdẽ uires pix & picis oleũ habẽt, in ea re piculi timẽtes. Potuitq; forte Dioſ. q̃d in pice à ſe relictũ fuerat, hoc loco reſtituere uoluiſſe. In medicina nunc & humani capitis uitijs dicemus hoc loco, q̃s græci alopecias & nos capilli defluuia ſic à græcis dicta ubiq; uertimus. Quod ideo fit q̃m ſola defluuiũ uox totã rẽ nõ explet: nã & caluitiũ in ſenectute: & poſt lõgiorẽ ualetudinẽ capilli fluxus defluuia ſunt. Sciendũ itaq; nõ aliter quã in plãtis fit, in capillo etiã fieri: utq; in illis aliquæ deficiẽte penitus humore deciduis folijs areſcũt: aliquæ uero alienis cõtrarijſq; humoribus idẽ patiũtur: nõ diſſimili rõne & in capillo fit: deficiẽteq; humore caluitiũ fit, alieno uero & deprauato alopecia hæc: & quã ijdẽ græci facto ab anguibus noie, ophiaſim uocãt, ſola figura differẽtes: hæc.n. obliquis & cõtortis ſpatijs locũ deglabrat: & anguiũ mõ uario colore capillũ oñdit: Alopecia uero à uulpibus facto noie, colore aureo & qualis in uulpe eſt, capillũ oñdit: nec aliter q̃ in eo aĩali pilus, ſæpenumero capillus itidẽ homini perit. Vtrũq; hoc malũ Galenus in diffinitionibus ſuis ſic deſcripſit: Alopeciã eſſe dicẽs natiui coloris in capillo mutationẽ: qua ad aurũ inclinato colore, capillus à radicibus fluit. Ophiaſim uero ſimilẽ p̃dictæ in capillo natiui coloris in magis uarium & uerſicolorẽ mutationẽ: quo uitio circũactis & obliquis ſpatijs capitis partes glabreſcunt.

Capilli defluuia. Alopecia. Ophiaſis.

περὶ λιγνύος ἢ ἐξ ὑγρᾶς πίσσης. κεφ. οζ'.

Γίνεται δὲ καὶ λιγνὺς ἐξ ὑγρᾶς πίσσης οὕτως. εἰς λύχνον καινὸν ἐλαίου χυλὸν ὀλίγον ἢ πίσσης, ἄφρον, καὶ πωμάσας τὸν λύχνον καινῷ ἀγγείῳ κεραμέῳ κλιβανοειδεῖ, ἄνωθεν μὲν πῆγμα ἔχοντι καθάπερ οἱ κλίβανοι, ἔα καίεσθαι. ὅταν δὲ ἀναλωθῇ ὁ πρῶτον ὑγρόν, ἄλλο ὑπίχεε. ἕως ἂν αἱθαλώσῃς λιγνὺν αὐτάρκη, καὶ χρῶ. Δύναμιν δὲ ἔχει δριμεῖαν καὶ συμπικλῶ. χρῆσθαι δὲ αὐτῇ, εἰς τὰ καλιβλέφαρα καὶ πτερυγίσα. καὶ ὅπου μεμυδηκότα ἕλκεα τριχοφυῆσαι θέλῃ. καὶ πρὸς ἀθενέα καὶ δακεψέρωτα. χρῆται δὲ εἰς ἑλκώδη ὄμματα χρήσιμος.

De Picis fuligine. Ca. LXXXI.

FIt ex liquida pice fuligo etiã hoc modo: In nouã lucernæ teſtam funiculo inſtructam, picis aliquid conijcito: accendito deinde funiculum, nouoq; fictili operculata teſta quod furni ſimile ſit, ſupiore ſui parte in orbem circinatum & anguſtum, inferiore autem ut furni ſunt, perforatum: finito deinde ardere teſtã, cumq; prima fuerit cõſumpta pix, aliam ſuperinfundito, donec quantam uolueris fuliginem feceris. Habet fuligo picis acrimoniã, & adſtringendi uires, honeſtandis palpebris circunlitionibusq; utilis eſt: & ubi corruptione glabreſcentibus palpebris expleri eas oportet. Vtilis præterea infirmis, lachrymoſis exulceratisq; oculis.

INTERPRES.

FAcile eſt græci clibani, quẽ nos furnũ uertimus, ex deſcriptione picturaq; hac Dioſcoridis, formã non diſſimilẽ his intelligere quas noſtra ætas Campanas dicit: & q̃bus officinæ paſſim utunt̃ ex floribus herbisue ſubiecto igne exudatũ humorẽ colligentes. Deſiderari poſſe etiam in hoc capite uideꝫ, quo tempore, quaq; ratione hærẽs furno huic fuligo colligenda ſit, quoniam nihil de ea doceꝫ, ſed æquo animo id ferendum eſt: nulla enim inſtituta obſeruatione, quod promptius & aptius fuerit in uſu, agentibus relinquiꝫ: ut amoto ſcilicet fictili illo quo teſta ardẽs operiebaꝫ, quę hęſerit fuligo deradaꝫ, & derasa ſerueꝫ.

περὶ ἐξηρᾶς πίσσης. κεφ. σκ'.

Ἡ δὲ ἐξηρὰ πίσσα, ἑψομένης τῆς ὑγρᾶς γίνεται. καλεῖται δὲ αὐτὴ ὑπ' ἐνίων παλίμπισσα. γίνεται δὲ αὐτὴ, ἢ μόνης ἐξέψεως, βοσκὰς καλουμένη, ἢ ὁ ἐξηρά. ἔστι δὲ καλὴ ἡ καθαρά. μὴ λιπαρά. εὐώδης τε μὴ ὑπόκιχρος μὴ ἐμπυρευώδης. ποιεῖ αὐτὴ δὲ ὅσην ἡ λυκιακὴ μὴ βρυτία, μόνα φύσεως ἔχομένη, πίσσης ἅμα μὴ ἐμπύρευμα. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν. μαλακτικήν. πυοποιόν. διαφορητικὴν φυμάτων μὴ φυσέλων, μὴ πληγωτικήν ἕλκη. μίγνυται δὲ μὴ θαυμαστικοῖς χρήσιμος.

De Sicca ſiue ſpiſſa pice. Cap. LXXXII.

FIt ſpiſſa pix decocta liquida: uocatur eadem à pleriſque palimpiſſa, quaſi iterata uel iterum cocta pix: eſtq; in hoc genere quædam uiſcoſa, quam boſcadẽ nominant: quędam autem priuatim ficca. Probatur quę pura pinguiſq; eſt, odorata, reſinoſa & leniter rutila: talis Lycia eſt & Brutia, coniuncta ſimul picis & reſinæ natura. Eſt illi uis calefacere, mollire, ad ſuppurationem perducere, furunculos & panos diſcutere, & ulcera explere. Miſcetur præterea ficca pix uulnerarijs emplaſtris.

INTERPRES.

NOn diſſimiles corporis & animi in continua utriuſq; ſocietate euentus ſunt: Vtq; ira, faſtus, miſericordia, affectionesq; aliæ alibi concipiũtur, in oculis aũt, ſuperciliſ, totoq; uultu apparent: eodẽ modo cutis uitia omnia altius intra corpus concepta, in ſumma eius ſuperficie emergunt: & ut hi, aut illi, magis minus'ue corrupti humores æſtuant: ſic mitiores grauiores'ue, ceu in tempeſtate maris ſpumas, in ſumma cute aſperitates excitant: quarꝝ multiplex etiã forma & euẽtus ſit: eamq; ob cauſam diuerſis appellationibus tam à Græcis q̃ Latinis indicãtur, impetigines, puſtulas, ſcabies, lepras, elephantẽq;, & ſi qua alia huiuſcemodi ſunt, priuatim ſuis nominibus appellantibus. In quarꝝ tam diuerſo & multiplici genere, de lepris tantũ hoc capite ex Græcorũ decretis agemus: quod malũ peius q̃ quondã audierit, noſtra ætate audit: non inſanabile penitus, neq; in quo decidant corporis extremę partes, ut in omni elephante fit. (Dico autẽ elephantẽ non animal, ſed in hoc genere grauiſſimũ malũ, de quo cũ primũ nobis ea uox occurret, certius dicemus.) Sed quod ueteres Græci ſtatim ab elephante hoc docuerint: ſcabieiq;, quã illi pſorã nominãt, conIunxerunt: quodq; Galenus duobus locis diffinierit, cutis mutationẽ dicens leprã eſſe, in habitũ præter naturam, cui accedat aſpredo, pruritus, decidantq; ſquamulę, & plures corporis partes depaſcãtur: & hęc in diffinitionibus ſuis teſtatus ille eſt. In Iſagoge deinde mutationẽ illã cutis in candidiorẽ colorẽ eſſe dixit: Credimus nos, ut ea coloris nota etiã ab elephante leprã diſtingueret. Paulus Aegineta de ijſdẽ ſic egit, ut diceret leprę ſimul & pſorę (ſic enim ille propriũ ſcabiei genus nominat) communẽ notã cutis aſpredinẽ eſſe, accedereq; pruritũ, & paulatim corpus abſumi: fieri utranq; ex atra bile: ſed leprã altius circularibusq; eroſionibus cutẽ depaſcere, & ſquamarꝝ piſciũ modo ſquamulas ex ſe remittere: Pſorã uero illã corporis ſummam cutem & ſuperficiem uaria eroſione depaſcere, furfuroſaq; magis q̃ ſquamoſa ex ſe remittere.

Lepra.

ἀίπρα. ψώρα.

Περὶ Λεύκης. κεφ. ϙα.

Λεύκης τοῦ ἐνδρου ὁ φλοιὸς πρόθεις ὅσον οὐγγία μία πλήθος, ἰσχιάδας ὠφελεῖ καὶ σφαγουσίας. ἰσοξεῖται δὲ καὶ ἀτόκιος εἶναι, πρόθεις μετὰ ἡμόνου νεφροῖς. καὶ τὰ φύλλα ὁ πινόμενα μετὰ κάθους σὺν οἴνῳ, καὶ αὐτὰ δρᾶν λέγεται. ὠφελεῖ καὶ ὠταλγίας ὁ χυλὸς τοῦ φύλλου χλιαρὸς ἐνσταζόμενος. τὰ δὲ ἐκβλάσκοντα τοῦ φύλλου σφαιρία λεῖα μετὰ μέλιτος ἐγχριόμενα, ἀμβλυωπίας θεραπεύει. ἔνιοι δὲ ἰσοξεῖσι τὸ φλοιὸν τῆς λεύκης καὶ τὸ ἀπείρου τιμηθέντα εἰς λεπτὰ μεμέδη καὶ ὠφέλοντα πρασιαῖς κεκοπρισμέναις, ἐν παντὶ καιρῷ μύκητας ἐξωθεῖ μυῶν φύλλου.

De Populo alba. Cap. XCIIII.

LEucen. LRomani albã populũ dicũt.⌋Potus populi albæ cortex unciæ unius pondere, coxẽdici & ueſſicæ ſtillicidio opitulat. Creditq; idẽ potus cũ muli renibus, ſterilitatẽ facere. Ferunt itidẽ pota à purgatiõe ſtatim eiuſdẽ arboris cũ uino folia, idẽ præſtare. Cõtra auriũ dolores tepidus eoꝝ ſuccus utiliter inſtillat. Conuoluta in orbẽ pilulæ modo, in prima germinatiõe populi albæ folia, conciſa & ex melle inuncta, hebetibus oculis medent. Teſtati aliqui ſunt, nigræ & albę populi cortices in exigua fragmẽta ſectos, mox inſtercoratis hortoꝝ areis ſatos, quacunq; anni tẽpeſtate fungos q edẽdo ſint, gignere.

Expoſi-

EXpoſita omnibus in Theophraſto Plinioq; & pleriſq; aliis, utriuſq; populi albę. ſ. & nigrę, de qua mox dicemus, omnis hiſtoria eſt: poteruntq; uolentes ab illis certiora & plura audire, q̃ excerpta ex eis & excripta ab aliqbus noſtra ætate fuerint. Nos ne ueluti naturæ omniũ parenti ingratã, aut maleficio aliquo infamẽ ſine honore aliquo p̃teritam ſe à nobis alba populus doleat, quid hebetes oculi nobis in ea ſint, breuiter dicemus. In oculoq; iniuriis & uitiis, quę numeroſa ſunt, & plura q̃ in ſingulis aliis humani corporis partibus, ἀμαύρωσις eſt, & ἀμβλυωπία, græcis appellationibus hoc loco ideò ſignatæ, ut à medicis eius gentis accepta certius indicentur. In utroq; hoc malo uiſus claritas & lucis uſus minuit: ſed in altero magis & funditus, in altero minus & aliquatenus, incerta in utroq; rei & euẽtus cauſa: Diffinitq; Galenus in ſagge ſua priorem illã ἀμαύρωσιν, eſſe dicẽs totius uidẽdi uſus abſq; manifeſta cauſa impedimẽtum & obicem, ſecutuſq; illum Paulus Aegineta, diffinitioni huic aliqua addidit, non ſemper, ſed plerunq; totius lucis impedimentũ eſſe: fieriq; nullo manifeſto malo, integro & incolumi omni oculo teſtatus. Hic ipſe etiã, quoniã in altera nõ tota pereat lux ſed hebeſcat, non obicẽ & impedimẽtum, ſed hebetudinẽ uidẽdi ex incerta aliqua cauſa dixit eſſe. In altero nomen factũ eſt ab his, quæ adempta luce tenebricoſa uideri non poſſunt: in altero à gladiis qui obtuſa acie celerẽ illã penetrãdi uim amiſerunt, & hi hebetes oculi à nobis dicti fuerunt, non qui naturæ uitio tales à principio fuerunt. Hebetes oculi.

Περὶ Μάκερος. Κεφ. ριά.

Μάκερ, φλοιὸς ὃν κομιζόμενος ἐκ τῆς Βακτριανῆς, ὑπόξανθος. παχύς. σύφωνος ἱκανῶς καὶ τὸ γεῦσιν. πίνεται δὲ πρὸς αἵματος πτύσιν, καὶ δυσεντερίας, καὶ κοιλίας ῥεύματα δυσμόρους.

De Macere. Caput XCV.

MAcer Romani macer dicũt. Cortex macer eſt, q̃ à barbaris affert, craſſus, colore ſubruſſo, & qui uehemẽtiſſime in guſtu adſtringit. Bibit cõtra cruẽta ſputa, inteſtinoq; tormina, & in aluũ deſtillatiões.

INTERPRES.

MVlta ſunt quæ inuentum hoc loco macer peregrinitatis in hoc ſcriptore & alienę elocutionis arguant. Siquidem quod in aromatũ cenſu & ordine eſt, naſciturq; in India procul à noſtro orbe, inter uiliores & noſtri orbis arbores tractari nõ debuit: nec certã habet generis hiſtoriã, ſi quod in India naſcitur, apud barbaros naſci dicatur: græcis enim Germani etiã barbari ſunt, quibus in frigido cœlo nihil huiuſcemodi naſcit. Neq; Dioſcoridis ætate conſueuerant ad oriẽtem & meridiem mundi partes Barbariã nominare. Quo fit ut credamus à propriis ſedibus, quæ illi inter aromata erãt, in alienũ locũ temerè translatum fuiſſe macer hoc: & quod legitur ἐκ τῆς Βαρβάρου, ἐκ τῆς ἰνδικῆς legendũ aut intelligendum ſaltem eſſe. De ligni cortice hoc Galenus multa, & poſt eum Paulus Aegineta pluresq; alij: Noſtra ætas ex India aduectum aroma macis appellatione nouit, non ligni corticẽ, ſed odoratæ nucis corticoſum operimẽtum, & quaſi uilioſum folliculum, qualis in ponticis nondũ penitus maturis nucibus uidetur. Qui ſi idẽ cum hoc & eo quod Galenus xylomacer uocat ſit, peritiorq; iudicio relinquimus. Nobis ut à principio diximus, in ſcriptore hoc ſuſpecta omnia facit locus, breuitas, inconcinna elocutio: &, quod in uetuſtiſſimo & probatiſſimo mihi codice, nusq; macer hoc legitur. Cæteri tamen omnes de eo tradiderunt: nosq; eorum fidem & autoritatem ſecuti, hactenus de eo egimus.

Περὶ Πτελέας. Κεφ. ριβ'.

Πτελέας τὰ φύλλα, καὶ οἱ ἀκρέμονες, καὶ ὁ φλοιὸς συπτικά. πρίεται δὲ τὰ φύλλα, πρὸς λέπραν λεῖα σὺν ὄξει ὡς πλατάγημα. καὶ πρὸς τραύματα κολλᾷ. μᾶλλον δὲ ὁ φλοιὸς ἀντὶ ἐπιδέσμου περιβάλλεται. ἔστι γὰρ ἰματιώδης. ὁ δὲ παχύτερος φλοιὸς σὺν οἴνῳ ἢ ὕδατι πρὸς ἕλκη οὐλοῦται. πλῆθος, ἄγχι φλέγμα. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῶν φύλλων ἢ τοῦ φλοιοῦ τοῦ ῥιζῶν καταπλάσμενον, κάταγμα πρὸς τάχιον. τὸ δὲ ὑγρὸν ταῖς φύσαις καὶ τοῖς πρωτίστοις ἐκβλάσκουσι ἐνυσκόμενον ὑγρόν, σίλφιον πρόσωπον ἐπιχριόμενον. ξηραινόμενον δὲ τὸ ὑγρὸν τοῦτο, ἀναλύεται εἰς θηρία κωνωπειδῆ. λαχανεύεται δὲ τὰ πρόσφατα τῶν φύλλων ἑψόμενα εἰς προσφάγματα.

De Vlmo. Caput XCVI.

PTelean Romani ulmũ dicunt. Adſtringunt ulmi folia, cortex, & rami. Medẽtur lepris ulmi folia conciſa, & ex aceto illita. Vulnera eadem glutinãt, multoq; magis cortex, pro uinculo & faſciola uulneri circũuolutus, lentus enim uitilium modo in uincula facile flectitur. Craſſior eiuſdẽ cortex cũ uino aut aqua, ambobuſq; frigidis pondere unciæ potus, pituitã trahit. Solideſcunt celerrime oſſea ſuccedente cicatrice quam porum dicũt, quæ folioq; radicũ ue corticis decocto fouentur fracta oſſa. Humor qui in prima foliorum productione in folliculis eius inuenitur, cuti nitorem inunctus affert: cum uero aruerit, in beſtiolas culicibus ſimiles reſoluitur. Pro oleribus noua etiam ulmi folia obſonijs decoquenda adiiciuntur.

INTERPRES.

NOta omnibus arbor ulmus eſt, genera generumq; eius bonitas & uſus, in reliquis humanæ uitæ neceſſitatibus tractari ab herbario & medico non debuerunt: ideoq; nec à nobis deſiderãda hoc loco quæ Theophraſtus & Plinius longiſſime de omni ulmo tradiderunt. Illud tantum monemus non uiſſe nos tiliam cortices illic dicere, quo loco legitur cortex pro uinculo & faſciola uulneri &c. Qua rei deſcriptione Plinius antea uſus fuerat, ne tiliam arborem ulmo miſcuiſſe nos aliquis dubitaret, Scimus enim

& nos à tilia arbore, cuius materia lenta & tractabilis est, quondã uocatos lemniscos fasciolasq; in coronis ex ea arbore pendẽtes: de quibus cũ de tilia arbore dicẽdum erit, certius & copiosius agemus. Nõ omittemus præterea in deijcienda aluo Plinij frigida aqua tãtum uti: nec pituitã solũ, sed aquas etiã purgare: quę nescio an Dioscoridi deesse possint, & abundare uinũ, quo hic in eadẽ purgatione utit. Et cũ nihil osseum in Dioscoride illic legeret, ubi dictum à nobis est: Solidescunt celerrime ossea succedente cicatrice &c. nõ sine causa ad fracta ossa cõtrahẽdã esse rem cogitauimus: cũ illic πωροῖ uerbũ esset, quod id tãtum significat, ut pauloante testati sumus: & præter id κάταγμα, quod in fractis tantũ ossibus ab antiquis medicis receptũ est: quod tam aperte in Galeno patet, ut eius aliorum' ue autoritate cõfirmari non debeat. Quas deinde bestiolas culicibus similes in ulmi folliculis nasci Dioscorides ait, à Theophrasto cnipes dicuntur, quemadmodum ex caprificis euolãtes similes his aliæ bestiolæ, psenes ab eodem uocantur.

Περὶ Σαπρότητος ξύλων. Κεφ. ριζ'.

De Lignorum carie. Cap. XCVII.

Ἡ δὲ ἀπὸ τῶν παλαιῶν ξύλων μὴ πρέμνων σαπρία συνισαμένη ὡς πρὸς ἄλθερον, καταπλασσομένη, ἀνακαθαίρει μὴ ἀκρυλοῖ ἕλκη. τὰ δὲ ἑρπυσικὰ ἐπέχει, σὺν ἴσῳ ἀνίσῳ φυρασθεῖσα μὴ οἴνῳ. ἐν ὀθόνας τε καθεῖσα μὴ λεῖα καὶ ἀπλασσομένη.

Saproteta Romani cariem dicunt. Quę ex ueteribus lignis & truncis caries farinę modo colligitur, ulcera purgat insperſa, & ad cicatricẽ perducit. Compescit eadem quæ serpunt, cum pari aniso, uino macerata linteolisq; inducta, ficq; illis imposita.

INTERPRES.

Credidissem ego facile de ulmi carie tantum à Dioscoride agi hoc loco, nisi Paulus Aegineta huic his uerbis subscripsisset: Lignorũ caries, eorũq; præcipue quæ mediocrem adstringendi uim habent, qualis ulmus est, humentia purgat ulcera & explet.

Περὶ Αἰγείρου. Κεφ. ριθ'.

De Nigra populo. Cap. XCVIII.

Αἴγειρος. τοῦ πυτὰ φύλλα μετ' ὄξους καταπλασθέντα, πρὸς ἀγρικὰς ὀδύνας ὠφελεῖ. ἡ δὲ ἐξ αὐτῆς ἐκτίνυμένη μαλάγματα. ὁ καρπὸς μετὰ ὄξους πινόμενος, ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ. ἴσον δὲ ὄζει τὸ ἀπὸ τῆς αὐτῆς δάκρυον καὶ τὸ ἠριδανὸν ποταμὸν καταχεόμενον πίγνυται καὶ γίνεται τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. ὑπ' ἐνίων χρυσοφόρον. εὐῶδες δὲ τῇ ποιᾷ ξύσει καὶ χρυσοειδὲς τῷ χρώματι. ὅπερ πινόμενον λεῖον, στομάχου καὶ κοιλίας ῥεῦμα ἵστησι.

Aegiron Romani nigram populum dicunt. Populi nigrę folia utiliter ex aceto podagris imponuntur: quæ uero ex ea destillat resina, malagmatis miscẽt. Semen comitialibus cum aceto bibitur. Fertur utriusq; populi lachryma circa Eridanum fluuiũ in destillando densari, fieriq; quod electrum Græci, Romani succinum uocant, à quibusdam idem chrysophoron dicitur, colore auri, in attritu odoratum: quod tritũ potumq;, stomachi & aluí fluores sistit.

INTERPRES.

Albæ nigram ubiq; populũ coniunxerũt ueteres, nũquãq; aut rarissime Theophrastus Plinius'ue de altera egerunt, quin statim de altera etiã nõ agerẽt: ob id uerisimile est, debuisse in scriptore hoc etiã cõiungi, & altera ab altera statim tractari: nos tamen quibus locis in omnibus antiquissimis græcis reperiuntur, eas reliquimus, nõ ausi mutare quod antiquos omniũ codicũ fide immutabile esse debuit, præsertim nulla rei maiore urgente necessitate. Nec alia sunt quæ dici à nobis hoc capite debeant, nisi aliqs forte succini, quod electrũ ueteres, nostri ambram dicũt, historiã oẽm desideret: quæ si ex his q̃ nostra ætas nouit, & quotidie uidet, tractãda sit, notissima & in promptu omnibus est: si uero ex his quæ antiquissimi græcorũ scriptores poëtæq;, & post eos latini aliquot tradiderunt, fabulosa, longior, & incerta, ideoq; nobis relinquẽda, præsertim docẽte omnia hęc Plinio lib. ultimo capite tertio & quarto, à quo nihil quod ad hãc rem pertineret, neglectum omissumq; est: Id tãtum monebimus, non probari à Dioscoride etiã quæ tunc ferebatur fama, ex arborũ huiusce modi resina succinum durari, ex quo ait, ferri id & narrari. Nos illud etiam adijcimus, credere nos non ex utraq; populo succinum destillare, sed ex nigra tantum: ideoq; non ἐξ αὐτῶν numero multitudinis, sed ἐξ αὐτῆς numero singulari legẽdum esse locum: nihil tamẽ omnibus græcis idẽ testantibus mutatum à nobis est, cognoscẽdumq; id diligẽtioribus relinquimus.

Περὶ Καλάμου. Κεφ. ρκ.

De Harundine. Cap. XCIX.

Κάλαμος δὲ ὁ μὴ τις καλεῖται νασός. ἐξ οὗ τὰ βέλη γίνεται. ὁ δέ τις θῆλυς. ἐξ οὗ αἱ γλῶτται τοῖς αὐλοῖς κατασκευάζονται. ἄλλος δὲ συριγγίας, πλύσαρκος, πυκνογόνατος, εἰς βιβλιογραφίαν ὠφέλιμος. ὁ δέ τις παχὺς καὶ κοῖλος παρὰ ποταμοῖς φυόμενος, ὃς καὶ δόναξ

Calamon Romani harundinẽ dicunt. In harundinibus nastos id est toto internodio concreta & plena quædã uocatur, ex qua sagittæ fiunt: quædam cõtrà fœmina appellatur, ex qua tibijs lingulæ conficiuntur: quædam itidẽ syringias quasi fistularis dicta, carnosa, densis geniculis, scribendis libris accommodata: crassior quædam etiam & concaua, prope profluentes aquas nascens, quæ donax

dicitur

καλεῖτη, ὑπόζωμα ἢ κύπειρος. ἡ ἔτη ζοα φαρμίτης, λεπτός, ὑπόλευκος, πᾶσι γνώριμος, οὗ ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα λεῖα, ἢ καὶ ἑαυτὴ ἢ σὺν ὀλεοῖς, ὠφελεῖ τὰς σκόλοπας ἢ ἀκίδας. σὺν ὄξει δὲ σχέμματα ἢ ὀσφύος ἀλγήματα παύει γοσῦ. τὰ δὲ φύλλα χλωρὰ κοπέντα ἢ ἐπιζεθέντα, ἐξυσιπέλατά τε ἢ τὰς ἄλλας φλεγμονὰς ἰᾶται. ὁ δὲ φλοιὸς ἀλωπεκίας θεραπεύει καὶ ἐς μετ' ὄξους καταπλασθείς. ἡ δὲ ἀνθήλη ἡ καλάμη ἐμπεσοῦσα εἰς τὰς ἀκοὰς, κώφωσιν ἐργάζεται. δύναται δὲ τὰ αὐτὰ ἢ ὁ κύπειρος λεγόμενος κάλαμος πρίσμ.

dicitur, ab aliquibus aũt cypria. Eſt & alia quã uallis ſepibuſq; utilẽ phragmitẽ ⌊Græci, nos uallarẽ uel ſepiculariẽ dicamus⌋ gracilis candidaq;, oñibus notiſſima, cuius radix cõciſa per ſe, & unà cũ bulbis illita, ſurculos & cuſpides extrahit: ex aceto aũt, luxata & lumboꝝ dolores lenit. Quinetiã tuſa eius uiridia folia, ſacris ignibus inflãmationibuſq; aliꝝs impoſita, medẽtur. Corticis eiuſdẽ cinis capilli defluuia, quas alopecias dicunt, ex aceto illitus emendat. Harundinũ paniculæ lanugo, ſi aures intrauerit, hominem exurdat. Poteſt eadem omnia & cypria harundo.

INTERPRES.

SI iuxta uſus bonoꝝq; ſuoꝝ eſtimatiõe maximis etiã arboribus harundo cõpareť, nullibi q̃ in ea liberalior generi humano natura fuiſſe uidebitur: nec aliunde maior illi merito laus erit, q̃ uno hoc fragili & inani frutice, omnes ferè toto orbe gentes ad omnẽ inſtruxiſſe fortunã & uitã: quãdo una hæc ſacrificijs, epulis, theatris, funeribuſq; multiplices dederit tibias: Vna hæc pereuntes ſubinde humanas retineat uoces, & ad alienos cõſilia cogitationeſq; noſtras trãſferat: hæc una ad propulſandas iniurias, & arcẽdos longe hoſtes, militẽ nũc etiã in oriẽte armet: & q̃d uitæ noſtræ magis interſit, in ruſtico ope ubiq; inueniaťur: in quo modo uitẽ iuget, aut fulciat, modo clauſum à pecore hortũ tueatur: & ne uoluptati etiã deſit, aucupio per hyemem inſeruiat: Quæ omnes parẽtis omniũ naturæ, in frutice hoc nõ contẽnendæ laudes ſunt. Verũ nec illa etiã relinquẽda, quæ ad faciẽdam homini medicinã pertinet, præſertimq; luxatis parte aliqua corporis noſtri mẽbris, de qbus id ſolum ſignificabimus: eſſe nobis luxata, quę græcis σχέμματα ſunt, facto illis à torquendo nomine, cũ ſuo loco mota oſſa, legitimos naturæ in ea parte motus cũ dolore remorãtur: Quos deinde nos cũ radice harũdinis bulbos diximus, oculos eius intelligimus: quo nomine ueteres etiam in radice harundinis eam partem dixerunt, unde noua eius ſoboles quotannis naſcitur. Luxata.

περὶ παπύρου. κεφ. ρις'.

ΠΑπυρος γνώριμός ὅτι πᾶσιν. ἀφ' ἧς ὁ χάρτης κατασκευάζεται. εὔχρηστον δὲ πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν. πρὸς ἀνασόμωσιν συρίγγων σκληθεῖσα διάβροχος, περιαλουμένου λίνου ἄχρι ξηρασίας. σεσυμένη δὲ ἢ καθιεμένη, ἐμπίπλατὴν ὑγρασίας, ἢ ἀναδίδοσα διανοίγει τὰς σύριγγας. ἔχει δέ τι καὶ ῥίζα αὐτῆς ἢ ἔδεσμα. διαμασώμενοι γὰρ αὐτὴν οἱ ἐν αἰγύπτῳ, ἀφροχυλίζουσιν ἐκπτύοντες τὸ διαμάσημα. χρῶνται δὲ ἢ αὐτῇ ξύλῳ αὐταῖς. ἡ δὲ κεκαυμένη πάπυρος ἄχρι πεφθώσεως δύναται νομὰς ἐπέχειν τὰς ἐν σώμασι ἢ παντὶ μέρει. ἐλκτικὸν δὲ ὁ χάρτης καὶ εἰς δρᾶ τὸ αὐτό.

De Papyro. Caput C.

PApyron ⌊Romani pariter papyrũ dicũt.⌋ Nota oĩbus papyrus ex qua charta fit. Laxãdis fiſtulis uſum in medicina habet: in quẽ natiuo humore uuida in partes ſecta mox lino circũligata & coërcita, uſq; ad ficcitatẽ durať: ſic eã contractior facta in fiſtulas demiſſa humore impletur, tumenſq; eas aperit. Habet radix eius aliquid quod nutriẽdo fit: Commandu cãteſq; eam Aegyptij, ſuccum tãtum deuorãt, reliquũ corpus expuentes. Vtuntur etiã papyri radicibus pro ligno incolæ. Poteſt crematæ papyri cinis quæ in ore aliꝝſq; partibus paſcendo ſerpunt cohibere. Veruntamen in eo efficacior, factæ ex eo crematæ chartæ cinis eſt.

INTERPRES.

ILluſtrarũt papyri natales ſacræ etiam Hebręoꝝ literæ, in papyrione ad Nilum Aegypti fluuiũ, expoſitũ Moſen tradentes: quo etiã argumẽto præter ea quæ Theophraſtus, Strabo & Plinius tradiderunt, facile intelligat aliquis, paluſtrem plãtam, & in ferulaceo genere propriã Aegypti papyꝝ hanc eſſe. Cuius quondã multiplex fuerit uſus: quæ omnia ijdem illi autores tam aperte docuerũt, ut nõ ſperãdum ſit, ſi iteꝝ repetãtur, quod Flaccus ait, ut decies repetita delectent, ſed timẽdum magis, quod in Satyra alter ille cecinit, ne miſeros occidat crambe repetita legentes, præſertim cũ Barbarus iſtdẽ uerbis Theophraſti, Strabonis Plinijq; omnia cõmentationibus ſuis inſeruerit: nec ſi idẽ nũc fiat à nobis, aliud profecto fuerit, q̃ eiuſdẽ rei tertia & quarta lectione inutiliter legentes onerare, & quæſitam illi nouo laboris genere laudẽ auferre. Ideò nos relictis his, monebimus quę diuerſa nobis, nec eadem cũ aliꝝs eo loco ſunt: In quẽ natiuo humore uuida in partes ſecta, mox lino circunligata & coërcita, uſq; ad ficcitatem darať: ex melioꝝ codicum lectione mutata, & ut certius tota res pateret, pluribus uerbis deſcripta fuiſſe. Non enim ut paſſim legitur, σκινασθεῖσα, uerũ σκιτιλινθεῖσα in illis eſt: qua uoce ſignificãtur græcis ea, quæ ſale, aut ratione alia ut perennẽt, exucto omni humore, durantur & inueterantur.

περὶ μυρίκης. κεφ. ριζ'. De Tamarice. Caput CI.

Μυρίκη δένδρον ὃ δὴ γνώριμον πᾶσὶ λίμναις καὶ τοῖς σαπίμοις ὕδασι φύμενον. καρπὸν ὡς πόα ἄνθος φέρουσα, βρυῶδες καὶ τὸ σύσασιμ. γεννᾶται δὲ ἐξ αὐτῆς ἐν αἰγύπτῳ καὶ συρίᾳ ὕμβρος καὶ τὰ ἄλλα ὅμοια τῇ ἀγρίᾳ, καὶ πρὸν φέρουσα ἐμφανῆ κονίδα, ἀνωμάλως σύφοντα καὶ τὸ γεῦσιμ, ἁρμόζοντά πως τοῖς κονίδεσιν εἰς τὰ σωματικὰ καὶ ὀφθαλμικά. καὶ πρὸς αἵματος πύσεις ἐν πότῳ, καὶ κοιλιακοῖς καὶ γυναικείοις καὶ γυναιξίν. ἰκτέρῳ τε καὶ φαλαγγιώσει καὶ κριῷ. οἰδήματά τε σὺν ἁλὶ καταπλασθέντα καὶ ὁ φλοιὸς ἢ τὰ αὐτὰ πρὸς τῷ κάπῳ. τὴ δὲ φύλλῳ τὸ ἀφέψημα σὺν οἴνῳ πρὸς ὠλένια τίκτ. καὶ ὀδοντα λγίαις βοηθεῖ διακλυζόμενον. ἐγκάθισμά τε γυναικεῖς. καὶ πρὸς ὄγκους τῆς φθείρας καὶ κόνισας γεννῶσιμ ἐπιτήδειον. καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ ξύλου τέφρα προσεθεῖσα χρεῦσιν ἐκ μιᾶς σὺν ἁλὶ. κατασκευάζουσι δ ἔνιοι καὶ κύλικας ἐκ τοῦ πρέμνου. ἃις ἐπὶ τῶ ὠλενιῶντι χρῶντο ἀντὶ πτισίων, ὡς τοῦ δι αὐτοῦ πόματος ὠφελοῦντες.

MYricen L Romani myricem & tamaricem dicunt. ⌋ Nota omnibus arbor tamarix eſt. Naſcitur prope paludes & in ſtagnantibus aquis: fructum fert quemadmodũ & florem concretione ſua muſcoſum. Naſcit ſatiua quædam tamarix in Aegypto & Syria, in cęteris agreſti ſimilis, ſed ſemine gallę ſimili: cp̃ guſtũ inæqualiter adſtringat, & uice gallæ oris oculorum cp̃ medicinæ & cruẽtis ſputis in potione accommodatũ ſit: Cœliacis præterea, fœminar æ fluctionibus, ſuffuſis felle, & phalangios æ morſibus. Idem tumores illitũ reprimit. Semini eadẽ poteſt & cortex. Coquunt in uino tamaricis folia: potum cp̃ eo æ decoctũ lienem minuit. Colluunt eo in dolore dentes, fouentur cp̃ eodẽ infidẽtes utiliter ad fluctiones ſuas fœminę. Apte idem inſpergit his in quibus lendes & pediculi abundant: ligni etiã cinis fœminar æ fluctiones ſiſtit appoſitus. Fiunt prçterea ex tamaricis ligno calices à quibuſdam, quibus lienoſi in bibendo utuntur, utiliſſimo eis, ut credunt, in hac materia potu.

INTERPRES.

QVam cæteri græcor æ appellatione myricem potius q̃ tamaricem dixerũt, nos autore Columella plãtar æ & Romani ſermonis grauiſſimo teſte, tamaricẽ libere & intrepide diximus. Is enim de ſuillo pecore eius cp̃ morbis libro octauo agens, ſolere ait ſues uitioſi ſplenis dolore infeſtari, accidere cp̃ id malum magnis ficcitatibus, quo tempore ſtratis paſſim ſub ſua arbore pomis, ſues inexplebile quoddã pecus dulcedinẽ pabuli conſectantes, ſplenis incremento laborant: ſuccurri cp̃ huic malo dixit, ſi è trunco tamaricis fabricentur canales, impleanturq; aqua, deinde fitiẽtibus admoueantur. Quippe ligni ſuccus medicabilis epotus inteſtinum lienis tumorẽ compeſcit: quo uno teſtimonio ſatis fore nobis credidimus, ut quę græcis μυρίκη eſt, latinis tamarix certe quondam fuerit & adhuc ſit, eodem in duobus autoribus eiuſdẽ mali conueniente remedio. Sterilem tamaricem in theriacis ſuis Nicander eſſe teſtatus eſt, ſpecioſumq; eius fruticem, ideo μάντιν i. uatem uocari, quoniã iuſſerit Apollo uates tamaricis ramulum manu tenentes uaticinari. Verſiculi eius ſunt, Καὶ μυρίκης λαύρου νέον πανακαρπέα θάμνον, Μάντιν ὑπ' ἀνθρώποισι τιθαίσμιον, ἣν ἐν ἀγῆλαι Μανζούσας κόρυν παΐδες ἐθήκαντο, θέμιν ἀνδρῶν. Quæ ſic facile uertat aliquis. Sumito præterea myrices fruticem, uatem inter uiuentes honoratum, in qua Apollo corypæus uaticinia poſuit & iura mortalium. Ob quã cauſam, ut ex hiſtoria collegimus, Magi & Scythæ ad uaticinia ſua myrices uirgis utebãtur: quod genus diuinationis ab alijs gẽtibus etiam ſeruatum eſt. Herodotus ſiquidem ſæpe in diuerſis gentibus myriceis ramulis uaticinia fieri teſtatur, ob quam cauſam & Apollo Myriceus quondam dictus eſt: Quinetiam ex eadem hac arbore in pompa Iouis coronari ſolitos in Aegyto ſacerdotes, & in Media, magos ex antiquioribus ſcriptoribus plures retulerunt. Quæ omnia ex multis dicta à nobis ſunt, ut ſciant legentes nullã ſatis lectionẽ & diligentiam homini fore, qui præter propoſitam rem, & opus quod agit, cõmentationibus ſuis huiuſcemodi adjcere cogitauerit: ſimulq; ſcirent omnes, quantus huic arbori in antiqua ſuperſtitione fuerit honor.

Myrices ramulus uates appellatur.

Περὶ Ἐρείκης. Κεφ. ριβ'.

Ερείκη δένδρον ὄζοι θαμινῶδες, ὅμοιον μυρίκῃ, μικρότερον ἢ πρίῃ. οὗ τὸ ἄνθος μέλιτται καρπούμεναι, μέλι ἐρατὸν οὐ σφοδρὸν ποιοῦσιν. ταύτης ἡ κόμη καὶ τὸ ἄνθος καταπλασσόμενα ἑρπητικὰ ῥήγματα ἰᾶται.

De Erice. Caput CII.

ERicem L Romani pariter Græcis ericẽ dicunt. ⌋ Fruticoſa arbor erice eſt, tamarici ſimilis, multo tamẽ breuior. Eius flore utẽtes apes, mel nequaquam generoſum cõficiunt. Coma eius tamen floreſq;, ſerpentiũ morſibus illita medentur.

INTERPRES.

VItilibus pleriſq;, quales ſalices, uitex & geniſtæ ſunt, ueluti congenerem illis plantam lib. xxiiii. Plinius ericem adnumerat: Idem prætereа ab eius medicina ſtatim infert: Geniſta quoq; uinculi uſum præſtat: quaſi & erice eundem in ruris neceſſitatibus uſum habeat. Omnes tamarici ſimilem tradiderunt, floreq; eius qui ſolus extremo autumno ab apibus inueniatur, ultimã mellis uindemiã fieri: q̃d itẽ omnes par æ probauerũt, harenoſa cõcretiõe & ſaporis nõ adeo grati. Theophraſtus libanotidi, quã roſmarinũ Romani dicũt, ſimilẽ feciſſe uidet: ex qbus omnibus nõ fuerit difficile, notas has omes diligẽtius obſeruãtibus, quæ nã ea nũc ſit oñdere: Nobis inclinat animus, in geniſtar æ genere ſylueſtrem à nobis dictam ericẽ hanc eſſe, idq; pro cõperto mihi eſſe affirmarem, ſi montibus ſyluiſq; his noſtris copioſius & ſemper autumno

tumno floreret. Vidimus enim aliqñ ſeptẽbri & octobri menſe utriuſq; geniſtę flores, non tamen quotãnis & ubiq; apud nos eo tẽpore florẽt, quod cœli maiore beneficio alijs poteſt cõpetere locis. In magno religionis uſu erice in Aegypto quondã fuit, grata Iſidi arbor, quæ tẽpeſtate eiectum Oſiridem excepiſſet, ſubitoq; incremento intra ſe clauſum, operuiſſet: Teſtis & autor Plutarchus libro de Iſide & Oſiride. Hanc Paulus Aegineta ait diſcutiendi uires ſine eroſione habere, foliaq; eius & flores in uſu præcipue eſſe.

Περὶ Ακακαλίδος. κεφ. ριθ'.

Ακακαλὶς θάμνου κέντρόδες γλυνωμμένου ἐν αὐγύπτῳ, ἐοικὸς κατά τι ζεὶ μυρίκης καρπῷ. οὗ τὸ ἀπόβρεγμα μίγνυτι κολλυρίοις πρὸς ὀξυωπίαν ἁρμόζουσιν.

De Acacalide. Caput CIII.

ACacalida Romani pariter Græcis acacalidẽ dicũt. Fruticis in Aegypto naſcẽtis acacalis ſemen eſt, tamaricis ſemini quadantenus ſimile, cuius dilutũ collyrijs ad claritatem uiſus utilibus, miſcetur.

INTERPRES.

QVis in Italia acacalidem, ſemenq; eius nouiſſe ſe profiteatur? cui natale ſolum antiquitas in Aegypto tãtum aſſignauerit: nec ultra diligẽtiſſimus alioquin hic ſcriptor de ea tradiderit, q̃ fruticis in Aegypto naſcẽtis ſemen eſſe, q̃d in tãto tamq; multiplici fruticum genere, inter nos impoſſibile fuerit.

Περὶ Ράμνου. κεφ. ρκ'.

De Rhãno q in ſpinarũ genere numerat. CIIII.

PΑμνος. οἱ μὲν πυξοφόνιον. οἱ δὲ λεύκακανθα. ῥωμαῖοι αἰνία ἄλβα. οἱ δὲ, αἰνία κρεάλις. ἄφροι ἀτραμίμ. θάμνου ὄζοι πρὸ φραγμοὺς φυόμμενοι, ῥάβδους ἔχ' ὀρθὰς ἢ ὀξείας ἀκάνθας ὥσπερ ἡ ὀξυάκανθα. φύλλα μικρά. ὑπρμήκη. ὑπολίπαρα. μαλακά. ἔστι δὲ ἡ ἑτέρα λευκότερα, ἡ τρίτη μελάντερα ἔχουσα τὰ φύλλα ἧττον πλατύτερα, σὺν τῷ ἡδέμα ἐρυθραίνεσθαι. ῥάβδους μακρὰς πήχεων ὡς πέντε. μᾶλλον ἀκανθώδης. καρπὸν δὲ σωρεὰς ἐπάκμους ἔχει τὰς ἀκάνθας. καρπὸς δὲ πλατύς. λευκός. λεπτὸς ὡς ὑαλακώδης. ἐοικὸς ἀσφοδέλῳ. τρίζει δὲ πᾶσα τὰ φύλλα πρὸς ἐρυσιπέλατα ἢ ἑρπητας καταπλασσόμενα. λέγεται δὲ ἡ κλῶνας αὐτῆς θύραις ἢ θυείσι προσευθεῖσας, ἀπρακτεῖν τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας.

RHamnon sunt etiã qui perſephoniũ, qui leucacanthan .i. albã ſpinã, qui ſpinã cerualẽ appellent. Aphri priuatim atadim: nos rhamnum pariter Græcis dicamus. Frutex Rhamnus eſt: Naſcitur circa ſepes, rectis uirgis, & acutę ſpinę modo, quã oxyacãtham dicũt, aculeatis. Folia habet parua, oblõga, mollia, modice pinguia. Eſt p̃ter hanc & alia rhamnus candidior: itẽq; tertia, nigrioribus latioribusq; cũ rubore aliquo foliꝭ, quę ramos cubitorũ ferè quinq; lõgitudine profert: ſpinoſiores quidẽ, uerum infirmioribus, nec penitus integris ſpinis: fructu lato, cãdido, tenui, folliculi figura, uerticillo ſimili. Faciũt illita omniũ folia ad ſacros ignes, & quæ ſerpunt. Ferũt p̃terea rhamnus appoſitis pro foribus feneſtris ue ramis eius, omnium ueneficiorum arcere maleficia.

INTERPRES.

MIſcet confunditq; facile nominum & rerũ indicationẽ, ut ſæpe aliãs teſtati ſumus, ſimilitudo: quoq; pluribus inter ſe ſimilibus notis aliqua uidentur, eò difficilius ſeparãtur: & ex proprijs, quę paucora plerunq; ſunt, non facile diſcerni poſſunt. Id in aculeatis ſpinoſisq; non minus q̃ in cæteris accidit, quæ natura multifariam cuſpidibus illis ſuis armauit & uariauit. Nec magis in toto hoc genere deprehendere id licet, q̃ in rubis, quos ſagax rerũ omniũ artifex illa tam incertis & exiguis notis uariauit, ut quos diuerſos omnino eſſe uoluerat, eoſdem tñ uideri, & in eorũ obſeruatione hominibus quaſi impoſuiſſe gaudeat. Factũ ideò eſt, quoniã ingenioſior natura ſit, q̃ lingua, oculus, & pictura hominis: ne poſſint extrema illa & exigua rerũ diſcrimina cognoſci & cognita deſcribi, præſertim paucioribus toto aliquo ſeculo huiuſce modi obſeruãtibus, nec eodẽ modo eadẽ tradentibus. Quod in ſpina hac factũ eſt, quam antiquiores græci rhamnum, poſteriores alterius ſpinæ nomine, ob candoris ſimilitudinẽ, leucacanthan, Romani modo hac, modo illa appellatione indicarunt: quæ alterius erant, alteri etiã tribuẽtes. Quod Plinius, ut nobis uidetur, fecit: qui amuletum contra ueneficia, rhamno huic à græcis aſſignatũ, aquifoliæ ſpinoſæ pariter arbori aſſignauit, libro ſuæ hiſtoriæ xxiiii. teſtatus aquifoliam arborem in domo aut uilla ſatam, ueneficia arcere: ni ſi fortè eadem uis aquifolię quondam ineſſe etiam credita fuerit. Naſo certe in faſtis ſuis græcã fidẽ ſecutus, ſpinam albam rhamnum dixit: ex re ipſa, & altera in græcis rubi huius appellatione rem oſtendens: Locus non longe à principio ſexti libri eſt. Idem etiã Ianalem uirgã ex hac ſpina factũ contra ſtriges amuletum appellat: qui cum longius de amore Iani, compreſſaq; ab eo Crane nympha egiſſet, ſubiecit: Sic fatus, uirgam qua ſtrigis pellere poſſet A foribus noxas, hæc erat alba, dedit. Nec multo poſt: Virgaq; Ianalis de ſpina ſumitur alba &c. Quæ licet ad ſtriges tantum in eo poëta fabuloſa referantur, in hoc tamẽ cõmunione remedio contra ueneficiorum omnium maleficia uim habere traditur: quod in Theriacis ſuis Nicander, & antiquiſſimus eius interpres etiam indicarunt: Ille enim ἀλεξιακάκῳ ῥάμνον dixit, qua uoce græci ſignificant, mala & noxias auertens remedium: Interpres autem non ſolum ſic ab eo dici, quoniã contra ſerpentes remedio eſſet, ueꝝ quoniã contra nocturnos incubos opem etiã ferret: eamq; ob cauſam pro foribus ſuſpendi.

pendi. Eadem hæc causa fecit, ut à Proserpina inferno numine spina hæc, persephonios dicta ab aliquibus fuerit: Persephonem.n. græci Proserpinam dicunt: q̃ cũ superstitiose pueris alijsq; nocere crederet, excogitato cõtra ea mala remedio, nomen dedit. A colore mox leucacantha. i. alba spina, & cerualis siue ceruina dicta est: quoniã alijs rubis cõparata, albido & ceruino colore uidetur: quã coloris notam, fruticẽ, uirgas, rectos, nec alioq; modo aduncos aculeos, circa sepes, & nunq̃ pereuntia eius folia, siquis diligẽtius quæsierit, facillime deprehensam ostendere uolẽtibus poterit. Fuerunt qui spinum ceruinũ arborem sic nostra ætate appellatam rhamnum hanc esse crediderint, nõ animaduertẽtes quam hic describit, fruticẽ ab eo, nõ arborem uocari: circa sepes nasci, uirgasq; non ramos illi tribuere Dioscoridem: & rubis, hederę, paliuroq; & similibus plerisq; alijs cõiungere eam Theophrastum, quorũ nullum arboresçit. Spinum uero ceruinũ arboresçere, & humani fœmoris crassitudine trũcum aliq̃ habere: & omnẽ rubro colore esse, cum rhamnũ nigram tantum & candidam Theophrastus tradiderit: & hic rubere tantum folia eius, nõ materiam dixerit: quæ male in impresso codice μικρὰ. i. parua legunt, μακρὰ. n. id est longa legi oportet: si uetustioribus & melioris fidei codicibus credendum est: quod Plinius etiam confirmat, maioribus foliis eam describens. Nec posse rhamnũ arborẽ intelligi Theocritus aperte ostẽdit, in quo comitem pastor monet, ne nudis pedibus per syluam ingrediatur, in qua ῥάμνοί τε καὶ ἄκανθαι κολοβοῦσι τοὺς ἀπάλαθοι κομόωντι: quæ si arbores sint, nocere pedibus non potuissent. Non dixit postremo Dioscorides asphodeli. i. albuci figura fructus ferre rhamnum, ut alter ex nouissimis interpretibus uertit, sed ἀσφοδελίλῳ: quæ uox græcis significat in animalium spina uertebras, eodem nomine dictas, quo mulieres in fusis suis uerticillos nominant: quibus in ducẽdo filo grauiore eorũ pondere fusos suos librant: nihil.n. simile possunt inter se habere fruticis semen & asphodelus herba. Eadem ostẽdit ratio, non posse spondylio sic dictæ ab hoc ipso etiam plantæ, de qua in tertio agetur, cõparari, quod in aliquot græcis legitur: quę enim illi tribuuntur, latitudo, tenuitas, & folliculi figura, ad fusorum uerticillos manifeste pertinent: quorum figura, autore Theophrasto, natura pluribus plantis semina dedit.

Verticilli

Περὶ Ἁλίμου. Κεφ. ρκά.

Ἅλιμος. Οἱ δὲ Δαμασώνιον. οἱ δὲ Ἡρμᾶν, οἱ δὲ Βρεττανικήν. οἱ δὲ, βασιλικὸν στέφανον τῆς Ἴσιδος. οἱ δὲ, βασίλιον. προφῆται ἐρυθρὰν βάσιν. ὁμοίως σαφοῖς. οἱ δὲ, ὀσιριδος διάδημα. οἱ δὲ, ἡλιοτρόπιον. οἱ δὲ, ἱερὸν καυλόν. πυθαγόρας ἀνθήνορος. αἰγύπτιοι ἀσσυρίοι. οἱ δὲ, ἄσφη. οἱ δὲ, ἀσκαλωνίαν. οἱ δὲ, ἀσκαλωνίαν. οἱ δὲ ἀμπελόκιαμ. Θαμνός ὅστις φρυγανίτης, ὅμοιος ῥάμνῳ, οὐκ ἔχων ἀκάνθας. φύλλα δὲ ἐλαίας πλατύτερα. πλατύτερα μὲν οὖν. φύεται δὲ παραθαλασσίοις καὶ φρυγανώδεσι. λαχανεύεται δὲ καὶ τὰ φύλλα ἐψόμενα εἰς βρῶσιν. ἡ δὲ ῥίζης ἀλικὴν πρεθεῖσα σὺν μελικράτῳ, ὠδύσματα, ῥήγματα, καὶ βρόφους παύει. καὶ γάλα καταπάσσει.

De Halimo Caput CV.

HAlimon Sunt qui damasonion, qui erymon, qui Britanicam, qui regiam herbã, qui uirgellã, qui Osyridis diadema, qui heliostephanũ, id est Solis coronã, qui sacrũ caulem, qui aspheli, qui aselauri, qui asariphẽ, & qui ampeluciam appellent. Magi Mercurij basim. Pythagoras anthenoron, Aegyptii asompari, Romani albucum dicunt. Frutex sepiendo aptus, rhamno similis halimos est, sine spinis, foliis oleæ, sed latioribus. Nascitur maritimis sepibus. Coquuntur folia eius olerum modo in cibos. Lenit radix tormina, drachmæ pondere in mulsa aqua pota. Conuulsis eadem & ruptis prodest, & lactis abundantiam facit.

INTERPRES.

NAsci maritimis locis halimũ, quẽ Plinius aureonẽ noĩat, hic ipse testat: Salso aũt sapore esse, & inter olera quõdã in usu fuisse p̃ter Dioscoridẽ idẽ Plinius indicat, salsum olus à quibusdã dici affirmans, & Plinio Dioscoridiq; subscribẽs Paulus Aegineta: Qui de olerib⁹ lib. primo agẽs, post multa q̃ de omni brassica, præsertimq; marina, docuerat, & quã uim ob salsilaginẽ & lenẽ amaritudinẽ in deijciẽda aluo habere statim subiecit, p̃stare idẽ & halimon, cognata ueluti duo olera cõiungẽs, utraq;. n. ad mare nata, salso sapore ẽ, & ex eo deijciẽdę aluo accõmodata. Theophrast⁹ li. iiii. de historia, & quinto de causis plãtarũ, enecãdi propinquas & adnatas plãtas, uim illi assignauit: q̃les multę in natura sunt, q̃ subtracto alimẽto, alias perimãt arbores: qualis hedera & cytisus est, q̃bus in enecãdo ualidiorẽ halimon hãc, idẽ Theophrastus ait, testatus hederã alias arbores, hederã uero cytisum, cytisum tandẽ halimũ enecare: Nec tantũ impedito in alijs nutrimẽto ab halimo id fieri, sed salsugine etiã illa sua, cuius ui prẽsens cęteris afferat calamitas. Nõ debuerat inter aculeatas plantas à Dioscoride nullis spinis rigens halimus numerari. Verũ cogit similitudo, fitę ex illa repetẽdę & cognoscẽdę uolẽtibus erunt. Fecit in sanitatis usu & medicina halimi, quondã usus, ut in multo ambitu nominũ & appellationũ antiq̃s græcis fuerit hæc plãta, alijs damasonion, alijs uero aliter eã appellãtibus, q̃ oẽs appellatiões aut supstitiose ab illis excogitatę sunt, aut à similib⁹ factæ. Credimusq; nos (q̃d Plinius lib. xxii. ait) existimasse quosdã asphodelon ab Hesiodo halimon uocari, ideo factũ esse, q̃ uterq; in sepibus nascereť: & Hesiodus in cibis etiã asphodelũ laudauerit, cũ ait: nescire iniuste agẽtes, quãta in asphodelo & malua utilitas sit: Qua opinione semel illata, facile factũ est, ut halimos nõ aliter q̃ asphodelus albucus diceret. Albucũ enim, si Plinio credimus, antiqui asphodeli radicẽ dixerũt. Quod deinde passim & in cunctis legitur, ampeleuciam dici etiã halimon, ab alba uite quã græci in sepibus nascentem uitẽ albam nominant, factũ fuisse credimus. Quæ tamen omnia coniecturã uolumus, non decreta esse.

De Paliuro

Περὶ παλιούρου. κεφ. ϛκϐ'.

ΠΑλίουρος γνώριμός ὅστι θάμνος, ἀκανθώδης, σκληρός. οὗ τὸ σπέρμα λιπῶδες μὴ λιγνυῶδες εὑρίσκεται. ὅπερ πινόμενον σὺν ὄξει μαρίνῳ· μὴ τοῦ δὲ κύστις λίθους θρύπτει, μὴ πρὸς ἕρπητας δάκματα χρῖε. τὰ δὲ φύλλα μὴ ἡ ῥίζα συπτικά. ὧν τὸ ἀφέψημα πρὸς κοιλίαν ἴσχουσιν. οὖρά τε ἄγει μὴ θανασίμοις, μὴ ἀκρισοδάκτοις βοηθεῖ. διαφορεῖ δὲ πάντα τὰ πρόσφατα φύματα καὶ οἰδήματα ἡ ῥίζα λεῖα ὠμὴ πλασθεῖσα.

De Paliuro. Cap. CVI.

PAliuron Romani pariter Græcis paliurꝝ dicunt. Notiſſimus frutex paliurus eſt, ſpinoſus duruſcꝫ. Semen eius pingue fuliginoſumcꝫ eſt: Potum id tuſſientibus ſuccurrit, ueſſicæ calculos frangit, facit contra ſerpẽtium morſus. Folia eius radixcꝫ adſtringendi uim habent: potumcꝫ eorum decoctum, aluum ſiſtit, urinam trahit, uenenis & uenenatorũ morſibus ſuccurrit: Diſcutit panos tumoresꝙ omnes, conciſa & impoſita paliuri radix.

INTERPRES.

QVod cœli terrenicꝫ bonitate & natura loci in paliuro fit, ut aliquibus locis arboreſcat, in aliqbus aũt fruticis naturã non excedat, quia diuerſi generis eſſet, fieri aliqui crediderunt: ideocꝫ in alterutro genere uariata hiſtoria cõſtitutus à ueteribus inuenitur, deſcribentibus eum cũctis, qualis apud ſe & in gente ſua naſceretur: Quod Maro intelligens rerꝫ omniũ & totius naturæ peritiſſimus, acutis ſpinis paliurum fugere ſolum dixit, eo uerbo uſus, qd arbori ſimul & frutici cõpeteret: à Dioſcoride fruticũ gñi manifeſte adſcribit, numeraturcꝫ inter aculeata illa, quæ paſſim in ſepibus inueniuntur: quod Columella in carmine ſuo, & Theophraſtus aliquãdo egit, rubis aliꝭcꝫ huiuſcemodi coniungẽs: Semen tamẽ idẽ λιπαρὸν, i. fuliginoſum ut hic, ubicꝫ paliurũ ferre dixit, ſed alicubi rubẽs: credimuscꝫ in fuligine illa nõ nigrũ tãtũ eſſe intelligendũ colorẽ, ſed cũ eo etiã unguen & oleoſam naturã, qualis in facta ex oleoſo aliquo humore fuligine digitis etiã deprehenditur: ut ſit Dioſcoridi ea uox, quaſi alterius illius λιπαροῦ, quę pinguitudinẽ & lentorem ſignificat, declaratio quædã. Teſtatus Theophraſtus eſt, contra tuſſim in antiqua medicina paliuri ſeminis uſum fuiſſe: ſuntcꝫ eius hæc uerba: Et paliurus in ſiliquis quibuſdam ſemẽ habet, in quibus tria quatuor'ue ſemina ſunt, quibus ad tuſſim medici utũtur, tundẽtes: habet enim lẽtorem & pinguitudinẽ lini ſemini ſimilem: Naſci idẽ ait ſiccis pariter & aquoſis locis, ideocꝫ maiore minorecꝫ proceritate prouenire, & aliqbus locis arboreſcere, aliquibus uero fruticis naturã non excedere. Numeraſſem ego hoc loco cunctas paliuri deinceps notas, niſi copioſe ab aliꝭ de eo collecta & tradita omnia fuiſſent. Illud tãtum adꝭcimus, noſtratem paliurũ non adeò diſſimilẽ canis ſentibus eſſe, quos græci cynosbatos dicũt, cognatasꝙ & ueluti cõgeneres plantas eſſe rhamnũ, paliurꝫ, oxyacanthum, & canis ſentẽ: ideocꝫ à Dioſcoride deinceps tractatas aculeatas oẽs, & muniẽdis ſepibus aptas, & ob id tãtũ priuatim deſcriptas, quoniã proprie ſingularꝫ notæ aliquę eſſent, qꝺ in oxyacãtho mox etiã dicemus: Sed anteꝙ id agamus, nõ fuerit ab re qd græcis φύματα, nobis uero in hoc ſcriptore multis locis pani ſint, dixiſſe: malũ qꝺ in tumorꝫ, & quaſi obſeſſuũ gñe multiplex ſit, & pluribus locis fiat: nihilcꝫ aliud ſit, qꝙ græci tradiderũt, ἀδένων παθήματα. i. adenum affectiones: pro quibus nouiſſe primũ oportet, adenos à græcis dici, quæ certis humani corporis & reliquorꝫ aĩaliũ partibus duriores cõcreuerunt in ſeipſas conuolutæ carnes: nec aliter Galenus eas diffiniuit dicẽs: Eſſe adenem conuolutæ in ſeipſam carnis duram concretionẽ, quã Chriſtianus epiſcopus Gregorius Niſſenus lib. II. dixit alterius cauſa à natura factã fuiſſe, ut eſſet ſ. partiũ illarꝫ firmamẽtum & robur, ne in uehemẽtiore motu laborarent, laborẽcꝫ fœlicius ſubſtinerent: Apparẽtcꝫ adenes hi cum tument præcipue ſecundũ aures, in collo, alis, & femoribus: Noſtra ætas male ganglia nunc appellat, quoniã in neruis, nõ in carne, ganglia fiunt: Diffiniꝭcꝫ ganglia Galenus: Neruorꝫ præter naturã concretionẽ in naturã reliqui corporis translatã eſſe. In brutis præſertimcꝫ ſuibus, antiquiores glandia & glandulas eos dixerunt: ſuauiore in illis quã in reliquis partibus deprehenſo ſapore: hiſcꝫ factas inflãmationes græci φύματα, latini panos dixerunt: & ſi Galenus ſolã inflãmationẽ βουβῶνα. i. unguen dixerit: φύμα uero, ſuppurare incipiẽtem. Nos etiam obſeruauimus, creſcẽtes quocunꝫ loco & parte corporis ueluti tumidos abſceſſus ſic appellari: uocariꝫ in hoc gñe etiam à græcis φύσιθλα, ãla tinis furunculos, magnitudine tantum differentia. Quod genus idẽ Galenus diffinierit, factum in inguine abſceſſum: leni diſcrimine hęc inter ſe differũt. Qua ratione aũt fiunt, & quo periculo à febre aut ante eã, in peſtilẽtia & aliꝭ tẽporibus ſentiantur, medicis & peritioribus cognoſcenda relinquimus.

Περὶ ὀξυακάνθης. κεφ. ϛκϛ'.

ΟΞυάκανθα. οἱ δὲ πυρίναν. οἱ δὲ, πυρακάνθην καλοῦσι. δένδρόν ὅστι παραπλήσιον ἀχράδι, μικρότερον δὲ καὶ μύρτῳ ἐμφερὲς ἄλλο. ἐχον φλοιὸν. εὐθυπόρον. ἔνδοθεν πυρῖνα ἔχοντα. ῥίζαν πλουχίδη καὶ βαθεῖαν. τοῦτο δὲ κόπτες διαίρουσιν ἴσκια. καὶ χυμὸν πινόμενος καὶ ἐδώδιμος. ἡ δὲ ῥίζα καταπλασθεῖσα λεῖα, σκόλοπας καὶ ἀκίδας ἐπισπᾶται.

De Oxyacantha. Cap. CVII.

OXyacanthan ſunt qui pyrinen, & qui pyrianthen appellent: Romani pariter Græcis oxyacanthan dicunt. Agreſti piro ſimilis arbor oxyacantha eſt, minor tantum, magiscꝫ ſpinoſa: fructum fert myrti baccis æqualẽ, cõferctũ, rubentẽ, fragilem, nucleos intus habentẽ, multifidã radicẽ, & altius deſcendentẽ. Siſtit fluores alui quos diarrhœã uocãt, & fœminarũ fluctiões, potus & in cibo ſumptus, fructus eius. Radix aũt cõciſa & illita, cuſpides & ſurculos extrahit:

Fertur

ἰσοχεῖται δὲ, δύναται τὴν ἕξιν, ἢ ἐκτρωσμοὺς ἐργάζεται ἢ κοιλίας ἧσυχῇ τρὶς πλυθείσης ἢ χριοθείσης. Fertur hæc ipſa etiã ter percuſſa aluo leniter aut inuncta, abortus facere.

INTERPRES.

FAcilis cognitu & inuentu oxyacantha hæc, tam certæ eius notę ſunt, & tam multis locis naſcit, ſyluis, ſepibus, frutetis, campeſtribus montaniſq;, & ficcis & aquoſis locis: ab agreſti piro diminuta appellatione, rura noſtra eam uocant: florẽ fert muſcoſum, & poſt florem racemoſum fructũ non diſſimilẽ liguſtro, ſi idem in maturitate color eſſet: rubet enim maturus ſeptẽbri & octobri mẽſe: ueſcuntur eo aues aliquot, & ad multam hyemem in ſepibus grato ſpectaculo uidetur: Non fuit latinis cura, quod hactenus inuenerim, illi nomen dare: nec Plinius quod meminerim ſub hac uoce eius meminit. Græci à ſpinarũ acuminatis cuſpidibus oxyacanthan dixerũt, meminitq; pluribus locis eius Theophraſtus, aculeatis ſpinis inſertã, & poſt uergiliarũ occaſum hyeme fructus ſuos maturantẽ, deſcribẽs: Idẽ gñe maſculino oxyacãthũ ſemp eã appellat: notiſſimã, ut diximus oibus, & inter ſylueſtres hyemales baccas cognitu facillima: Quæmox adiectę illi appellationes ſunt perine & perianthe, qualeſcũq; illæ ſunt, aut à greca aut à latina uoce fieri potuerunt: Si à latina, à piro id erit, ut quẽadmodum nos piraſtrũ agreſtem pirum dicimus aliqñ: ſic græci etiã latinã uocẽ more ſuo diminuentes, πυρίννν dixerint: Si à græca, tunc à nucleis quas plures intra ſe fructus claudit, nominis ratio erit: In pomis enim πυρῆνας græci dixerũt nucleos omnes: quibus exterior & ambiẽs eos caro ſubſtinetur: quales in ceraſis, prunis, oliuis alijſq; huiuſcemodi ſunt: quæ melior nobis ratio uidetur. Quod legebatur deinde in impreſſo pluribusq; alijs, ἢ, ἀχανθῶδλις ἅμα, ex melioribus mutatũ à nobis eſt in ἀχανθῶδλις ἄγαν: neq; ab re, quãdo hic ait agreſti piro ſimilẽ oxyacãtham eſſe, minorẽq; tantũ & ſpinoſiorẽ ut res ipſa indicat. Quo loco etiã in græcis legit, Διαφέρουσιν ἴσως ἢ, ῥοῦν γυναικεῖον &c. in aliqbus nõ tñ melioribus hoc amplius inueniebat, οὖρά τι ἄγχι, ἢ, θανασίμοις ἢ, θηριοδλήκτοις βουβῶσι. i. urinã etiã trahit, uenenisq; & uenenatoq; morſibus ſuccurrit: ea nos facile negleximus, adſtringẽdi uires oxyacãthan habere inueniẽtes: Et Paulꝰ Aegineta agreſti piro ſimilẽ figura & uiribꝰ exeq̃uit, quã nihil eoq; poſſe neq; ille neq; hic teſtati ſunt.

πυρῆνθε.

Περὶ κυνοσβάτου. Κεφ. ρκδ'. De Sẽte canis, quẽ Greci cynosbaton dicũt. CVIII.

KΥνόσβατον, οἱ δὲ ὀξυάκανθαν καλοῦσι. Ῥάμνος ὀξὺ βάτου πολλῷ μείζων. Κλῶνος φύλλα φέρει πολλῷ πλατύτερα μυρσίνης. Ἀκάνθας δὲ περὶ ταῖς ῥάβδοις ἰσχυρὰς, ἄνθος λευκόν. Καρπὸν ἐπιμήκη. πυρῷ ἐλαίας ἐοικότα. ᾧ τῷ πεπαίνεται πυρρόν. τὰ δὲ ἐντὸς ἐρυθρά. Ἴσχει ὁ κοιλίαν ὁ καρπὸς ξηρός. Ῥίζα δὲ ἐν ἄκρῳ ἐρυθρὸς. κακωλικὸν δὲ ἡ ἀστηρίας τοπ ἀπραγεννύμενον ᾧ οἴνῳ ⓒ πινόμενον.

CYnosbaton, ſunt qui & hunc oxyacanthan dicũt. Romani canis ſentẽ appellant. Frutex eſt rubo lõge maior: arbo reſcit enim, foliaq; habet longe q̃ myrtus latiora. Spinas in uirgis duriſſimas, florem cãdidum, fructum oblongum, oliuæ nucleo ſimilẽ, cum matureſcit rubentem, intra quem lanis ſimilia ſunt. Aluum ſiſtit ficcatus eius fructus, in uino decoctus & potus, ſic tñ ut ſine interioribus lanis illis ſumat: faucibus enim & arteriæ nocent.

INTERPRES.

SAtis docuit Columella lib. XII. qualis cynosbatos hic eſſet, uaſtiſſimis ſpinis, paliuro rubiſq; eum coniungens, cum in conſerenda ſepe, præciperet ſemina uaſtiſſimarũ ſpinarum ſolo credẽda eſſe: cuius generis etiã ſunt cynosbati, quos ſua ætas ſentem canis appellauit. Idem & cynorhoda. i. canis roſa quõdam dictus eſt, quoniã flos eius roſeus ſit, & rabidi canis morſibus medeatur, ſi Plinio credimus: quod ſua ætate admonente deo inuentum fuerit. Rura noſtra paſſim eum nouerũt, maximum inter rubos omnes, & qualem in cunctis hic deſcripſit.

Περὶ κύπρου. Κεφ. ρκέ.

De Liguſtro. Caput CIX.

KΥπρος δένδρον ὀξὺ ταῖς ῥάβδοις φύλλα ἔχον ἐλαίᾳ παραπλήσια, πλατύτερα δὲ καὶ μαλακώτερα, ⓒ χλωρότερα. ἄνθη λευκὰ, εὐώδη, εὐόδη. ὠοειδὲς μέλαν, ὅμοιος τῷ τῆς ἀκτῆς. γεννᾶται δὲ ἀρίστη ᾧ τῇ ἀσκάλωνι καὶ κανώπῃ. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα συπτικήν. ὅθεν δὲ μασσηθέντα ἄφθας ἰᾶται. καὶ τὰς ἄλλας πυρώσεις φλεγμονὰς καταπλασθέντα ὠφελεῖ. καὶ ἄνθρακας. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς, πυρικαυτικὸν κατάντλημα. ξανθίζει δὲ καὶ ἐρίας σφόδρα χυλῷ τὰ φύλλα λεαινόμενα καὶ ἐγχριόμενα. τὸ δὲ ἄνθος ἐπιπλασθὲν τῷ μετώπῳ λύει μετ' ὄξους, κεφαλαλγίας παύει. τὸ δὲ σκυαζόμενον δάκτυλον χρίσμα κύπρινον δύναται-

CYpron. Romani liguſtrũ dicũt: Foleę ſimilia folia p uirgas profert, latiora tñ mollioraq;, & magis herbaceo colore: Flores hẽt cãdidos, muſcoſos & odoratos: fructum fert nigrum ſambuco ſimilem. Naſcitur probatiſſimum in Aſcalone Iudææ, & Aegypti Canopo. Eſt folijs adſtringendi uis: eamq; ob cauſam commanducata oris ulceribus, quas aphthas dicunt, feruidiſq; aliis collectionibus & carbunculis, illita opitulantur: fouentur decocto eoq; ambuſta: Ruffant capillum conciſa, ſuccoq; lanariæ herbæ madentia & inuncta. Sedat capitis dolores conciſus flos & ex aceto fronti illitus. Quod fit præterea ex liguſtro liguſtrinum unguentum, admixtis quæ calefaciendo ſunt, calefacit,

κόν. γίνε῀ ἡ μαλακὴ κόμευς, εὐῶδες προσλαμβάνουσα πυρωτικὸν σμίγματος. facit, neruosq; mollit.

INTERPRES.

QVos Maro cecinit à paſtoribus negligi & inutiliter perire liguſtri flores, medicina & unguẽtariorum officinæ libenter exceperunt: illa, ut capiti medicinã in dolore eis faceret: illi, ut quæ præcluſa eſſent, aperirẽt: & quæ induruiſſent, mollirent: multiplicesq; alios tractarẽt uſus, quorũ noſtra ætate nulla aut exigua ratio eſt, cũ alioquin uulgaris & ubiq; paratus frutex hic ſit, nõ contẽnendo argumẽto, uileſcere nobis facile quæ abundant: & ſine labore ſumptúq; aut periculo à natura nolẽtibus etiã porriguntur: Notum, ut diximus, omnibus liguſtrum, Ciſalpina omnis adhuc Gallia ſic uocat, ẽthruria aũt corrupta defleaq; penitus ab antiqua appellatione, ruuiſticum dicit: ſine labore cognoſcendũ in ſepibus, Maio menſe cũ floret, autũno aũt cũ maturis baccis nigreſcit: quæ cauſa ut credimus fuit, neqd corruptũ toto hoc capite legaẽ. Aegineta in uiribꝰ & poteſtate hoc amplius q̃ Dioſcorides illi tribuit, ut apte remedijs his miſceãt q̃ adlienẽ cõficiunt: quod demiret aliqs, niſi quia mollit liguſtrinũ unguẽtũ, durato lieni ideò accõmodatũ ſit.

περὶ φιλλυρέας. κεφ. ρκς'.

Φιλλυρέα δ' ἐνδρυόεσσ' ὁμοίη κύπτῳ κατὰ μέγεθος. φύλλα δὲ ἐλαίης ὅμοια, πλατύτερα δὲ καὶ μελάντερα. καρπὸς ὑπόμελας, ὡς ἐν θέρει κεῖται μύρτου. ἐν βαχέσι δὲ τόποις γίνεται. ταύτης τὰ φύλλα σύφῳ ὡς ἀγριελαίης, πρόσφατα πρὸς τὰ σύφεως δέοντα. μάλιστα τῆς ἐν σμύρνῃσι διαμάσσημα ἢ διάκλυσμα τὸ ἀφέψημα, ἢ πινόμενος ὑπ', οὖρα καὶ ἔμμηνα ἄγει.

De Tilia. Caput CX.

PHillyream L Romani tiliam dicunt.] Liguſtro magnitudine æqualis tilia arbor eſt: Folia & hæc oleæ habet, latiora tantũ nigrioraq; : fructũ fert lentiſco ſimilem nigrũ, ſubdulcẽ, et ceu racemoſum. Naſcit tilia aſperis locis. Adſtringũt agreſtis oleæ modo tiliæ folia: faciunt ad omnia quę adſtringẽda ſunt, p̃cipue oris ulcera: in quẽ uſum commanducãtur, & eorum decocto colluuntur: quod etiam potum urinam & menſes trahit.

INTERPRES.

QVæ in Corollario Barbari tiliæ adijciuntur, ex Plinio Theophraſto q; ijſdem uerbis excripta, nihil præter cõpẽdium laboris habent, his qui omnem eius naturã feſtinata lectione nouiſſe noluerint: multa ſanè, ſed tã noua & affectata elocutiõe à Græcis uerſa, ut Græcaq; literaq; impũi nõ facile intelligãt, qd ſibi tinctura ferri eo loco ſit: quaſi Plinius, quẽ ille tantum amauit, ut totũ iteq; in Corollario ſuo excripſerit, non tẽperaturã ut celaturã dixerit: & quia Græci βαφὴν dicãt, ideo tincturã dicere nos oporteat: pluriſq; faciẽdum ſit, quo mõ aliquid fiat, q̃ qd & quale fuerit factũ, dixiſſe. Illud ego magis oſtendi optaſſem, ſit'ne noſtrati tiliæ antiqua illa eadẽ: dico aũt noſtratẽ, quæ in Ethruria nũc ab omnibus tilia nominat, ex qua ſecãdis corijs eius ſutores paratã ubiq; tabulã habent, in nullã partẽ rectis pectinibus, ſed qua cunq; ferramentũ agat, ſequacẽ & cedentẽ: ideoq; tiliã, ut credimus, dictã, q̃ quę ,pprie quondã tilia dicebatur, per lõgitudinẽ rectis pectinibus tractabilis & fiſſilis ſit: & ob id, ut Theophraſtus etiã retulit, texẽdis ciſtis & corbibus idonea: dico aũt in arboribus & eaq; materia pectines, per lõgitudinẽ rectas pectinũ modo lineas, & interualla quas Græci κτενώσεις dicunt: quorũ nulla ſit in ea ſutorũ tabula & arbore ratio: ſed in omnes partes ſequax pariter & facilis ſectio. Antiquiores Græci ex agreſti pro ſutoria illa tabula utebant, experti in duriore materia acui ferrũ, cõtrà quã in molli fiat: in qua ductũ in ſecando ferramẽtum retundit, & aciẽ amittit. Duo tiliæ genera Theophraſtus, maris & fœminæ appellatione diſtinxit: ſatisq; docuit qualis utraq; eſſet: quod nos paratum omnibus in eo ſcriptore lib. III. relinqmus, illud tãtũ adijciẽtes, alterũ eius genus marẽ. ſ. noſtratẽ, & ſutoriã tiliã eſſe, in omni opere tractabilẽ, q̃ pectinũ ſuorũ ſequaci facilitate nomen alijs omnibus arborũ pectinibus dederit: Paſſim. n. tiliam nunc in arboribus gens noſtra dicit lineas, ductus, interſectionesq; & circũductiones illas, qbus cõfercta omnis eaq; materia, & in ſeipſam ſtipata cõuoluta'ue uidet, q̃d naturę tam diuerſum opus græci κτενώσεις, Plinius eos imitatus, pectines dixit: & in qbus uariarent pectinũ illorũ lineæ & interualla, ſemper adiecit aliquid, quo uarietas illa indicaret, obliquos, criſpos, nodoſos'ue dicens.

Pectines in arboribus.

Tiliæ

περὶ κίσσου. κεφ. ρκζ'.

Κισσός, ὃν ἔνιοι κισσάρον ἢ κίσσαρον καλοῦσι, θάμνος ὄζῳ μὲν ψυχρώδεσι τόποις φυόμενος, πολύκλαδος. φυλλώδης. οὐχ ὑψικλάδος. φύλλα ἔχων περιφερῆ. σχυφνά. γλασέα ἄνθη ὡς ῥοιᾶς. ἐπὶ ἢ τοῦ θήλεως λευκά. δύναμιν δὲ ἔχει συμπικλώδη. ὅθεν τὰ ἄνθη λεῖα πινόμενα ἢ λῖα ἡμέρας ἓν οἴνῳ αὐστηρῷ, δυσεντερίας ἀρμόζει. καὶ αὐτὰ δὲ καταπλασθέντα, νομὰς ἐφίστησι. σὺν κηρωτῇ δὲ πυρίκαυσα καὶ παλαιὰ ἕλκη ἰᾶται.

De ciſto. Cap. CXI.

CIſton ſunt q ciſtaron aut ciſſaron appellẽt. L Romani pariter Græcis ciſton uocãt.] Naſcit ciſtos petroſis locis, frutex ramoſus & folioſus, nec adeo grãdis. Folia hẽt in orbẽ circinata, nigra et hirſuta, flores puniceę figura, ſed in fœmina colore cãdido. Adſtringẽdi uim ciſtos habet, ideoq; cõciſi & in uino auſtero bis p diẽ poti flores, inteſtinorũ torminibus accommodati ſunt. Compeſcunt idem per ſeilliti quæ paſcendo ſerpunt, & cum cera ambuſtis, ueteribusq; ulceribus medentur.

INTERPRES.

Antiquum

ANtiquum uetusq; est,quod me adhuc puero de cisto hac,pro Plinio grauissime certarunt clarissimi uiri Leonicenus,qui nescio an adhuc uiuat,egregie eruditionis homo,& Politianus multi apud nos nominis, dum Plinium de cisto male cõmentantẽ alter deprehendit & accusat: alter sola nominis autoritate & honore,tueri hominẽ conatur: Suntq; omnibus parata, quæ ambo de tota hac ueluti actiõe in iudicio agentes,longissime scripserunt:& ob id relinquenda à nobis,ne sui laboris fructu & honore careant,de bonis literis benemeriti homines.Illud nostrũ erit,quod ad instaurãdã Dioscoridis lectionẽ pertinet, qui ubiq; male habitus & lacer, turpissime in hoc capite & eo loco claudicat, ubi hic ait:sed in fœmina colore cãdido:quod mẽbrum sequaci sermonis serie & certo carebit sensu, nisi intelligaẽ ciston diuisisse antea Dioscoridẽ in marẽ & fœminã,mariq; aliũ,fœminę uero aliũ assignasse floris colorẽ:desideranq; in omnibus græcis totã eam diuisionẽ,cuius ultima tãtum pars seruata sit:quod tam necessario ex his quæ sequũtur cõstituendũ legentibus est,ut tãtum non ego eam restituerim diuisionẽ:præsertim indicãte Plinio lib. XXIIII. capite x.cuius de cisto hæc uerba sunt: cistos appellant fruticẽ maiorẽ thymo, foliis ocimi. Duo eius gña: Flos masculo rosaceus, fœminæ albet: quasi ex hoc scriptore uerterit, ἄνθος δὲ ἔστι θύμου λευκόν. Quod debuerant alij interpretes hiatu saltem aliquo illic relicto,legẽtibus indicare: ne credentes integrum esse locum, inuiti liter in eo laborarent.

Περὶ ὑποκίστιδος. κεφ. ρκβ΄.

De Hypocistide. Cap. CXII.

ΦΥεται δὲ πρὸς τὰς ῥίζας τῆς κίστου ἣ λεγομένη ὑποκιστίς· ὑπ' ἐνίων δὲ, ῥόδιθρον. ἢ κύδνος καλουμένη. ὁμοιόμορφος κυτίνῳ ῥοιᾶς. ἔστι τὸ μὲν αὐτῶν κιτρόχρουν. τὸ δὲ χλωρόν. τὸ δὲ λευκόν. ὅπερ χυλίζεται ὥσπερ ἡ ἀκακία. ἔνιοι δὲ ξηράναντες αὐτὸ, καὶ θλάσαντες, βρέχουσί τε καὶ ἕψουσι. καὶ τὰ ἄλλα πρόσωπα, ὡς ἐπὶ τοῦ λυκίου. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τῇ ἀκακίᾳ. συστηπικωτέραν δὲ καὶ ξηραντικωτέραν. πρόσαντες πρὸς κοιλιακούς. δυσεντερικούς. αἱμοπτοϊκούς. ἕδρας γυναικείας, πτῶσιν καὶ ἀνεμείνη.

HYpocistida Romãi pariter hypocistida dicũt. Nascit ad radices cisti quę hypocistis dicit:à plerisq; eadẽ orobethrũ & cytinus appellat, punicæ cytinis quadãtenus similis. Tria eius gña sunt,coloribus distincta,ruffo,uiridi & cãdido:Acaciæ modo succus ex ea colligit. Sũt etiã q siccatã tusamq; hypocistidẽ, cũ in aqua maduerit, coquũt: nec secus q̃ in lycio cũcta alia faciũt. Habet hypocistis easdẽ acacię uires,maiore tñ adstringẽdi ui est & siccãdi.Prodest cœliacis,intestinoq; torminib⁹,sanguinẽ expuẽtibus,& fœminarũ fluctiõib⁹,pota,clysterecq; infusa.

INTERPRES.

QVod cisto adnascit,cytinos aut ueluti cytinos Paulus Aegineta appellauit:hypocistidem uero ex his expressum succũ:hic cõtrà,hypocistidẽ q̃d adnascit,& cytinos etiã uocari dixit:hic natiuã rẽ, ille humano opere ex eadẽ expressum in medicinæ usum remediũ appellãs,nõ multifaciẽda diuersitate, siquis utriusq; cõsiliũ & propositũ diligẽtius animaduertat.Quid aũt Græcis,& in natura cytini fint,in punica certius cognoscet. Non põt nec debet in aliud differri tẽpus,q̃d nos in hypocistide hac obseruauimus dicere hũc,tria genera eius esse coloribus distincta, ruffo,uiridi,& cãdido: Pliniũ uero ruffum & cãdidum colorẽ illi tãtũ tribuere:quo fit,ut aut in alijs uiridis ille color desit,aut in hoc abundet:& quã orobethrũ hic ait appellari, nescimus nos an corrupta uox sit,& erythranũ ut in Plinio legit,uocari eam oporteat.

Περὶ Λαδάνου. κεφ. ρκθ΄.

De Ladano. Cap. CXIII.

ΕΣτι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κίστου, καλούμενον ὑπ' ἐνίων λήδον. θάμνος καὶ τὰ αὐτὰ φυόμενος τῷ κίστῳ. μακρότερα δὲ τὰ φύλλα ἔχει καὶ μελάντερα. λιπαρίας ἰνάς καὶ τὸ ἔνδον ἐπιπωμένα. ὃν φύλλων ἡ δύναμις συστηπικὴ καθέστηκε, πρόσαντα πρὸς ὅσα καὶ ὁ κίστος. γίνεται δὲ ἀπ' αὐτοῦ τὸ λεγόμενον λάδανον. τὰ φύλλα γὰρ αὐτοῦ νεμόμεναι αἱ αἶγες καὶ οἱ ἔριφοι, τῷ λιπαρίαν ἀναλαμβάνουσι τῷ πώγωνι εὐωχίμως. καὶ τρίχες μακρόθριξ προσαλαπομένην διὰ δυσχάνης ἐξῶδιν. ἣν ἀφαιροῦντες ὑλίζουσι. καὶ ἀπερίθενται ἀναπλάσαντες μαγίδας. ἔνιοι δὲ καὶ οἰνίαις ἐπισύρουσι τρίχας θάμνοις, καὶ δ' προσαπλάσθεν αὐτῆς λίπος ἀπερύσαντες ἀναπλάσσουσι. κεφάλαιον δέ ἐστιν αὐτοῦ τὸ εὐῶδες. ὑπόχλωρον. εὐμάλακτον. λιπαρόν. ἀμέτοχον φάμμου καὶ φαφλασίας. ξηραινῶδες. πρόσαν δέ ἐστι τὸ ἐν κύπρῳ γεννώμενον. τὸ μέντοι ἀραβικὸν καὶ λιβυκὸν εὐτελέστερον.

ESt & alterum cisti genus quod ladon à quibusdã dicitur:Frutex cisto similiter nascens, longioribus tantum nigrioribusq; foliis, quibus per uer pinguitudo quædã,quæ adstringẽdo sit, inhæret,omnibus quibus & cistus accommodata. Fit ex eo ladanum: Folia eius pascentes hirci capræq; pinguitudinem barbis & fœmoribus, quoniam uiscosa sit, inhærentem reportant: quam depectentes, mellis modo per colum liquant, seruantq; in offas conformatam: sunt etiã qui tractis per frutices hos funibus, inhærentem illis pinguitudinem deradunt, cõformatamq; pariter seruant.Probatur ladanum quod odoratum est,molleq; &pingue uirescit: quod nec harenosum, nec squalore fragile, sed refinosum est,quale in Cypro nascit: Lybicum enim & Arabicum minore bonitate & honore est.

Natura

Δάδαμμ δὲ ἔχῃ συπτικόν. θερμαντικόν. μαλακτικόν. ἀνασομωτικόν. ἴσχει δὲ τὰς ἑδρας ἔχας, μιγὲν οἴνῳ καὶ σμύρνῃ καὶ μυρσίνῳ ἐλαίῳ. οὐλάς τε εὐπρεπεστέρας ποιεῖ μετ' οἴνου καταχριόμενον. καὶ ὠταλγίας μετ' ὕδατος μέλιτος, ἢ ῥοδίνου ἐγχεόμενον θερμαπεύει. ὑπερθυμιᾶται δὲ καὶ πρὸς δυστέρωμ ἐκβολάς. καὶ σκληρίας θερμαπεύει. τὰς μήτρας ὑπεραιρομένας καὶ ταῖς ἀναδύσεσι καὶ ἐγκλυσμοῖς καὶ μαλάγμασι χρήσιμος μίγνυται). κοιλίαν τε ἴσχει σὺν οἴνῳ παλαιῷ πρηθέν. ἔστι δὲ καὶ οὐρητικόν.

Natura illi & uis eſt adſtringere, calefacere, mollire, & aperire: Compeſcit ladanum fluentem capillum uino myrrhæq; & myteo oleo admiſtum: emendat, honeſtioresq; facit cicatrices ex uino inunctũ: cõtra auriũ dolores cum dulci aqua aut roſaceo utiliter infundit: Suffitu ſecũdas pellit: & cõtra muliebriũ locorũ durities peſſulis addit. Miſceſ idẽ utiliter his quæ ſomnò dolorẽ leuãt malagmatis, & cõtra tuſſim medicamẽtis: Aluum præterea ſiſtit potum in uetere uino: Ciendæ urinæ præter hæc etiam accommodatum eſt.

INTERPRES.

TOtam colligendi ladani hiſtoriam, omneſq; eius in medicina uires breuiſſime complexus eſt Paulus Aegineta, teſtatus ex ciſto Cyprio frutice fieri quẽ ladona dicunt: quẽ capræ paſcentes, barbis fœmoribusq; ſuis quod pingue & lẽtori ſimile in eo eſt, ſecũ auferũt: idq; collectũ, ladanũ eſſe: neq; ut in Corollario ſuo Barbarus retulit, ex hedera ladone ladanũ fieri is dixit, ſed ex ciſto Cyprio frutice, qui ladon uocetur. Verba eius lib. VI. hæc ſunt: λάδλανον ἀπὸ κιστοῦ τοῦ λάδλονος λεγομένου εἶναι. ἔστι δὲ ἐν κύπρῳ: quod neſcio ego, an Plinio fauens ſic uertere magis ille amauerit, an quæ Plinium hederam & ciſtũ ſimul miſcere coëgerat uocũ ſimilitudo, in eo quoniã ille Aeginetã forte habuit, pro ciſto ciſſon fecerit, lubrico ab altera in alterã uocẽ lapſu, præſertim in imperitis & parũ diligẽtibus librariis: qui incognitam nec ubiq; naſcẽtem ciſtum una tantum mutata litera, ad hederam tranſtulerint, quam ciſſon Græci paſſim dicũt: nec eſſe ciſton hederam, notæ omniſq; eius hiſtoria ſatis oſtendunt: Cypriamq; hanc à priore illa diuerſam Dioſcorides deſcripſit, foliorum longitudine, nigredine & pingui lentore: quoniam folia eius priuatim ſibi inhærentem ad ladani conformationem per uer oſtendant: fecitq; coloris nigredo, quæ foliis huius à Dioſcoride tribuitur, ut in priore illa quod erat τρυφνὰ, μέλανα dixerimus: teſtãtibus id aliquot ex antiquioribus Græcis, in quibus μέλανα, id eſt nigra, non τρυφνὰ, id eſt acerbi ſaporis adhuc legitur. Et quod hic ait, in altera hac ciſto longiora & nigriora folia eſſe: quam comparandi uim & rationem ſiquis diligentius animaduerterit, facile intelliget, congenera eſſe oportere quæ inuicem comparantur, & nigrius alicuius nigri nigrius eſſe: ideoq; oportuiſſe in priore illa cui poſterior hæc comparatur, nigro colore folia eſſe. Id nos tunc obliti, tanq; fugitiuum mancipiũ repetimus modo & uindicamus. Addidimus præterea, mellis modo per colum liquant, ſic in antiquioribus legentes: ὧν ἀφαιροῦντες, ὡς μέλι διυλίζουσι, non ob aliam ut nos credimus cauſam, niſi ut qui capraq; & hircoq; pili in ladano erant, ſecernerẽtur. Quomodo autem per ſaligneum qualum caſtratis alueis liquetur purgeturq; mel, undecimo libro ſatis Columella oſtendit: & ab eo liquandi purgandiq; ladani ſimilis ratio poterit cognoſci. Quam deinde adſtringendi uim ladano Dioſcorides tribuit, Paulus Aegineta ad capilli defluuia tantum contrahit, his uerbis uſus: Habet præterea aliquas adſtringendi uires, quibus fluentem capillũ confirmet: Hic, Plinius q; in adſtringenda aluo manifeſte utuntur, quod ſignaſſe legentibus placuit.

περὶ ἐβένου. κεφ. ρλ'.

De Ebeno. Caput CXIIII.

ΕΒΕΝΟΣ κρατίστη ἡ αἰθιοπική. ἐστὶ μέλαινα. καὶ μὴ ἔχουσα κτηδόνας. ἐμφρήσσει κέρασι ἐπιγασμῷ τῇ λόγχῃ. θλασθεῖσα δὲ πυκνὴ, δακλικὴ ἐν τῇ γεύσει ἐστὶ ὑπερύφουσα. πεθεῖσα τε ἐπ' ἀνθράκων μετ' εὐωδίας καὶ ὄιχα καπνοῦ ἐκδυμωμένη. ἢ ἐν προσφάτῳ διὰ τὴν λιπαρίαν. ἀναπίπτει πυρὶ προσαφθεῖσα. τριφθεῖσα δὲ ἐπ' ἀκόνης, ὑποκιρρός ἐστιν. ἔστι δὲ ἄλλη καὶ ἰνδική, ἔχουσα διαφύσεις λευκὰς, καὶ κιρρὰς. καὶ ὡσὶ λουὸ ὁμοίως πυκνούς. πλὴν βελτίων ἡ πρώτη. ἔνιοι δὲ τὰ σησαμοειδῆ καὶ ἀκάνθινα ξύλα ἐμφερῆ ὄντα, ἀντὶ ἐβένου πωλοῦσι. διαγινώσκεται δὲ ἔκ τε τοῦ χαυνά τε εἶναι, καὶ κατὰ χίσκας μικρὰς ἀπολύεσθαι ἐμπεφυρσμένα τῷ χρώματι. μηδὲν δὲ δακλικὸν ἐχούσας ἐν τῇ γεύσει, ἢ ἐν τῇ θυμιάσει εὐώδεις. δύναμιν δὲ ἔχει συμπλοκὴν ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις. πρίεται δὲ πρὸς τὰ παλαιὰ ἑψήματα καὶ φλυκτίδας.

PRobatiſſima ebenus Aethiopica ẽ, nigra, nullis pectinib⁹, lẽuore ſuo cornu leuigato ſimilis, ſpiſſiſſimæ in frangẽdo ſoliditatis: quæ guſtũ mordaci eroſione tẽtat, & leniter adſtringit, prunisq; impoſita, iocũdo odore & ſine fumo uaporatur. Recens pinguitudine quã habet accẽditur, & flãmas igni admota agit: eadem in cote attrita, ruffeſcit. Eſt & alia ebenus Indica, candidis & rutilis intercurrentibus lineis, ſimilibusq; crebris maculis: probatiſſima tamen prior illa. Vendunt pro ebeno quidam ſpinæ Indicæ, aut mori, fallente ſimilitudine, materiam. Deprehenduntur tamen quod fungoſa & inanis illarum materia eſt: & in exigua fragmenta colore purpureo ſcinduntur: nihilq; quod mordeat in guſtu habent: nec accenſæ odorem ex ſe mittunt. Eſt ebeno egregia uis in exterendis his quæ claritati oculorum officiunt: Facit præterea ad eorum deſtillationes & puſtulas.

εἰ δέ τις πρίσας ἔτι αὐτῆς ἀκόνιον χρῷτο εἰς τὰ κολλύρια, βέλτιον ἂν ὀργήσῃ. κατεργάζεται δὲ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ τὴν τρυμάτων ἢ ἐλωιμάτων, βεχομένων ἐν οἴνῳ χίῳ ἡμέραν ⟨ νύκτα. εἶτ' ἀλοισθέντων ὡς μέλως ⟨ εἰς κολλύρια ἀναπλασσομένων. ἔνιοι δὲ πρότριφαντες δικθῶσιν αὐτά. εἶτ' οὕτω τὰ λοιπὰ πρίσι. ἄνευ δὲ ἀντὶ οἴνου ὕδατι χρῶνται. καίεται δὲ ἐν ὠμῇ χύτρᾳ ἕως ἂν ἀνθρακωθῇ, ⟨ πλύνεται ὡς ὁ κεκαυμένος μόλιβδος. ἁρμόζει δὲ φωτοφθαλμίαις. ⟨ πρὸς ἣ τριαύτη ξηροφθαλμίας.

Siquis etiam attrita in cote ebeno ad oculorũ collyria utatur, efficacius malis illis medebitur. Curatur præterea ebenus ad oculorum medicinam ramentis scobe'ue eius integram cum sua nocte diem in uino Chio madentibus, tũ diligenter concisis & in collyria conformatis: quidam ebeni ramenta & scobem antea trita cribrant, & reliqua deinceps pariter faciunt: Sunt etiã qui pro uino aqua utuntur. Crematur ebenus in crudo fictili, donec tota in carbones transierit: lauaturq; cremati plumbi modo. Vtilis hæc contra oculorum aridas lippitudines & scabies.

INTERPRES.

POtest ebenus nigri splendoris materia, & sine artificio aliquo protinus amabilis, laudes suas in poëtis ostẽdere: & quod Mitylenęo iuueni à se amato poëtria Sappho lugubri carmine significabat, id ipsum de se hæc etiã dicere: Candida si non sum, placui diu tamen gentibus, & in honore quondam habita, nigredinis meæ damna splendore & gratia rependi: nec in Pompeĩ Mithridatico triumpho, tantis q; regis illius spoliis gratius aliud q̃ ex me urbi spectaculum fuit, licet nondũ satis cognita, nec bonitatis nataliumq; meorũ certa inter autores historia: Cum Maro Indiã tantũ ferre ebenũ cecinerit, quã Aethiopię alij etiã & primæ bonitatis assignauerint: alij inter arbores numerent. Vnus Pausanias in Atticis, nec folia nec fructus ferre prodiderit, neq; à sole conspici, sed sub terra tantum radices esse, quas fodiant Aethiopes, sintq; in ea gente eruscandæ ebeni peritissimi aliqui: hanc Theophrastus arborem cortice buxo similem testatus est: decorticatam deinde, nigro colore fieri. Habet hæc etiam suas in medicina uires, quas obiter idem Theophrastus signauit his uerbis: χρήσιμον δὲ καὶ τὸ ἐβένινον ξύλον πρὸς τὰς ὀφθαλμίας ἀκόνῃ τριβόμενον: quod totum ab hoc certius & amplius docetur, ut ipsi etiã paulopost ostendemus. Interim legentes monebimus, suspicari nos, nec leui argumento, in cunctis Græcis uitium illic ubi nos uertimus, pro ebeno uendi à quibusdam spinæ Indicæ & mori materiã: quo loco spinæ Indicæ addidimus, & pro sesamino ligno, mori mutauimus: Spinæ enim nihil adiectum legebatur: nec legentibus licebat ex tam multis spinis, quæ diuersæ toto orbe nascuntur, quã hic diceret, intelligere: idq; autore Plinio fecimus, libro XII. dicente: Ibi & spina similis, sed deprehensa uel lucernis igne protinus transiliente: quod in uera ebeno fieri hic aperte testatur. Præterea quod erat σησάμινα à sesamo in frugum genere, adiectiuo nomine σύκινα legendum esse arbitrati, mori materiam uertimus. Quid enim frugi simile cum arbore? aut quod potest sesaminum lignum intelligi? Fuit autem facilis in tanta uocũ similitudine ab altera in alteram lapsus. Extenuandi egregias habere ebenum uires, testatus Paulus Aegineta est: ideoq; utilẽ contra ea quæ claritati oculorũ officiant. In quo malorũ genere, aliorumq; quæ in ea parte fiunt, hic ueteres destillationes & pustulas primũ, mox aridas lippitudines & scabies numerauit: de quibus & nos more nostro breuiter agemus, ex Galeno destillationes diffiniẽtes: Tenues qui ferantur ex oculo humores, qui nec cohiberi possint, nec uolentibus nobis fiunt: à lachrymis hoc solo differentes, q; lachrymæ non semper fluunt, & electionẽ uoluntatemq; aliquã in nobis habent. Pustulas uero cum facta exulceratione, aut sine ea, in summa cornea tunicula tenuissima mẽbrana, sublimis & in altũ surgens mediũ humorem conceperit & seruauerit. Aridas deinde lippitudines & scabies (sic enim autore Celso ξηροφθαλμίαν uertimus) cum in oculorũ angulis asperitates prurigines q;, & ueluti ulcera fiunt, rubent cilia, & nitrosæ salsæq; lachrymæ destillant: una diffinitione, ut uidetur, utrunq; malum, ariditatem scilicet & asperitatem complexus Galenus est. Celsus seorsum de utroq; egit: Nos Græcorum decreta secuti, utrunq; coniunximus. Superest nunc tantũ ut dicamus, quid nam in curationis & remediorũ modo hic ἀκόνιον dixit, & nos attrita in cote ebeno &c. uertimus: facto à Græcis & reddito à nobis ex cote & usu eius nomine, quam Græci ἀκόνη dicunt: ut q; in ea confricatũ acuitur ferrũ, sic in acuenda hebeti luce confricandi ebeno oculi: nec aliud hic ἀκόνιον dixit, q̃ conformatã in hunc usum ebenum: qua subinde ad oculos relata, hisq; ea confricatis, extenuante attritu, quæ claritati lucis nocent, paulatim melioresc at humani corporis pretiosissima pars.

Pustulæ. Destillationes.

ξηροφθαλμία.

Aconium. ἀκόνιον.

περὶ ῥόδων. κεφ. ϛλά.

De Rosis. Cap. CXV.

ΡΟδον ⌊ Ρωμαῖοι ῥόσα. ⌋ ἢ ψύχει ⟨ σύφει. τὰ δὲ ξηρὰ μᾶλλον σύφει. χυλίζεται δὲ διὰ τὰ ἁπαλὰ ἀποφαλλίσαντες τὸ ὄνυχα καλούμενον. ὅ περ ὄζει τὸ λευκὸν ἐν τοῖς φύλλοις. τὸ δὲ λοιπὸν ἐκθλίβεται καὶ τρίβεται ἐν σκιᾷ, ἐν δυΐᾳ ἄχρις οὗ συσταφῇ. οὕτω τε ἀποτίθεσθαι εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς περιχρίσεις. ξηραίνεται δὲ τὰ φύλλα ἐν

RHodal ⌊ Romani rosas dicunt. ⌋ Refrigerant & adstringunt recentes rosæ: siccatæ efficacius adstringunt. Exprimendus ex recentibus rosis succus est, forfice prius defecto ungue. (Sic enim appellatur in imo folio candida pars:) tum in mortario terenda sic defecta folia exprimenda q̃ue, & in umbra siccandus donec densetur succus, qui ad oculorum circunlitiones seruabitur. Siccantur & in umbra

σκιᾷ συνεχῶς στρεφόμενα ἵνα μὴ εὐρωδιάσῃ. πρὸς δὲ τὸν ξηρῶν ἐνηθέντων ἐν οἴνῳ δ' ἀπόθλιμμα, πρὸς ἄλγημα κεφαλῆς, ὀφθαλμῶν, ὤτων, οὐλων, στακτύλων. ἀπόθυσμὸν οὖ ἐντέρου, μήτρας, πρὸς ἐγχριόμενον μὴ προσκλυζόμενον. αὐτὰ δ' ἰχα τ' ἐκθλιβῆναι, κοπέντα μὴ ἐπιπλασσόμενα, πρὸς πρὸς ὕπαχον δάκρυον φλεγμονὰς, μὴ σομάχου πλάσμα καὶ ἐρυσιπέλατα. ξηρὰ δ' λία πρὸ μικροῖς προστιθέντες. ἀνθηραῖς τραυματικαῖς ἀνὰ δύο μίγνυται. καίεται δὲ εἰς καλλιβλέφαρα. τὸ δὲ ἐν μέσοις τοῖς ῥόδοις εὑρισκόμενον ἄνθος οὕλων ὀδυματισμοὺς ξηρὸν προστιθὲν ποιεῖ. αἱ κεφαλαὶ δὲ ποθεῖσαι, κοιλίαν ῥέουσαν αἵματος ἀναγωγὴν ἐπέχουσιν.

umbra folia continua uolutatione, ne contracto ſitu muceſcant. Confert quod ex ſiccis roſis in uino decoctis expreſſum fuerit, capitis doloribꝰ, aurium, gingiuarum, ſedis, longanonis, inteſtinorũ, uuluæq; ſic ut aut penna inungatur, aut clyſtere infundatur. Ipſæ etiã roſæ ſine expreſſiõe aliqua tuſæ, moxq; illitæ, præcordiorũ inflãmationibus, humenti ſtomacho, & ſacris ignibus medentur. Siccatæ eædem tritæq; fœmorũ intertriginibus inſperguntur, floridisq; & uulnerarijs antidotis miſcentur. Cremant̃ præterea roſæ ad honeſtandas cinere eo palpebras. Qui uero in medijs roſis flores, id eſt lutei apices ſunt, ſiccati, inſperſiq; in gingiuas, deſtillationes compeſcũt. Roſarum poſtremo pota capita fluentem aluum, & ſanguinis excreationes compeſcunt.

INTERPRES.

AVxerunt roſæ nobilitatẽ Græcorũ poëtæ ſophiſtæq;, & quaſi ad honorẽ & gratiã nõ ſatis illi eſſent odor colorq;, & totius floris egregia quædã maieſtas, quã nullibi natura ſpecioſiorẽ magisq; amabilẽ fecerat, diuinos natales illi etiã tribuerũt, fingẽtibus alijs in dearũ iudicio, q̃d ad Scamandrũ à Paride quondã factũ eſt, à Venere roſam primũ iuentam, eoq; flore coronatã, iudici & aduerſarijs deabus adeò tũc placuiſſe, ut Veneris roſæ libẽter ſubſciẽtes Pallas galeã, Iuno regiũ diadema, qbus inſtructę & ornatæ ad iudiciũ uenerãt, amorũ leporũq; omniũ numini æquo animo ceſſerint. Alijs miſerabiliore fortuna canẽtibus, Veneris ſanguine puniceo colore, quę prius cãdida fuerat, floruiſſe roſam, cũ amato à ſe Adonidi, cõtra Martẽ zelotypũ deũ & hoſts riualẽ, dea opẽ ferret: quo animo p ſyluã feſtinãte dea, uulnerato à ſpina pede, q diuinus ex dea fluxit ſanguis, cãdidã antea roſam puniceo colore infecit. Alijs poſtremo cõtrà tradẽtibus, nõ ex deę ſed Adonidis ſanguine iubẽte dea, mutato colore rubuiſſe roſam: & cũ ſimul Venus lachrymaret, flueretq; ex Adonidis uulnere q̃d riualis deus fecerat ſanguis, lachrymę anemonã, ſanguis roſam, nõ diſſimiles penitus nec antea eo colore uiſos flores protulerũt. Quę omia græcã fidẽ ſecuti aliquot latini poëtæ, ſuis & ipſi carminibus rem illuſtrarũt: Nec aliud li. VII. intelligi Martialis uoluit, cũ in Epigrãmate ſuo de roſa cecinit: Sic te ſemper amet Venus memẽto: Idẽ & Maro, mõ legitimus tanti poëtę ſit, q eius nomine circũferẽt hortulus, quondã ſignificauit dicẽs: Syderis & floris eſt dña una Venus: nec aliud in Claudiano indicat uerſiculus: Sic fata cruoris Carpit ſigna ſui. Quod totũ ſola roſæ nobilitas & maieſtas fecit: æqua cũ diuinis cõparatione, ſi uoluptates eius & utilitates iuſte æſtimẽt. Gña roſarũ multa Theophraſto primũ, mox Plinio fuerunt, ex foliorũ numero p̃cipue diſcreta: Poſt quę nõ male aliqs forte credat alia etiã extitiſſe, & noſtra ętate adhuc eſſe: tãto opere diuerſis locis perſe, & humano opere coacta, uariat natura ſuas opes: Dicimꝰ aũt id, qm̃ quę nunc Damaſcenæ paſſim uocãt, peregrinas aliqũ Italię ea gẽtis nota fuiſſe indicat: & quas Aetruria Anconitanas mõ appellat, purpureo in cãdido colore folioſas, odoratiſſimas, exiguo intus flore, ſuccoq; multo abundãtes & aquoſas, in antiquorũ hiſtoria nõ facile deprehẽdi nobis poſſe uidẽtur, & ſi Plinius autũnales aliquas dixerit, q̃d Damaſcenæ illius propriũ eſt, quã nõ autũno tantũ, ſed hyeme etiã tepidioribus locis uidere licet: tãta eſt in tã amabili flore naturæ fertilitas. Quibus diſcernebanꝰ quondã notis roſę, foliorũ multitudo, aſperitas, lẽuor, color & odor erãt. In colore uere puniceus maxime laudabat, & in p̃tio erat. Candidus. n. uilis & in nullo honore, p̃ſertim in medicina: Quã ut aptius uolẽtes ex hoc ſcriptore tractẽt, nõ pigebit q̃ inſtaurauimus hoc capite breuiter dicere: eritq; id primũ, q̃d in cũctis ferè Græcis à principio ſtatim deerat, legebat̃ n. ῥόδα ψυχῇ κοὐ σύφῃ. τὰ δὲ ξηρὰ μᾶλλον σύφῃ: cũ tñ ex melioribus legi oporteret, νωπὰ ψυχῇ κ̀ σύφῃ: ut ſit ſenſus, in roſis refrigerare & adſtringere recẽtes, ſiccas uero amiſſa refrigerandi poteſtate, ſolũ & efficacius adſtringere: indicatq; id p̃ter antiquorũ codicũ fidẽ res ipſa & ſermonis ordo, in quo altera pars per cõtrariã diuiſionẽ illata, cõtrariã ſibi alterã exigit. Cumq; in poſteriore de ſiccis ageret, oportebat in priore de recentibus actũ fuiſſe. Sequtur non multo poſt, quod penitus corruptũ ſit, facilẽ tñ inſtaurationis cõiecturã habet: Docet enim Dioſcorides, deſectis foliorũ roſę unguibus, terendũ in mortario reliquũ corpus exprimẽdumq; & in umbra habẽdũ ſuccũ, donec denſet. Sed non põt ex his quæ nunc in eo legunt̃ hic ſenſus colligi: nos quoniã illic mortariũ & umbra eſt, & donec denſet: eo ſenſu qui legit̃, Serapionis ope reddidimus: Quod donec certius aliquid ab alijs inueniat̃, à legẽtibus accipi uolumus. Quod erat deinde ξηρὰ δὲ λεῖα μίροις προσπάσσεται nullo ſenſu, ex antiquoꝝ & meliorũ codicũ fide inſtauratũ ẽ, παραβλήματα μυρῶν. i. fœmorũ intertriginibus: quę aũt intertrigines ſint, dictũ non multo antea à nobis eſt. Dicẽdum præterea quas nã circũlitiones oculorũ nos dixerimus, nõ magis à mali alicuius in oculis curatione, q̃ ad expolitionẽ & nitorem eius partis pręparatũ remediũ, idẽ ferè quod Græci καλλιβλέφαρα, & nos honeſtãdis palpebris utilia uertimus. Dicendũ etiã qbus appellationibus plures & diuerſæ in roſa partes antiquis indicarẽtur: Manifeſtũ folium omnibus & eius unguis: Flores hi dicuntur, qui lutei apices & quaſi capillamẽta in medio eius ſurgunt: Calix, nondũ totis foliꝭ patens & explicitus roſæ globus: Cortex, qui calicem ambit, dehiſcente q; roſa, in quinq; ueluti laſcinias ſcinditur: Caput, quod ab inferiore parte lanoſum, intus totam ſuſtinet roſam.

Circũlitiões
Flores
Calix
Cortex
Caput roſę

περὶ ροδίδων. κεφ. ϛλβ'.

ΚΑὶ ἃι λεγόμεναι ῥοδίδες, σκόλυ ἄζουν τὴν ξόπην τῶν ῥόδων χλωρῶν ἀξηχ μεμαρασμένων ⊲ μ'. νάρδ ινδικῆς ⊲ ί. σμύρνης ⊲ ϛ'. λεῖα ἀναπλάσσεται εἰς τροχίσκους τριοβολιαίους. ἢ ἐν σκιᾷ ξηραίνεται. ℂ ἀρτίδεται εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον ἀκόνητον πρὶν ἐσφλωμμῶσαι. ἔνιοι δὲ προσιθέασι καὶ κόσου ⊲ ϐ'. ἴριδος ἰλλυρικῆς τὸ αὐτό, μίστον πεῦ οἴνου χίου μετὰ μέλιτος. χρῆσις δὲ αὐτῶν ὀδύν, ἐπὶ γυναικῶν, πρὸς θεμμῶν ἢ τραχήλου ἀντὶ ὁρμοῦ ἢ Δύπνου ἀμβλυνούσων τὸν τῆς ἰδρότων δυσωδίαν. χρῶνται δὲ καὶ λείοις ἐν διαπλάσμασι ℂ συγχρίσμασι μετὰ τὸ λουτρόν. καὶ μετὰ τὸ ξηρᾶναι θλῶσι, ἐκλύουνται ψυχρῷ.

De Roſeis paſtillis. Cap. CXVI.

RHodidas ⌊ Romani rhodidas pariter dicunt.⌋ Conficiũtur hoc modo quas rhodidas, i. roſeos paſtillos dicũt: Sumito recentes roſas nullo alieno humore madẽtes cum languere iam & areſcere incœperint, põdere drachmarũ quadraginta: ſumito itidem nardi Indicæ drachmas decẽ, myrrhæ uero ſex: conciſa dein ſimul oĩa, in paſtillos triobolares cõformato: cũq; in umbra ſiccati aruerint, in fictili non picato uaſe undiq; obturato, ne ſpirẽt, ſeruabunt: Adiiciũt pleriq; etiã drachmas coſti duas, Illyricæ iridis tantundẽ, & cũ melle Chiũ uinũ. Vtunt his mulieres, collo moniliũ uice, ad minuendũ ſudoris ingratũ odorẽ, circũponentes. Vtunt his etiã tritis & in unguentis à balneo ſtatim ungentes inſpergẽtes'ue: cumq; in corpore aruerint, frigida aqua lauantes.

INTERPRES.

SImilem non eandem Dioſcoridi rhodidarum confectionem Paulus Aegineta libro VI. docet, neq; eodẽ genere eam appellat: hic fœminino rhodidas, ille neutro ῥοδία uocat, iubetq; recentibus roſis & eodem pondere ipſe etiam confici. Cætera uero illi huiuſcemodi ſunt: Indicę nardi drachmas quinq;, myrrhæ tantundem, coſti & iridis, ſingulorumq; drachmas duas: Vino omnia ſubigenda ſunt: conformatiq; triobolares paſtilli in umbra ſiccantur. Vſus illi tantum in fœminis eſt ad arcendos ſudoris in collo graues & ingratos odores. Latini quod hactenus inuenerim, de his nihil tradiderunt, Romana grauitate blanditias amorum & uoluptatum illecebras docuiſſe, indignum exiſtimantes. Nec nos aliud hoc loco indicabimus, ſi non carere naturæ ratione: monſtrante q; experientia, ab unguentarijs iampridem receptum fuiſſe, quod hic ait, μεμαρασμένων à nobis longius redditum, cum iam languere & areſcere incipient. Si Theophraſto credimus ultimo de cauſis plantarum libro, de tota odorum & odoratorum ratione longius agenti: Qui cum ratiocinatus eſſet, cur alia olerent uirentia, alia ficca: alia cominus, alia eminus: & inter hæc de uiolis & roſis: ſubiecit ſtatim uiolas præſertim q; albas, infirmitate ſua efflato omni odore, cum ficcæ ſunt, nihil olere: Roſas autem ſiccas etiam olere, ſed cominus tantum: eiusq; rei cauſam eſſe, q; ſiccatæ amiſſo humore induruerunt, neq; halitum ex ſe longius mittere poſſunt. Quam ob cauſam & unguentarij eas quadantenus ſiccant, ut purum odorem relinquant: nam uirentes adhuc inutili unguentis aquoſo humore abundant: Id q; eſt quod hic ait, tunc conformandos ex roſis paſtillos hos eſſe, cum languere & areſcere iam incœperint: id enim μαραίνειν Græcis eſt, deficiente paulatim & areſcente humore, extenuari, contrahi & tabeſcere.

περὶ Λυκίου. κεφ. ϛλϛ'.

ΛΥκιον, ὃ ἔνιοι πυξάκανθαν καλοῦσι, δένδρον ὄζοις ἀκανθώδες. φάβδους ἔχον τριπήχεις ἢ ℂ μείζονας. περὶ ἃς τὰ φύλλα πύξῳ ὅμοια, πυκνά. καρπὸν δὲ ἔχει ὡς πέπερι μέλανα. πικρόν. πυκνόν. λίπον. καὶ τὸ φλοιὸν ὑπωχρόν. ὅμοιον τῷ δένδρῳ λυκίῳ. ῥίζας δὲ πολλάς. πλαγίας. ξυλώδεις. φύεται δὲ πλῆθον ἐν καππαδοκίᾳ καὶ λυκίᾳ, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πολλοῖς. ξηχέα δὲ φιλεῖ χωρία. χυλίζεται δέ, τὰ φύλλα σὺν τοῖς θάμνοις θλασθέντα καὶ ξηχέντα, ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας. εἶτα ἐφθέντων. καὶ τὰ μὲν ξύλωμα ῥιπτούμενον, τὸν δὲ ὑγρὸν πάλιν ἑφθούμενον μέχρι μελιτώδους συστάσεως. δοκεῖ δὲ ἀμόργνυσθαι τῇ ἑφθίσει ἅμα μιγνυμένης, ἢ ἀφυθίου χυλίσματος, ἢ βοείου χολῆς. ℂ τὸ μὲν ἐπινηχόμενον ἀφεῖναι δεῖ ἐν τῇ ἑφθίσει ἀφελόντα, ἀπόθου εἰς τὰ ὀφθαλμικά. τῷ δὲ λοιπῷ εἰς τὰ ἄλλα χρῶ.

De Lycio ⌊ ſiue buxea ſpina.⌋ Ca. CXVII.

LYcion ⌊ Romani pariter lyciũ dicunt.⌋ Lyciũ quod pyxacanthã ⌊ id eſt, buxeã ſpinã.⌋ aliqui uocant, ſpinoſa arbor eſt, tricubitalibus uirgis & aliquando maioribus, circa quas folia ſunt denſa, buxo ſimilia. Fructum fert piperis figura, colore nigro, amarum, & cum lẽuore denſum: corticẽ uero pallidũ diluto lycio ſimilem: radices numeroſas, latas, lignoſas q;. Naſcitur plurima ſpina hæc buxea in Cappadocia, Lycia, pluribus q; alijs locis. Aſpera & dumoſa amat loca. Colligitur ex ea ſuccus tuſis unà cũ frutice radicibus, & cum diebus aliquot in aqua maduerint, decoctis: tum exempto ligno, iterum eo qui ſupereſt liquore ad craſſitudinem mellis decocto. Adulteratur lycium admiſta in coquendo amurca, aut abſinthij ſucco, aut bubulo felle. Auferendum in coquẽdo quod in ſummo fluitabit ſpumoſum, oculorum medicinæ ſeruandum: reliquo in alijs utendũ erit.

Expri-

κίνητ᾽ ὴ ⟨1 ἐκ τοῦ κ̄ρᾶνου ὁμοίως χύλισμα, ἐκπιεσμένου ⟨1 ἁλιαζομένου. ἔστι δὲ κάλλιστον τὸ καιόμενον λύκιον, ὴ κ̄ρ̄ τὸ σθεσὶν τὸ ἀφεψόμενον εὐωδες ἔχον, ἔξωθεν μέλαν, διαιρεθὲν δὲ κίρρον. ἄβρωμον. σύφον μετὰ πικρίας. χρώματα κροκῶδες, ὃ ἰόμ ὅτι τὸ ἰνδικόν. διαφέρον τοῦ λοιποῦ ⟨1 δ᾽ ὠμὸν ἰκτερικώτερον. Δύναται ὴ ἔχ᾽ συπτικήν. ὴ τὰ ὠλοσκοπῶντα ταῖς κόραις καθαίρ᾽. ψωριάσαντες ὴ τὰς ἐπὶ τῶ βλεφάρων, ὴ κυκνοὺς, ὴ παλαιὰ ἕλκη βραπευ᾽. πρὸς δὲ ⟨1 προσώτα πυορροοῦντα. πρὸς ὠδήματα. οὖλα ἐλκωμένα. ὴ διεῤῥωγότα χείλη. ξαραδ᾽ας ἐν δ᾽ακτυλίοις. πρὸς ξύμματα, ἐπιχριόμενον. ἀρμόζ᾽ ὴ κοιλιακοῖς ὴ δυσεντερικοῖς, πινόμενον ὴ ἐγκλυζόμεν᾽. δίδοται ὴ ὴ ἀιμοπτοϊκοῖς ὴ βήσσι συνυδ᾽αῖ, ὴ πρὸς ὑπαλυσῶντας κυνὸς δηχθέντιν. ἐν καταπλάσματι ὴ συνυδ᾽αῖ πρότον. ξανθίζ᾽ ὴ ξηρὰ χᾶς. πάσσοντι ὴ ἐπὶ ἕλκεσιν ρυπαρὰ ἰᾶται. ὑπὸ ὴ λυσοδ᾽κτρις πρὸ ἐν μετὰ γάλακτος. ἢ αὐτὶ καταπότου λαμβανόμεν᾽. λέγετ᾽ ὴ ⟨1 ἰνδικὸν λύκιον γίνεσθαι ἐκ θάμνου, ᾧ λεγομένης λοτχίδος. ἔστι ὴ εἶδος ἀκάνθης, ῥάβδους ἔχουσα ὀρθὰς ξηπτικὰς ἢ ὴ μείζους πλατὰς ἀπὸ τοῦ πυθμένος, παχυτέρας βάτου. φλοιοὺς ἐρατειὲς ἐνεργεῖς, τὰ δὲ φύλλα ὅμοια ἐλαίᾳ. ἧς ἡ πόα ἐν ὀξυδ᾽ ἐψηθεῖσα ὴ προσομένη, ἰσορροπεῖ φλεγμονὰς ὠλκὸς ὴ ἕλκεσι ὴ περὶ τὰ ὦτα. ὴ καθάπερ γυναικείας ἄρχ᾽. ὴ ὠμὴ δὲ λεῖα πρῶτα, τὰ αὐτὰ πρὸς πᾶσ᾽ ἰδ᾽. τὸ δὲ σπέρματος μύσχα δ᾽ύο πρὸ θέντα, ὑδ᾽ατώδη καθαίρ᾽, ὴ θαυασίμοις βοηθεῖ

Exprimitur & ex ſemine eodem modo ſuccus, & inſolatur. Probatiſſimum lyciũ quod igne accenditur, & cum extinguitur, rubentes ſpumas agit, foris nigrum, intus cum frangitur ruffum, quod nullum habet odoris uirus, cum amaritudine adſtringens, colore croceum quale Indicum eſt, bonitate cætera antecedens, & cunctis alijs efficacius. Eſt lycio adſtringẽdi uis. Exterit quæ claritati oculorũ officiunt: palpebrarumq; ſcabies, prurigines, & diutinas deſtillationes ſanat. Facit ad purulentas aures, tõſillas, exulceratas gingiuas, labrorum ſediſq; rimas & intertrigines, inunctum. Inungitur idem bibiturq; cœliacis, & inteſtinorum torminibus. Datur in aqua ſanguinem expuentibus, datur & tuſſientibus. Prodeſt & contra rabidi canis morſus ⌊ fabæ magnitudine ⌋ deuoratũ, aut in aqua potum. Flaueſcit unctus eo capillus. Reduuias idem, putreſcentiaq; & quæ ſerpunt ulcera, ſanat. Siſtit fœminarum fluctiones appoſitũ, aut cum lacte potum. Fertur Indicum fieri lyciũ ex frutice qui lonchitis dicitur. Eſt autẽ lonchitis ſpina ramis rectis tricubitalibus, & aliquãdo maioribus, à radice ſtatim numeroſis, & rubo craſſioribus. Videtur ruffo colore diſſectus eius cortex, & oleaginis ſimilia folia ſunt. Feruntur Indicæ huius ſpinæ frondes in aceto decoctæ, lienis inflammationes, & fellis ſuffuſiones potu ſanare, menſes præterea trahere: quinetiam ſi crudæ tritæque bibantur, eadem præſtare creduntur. Creduntur & ſeminis pota duo myſtra, corporis purgare aquas, & contra uenena remedio eſſe.

INTERPRES.

Difficillimã nobis in buxea hac ſpina, & quod ex ea fit lycio, cõmentationẽ faciunt in alieno & quaſi extremo nobis orbe poſitæ Cappadocia, Lycia & India, quę loca barbari & alienę religionis gentes ætate hac noſtra incolẽtes, paulominus q̃ inacceſſa omnibus ea fecerũt, ijſq; præſertim qui cognoſcendæ ſolũ naturæ cupidi, unoq; hoc ſtudio ad eos feſtinantes, inhumanis & auaris barbarorũ cõmercijs fœliciter uti nequeũt: nec audent cũ tam aſperis conflictari ingenijs, quos etiã ſi nullæ ſint difficultates aliæ contrarię religionis odium ſuſpectos ſtatim faciat, & ubiq; periclitari cõgat: Nihil ideo priuatim de lycio & buxea ſpina dicendum à nobis eſt: Quæ enim à Plinio libro duodecimo & xxiiii. longius dicta ſunt, parata & expoſita omnibus relinquimus: nec minus etiã quod res ipſa indicat, & alij iã teſtati ſunt, quod cõfectũ eſt. ſ. & unde id conficitur inuicẽ mutato noĩe lycium & pyxacantham dici, quẽadmodũ & pleraq; alia in medicina dicunt: in quibus inutile & ſine honore reliquũ corpus, alicui parti & uſui nominis ſui honore libẽter ceſſit: idq; in buxea hac ſpina præſertim factũ eſt, quæ ſolo medicamẽto, qua ratione hic docuit, ex ſe cõfecto, & ex Lycia quõdam in Græciã allato, cognoſci ęquo animo fert: gaudet, quod raro & paucis cõtigit, amiſſis cõmunibus naturę notis & nomine, priuatim ex uſu & à gẽte honeſtiorẽ inuenieſſe appellationẽ: Lycium enim ideo uocatũ eſt, q̃ probatiſſimũ & quotidie ex Lycia ad alios importaretur. Quæ aũt plãtæ forma eſſet, ſatis hic & Plinius in hiſtoria eius oſtenderunt: in qua nos monente Plinio, & atteſtante ueterum græcorũ fide, q̃d in impreſſo legebaẽ, ῥίζας δὲ πολλὰς πλαγίας. i. radices numeroſas obliquas, una tãtũ mutata litera, πλατείας. 1. latas uertimus. Expunximus deinde aliqua: bis enim importune idem repetebatur, in quo iterum contra rabidi canis morſus ſumi lycium Dioſcorides iubet: & quoniam in uetuſtioribus aliquibus pro melle eo loco lac legebatur, ex Plinio remedium aliud illic inſtauraũimus, dicentes ſiſtere lycium fœminarum profluuia appoſitum, aut cũ lacte potũ. Plinij lib. xxiiii. capite xiiii. inter alias lycij uires hæc uerba ſunt: Bibit & à mulieribus in lacte cõtra profluuia, ea. ſ. quas nos toties fœminarũ fluctiones diximus & dicemus. Suſpicamur præterea totã capitis huius extremã partẽ in qua hic ait: Ferũ Indicũ fieri lyciũ &c. parũ legitimã huius ſcriptoris eſſe: qui cũ ſemel in India naſci buxeã ſpinã dixiſſet, idq; pro cõperto docuiſſet, ad famã & aliorum fidem transferre rem non debuerat: nec quod ſemel decretũ à ſe fuerat, ex aliorum

dictis infringere: Suſpicioneḿq; noſtrã auget, q́ plures illic uoces ſunt parũ propriæ & huic ſcriptori inſolitæ: Potuitq; ab antiquiore aliquo medico ex alicuius hiſtoria omnis ea pars Dioſcoridi accreuiſſe, ut in pleriſq; aliis factũ deprehendimus, in unum corpus cũ hoc ſcriptore paulatim coaluiſſe: quod ſignaſſe legentibus ſatis ſit. Diximus hoc capite inter alia, facere ad tonſillas lyciũ, malũ quod ex utraq; oris parte in extremo & intimo palato ad radices linguæ fit: de quo ut certius legentibus pateat, locũ & loci affectionẽ breuiter ex antiquoꝝ decretis repetemus: Sciendṹq; primo, una eadẽq; appellatione à Græcis & à Latinis malũ & locũ in quo id fiat, indicari: illi ἀντιάδλας καὶ παρίδμια, nos tonſillas tantũ uocamus. Sic Plinius in XI. locum: mille aliis deinde locis, affectionẽ & malũ dixit. Cicero libro II. de natura deorũ, locũ tantũ ea uoce intelligi uoluit: & ne longiores ſimus, auditis in humani corporis hiſtoria & partibus tonſillis, locũ quẽ mox deſcribemus: in morbis aũt & medicina, q̃d in his malũ fit, intellexiſſe oportebit. In imo ore ex utraq; parte radices linguæ, oẽs tonſillas in homine cõſtituerunt. Plinius breuiſſime, & ut uix intelligi poſſit & oſtẽdi tonſillaꝝ locus, ſiquidẽ his uerbis rem docuit: Intellectus ſaporũ eſt cæteris in prima lingua, homini & in palato: tonſillæ in homine, in ſuæ glandulę. Cicero quo diximus libro certius, nõ tamen & ipſe quod ſatis ſit. Linguã aũt ad radices eius hærẽs excipit ſtomachꝰ: q̃ primũ illabũt̃ ea q̃ accepta ſunt, oris utraq; ex parte tõſillas attingẽs, palato extremo atq; intimo terminat̃. Olim deinde aptiſſime Galenꝰ in interiorũ partiũ diſſectione (Dico aũt diſſectionẽ, quã Græci ἀνατομὴν, & noſtra ętas corrupta uoce notomiã dicit) poſt deſcriptã linguã, de tõſillis ſic tradit: Ad radices aũt linguę poſita minor lingua ẽ (Sic. n. Plinio uocat quã Græci ἐπιγωτίδα) ea in deglutiẽdo recurrẽs, operculatũ guttur claudit, neq d ſolidũ liquidṹue illac ingrediat̃. Eiuſdẽ uſus cauſa & ἀντιάδλας. i. tõſillæ factæ ſunt numero quatuor, duæ q̃dẽ ex utraq; pte ad linguæ radicẽ manifeſtę & apparẽtes, duæ uero cõiunctæ his interius deſcẽdẽtes: Vocãtur & hę παρίδμια: quia locus cui adiacent, iſthmo ſimilis uidetur, præſertiḿq; cũ inflãmatione tumẽt: quoniã anguſtius quium illac iter & tranſitũ faciunt. Inflãmantur hę partes aliquãdo, diffiniuit́q; Paulus Aegineta ἀντιάδλας. i. tonſillas eſſe duros in ea parte tumores: ut́q; duratı adenes ſtrumę dicuntur, ſic & tonſillæ inflãmatæ, incremẽto duritiéq; ſua cibi potuſq; & ſpiritus iter impediẽtes, eregione utrinq; ſibi inuicẽ oppoſitę, ἀντιάδλαι dictæ ſunt: Cur aũt latini tonſillas appellarint, compertum mihi hactenus non eſt: Curationes earũ Paulus idem ad chirurgiam & gargariſſatiões retulit, quod nec operis nec conſilij noſtri eſt docere.

ἀναζμή. Anatome

ἐνδογλωτίδες.

ἀνπάδλας. παρίδμια.

Περὶ Ακακίας. κεφ. ϛλδ'.

Ακακία φύετ ̓ ἐν αἰγύπτῳ. ἄκανθα δ ̓ ἐ ́στι δενδρώδης. θαμνοδ ́ης. οὐκ ὀρθοφυής. ἄνθος ἔχουσα λευκόν. τ ̓ ὴ κ ̓ ρπὸν ὥσπ ̓ θέρμον ἐν λοβοῖς κείμενον. ἀφ ̓ οὗ μὴ ἐκθλίβετ τὸ ἐγχύλισμα ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ. μέλαν ἢ ἐκ τ ̓ πεπείρου καρπ ̃. ὑπόκιρρον δὲ ἐκ τ ̓ ὠμοῦ. ἐκλέπουσ ̓ τὸ ἠρέμα ἔγκιρρον, εὐῶδες, ὡς ἐν ἀκακίᾳ. χυλίζουσι δέ τινες τὰ φύλλα σὺν τῷ κ ̓ ρπῷ. μὴ κόμμι ̓ ἐκ τ ̓ ἀκάνθης ῥυνᾶτ. Δύναμιν ἔχ ̓ συ ̓ πτικήν. ψυκτικήν. ἁρμόζ ̓ δὲ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ καὶ ἐρυσιπέλατα. ἕρπητας. χυμέθλας. πτερύγια. τὰ ἐν τοῖς σώμασιν ἕλκη. καὶ πτοπ ́ώσεις δὲ ὀφθαλμῶν, καθίσησιν. ἐπέχ ̓ ὴ μὴ ῥοῶσι γυναικεῖον. μὴ τὰς πτοπ ́ώσεις ὴ τ ̓ ὑστέρας σέλινον. κοιλίαν τε ἐξύσαν ἐπέχ ̓ πινόμενος καὶ ἐγκλυζόμενος. μελαίνει ̓ ὴ μὴ ἐὰς χασ. πλύνει ̓ ὴ μὴ εἰς τὰ ὀφθαλμικά. ξυομένου μεθ ̓ ὕδατος ἀπεχομένου τ ̓ ἐπιπάγου ἄχρις ἂν καθ ̓ λον ἐξισῶσ ̓ τὸ ὑδ ́ωρ. μὴ οὕτως ἀναλαμβάνει ̓ εἰς ἐχισκύς. καίει ̓ ὴ ἐμπομ ́ χύτρα μετὰ κεράμου ἐν καμίνῳ. ὀπτᾶσ ̓ ὴ ἐπ ̓ ἀνθρακ ̃ ἐκφυσωμένη. τ ̓ ὴ τ ̓ ἀκάνθης ἔφλημα καταυτλόμενον, ἄρθρα λελυμένα ἴσκει. τὸ ὴ κόμμι τ ̓ ἀκάνθης διαφέρ τὸ σκωληκοδ ́ες. ὑελίζον. διαυγές. ἄξυλ. εἶτα τὸ λευκόν. ἐὰν ὴ ἐκλιμῶδες μὴ ἐύπ ̓ δον, ἄχρηστ. Δύναμιν ἔχ ̓ πτεμπλασικήν. ἀμβλυντικὴν δριμέων φλεγμάτων διὸς μίγνυται. πυρίκαυτά τε ῥικ ἐᾶ φλυκταινοῦσθαι καταχριόμενος μετ ̓ ὠοῦ.

De Acacia. Cap. CXVIII.

ACaciam, Romani pariter Græcis aciã dicũt. Naſcitur in Aegypto acacia. Spina eſt arboreſcens, fruticoſa, nec recta in altum creſcens, flore albo, ſemine ceu lupinorũ cãdido in filiquis clauſo, ex quo ſuccus exprimit, ficcaturq; in umbra, ex maturo niger, ex immaturo ruffus. Probat̃ qui languido rubore, & ut in acacia eſſe poteſt, odoratus. Exprimunt aliqui etiã ex foliis unà cũ ſemine. Naſcitur præterea ex ſpina hac, gũmi. Adſtringendi refrigerandíq; uires acacia habet. Oculoꝝ medicinæ accõmodatus eſt acaciæ ſuccus: prodeſt & ſacris ignibus, perniõibus, ulceribus his quos herpetas dicunt, & digitoꝝ pterygiis. Siſtit oris ulcera, procidentesq; oculos, cõpeſcit & fœminaꝝ fluctiões, procidentes uuluas, fluidamq; aluũ potus aut clyſtere infuſus: Capillũ idẽ denigrat: Lauat̃ in aqua ad oculoꝝ medicinã identidẽ cõfricatus, abiectis continue quæ in ſummo ſpumarũ modo concreuerint, donec pura relinquatur aqua, ficq; in paſtillos conformatur. Crematur & in crudo fictili unà cum tegulis in fornace. Torretur & in carbonibus continua ignis uentilatione. Fouentur ſpinæ huius decocto ſoluti artus utiliter. Excellit bonitate in ea gũmi quod lũbricoꝝ figura eſt, uitri modo pellucidũ, nec lignoſum. Probatur ab hoc deinde q̃d cãdidum eſt: q̃d reſinoſum & ſordidũ, inutile. Eſt gũmi acaciæ uiis opplere & obſtruere. Idẽ medicamẽtoꝝ qbus miſcet̃ acrimonias rerũdit, & cũ ouo inũctũ, bullare ambuſta nõ pmittit.

Naſcitur

φύεται δὲ καὶ ἑτέρα ἀκακία ἐν καππαδοκίᾳ καὶ πόντῳ, παρεμφέρουσα τῇ αἰγυπτίᾳ, ἐλάττων μέν τε καὶ ἧττον ἀκανθώδης, ἁπαλωτέρα. πτερὰ πλέξεως δὲ ἀκάνθης σκολοπενδώδης. φύλλα ἔχουσα πηγάνῳ ὅμοια. καρπὸν δὲ φθινοπώρῳ σπέρμα ἐν θλάκοις συνεζευγμένοις, ἐρεβίνθοις ἢ πισαχνώδεσιν, ἐλάττου φακοῦ. σύφλ δὲ ἡ αὐτὴ χυλιζομένη σύμπασα. πλὴν ἧττον τῆς δυνάμεως θέσκει, εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἀνεπιτήδειος οὖσα.

Nascitur & altera acacia in Cappadocia & Ponto, Aegyptiæ similis, multo tamen breuior, ad terram humilis, tenerior, aculeis plena, quos uallorum modo prætendit. Rutę folia habet. Semen autumno fert, coniunctis simul folliculis, & in his trinum quadrinum'ue, lenticula minus. Astringit acacia hęc etiam tota simul ad succum expressa, minus tamen efficax, & oculorum medicinæ utilis.

INTERPRES.

CONiunximus in acacia, uetere; græcorũ fidẽ secuti, quæ male in duas secesserant partes: unoq; capitẽ, ut res ipsa etiã exigebat, fecimus de omni acacia à Dioscoride doceri: De qua quoniã nõ eodẽ modo Oribasius, Aëtius Plinius q; & alij docuerunt, non facilis nostra ætate cõmentatio est. Neq; ut credimus uenia carebit, si relicta alijs fuerint quæ à nobis tractata nitescere non poterant: & per peregrinas nostroq; orbi alienas & ex Aegypto usq; repetẽdas spinas ingredientẽ hoiem, æquo animo ferent hoc gñe hominis peritioribus cessisse: amabuntq; de Græcor; pterygijs quibus mederi acaciã hic ait, quæ nos obseruãda legentibus in toto hoc opere mouerimus. Duplex & in diuersa humani corporis parte factũ ea uox malũ indicat, ab auium alis, quas græci πτερὰ dicunt, fœlicissime trãslata: Vt enim illæ in uolãtibus ab humeris extensæ aperiuntur, sic in his quæ mox describemus, mala ab angulo clausura'ue aliqua progredientes, inutiles mẽbranæ & carnes oculis & digitis nocent: fit primũ itaq; pterygiũ in oculo: diffiniuitq; id malũ in Isagoge sua Galenus his uerbis: Pterygion aũt uocant, cum post longã in cãdido oculi exulcerationẽ, carnisq; in ea parte maius incremẽtum, neruosa & tenuis mẽbrana oculo superincurrit. Idẽ ferè & Paulus Aegineta de oculor; uitijs primo mox ubi chirurgiã docet, neruosam & ipse mẽbranã describẽs, quæ ab oculi angulo ad exteriora per oculũ progrediatur, noceatq; illi bulbi in oculo motũ, contractione impediens, & quoniã progrediens pupulã operit. Celsus hoc ipsum describens malũ, oculi unguem appellat: q; humano ungui, ut credimus, progrediẽs, neruosa ea mẽbrana similis sit: Verba eius hæc sunt: Vnguis uero quod pterygion Græci uocant, mẽbranula est neruosa, oriẽs ab angulo quę nonnunq; ad pupillã quoq; peruenit, eiq; officit: Sæpius à narium, interdũ etiã à tẽpor; parte nascit: Et hoc oculor; pterygion est. Quod uero in hominis pedibus manibusq; fit, & ubiq; ad pollicis præcipue ungues diuersum ab illo, aliter à ueteribus describit: Carnis incremẽtum circa ungues pterygion est, unguis aliquã operiens partẽ. Fit aũt in pedis & manus præcipue pollicibus: in pedibus quidẽ ex offensione pedis plerunq;: in manibus aũt, ex neglecta reduuia & post inflãmationẽ in pus trãslata. Hoc malũ Celsus digitor; ulceribus adnumerauit, breuissime q; his uerbis id descripsit: In ñsdem recedere ab ungue caruncula cũ magno dolore consueuit, pterygion græci appellãt: Et horũ, alterutri mederi acaciã Dioscorides ait: diuq; nos in ancipiti dubitauimus, qd hoc loco uertere nos oporteret: Oculis enim utilis acaciæ succus ab hoc decernit, ideoq; non abre erat oculor; pterygijs. i. unguibus utilẽ dicere: Ecõtrario q; cõiuncta his sunt & quasi cognata mala, de digitor; à Dioscoride hoc loco agi psua debant: neq; enim uerisimile est, hũc oculos & eor; medicinã miscuisse sacris ignibus, pernionibus, & his q; serpũt, quẽ morbor; sensum Plinius etiã secutus, ait sanare acaciã ignẽ sacrũ, collectiones, articulos cõtusos, perniones & pterygia: cognata omnia mala, & eiusdẽ ferè gñis. Ob quã causam in eã partẽ ꝓpẽsiores, diximus prodesse digitor; pterygijs: appellatione hac Grẽcæq; uocis huiuscemodi cõtractione posthac semp usuri: ut cũ oculor; pterygia uertere oportebit, autore Celso ungues oculor;, cũ aũt digitor;, digitorũ pterygia semper dicamus. Nõ omittemus hoc loco qd nobis in hoc opere sit Opplere & Obstruere, q̃d acaciæ gũmi hic scriptor tribuit: nõ aliud sanè, q̃ quod Græci passim ἐμπλάττειν & παρεμπλάττειν dicũt: à quibus uerbis in antiqua medicina emplastica & paremplastica dicta illa sunt, quæ tenacia & glutinosa multiplices habent usus, unguine q; suo corpori illita, meatus opplent & obstruũt: quales sunt adipes aliquot, oleũq; & plura alia. Quæ aũt Græci uerbi ἐμπλάττω propria significatio sit, apertissime lib. v. de plantarũ historia declarauit Theophrastus: qui de materia arborũ quarundam agens, cũ lõgius docuisset quæ nã aptius cæderent, finderẽtur, frangerentur, & serra diuiderentur, subiecit: Viridẽ arboris materiã cum serra diuiditur, ramẽtis suis serræ dentes ἐμπλάττουσι: opplere. s. & obstruere: à quo euentu non erit difficile posthac nouisse, quę Græci ἐμπλαστικὰ & παρεμπλαστικὰ dixerint.

πτερύγια Pterygia

Oculorum ungues
Digitorum pterygia
Opplere
Obstruere
ἐμπλάττω
παρεμπλάττω

περὶ Ἀμόργης. Κεφ. ρλέ.

De Amurca. Caput CXIX.

ΑΜόργη, ὑπερσάθμη ὀξύμ ἐλαίας ἡ ἐκθλιβομένης. ἣ ἐνεθεῖσα ἐν χαλκῷ κυπρίῳ μέχρι μελιτώδους συστάσεως, σύφλ. ποιοῦσα πρὸς ἃ καὶ τὸ λύκιον. ἐκ πρίσσου δὲ καὶ πρὸς ὀδοντολγίας καὶ τραύματα. ὠφελιμωτέρη μετ' ὄξους ἢ οἰνομέλιτος. μίγνυται δὲ καὶ ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσι καὶ ἐμπλαστικαῖς.

AMorgen Romani amurcam dicũt. Sedimentum expressæ oliuæ amurca est: hęc in æneo cyprio uase ad crassitudinẽ mellis decocta, adstringit, ñsdem omnibus utilis, q̃bus & lyciũ: priuatim uero & egregie cõtra dentiũ dolores & uulnera, ex aceto uino'ue aut mulso utiliter inũgit. Miscet eadẽ oculor; medicamẽtis, & his quæ opplẽdo & obstruẽdo sunt.

παλαιωμένη τὲ θελτίων γίνεῖ. ἔγκλυσμά τε ἕδρας ἢ αἰδοίοις, ἢ μήτραις ἐλκωμέναις ὄζει χρήσιμος. ἐκβάλλει ἢ τὴν ἐφθρμένην ὀδόντας σὺν ὀμφακίνῳ ἐψηθεῖσα ἄχρι μελιτώδους σὰστεως, ἢ περιπλασθεῖσα. φύσας τε κτηνῶν σὺμ θέρμ ἀφεψήμαλι ἢ χαμαιλέοντος καταχριομένη θραπεύει. ἡ δὲ ἀνέψησις ἢ πρόσφατος πρὸς ἀγρικοὺς καὶ ἀρδρικοὺς ὠφελεῖ, θρμὴ καταντλεῖσα. ἐγχριομένη ἢ εἰς κώδυ ἢ ὠοθεμένη ἐπὶ τὸ ὑστερικόν, σέλλει τὸ ὄγκον. Inueterata uires acquirit: Infunditur eadem sed utiliter, genitalibus, & fœminarum locis exulceratis. Cum omphacino ad crassitudinẽ mellis decocta circũlitaq; uitiosos dentes pellit: Iumentorum scabies cum lupinorũ & chamæleontis herbæ decocto, sanat: Fouentur eadem utiliter recẽti tantumq; calida podagræ, & articulorum dolores. Quinetiam corio illita corpori'que imposita, subeuntium cutem aquarum tumores reprimit.

INTERPRES.

REprehendebat, neq; immerito, Flaccus pictorem, qui in naufragij tabula, quæ marino alicui numini anathema futura esset, cupressum pingeret: paucisq;, ut erat in castigando grauis, monebat & ipse quod hic in alijs à principio reprehenderat, nõ esse coniungẽda quæ toto gñe discõuenirẽt & diuersa essent: nec inter fluctus pingẽdam arborẽ, quam in altissimis montibus natura frondere uoluisset, imperitũq; simul & ridiculum fore spectãtibus hutuscemodi pictorẽ: quẽadmodũ & nos imperitos reprehẽdere librarios hoc loco merito possumus, qui amurcã ab oleo statim dicendã, & ut nos credimus, tunc ab hoc scriptore tractatã, ad aculeos & spinas, frutices'q; à suo principio penitus alienos trãstulerint. Eius rei causam fuisse nos credimus, aut descriptã ab aliquo ex literarũ ordine medicã oẽm materiã, ideoq; inter acaciã & agnũ de quo statim dicemus, quorũ ab A litera idẽ principiũ est, amorgen etiã adhuc seruari & legi: aut quoniã hic ait omnibus ijsdẽ utilẽ amurcã qbus & lyciũ, uoluerit aliquis quẽpari potestate essent, simul habere: ideoq; nõ longe ab eo amurcã in hoc scriptore cõstituerit. Nobis in priorẽ illã causam inclinat animus. Vidimus enim plures græcorũ codices, in quibus ex elemẽtorum in alphabeto ordine medica omnis materia descripta adhuc sit: & in qbus nõ eodẽ modo legit, quod cõtra quadrupedũ scabies ex amurca remediũ ab hoc scriptore instituitur. Sunt enim in qbus ἀφεψήματι, & in quibus ἀποβρέγματι inuenit: quorũ alterũ decoctũ, alterũ dilutũ significat. Habetq; utraq; lectio ex antiqs scriptoribꝰ suos testes. Quid aũt decoctũ sit, satis patet: Quid uero dilutũ, iãpridẽ dictum à nobis est. Coctura amurcæ, quã hic à principio instituisse uidetur, certius primo rusticarũ rerum libro docuit M. Varro, quam condi in domesticos usus iussit, decoctis de ea duabus partibus, quod hic ait usq; ad crassitudinẽ mellis. Siquis præterea amurcæ laudes alias & multiplices usus nouisse uelit, poterit autoribus M. Catone & Plinio diuersis locis quod cupit inuenisse: etitq; illud homini saltem laboris huius operæpretium, ut naturam discat nihil tam sordidum & ingratum genuisse, quod in hominis usum beneficio aliquo non instruxerit.

Περὶ Ἀγνου Κεφ. ρλς'.

De Vitice. Cap. CXX.

ΑΓνος ἢ λύγος. Οἱ δὲ ἄγνον. οἱ δὲ λύγον. οἱ δὲ ἀμικτομίαινον. οἱ δὲ δακτύλον. προφῆται σεμνόν. οἱ δέ, αἷμα ἥδεως. αὐτόπτιοι σάμ. ξωμαῖοι σάλικα μερίνα. οἱ δέ, πίπερ ἀγρέσε. οἱ δὲ λευκοΐσκον. Δάμνος ὅτι πρὸ ποταμοῖς βαχέσι τὸ πόρις ἢ χλάδεσιν φυόμενος, ῥάβδους ἔχ' ὑδρεαύδους. μακράς. φύλλα δὲ ὡς πρὸ ἐλαίας. ἀπαλώτερα δέ. τὸ δὲ ἄνθος ἡμιλίας λευκὸν συμπροφυίζουσι. ἢ δὲ, προφυές μέγεθος. σπέρμα δὲ ὡς πέπερι. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν. συπτικήν. ὁ δὲ καρπὸς αὐτὸ πινόμενος βοηθεῖ θηριοδήκτοις. σπληνικοῖς. ὑδροπικοῖς. καταμῆνα δὲ ἢ ῥάλα. ἢ ἔμμηνα ἄγει πινόμενος ὅσον ⊲ά. πλῆθος σὺν οἴνῳ. ἐκλύει δὲ ἢ γονήν. ἄπεπτα δὲ ἢ κεφαλῆς κάρον ἐπιφέρων. ὁ δὲ ἀφέψημα τὸ πόας ἢ τὸ σπέρματος, εἰς ἐκαθίσματα ταῖς περὶ ὑστέραν διαθέσεσι, ἢ φλεγμοναῖς ἀρκεῖ. πρὸς δὲ μετὰ γλήχωνος ἢ ὑπερθυμιαθὲν τὸ σπέρμα ἢ προσεθὲν, κάθαρσιν ποιεῖ. λύει δὲ ἢ κεφαλαλγίας καταπλασσόμενον. ἢ ἐπὶ λαθάργικῶν τε ἢ φρενητικῆς ἐμβρέχεται σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ. AGnon, Lsunt qui agonon, qui lygon, qui tridactylum, qui amictomiæũ, qui ibis sanguinem, qui piper agreste, qui ligusticum uocent: Magi semnon, Aegyptij sum, Romani salicem amerinã appellant. ⌊Arboreſcens frutex uitex est. Nascitur asperis & incultis locis prope profluentes torrentes aquas & flumina. Ramulos habet longos, uitilium modo lentore suo infragiles: Folia oleæ, teneriora tantum: Florẽ alterũ eius genus candido cum purpureo, alterũ purpureo tantũ colore profert: Semen uero sapore piperi simile. Est illi adstringẽdi calefaciendiq; natura. Potum semen eius, uenenatorũ morsibus succurrit. Lienosis & cutem subeuntibus aquis, medetur. Lactis abundãtiam facit: trahitq; menses, in uino potũ drachmæ pondere. Idẽ genituram extinguit: Caput tamen infestat, sopo rem faciens: Seminis præterea & frondis decocto, muliebrium locorum uitijs & inflammationibus infidentibus medentur. Potum cũ pulegio, præterea semen suffitumq; & appositum, mẽses cit. Capitis dolores illitum soluit: quinetiam ueternosis phreneticisq;, ex aceto & oleo inspergit.

Fugãt

tis ad adstringendam aluum, contra stomachi subuersiones, ardoresq́, mammarum inflammationes, duros lienes, & condylomata miscentur. Fit præterea ex cotoneis uinũ, tusis expressisq́, & ut perennet, sexdecim succi sextarijs, uno mellis adiecto: aceſſit enim nisi id fiat: prædictis omnibus utile. Fit & unguentum ex cotoneis, quod à malis melinum uocant: habetq́ usum cũ oleo indigebimus, quod astringendo fit. Probantur quæ uera cotonea sunt: talia autem quæ parua, rotunda, odoratissimaq́ erunt. Quæ struthia uocãt, grandiaq́ sunt, minus utilia. Virides ficciq́ arboris flores cataplasmatis utiles, ad ea quæ adstringi oporteat, & oculorũ inflãmationes. Bibuntur ẽdem cum uino cõtra sanguinis excreationes, alui fluores, & menſium abundantiam. Quæ uero à sapore mellis in malorum genere melimela dicũtur, aluum molliunt, uentris lumbricos pellunt, stomacho nocent, fiticulosa æstuosaq́ sunt. Eadem à quibusdam facto à malis & dulcedine nomine, glycymela uocantur. Quæ ab Epiro Epirotica nomen habent, à Romanis uero orbiculata appellantur, stomacho accomodata aluum cohibent, urinam proritant, cotoneis tamen ignauiora sunt. Sylue stria uernis similia, adstringũt: oportetq́ in his quæ adstringenda sint, acerbis uti malis omnibus. Perfica stomacho accõmodata sunt: matura, bonã faciũt aluum: acerba aluũ adstringũt: Sicc ata, maiores adhuc in adstringẽdo uires habent. Quinetiã ficcorum decoctũ in aluum & stomachũ destillatiões hauſtum, fistit. Quæ uero in hoc genere minora sunt, & Armeniaca passim dicuntur, à Romanis uero præcoqua, prædictis stomacho magis accõmodata. Postremo quæ Medica Perfica ue aut citromala, à Romanis uero citria uocantur, omnibus nota, arborem habent toto anno fœcundã & superfœtãtem. Pomum oblongũ est, rugosum, colore ad aurum inclinato, cũ grauitate odoratum. Semẽ habet piroꝝ seminibus simile: q̃d in uino potũ, uenenis aduersetur, & aluũ deijciat. Decocto succoq́ eoꝝ cõmendandi halitus gratia colluũtur. Comeduntur & in prægnantium fastidijs, quod malum Græci ciſtan dicunt. Credun tur eadem in armarijs & scrinijs cõposita, erosionum noxas à uestibus arcere.

Interpre-

INTERPRES.

INfinita penè in malis est ludentis naturæ uarietas, tã multa eorũ gña, tot colorũ differẽtias, tot figurarũ discrimina, tam uarios saporũ odorũq; sensus & maturitatis tẽpora, in uno hoc pomo sagax omniũ artifex natura ostendit: quę ut nunq; satis in tãta eius maiestate mirabit aliquis, sic nõ facile etiã numerabit & uix oculis deprehensas legentibus indicare poterit, præsertim in quotidiana nominũ per gentes & aliqñ singulos agros mutatione. Quis enim nunc uetervm Græcorũq; latinorũq; in hoc pomo appellationibus nostrates reddat? aut quis tam fœlici ingenio doctrinarũq; cultu erit, ut in alijs sessilẽ formã, in alijs tumentẽ globum, in his orbis in rotunditatẽ circumacti figurã, in alijs informẽ pulmonis tumorẽ quasi in picturã ostẽdere possit? hæc à mãmarũ crassiore lõgitudine, illa à pannuceis rugis describere: toto corpore alia rubentia, alia qua parte tãtum solẽ exceperunt indicare: aliquibus lanosam cutem, aliqbus lẽuorem datũ testari. Et in saporibus præter spumeũ, q omnibus cõmunis est, tot alios, eorũq; tã multas mistiones, quę uix sensu deprehendũtur, lingua & calamo docuisse? Nobis certe difficillimũ semper id uisum est, in hoc aũt scriptore peni tus inutile, qui non historiã plantarũ, ruris' ue disciplinã, aut cœnarũ apparatus, sed medicã materiã docens, in paucis hisq; medicinæ utilioribus, aut non dissimiles aliorũ uires, aut inutilia, & ob id negligẽda in medicinæ usu nobis reliqua indicauit. Ideoq; parũ nobis semper eorum cõsilium placuit, qui ex Plinio, Athenęo, Catone, Columella, Palladioq;, singula malorũ genera deinceps numerãtes, quod omnibus feciſſe licet & licebit semper, medicinæ & huic scriptori aliquid contulisse se crediderunt: & hoc genere laudis cõtentis, superesse multa uoluerunt, in quibus alij laborarent. Quod nos agentes, ex Græcorũ decretis monemus inesse omnibus malis frigidã & excremẽtosam humiditatẽ: & quæ in eorũ censu tenera & aquosa sunt, frigidiora cæteris & humidiora esse: Dulcia aquosa quidẽ, nõ tamẽ manifeste frigida esse. Austera dulcibus frigidiora, minusq; humida. Acida, frigida quidẽ, & ipsa uim incidẽdi, hærẽtes in aluo homores, habere. Acerba q̃lia cotonea & struthia sunt, frigido & terrestri tẽperamẽto aluũ cohibere, & uulnera glutinare. Eadẽq; ratione folia arborũ & cortices inter se differre, priuatimq; perficæ coliculos & folia manifestã habere amaritudinẽ: ideoq; cõcisa umbilico hominis imposita, uẽtris enecare animalia: Fructũ uero qui edendo est, in secundo ordine frigidũ & humidũ esse: & quæ præcoqua siue Armeniaca dicta sunt, ex eodẽ perficorũ gñe easdẽ perficis habere uires. Quæ omnia Galenus & Paulus Aegineta longius prosecuti sunt. In cotoneis illud animaduertimus, quo loco hic ait, utilia esse cœliacis, intestinorũ torminibus, ἢ ἐμπυϊκοῖς: quę uox purulẽtas excreationes significat, in antiqoribus & melioribus Græcis nõ ἐμπυϊκοῖς, uerũ αἱματοπτυϊκοῖς. i. sanguinem expuentibus legi, diuerso ut dixmus maligenere: & quod in his qui ad tabem ferũtur, purulẽtas excreationes antecedat, si Hippocrati credimus: Cuius uerba ex Galeno retulimus, cũ de sanguinis & puris excreationibus diceremus. Maluimusq; nos dicere sanguinẽ expuẽtibus, autore & cõfirmãte id Plinio, qui lib. XXIII. cap. VII. de cotoneis agens, ait: Matura prosunt sanguinẽ excreantibus, dysentericis, cholericis, ac cœliacis: iisdẽ cum scriptore hoc uerbis & malorũ numero tractata re: ex quo palã omnibus fit, fuisse hanc Plinij ætate huius loci lectionẽ: q̃d ideò longius diximus, quoniã & hoc cũ Barbaro idẽ nobis nõ est: Quẽadmodũ q̃d nõ multo post etiã ab eo uertit: Si procidant uuluæ & interanea: quæ nos certiore ut credimus rei & loci indicatione, sedẽ diximus: λακτυλίου enim hic scriptor ait: quæ uox anũ & orbẽ eius, ab anulo in eam partẽ trãslata appellatione, significat: nimis aũt late patet interaneorũ uox. Nam & umbilici, & oculi procidẽtes, eadẽ interaneorũ appellatione censeri poterunt: & hic sedem tãtum procidentẽ intelligi uoluit. Sed hoc minus miret aliquis in eo homine, qui Pliniũ tantopere amauerit, ut nihil nisi ex cõmentarijs eius & ab eo dictatũ, uertere ausus sit. Verba Plinij sunt: Decoctoq; eorũ fouẽtur si procidãt uuluę & interanea: Huius aũt, ἢ ἢ ἀφίστημα πρόλαυσμα ἰσὶ λακτυλίου ἢ ὑστέρας. In quo ordine & illud est, quod non multo post in eo sequitur: Quę uero in melle cõduntur cocta, stomacho utilia sunt &c. ex eodẽ Plinio ad Dioscoridem translatum: neq; enim hic aliud monet, q̃ in melle cocta cotonea, stomacho utilia esse: nec conditurę cotoneorũ uox ulla illic legit̃: Quò fit ut nunq; satis hominẽ demirer, qui hunc scriptorẽ aliena, & post se scribẽtium docuisse uoluerit. Siquis aũt cotoneorũ in melle cõditurã certius nouisse cupiat, poterit de ea præcipiẽtem lib. XIII. cap. LXV. Columellã audire: poterit & Palladiũ lib. III. & hunc ipsum li. V. de melomele docẽtem, à quibus eadẽ ferè traduntur. Nos ex professo id docebimus, cũ de melomele agetur: interim non relinquemus, pertinere ad hãc cõditurã, quod in Xenijs à Martiale dicitur: Si tibi Cecropio saturata cydonia melle Ponentur, dicas hæc melimela licet: in qua re iocatus est lepidissimus poëta: quoniam mala, & melle cõdita essent, melimela uocari posse affirmans: cũ tamen melimela propriũ genus habeant, ut mox patebit, quasi diceret, qua ratione à sapore mellis melimela dicta fuerũt, eadẽ à cõditura in melle cotonea nominari posse. Vtrobiq; enim mellis sapor est: sed in cotoneis contagio cõtractus, in melimelis naturali succo & chymo innatus. Probari mox in cotoneorũ gñe hic ait τὸ ἀληθινὸ. i. quæ uera cotonea sunt: id enim ἀληθινὸν significat: nec uidemus cur relicta illic græca uocẽ, Barbarus locũ uertit: alethina maxime in hũc usum legũtur: quasi ex hoc noie priuatim aliq̃d genus indicaret. Nullibi enim hactenus inuẽtum id à nobis est, nec ipse inuenisse se testat̃. Nos ex cõmuni eius uocis in Græcis significatione uertimus, probari quę uera cotonea sunt: nã struthia cognata magis q̃ eadẽ sunt. Nec aliud inter cotonea uera & struthia discrimen hic esse ostẽdit, q̃ ex forma, magnitudine & odore, Ethruria piri & mali discretis appellationibus indicat: quæ rotundiora & minora sunt, à cõsimili figura mala: quæ uero maiora & oblõgiora, pira appellãs: licet q; in his uariare antiqui scriptores uideãtur, una tamen omnium ratio est, & quæ tota huc referat̃: Indicatq; id lib. II. de plãtarum historia Theophrastus, qui cũ de plantarũ degeneratione in aliud genus ageret, inter cætera dixit pirũ in pirastrũ degenerare, & dulcẽ malũ in acidã: & ex struthio. i. maiore & oblongiore cotoneo cydoniũ fieri minus & sessilis rotunditatis pomum, quale hic uerum dicit, & in medicinæ usu magis probat: Quæ cotonea sequuntur melimela, nullam in antiquis aut in hoc scriptore longiorem habẽt historiam: & nos pauloante diximus, quæ ad Martialis melimela in Xenijs pertineant. Non tacendum tamen quod suspicamur in hoc capite uitium, quo loco hic ait, θηρίας ἐκτινὸς ἢ

λακτύλιον

ἀληθινὰ μῆλα

Struthea mala

ἐκτινάσσῃ, & à Barbaro & à nobis ad uentris animalia & lumbricos pertinere creditũ, parũ fœlici ut credimus interpretatione, si rem & uocẽ æstimemus. Dulcia hæc mala sunt, mellisq; sapore, à quo nomen inuenerunt, non uidentur posse uentris animalia facile pellere: nisi forte deiectã hoc cibo aluũ ea etiã sequuntur: & quæ alioquin hæsissent, impetu excrementorũ quasi in torrente pisces, qui largiore per æstatẽ imbre abundauerit, rapiuntur: aut propria naturæ suæ potestate, qualia multa passim uidẽtur, id ea mala possint. Habet hoc quidẽ parũ certã, non tamen absurdã rationẽ. Illud uero huic & alijs scriptoribus omnino non conuenit, q̃ uentris quæcunq; uoluerit aliquis animalia, θυρία appellẽtur: qua uoce nunq̃ ueteres usi sunt: præterq̃ in bestijs, & uenenatis his, quæ ictu morsu'ue uenenũ relinquunt, & in quorũ exiguo corpore maxima nocendi uis regnat: de cuius nominis origine & causa certius dicemus, cũ primũ de theriace agetur. Suspectus ideò nobis locus est, non tamen damnamus, quãdo & Serapionis ætate hæc erat huius loci lectio & intellectus. Contentiq; rem & suspicionẽ nostrã signasse, peritioribus quale id sit, censendũ relinquimus. De Epiroticis quæ Romani orbiculata dixerunt, facile erit genus & formã conijcere, si meminerimus primũ quales orbiculi sint in trochleis, per quos in moliẽdo & extollendo pondere aliquo, funis circũagitur: qui aliquãdo singulares, aliquãdo duo tres'ue, nonnunq̃ quatuor & quinq; in eadẽ trochlea sunt. Mox Palladiũ lib. III. dicentem audiamus: Mala rotũda quæ orbiculata dicunt, sine cura toto anno se seruare possunt. Quæ durãdi uis, & sessilis figura orbis in rotunditatẽ circũacti, quæ tota orbiculorq; forma est, facile nobis indicãt posse hæc mala esse, quæ rura nostra à colore rosea appellant. Syluestria sunt quæ Theocritus in bucolicis suis ὀρεμαλίδας, id est montana mala appellat: in quibus illud animaduertendũ, non de his tantũ præcipere Dioscoridẽ, ad adstringendũ immaturis opus esse, quod ex Plinio Barbarus uertit, sed in uniuersum omnibus acerbis in adstringendo uti oportere. Verba eius hæc sunt: Δεῖ δὲ πρὸς τὰ σύφλως χρήζοντα ἀωροτέροις πᾶσι χρῆσθαι. Quę uerbũ de uerbo sic aliquis uertat: Oportet aũt ad ea quæ adstringenda sunt, intempestiuis. i. immaturis omnibus uti. Omnibus id tribuitur nõ priuatim sylue stribus: est em̃ id cõmune in cũctis præceptũ. Notũ persicorũ genus omne & forma: nondũ tamen in antiquioribus satis patet, an huius pomi arbor ea sit, quã paulopost hic plures q; alij perseã dicũt, in Aethiopia letalẽ, in Aegypto aũt salubrẽ: de qua in hortulo notissimos uersus cecinit Columella: an quę malus persica ubicũq; nũc nascit. Si omniũ historiã hoc loco cõgeramus, nihilo magis proficiemus: à testibus enim cõtra testes pugnabit, & à cõiecturis cõtra coniecturas agẽda res erit: eãq; ob causam his quæ à Plinio, Columella alijsq; multis dicta sunt, parata & exposita omnibus, ex Nicãdri interprete in Theriacis eius poẽtæ, pauca adijciemus: ex quibus credi possit eandẽ esse persicã malũ & perseã: letaliaq; fuisse in Aethiopia poma eius, in Aegypto aũt amissa nocẽdi illa ui, in sanitatis usu grata esse & placere. Est aũt locus ubi de phalãgijs agit. Inter quæ cũ doceret Nicãder genus esse papilioni simile, q̃d in persea arbore nutritur: q̃d q; ille & hic cronocolaptẽ nominat, longius interpres de arbore hac pomisq; eius his uerbis egit: Sciendũ est Socratẽ in cõmentario de reptilibus & serpẽtibus testari, perseã quã rhodacineã dicunt (hac uoce aũt Græci persica nũc etiã appellãt) ex Aethiopia in Aegyptũ translatã fuisse, & Rholus democriteus in cõmentario de his quę ἀντιπαθῆ & συμπαθῆ dicunt, Persas ait letalẽ arborẽ habẽtes in Aegyptũ missile, credẽtes perituros ab ea multos: sed utilẽ cõtrario euẽtu illis profuisse, protulissq; suauissima poma qualia nunc uidentur. Et hæc interpres eo loco. Poëta aũt nõ multo post in alexipharmacis, q̃ loco de cerussa agit, præcepit cõtra eius ueneni noxã sumenda esse σκληρὰ ἀπὸ πδσείης κάρυα: q̃d est, duras perseæ nuces: nucesq; appellat persicorũ ossa, soliditate sua nucibus similes: Quas hic ipse in remedijs cõtra cerussam πδσικῶν ὀστᾶ appellauit. Ex quibus manifeste patet, quã alij πδσίαν arborẽ dicunt, poëtice à Nicãdro interprete q; eius πδσέαν uocari: quod à Barbaro relictũ, addere placuit: in hanc enim partẽ inclinat animus, etsi Plinius id negauerit, & alioq; multorũ autoritas obstet. De Medicis postremo quæ persica etiã hic uocari ait, quoniã nostro orbi & Græciæ diu peregrina fuerint, & ex Perside in nostrũ orbẽ transierint, illud primũ testabimur, in appellatiõibus eorũ nõ cedromala forte, sed citromala, quasi citria mala legendã esse uocẽ: nihil enim citro cũ cedro: & à Romanis citria hæc uocari iampridẽ receptũ est: nihil tamen mutamus, in eunctis enim Græcis pariter legitur. De his Plinius, Theophrastus, & ex posterioribus Palladius manifeste docuerũt: & quæ in Barbari Corollario lõgius narrãtur, omnia ex quarto Theophrasti uolumine, & ex Athenæi tertio Dipnosophistæ excerpta sunt: Qui etiã quod uno aduerbio ab hoc ἐπαλλήλως dictũ est, pluribus conuertit. Nobis una superfœrationis uoce indicare id placuit. Sequit deinde quod anceps in hoc scriptore sit, quo loco statim à descriptiõe seminis legitur: Δύναμιν δὲ ἔχει πρὸς ἐν οἴνῳ ἀντιφρῆξαι θανασίμοις: tribuendum'ne id semini an pomo sit, utrũq; enim neutri generis: sed quod ad pomum pertinet, longius in sermonis textura abest: quod uero ad semen, propius & quasi contiguum. Plinius & semini & pomo id tribuit: uerba eius hæc sunt: Citria contra uenena in uino bibuntur, uel ipsa uel semen. Cæteri inter quos & Theophrastus est, pomo eam uim tantum assignarũt: remq; ille sic docuit: χρήσιμον δὲ μᾶλλον ἐπιβλὰν τύχῃ πεπωκώς τις φάρμακον. Hic ipse etiam in sexto de uenenis agens, inter cætera eorum remedia ait: καὶ τὰ καλούμενα κιδρόμηλα & c. Cui deinde Paulus Aegineta subscripsit. Credimus itaq; de pomo intelligendum id esse, etsi forte de semine dictum uideri possit, hoc enim pluribus ueluti testimonijs confirmatur. In medicina & morborum censu nunc dicendum quid cholera Græcorum medicis sit, & quos nam Plinius sæpe cholericos nominat, non quos uulgus bilioſos & bilis abundantiã intelligit, sed à multo bilis fluxu: qui per inferna & superna fiat, quotidianũ & medicis notissimum malum, quod Celsus libro IIII. longius descripsit, & Galenus in diffinitionibus & Isagoge sua diffinuit, Acutissimum esse
Cholera. malum choleram quod cum multa deiectione & uomitu bilis fiat, & in quo contrahantur suræ, algeant extrema membrorum, fiantq; exigui & incerti uenarum pulsus. Idem etiam testatus est, duplex hoc malum esse: notissimum hoc, & præter id quod Hippocrates siccam choleram appellauit, quæ ab ijsdem causis & in ijsdem partibus fiat, sed sine uomitu & alui deiectione. Fieri autem in nobis id malum Paulus Aeginera docuit, inhærente ciborum in stomacho cruditate. Dicendum præter hęc etiam quę nos prægnantium fastiCissa, dia, uariosq; & absurdos rerum appetitus intelligamus, quod malũ Græci cissan, facto à notissima aue nomine,

mine,quondam dixerũt,quã in genere picarũ uarta & multicolore pluma Paulus Aegineta deſcripſit uoracẽ,& huic malo ſæpenumero obnoxiã:Quale aũt id ſit,ex his quæ Galenus,Paulus Aegineta,Ariſtophanes comicus,pluresq; alij tradiderunt,nouiſſe facile eſt.Fœminæ id certo tẽpore patiũtur,ſecũdo.ſ. aut tertio à cõceptu menſe,quo tẽpore ſtomachus earũ male afficit:Qui enim adhuc parũ creuit in utero fœtus,totam nondũ poteſt qua nutritur abſumere materiã:eaq; redundãte,perturbatur & male afficit ſtomachus,manifeſto argumẽto,q; poſt maius fœtus incrementũ in integrũ reſtituitur ſtomachus,ceſſantq; mali eius notæ,quæ plures à medicis numerãtur,uomitiones, cardiogmi, defectus animæ,faſtidia ciborũ,& ciſſa hęc, quæ ſi Paulo Aeginetæ credimus,uarius & abſurdus ciborũ appetitus eſt.Verba eius libro primo capite primo hæc ſunt:Cibũ uero faſtidiẽtibus,quẽadmodũ in malo quod ciſſam dicunt, appetitũ reſtitues:quæ circa tertiũ à conceptu mẽſem ideo plerunq; fit, q̃ non põt fœtus omne quod in uterũ nutrimẽti cauſa deferẽ, abſumere:abundãtibusq; ob eam cauſam in ſtomacho uarijs excremẽtis, fit ut uarios tunc & abſurdos appetant prægnãtes cibos,quales carbones,lapides,creta,aliaq; huiuſcemodi ſunt: ex qua cauſa appellationẽ hanc id malũ inuenit,ob uarietatẽ pẽnarum eius auis:uel, q̃ ſæpenumero eodẽ hoc malo laborat auis illa. ſignificareq; κίτταν malum,& κιττᾶν eius mali uerbũ,uarios & abſurdos hos prægnantiũ appetitus, teſtis Ariſtophanes Græcorũ comicus eſt,primũ in fabula cui Veſpæ titulus eſt, ὥντω κιττᾶ διὰ τῶν σανίδων &c. quod uerbũ deſidero & expeto illic ſignificat: mox iterũ in Pace, ſic enim alia eius poëtæ fabula inſcribit, ἡμεῖς μὲν οὖν δι κιττῶντες ἦ εἰρήνην,quod eſt:Nos aũt qui pacẽ expetimus,manifeſta utrobiq; ab abſurdis prægnãtium deſiderijs his translatione. Ex quibus colligere facillimũ eſt,totũ hoc ciſſæ in Græcis malũ faſtidium cõſuetorum ciborum,& abſurdorum appetitum eſſe.

Prægnãtiũ faſtidia. Varij & abſurdi rerũ appetitus.

Quid ciſſa ſit.

κιττᾶν

De Piris. Cap. CXXXVII.

APion L. Romani pirũ dicunt. ⌋ Multæ pirorũ ſpecies. Adſtringunt omnia, ideoq; ad cataplaſmata quę diſcutiẽdo ſint, utiliter illis utũtur. Quinetiã fic eorũ decoctum,& ipſa in cibo cruda,aluũ ſiſtunt: ieiunis tamẽ ſumpta nocent. Quæ uero à Græcis achras dicit, ſylueſtris piri ſpecies eſt ſero matureſcẽtis, adſtringẽdi uires & hæc habet, ſed multo efficaciores q̃ ſatiua: eamq; ob cauſam ad éadem utilis:adſtringunt & huius folia. Omnium pirorum ligni cinis fungorum ſtrangulationibus manifeſte ſuccurrit. Ferunt præterea aliqui, cum fungis cocto ſylueſtri piro, innocentes ueſcentibus fieri.

Περὶ Απίου. Κεφ. ξξή.

Απίου δὲ πολλὰ εἴδη. πᾶσαι δὲ σύφουσιν. ὅθεν εἰς τὰ ἀποκρουστικὰ κατα πλάσματα ἀσμόζουσι. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν ξηραινθεισῶμ, ἡδὴ αὐταῖ λαμβανόμεναι ὠμαῖ, κοιλίαν ἱσᾶσι. ἐλάττουσι δὲ ἐσθιόμεναι τοὺς νήστεις.

Περὶ Αχράδος. Κεφ. ξξθ'.

Ἡ δὲ ἀχράς, εἶδός ἐστιμ ἀγρίου ἀπίου. βραδέως πεπαινομένη. Δύναμιν δὲ ἔχει συστικωτέραμ ἀπίου. ὅθεμ πρὸς τὰ αὐτὰ ἀσμόζει. σύφει δὲ καὶ τὰ φύλλα αὐτῆς. ἡ δὲ ἐκ τοῦ ξύλου αὐτῆς τέφρα, βοηθεῖ φυγαῖς τοῖς ὑπὸ μυκήτωμ πνιγομένοις. φασὶ δέ τινες ὅτι καὶμ σωτηρήσῃ τις ἀχράδας μύκησιμ, ἀβλαβεῖς αὐτοὺς γίνεσθαι.

INTERPRES.

PIrorũ infinita penè gña, q̃ ab antiquoribus rei ruſticæ ſcriptoribus tradita ſunt. Quod ſolũ deſiderari in hoc capite poterat, lõgiſſime in Corollario ſuo Barbarus ꝓſecutus ẽ:nos ideò nihil ultra de his agem⁹.

De Meſpilo. Cap. CXXXVIII.

MEſpilon L. Romani pariter meſpilũ dicunt. ⌋ Arbor meſpilus eſt, aroniam aliqui appellant, aculeatam, buxeę ſpinę foliis. Pomum fert exigui mali figura & magnitudine, guſtu amabile, in quo tria oſſicula ſunt, à quibus tricoccus quaſi trigrania dicta eſt, ſero matureſcens. Adſtringit in cibo meſpilus, ſtomacho utilis,& aluum ſiſtit. Eſt & alterum meſpili genus in Italia naſcens, quod pleriq; epimelida appellant, nonnulli uero ſetanium: Arbor eſt malo ſimilis,foliis tantum minoribus:fert hæc rotundum pomum quod edendo eſt, latiore umbiculo, leniter adſtringens, & ſero matureſcens.

Περὶ Μεσπίλου. Κεφ. ξό.

Μεσπιλον τὸ δένδρον. ὃ τινες ἡμῖν ἀγρωνία καλοῦσι, ἀκανθώδες ἐστίμ. ὅμοιον τοῖς φύλλοις πυρακάνθῃ. κ τὴν φέρον μικρῷ μήλῳ ὅμοιον, ἡδύμ. ἔχον τρία ὀστάρια ἐνδοθεν, ἀφ' ὧν τὴ ξύκοκκον ἓνες αὐτὸ ὀνομάζουσι. βραδέως πεπαινόμενον. σύφει δὲ βιβρωσκόμενον. εὐστόμαχόν πως ἐστι κοιλίας στερνωτικόν

INTERPRES.

Περὶ ἑτέρου Μεσπίλου. Κεφ. ροά.

Μεσπίλου δὲ τὴ ἕτερόν ἐστιν εἶδος ἐν Ἰταλίᾳ γενόμενον, ὃ ἔνιοι ἐπιμηλίδα καλοῦσιν. οἱ δὲ σιτάνιον ὀνομάζουσι. δένδρον ὄζοις μήλῳ ἐμφερέσι τοῖς φύλλοις ὅλη μικρότερον. ἔχον τὸ κάρπιμον τὴ τετραγωνον. βραδύσιμον. πλατυμ ἔχον τὸ κάρπιμον. ὑπερύφον τα. πεπαινόμενον βραδέως.

QVam genere neutro mespilũ arborẽ hic fecit, Theophrastus li. III. de plãtarũ historia fœminino describsit: lõgius idẽ de tota hac arbore pomoq; eius eodem loco egit, quæ omnia à Barbaro in Corollariũ suum translata, à nobis relinquuntur: nõ quia simile nobis alicubi in opere hoc nostro cõsiliũ suo fuerit, sed quòd siqua ex Græcorũ latinorũue scriptoribus signãda breuius à nobis erant, obiter & in decursu ab eo tradita hoc ueluti fasce nos leuarũt: Non relinquemus tamẽ quod certius semina pomi huius legẽtibus ostendat: id aũt est. Nõ dicere Theophrastũ claudere hoc pomũ in se acinos molliore ligno, ut Barbarus uertit, sed πυρῆνας μαλακοστέρους, quod est nucleos habere molliores. Toto eñ gñe differunt inter se acini & nuclei: & si in antiquoribus idẽ utriusq; aliqñ fuerit nomẽ, ut in punica dictũ nõ multo ante est. In acinis enim caro uestiens & humor est, in nucleis uero sola & lignosa durities. Sciẽdum & illud, quã primũ mespili arborẽ hic describit, peregrinã & incognitã Italię nobis uideri, & sui generis arborẽ spinosam: & ut hic ait trigraniã, quæ nostrates mespili non habẽt, quinq; intus nucleis farctę, & nullis spinis armatæ, Nostratẽ uero epimelidẽ ideò ut nos credimus à Græcis dici, q; fœliciſſime in malo inſerit, & q̃si ἐπὶ τὴ μηλέας. i. in malo adopta creuerit, fœminino gñe & diminutiua forma ἐπιμηλὶς dicta à Græcis est: Videturq; eãdẽ habere causam similes huic in alijs scriptoribus in hac aut simili arbore aliquot appellatiões: dico aũt epimelides, hypomelides, hamamelides, & omomelides: q̃ omnes ex eadẽ malo arbore cõpositę, eã significãt arborẽ, quę aut in malo insita fuerit, aut eadẽ illi figura, quantitate, sapore'ue, aut parum dissimili. Quod aũt diximus esse nostratẽ mespilũ latiore umbilico, quod q; Barbarus: fundo in latitudinẽ resimo: nõ facile intelliget aliquis, nescius quid in pomis πυθμὴν. i. fi uerbũ de uerbo uertas, fundus significet: qua uoce ueteres Græci q̃d in summo pomo umbilici modo descẽdit, indicauerunt, præsertim q; in malis, piris, sorbis, mespilis, alijs q; penè insitis: in quibus cauũ & ueluti lacuna descendens, lanugines in ea floccos q;, & floris postq̃ defloruit inutiles reliquias oñdit. Et quoniã descendit, & quasi in doliolo fundum facit, πυθμένα. i. fundũ: & q̃d humani umbilici modo cauum est, ὀμφαλὸν etiã Græci uocauerũt. Nos certioris & facilioris intellectus uoce usi umbilicũ diximus: quod aũt à Barbaro dictũ est, resimo, in Dioscoride nõ legitur, & si ea est umbilici in mespilo figura: quoniã latiorẽ tãtum hic eam partẽ dixit. i. q̃ cõparata alioq; pomoq; umbilicis, latissime patet, quod & res ipsa indicat. In cæteris siquidem pro reliqua pomi latitudine angustior umbilicus est: in mespilo aũt, nullibi in toto corpore pomũ latius q̃ in umbilico dilatatur: Esseq; in pomis idẽ fundũ & umbilicũ, testis Pollux est, qui onomasticisui secundo uolumine, cũ lõgius de hominis umbilico egisset, Atheniẽses fundũ in ficis umbilicũ uocare ijs uerbis subiecit: οἱ δὲ ἀπικοὶ καὶ ἐν τοῖς σύκων πυθμένα ὀμφαλὸν ὀνομάζουσιν: quod est: Athenienses uero ficoq; fundũ umbilicũ nominant: Et ab eis accepta certiore uoce, nos in mespilis umbilicũ diximus.

Ἐπιμηλὶς ὑπερμηλὶς ἁμαμηλὶς ὠμομηλὶς. Epimelides Hypomelides Hamamelides Omomelides.

περὶ Λωτου. Κεφ. ϙοβ'.

Λωτὸς δ' ἔνδρομ, φυτόμ ὄξιμ εὐμέγεθες. κάρπ δὲ φέρ μείζονα πεπέρεως γλυκὺ. βρώσιμον. εὐστόμαχον. κοιλίας στεγνωτικόν. τῶ δὲ πρισμάτων τ ξύλου τὸ ἀφέψημα πινόμενον ῥ ἐγκλυζόμενον, βοηθ δυσεντερικοῖς. κ γναικεί ῥοϊκαῖς. ξανθίζ ἡ κ τρίχας. κ ἐπέχ γαστέρα ἐξουσαν.

De Loto Arbore. Cap. CXXXIX

LOton Romani pariter Græcis Ioton, & celtim dicunt. Grãdis plãta est lotus arbor, fructũ pipere maiorem fert, dulcem, grauiter odoratum, stomacho utilem, & qui aluum adstringat. Decoquuntur ramenta ligni, bibiq; & clystere infundit decoctũ id cõtra intestinoq; tormina & fœminaq; fluctiones. Ruffat capillũ præterea, & fluidam aluum cõpescit.

INTERPRES.

VAgum per herbas & arbores aliquot loti nomẽ est, ut certius libro quarto etiã uidebit: ob eam causam nos capitis huius titulo, arborẽ adiecimus, monẽte nos id scriptore hoc, q loton arborẽ ait plãtã esse &c. Multiplex longaq; est arboris huius in Theophrasto & Plinio historia: Nos eã reliquimus in scriptoribus illis & in Corollario Barbari uolẽtibus legẽdã: q̃d nostrũ sit, id tãtũ monebim⁹, hoc capite suspicari nos potuisse, quõdã aliter legi, q̃d nũc in oibus pariter Græcis inuenit, ξανθίζ ἡ κ τρίχας: quoq; uerboq; tã certa significatio, tamq; omnibus patẽs sensus est, ut nec potuerit aliter nec debuerit uerti, q̃, ruffare capillũ ramẽtoq; ligni huius arboris decoctũ: nihilominus antiqua scriptoris huius interpretatio aliũ habuisse id usum ostẽdit. Siquidẽ in ea aperte legit: si ex eo caput lauet, capillos cadere prohibet. Nec detulissem ego illi aliquid, nisi Plinius libro XXIII. cap. II. idem his uerbis docuisset: Ramẽta ligni decocta &c. Cohibent & capillũ: Accedente q; his ui & arboris potestate, quę, ut hic ait στρωτικὴ est, nõ penitus ab re uisum nobis est uitium in uerbo illo ξανθίζ suspicari: nec de mutando capilli colore, sed de cõpescẽdo eius defluuio monuisse hoc loco Dioscoridem. Nos cõmunẽ & in omnibus pariter inuentã lectionem secuti, nihil mutauimus.

περὶ Κρανίας. Κεφ. ϙογ'.

Κρανία δ' ἔνδρομ ὄξιμ ἀδρόμ. καρπὸμ φέρομ ὡς ἐλαίας. ἐπιμήκη. χλωρὸμ τ πρῶτμ, πεπαινόμενομ δὲ ξανθόμ, ἢ κκρο δ ἡ. εὐώδ μομ. σύφοντα. ἀρμόζοντα πρὸς κοιλίας ῥῦσιμ ἡ δυσεντερίας. σωλθέμ μομ ἡ εἰς ἔψημα, ῥ εἰς βρῶσιμ. κ ἁλμεύετ ὡς ἐλαία.

De Corno. Cap. CXL.

CRaniam Romani cornũ dicũt. Speciosa & fortis arbor cornus est: fructũ magnitudine oliuæ fert, oblongũ, à principio uiridem, cũ maturuit ruffum, aut cerę colore, qui uescendo fit, adstringat, alui fluoribus & intestinoq; torminibus utilẽ. Sapa idẽ cõdĩtur, et inter salgama ad cibos oliuaq; modo in muria seruatur.

Qui

ὁ δὲ τῶν χλωρῶν φύλλων ἰχὼς καταμιγνύμενος, ἅρμόζει πρὸς λιθιῶντας καταχριόμενος.

Qui uero ex incensis foliis exudat humor, contra impetigines utiliter inungitur.

INTERPRES.

DIximus fortem & speciosam arborem cornũ esse, sic certius indicantes, quod in Græcis ἀδρὸν est, quibus ea uox πιμελὴς significat, id est pingue & fœliciter nutritum, ex eoq; cum decore ualidum & forte, qualis corni materia: & ob id uenabulis apta.

περὶ οὔων. κεφ. ρσδ'.

ΟΥα τὰ μηλίζοντα μὴ πάνυ πέπτα ξηρανθέντα καὶ ἡλίῳ, σαλικὰ εἶνε) κοιλίας ἐθιόμενα. μὴ τὸ ἐξ αὐτῶν ἄλθυρον ἀντὶ ἀλφίτων λαμβανόμενον. ἡ δὲ ἀφέψημα ἢ αὐτῶν πινόμενον, τὸ αὐτὸ ποιεῖ.

De Sorbis. Cap. CXLI.

VAL. Romani sorba dicũt. ⌊ Sorba cũ luteo colore adhuc sunt necdũ maturue rũt, secta & in sole siccata, aluũ in cibo cohibent. Mola eadem teruntur: sumiturq; pro poleta in eundem usum eorum farina. Potest idem & decoctum eorum.

INTERPRES.

LOnga est arboris & pomi huius in Theophrasto historia: nec breuiter Plinius de eadem egit: res ipsa etiam quotidiano spectaculo satis nota est: præcipuasq; pomi in cibo & medicina uires, satis uno carmine in Xenijs suis indicauit Bilbilitanus poëta dicens: Sorba sumus molles nimium durantia uẽtres. Nec aliud ex professo medicinam docentes illi adiecerunt, q̃ minore in duranda aluo efficacia q̃ mespila esse: Quo fit ut magis Barbarę demiremur tam incerte de arbore pomoq; hoc in Corollario suo docentem. Optandum profecto hoc loco erat Græca nouisse omnes, ut collatis cum Theophrasto ab eo dictis, imperfectam hominis interpretationem cognoscerent: in qua nescio credendum'ne magis sit, q̃ obiter ea uerterit, an potius q̃ morte præuentus, sartam tectamq; rem ostendere non potuerit.

περὶ κοκκυμηλέας. κεφ. ροέ.

ΚΟκκυμηλέα δένδρον ὅσι γνώριμος. οὗ ὁ καρπὸς ἐδώδιμος. κακοστόμαχος, κοιλίας μαλακτικός. τῷ δὲ συρικῷ, καὶ μάλιστα τῷ ἐν Δαμασκῷ γενομένῳ ὁ καρπὸς ξηρανθεὶς, εὐστόμαχος καὶ κοιλίας σαλικός. τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν φύλλων ἐν οἴνῳ σκυβαλιζόμενον καὶ ἀναβρυζόμενον, καὶ οὐίδια, καὶ οὖλα, καὶ παθήματα ῥυμαλιζόμενα ἕλκη, τὰ αὐτὰ δὲ πάσχει καὶ ὁ τοῦ ἀγρίου κοκκυμήλου καρπὸς, πέπερος ξηρανθείς. ἐφθεὶς δὲ μετὰ ἐμπλάστρου, εὐστόμαχώτερος καὶ σαλικώτερος καὶ κοιλίας εἶνε). τὸ δὲ κόμμι τῆς κοκκυμηλέας, ἅμα κολλητικόν. λίθων θραυστικὸν πινόμενον σὺν οἴνῳ. σὺν ὄξει δὲ ἐπιχριόμενον, λέπρας τὰς ἐπὶ παιδίων θεραπεύει.

De Pruno. Cap. CXLII.

COccimelã L. Latini prunũ dicũt. ⌊ Nota arbor prunus est. Mãdunt quos ea fert fructus: stomacho tamen nocẽt, & aluũ molliunt. Syriaca, præsertimq; in Damasco genita ficcata pruna, stomacho accõmodata sunt, & aluũ cohibẽt. Coquunt in uino arboris folia, colluunturq; utiliter decocto illo & gargarissantur in uuã, gingiuasq; & tonsillas destillatiões. Possunt idem & syluestriũ prunorũ, cum maturuerunt, ficcati fructus. Qui etiã in sapa decocti stomacho utiliores, & ad cohibendam aluum aptiores fiunt. Glutinat prunorum gummi: frangendis uessicæ calculis cum uino bibitur. Idem sanandis puerorum impetiginibus, ex aceto inungitur.

INTERPRES.

CErtiora & ex re magis de prunorum uiribus post Dioscoridem alij tradiderũt: Demiratusq; hunc Galenus est libro septimo de simplici medicina, dicentem ficcatis Damascenis prunis compesci aluum, cum manifeste & hęc deijciant, sed minus q̃ alia. Ob eam causam non ab re penitus fuerit, q̃ breuissime posteriorum de prunis decreta hoc loco adijcere, quę huiuscemodi fere sunt. Deijciunt aluum pruna, sed copiosius recentia, ficcata minus. Eiusdẽ fructus decocto ad faucium & gutturis inflãmationes omnes, utiliter colluuntur. gummi quod ex arbore destillat, extenuandi & incidendi ui quam habet, fertur frangendis uessicę calculis utiliter bibi, & ex aceto infantium impetigines sanare. Syluestris pruni bacca manifeste aluum adstringit. Ex his non male forsan suspicabitur aliquis, quod in cunctis Græcis legitur, τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν φύλλων &c. quod est foliorum decoctum, potuisse quondam aliter legi: Nam præter aliorum decreta qui fructui hoc tribuerunt, res ipsa etiam exigere id uidetur: nihil tamen in communi omnium codicum lectione & fide mutatum à nobis est. Et quam forte hic locus exigebit castigationem, ad ea quę statim sequuntur, manifeste transtulimus: Quod enim in hoc passim legitur, τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν φύλλων ἐν οἴνῳ σκυβαλιζόμενον, non σκυβαλιζόμενον, id est præparatum, quod nullam habet hoc loco significationẽ, sed διακλυζόμενον, quod colluere significat, legendum est. Id omnium probatissimus mihi codex habet: Et Paulus Aegineta de his ipsis libro sexto agẽs ait: τὸ δὲ ἀφέψημα ἀντὶ τοῦ τὰς ἐν γαργαρεῶνα φλεγμονὰς ἰᾶται διακλυζόμενον: quod est: Prunorũ decocto gutturis inflammationes collui: ut sit in Dioscoride sensus, collui & gargarissari decocto illo faucium mala ab eo multa deinceps numerata.

Περὶ Κομάρου. κεφ. ρος'.

Κόμαρος δ' ἐνδρομέσι. πρόμοιον κυδωνίᾳ. λεπτόφυλλον. καρπὸν ἔχων ὡς κοκκυμήλου μέγεθος. ἀπύρηνον. μεμάκυλα καλούμενον. πεπανθέντα δὲ ὑπόκιρρον ἢ ἐρυθρόν. ἐσθιόμενον, ἀχυρώδες. κακοσόμαχον δὲ καὶ κεφαλαλγές.

De Arbuto. Cap. CXLIII.

COmaron Romani arbutũ dicunt. Cotoneæ malo similis arbutus est, tenui folio, fructu prunoq; magnitudie, sine nucleis, quẽ mẽmecylõ nominãt: ruffo aut rubẽte in maturitate colore. Is cũ manditᵗ, uelut paleaq; acus linguæ & dentibus repræsentat. Stomacho idem nocet, & capitis dolores facit.

INTERPRES.

GRato per hyemem spectaculo uiret in syluis arbutus, & quo tempore ueluti prodigæ iuuentutis homo, profusis opibus suis, cæteræ ruris arbores nudę & sine honore in hortis & campis squalent: tunc poma sua hæc uolentibus offert, tam grata specie, tamq; blando colore, ut merito naturã aliquis accuset, quæ adeò graue & inutile pomi farctũ quasi ignaris imponens, speciosissima clauserit fronte: Sed qđ in cæteris tota uita agendum sit, & quod sapientes docuisse ignaros deceat, sola pomi appellatione, malam in hoc pomo naturæ fidem, ueteres Romani ignaros & pueros, unedonem appellantes, cauere monuerũt: manifesto nominis argumento, oportere ob noxium & inutilem eius usum unum tantum edisse: q̃ præter capitis dolores, & stomachi noxam quam facit, ingrato penitus dentium attritu & succi expressione etiam sentiatur: quem sensum hic describens ait, in cibo & cum manditur ἀχυρώδη esse, quam uocem nos à tritura frumentorum uentilatione acus palearum uertimus, tantum rei necessitatem secuti: propterea q̃ integræ in hoc pomo paleæ nec sunt, nec in cibo sentiuntur: Sed quales M. Varro libro primo de re rustica capite LII. acus dixit, iubens trita in areis frumenta cum uentus spirat lenis uentilabris iactari, & ita fieri ut quod leuissimum est atq; appellatur acus, foras extra aream eiiciatur, ac frumentum quod est põderosum, purum ueniat, inutilesq; has trituræ acus in cibo repræsentare hic unedonem dixit: concisas scilicet & minutissimas paleas, quales frumentis in tritura miscentur.

Περὶ Ἀμυγδαλῆς. κεφ. ρος'.

Ἀμυγδαλέας πικρᾶς ἢ ῥίζα ἀφεψηθεῖσα λύσα, ἐφήλιδες τὰς ἐν προσώπῳ ἀπρικαθαίρει. Καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ἀμύγδαλα καταπλασθέντα, τὰ αὐτὰ ποιεῖ. προσιδέμενα δὲ, ἄγχει καταμύει. Καὶ κεφαλαλγίαις βοηθεῖ καταπλασθέντα μετώπῳ ἢ κροτάφοις μετ' ὄξους. Καὶ ἐξοδύνου. Καὶ πρὸς ὠμὴν νυκτίδας σὺν οἴνῳ. πρὸς δὲ σκεδόνας καὶ ἕρπητας, Καὶ κιρσώδηκτα, σὺν μέλιτι. ἐσθιόμενα δὲ ὄξυμ ἀνύει. κοιλίας μαλακτικά. ὑπνωτικά. οὐρητικά. Καὶ πρὸς αἵματος ἀναπτυὴν μετὰ ἀμύλου λαμβανόμενα. πρὸς δὲ νεφριτικοὺς καὶ πλευριτικούς, σὺν ὕδατι πινόμενα ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ἐκτίνῃ τερεβινθίνῃ. δυσουριῶσι δὲ Καὶ λιθιῶσι, σὺν γλυκεῖ βοηθεῖ. καὶ ἠπατικοῖς, Καὶ βηξί, Καὶ κώλου ἐμπυθματώδεσι, σὺν μέλιτι καὶ γάλακτι ἐκλειχόμενα, καρύου πτυκτοῦ δ' μέγεθος. ἔσι δὲ καὶ ἀμέθυσα προσλαμβανόμενα ὅσον ἑ. ἢ ζ'. κτείνει δὲ καὶ ἀλώπεκας ἐρωθέντα σύν ζιν. τὸ δὲ κόμμι αὐτοῦ σὺν θυμαύῃ. καὶ βοηθεῖ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενον, σὺν ὄξει δὲ ἐπιχριόμενον, λειχῆνας ἐπιπλαίους αἴρει. ἴασαι καὶ βῆχα χρονίαν μετὰ κεράματος πρθέν. λιθοῦντας δὲ ὠφελεῖ σὺν γλυκεῖ πινόμενον. ἢ δὲ γλυκεῖα Καὶ ἐδώδιμος ἀμυγδαλή, καταπλυθεῖσα ὡς ὄξιν ὡς πρὸς τὸν ἕρπητα δὲ πικρᾶς. καὶ αὐτὴ δὲ λεπτυντική. οὐρητική. ἐρωθέντα δὲ σὺν τῷ λέπει τὰ ἀμύγδαλα χλωρὰ, στομάχου πλάδον ἀπρικαθίστησι.

De Amygdala. Cap. CXLIIII.

AMygdalean Romãi amygdalũ dicũt. Concisa decoctáq; amarę amygdalæ radix, asperã & discolorẽ ceu à sole faciem emendat. Præstant idẽ & nuces ipsæ illitæ. Appositæ eædẽ menses euocãt. Capitis doloribus succurrunt, fronti temporibus ue ex aceto, aut rosaceo illitæ. Contra epinyctidas ex uino: cõtra exedentia ulcera, & quos herpetas dicunt, canisq; morsus, ex melle illinuntur. Somno dolorẽ leuant in cibo sumptæ. Aluũ molliunt, somnum conciliant, urinã cient, & contra sanguinis excreationes cũ amylo & menta sumunt. Bibunt eædẽ in aqua, aut cũ terebinthina resina. Linguntur in renũ cũ urinæ malo aliquo doloribꝰ, & pulmonũ inflãmatione quã peripneumonian dicunt. Calculosis cũ passo & urinæ angustijs prosunt. In ecllegmate auellanæ nucis magnitudie, additis melle & lacte, iocinorosis, tussientibus, & maioris intestini, quod colon dicũt, inflationibus opitulant. Arcent ebrietatẽ quinq; sex'ue in cibo præsumptæ. Vulpes si cũ aliquo eas comederint, enecãt. Adstringit & calefacit arboris gummi, & contra sanguinis excreationes utiliter bibitur. Ex aceto idẽ summæ cutis impetigines tollit: medet & diutinis tussibus in diluta uini potione sumptũ. Bibit & contra uessicę calculos in passo utiliter. Dulces & quæ edendo sunt amygdalæ nuces, minus efficaces q̃ amaræ: Extenuãt tamen & ipsæ, & urinã cient. Virides cũ uiridi summo operimento suo in cibo sumptæ, stomachũ humentẽ emendant.

IN-

INTERPRES.

Sihuic & Galeno, quoq; decreta pro oraculo antiquis medicis fuerunt, credēdum de uiribus amygdalę eſt, primam capitis huius partē parq; fœliciter latinis Barbarus reddidit, dicens amarę amygdali radicum tritaq; decoctū cutem in facie corrigere: neq; enim hic, ſi uerba eius omnia diligentius æſtimētur, illud decernit: ſed quod Galenus libro ſexto de ſimplicibus ait, ſi accipiantur amygdali radices, coquanēq;, ephelides foris impoſitas auferre: iubetq; non decocto amygdalæ radicū foueri in ea labe hominis faciem, ſed decoctā radicis materiā uitio illi imponi. Quod primo libro etiā Paulus Aegineta cōfirmat. Cuius ea uerba ſunt: ῥίζαί τε πικρᾶς ἀμυγδάλης, quod eſt, & amarę amygdalæ radix: utiturq; ea contra malū in ſenectute cutis colorē. Alternat præterea, ſi melioribus Græcis habenda fides eſt: non copulat Dioſcorides acetū & roſaceum, quo loco iubet in dolore capitis utroq; uti: nō ſimul, ſed alterno, ἢ enim quod uel, nō καὶ quod & ſignificat, intercedit. Reliquit & Barbarus quod alioquin Plinius monebat, & poſt Plinium Serapion, contra ſanguinis reiectionē ultra amylum cum menta ſumendas amygdalas eſſe. Siquidē Plinius libro uigeſimotertio capite nono his uerbis rem indicat: Et ſanguinē ſiſtunt cum amylo & menta: fuiſſeq; hanc huius loci lectionem Serapionis ætate cōmentaria eius indicant: Et nos plures ex melioribus Græcis uidimus, in quibus μετὰ ἀμύλου καὶ ἡδυόσμου manifeſte adhuc legitur. Sequitur non longe ab iſs, quod legētium animos, ſuſpēdere merito hactenus potuerit: & niſi noua hiſtoria res cōfirmetur, adhuc etiā poſſit, à Plinio, ſcriptore hoc ipſo cunctisq; eius interpretibus pariter traditum: Mori uulpes amaris amygdalis cū aliquo paſtas. Nos etiam, ut in re parum ueriſimili fit, diu anxij quale id, & quid reddendum eo loco eſſet, cogitauimus. Perſuadebat enim ſic legi oportere Græcorum omnium codicum cōmunis & eadē fides: Teſtabatur Plinius, fuiſſe hanc eius loci ueram & antiquam lectionem: ex quo ille addiderat, mori uulpes eo cibo, niſi contigerit è uicino aquam lambere: obſeruatum id etiam à diligētioribus fuiſſe, & ex obſeruatione inuentum remedium. Cōfirmabant poſtremo idem Serapion, & quotcunq; aliį in ſcriptore hoc aliquando occupati fuerant: Nihilq; non ueritati reſpondebat: Ediuerſo grauitate ſcriptoris huius indignum id uidebatur, nulla ſiue præcepti ſiue hiſtoriæ huius ratione aut neceſſitate ſe oſtendente, præſertimq; in medio capite, & inter meliora pro malo aliquo hominis remedia: Poſt quæ hic ſemper & ex alioq; fama ſimilia iſs addere conſueuit. Quid eī ad faciendam homini medicinam, pertineat nouiſſe hoc: Aut ſi fortè aliquis ad auium ſuarum in uillatica paſtione tutelam, cōtra eius animalis maleficium uti cogitauerit: quo modo ad hoc cibi genus trahere aut cogere poterit clancularium, inſidioſum, & ut Græci dicunt ὠμοβόρον id eſt crudis carnibus ueſcens animal? Accedebat iſs quod ſuſpicionem noſtram augebat, uiſus mihi antiquus Dioſcoridis codex, in quo non ut in cæteris legeretur, κτείνῃ δὲ καὶ ἀλώπεκας βρωθέντα σύν τινι: quod eſt, ut nos reddidimus: uulpes ſi cum aliquo eas comederint, enecant: ſed additis & mutatis quibuſdam, κτείνῃ δὲ καὶ ἔλμινθας, καὶ ἀλωπεκίας ῥωθέντα σύν τινι: Quorum prior illa pars integra, integrum habet intellectum, qui ſit: enecare uentris animalia amaras amygdalas: Poſterior, corruptis duabus uocibus, ueſtigia potius alterius qui quondam fuiſſet ſenſus, q̄ quod aperte intelligi poſſet, oſtendebat: pertineretq; ad capilli defluuia, quæ alopecias dicunt Græci. Inclinabatq; in alteram hanc lectionem animus, propterea quòd uidebatur habere prius illud remedium contra uentris animalia, certam ex amaritudine rationem. Poſterius uero illud, reſtitutis in integrum duabus uocibus illis, quod facile erat, Galenum & Paulum Aeginetam teſtes & autores habebat: quorum alter contra capitis alopecias cortice amaræ amygdalæ utitur: Quod licet idem penitus non ſit, non tamen ab re penitus eſt, eiuſdem arboris alias atq; alias partes idem poſſe: & in amygdala pro recepto id habere, teſtante Galeno tam hanc arborem eiuſdem poteſtatis cum ſuis nucibus eſſe. Iis nos coniecturis & autoritatibus freti, cogitabamus à uulpibus quas Græci alopecas uocant, ad alopecias à uulpibus facta capilli defluuia, trahi rē poſſe: factum autem iſs diebus eſt, ut quod Maro cecinit, fata uiam inuenerint: oſtenderitq; caſus, quod ratione carere uidebatur: licetq; rei quam dicemus oculati teſtes ipſi non ſimus, pro ſenſu tamen boni uiri fides nobis eſt, præſertimq; teſtantibus idem plerisq; aliįs. Habebat in delicijs is, & ad uenatum murium in medica officina amabilem & ſpecioſum felem nutriebat, quem quotidie ex manu paſcere ſolitus erat: &, ut eſt autore Perſio, uenter maximus artifex negata ſequi, dulciarijs, mellitisq; & ſaporibus aliįs quibus officinæ illæ abundant, adeò eum aſſuefecerat, ut nihil non hominis modo ex eo genere ciborum auidius appeteret. Factum ex eo eſt, ut cum ab interiore callo purgaret ille amaras amygdalas, accedens feles primum, qua uoce ſolet id animal, petere, mox rapere unam & alteram incœperit: admirante illo quòd amaritudinem non ſentiret, porrigere & ipſe cœpit: Nec ultra ſeptem octo'ue ad ſummum hauſtis, torqueri intus animal cœpit, & ueluti furioſum circumagi. Toto tandem corpore diſtentum difficillimum mortis genus obire uidebatur: periitq; non ultra horam à cibo illo protracta uita. Quod commētationibus iſs noſtris addere placuit, nequis Dioſcoridem, Plinium, totq; alios in ea re demiretur: ſciantq; omnes, ut felibus uenenū amygdalæ ſunt, ſic poſſe uulpibus etiam eſſe. Fit enim in natura paſſim, ut quod homini uenenum ſit, quadrupedem aliquam fœliciter ſaginet: Et è diuerſo, quod illis nocet, nobis ad meliorem uitam proficiat: habereq; uolentes quo poſſint tam maleficum animal è medio tollere, ſi mixtas cibis, quibus ueſcuntur uulpes amygdalas amaras illis comedendas reliquerint. Quæ omnia bona fide dicta à nobis ſunt: Qua etiam mente illud monemus, relictū in Barbari interpretatione fuiſſe, bibi contra ueſſicæ calculos amaræ amygdalæ gummi in paſſo utiliter: quod ultimum hic in amaris amygdalis docet: Credimusq; librariorum negligentia eam illi periſſe partem: niſi forte abundare eam hoc loco credidit, quoniam non multo ante dixiſſet, λυσουριῶσι καὶ λιθιῶσι σὺν γλυκεῖ βοιβεῖν: ſed illud de nucibus, hoc de gummi arboris indicatur. Credimus poſtremo corrupte etiam legi, quod ultimum hic ait, βρωθέντα δὲ σὺν ζωῷ λίπει τὰ ἀμύγδαλα χλωρὰ στομάχου πλάδον ἀποκαθίσησιν. Cuius membri ſenſus ille eſt: emendare & corrigere in ſtomacho collectos humores uiridęs, cum uiridi primo operimento ſuo comeſas amygdalas. Quod cibi genus longe à benefi-

cio

cio hoc in ſua immaturitate abeſſe uidetur. Quinetiã Plinius ait, recentes ſtomachũ implere: Quale aũt prõ illo ἀπροκαθίσησιν ſubijciendũ uerbũ ſit, conijcere omnibus facile eſt: quæ enim malo & inutili humore uitiantur, contrario ſiccitatis habitu corriguntur. Libet in morborũ cenſu dixiſſe hoc capite, quã nos pulmonum inflãmationẽ, Græci uero peripneumonian dixerunt: malũ quod, ſi uox ipſa certius æſtimetur, circa pulmones magis q̃ in pulmonibus fieri credendũ ſit. Quod ex antiquioribus aliqui etiã teſtante id Galeno crediderunt, qui in Iſagoge ſua his uerbis de ea docuit: Placet autẽ aliquibus grauẽ pulmonũ inflãmationẽ eſſe peripneumonian, idq; grauitate indicatur: Aliquibus contrà uidetur, non poſſe pulmonẽ inflammari: ſed cũ adiacentes & propinquæ pulmonibus partes in hoc malo fuerint, ab eis nomen inueniſſe hoc malũ. Idẽ in diffinitionibus ſuis peripneumonian ſic deſcripſit: Pulmonis inflammatio peripneumonia eſt. Sequuntur eam acuta febris, & anguſtiæ ſpiritus, rubeſcuntq; his qui eo malo tentant, eminentiores ſub oculis partes, quas Græci μῦλα nominant: fieri præterea teſtatus eſt iiſdem ex cauſis quibus & lateralis dolor, etſi aliqui ex pituita dixerunt: Paulus Aegineta pulmonis inflammationẽ aperte appellauit, quæ plerunq; oriatur ex ualẽtiore à capite in eam partẽ deſtillatione, aut angina, aut ſuſpirio, aut laterali dolore, quẽ Græci pleuritim dicũt, aut aliis ex cauſis: aliquando etiã mali principiũ ſolã inflammationẽ eſſe, comitariq; eã præter ea quæ Galenus dixit, grauitatẽ & pectoris diſtentionẽ: nec ſolum rubeſcere ſub oculis partes quas diximus, ſed tumere etiã oculos ipſos, & deorſum ferri ſupercilia: quod totum breuiter ſignificaſſe uoluimus, ut mali genus, cauſas & locum certius legentes cognoſcerẽt. Incertum enim eſt & nimis late patet, quod Barbarus uertit pulmonum uitiis. Columella ſanè libro VIII. ſues & oues pulmonarias dixit: ſed an id pecoris malum idem peripneumonię hominis ſit, non ſatis pro comperto nobis eſt.

Pulmonũ inflãmatio.

περὶ πνευμονίας. μῦλαι.

περὶ πισακίων. κεφ. ρξη΄.

Πισάκια τὰ μὲν γενόμενα ἐν συρίᾳ, ὅμοια τερεβίνθοις, εὐστόμαχα. ἐσθιόμενα δὲ ἠρέμα πινόμενα ἐν οἴνῳ λεῖα, ἐχεπετοδήκτοις βοηθεῖ.

De Piſtachijs. Cap. CXLV.

PIſtacia Romani pariter Græcis piſtacia dicũt. In Syria ſcimus naſci piſtacia pineis nucleis ſimilia, ſtomacho utilia, contra ſerpentiũ morſus accommodata, ſiue per ſe edanti, ſiue conciſa in uino bibantur.

INTERPRES.

MAle in cunctis Græcis, præterq̃ in omniũ mihi probatiſſimo codice legebatur, πισάκια τὰ μὲν γενόμενα ἐν συρίᾳ: hic enim dicendi modus alterum ſibi membrum & piſtaciorum genus exigebat, quando ut Græcorum grammatici docent, ſemper τὰ μὲν reddendũ ἀπὸ δὲ eſt, nõ aliter q̃ ſi in Latinis dicas, hic quidem, ille autem: ſemperq; propoſita altera, expectanda & quærenda altera pars eſt, quæ aliud aut diuerſum à priore illa aliquid oſtendat: quod nullibi in hoc capite inueniri poterat: fuitq;, ut uidere licuit, uera & antiqua huius capitis lectio πισάκια ἴσμεν ἐν συρίᾳ γενόμενα, facili in una tm̃ ſyllaba ad uitium lapſu: idq; etiã Plinius libro XIII. indicat dicens: Syria peculiares habet arbores, in nucũ genere piſtacia nota: quaſi & ipſe diceret piſtacia ſcimus in Syria naſci. Nec ſtomacho tantum amica, & contra ſerpentium morſus prodeſſe piſtacia libro VI. Paulus Aegineta dixit, uerum præter hæc iecur laxare: præcipueq; id poſſe ſummi & odorati eorum operimenti decoctum. Dico autem in nucibus ſummum operimentum, non lignoſum putamẽ quo maturæ claudũtur, ſed quod à principio lignoſum putamen illud ueſtit, appetẽte maturitate deciduũ: in qua tantum parte Nicander in Theriacis ſuis remedium & opem contra ſerpentes eſſe teſtatur.

περὶ καρύων βασιλικῶν. κεφ. ροθ΄.

Καρυα βασιλικὰ ἃ ἔνιοι περσικὰ καλοῦσιν, ἐσθιόμενα δύσπεπτα. καὶ κοσόμαχα. χολοποιά. κεφαλαλγῆ. ἐπιστροφὴν φαντία. χρήσιμα δὲ ἐκβρωσκόμενα πρὸς ἐμέτους νίτρῳ καὶ θαψασίμῳ φυλάκων ὀξυμελιτι ἀναφάσματα. προβρωθέντα ἢ ἐπιβρωθέντα, σὺν ἰσχάσι ἢ πηγάνῳ. πλείονα δὲ βρωθέντα, πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκτινάσσει. ἐπιπλάσσεται δὲ καὶ μασοῖς φλεγμαίνουσι. ἢ ἀρτήμασι, ἢ στέμμασι σὺν ὀλίγῳ μέλιτι καὶ πηγάνῳ. μετὰ δὲ κρομμύου, ἢ ἁλὸς, καὶ μέλιτος, πρὸς κυνόδηκτα καὶ ἀνθρωποδήκτα πρίσ. πυρωθέντα δὲ σὺν τῷ κελύφει. καὶ ἐπιτεθέντα τῷ ὀμφαλῷ, στρόφους παύει. τὸ δὲ λέπυρον καὶ ἢ τριφθὲν ἐν οἴνῳ ἢ ἐλαίῳ, παιδίοις ἐπιχρισθὲν καλλιτριχόμ ὄσι. ἢ ἀλωπεκίας διασώζει. ἢ ἔμμηνα ἴστησι τὸ ἐντὸς αὐτοῦ λεῖον καὶ ἢ σὺν οἴνῳ

De nucibus, quas Romani iuglandes dicunt. Cap. CXLVI.

CArya baſilica, id eſt regias nuces L. Romani iuglãdes nuces dicunt. Iuglãdes nuces quas pleriq; Perſicas etiã uocant, ægre concoquunt: ſtomacho nocẽt, bilem augent, dolores capitis faciunt, & tuſſiẽtibus inutiles ſunt. Ad uomitiones ieiunis utiliter in cibo ſumũtur. Præſumptæ, & à cibo ſtatim ſumptæ cum ruta & caricis, letalibus uenenis aduerſant. Quinetiã maiore copia ſumptæ, lumbricos latos pellunt. Illinuntur eædẽ in abſceſſibus luxatiſq;, & cõtra mammæ inflãmationes, cũ exiguo melle & ruta. Cum cepis ſaleq; & melle, ad canũ hominiſq; morſus faciunt. Sedant tormina cum putamine ſuo crematę & hominis umbilico impoſitę. Crematũ tritumq; iuglandiũ nucũ putamẽ, ex uino oleo'ue inuncto capite, infantibus capillũ nutrit, capillíq; defluuia, quas Græci alopecias dicũt, explet. Siſtit menſes crematũ, tritumq; & ex uino

appositũ, quod intra nuces clauditur. Vetustarũ itidẽ iuglandiũ interiores nuclei cõmanducati & impositi gangrænis, carbunculis, ægilopis, & capillorum defluuijs, quas Græci alopecias dicunt, citissime medẽtur. Fit & ex iuglandibus nucibus oleũ tusis expressisq; Recentes stomacho q̃ dulciores sunt minus nocent: quã ob causam alijs ad auferendã eorũ acrimoniã miscentur, & ad delendos liuores utiliter illinunt. Auellanæ uero nuces quas Græci ponticas, & in ea gente aliqui leptocarya, id est minores nuces dicunt, stomacho & ipsę nocẽt. Tritę tñ & in mulsa aqua potæ, diutinis tussibus medent. Crematæ eædẽ & cũ exiguo pipere in cibo sumptæ, à capite in subiectas partes destillationẽ maturãt. Totæ etiã crematæ, tũ cõcisę cũ axũgia ursino ue adipe, capilli defluuia quas alopecias dicũt explẽt. Ferũt prẽter hæc aliq; cremato tritóq; eax putamine, siqs ex oleo pueri sinciput inunxerit, cessũ in pupulis oculox colorẽ in nigrũ mutari: eodẽ capillũ etiã denigrari.

Περὶ Καρύων πρώτη. ϙπ'.

Αἱ δὲ πρώτικαὶ ἁπλῶς λεπτοκάρυα καλοῦσιν, ἔστι κακοστόμαχα. αὐτὰ δὲ λῷστα σὺν μελικράτῳ πινόμενα, ἔτι καὶ παλαιὰ μᾶλλον ἰᾶται φθυτὰ ἢ ἐσθιόμενα σὺν πέπονι ὀλίγῳ, κατάῤῥυσιν πεπαύει. ὅλα δὲ καίεται λῷστα μετὰ ἀξυγγίου ἢ σέατος ἀλείφειν. ἀλωπεκίας ἐπιχριόμενα σὺν ὄξει. φασὶ δέ τινες, ὅτι μετὰ ἐλαίου τὰ κελύφη κεκαυμένα καὶ λεῖα ἐγχριόμενα, γλαυκοφθάλμους παῖδας μελαίνει τὰς κόρας ἐπιβρεχομένου τοῦ βρέγματος.

Περὶ Μορέας. Κεφ. ϙπά.

Μορέα ἡ συκαμινέα, δένδρον ὄζοις γεώδεσιμον. ἧς ὁ καρπὸς λευκὸς καλίας. εὔφθαρτος. κακοστόμαχος, καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς δὲ χυλὸς τὰ αὐτὰ δρᾷ. ἕψηθεὶς δὲ ἐν χαλκώματι ἢ ἠλιαθεὶς, συστέλλει μᾶλλον δὲ ἐνίους), μιγνύμενος δὲ αὐτῷ ὀλίγῳ μέλιτος, πρὸς ἕλκεσιν ἀρχαῖα, καὶ νομὰς, καὶ προσθέσεις φλεγμαίνουσα. ἐκτείνεται δὲ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ παραμιγείσης συστήψεως χαλκοῦ, καὶ κηκίδος, καὶ σμύρνης, καὶ κρόκου. ἔτι δὲ καὶ μυρίκης καρποῦ, καὶ ἴριδος, καὶ λιβανωτοῦ. τὰ δὲ ἄωρα μόρα,

Vt Persicas & regias Græci, Romani uero iuglandes in genere nucum eas dixerint, quas nunc priuatim Ethruria gentes q̃ aliæ multæ nuces nominant, satis libro XV. cap. XXII. Plinius declarauit, qui omnem earum figuram etiam fœliciore pictura ante oculos posuit: eamq; ob causam præsertim in quotidiana & nota omnibus re, nihil nos quod ad historiam pertineat huic capiti adijciemus. In medicinã tum breuissime ex antiquorum decretis significabimus, habere arboris huius coliculos aliquid quod adstringat: summum uero nucis operimentum, quod ea maturescente decidit, multa hac potestate esse. Interius deinde carinatum & bifidum putamen crematum, extenuandi uim acquirere, & sine erosione siccare: quodq; in eo clauditur edendo aptum, oleosum quod est, facillime bilem augere, confectumq; ex eo oleum extenuãdi uim habere: tumores præterea & quas sepedonas dicũt discutere. Flaccescẽtes itidẽ uetustate nuces cutis labes omnes abstergere. Auellanas postremo frigidiores tantum austeriores q̃, in cæteris iuglandibus æquales esse: præter quæ hic alias etiã ad utranq; partem uires illis assignauit: uerbi causa, arcere ebrietatẽ, aduersari serpentibus, capitis dolores facere, & concoctu difficiles esse. In quo non probamus nimis superstitiosam Barbari interpretationẽ, qui q̃d hic λύσιπλον dixit, nihil aliud significãs q̃ q̃d ægre in stomacho concoquit, & q̃d Plinius difficiles concoctu ait: resides in corpore & difficile transire dixerit: longiore q̃ decuit uerborũ ductu, nec satis apto rei intellectu: quãdo aliud iudicio nostro est ægre cõcoqui aliqd, & aliter dicit residere aliqd in corpore, nec facile trãsire. At uocibus ijs usus aliquãdo in libris de re rustica Varro est: Scimus id quidẽ, nec Varronẽ in ijs quæ docuit damnamus, sed quod aptius & certius in Dioscoride ad medicinã dici debuerat, desideramus. Idẽ in auellanis q̃d est: ἐν βρεχομένου τῷ βρέγματος & parũ recte perfuso capite trãstulit. Neq; enim βρέγμα caput Græcis est, sed anterior tantũ eius capillata pars, si Galeno in anatome sua credendũ est, qui humani capitis partes describẽs, ait: Tota igit capitis moles, totius corporis pars merito dicet: Eius deinde partiũ quæ anterior supra supercilia capillis carẽs & glabra ab aure ad aurẽ extendit, frons uocat. Quę uero supra hanc usq; ad uerticẽ capillo uestita est, βρέγμα dicit, quã Latini sinciput dixerũt & hãc tantũ partẽ nõ caput illini in pueris hic iubet ut nigrescãt in oculis eorũ pupulæ. Adiecimus nos etiã ex antiquorũ codicũ lectiõe & fide, eodẽ hoc remedio denigrari capillũ. Et hæc pro iuglandibus & ponticis, siue ut Theophrastus ab Heraclea põti ciuitate semper appellat heracleoticis nucibus dicta hactenus sunt.

λύσιπλον.

βρέγμα.

De moro. Ca. CXLVII.

MOrean siue sycamineã Rornani morũ dicũt. Nota omnib⁹ arbor mor⁹ est. Aluũ soluũt poma eius: facillime corrũpunt, & stomacho inimica sunt. Prẽstat eadẽ ex pressus ex eis succ⁹. Idẽ tñ in æneo uase decoctus aut insolatus, adstringẽdi uim & naturã acquirit: ad ditóq; illi exiguo melle, facit ad destillationes, ad ea q̃ pascẽdo serpũt, & tonsillarũ inflãmatiões. Augent aũt remedij huiꝰ uires additis alumine scissili, galla, myrrha, et croco: itẽq; tamaricis semine, iridis radice, & thure. Tũdunt siccata acerba mora, &

ρα ξηρὰ κοπέντα, ἀντὶ ξύλου πῖς ὄφεσι μίγνυτη. καὶ λιθάκους ὀνίνησιν. ὁ τῆς ξύλης ἢ φλοιὸς σὺν ἐλαίῳ ὑδαρεῖ καὶ πράσεις, κοιλίαν λύει. καὶ πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκτινάσσει. καὶ πῖς ἀκόνιτου πεπωκόσι βοηθεῖ. τὰ δὲ φύλλα λεῖα σὺν ἐλαίῳ καταπλασθέντα, πυρίκαυσα ἰᾶται. ἐψηθέντα δὲ ξὺν ὀμφακίῳ ὑδαρεῖ, σὺν ἀμπέλου καὶ συκῆς μελαινῆς φύλλοις, βάπτει τρίχας. ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλλων, φαλαγγιοδήκτοις ἀρκεῖ, πρασείς κυάθου πλῆθος. τοῦ φλοιοῦ δὲ καὶ τῶν φύλλων τὸ ἀπόζεμα, διάκλυσμα εὖ θερμὸν ὀδόντων ἀλγίαις. ὀπίζεται δὲ καὶ περὶ τῶν πυραμικῶν ἡ ξύλης πρόσρυχθείσης καὶ ἐκκοπείσης. εὑρίσκεται γὰρ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπίπαγός τις ὡς πρός πεπόνταλγίας ποιεῖ. καὶ φύματα διαφορεῖ, καὶ κοιλίαν καθαίρει.

ra, & pro coriario frutice quem rhum dicunt, obsonijs præsenti in cœliacis utilitate inspergunt. Decoquit in aqua etiã radicis mori cortex, soluitq; aluum potum id decoctũ: Lumbricos latos pellit, & contra potum aconitum succurrit. Medentur ambustis concisa mori folia, & ex oleo illita. Decocta éadẽ in cœlesti aqua cum uitis & nigræ fici folijs, capillũ denigrant. Bibitur cyathi pondere contra phalãgiorum morsus, ex folijs expressus succus. Corticis & foliorũ mori decocto colluuntur utiliter in dolore dentes. Colligitur per messem præterea liquor circunfossa & secta radice arboris: inuenituríq; sequenti die in ea concretus. Vtilis hic contra dentium dolores: Panos præterea discutit, & aluum purgat.

INTERPRES.

NOn satis laudata quondam morus est: Nec quos habere poterat in nobis, usus omnes nouit antiquitas, etsi tardissime senescere hanc arborem ueteres dixerint, in nouissimis florere, primam sua maturare poma, montes & syluas fugere, ut nobiscum in hortis & campestribus uiuat, carne & uinoso succo poma eius constare ut hominẽ pascat & potet: Vnã non nisi exacto frigore germinare, ideoq; sapientissimã arborũ appellatã, quę inconstantia ueris periclitari noluerit, & inexpectatis gelicidijs opes suas amittere: certissimo argumento, tutius tunc nautis maria aperiri ostendens, q̃ quo tempore Hesiodus cecinit, cũ fici folia in arbore sua tanta se ostenderent, quanta solo ingrediens cornix uestigia signat. Ex eiusdem materia paratum nobis igniarium: si, ut ferè matutino fit, extinctis ignis hesterni reliquijs, omnibus instaurãdus iterum focus sit: In quem usum mutuo eius ligni attritu flammam exteri dixerunt. Postremo pastorum religione consecratam, nunq; nisi sanguineo eius pomi succo tinctis corporibus, Pana numen suum precibus & uotis, ad suam suiq; gregis opẽ inuocãtium. Superãt enim maiores illi laudes, & honestior ex folijs usus, quibus quadraginta ferè diebus à uergiliarum exortu usq; ad solstitiũ, pasti uermes, notissimũ nunc omnibus uellus conficiũt, quo principes quondã & magistratus ornabãtur, ut esset potestatis & honoris insigne: nunc autem promiscuo usu ad plebem translatum, in agris & solitudine sordere cœpit: tam facile, ut Pindarus ait, homini mellis etiam obrepit fastidium, tamq; ad malos mores & luxuriam facilis lapsus & lubricũ omnibus iter est. Nullibi sagacior natura deprehẽdetur: nec ars aliquid ab ea accepisse uidebitur, in quo ingeniosius laborauerit, si tam multas, dum id uellus perficitur, naturæ mutationes: & artis, dum ad uitæ usus disponitur, labores æstimemus: quæ omnia optabilem nobis arborem fecerunt: & in re rustica uitibus & oleis adeò prælatã, ut uectigal iam cœperint folia eius esse: & annonã nostrã nihilominus q̃ uitijs & olea augeant. Præfertur tamen in hunc usum copia & tenerit udine foliorum magis q̃ bonitate, quę cãdido pomo est, antiquis ut uidetur ignota, & in Italiã non nisi serò translata: quãdo nec Theophrastus Plinius ue, nec in disciplina ruris tot Latini autores aliquid de ea tradiderint: non relicturi in augenda domini re, tam facilem simul & honestã quæstus rationẽ: si quod tam late nunc patet, tractare & exercere ipsi etiã didicissent. Solus Naso, nisi fortè indignum naturæ uideatur ex fabulosa poëtarum historia ueritati eius fidem accedere, in Thisbes & Pyrami amoribus, candidum in hac arbore pomum cognouit, notissimos in quarto Transformationum suarum uersiculos canens: Conueniant ad busta Nini, lateantq; sub umbra Arboris, arbor ibi niueis uberrima pomis Ardua morus erat: Nec multo post: At tu quæ ramis arbor & c. Signa tene cædis, pullosq; & luctibus aptos Semper habe fœtus & c. Tradiderunt etiã Gręci insitione ad hunc colorem profecisse hanc arborem, populoq; albæ insitã morum, candido colore poma maturare, q̃ tamen id uerum sit, peritioribus cognoscẽdum relinquatur: Nobis sui generis arbor hæc uidetur: tam multas habet corticis, materiæ, foliorum, & præter colorem totius pomi diuersas notas: quæ omnia longius dicta à nobis sunt, ut meminerint legentes, quæ de moro pomisq; eius ab hoc & ab alijs traduntur, de his priuatim dici, quæ ultima maturitate sanguineo tantum intus succo nigrescunt, & nostra ætate passim adhuc Celsi mora appellantur: omnemq; huius scriptoris medicinam ex hoc genere instrui. Pro qua, quod statim à principio dictum à nobis est, facillime corrumpi mora, ad eorum in stomacho cibum pertinere uidetur: & quod non multo post sequitur: facit ad destillationes, ea quæ pascendo serpunt, & tonsillarum inflammationes: totum ad unã oris partem referendum est: destillationesq;, & quæ pascendo serpunt, in ea tantum parte (ut credimus) intelligẽdæ sunt: Sic Galenus, sic Paulus Aegineta, sic plerique alij testati sunt: simplex enim illic φυμάτων uox est: sed coniuncta alijs oris uitijs, in eam partem facile trahi posse uidetur, præsertim docente Plinio, fieri ex pomo hoc stomaticen, medicamentum quod ab ore sic appelletur, quemadmodum ab arteria arteriace: quæ uoces unam oris tantum rationem & partem indicant. Non præcepit deinde Dioscorides ad augendas medicamenti huius uires, præter multa alia adijciendum illi esse, ut Barbarus uertit, pollinem thuris, sed simpliciter thus: λιβανωτὸν enim hic, non μάννα λιβανωτοῦ dixit: quid autem thuris manna & pollen fit, diximus in thure longius: Quæ duo, quoniam eiusdem substantiæ sunt, licet easdem habeãt uires, remissius tamen eadem thuri

thuri poteſt thuris pollen, ſi huic certius de tota hac re in thure agenti, credendum eſt. Quod uitium deinde, & ut in ſatyra auditur, inſanabile cacoëthes alicuius eſt, cum poſſit ſimpliciter & uere aliquid dicere, ut auribus & uoluptati legentium conſulat, pluribus & aliter quàm oporteat aliquid doceat.

περὶ συκομόρου. κεφ. ρπϑ'.

Συκόμορον. ἔνιοι δὲ ἢ τὴν συκάμινον λέγουσι. καλεῖται δὲ ἀπ' αὐτῆς καὶ ὁ συκόμορος. διὰ τὸ ἄμορον καὶ γλυκύ. ὅμοιον τῇ συκῇ, πρόκομον σφόδρα τοῖς φύλλοις ἐοικὸς μορέᾳ. φέρει δὲ καρπὸν ἐπὶ τῆς πεταλώδους ἢ ἔρυος. οὐκ ἀεὶ δὲ ἀκαρπεύεται ὡς ἐπὶ τὴν συκῆν. ἀπὸ δὲ τοῦ σκελέθουσι ὅμοιον ἐρινεῷ. γλυκύτερον ὀλόθωρον. οὐκ ἔχουσα δὲ κεχραμένας, μὴ δὲ πεπαυνόμενον δίχα τοῦ ἐπικνᾶσθαι ὄνυχι ἢ σιδήρῳ. φύεται δὲ πλεῖστον ἐν καρίᾳ καὶ βάλῳ. καὶ ἐν τοῖς οὐ πρόπυροις τόποις. δοκεῖ δὲ καὶ ταῖς σιτοδείαις, διὰ τὸ διηνεκὲς τοῦ καρποῦ. ἔστι δὲ εὐκοίλιος ὁ καρπός. ἄβροφος. κακοσόμαχος, ὀπίζεται δὲ καὶ δίεμα περὶ καρποφορήσεως. ἔστι δὲ καὶ φλοιὸν ἐξεπιπλῆξαι λίθῳ θλωμοῦ. καθύπερθεν δὲ θλασθεὶς, οὐδὲν ἀνίησι. συλλέγεται δὲ ὠόπωρον ἢ ἐρίφου τὸ δάκρυον. καὶ ξηρανθὲν καὶ ἀναπλασθὲν ὡς ἀγγείου ὀσφακίνῳ, ἀρτίθετον. δύναται δὲ ἔχειν ὀδόντας μαλακοὺς. κωλύει. τραυμάτων διαφορᾶν τὸν δι' ὕδατος ἔπιον. πίνεται δὲ μὴ συγχεόμενον πρὸς ἕρπητας δήγματα, καὶ ἐσκιρρωμένους ὠλῆναι, στομάχου τε ἀλγήματα, καὶ φρικίας. λαχέως δὲ τοῦ καρποῦ ἐζεται ὁ ὀπός.

περὶ Σύκου ἐκ κύπρου. κεφ. ρπγ'.

Γίνεται δὲ μὲν ἐν κύπρῳ οἷόν δι' ἀφεδρῶν. πελέα δὲ οὖσα, συκαμίνῳ τὰ φύλλα ἔοικε. τὸν δὲ καρπὸν καὶ τὸ μέγεθος κοκκυμήλῳ. καὶ γλυκύτερον. τὰ δὲ ἄλλα πάντα ὅμοια τοῖς προειρημένοις.

De fico Aegyptia, quẽ ſycomoron appellant. Cap. CXLVIII.

SYcomoron ſunt qui & ſycaminon appellent. Romani pariter Græcis ſycomoron uel ſycaminon, aut ficũ Aegyptiã uocãt. Fructũ fert arbori cognominẽ, ideo ſycomoron dictum, q̃ ignaui guſtus & ſaporis ſit. Grandis hæc arbor eſt, fico ſimilis, multo lactis liquore abundans, magna folioꝝ mori ſimilitudine. Fructum fert ter quater'ue anno, non ramis ut ficus, ſed caudice caprificis ſimilem, ficorum groſſulis dulciorem, & qui in interiore farcto nulla qualia in fico ſunt, frumenta habet: nec, niſi unguibus aut ferro ſcalpatur, matureſcentem. Naſcitur plurima hæc arbor in Caria, Rhodo, alĩſq̃ non adeò frugiferis locis, in caritate annonæ, ob continuũ quem profert fructum, utilis. Bonam facit aluum fructus eius, noxius ſtomacho & minimi nutrimẽti eſt. Excipitur primo uere liquor ex arbore ante quam fructum proferat, lapidibus ſummo cortice leniter contuſo, nec deſtillat ſi altius cõtundat & grauius. Colligit aũt ſpongia lana'ue profluẽs lachryma: ſeruatq̃ in picato uaſe ficcata, & in paſtillos cõformata. Poteſt ſycomori liquor hic mollire, uulnera glutinare, & quæ ægre maturant diſcutere. Bibit præterea & ungit contra ſerpentiũ morſus, duratos lienes, ſtomachi dolores, & in acceſſionibus febriũ horrores. Celerrime teredinẽ ſentit. Naſcit & in Cypro ſycomor⁹ alia, & à prędicta ſpecie diuerſa. Vlm⁹ em̃, folia ſycomori habet: fructũ fert pruno magnitudine q̃ualẽ, ſed maiore ſuauitate. Cętera oĩa p̃dictis ſimilia habet.

INTERPRES.

CRediderũt Theophraſtus & Plinius in Aegypto tm̃ naſci ſycomoꝝ hanc: Alter em̃ ubiq̃ non aliter eius meminit, q̃ ut dicat, τὴν ἐν αἰγύπτῳ συκάμινον aut αἰγυπτίαν συκάμινον: Alter lib. XIII. cap. VII. his uerbis de ea tradit: Et in Aegypto multa arborꝝ genera, quæ non alibi, ante oĩa ficus, ob id Aegyptia cognominata, arbor moro ſimilis, &c. Hic alibi etiã naſci tradit, priuatim q̃ Cariã & Rhodum numerat: & ſacræ Chriſtianorum literæ in Iudæa naſci etiã teſtantur. Plinius alteram tantũ unde eam appellaret, & eam meliorem naturã, accepit: moro enim folio, magnitudine, & aſpectu ſimilem: pomum uero qui prædulcis ficus ſit ferentẽ arborem, ficum tantũ dixit. Græci ex utroq̃ ſycomoꝝ, quaſi ficum ſimul & morum, uel ſycaminon, id eſt, morum tantũ dixerunt: ab illo nomen ex pomo: ab hoc & ab alĩs, ex arboris aſpectu nomen factum eſt. Celſus accepta à Græcis uoce uſus eſt, ſycaminon aliquãdo, nonnunq̃ ſycomoron appellans: & mutata nominis cõpoſitione, moroſycon etiã, niſi forte uitiũ in eo ſit: quod nõ multi faciendũ eſt. Illud potius in hoc ſcriptore quærendũ, cur nam arboris huius pomũ ob ignauũ & inertẽ ſaporẽ, ſycomoꝝ uocari dixerit: Is enim eius partis ſenſus eſt: καλεῖται δὲ καὶ ὁ ἀπ' αὐτῆς καρπὸς συκόμορον, διὰ τὸ ἄζηλον τῆς γεύσεως: ex quibus apertè indicatur, nõ quia ſimilis moro arbor hæc ſit, nominis cauſam fuiſſe, ſed quod languido & inerti ſapore ſentiatur: Et ſi id hoc ſenſu ſimpliciter excipiat, non ab re penitus ſuſpicari aliquis poterit, nõ συκόμορον, ſed una tantũ mutata litera συκόμωρον, quaſi fatuã & ſtolidi ſaporis ficũ appellandũ ſycomori fructũ eſſe: Id enim prima producta μῶρον Græcis ſignificat. Nos tamẽ id nõ probamus: credimusq̃ quod hic ait: διὰ τὸ ἄζηλον τῆς γεύσεως, ad propriũ eius pomi ſaporẽ referendũ eſſe: qui in eo ſit, ut Plinius ait, prædulcis, & ſine interioribus frumentis ſeu granis, qualia in ficis gratiore in cibo ſenſu ſentiũtur, ingratus: ſenſum non excitet, & nimia dulcedine faſtidio magis q̃ nouæ uoluptatis titillatione edentes impleat: Qua ſaporis ignauia in ficorum genere ob nimiam dulcedinẽ pleræq̃ etiam ſunt. Eſtq̃ in hanc ſententiã referendum, quod Plutarchus

de Sylla & ab eo obsessis Athenienſibus ait: qui intra urbem clauſi ex muris hominis ignauiæ maledicentes: nunc metellam quaſi mulierem appellabant: nunc ſic deridebant ut dicerent: συκάμινον ἔφ' ὁ σύλλας ἁλοὺς τῷ πιπασμένῳ, quod eſt: Sycomorus Sylla eſt, polēta maceratus: ignauo ſapori ignauiore adiecto, hominis ignauiam augentes. Quod dictū deinde à nobis eſt: Caprificis ſimilem, ficoꝝ groſſulis dulciorem fructum ſuum ferre ſycomoꝝ: ſic ſe habet, ut quātitate & figura caprificis ſimilis ſit, ſapore autem ficoꝝ groſſis: qua uoce ueteres nondū maturas ficos in ſua arbore cōmuni fig nificationis æſtimatione dixerūt: priuatim tā men in bifera fico eas intellexerūt, quæ per meſſem maturātur: & his dulciores ſycomori fructus eſſe Dioſcorides ait: nam caprificoꝝ nunq̄ matureſcētibus groſſis, dulciores dici nō poterant: ſunt utriuſq; in groſſis ſignificationis infinitæ penè ueteꝝ teſtimonia, quæ inueniſſe diligentioribus facile erit. Nos interim ex Theophraſto cōfirmabimus quod hic ait: Nec niſi unguibus aut ferro ſcalpatur, matureſcentē. ſimulq; neceſſitatis illius cauſam indicabimus. Eius libro quinto de plantaꝝ cauſis uerba hæc ſunt: Fert & in Aegypto ſycaminus fructū non ramis ſed caudice: fœcunda & potens, ut uidetur, ad fœturā arbor. Indicatq; id, q̄ auulſis fœtibus ſæpius ex eodē loco parit. Non tamen egregie eos maturat niſi ſcalpātur, &, ut præmonſtratum eſt, oleo ungātur, ob alimenti copiā, & eius facilē in poma concurſum. Scarificatione em̄ aliquid aufertur: & oleum unà cū ſole calefaciēs, apertis pomis cocturam eoꝝ maturat. Nec monet hic ſcriptor, ut Barbarus uertit, ferreis ſcalpendū hoc pomum: ſed intercedente diſiunctiua particula, aut humano ungue aut ferramēto aliquo ſcarificandū eſſe: Quod ex balſamo ille accepit, in q̄ & à Dioſcoride & à Theophraſto præcipitur, σιδηροῖς ὄνυξιν id agendū eſſe: quoniā in balſamo durities corticis nō niſi ferramēto aperiri poſſet. In ſycomoro autē pomi tenerior cutis, hominis ungue etiam ſcalpi poſſit. Sunt hæc ſanè humiliora, ſed ad interpretationis fidē neceſſaria, & interpreti diligētius animaduertenda. Simile huic illud etiā eſt, q̄d ἄτροφον Dioſcorides dicit, & ille minimi cibi uertit: cū nihil de cibo hic agat, ſed de nutrimēto. Græcis em̄ ἄτροφον eſt quod non nutrit, & quo utentes in cibo homines paꝝ proficiunt, & ut Plinius ſæpe dixit, eū non ſentiūt. Perſuaſit mox facile res ipſa, ut quod paſſim legitur, ὀπίζεται δὲ ὁ λίνδλεον πρὶν καρποφορῆσαι νίαρον: quod eſt: Excipitur autem liquor ex nouella arbore, antequam fructum proferat: primo uere ex meliorum codicum fide inſtauraretur: in quibus pro illo νίαρον, ἔαρ & πρώτου inuenitur. Vero enim ſimilius eſt, quotannis turgente iam ad fœturam & humore plena arbore, liquorem colligi, quàm ſemel & ex nouella.

Groſſi.

ἄτροφον. Quod cibū non ſentit.

περὶ Σύκων. κεφ. ρπθ'.

Συκα πέπτρα τὰ ἁπαλά. κακοσόμαχα. κοιλίας λυτικά. ἡδέως δὲ ὁ ἐξ αὐτῶν ἐθυμαλισμὸς ἴσαται. ἐξανθημάτων καὶ ἑρπήτων προκλυτικά. ἄδηφα δὲ & σκεπτικὰ θρασίας. τὰ δὲ ξηρὰ πρόφιμα. θρασυτικά. διουρητικώτερα. εὐκοίλια. ἄδετα δὲ ἐθυματισμοῖς σομάχου καὶ κοιλίας. ἐρόγχοις καὶ ἀρτηρίᾳ, καὶ κύστει, καὶ νεφροῖς εὔδετα. & τοῖς ἐκ μακρουσίας κακοχροοῦσι, & ἀθμαλικοῖς, καὶ ὑδερικοῖς, & ὑποπυικοῖς. ἀνακαθαίρει δὲ & τὰ ἐν θώρακι ἀπεπτηθέντα συνεστῶτα & πεπτέντα. ἁρμόζει δὲ & παλαιοῖς βηξί. & τοῖς πρὸς πνεύμονα χρονίοις πάθεσι. κοιλίαν τε μαλάττει κοπέντα μετὰ νίτρου & * κρόκου ἐπιθέμενα. τὸ δ' ἀφέψημα αὐτῶν, ταῖς πρὸς ἀρτηρίαν & παρίδμια φλεγμοναῖς, ἁρμόζει εἰς ἀναγαργάρισμα.

καὶ εἰς τὰς ὠμυλύσεις δὲ μίγνυται. καὶ εἰς γυναικείας πυρίας μετὰ τήλεως ἢ πισάνης. σὺν πηγάνῳ δὲ ἀφεψημένα, σφόφων ὄξει ἐγκλυσμα. καταπλατόμενα δ' ἐφθὰ λεῖα, διαφορήσει σκληρίας, παρωτίδας. διοθιλιῶσας μαλάσσει. φύγεθλα πεπαύει. & μᾶλλον σὺν ἰριδι ἢ νίτρῳ ἢ ἀσβέστῳ. καὶ ὠμὰ δὲ κοπέντα σὺν ὄξει ἐγκαίει), τὰ αὐτὰ δρᾷ. σὺν σιδίῳ δὲ ἑρπήτια ἀνακαθαίρει. μετὰ χαλκάνθου δὲ τὰ ἐν μυίμοις ἐθυμαλικὰ, διυσαλθῆ καὶ κακοήθη ἰα-

De ficis. Cap. CXLIX.

SYca Romani ficos & ficus utraq; declinatione dicūt. Ficoꝝ duplex genus eſt, ſatiuæ em̄ & ſylueſtres ſunt. In ſatiuis maturę recētesq; ſtomacho noxiæ, aluū ſoluūt, ſed facillime ab eis ſoluta cohibetur: Papulas & ſudores prouocāt: Sitim arcēt, & calorē extinguūt. Sicatæ, quas caricas Latini uocāt corpus nutriūt, calefaciūt, ſitim afferūt, bonā faciūt aluū: in ſtomachum tamen & aluū deſtillationibus inimicæ. Eędem gutturi, faucibus, ueſſicæ & renibus amicæ. Vtiles & à longa ualetudine malo cutis colori, ſuſpiriоſis, comitialibus, & cutē ſubeuntibus aquis. Decoquuntur cū hyſſopo caricæ, purgāturq; poto decocto illo pectoris uitia. Diutinis tuſſibus, & antiquis pulmonum uitiis accōmodatæ ſint. Aluum molliunt cum nitro & cnico tuſæ, & in cibo ſumptæ. Gargariſſatur utiliter eaꝝ decoctū contra fauciū & tonſillaꝝ inflammationes. Addūtur præterea malagmatis quæ farina hordeacea & hydrelæo cōficiuntur. Adduntur & fœminaꝝ fomentis cū fœnogræco aut ptiſana. Contra tormina utiliter clyſtere cū ruta decoctæ infunduntur. Quinetiam coctæ mox cōciſę, ad diſcutiendas duritіes illinunt. Strumas & quas Greci parotidas dicūt emolliūt: panos maturāt: multoq; magis addi tis radice iridis, aut nitro, aut calce. Quinetiā crudæ, tuſæq; cum prædictis, eadē præſtāt. Repurgant cum malicorio digitorum pterygia. Cum atramento ſutorio fluidis tibiarum ulceribus, maleficis, nec facile in cicatricem coëuntibus medentur,

ται. ἐψηθέντα δὲ ἐν οἴνῳ καὶ μιγμάτα ἀψινθίῳ καὶ κριθίνῃ ἀλεύρῳ, ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ καταπλασθέντα. κεκαυμμένα δὲ μιγμάτα κηρωτῇ, χυμέθλας ἰᾶται. λεῖα δὲ ὠμὰ σὺν νάπυϊ ὑγρῷ ἀναληφθέντα καὶ ἐπιθέντα ἕλκη ἔχοντα καὶ κνησμοὺς θεραπεύει. ὁ δὲ ὠρὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς, πικρικός ἐστι γάλακτος ὡς πρὸς ἣ πιτύα. λύει δὲ καὶ τὸ πεπηγὸς ὡς πρὸς τὸ ὄξος. ἑλκωτικός τε σωμάτων καὶ ἀνασομωτικός. κοιλίας τε λουτικὸς, καὶ ὑστέρας ἀναχαλασικὸς, μετὰ ἀμυγδάλου λείου πινόμενος. καὶ ἐμμηνώματα ἄγωγός, προσεπιθεὶς σὺν ὠῷ λεκύθῳ. ἢ κηρῷ τυρρηνικῷ. πρὸς αγχικοῖς τε καταπλάσμασι χρήσιμος μετὰ πηλίου ἀλεύρου καὶ ὀξους. σμήχει δὲ λέπρας καὶ λιχῆνας. ἐφίλις. ἀλφούς. ψώρας. ἀχώρας σὺν ἀλφίτῳ. καὶ σκορπιοπλήκτοις, κατὰ τῆς πληγῆς ἐπιτιθέμενος, καὶ ἰοβόλοις, καὶ κυνοδήκτοις βοηθεῖ. καὶ ὀδοντοπαλγίας ὠφελεῖ ἐρίῳ ἀναληφθείς. καὶ εἰς τὸ βρῶμα συντιθέμενος. καὶ μυρμηκίαν αἴρει, σέατι πρὶν πλασθῆναι τῆς ἐν κύκλῳ σαρκός.

Περὶ ἀγρίας συκῆς. Κεφ. ρπέ.

Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ χυλὸς, πρὸς τῶν ἀπὸ τῆς ἀγρίας συκῆς ἀπαλῶν κλάδων, ἡνίκα ἂν ἔγγυοι ὦσι μήπω τοῦ ὀφθαλμοῦ βεβλαστηκότος. κοπτόμενοι δὲ ἐκθλίβονται. καὶ ὁ χυλὸς ἑψόμενος ἐν σκιᾷ ἀποτίθεται. λαμβάνεται δὲ καὶ εἰς ἑλκωτικὰς διαμάς ὅ τε ὀπὸς καὶ ὁ χυλός. ἀλλὰ δὲ καὶ βοείοις κρέασι καθεψόμενα, εὐέψικτα ταῦτα ποιοῦσι. καὶ τὸ γάλα δὲ λυκώτερον ἐν τῇ ἐψήσει κινούμενον, ἀντὶ ὠμάδης αὐταῖς παρασκευάζουσιν.

Περὶ ὀλώθρων. Κεφ. ρπς'.

Οἱ δὲ ὄλωθροι, ὑπό τινων ἐρινεοὶ καλούμενοι, ἐφθοὶ καταπλασθέντες, πᾶσαν συσχοφλὶν καὶ χοιράδας ἐκμαλάσσουσιν. ὠμοὶ δὲ μυρμηκίας καὶ θύμους, σὺν νίτρῳ καταπλασθέντες καὶ ἀλεύρῳ ἀφαιροῦσι. καὶ τὰ φύλλα ἢ τὰ αὐτὰ δυνάμενα). σὺν ὄξει ἢ καὶ ἅλσι καταπλασθέντες, ἀχῶρας, πίτυρα καὶ ἐπινυκτίδας ἰῶνται. πραγίεδ) δὲ αὐτὴ καὶ τὰ συκώδη καὶ τραχέα τῶν ἐλεφάντων. καὶ λεύκανδὲ καταπλάσσουσι τοῖς καὶ μελανίνης συκῆς φύλλοις, ἢ τοῖς κλάδοις. πρὸς καὶ πρὸς τὰ κυνόδηκτα σὺν μέλιτι. καὶ πρὸς τὰ κηρία. ἀνάγουσι δὲ οἱ ὄλωθροι καὶ ὀσᾶ. σὺν μήκωνος ἀχρίας φύλλοις. ὀδοντιῶσάς τε σὺν κηρῷ διαλύουσι. σὺν ὀρόβῳ ἢ καὶ οἴνῳ καταπλασθέντες, πρὸς μυγαλῆς δήγματα καὶ σκολοπένδρας ἀσμόζουσιν.

Περὶ κονίας τῆς συκῆς. Κεφ. ρπζ'.

dentur. In uino decoctæ, additis absinthio & hordeacea farina, utiliter contra cutẽ subeuntes aquas illinuntur. Crematæ ceraq; coactæ, pernionibus medentur. Crudæ eædem concisæq; additis coactis'que simul sinape aut nitro, mox auribus inditæ, incertos earum sonos sanant & pruritus. Syluestris & satiuæ fici lac animalium coaguli modo, lac coagulat. Idem coagulatum, aceti modo soluit. Est illi etiam exulcerandi & aperiendi uis. Aluum soluit, fœminarum locos laxat: in quem usum cum tritis amygdalis bibitur. Menses idem trahit cũ galinacei oui luteo aut thyrrena cera appositum. Quinetiam podagris cum fœnogræci farina & aceto illinitur: Lepras præterea exterit, impetigines sanat, asperam & discolorem ceu à sole cutem, uitiligines, scabies, manantia capitis ulcera, cunctaq; hæc cum polẽta emendat. Succurrit & scorpionum ictibus uulneri instillatum: canum'que morsibus, & omnibus quæ morsu ictu'ue uenenum relinquunt. Prodest dentium doloribus lana eo madente & cauis eorum indita: Formicas in uerrucarum genere tollit, adipe prius omni circa eam carne circunlita. Potest eadem ex teneris caprifici coliculis expressus succus, cum nondum erumpente gemma, quasi prægnantes sunt. In quem usum tunduntur & exprimuntur, expressus'que succus in umbra siccatus seruatur. Est succo huic & lacti par in exulcerando usus. Caprificorum præterea summi coliculi, quos Græci cradas dicunt, bubulis carnibus in coquendo additi, cocturam earum adiuuant. Animalium lac etiam quod in coquendo pro rude ficulneo furculo miscebitur, maiores in soluendo uires acquiret. Ficorum uero & caprificorum grossi, quos aliqui erineos, id est, caprificos dicunt, densatas in corpore partes & strumas elixi & illiti emolliunt. In genere uerrucarum formicas & thymos, additis farina & nitro, illiti tollunt. Possunt idem & folia: quæ etiam ex aceto, addito nitro, illita, capitis manantia ulcera, furfures & epinyctidas sanant. Fricantur his etiam ficosæ & asperę oculorum palpebræ. Illinuntur & uitiligines albæ, nigræ fici foliis, summis'ue coliculis, quos cradas Græci dicunt: Faciunt cum melle ad rabidi canis morsus, & ad ulcera quos fauos nominãt. Extrahunt caprificorum grossi cum agrestis papaueris foliis, ossa: cum cera strumas soluunt. Cum eruo & uino, contra muris aranei morsus, & scolopendras, utiliter illinuntur.

Γίνεται δὲ καὶ κονία ἀγρίας συκῆς καὶ ἡμέρου καὶ ἄντων τῶν κλάδων ἐκ τῆς τέφρας. πλύβεται δὲ αὐτὴν ὡς τὴν πρώτην καὶ παλαιοῦται. ἁρμόζει ἡ κονία πρὸς τὰ καυστικὰ καὶ γαγγραινούμενα. ἀναπλάσσει δὲ καὶ ἀναλίσκει τὰ περιττά. χρῶνται δὲ αὐτῇ ὡς τὸ πολὺ μετὰ ἐχίνου θαλάσσης ἢ ἀσπονγίας. ἐφ' ὧν δὲ καὶ ἐγκλύζουσιν ὡς ἐπὶ δυσεντερικῶν καὶ παλαιῶν ῥευμάτων. καὶ κόλπων ὑπερνόμων καὶ μεγάλων. καθαίρει δὲ καὶ κοιλιακοῖς, καὶ σκληροῖς, καὶ συμφύει ἐοικότως τοῖς ψιλωτικοῖς. καὶ πρὸς ἄιματα ἐκθερμαίνουσιν, καὶ πτώματα. ῥήγματα. ἀπάσματα. σὺν ὕδατος κυάθῳ προσφάτως δυλισμένη, καὶ ἐλαίου μικρὸν ὀλίγον. κοιλιακοῖς τε καὶ δυσεντερικοῖς, καθ' ἑαυτὴν κυάθου πλῆθος ποσθεῖ δι' ὁμφακίνου. καὶ τοῖς νευρικοῖς δὲ καὶ σπάσμασι, σὺν χρίσμα ἁρμόσουσιν ἐλαίῳ, διαχριόντας κινοῦσα. καὶ πρὸς σύφλωσιν πόσιμον καὶ φλαγγίωσιν διάπλασμα πίνεται. ἔχουσι δὲ τὰ αὐτὰ καὶ αἱ λοιπαὶ κονίαι. μάλιστα δὲ ἡ σύκινη. συστατικαὶ δέ εἰσι πᾶσαι.

Fit crematis satiuę & agrestis fici ramis ex relicto cinere lixiuia: oportetq; cinere sępiũ eãdẽ repetere, et repetitã inueterare: miscetq; tunc apte his q̃ urẽdo sunt, & in gãgrænã trãseũtibus, prodest: repurgat em̃ & absumit quæ superabundant: Vtunturq; spongiam ea madentem cõtinue imponentes. Sunt & in quibus clystere eam infudisse oporteat, ut in intestinorũ torminibus, & antiquis aluifluoribus, cuniculosis & profundis ulcerũ finibus: purgat em̃, glutinat, & carne explet: nec minus concernit q̃ ea quæ cruẽtis uulneribus imponuntur. Bibitur & contra sanguinẽ in grumos coagulatum, rupta, cõuulsaq;, & his qui ex alto præcipitati fuerint, cum cyatho aquę recẽs per colũ traiecta, & addito exiguo oleo. Quinetiã cœliacis, intestinorumq; torminibus cyathi pondere per se data, succurrit. Inungitur pręterea utiliter cum oleo conuulsis, & in neruorũ doloribus sudores proritans. Bibit & cõtra epotũ gypsum, & phalangiorũ morsus. Præstant idem & ex alioꝝ lignorum cineribus factæ lixiuiæ, præsertim quę ex robore: omnes enim adstringendi uim habent.

INTERPRES.

Thrion folium fici.

QVis facile credat, & cum uideat non merito miretur? nocere arbori tantopere potuisse librariorũ inuriam, & temporũ iniurias? Cuius foliũ ob asperitatem suã ueteres Græci thrion appellauerint: Cuius materia tam copioso, tamq; acri lacte abundet, ut incensa acerrimũ omnium aliorũ fumum emittat: & cuius cinere ob eandẽ acrimoniã facta lixiuia, omniũ in purgãdo efficacissima sit: Quodq; magis adhuc miretur aliquis, cum cæteræ omnes arbores ante nouam fœturã floreant, sola hæc sine flore nouos proferat fœtus. Etsi ueteres testati de ea uera sunt, quæ nunq; fulmine percutiatur. Quod nõ nisi amaritudine, & malo materiæ eius habitu fieri potest. Quæ enim huiuscemodi sunt, iniurias cœli illas non sentiunt, quales phocarũ & hyenarũ pelles, & in arboribus aliquæ etiã aliæ tradũtur. Debuerat ob has causas nocentibus sibi repugnare ficus: nec minus q̃ in natura, in scriptore hoc integra & incolumis seruari: & qua uoluptate sanitatẽ & mẽsas nostras quotãnis auget, æqua fœlicitate medicinã etiam instruere. Sed grauis ignorantiæ labes est, nec bonis artibus quicq; æque q̃ negligentia nocet. Quod sæpe aliãs in hoc opere à nobis deprehẽsum, in hoc capite manibus tenetur: In quo à principio statim periit uniuersæ huius arboris prima & necessaria in satiuã & syluestrẽ diuisio, quã nos ex meliorũ codicũ lectione & fide instauraui⁹. In quibus

4 proposito semel duplici eius genere, continuũ, ut nos uertimus, totum hoc caput adhuc legitur, neq; abre, quando uniuseluti corporis membra quædam sunt, quæ de caprificO, grossis, lixiuia, & plerisq; aliis ab hoc docentur: non diuidẽda, sed continuata historia legenda & tractanda omnia: quoniam totius naturam partes sequuntur, & species à genere suo non bene diuelluntur. Fecerunt id sibi cõmodisq; suis tantum consulentes antiqui & iuniores aliqui, ne in alicuius partis disciplina & usu totum percurrere corpus cogerentur. Quod sanè indulgendũ illis fuerat, si maiore diligentia in cæteris usi, incorruptas scriptoris huius uoces aliquas seruassent, qualis prima legentibus illic occurrit, ubi hic docet: mollire aluum tusas ficos cum nitro & croco, malo & contrario huic scriptori in alijs sensu. Neq; enim croco, sed cnico legendum est. Quid autẽ cnicus sit, in quarto certius docebitur, ex quo loco emendandæ huius uocis ratio à nobis accepta est: Cui accedẽte probatioris mihi codicis fide, in quo manifeste legitur, μετὰ νίτρου καὶ κνίκου, intrepide & ut uidetur tuto mutata uox illa à nobis, et pro croco cnicus restitutus est: fuisseq; hanc ueterum huius loci lectionem Serapion etiã indicat, dicens: Et quando teruntur cum nitro & carthamo, laxãt uentrem, &c. Carthamum autem ille quẽ Græci cnicon appellant. Sequiẽ non multo post corruptior locus, & in quo restituendo laborandum magis nobis fuerit. Is passim legitur: λεῖα δὲ, ὠμὰ σὺν ναπυϊ ὑγρῷ ἀναλιφθέντα καὶ ἐντεθέντα εἰς ὦτα ἴαται κνησμοὺς θεραπεύει: quarũ uocum si uerbũ de uerbo uertas hic sensus est: Crudæ aũt tusæq;, & cum liquido sinapi coactæ, auribus inditę, tinnitus earũ & pruritus sanant. At liquidũ sinape nullibi legitur. Ex eo latére uitiũ in uoce illa ὑγρῷ uisum nobis est: diligentiusq; rem eruscantes, deprehendimus non ὑγρῷ quod liquidum, sed νίτρῳ quod certæ rei genus significat, legendum esse. Alternatq; duo remedia Dioscorides, & aut sinape, aut nitro, contra auriũ sonores & sibila utendũ esse iubet. Fuerunt q; mihi emendationis huius autores hic ipse in nitro, & Paulus Aegineta in aurium sonoribus, omnes contra hoc malum nitro utẽtes. Dioscorides libro quarto de eo agẽs, his uerbis remediũ docet: ἐμπνευματώσεις καὶ ἤχους ὤτων ἰᾶται, quod est: Inflationes aũt & aurium tinnitus sanat nitrum. Paulus uero Aegineta longius sic uti iubet: Cõtra aũt diutinos aurium tinnitus, qui ex crassis & lentis humoribus fient: cognosces autẽ id, & c. aceto nitro & melle utẽris. Sinape aũt curari id ma-

id malum hic ipse in sinape manifeste constituit, suntq; eius hæc uerba: Λυσιτελοῦσι δὲ καὶ ὄξος λεῖον ἐπιτιθέμενον τῷ ἀκρῳ μετὰ σύκου ὠφελεῖ, quod sic uertat aliquis: Grauitati aũt auriũ, eaq; tinnitibus tusum sinape & cum fico auribus inditũ, medetur. Ex his ut patet ratiocinari facile est, siue sinape siue nitro aliquis utatur, carnẽq; fici cum alterutro coëgerit, & auribus indiderit, eaq; huic malo obuiam iturę. Idq; debuerat Barbarus animaduertisse, nec mutato huius scriptoris sensu & præcepto, dicere: Tritæ crudæ cũ sinape & in liquore aliquo auribus inditæ, sonores earę, &c. Nulla enim illic uox est quæ aliquid significet, nec tritas ficos, sed concisas dicit: & participiũ ἐντιθέντα, quo in remedij huius obseruatione Dioscorides usus est, liquidis accommodari nõ potest: nec nisi immissionem, ut sic loquamur, significat: quę diuersa penitus ab instillatione est, qua in liquidis non sic, sed συρισμοὺς sibila aut tinnitus scilicet legendũ esse, quod auriũ proprium malũ est. Nã pruritũ ut in genere malorę κνησμὸν Græci dicunt, in auribus fieri non satis certũ mihi est. Cumq; duobus earę uitijs, incertis scilicet sonis & sibilis cõmunia plerunq; remedia in medicina sint, non male forsitan cogitauerit aliquis, ex altera alterã factam esse uocẽ: Id nos tantũ monemus, nam in cõmuni omniũ lectione nihil mutatum à nobis est. Quod erat deinde, ἑλκτικὸς, quoniã ἑλκωτικὸς legi oporteret, ficulneũ lac exulcerandi uim habere diximus. In grossis deinde arboris huius utrunq; genus cõplexi, ex uterę & melioręcodicũ fide, ficoręq; capitricorum adiecimus: utriusq; enim arboris incipientẽ & immaturę fructũ ὄλυνθον Græci aliqui appellãt, præcipue q; Paulus Aegineta, qui de strumis agens, ait: ὄλυνθοι ἄγριοι καὶ ἥμεροι: nam alioquin in caprificis ὄλυνθοι plerunq; dicũtur. Quod nõ multo post etiã erat, ζῶν τῆς μιλακίνης συκῆς φύλλοις ἢ ζῶν κλάδοις: Quod est nigrę fici foliis aut ramis, &c. à nobis redditũ est, nigrę fici foliis, summis ue coliculis q̃s cradas Græci uocãt. Sic enim in melioribus Græcis legit, & res ipsa id exigit: nõ enim impositis ramis exteri possunt uitiligines. Cradas aũt in fico Græci dixerũt autore Theophrasto & alijs Græcis, ut in olea thallią, summos ramorę coliculos teneriores, nec à foliis teneritudine sua magnopere diuersos: & his, nõ ramis, qui duritie sua concidi cõtundi ue nequeunt, siccitateq; sua nullũ possunt in his habere usum, exteri uitiligines Dioscorides ait. Nõ tacebimus & illud, relinquere nos cogitandũ medicis, quonãmodo hic dixerit, arcere sitim ficos, & calorẽ extinguere: & quẽnam hic calorẽ intellexerit. Plinius in hac ipsa re ait, sitim sedãt, calorẽ refrigerãt: ob id nõ negãdæ in febribꝰ cõstrictis, quas στυγνὰς dicũt, id est, nihil humoris remittẽtes. Laudauit in senectutis cibo recẽtes ficos, & caricas magnopere Paulus Aegineta libro primo, capite q̃ agit de senũ uictu. Nõ possumꝰ satis Barbari editionem demirari, in qua quod à Dioscoride dicit, καὶ τὸ γάλα δὲ λυτικώτερον ὲν τῇ ἐψήσει κινούμενον ἀντὶ ἀσκάθης ἀυτοῖς παρασκευάζουσιν, Latine legatur, surculo quoq; earũ uice spathæ utẽdo, lac dilutius coagulatur in caseum. Res enim simul & uoces huius scriptoris, contra ea quæ alibi hic ipse præcepit & docuit, redditæ sunt: nec ratio cinari facile est, unde uir alioquin doctissimus eum conceperit sensum. Subitq; animũ aliquando, aut non esse hanc Barbari editionẽ tantopere iactatã, aut qui eam curauerunt, famæ nominiq; eius negligenter consuluisse. Quod aũt in his dicimus, sic se habet: Mollire aluum omne lac Dioscorides in lacte ait: mox ibidem ad conficiendum lac, quod Græci schiston dicunt, de quo suo loco certius agemus, iubet in fictili nouo igni admotum lac dum feruet, nuper cæso ex arbore ficulneo surculo misceri, eaq; ratione caseum à sero facilli me seperari. Docet idem & Plinius libro uigesimo octauo capite nono his uerbis: Fictili nouo feruet maxime caprinum, ramisq; ficulneis recentibus miscetur: & ne longiores simus, in fine primi libri Paulus Aegineta, ad deiectionẽ alui eadem coctura disponi lac iubet. Ex quibus pro cõperto illud tenere oportet, mollire aluum omne lac & ad maiorẽ alui deiectionẽ coqui, & dum coquit præter alia ficulneo surculo misceri: Conueniẽsq; in ea re & sibi & alijs Dioscorides monet, lac quod in coctura pro rude siue spatha ficulneis cradis, id est, surculis miscebit, maiores ad soluendũ uires acquirere: nullaq; est illic casei uox, nulla quæ dilutum lac, nulla quæ coagulare significet. Quinetiam cõparatiuum λυτικώτερον actionem habet: λυτικὰ enim dicuntur in Græcis quæ ad soluendum, non quæ solui, apta sunt. Differũt autem tantopere à uero sensu quæ ille reddidit, ut non uerear iterum dicere, non credere me in ea parte Barbarum audire. Patebit quod modo dicimus omnibus certius, cum in secundo uolumine de omni lacte agetur. Interim legentes breuiter monebimus, asperas & ficosas palpebras dici, quas Galenus in Isagoge sua his uerbis describit: σύκωσιν quasi fica tionem alterum ex illis malum Græci facto à similitudine nomine appellãt: fitq; cum ex interiore parte intumuerint palpebræ, excreuitq; illic carni aliquid simile, ex quo difficile mouetur oculus. Asperæ autem palpebræ sunt, quoties inuersæ non aliter quàm à sanguine rubent, fiuntq; asperiores, carnosiores, & ut in fico exiguis quasi frumentis consperſæ.

Cradæ in fico. Thallia in olea.

Asperæ & ficosæ palpebræ. σύκωσις.

Περὶ περσέας. κεφ. ρπή.

Περσέα δ' ἔνδρομὸς ἐν αἰγύπτῳ. καρπὸν φέρων ἐδώδιμον. εὐστόμαχον. ἐφ' οὗ αἱ τὰ λεγόμενα κρανοκόλαπτα φαλάγγια εὑρίσκεται. μάλιστα δὲ ἐν θηβαΐδι. δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα λεῖα ὠμὰ πλαπτόμενα ἕξις, αἱμοῤῥαγίαν ἰσᾶν. τοῦτο δὲ ἰσόρροπόν ἐστι νεφρῶν πάθεσι δι' ἀναιρεῖν ὀνομένοις. μεταπεθὲν δὲ εἰς αἴγυπτον, ἀλλοιωθῆναι αἱ ἐδώδιμον γενέσθαι.

De persea arbore. Cap. CL.

Persean ⌊Romani pariter Græcis persean siue persicã dicũt.⌋ Aegypti arbor persea est, fructũ fert stomacho accommodatũ, & qui edendo sit: in quo phalangia inueniuntur quæ cranocolapta dicũt, præsertimq; in Thebaide Aegypti parte. Possunt folia ficcata, tũ trita & insperſa, sanguinis eruptiones sistere. Retulerunt quidã letalem in Perside hanc arborem esse, translatam deinde in Aegyptum, mutata natura salubrem & edendo factam fuisse.

INTERPRES.

DIximus de arbore hac non multo ante cum de perſicis malis ageremus, neq; eſt quod nunc addere cogitauerimus, præterq; poſſe omnẽ huius arboris hiſtoriã uolentes à Theophraſto audire, qui non longe à principio quarti libri abſolutã eius picturã tradidit: in qua plura ſunt quæ noſtrati perſicæ eadem ſunt: aliqua nihil noſtris idem aut ſimile habent. Inclinatq; nobis animus, ut tunc etiam diximus: genere eandem, ſpecie diuerſam noſtratem ab Aegyptia eſſe: de qua tantum ueteres egerunt, nec unquã perſeæ meminerunt, quin eam Aegypti propriam arborem eſſe dicerent: illinc q; Rhodum primo translatam, & in ea inſula adhuc fructum ferre: Grauis præterea huiuſce rei teſtis & autor in carmine ſuo Columella eſt, qui de annuis pomis per tempora agens, poſt mora, præcoques ficos, armeniaca & damaſcena ſubiecit ſtatim: Stipari calathos pomis quæ barbara Perſis Miſerat, ut fama eſt, patrijs armata uenenis: At nunc expoſiti paruo diſcrimine læti Ambroſios præbent ſuccos, oblita nocendi: Idem quod hic ait lætalem in Perſide quondam creditam hanc eſſe arborem, mox amiſſa nocendi ui, amabiles omnibus proferre fructus. Quod etiam Plutarchus in Iſide & Oſyride ait, ſacram in Aegypto Iſidi & gratam hanc arborem fuiſſe, q; pomum eius humani cordis figura, folium uero linguæ, quorum altero cõcipitur, altero enuntiatur ſapientia, noſtratis perſicæ iconiam imaginem indicat: quando ſunt & in perſicorum genere quæ oblongiora in turbinatum mucronem deſinunt. Nec obſtat quod idem Columella ſtatim ſubiecit: Quinetiam eiuſdẽ gentis de nomine dicta, Exiguo properãt miteſcere perſica malo: de præcoquis enim in eodem genere pomis, nunc etiam notiſſimis, intelligi id poteſt.

Περὶ Ἰβερίδος. * Κεφ. ϱπθ'.

Ἰβηρὶς ἤτοι καρδαμαντικὴ, ἔχει τὰ φύλλα παρόμοια καρδάμῳ. ἐν ἔδαφει εὐθαλές ἐστι. μῆκος δὲ ὅσον πηχυαῖον ἢ ἔλαττον. φύεται δὲ ἐν ἀγεωργήτοις τόποις. θέρους δὲ γαλακτικὸν ἄνθος προβάλλει. καὶ τὸ πρὸς δάσκιον τρόπον. ἔχει δὲ δύο ῥίζας παρομοίας καρδάμῳ. θερμαντικὰς καὶ καυσικάς. ἅπτεται γὰρ ἀγαθαὶ αἱ ῥίζαι πρὸς ἰχιαδικούς. σὺν λίπει ὑείου πεπριχυμμένῃ, ὡς ἐμπλαστρωθέντες ἡμέρας καὶ τάπλασμα μέχρις ὥρας πεπάσῃ. ἔπειτα ἐν βαλανείῳ ἐμβιβαζέσθω. καὶ ἐλαίῳ μετ' ἐρίου τοῖς τόποις ἐγχριέσθω.

De Hiberide. Cap. CLI.

HIberida ſiue cardamãticen Romani pariter Græcis hiberida appellãt. Naſturcio ſimilia habet hiberis folia, uere tamen ſpecioſiora q̃ naſturcij ſunt. Cubitali longitudine herba eſt, & aliquãdo minore. Naſcitur locis incultis, florem æſtate lacteũ profert, quo tempore efficaciorẽ habet uſum. Habet præterea radices duas naſturcio ſimiles, quæ calefaciendo & urendo ſint. Probantur radices hæc contra coxendicis dolores, emplaſtri modo cum ſalſo ſuillo adipe quatuor horis illitæ. Poſt quod tẽpus qui id fecerit, in balneũ deſcendat, & lana ex oleo locum inungat.

INTERPRES.

NEc qualis nec cur ſic dicta hiberis hæc fuerit, pro comperto nobis adhuc eſt: Variant enim in hiſtoria & nomine eius antiquiſſimi ſcriptores. Si Plinium audiamus, ſui generis herba erit, à Seruilio Democrite primum inuenta, & in uſum medicinæ recepta: Si Galenum, ſola appellatione à lepidio differt: Si Paulũ Aeginetam, quo loco agit de coxendicis curatione, nota ſibi quidem herba erit, ſed uago, nunc ad naſturcium, nunc ad lepidium nomine, quod nõ aliunde q̃ aut figuræ aut uirium ſimilitudine ſit. Verba eius hæc ſunt: Reſtituit in integrũ poſtremo coxendices hiberidis herbæ uſus, quam aliqui lepidion, aliqui agreſte naſturciũ uocãt. Mox quaſi non unum genus eſſet, ſubiecit: Quæ uero apud nos naſcitur, fruticoſa, laurino folio, multo q̃ lauri maiore, facto periculo, non ſolum in coxendicũ doloribus, uerũ in diuturnis alijs malis, utiliſſima deprehenſa eſt. Dixit idem æſtate efficaciorẽ eſſe, & cũ per hyemẽ deſint folia, cortice radicis tuſo & in emplaſtrum cum ſuillo adipe coacto, idem præſtari remediũ. Sunt q; ne longiores ſimus, omnibus in medicina omnia eadem, in hiſtoria autẽ & appellatione diuerſa. Hic enim in naſturcio hiberida etiam naſturciũ uocari ait: Et Apuleius quicũq; ille fuit, in libello quẽ de aliquot herbis ſcripſit, inter naſturcij appellationes hiberida etiã numerat. Nobis inclinat animus, ut eandẽ aut congenerẽ ſaltem naſturcio eſſe credamus, nominis q; tantũ diſcrimen eſſe: aut ſi à cõmuni & noto omnibus naſturcio uariet, non aliter id fieri, q̃ ſolent diuerſis locis nũc proceriores, nunc breuiores, nunc comoſiores, nunc minus comoſæ, nunc alijs inter ſe huiuſcemodi notis differre plãtæ: quibus quadãtenus mutata ſpecie, genus idem ſeruetur. Veimur q; in eo hac cõiectura, q; hic hiberida cardamãticen uocari dicit, nihilo penè mutata à naſturcio appellatione, q; Paulus Aegineta in ſimplicibus ſuis hiberidis nõ meminit, nõ relicturus eam ſi proprium genus haberet: q; hic naſturciũ hiberidẽ uocari etiã dicit: q̃d & Apuleius ille cõfirmat: multo q; magis, q; non uideſ legitimus hic locus herbæ inter maiores arbores eſſe: nec aliũ in medicina honorẽ illi Dioſcorides hoc loco q̃ coxendicũ curationẽ aſſignauit, quæ præcipua naſturcij eſt. Credimus q; impudẽter irrepſiſſe in hãc partẽ hoc caput, qualia in toto hoc opere pleraq; alia: Priuatim q; q̃d in impreſſo codice hiberidẽ ſtatim ſequit ſolani halicacabi caput: de q̃ nihil agendũ hoc loco erat, cũ in quarto de omni genere eius lõgius ab hoc ipſo doceat. Indicant q; id meliores Græcorũ codices, in quibus nullũ eſt in hac parte ſolani caput: In omniũ autẽ mihi probatiſſimo, nec hiberidis etiã: hiberidẽ tñ recipimus, ſed in naſturcij genere, & ob id cum ſuo genere tractandã. Quod totum diligẽtius animaduertiſſe interpretes alij debuerãt, & in hiberide nihil ex Plinio addere. Neq; enim in Dioſcoride legitur quod alter ait, floret ſemper: & quod ἐνδιαλείφει ille uocat, non ad flores ſed folia referendum eſt. Facillime quod dicimus intelligent Græcarum literarum peritiores.

Et hæc pro his quæ primo uolumine cõplexus Dioſcorides eſt, dicta hactenus à nobis ſint. Quibus abſolutis ad animalia, eorum partes, frumentacea, & quæ multa alia ſecundo uolumine continentur, tranſeundum

dum ſtatim erat. Nec nos id diſtuliſſemus, niſi qui commentantibus hæc nobis Hermolai Barbari ſuper hac ipſa re Corollariũ Venetijs impreſſum celeberrime ediderãt, eadẽ hæc iam imprimẽtibus, quẽ ille reliquerat Latinũ à ſe factũ Dioſcoridẽ eadẽ celeritate imprimi, & impreſſum edi iubentes, cõmentationis huius noſtræ curſum ad adhĩciẽda extremo uolumini aliqua quæ nondũ incœpta impreſſione ſuis locis dicenda fuerant, diſtraxiſſent: Nec paruo labore cogerẽt ab opere & ingenio noſtro diſcedẽtes, qui totũ hoc opus iampridem clauſiſſe optabamus, & aliorũ ſtudijs laboribuſq; fauere ſemper cõſueuimus, optatã laboris noſtri finem differre, & homini cuius memoriã ſemper coluimus, ultra q̃ fortẽ equũ multis uidebit, aduerſari. In q̃ quantũ ſtudio, cõſilioq; eos afficimur & deferimus, fraternè enim multaq; pietate defuncti hominis honori & famæ cõſuluerunt, tantũ dolemus labori hactenus ſuſcepto additũ laborẽ aliũ, haud ſanè leuẽ & parui faciendũ: In q̃ etſi probare facillimũ fuerit quæ dicẽda erãt, nõ deerũt tamẽ ubiq; qui maledicẽdi potius ſtudio, q̃ neceſſitate aliqua agendum hoc ſuſcepiſſe me dicãt: turpiterq; & impie nõ reſpõſuri hominis manes uexare, cũ tamẽ nullius in toto hoc opere cõſilĩ cõſcius mihi ipſe ſim, q̃ pro ſalute hominis, de qua (ut in ſatyra audit) nulla unq̃ cõtatio & diſceptatio lõga eſt. Cũq; eo animo à principio rem agendã ſuſceperim, eodem in ea uſq; ad exitũ occupabor. Nec me pigebit aliquãdo ut certius unũ aut alterũ in hoc ſcriptore tantũ pateat, maledictis omniũ & inuidiæ me expoſuiſſe. Illa enim fumi modo ut ſperamus cito euaneſcent. Siquid aũt ad eam rem apte dictũ fuerit, nõ ideo minus placebit, ſed q̃d experiẽtia in cũctis oſtẽdit, tẽpore intualeſcet. Cur enim deſperandũ alicui poſthac ſit, q̃d multis in literarũ tenebris & ſordibus facile hactenus contigit, ut ametur & in honore uſuq; aliquo ſit: qui ut in hoc ſcriptore certior uolẽtibus et aptior ubiq; inueniatur, nõ reijciẽt neq; ægre ferent deſcripta à nobis deinceps, quæ primo uolumine hoc eadẽ illi & mihi non ſunt: nõ oĩa, lõgius enim id fuerit, ſed ea tantũ, quibus non eodẽ modo intellectis miſceri medicinã & eius remedia oporteret. In quibus nullã fore nobis ambitionẽ aut maledicẽdi ſtudiũ iterũ conſcientiam noſtram teſtamur. Eritq; illud primũ, quod in ſride hic ait probari inter cætera μὴ νοπίζουσαν: Quam uocẽ Barbarus ad odorẽ retulit, dicens: Olfactu ſyncero, nõ madido, & c. cum in odore nulla huiuſcemodi diuerſitas inueniatur. Habet quidẽ odor ſua diſcrimina, ſed quod hactenus ipſe inuenerim, odorẽ madidum nullus inter cæteros odores numerauit. Sermonis præterea ſeries, & qui illic eſt uerborũ ductus, ad ſridẽ non ad odorem eius referendã eã uocem eſſe, oſtendit. Omnes enim in recto caſu qualitates illæ numerantur, & in eodem νοπίζουσα: quod eſt, ut nos uertimus, humore non lenteſcens, iris ſcilicet, non odor eius.

IN IRIDE. μὴ νοπίζουσα. Odor madidus.

Sequuntur in acoro dein duo, quorũ alterum ad mẽſes & muliebria illa pertinet, quæ eodem capite à nobis in cõmentationibus noſtris deſcripta longius ſunt: deſideria mulierũ ab eo dicta: cõmuniore maioriſq; ambitus deſideriorũ uoce uſo, q̃ in re nota oportebat: πρὸς τὰ γυναικεῖα enim Dioſcorides ait: quã uocem menſes ſignificare ſatis eodẽ loco dictũ eſt. Sed neſciẽtes ab illo deſideria appellanda eſſe τὰ γυναικεῖα, certioribus indicijs oſtendere rem negleximus. Afferri enim poterat, ab omnibus Latinis, mulierũ mẽſibus mederi acorum, dici. Et Theophraſtum præter ea quæ tũc dicta à nobis ſunt libro octauo de plantarũ hiſtoria de monſtrare apio agen: ẽ his uerbis utile menſibus fœminarũ dixiſſe: Διδόασι δὲ πλέον ἐν οἴνῳ ἀνυσηρῷ πρὸς γυναικείων χάριν: quod eſt: Dantq; in uino auſtero muliebriũ cauſa. Quã uim Dioſcorides hic certius indicauit dicẽs: λύναμιν δ' ἔχει ὁ κάρπος καὶ ἡ ῥίζα σὺν πτισάνῃ πρόσιντος ἐν οἴνῳ. ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα, id eſt, ciẽdi urinã uires habẽt ſemẽ & radix in uino potã: trahit & mẽſes. Qualiaq; ad hãc rẽ teſtimonia hæc ſunt, talia & multa alia afferri poterant: Siquidẽ Ariſtoteles multis locis præſertimq; libro ſeptimo de animaliũ hiſtoria, nõ aliter mẽſes fœminarũ uocat: ſed feſtinamus: illud tantũ monẽtes, nimis incertã habere rationẽ & inutiliter medicinæ doceri, quæ ſic indicẽtur ut tractari nequeãt. Quæ enim fœminarũ deſideria curabit medicus? fœturæne an Veneris, an animi alios appetitus? Late patet deſidertorũ nomen: poſſuntq; tam multa & ea à fœminis deſiderari, quibus nulla medicina ſatis erit. Eadem hac dicẽdi ratione uſus & in panace tertio uolumine eſt, in quo quod à Dioſcoride dicitur, miſceri κηφαλικαῖς λυνάμεσι, ut ille intellexit remedijs quæ cõtra cephaleã, dolorẽ ſcilicet capitis illũ permanentem, deſcriptũ in hoc ipſo opere à nobis, deſiderijs capitis eadem in certitudine uertit. Scimus quidẽ & nos, ubi deſideretur aliquid, illic etiã deficere aliquid: & ubi deficiat ſanitas, deſiderari remediũ. Sed quod pauloante dictum à nobis eſt, nihil aut incertè docetur, quod ad rem certam certè doceri opus erat.

IN ACORO. γυναικεῖα. Muliebria. Deſiderium mulierum.

Cõiunctum huic eſt quod Dioſcorides ait cõferre acorũ πρὸς τὰ θηριόλυκτος, & à Barbaro uerſum eſt, beſtia rum percuſſibus, à nobis uero uenenatorũ morſibus, nõ paruo ut uidẽt inter beſtias & uenenata diſcrimine, ſi antiquã de beſtijs in Latinis, θηρίων uero in medicina ſignificatiõis æſtimationẽ ſequi hæc docẽtes oportebat. Non eſt nobis cũ Barbaro de his tantũ certamẽ, ſed cũ antiquiſſimo & multi in re Latina nominis ſcriptore Plinio: qui toto opere de naturali hiſtoria, quos Græci & hic ſcriptor θηριόλυκτος uocant, ſæpenumero beſtiarum morſus, uulnera & ictus, ſæpe uenenatorũ, nonnunq; ſerpentiũ reddidit: nullibi idẽ, nec minus ſibĩpſi conſtans: Cum tamẽ iudicio noſtro nihil in doctrinis & artibus maiore periculo fiat, q̃ uariatis uocibus, legentiũ animos præſenti ſemper, id'ne an aliud ſit de quo agitur, dubitatione ſuſpẽdere. Quam ob cauſam nõ fuerit ut ſpero inutile, breuẽ de Latinorũ beſtijs Græcorũq;, & priuatim medicinæ θηρίοις quã ipſi obſeruauimus rationẽ, legẽtibus oſtendiſſe. Primũq; de Latinorũ beſtijs agemus, quas in antiqua hiſtoria Romanisq; iurecõſultis, quibus in proprietate cãdoreq; Latini ſermonis nõ minus q̃ Plinio deferendũ eſſe nos credimus, dici & haberi obſeruauimus, quæ ob naturalem ferociam diſciplina & imperio hominis mãſueſieri penitus, & illi ex ſe uſum præbere nequeunt: quales in ſolitudine & ſyluis agentes omnes ſunt, urſi, leones, lupi, & ſiquod aliud ſimile his ſolitarium & maleficum homini animal eſt. Ab his beſtiarij in ſpectaculorum hiſtoria dicti ſunt, qui in theatrum deſcendentes, huiuſcemodi feris congrederentur: Quod quotidianum in maiore illa Romani imperij fortuna ſpectaculum fuit: His, non ſerpentibus aut uenenatis, obijciebantur ad beſtias damnati: ut ſceleri eorum pœna ſimul & plebi ſpectaculũ fieret id genus mortis. Omniũ poſtremo apertiſſime iureconſulti id oſtenderunt: quorum titulo, Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, ad hanc rem uerba ſunt: In beſtijs autem propter naturalem feritatem actio hæc locum non habet: ideoq;

θηριόλυκτος. Beſtiarium percuſſus.

θηρία. Beſtiæ.

Beſtiarij.

si ursus fugit & sic nocuit, non potest dominus cõueniri. Nihil ad id quod quærimus eorum decreto certius, in quo à quadrupede bestia sola feritate separatur, et in bestiarum censu ursus nominatur: cui similia alia bestiarum appellatione intelligi uoluerunt. Et hæc pro Latinorũ bestijs dicta satis hactenus sint. De Græcorũ uero θυρίοις, quę Plinius & Pliniũ secuti Romanorũ bestijs respondere uoluerunt, nouisse illud oportet: Vocare Græcorũ scriptores præsertiḿq; poëtas, in syluis agentes feras quadrupedes θῆρας, priuatiḿq; leonem alicubi quando ea uoce in eis significari: Patet́q; id Græcarum literarũ peritis. Nec tantũ in significatione hac Græcorum poëtæ ea uoce usi sunt, uerũ Plutarchus in Pompeio, & in eius theatri dedicatione dedisse eũ populo ait θηρῶν ἀμίλλας, id est, bestiarũ pugnas & certamina, in quibus πεντακόσιοι λέοντες ἀνῃρέθησαν, id est, quingenti leones interfecti fuerũt: manifesto argumẽto nõ significare θῆρας nisi ex hoc genere & censu feras. Has ipsas feras ijdem Græci neutro genere θηρία etiam uocãt, id́q; tam late & manifeste patet, ut nihil in poëtis alijśq; eorum scriptoribus frequentius inueniatur. Nec nos in manifesta re autoritatibus cõmentationes has nostras sine necessitate augere uolumus. Conueniunt hactenus Græci Latiníq; scriptores: quod́q; his bestiæ, illis θῆρες & θηρία sunt, in syluis & solitudine agentes, & ob naturalẽ ferociã homini nocentes, nec nisi ui coactæ imperia eius accipientes quadrupedes. Fuit́q; & adhuc est in uttaq; gente suæ uocis quotidiana & cõmunis hæc significatio. Græcorum medici tamen, & qui de uenenatis in ea gente egerũt, quod neglexerũt aut non licuit Latinis facere, alteram ex uocibus illis suis θηρία scilicet, relicta tamen illi in cæteris scriptoribus antiqua significatione, ad propriũ genus eorum contraxerunt: quæ ictu aut morsu uenenũ relinquũt. Vocauerunt́q; θηρία, & in cõmentarijs suis ea animalia intelligi uoluerunt, quæ non minus, sed aliter q̃ quadrupedes illæ ferociores, homini nocent: quaḿq; unguibus & morsu leo, dente lupus, & utroq; telo ursus mortem afferunt, tantulo ictu aut morsu eadem hæc facerent. Vnáq; hac ratione Nicander Theriaca opus suum inscripsit, non quia de maioribus quadrupedibus illis, sed de uenenatis omnibus in eo doceret: Nec aliter toto opere θηρία uoluit intelligi. Hoc tantũ contemplati ueteres Grẹcorũ medici, theriaca antidota appellauerũt, non quæ morsibus aut sectionibus leonũ, sed quæ uenenatorum animaliũ maleficio aduersantur. Sic Paulus Aegineta omneśq; alij Græcorum medici ea uoce usi sunt, nec aliter hic scriptor aliud'ue intelligens tam multis locis θηριοδλήκτους mederi hoc aut illud ait. Possemus infinitis penè ueterum dictis quod dicimus confirmare, sed in manifesta re cõstituisse hoc satis sit, non esse Græcorum medicis θηρία quod Latinis bestiæ sunt, illa ueneni sui ui & maleficio, hæ solo uulnere homini nocent, grauiq; periculo cum uenenatis misceri bestias. Hæ enim siue momorderint, siue secuerint, siue contuserint, nullam nisi ex uulnere noxã relinquunt: quæ cõmuni aliorum uulnerũ curatione curanda erit: illa uero quod minus nihil'ue noceat morsu aut ictu uulnus inferunt: quod uero mortẽ faciat, uenenum est: cuius uis ut hic in sexto dicet, φθοροποιὸς, id est corruptionem faciens, per uulnus secta cute ad interiora delãbens alia ratione nocet, ideoq; alijs curanda medicamentis: Inter quæ & acorus ab hoc scriptore numeratur, de qua Plinius libro uicesimo quinto capite undecimo agens, his uerbis ad uenenata rem contraxit: Vis ei ad excalefaciendũ extenuandum'que efficax: contra suffusiones & caligines oculoꝝ succo eius poto, contráq; serpentes. Serpentes appellat Plinius, quos hic θηριοδλήκτους & Græcorũ medici omnes alij θηρία uocant. Quem debuerat sequi Barbarus, nec cum bestijs Latinorũ Græcorum θηρία confundere. At idem Plinius bestias & bestiarũ morsus & ictus totũ hoc maleficium sæpe appellat. Scimus id quidẽ & obseruauimus: Veruntamen idem serpentes aliquando, aliquando etiam uenenata, totũ hoc genus appellat. Nec uolumus nos modo contra Pliniũ agere: illud ex communi uita & quotidianis hominũ actionibus dixisse satis erit, ex quo Grẹcam θηρίων uocem uaga interpretatione modo bestias, modo uenenata, modo serpentes ille reddidit: cæteri uero omnes, præsertiḿq; Grẹci, certi in re certa significationẽ secuti, eodem modo semper eam indicauerunt: amãdas ab omnibus Plinij magis eas esse uoces, in quibus rei & sibi & alijs conuenit, quàm eas in quibus nec rei nec sibi nec alijs. Longius dicta à nobis ideò hæc sunt, quoniã frequens θηρίων & θηριοδλήκτων huic scriptori uox est: utituŕq; in ea Barbarus plerunq; bestiarũ appellatione, ne dubitare legentes cogantur, quales bestiæ illæ sint, & cur nos pro eis uenenata ubique uerterimus, rem simul & rei necessitatem secuti.

IN CYPERO. Folia porracea.

Non multo procul ab his in cypero est, quod contrariã Dioscoridi in historia iunci illius descriptionem duobus locis ostendit: Siquidem in eo legitur: φύλλα δὲ ἔχει ὁμοια πρασῳ, μακρότερα δὲ καὶ ἰσχνότερα: quod est: Folia porro similia habet, longiora tantum gracilioráq;. Barbarus quod sanè demiramur, uertit: Folia ei porraceis longiora exilioráq; sunt. Non enim sic uoces suas cõcipit Dioscorides, ut porraceis tantũ longiora exilioráq; cyperi folia dicat, sed tota primũ folia porraceis cõparat, similia illis esse dicens, mox quia nihil tam simile in natura est, ut non aliquo discrimine uarietur, exceptione usus in ea similitudine ait: longiora tantũ illis & graciliora esse. Leuia hęc fortè alicui uidebuntur, nec nos negamus: sed in plantarũ descriptionibus, ut in pictura quæ uiuentis adhuc hominis iconiam imaginem relatura sit, nusquam à natura discedẽdum est: neq; ut speciosior eius facies uideatur, relinquenda lentigo & dissimulandus neuus: quo uno à gẽtilibus suis quis pingitur, maxime discernetur.

Radices oliuæ.

Legitur eodẽ capite nec multo post: ῥίζαι δ' ὑπεισιν ὧν καὶ ἡ χρῆσις ὡς πρὸς ἐπιμήκεις ἐλαίας συναφθεῖς ἑαυτοῖς, &c. Quorum sensus est: Radices quarũ usus est, oblongis oliuis, similes habet. Barbarus aũt longe aliter uertit, dicẽs: Radices oliuæ, quarũ in medicina usus oblongæ, &c. seperauit enim ab oliuis longitudinẽ quã illis Dioscorides coniunxerat, ostendens in lõgitudinem rotundas & oliuis similes cyperi radices esse. Potuit hic opus eius excribentium lapsus esse: ueruntamen grauis, & ob eandem causam non negligendus.

IN CARDAMOMO. virt' ferũs.

Idem in Cardamomo quod Dioscorides ait: δύναμιν δὲ ἔχει θρμαντικὴν, manifesto sensu calefaciendi uires habere dicens, uirtutem ei seruientem esse dixit: cum tamen in priore illa simplicis caloris uis sit, in posteriore grauis, nec sine iniuria & naturæ dolore sensus.

IN NARDO.

Omittimus post hæc multa quæ in nardo antiquorũ codicum fide coniecturáq; nostra mutata & signata à nobis fuerunt: Cõmunia omnibus ea sunt: Quod aũt ad erosiones stomachi, quas Græci cardiogmos dicunt,

dicunt, pertinet, à nobis ut præferatur redditas, ab illo autem cordis tremoribus, non leue mali, & partis in qua id fiat discrimen inter nos habet. Diximus nos nardum uertentes longius, quod nunc de erosionibus illis oportebat: nunc de cordis affectionibus inter quas cardiogmos ille numerauit dicendū est, non ut medici solent: neq; enim medicinā profitemur: sed ut quæramus tantū debuerint ne & potuerint cardiogmi inter affectiones cordis numerari. In quibus obseruare facile erat, cor extoq; omnium nobilissimū, primo & per se, quodq; Græci dicunt κατὰ πρωτοπάθειαν, offensum, nullā medicę artis opē admittere, neq; remedio aliquo conualescere, præcipiti semper accedente morte: quod in flammatione erysipelateq; eius, & cum in acutissima febri longissime à suo temperamento discessit, aut cum uulnerato eo præsertimq; in sinistro uentriculo sanguis fluxerit, accidit. Per consensum autē, & quod Græci dicunt κατὰ συμπάθειαν offensum, uerbi causa cerebri: iecoris, uentriculi superioris, metu, dolore, aliisq; multis, quā ipsidem Græci uocant syncopē patitur, ea autem est uniuersaq; simul uriū prostratio, quæ toto languente corpore, defectu animæ, exiguo pulsu uenaq;, extremitatum corporis perfrictionibus, & sudoribus indicatur: quæ si ualidior fuerit, remedio plerūq; caret: sin aūt supererint uires aliquæ, succurrit ei aliquādo: Fiunt in corde etiam quēadmodum & medici obseruauerunt, ualidissimi tremores, Græci παλμοὺς dicūt, nos potius libentiusq; palpitationes dixerimus: Causamq; hoc malū plerunq; habet nimiā sanguinis in corde copiā, aut ardētiorem eius in eo feruorem. Videturq; nobis Barbarus tremores cordis in nardo intellexisse παλμοὺς hos, id est, palpitationes, qui tamen à nullo ex antiquis Græcoq; medicis cardiogmi, sed παλμοὶ, id est, palpitationes siue malis tremores semper dicti sunt. Verisimileq; est, ex quo id malū propriam habet in Græcis appellationē, non debuisse alia uoce à Dioscoride indicari: Neq; si consensu affectionis ex cerebro, iecore stomachoq; syncope fiebat, alio q̄ syncopēs nomine ostendi. Etsi primo & per se partes illæ malo affectæ, in partē mali sui cor uocabant, non cordi, sed affectionem suam communicantibus partibus illis facienda medicina erat. In priore illa postremo nullus remedij alicuius usus erat, ob eas quas dixim⁹ causas. Supereſt ex his iudicio nostro, ut tota res ad stomachū referē da sit: intelligiq; in cardiogmoq; uoce eas oportere erosiones, quas nos in nardo lōgius descripsimus ex quo loco ad commentationem hanc nostram repetenda omnia illa sunt.

Cordis tremores.

παλμούς.

Palpitatio cordis.

IN NARdo Gallica.

Habet & Nardus gallica quod nobis & illi non conueniat: monet enim in ea Dioscorides purgationē eius his uerbis: ὕδωρ λεῖα πρὸ μιᾶς ἡμέρας κατασπάσαντας ὕλλατι τὰς ὄσμας, καὶ φωρίζοντας ἢ γαιῶδες, τιθέναι ἐπ' ἐλαφρους νοτεροῦ, προϋποκειμένου χαρτίου, &c. Quoq; notissimus sit sensus & ordo: Oportere cōsparsos fasciculos, ablatoq; siquid terreni hæserit, substrata charta in humido pauimento disponere, &c. & id quidē recte, ut anteq̄ addito humore tenacius illi quod in ea terræ est hæreat, purgetur. Ille autem his uerbis rem docuit: Cæterum pridie q̄ repurges aspergere aqua manipulos conueniet: & pauimento humenti sed charta prius instrato componere, postridie eius diei terrenum & sordes eximere. Ita enim paleatum, &c. Ex quo sermonis ductu & rei serie indicatur, facienda prius omnia & conspergendam aqua & in pauimento humido componendā nardum antequam à terreno omni purgetur, quod contra scriptoris huius præcepta est: qui iubet prius auferri quod terreniū in ea est, tum contracta ex humore lentitia ab his quæ aliena in eo sunt purgari: causamq; statim intulit. Eo siquidem modo non perit in purgatione cum cremijs & alieno omni, quod utile est. Id ipsum præterea rei necessitas indicat: Facilius enim qui hæsit alicui rei puluis, terra aut lutum arescens excutitur, quàm humidum & aqua cōspersum: quo tempore tenacius humor ille hæret. Nec aliter siquis rem diligentius animaduerteret, disponi res debuit: in qua hic primum docet, auferendum siquid hæserit, &c. tum à cremijs & inutilibus alijs purgari Gallicam nardum. Nec obstat quod hic prius ait consperſos aqua fasciculos à terreno illo purgandos esse: coniungit enim duo hæc simul, & eodem tempore fieri iubet.

IN MALObathro.

Habet & malobathrum quod nobis & illi non conueniat. Multa ille esse ait quæ nardi uim reddant: Nos multa in odore nardo similia, Dioscoride autore uertim⁹, cuius hæc uerba sunt: πολλὰ δ' ἐστὶν ὅμοια τῇ ὁσμῇ νάρδῳ: quæ literatū Græcaq; periti non aliter uertent, q̄ multa esse nardo in odore similia. Significet aūt uis odorē, an præter odorē aliud, censendū legentibus relinquimus.

Habet idem hoc malobathrum non procul à fine quod intelligi in eo nequeat, ubi legitur: Oculorum epiphoras uino inferuefactum uel farina inunctum persanant. Nihil enim eo loco de farina à Dioscoride agitur: sed quod à nobis redditum est, illic legitur: Prodest idem oculorum inflammationibus in uino decoctū, tum concisum, & expresso uino inunctum: ἀναζεῖν ἐν οἴνῳ Dioscorides ait, καὶ λεῖον ἢ χριόμενον: λεῖον uidetur ille in farinam tritum, uertere uoluisse: sed farina nihil inungitur: eamq; ob causam nos ut præmonstratum est, uertimus.

IN CINNAmomo.

Est etiam in cinnamomo non procul à principio quod pariter nobis idem non sit, præsertimq; ubi in Dioscoride legitur, τριφλοῦν ἐν τῷ οἰνώδει: de quo quoniam longius in commentationibus capitis eius dictum à nobis fuit, relinquetur: satisq; signasse id modo fuerit, ut possint uolentes diuersitatis nostræ toto hoc capite causas certius intellexisse. Non enim semel una'ue in re dissidemus, sed plurib⁹ locis diuersa penitus reddidisse uidemur.

IN BALSAmo.

Diximus in balsamo præsertimq; de lycio & pyxacantha, cui Dioscorides balsami fruticem cōparat, quę cōtra Barbarum dicenda erant: Siquidem & ipse λυκοΐῳ, id est uiolæ albæ & pyxacanthæ arbusculam eius comparat: Nosq; tunc docuimus, neutram illi respondere, & quomodo legēdum esse locum arbitraremur: quę omnia pro repetitis hoc loco haberi uolumus.

IN ASPAlatho.

In Aspalatho quod Dioscorides ait, ἰσχὺς δὲ καλὸς βαρύς, quod nihil significat aliud, quàm probari aspalathū qui sit ponderosus, manifesto ut uidetur sensu: ab eo sic redditum est, ut in ferularum genere numerari aspalathus credatur: siquidē dixit: optimus qui minime ferulaceus pondere est. At quanto simplicius non ponderosum dixisse, nec ferulam spinosis eryſiſceptris miſcuiſſe, erat.

Idem eodem capite ad finem ait, adhiberi in fœminarum pessos ut pecus elidat: cum tamen Dioscorides de hominis fœtu illic agat. Verba eius sunt: ἐμβρυά τε καταπασῇ μιγνύμενον πιεσθέν. Ex quibus nescio ego unde

unde pecus ille pro homine dixerit: Pecus enim quod humana forma caret dici omnes nouerunt. Qui autem literas Græcas didicerunt, cæteris testari possunt in fœtura hominis ἔμβρυον dici, quod à prægnante in utero geritur, & quandiu in eo geritur.

IN MVSCO. Sequitur in extremo Musco: in quo non leue discrimen fit. Dioscorides ait: μίγνυται δὲ μύροις βαλανίνοις καὶ χρίσμασιν ἀντὶ τοῦ συπλικοῦ: Estq; sensus: misceri muscum unguentis ex balanino oleo confectis, & alijs quę ungendo sint, ob adstringendi uim. Ille autem quasi hoc ad spissanda unguenta pertineret, ait: Miscetur unguentis è balano atq; oleis quæ spissare oporteat: quod contra Dioscoridis sensum omnino est, qui id tantum testatur, misceri his ut adstringat, ἀντὶ τοῦ συπλικοῦ, id est, ob astringendi uim quam habet.

Sunt post hæc in Croco multa, quæ legentes si nostram cum illius editionem contulerint, poterunt inter se diuersa & paulominus quàm aliena cognoscere: præsertim'que in notis bonitatis eius oleris: & in his quæ nos male in eo capite legi deprehendimus, quorum nihil ille animaduertisse uidetur. Ea longius dicta in Croco à nobis fuerunt, eamq; ob causam non repetuntur hoc loco.

IN CAMPANA inula. Est & in Campana inula quod Dioscoridi & nobis cum eo discrepet: in qua nõ procul à fine hic scriptor ait: ἐστὶ δὲ εὐστόμαχος & ταριχευθεῖσα ἐν γλυκεῖ: quod nihil significat aliud si uerbũ de uerbo aliquis uertat, q̃ stomacho utilem & accõmodatam Campanæ inulæ radicẽ esse in passo conditam: Ille autẽ à certo conditurę genere ad incertũ distraxit, dicens: inueterata dulcibus mixtis stomacho saluberrima est. Non id monet Dioscorides, sed in passo conditam tradit stomacho prodesse. Habetq; passum certã rei indicationẽ, in rustica & domestica re notissimũ uini genus, quod dulcedine & crassitudine ad sapam & defrutũ accedat: cuius confectionem Columella cæteriq; rei rusticæ scriptores docuerunt. Dulcia autẽ multa sunt, melq; præcipue, & qui mellis naturã habet Indicus sal: & in defrutoq; genere tam multæ species: Ex quibus certum genus hic scriptor eligit, non simul omnia docuit: neq; inueteratã simpliciter dicit, sed conditam. Licet enim conditura inueterandi ratio quædam sit, non tamen à specie ad genus contrahenda res erat. Videtur præterea Barbarus cum ait: inueterata additis dulcibus, iubere uti ea siccata (nam hæc inueteratorum prima est significatio) mox in usu dulce aliquid illi aspergere: quod huic scriptori non respondet.

Passum.

IN OLEO. Quemadmodum quod in oleo non multo post occurrit quod ille uertit: Aluum mouet leniterq;: Dioscorides uero, εὐκοίλιον ἐστὶ καὶ μαλακτικόν. In quibus lenire uerbũ ad dolores eius partis pertinere uidet: μαλακτικὸν uero, quo uerbo Dioscorides usus est, contrariã duræ & adstrictæ aluo molliẽdi significationẽ habet. Possunt quidem oleo leniri dolores alui: & id non monet tunc Dioscorides, sed bonã facere aluũ & mollire eã ait. Nec nos quærimus modo possit'ne alui dolores lenire oleũ an nõ, sed monemus nõ respõdere Græcoq; μαλακτικὸν quod mollire est, Latinoq; uerbum lenire. Alia enim in doloribus, alia in duris & adstrictis ratio est.

Idem eodem capite dixit, soluere aluum heminæ mensuræ, quod Dioscorides simpliciter καθαίρειν, id est, purgare dixerat: illud uiolentum nec sine malo plerunq; est: hoc sanitatem & mitiorem ad eam rationem sola uoce pollicetur. Dictum à nobis de his omnibus certius in cerasiis est.

Legitur in eodem hoc oleo, prodesse infusum clystere ileosis, manifesta mali & usus significatione, quod quotidie in utroq; sexu fit, frequentiusq; in maribus q̃ in fœminis, & nihilominus solis fœminis Barbarus in eo malo olei opem assignauit: quod qua ratione factum ab eo fuerit, ignotum nobis est.

IN OLEOMELLE cruditates. Sequitur quod in Oleomelle Dioscorides ait: ἄγει κατὰ κοιλίαν ὠμὸν καὶ χολῶδες: significat id trahere per aluum cruda & biliosa: Vertit aũt Barbarus cruditates & bilem: cum tamen cruditatis uox in antiquis hisq; melioribus scriptoribus, nondum concocti in stomacho cibi tempus & habitum semper significet: cui quatenus cruditas est, alia ratione succurrendum erit.

IN RICININO oleo. Sunt in Ricinino oleo uerboq; magis q̃ rerum discrimina aliqua inter nos etiam. Ille expansosq; uuarum modo sternito, uertit: quod in Dioscoride est, βυσσοπέλου τρόπον: Nos, eoq; modo quæ in cratibus siccantur in sole. Eadem ratio utriusq;, nihil tamen à Dioscoride in uoce illa de uuis agitur, & plura alia præter uuas ad solem panduntur. Ille fraces, nos carnem, quam Dioscorides σάρκα. Nos Græcæ uocis propriam secuti significationem, ille antiquitatẽ amans, quod feculentũ, amurcosum, aut sedimenti rationẽ habeat, ea uoce magis q̃ incorruptã rem expressit. Fraces enim quondã amurca si Catoni, Gellio & alijs credimus, significabãt. Fueratq; illi hoc diligentius animaduertendũ, ne audiens aliquis fraces, qui eius uocis antiquã significationem nouisset, pro carne ricinorum ad exprimendum oleum, disruptum & deciduum eorum in sole corticem colligeret. Idem plumbatum uas dixit, quod nos stanno ex interiore parte illitum uertimus: nõ eodem metallo quemadmodum nec eadem in Græcis significatione μολίβδου & κασσιτέρου.

Fraces.

IN MYRTEO oleo. Dicemus in myrteo oleo quod omnibus ferè alijs olei generibus & unguentis cõmune erit: ubiq; enim idem & semper hic error: in quo lapsum semel atq; iterq; fuisse, nõ adeo in tanta reiq; uarietate turpe erat: sed tam multis locis nõ deprehendisse uitiũ, uix credibile uideat. Iubet in myrteo oleo primũ Dioscorides mox in multis alijs, præsertim'q; unguentis, modo his modo illis spissari odoramentis oportere oleũ. Numeratq; sæpenumero cum alijs χῖνον, ut ferè in cũctis legitur, ut in melioribus autẽ χοῖνον, magna totius generis in rei significatione diuersitate. Siquidẽ prior illa in arboq; genere lentiscũ significat, alter in genere humiliorum stirpiũ rotundũ odoratũ iuncũ, quem priuatim Græci χοῖνον uocãt: Habetq; arbor illa suas uires à Dioscoride primo hoc uolumine descriptas, quẽadmodum & iuncus suas, de quibus nõ multo ante dictũ ab hoc ipso scriptore & à nobis est: Vnaq; tantũ uoci huic addita aut subtracta litera, ut uidetur, significationis mutationem facit: & in olei generibus his & unguentis, nõ leui periculo spissationẽ miscet. Aliæ siquidẽ rotũdi odorati iunci qui χοῖνος est, & aliæ lẽtisci uires sunt, ex quibus necesse est olei uires etiã uariari. Etsi cætera contemplari non oporteat, odor qui in iunco illo multus, in lentisco autẽ nullus est, grauem diuersitatẽ facit. Non erat id ob eam causam tantopere negligendũ, suspicariq; decebat, ex quo hic toties lentisco in spissandis unguentis utebatur, supra dignitatẽ & gratiã eius arboris id esse: & ex ea suspicione ad ueram huiusce modi unguentoq; spissationem proficere: quod factum à nobis est, qui primũ iunci uires spissandis & odo-

χῖνος.

χοῖνος.

randis

randis unguẽ: is aptiores lentiſco ſcientes eſſe, mox in antiquo Latino Dioſcoride eoq; uetuſtiſſimo quem habemus, legi ſquinãthos inueniẽtes: tũ in aliq̃t Græcis χοῖνον, poſtremoq; in Columella in gleucini unguẽti confectione ſchœnũ numerari, à lentiſco ad rotundũ odoratum iuncum ſpiſſandi rationẽ hanc tranſtuli- mus. Columellæ uerba hæc ſunt libro decimotertio capite L. Subijcimus calami, ſchœni, cardamomi, balſami, corticis de palma, &c. Nec credimus tãtum, ſed pro comperto habemus, non lentiſcum, ſed odora tum rotundum iuncum, id eſt, ſchœnum in ſpiſſandis olei generibus his & unguentis intelligendũ ſemper eſſe: Eritq; multis alijs locis hoc nobis & illi diuerſum: eãq; ob cauſam teſtati ſemel & modo id ſumus, ne to ties repetendum id ſit: fiatq; ꝙ in prouerbio Græcorum eſt, Δὶς πρόμβᾳ θάνατος.

Non animaduertit & in maſtichino oleo Barbarus, quod nos in eius commentatione emẽdauimus: ſed ut reſponderet ſenſus, quod erat in præcedente membro participium μαλαίωσον, id eſt molliens, ad ea quæ ſequebantur diſtraxit. Quid autem inter nos diſcrepet ex commentatione illa noſtra facile patebit. IN MASTI chino oleo.

Habet roſaceũ unguentum etiã præter ea quæ in prima fronte ſuſpicamur corrupta in eo eſſe, quod magnopere inter nos diſcrepet. Ille roſas quæ rorulentæ non ſint, uertit, quod Dioſcorides ἀβρόχων ait: nos ſine humore aliquo diximus, uocis rationẽ ſecuti: in qua non magis roris q̃ pluuiæ aquæ, aliorumq; humorũ aſperginis ſignificatio eſt: & Theophraſtũ de tota hac re ea docẽtẽ, quæ nos in roſacei cõmentatione diximus: ea uim eam habent & ab eo autore accepta ſunt: ut imprudenter fecerit qui ἄβροχον ad ſolos rores cõtraxerit: Siquidẽ ἄβροχον Græcis eſt, quod nullo humore madet, eaq; uocis ſignificatio & tota uis eſt. IN ROſaceo. ἄβροχον.

Eſt & in ocimino unguento quod à principio ſtatim nec Dioſcoridi nec nobis idem ſit. Verba ſcriptoris huius ſunt: ἔλαιον ὠκίμινον σκευάζεται ὡς πρὸ κύπρινον, id nos quaſi uerbũ de uerbo uertimus: Conficitur ociminũ oleum liguſtrino ſimiliter. Ille autem: Compoſitio ocimini talis: Cyprini olei pondo uiginti. In quibus mixta ſunt & omnem intellectum turbant, quæ de cyprino oleo ab eo dicuntur. Non enim ait Dioſcorides ad ocimini confectionem ſumendum eſſe cyprinum, id eſt liguſtrinum unguentum: ſed confici ociminum liguſtrino ſimiliter: mox quam olei menſuram & ocimi accepiſſe oporteat. Sunt in eodem capite & pleraq; alia, quæ collatis inuicem noſtris editionibus ſatis patebunt. IN OCIMIno unguento.

In abrotonino unguento itidem ſcopas pro foliſs idem uertit: cum tamen folia ceterã habeant in plantis indicationẽ: Scopas uero in fruticoſo genere quale abſinthiũ eſt, plures ſimul ramulos ueteres dixerint, quibus non iubet hic in abrotonino oleo uti, ſed foliſs tantum. Verba eius ſunt: ἐκκολλῶν τὰ πρῶτα φύλλα, ἔμβα λε ὕπερα, &c. quod eſt: abiectis primis foliſs, inſycito alia, &c. φύλλα non κλάνια hic ait, quæ ſcopæ eſſent. At in ſcopis folia ſunt: fatemur id quidem & ſcimus, ueruntamen differũt hæc ut totũ & pars, quæ in medicina & maloꝝ remediſs pares aut eaſdẽ ſæpenumero uires nõ habẽt: poteſtq; facile p inutile uitiari q̃d utile eſt. IN ABROtonino unguento. Scopæ.

Eſt & in anethino unguento q̃d ex corrupta uocis unius lectione diuerſum in nobis faciat ſenſum. Barbarus enim q̃d in Dioſcoride eſt: ἐὰν δὲ ὅλως λίβροχον πιῶσαι, quaſi διάβροχον legendũ eſſet, dilutius uertit. Nos autem ratione rei & melioꝝ codicũ fide admoniti, λίβροχον legi oportere uidẽtes: Quod ſi uolueris ſecũda adiectione uires illi addere, nouũ anethi florẽ, &c. diximus. Eò enim pertinet uox illa, ſæpiusq; in eo ſenſu hic ſcriptor uſus eſt: & ob eandẽ cauſam ut maiores ſcilicet uires oleo acquirantur, poſt primã florum expreſſionem, in idem oleum nouos conijcere flores iubet. Et quoniam bis in eo maduerint flores, ideò λίβροχον id dicebatur, manifeſto ex uocis compoſitiõe ſenſu & rei intellectu. indeatq; id quod ſequitur, πρόσφατον ἀνήθου ἄνθος ὡσαύτως ἀπέβρεχε: quod eſt: Nouum anethi florem patiter in oleo demergito, id enim eſt ἀπέβρεχε: ex quo nec magis nec minus dilutum oleum euadebat, ſed maiores acquirebat uires. Idq; erat ſcriptori huic conſilium docere, non dilutius oleum facere. IN ANEthino unguento. διάβροχον. λίβροχον.

Non eſt in confectione irini unguenti nobis etiã eadem aquæ menſura, quã hic iubet ſeptuaginta tribus pondo olei miſceri: ille enim unã, nos decẽ heminas diximus. Eſtq; diuerſitatis cauſa, ꝙ ille numeri notam quæ illic eſt, ſcilicet, Latinoꝝ more pro unitate accipit: nos Græcoꝝ pro denario numero, nõ emꝝ ijſdem utuntur Græci Latiniq; his notis: ſed cũ unitatẽ indicare Græci uolũt, prima ſui alphabeti litera, α ſcilicet, eã ſignant, ſicq; deinceps: fitq; ut illis denariũ numeꝝ oſtẽdat. verifimileq; eſt, in Græcis Græce deſcriptos numeros fuiſſe. Nosq; eã rationẽ ſecuti, nec minus etiã ꝙ aptius LXXIII. olei põdo, decẽ aquæ heminæ q̃ una reſpõdere uidebatur. Siquidẽ ad maiorẽ menſurã illã minor hæc nullã habere proportionem uidetur IN IRINO unguento.

Poterit in gleucino unguẽto quod ſtatim ſequitur apertius uidere aliquis, quod non multo ante in myrteo oleo diximus, à rotundo odorato iunco ad lentiſcũ Græcum χοῖνον male tranſtuliſſe Barbarum, ſi à Columella traditam eiuſdem olei uſus confectionem didicerit. Locus eſt libro decimo tertio capite quinquageſimo, quo loco ſchœnum manifeſte numerat, non lentiſcum. Idem homini lapſus in amaracino eſt: eoq; amplior, quod odoratum iuncum ſimul & lentiſcum numerat: cum tamen unum tantum in Græcis omnibus legatur: quo loco etiam intellectum miſcet, non diuidens quibus odoramentis ſpiſſetur, & quibus odoretur amaracinum unguentum, quod legentibus animaduertendum diligentius eſt. IN GLEVcino unguẽto.

Habet & Cinnamominum unguentũ in extrema capitis clauſura, quod à noſtra editione uariet. Ille cum primatiua ficu uertit, quod Dioſcorides ait ὀλυνθοις λείοις. At non uidentur nobis Græcorum ὀλύνθοι primitiuis Latinorum ficis reſpondere. Siquidem illis in fico & caprifico groſſi ſunt, nõdum matureſcentes: primitiuæ autem Latinis fici hæ uidentur eſſe, quæ in maturitate alias præueniunt: magno inter utranque rem diſcrimine. Ideoq; nos cum concijſis caprificorum groſſis uertimus: diximusq; groſſos communem Græcæ illius uocis ſignificationem ſecuti: caprificorum uero, ꝙ ὀλύνθους medicina ad hoc tantum genus contraxit, & ex ſterili arbore illa, ob maiorem uim, magis probauit. IN CINNAmomino unguento.

Eſt tandem ut ab unguentis his aliquando diſcedamus in nardino unguento etiam non procul à fine, quod diuerſum omnino inter nos ſit: nec ratiocinari facile nobis eſt, unde tam contrarium Dioſcoridi ſenſum ille intulerit. Verba eius ſunt: ὑπερὰ δὲ ὑσὶν οὐ γλοιώδης ἐὰν μὴ ῥητίνην ἔχῃ: quorũ ſit ſimplex ſenſus: Liquidum nec ſtrigmenti modo craſſum unguentũ hoc erit, niſi reſinam habuerit. vertit autẽ Barbarus: Præferẽ uero liquidum: IN NARDIno unguento.

liquidum:quod enim ſtrigmenti modo lenteſcit,adulteratum reſina cognoſcitur: in quibus nihil eſt quod ad Dioſcoridem pertineat.

IN MYRrha. Longum fuerit quę in myrrha diuerſa nobis ſunt,omnia ſingulatim numerare,tam nihil ipſe à cõmuni lectione mutauit:& nos tam multa in cõmentationibus noſtris emẽdauimus,emẽdationumq; ſimul cauſas & rationes reddidimus,quæ illic nouiſſe ea uolentibus expoſita, non mediocre laboris huius compendium modo nobis afferunt:patiunturq; nos in tanta rerum diuerſitate negligere,quæ alioquin multifaciendа erant. Neſcio enim an alibi magis à Dioſcoridis ſenſu q̃ in myrrha ille diſceſſerit: qui quæ Dioſcorides dixit:ἄζυμον δὲ διὰ τὸ μὴ προσειληφέναι ἔλαιον εἰς τὴν ἀναπλασιν, uerterit:Languida eſt cuicunq; à digerentibus additũ oleum eſt. Languoris,id eſt,in uiribus ignauiæ & infirmitatis ille cauſam in oleo oſtendit: Dioſcorides quia oleum in confirmationem nõ acceperit,ideo ignauam eſſe ait. Egiſſem de his ego longius, niſi in commentationibus noſtris actum de his iam pridem fuiſſet:redditaq; eſſet cauſa, cur olei priuatio in odoramentis ignauiam odoris faciat & infirmitatem:ſed feſtinantes ad alia, illinc repetenda eſſe legentes monemus.

IN BDELlio. In Bdellio itidem Barbarus quod Dioſcorides ait:ὁμοίως ὄνυχι ad odorẽ retulit,aitq;:odor marini unguis accenſo: ratus odoratos illos onychas,de quibus ſecundo libro hic ſcriptor aget,ad hanc comparationẽ pertinere.Quod fortè potuit à Dioſcoride ſignificari,quando & illi,ut hic docebit,uaporantur:ſed incenſi,odore caſtorei ſentiuntur. Nos quoniam λιωγὸς bdellium hic dicit eſſe,ad digitorum ungues pertinere opinati, uertimus humano ungui colore ſimile:eamq; ob cauſam legentibus arbitrarium hoc relinquatur.

IN THVre. Sunt & in thure multa his quæ in myrrha ſignata à nobis ſunt, ſimilia: Primumq; quod Dioſcorides ait: ἄζυμον quoddam thus uocari, nec qua ratione Democritus & Epicurei atomos ſuas dixerunt intelligendum id eſt,ſed ut nos uertimus:ex quo nihil deraſum,deſectum,ablatum'ue fuerit: cõtraria ratione q̃ in eodem thure hic ipſe aliud ἔνζυμον uocari ait: ideoq; parum certè indiuiduũ dictum ab eo hoc thus eſt, quod ex quo nihil ſectum fuerit, aut quod nullas habuerit ſectiones,dicendum erat:quemadmodum in commentationibus noſtris copioſius nos diximus. Quid deinde ſignificat? donec partes prominulæ attritu in figurã abſolui orbis,quaſi reciprocẽt? Nihil enim reciprocandi uerbo hic opus erat. Quod docet Dioſcorides ſimplex & huiuſcemodi eſt:donec rotũdum fiat: Verba eius ſunt:ἕως ἂν ὑπολάβοι τὸ στρογγύλον σχῆμα.

IN THVris cortice. Habet & thuris cortex q̃d nõ facile intelligi in Barbaro poſſit,cũ tñ in Dioſcoride nihil certi⁹ legaſ:quo loco enim ait:deprehẽdi igne adulteriũ corticis thuris,uerba eius ſunt: Cæteri enim cortices incẽſi nõ flãmas agũt,ſed in fumũ ſine odore euaneſcũt. Ille aũt ait:Mutatus in eo nõ ardet,ſed in uaporẽ ſine odore ſoluit.

IN THVris manna. Idem in eiuſdem thuris mãna probari ait cartilagineam , quod Dioſcorides ἔγχονδρον ait,ad cartilaginem pertinere opinatus: cum tamen thuri & cartilagini nihil ſimile aut commune ſit. Decepit hominem multiplex χόνδρου in Græcis ſignificatio:ex quibus eligenda erat , quæ pollini & eliſis concuſſu thuris micis, ut Plinius ait: magis reſponderet:congitandumq; cum cartilaginem ea uox Græcis,& alicam,ſaliſq; & aliarum rerum grumos ſignificat, ex ultima hac ſignificatione grumoſam dicendum fuiſſe: Eam enim Dioſcorides probat,quæ pulueri thuris mixta,ueluti grana eiuſdem materiæ habet.

IN PICEA & teda. Sũt in picea & teda etiã multa, quæ nõ ſint nobis eadẽ:ea collatis inter ſe editiõib⁹ noſtris facile patebũt.

IN LENtiſco. Potuit quod in lentiſco Barbari non legitur, à librarijs imprudẽter relinqui: neq; enim ueriſimile eſt,adeo notam uocem relicturum eum fuiſſe. Locus eſt ubi Dioſcorides de multa adſtringendi ui lentiſci ait: cuius uerba ſunt:καὶ πρὸς τὰς ἐκ μήτρας αἱμορῤῥοίδας, quorũ ſenſus eſt: bibi decoctum eius utiliter ad ſanguinis ex muliebribus locis profluuia.Ille autem:prodeſt contra ſanguinem mulieribus erumpẽtem,tantum uertit. Nec multopoſt pariq; certè docuit quod Dioſcorides ait, impleri ea quæ non explentur:& durari in os quæ non durantur:alienata ſiquidem ille dixit eo expleri: & oſſa confracta reſarciri. Eodemq; loco de dẽtifricijs ex lentiſco factis tam inculte omnia ab eo dicuntur,ut legentibus cenſenda libenter ea nos relinquamus.

IN SABIna herba. Eſt etiam in ſabina herba quod ille ex Plinio Dioſcoridi addiderit:quo loco legitur :χρῶνται δέ τινες αὐτῷ φύλλοις ἀντὶ θυμιάματος: quod ſimpliciter eſt:uti aliquos ſabinæ foliis ad ſuffitus . Commune enim ad ſuffitus incenſaq; omnia thymiamatis nomen eſt. Plinius libro uicesimo quarto capite decimo ſeptimo,ait: Vtilis in ſuffitus pro thure aſſumitur . Eſt quidem incenſum thus thymiama: Verum & multa alia: poteſtq; fortè ſabina hæc herba pro thure incendi. Sed quod monemus eſt, nihil in Dioſcoride legi quod ad thus manifeſte pertineat:neq; ex alio ſcriptore oportuiſſe eum aliquid addere.

IN CEDRIno liquore. Miſcet confundit q; Barbarus in cedrino liquore multa, præſertimq; ubi hic ſcriptor oculorum medicina prodeſſe ait,eorumq; albugines & cicatrices exterere: in quibus uertit albugines cicatricesq; oculorum colluit : cum colluere illud uerbum non ſic legendum ſit : & acetum uerbo illi in ſerie ſermonis coniunctum, ſequentis membri & remedij pars ſit.Quod eodem loco etiam in Dioſcoride legitur παύει, manifeſta ſedandi & ſiſtendi ſignificatione,conſtitui,contrario ſenſu ab eo dicitur. Demirati ſumus hoc capite etiam hominem Græcam uocem ἄῤῥιον abortiuum uertentem.Nolumus repetere hoc loco quæ de ratione huius uocis in commentationibus noſtris in hoc ipſo capite longius dicta à nobis fuerunt.Sed illud tantum legẽtes monemus,non poſſe abortiuum dici quod ante coitum ui ſua generationi & conceptui nocet . Abortiui enim uox cõceptum & aliquo tempore geſtatum fœtum, ſed ante tempus eiectum ſignificat.Hic autem monet πρὸ τῆς συνουσίας, id eſt ante uiri cum muliere congreſſum,atocion eſſe cedrinũ liquorem,tunc q; generationi officere:id autẽ nihil aliud eſt,q̃ conceptum impedire: quæ noxa longe ab abortu diſtat,quod erat ad fœliciorem operis huius interpretationem homini diligentius obſeruandum: præſertim docente idem Ariſtotele ijs uerbis libro ſeptimo de hiſtoria animalium:διὸ ἔνιοι τὰς μήτρας ἀλείφουσιν ἐλαίῳ κεδρίνῳ ἢ σμυθίῳ ἢ λιβανωτῷ ἢ λίντῳ ἐλαίῳ:quod eſt:quam ob cauſam quædam locos ſuos cedrino oleo,aut ceruſſa, aut thure oleo diluto inungunt: cunctaq; hæc fieri Ariſtoteles ait πρὸς τὸ μὴ συλλαμβάνειν, id eſt ne cõcipiant , non ad ejicendos abortus:quodq; in Ariſtotele paſſim legitur,cedrino oleo,Gaza iuniperinum uertit:potuit ille fortè ſic legiſſe, aut cedri iuniperiq; mixtam in antiquis hiſtoriam,ut nos oſtendimus,ſecutus eſt.

Idem

Idē in populo alba quod Dioſcorides ait: πρασιαῖς κηκοπρισμένοις, ſegetibus ſtercoratis uertit: Cum πρασιαὶ ni hortis diuiſiones & areæ ſint, ſegetes in latifundijs & maioribus agris campi. IN POPVLO alba.

Eſt in papyro etiam quod aptius uerti ab eo potuiſſet, ut ad aperiendas fiſtulas certior eius ratio & uſus intelligeretur. IN PAPYRO.

Vertit & in tamarice idem quod Dioſcorides ait, ὑγκαθισμάτι ῥοϊκοῖς, mulierum abundantiam fiſtit inſiden tium: quam quæſo abundātiam? Non id monet Dioſcorides neq; tam incerte medicinam ſuam docet: ῥοϊκὰς ille dicit, quæ muliebres fluctiones illas patiuntur, de quibus in thuris cortice dictum longius eſt. IN TAMARICE.

In rhamno itidem mala medicamenta uocauit, quæ nos ueneficia ex multorū poëtarum aliorumq; ſcriptorum ſententia uertimus. IN RHAMNO.

Habet liguſtrum etiam quod inter nos parum conueniat, quo loco Dioſcorides monet ſucco ſtrouθίου mādentia folia, capillum hominis flauo colore facere: Ille ad ſtruthium malum in genere cotoneorum rem retulit: nos ad lanariam herbam, quā ueteres Græci ſtroúθιον etiam dicunt. Fecimusq; id, quoniam hic ſimpliciter ea uoce uſus eſt, nec malū aut aliud quidpiā addidit: nec per ſe uox illa ſignificare aliud poteſt. Quodq; antiquiores ſtruthion hoc loco ſimpliciter retulerunt, lanariam illam herbam intelligentes, de qua ſecundo uolumine actum à Dioſcoride eſt. IN LIGVſtro. Struthion herba.

Diximus in hebeni commentationibus noſtris, quod & Barbaro commune erit, de ſeſaminis lignis, in quibus communem & uulgarem Græcorum codicum lectionem ille ſecutus, non cogitauit in materiæ medicæ hiſtoria ſeſaminum lignum nusq; inueniri, & inter fruges numerari ſeſamum, neq; acanthi lignum aliq̄d eſſe, ideoq; non poſſe pro hebeno uendi: oportereq; alia pro illis eo loco reſtitui. Nos ea excogitauimus quæ in hebeni commentationibus dicta à nobis ſunt. IN HEBEno.

Reuocanda poſt hæc ad roſeos paſtillos quos Græci rhodidas dicūt, quæ in roſaceo dicta à nobis fuerūt: quodq; illic ſinē humore aliquo ſumi à Dioſcoride & à nobis præceptum fuit, hic etiam in eadem ἀβρόχων uoce, obſeruandum eſt: Neq; enim ſimpliciter hic negat madere roſas oportere, quæ in eum uſum eliguntur, ſed omni alieno humore carere eas iubet. Siquidē poteſt non maduiſſe aliquid, & nihilominus humorem habere: neq; uirentes, ſed recentes: nequis ſiccis uteretur: neq; flaccidas, ſed languere iam & areſcere incipientes. Id enim ſignificat τὸ μεμαρασμένων. IN ROSAceis paſtillis.

Eſt in Lycio etiam quod ad canis rabidi morſus tantū pertineat. Ille autē uertit: Datur bibendum his quos animal in rabie percuſſerit. Et nihilominus ſimplex Dioſcoridis uox eſt, βοηθεῖ δὲ καὶ λυσσοδήκτοις, tam certa in hoc ſcriptore ſignificatione, ut nihil dicendum ultra nobis de ea ſit. Solus enim proprie rabit canis, mox per eum animalia alia. IN LYCIO.

Addidit idem in extremo capite utriuſq; oleæ inutiliter, cum polline farraceo, difficiliusq; id remedium fecit. Nihil enim Dioſcorides aliud ſ̄ ἢ σίαθ καὶ ἀλεύρου dixit: quod eſt, cum farina & adipe, pelli ſcabros ungues oliuarum nucleis. IN OLEA.

Importune etiā paulopoſt in oleaſtri oleo, uliginē quæ agrorū & terræ propria eſt, ad gingiuas tranſtulit. Dioſcorides ſimpliciter οὔλης πλοδλῶσι. i. humentibus ait. Nocet tam multa uocū uarietas doctrinis, nec trāſlationibus tutò aliquis in eis tam ſæpe utitur. Nullus enim ferè erit qui audita gingiuarū uligine, anxius non torqueatur quod mali genus id ſit, & quomodo terreni uligo in cenſum & ordinem morborū uenerit. IN OLEO ex oleaſtro. Vligo.

Potuit quod in Punica non multo poſt ſequitur, librariorū lapſus eſſe, quo loco Barbarus ait: Sed quatenus partē illā quodāmodo excalefaciunt, inflāmationesq; pariunt: Inflatiōes ex Dioſcoride intellexiſſe oportet. Verba enim eius ſunt: θρμαστὴν τινὰ γεννῶσα πρὸς τὸ στόμαχον καὶ πνευματοῦσα: quod eſt: Stomacho calorē aliquem afferens & inflans. Addidit eodē loco & uoces aliquas quæ nullibi in antiquis Græcorū codicibus legūtur, qualia ſunt, ſapore grato: & illa, utiq; non omnino. Præterea quod in cunctis Græcis quos licuit hactenus uidere, legitur εὐστομαχοτέρα. i. ſtomacho aptior: contrario ſenſu legiſſe ille uidetur ἀστομαχοτέρα. i. inutilior ſtomacho. Nos Græcorū codicū & Latinorū fidē ſecuti, ſtomacho utiliora uertimus. Quosq; nucleos idē paulopoſt dixit, nos acinos: cauſamq; in cōmentationibus noſtris ex Theophraſto addidimus: nec dubitamus probādum forè ab omnibus, quod illic contra communem Græcę uocis πυρλῶν æſtimationem uerſum eſt: quando ex acinorum punicæ interioribus nucleis, ob ariditatem ſuam exprimi nihil poteſt. IN PVNICE.

Sunt in myrto deinde, quę magnopere inter nos differunt, nec paruifaciēda: nos tamen ea relinquimus, quoniā ſuus cuiq; dicendi modus & ſua phraſis eſt. Sed quod in extremo capite ab eo dicitur: Probatur qui tortiuus recenſq; fit, longiſſime à Dioſcoridis ſenſu diſceſſit, cuius ea tantū uerba ſunt: ἢ δὲ χρῆσις αὐτῆς προσφόρου ὄνθος: ſignificantq; uſus eius recentis adhuc eſt: cauſamq; ſtatim addidit: Carioſus enim fit qui areſcens inueterauit, & uires amittit. Nec ratiocinari nos ſcimus, unde ille tortiuum hunc ſuccum uocauerit: & quod ui ni proprium eſt, ad myrti ſuccum trāſtulerit. In uindemia enim ut autor eſt Columella lib. XII. cap. XXXVI. tortiuum muſtum dicitur, quod poſt primam preſſuram uinaceorum circunciſo pede exprimitur. Cuius obſeruationis & diſciplinæ expers omnino myrtus eſt. IN MYRTO. Tortiuum.

Habent ceraſia paulopoſt quod in Barbaro deſiderandum ſit: quod nam ille mixtum uocat: & quid intelligens dixerit, prodeſt tuſſi ueteri ſumptum in mixto? Potuit ipſe quidem certam in ea uoce ſubſtantiā intelleXiſſe, augurandam aliis eam relinquens: Nos dilutā uini potionem Græcum κρᾶμα diximus, additis in cōmentatione noſtra eius uocis cauſis & rationibus multis. IN CERAſeis.

Dubitauimus & in ſiliquis, quod caput ab eo quale eſt uertitur: non tantopere tamen negligendum diſſimulandum' ue, ut in eius capitis commentatione lōgius dictum à nobis eſt. Poterant hactenus dictis addi & alia, ſed nos ex multis pauciora hæc elegimus: quæ diuerſa & aliquibus locis contraria inter nos ſuſpē dere legentium animos diutius poterant: & ut hoc ueluti guſtu quæ non eſſent nobis eadem alia, legentes tantopere non remorarentur. IN SILIquis.

LIBRI PRIMI FINIS.

ΠΕΔΑΚΙ PEDACII DI

ΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

OSCORIDAE ANAZARBEI De medica materia Liber II.

ΕΝ ΜΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΒΙΒΛΙΩ φίλτατε Ασκλε, ὅτι πρώτῳ τὴν περὶ ὕλης ἡμῖν συντεταγμένων, προεδώκαμεν τὴν περὶ ἀρωμάτων καὶ ἐλαίων, καὶ μύρων καὶ δενδρώων, καὶ τῶν γνωμένων ἐξ αὐτῶν ὀπῶν τε καὶ δακρύων καὶ καρπῶν λόγον. ἐν ᾧ τρόπῳ διεξιόντες, ἐπελευσόμεθα. περί τε ζώων, μέλιτος, καὶ γάλακτος, καὶ σέατος, καὶ τῶν λεγομένων σιτηρίων. ἔτι δὲ λαχανῶν. ὑπετάξαμεν αὐτοῖς ὅσα δυσμενέα τῇ ὀσφρήσει κέκτηται δυνάμεις. διὰ δὲ συγγένειαν ἔχειν αὐτὰ ὡς πρὸς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα. καὶ νάπυ. ἵνα μὴ διαζεύχθῃ τῆς ὁμογενοῦς ἡ δύναμις.

RIORE LIBRO CHA rissime Aree, qui primus à nobis de medica materia compositus est, o- mnẽ de odoramẽtis, quę Græci aromata dicunt, oleo omni, unguẽtis, ar- boribꝰ, & his q̃ ex arbori bus proueniũt, liq̃ribus scilicet lachrymisq; & fructibus rationẽ tradidimus: In hoc q̃ secũdus erit, de animalibus, lacte, adipe oñi, & his q̃ fru mẽtacea dicunt, oleribusq; agemus, additis ob cognationẽ suã q̃cunq; acrimoniã habent, qua lia sunt cepæ, allia & sinape: ne congenerũ uis & natura seorsum tractata, à seipsa separet.

Περὶ Ἐχίνου θαλασσίου. Κεφ. ρπθ'. De Marino erinaceo. Caput I.

ΕΧΙΝΟΣ θαλάττιος, εὐστόμαχος. εὐκοίλιος. οὐρητικός. δυσεντερικὸν ὄστρακον ὠμόν, μίγνυται χρησίμως ὀπτηθὲν τοῖς πρὸς τὰς φλύκταινας ἀσμόζουσι σμήγμασι. κεκαυμένον δὲ καθαίρει τὰ ἕλκη. καὶ κατασήπει τὰ ὑπερσαρκοῦντα

ECHinon thalassion ⌊Romani marinũ erina- ceum siue echinũ dicunt. ⌋ Stomacho accõ modatus est marinus erinaceus: Idẽ bonã fa cit aluũ, ciendæ urinæ utilis: Miscetur utili- ter his quæ ad exterendas scabies conficiuntur, to- sta & cruda eius testa: Crematæ cinis sordida pur- gat ulcera, & carnium excrescentias reprimit.

MArinũ & terrestrẽ erinaceũ facile nouerit is, qui in castanea summũ fructus eius aculeatũ & in or- bem circunuolutũ operimentũ uiderit, maturo iam fructu sponte sua dehiscens, & quod infestis undiq; spinis antea negauerat, tunc sine iniuria uolentibus offerens: tanta est naturę bonorũ suorũ cura, tamq; animantium generi fideliter & tempestiue consulit. Tria enim hęc una echini appellatione Grę- ci indicauerunt, in mari & in testaceo genere piscem, cui natura est spinis quasi pedibus, & eaq; in orbẽ uo- lutatione ingredi. Mox in arida & in quadrupedum genere, quod nouerunt tura omnia, animal aculeato omni corpore prętereq̃ ore, pedibus, & ex inferiore parte, infestis & ad uulnus semper paratis spinis, quibus salutem uitamq; suam à canibus & uenatoribus tueri posse se credat: cui natura sit in periculo in globũ cir- cumagi, nec nisi spinas ostendere & porrigere. Quam ob causam acanthon etiã Græci id uocauerũt. Postre- mo castaneatũ à consimili spinatũ figura & noxa summũ illud operimentũ, quod pauloante descripsimus: de quo satis dicta hæc sint. Quod enim ad terrestrem pertinet, à marino statim dicetur, cum pleraq; legen- tes in eo monuerimus, quorũ id primũ erit. Non probari ab Aristotele libro IIII. de animaliũ historia ad cien- dam urinã marinos echinos omnes, sed ex multis quæ ab eo illic numerãtur, unũ tantũ genus, quod in exi- guo corpore longissimas & durissimas spinas habet: nec nisi in altis gurgitibus inuenitur: uerba eius hæc sunt: πρὸς δὲ ζῴοις ἄλλο γίνεται μικρὸν ἀκανθώδες ἔχον μεγάλας καὶ σκληράς, γίνεται δὲ ἐν τῇ θαλάττῃ ἐν γραλαιῖς ὀργυιαῖς, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς τραχυρίας τινάς. Estq; eorũ sensus qui antea dictus à nobis est. Legentes monemus etiã, uideri nobis nõ esse integrũ quod in omnibus Græcis passim legitur: οὗ τὸ ὄστρακον ὠμὸν μίγνυται χρησίμως ὀπτηθὲν ζῴοις πρὸς τὰς φλύ ρας σμήγμασιν. Si enim quale id membrũ est uertatur, non alius fiet sensus, q̃ crudã marini echini testã misceri utiliter tostã his, quæ ad exterendas scabies conficiuntur: At qui possunt nulla intercedente copula aut di- ctione alia, simul præcipi & doceri cruda & tosta? Necesse ita q; omnino est, aut copulã inter miscere quod nos fecimus: aut disiunctionẽ, quod forte fuit: aut (quod nos magis credimus) suspicari aliquot deesse illic uoces, quibus in cruda echini testa uis, usus aut remediũ aliquod doceretur: cui deinde de tosta & cremata subiiceretur, quod ad leuigandas cutis asperitates pertineret: Id enim cineres prętertimq; marinarũ testarũ maxime possunt, ut in purpuris mox patebit, à qua potestate longius crudæ abesse uidentur, nec; in huiu- scemodi remediorũ rationẽ facile admittuntur. Ex uitio orta suspicio hæc nostra est, nec; inutile penitus fuerit legentes hoc monuisse: Quod enim redditum est, tosta & cruda eius testa, à nobis non penitus proba tur. Sed nihil facilius erat quo uitium illud instauraretur: oportet; cruda m testam sic intelligere, ut teren- da prius sit, nec nisi tritã misceri aliis posse. Dicemus hoc loco breuiter etiã multa esse in ulcer; genere di- scrimina, simplicia, cruda, nec suppurantia, concaua, uerminosa, in quibus caro excrescat, humida, arida, cuniculosa, callosa, fistulosa, & quæ hoc capite multis q; aliis à Dioscoride ῥυπαρά, id est sordida uocant: Quæ intelligenda sunt, cũ crassiores concrescunt circa ea sordes, quæ siccãtibus & purgantibus remediis curãda sunt, qualia sunt thus, cadmia, & bulla quæ põpholyx dicit, multaq; alia quæ numerasse nũc long ũ fuerit.

Echini tres.

Plura ulce- rũ genera.

De

περὶ τοῦ χερσαίου ἐχίνου. κεφ. ϙϛ'.

Καὶ ὁ χερσαίου δὲ ἐχίνου τὸ δέρμα καὶ μ, πρὸς ἀλωπεκίας μετὰ πίσσης ὑγρᾶς κατα χριόμενον, ἄρμόζει. ἡ δὲ σὰρξ σκελετοθεῖσα καὶ πινομένη μετὰ ὀξυμέλιτος, βοηθεῖ νεφριτικοῖς, καὶ τοῖς ὑπὸ σάκχου, καὶ ὕδρωπι, καὶ σπασμόδεσιν ἐλεφαντιῶσι. καὶ χέκτασις. ἐκφαίνει δὲ καὶ τοὺς περὶ τὰ ὠτα λάρυγγας ἐξομαλισμός. καὶ τὸ ἧπαρ ὃ αὐτὸ ἐκφανθὲν ἐπ' ὀσφάκου ἡλιοκαύστου καὶ ἀρτεθὲν, πρὸς τὰ αὐτὰ ὁμοίως ἀρμόζει διὰ ὠμότητος.

De Terreſtri erinaceo. Caput II.

Echinon cherſæon L. Romani terreſtrem erinaceum ſiue echinum dicũt.┘ Crematũ terreſtris erinacei coriũ contra capillorũ defluuia, quas alopecias dicunt, cũ liquida pice utiliter inungitur. Inueterata eiuſdẽ caro & cũ aceto mulſo pota, renũ cũ urinæ malo aliquo doloribus ſuccurrit. Prodeſt & toto corpore reſoluẽtibus ſe in aquę naturã ſolidis partibus, q̃d malũ hydropen anaſarcaGręci nominant. Prodeſt neruorũ cõuulſionibus, & his quorũ corpus macie cõficitur. Siccat interanea, deſtillatiões omnes. Daſ præterea pari utilitate ſiccatũ in teſta ſub ardẽtiſſimo ſole, ſeruatũq; terreſtris erinacei iecur.

INTERPRES.

CRedidit quondam antiquitas homini ut pleraq; alia animalia inuidere etiam terreſtrẽ erinaceũ: Teſtatusq; id Theophraſtus eſt in eo quod reliquit cõmentariolo de his animalibus quæ homini inuidere dicunt: quæ ille multa numerauit ſtellionem, ceruum, equũ, phocam, lyncem & pleraq; alia: quorũ ſtellio exutam uere tuniculam anguiũ modo deuorat ſtatim, comitialibus utilem: cuius rei & Plinius teſtis eſt libro xxx. cap. iii. in locis feneſtrarũ aut ſepulchrorũ cameris frequens hoc animal inueniri oſtẽdens: Solereq; qui eorũ membranas has uenantur, incipiente uere ex fiſſis harundinibus textas illis ueluti caſas opponere: quarum anguſtijs id animal gaudet: eoq; facilius circundatum torporẽ exuit, quo inter harundines eas relicto non poſſint remeare: nec ultra Plinius quicq̃ dixit, q̃ nullũ animal fraudulentius inuidere, traditũ eſſe: cogitandum legentibus, quod nos dicimus, relinquens. Ceruus dextrũ cornu terra obruit, contra rube tarum uenena neceſſariũ. Equus pulli ſui hippomanes præripit, ad amoris ueneficia quæſitũ. Phoca coagulũ euomit, ijſdem comitialibus optatũ. Et lynx urinã ſuam celat, multi in medicina uſus, & in delicijs uitæ ad anulos expetitã. Sed omnia falſò inuidere homini creduntẽ: nullus enim brutis inuidiæ cõtra hominẽ ſenſus eſt: metuq; perturbata, aut aliter affecta id agunt animala hæc: uerisimileq; eſt phocam cũ capi & teneri ſe ſentiat, metu doloreq; id pati. Siquidem in eodẽ affectu idem aliquando homines animo perturbati patiuntur: Et ſtellionẽ tuniculã ſuã, & equũ pulli hippomanes, eodẽ aut nõ diſſimili naturæ affectu deuorare, quo canes & ſues à partu ſtatim ſecũdas ſuas etiam deuorare dicuntur: Lynces q; & ceruos ignotã nobis habere eius quod agunt aliquam cauſam: Multa enim huiuſcemodi bruta agunt, quorũ reddi ratio à nobis non poteſt. Ex hoc animaliũ homini inuidẽtium genere terreſtris erinaceus antiquis eſſe creditus eſt: Is enim tenerioſe ſentiens, metu affectu' ue alio perturbatus, in globũ ſe circũagit, circumactusq; noxiam ſpinis & cuti ſuæ urinã remittit: cuius cõtagio corruptæ, nec multo poſt deciduę, ſpinę deſinũt in artibus habere uſum, & in medicina corium inutile fit. Eius cinerẽ ad alopecias nõ hic tãtum, ſed ueteres Græcorũ medici & Plinius præcipue utunt, ob egregiã ſiccãdi diſcutiendiq; uim quã habet. Qua etiã poteſtate inueterata eius caro hydropi quẽ Græci anaſarca uel hypoſarca uocant, mederi à Dioſcoride dicta eſt. Quod malũ & corpus ſubeuntis aquę genus, nos ex Galeni deſcriptiõe pluribus forte q̃ par erat uerbis reddidimus: nõ inutiliter tamẽ ut credimus, quoniã nõ uniuerſo hydropi, ut Barbarus uertit, ſed huic generi tãtum inueteratã erinacei carnẽ hic mederi ait. Et ut certius q̃d dicimus pateat, breuiter ex eodẽ Galeno repetemus, feciſſe iuniores (iuniores aũt poſt Hippocratẽ ille appellat) tria cutẽ ſubeuntiũ aquarũ genera: uocariq; primũ aſcite quaſi utriculariũ: ἀσκὸν enim Græci utrẽ, quo liquores cõtinentur, appellant: & quoniã in hoc aquæ plus, ſpiritus uero minus ſit, id nomẽ inuenit: Neq; enim ſecus q̃ in utre collecta in eo aqua ſeruaẽ. Secundũ deinde tympanite à tympano notiſſimo omnibus muſico inſtrumento, in quo plus ſpiritus, minus uero aquæ ſit: copioſus enim in hoc intus ſpiritus eſt, & ſi percutiaẽ, tympani modo reſonat. Tertium uero hypoſarcidion, hypoſarca, & anaſarca, omnibus his uocibus à carne facta appellatione, idẽ ſignificantibus: quod fieri idẽ Galenus dixit, quoties toto corpore reſoluũẽ ſolidæ partes in aquæ naturã cũ in cęteris in aquã cõuerſus cibus, inter inteſtina & tunicã quã peritoneũ Græci dicunt, diffundaẽ. Hippocrates tamẽ teſte eodẽ Galeno, duas tãtum hydropis ſpecies fecit: aſcitem enim & tympanitẽ eiuſdem naturę dixit eſſe: quoniã in utroq; cibus in aquã cõuerſus, in eum quem diximus locũ ſuffundatur: nec alio differre, q̃ ſpiritus & aquę maiore minoreue copia. Incurabilem etiã idem Hippocrates tertiũ illũ hypoſarcidion hydropen dixit. Quę omnia breuiter ideo à nobis dicta & ex antiqs Græcis repetita ſunt, nequis dubitaret quale id malũ eſſet, quod nos reſoluẽtes ſe in aquę naturã toto corpore ſolidas partes, dicebam⁹: & ut alijs locis poſthac meminiſſent, nũq; nos in cutẽ ſubeũtibus aqs aliqd huiuſcemodi addituros eſſe, niſi cũ res exiget, & hic ad certã ſpeciẽ id malũ cõtraxerit.

Homini inuidentia animalia.

Ceruus.
Equus.
Phoca.
Lynx.

Stellio.

Tria ſubeũtium cutẽ aquarũ gña

ἀσκίτης Aſcites

τυμπανίτης Tympanites

ὑποσαρκίδιον ὑποσάρκα ἀνάσαρκα Hypoſarcidius Hypoſarca Anaſarca

περὶ Ἱπποκάμπου. κεφ. ϙζ'.

Ἱππόκαμπος, θαλάσσιόν ὄντι ζῶον μικρόν. οὗ καὶ ἕψαντες ἀναλιφθῆσα ἢ τέφρα πίσσῃ ὑγρᾷ ἢ ὀξυμέλιτι, ἢ ἀμύγδαλα κινεῖ μύζοντα καταχριωθεῖσα, ἀλωπεκίας θᾶσσον.

De Hippocampo. Cap. III.

HIppocampon L. Latini pariter Græcis hippocampũ dicũt.┘ Breue marinum animal hippocãpus eſt. Eius cremati cinis liqda pice axũgia'ue, aut amaracino unguẽto coactus, mox inũctus, capilli defluuia q̃s alopecias dicũt, explet.

INTERPRES.

CRedimus olerum & plantarũ erucas quas Græci κάμπους dicunt, marino pisci à similitudine nomẽ dedisse: In locustarũ enim genere hippocãpus à ueteribus numeratur: breuẽ paruũq; hunc piscẽ scriptor hic ait esse: & nihilominus magnitudinis nota illi cõiuncta est. Quod enim Græci hippo multis in natura adiiciũt, grãde significat, ut in hipposelino & hippomarathro aut hippolapatho indicabim⁹. Sed id sic intelligendũ est, ut cõparatũ hoc animal oleri aut arbori eru cis, grande sit: marinis uero beluis & piscibus, breue & paruũ. Nec aliud hic intelligi uoluit dicẽs: paruũ esse marinũ animal. Vnũ est in hoc scriptore cõtra alopecias ex cinere eius remediũ: Quẽ ut in cunctis antiquioribus Græcis legit, pice liquida axungia'ue, aut amaracino unguẽto cogi & misceri hic iubet. Barbarus, quod unum (ut nos credimus) remediũ est, bifariã diuidit: aitq; alopecias replere cũ pice liquida mixtũ, aut syncerꝝ ex posca amaracino'ue unguento: cum tamen in nullo Græcorꝝ codice hactenus aut syncerꝝ aut poscã ego legerim. Potuit ille hoc legisse, & ex suorꝝ codicũ fide id tradere. Sed quæ in ambiguo cõsulẽda ratio est, axungiam magis q̃ poscam desiderare eo loco uidet: mixto enim aquæ aceto posca fit: quæ nihil simile aut æquale liquidę pici aut amaracino unguento habet. Duo enim hęc unguinis prȩcipuam habent dotem & usum, quod nullũ in aceto & aqua est. Oportet q; cum ad medicinã alternãtur remedia, ἀντιβαλλόμενα, ut Græci dicunt, quod est æqualia aut similia, saltẽ esse. At non cõparauerit aliquis poscam, quæ aceto & aqua constat, pici liquidæ aut amaracino, unguento' quorum prima dos & usus in unguine est. Quid prȩterea acetum, cuius natura est adstringere, alopecijs cõferet pro quibus laxari & ad noui capilli generationẽ impleri glutinoso humore cutem oporteat: His nos rationibus usi, axungiam magis q̃ oxycraton id est poscam probauimus.

περὶ πορφύρας. κεφ. ϛϚ'.

ΠΟρφύρα καθσα σ'ώαμιν ἔχει ξηραν λικώ. σμικλικώ ὀσ'όντων. ὑπερσαρκωμάτων δὲ καταλλικώ. ἀναπλικῶ ἕλκη. ἀπυλωλικήν.

περὶ κηρύκων. κεφ. ϛϚγ'.

ΤΑ αὐτὰ δὲ πριοῦσι Ῥωμαῖοι κήρυκες καλοῦσι δὲ μᾶλλον καυσικοί. ἐὰν δὲ ἕψαλῶν αὐτοὺς πλήσωσας ἐν ὠμῇ χύτρᾳ καύσῃ, ἁρμόζουσι πρὸς σμῆξιν ὀσ'όντων καὶ κατακαύματα ἐπιπλασθέντες. ἐὰν δὲ λεῖα ἀπερσακοῦσθαι τὸ φάρμακον. μετὰ δὲ πλὴν ἀπυλώσιν τοὺς κατακαύματος αὐτόματον ἀπιπίπτει. γίνεται δὲ καὶ ἀσβεστος ὃς αὐτῶν ὡς ὑποδείξομεν ἐν τῷ περὶ ἀσβέστου λόγῳ.

Κιονίων. Κιόνια

περὶ * Ιονίων. Κεφ. ϛϚδ'.

* Ονια ἡ καλουμένη τὰ ἐπὶ τῆ κηρύκη καὶ πρφύρᾳ μέσα. περὶ ὧν ἐλιξὶ ὀλίγα τοιόσδε. καίεται δὲ ὁμοίως σ'ώαμιν ἔχοντα καυσικωτέραν τῆ κηρύκων καὶ τῆ πορφύρας, διὰ τὸ πιέζειν αὐτῆ τὴν φύσιν. ἀλλ' ἡ σάρκες τῆ κηρύκη εὐσόμοι καὶ εὐσόμαχοι. κοιλίαν δὲ οὐ μαλάττουσι.

De Purpuris Buccinisq; & eorꝝ uolutis. Caput IIII.

POrphyras Romani purpuras dicũt. Siccat purpurarꝝ cinis. Dentifricijs idẽ utilis ẽ. Carniũ excrescẽtias reprimit. Vlcera repurgat & ad cicatricẽ perducit. Potest eadẽ & buccinorꝝ cinis, maiore ui tamen urendo exulcerat. Siquis prȩterea sale plena in crudo fictili buccina cremauerit, dentifricijs utilissimũ cinerem fecerit. Quinetiam ambustis utilissime hic cinis illinitur: dimittendusq; illitus cinis usq; dũ in testæ duritiẽ trãierit: post inductã enim ambustis cicatricẽ, ipse spõte sua decidet. Fit prȩterea ex buccinis his calx, quemadmodum de calce agentes dicemus. Cionia uero quasi columellæ uocant purpurarum buccinorumq; medię partes: circa quas exterioris testæ uoluta est. Cremantur & hæ partes similiter, efficaciore in aduẽdo ui quàm purpuræ & buccina, ob eam quã habent constringendi uim. Suaues ori & stomacho accommodatæ sunt buccinorum carnes, aluum tamen non molliunt.

INTERPRES.

NOn paruam naturalis historiæ partẽ mare & maritima faciũt, nec parum in homine laudanda eorꝝ cognitio: tam late uis utriusq; rei patet, totq; modis ad uoluptatẽ necessitatẽq; humanã instruit uitã, & tanta est in mari nascẽtium, uarietas: quæ siquis numerare, & ex his quæ habent notas secernere conetur, quod penè impossibile sit incœperit, & huic scriptori inutilẽ laborẽ inierit, qui ex tam multis piscium & testarum, quæ toto mari nascũtur generibus, pauciora quædã ad hominis morbos & medicinę usum elegit. Poterunt uolentes ex Aristotele, Plinio, & plerisq; alijs reliqua longius & certius cognoscere: & quod ad purpurarum buccinorumq; sapores, & medicinæ uires aliquas priuatim pertinet, non contemnendã ab Athenæo historiam, quo loco de ostreis agit, audire: Nos eam ganeæ multum, medicinæ uero parum necessariam relinquimus: Et in scriptore hoc nostro de purpuris buccinisq;, & eorum mediis partibus legentes primum monemus, quæ tria in cunctis ferè Græcis capita erant, in unum contraxisse, quoniam in melioribus continuata legebantur, multoq; magis, quod buccinis congeneres purpuræ sunt. Purpuræ enim filium Athenæus buccinum esse ait: nec aliud historiæ ductus & sermonis ordo exigebat. Accedit his etiam, q; mediæ utriusq; partes, quas hic cionia diminutiua à columnis forma quasi columellas nominat, à reliquo corpore separari non debuerant. In quibus non bene auribus nostris respondet quod hic ait: Cremari similiter medias purpurarum & buccinorum has partes, earumq; cinerem maiore in urendo efficacia esse, διὰ τὸ πιέζειν τὴν φύσιν αὐτῶν, id est quia natura illis sit premere, uel constringendo exprimere: nihil

re: nihil enim aliud πλέον uerbū indicat: nullo ut nobis uideā euētu ad ea quæ urendo exulceranda ſint. Obſeruauimus præterea aliter potius q̄ alia à Galeno Paulo q̄ Aegineta de his doceri: quæ poterunt uolentes in illis certius cognoſcere. Non relinquemus tamē uidiſſe nos Græcorū codices aliquos, in quibus præter ea quę uerſa à nobis ſunt, legereā etiā purpuraꝝ teſtas in oleo decoctas: cōtra fluentē capillū inungi: Eaſdēq̄ in aceto potas lienū tumores contrahere, & locoꝝ præfocatione concidentes fœminas excitare, ſecundasq̄ à par tu pellere: Quæ omnia præter fluentē capillū Paulus Aegineta in ſexto iſdem penè uerbis teſtatus eſt: Sed omnia à Galeno accepta, & huic ſcriptori deinde imprudenter addita. Adiecimus obiter & illud, ſi forte nouiſſe id aliquis cupiat, quā hic uolutā in purpuris & buccinis appellat, ab Ariſtotele lib. v. his uerbis deſcribi: ἔστι δὲ πορφύρα πόλυπος ἔτι ἔξω, ἣ καλεῖται ἔκαστον ἐνκυκλον φανερά ἐστιν ἡ αὔξησις ζώοις διαστήμασιν ζωοῖς ὧν ζῷ ὁσάκις τὴν ἕλικος: quod totum Gaza uertit: Annos circiter ſex purpuraꝝ uiuunt, & ſingulis annis incrementum earum patet per orbes, quibus totidem quot annos habet teſta intorta, cuniculatim in crepidinē deſinit. Nos autem, nec tamen ut certemus cum homine, hoc agimus, breuius ſic uerti poſſe credimus: Viuunt annos ferè ſex purpuraꝝ: patetq̄ quotannis earū incremētū ex interuallis orbiū ſiue uolutaꝝ quę in teſta ſunt: dico aūt uolutas, ut Vitruuius in columnarum capitibus appellauit, quas Gaza orbes cuniculatim. i. cuniculorum modo intortos, dixit. Et hæc ſatis dicta à me ſint, præſertim in continente & procul à mari nato homine. Voluta.

De Mitulis. Cap. V.

MYacas L. Latini mitulos dicunt.] Probatiſſimi omniū è Ponto mituli ſunt. Buccinis eadē cremati poſſunt: priuatimq̄ plumbi modo loti, oculoꝝ medicinæ cū melle utiles ſunt, palpebraꝝ craſſitudines minuentes, oculoꝝq̄ albugines & cætera q̄ claritati eorum officiunt, exterentes: Canū præterea morſibus utiliter caro eorum imponitur.

Περὶ μυάκων. κεφ. ϙϛέ.

Μυακες διαφέρουσιν οἱ πρωϊκοί. καίονται δὲ καὶ αὐτοὶ διὰ ῥῶσιν τῆς κοιλίας. ἰδιαίτερον δὲ πλυθέντες ὡς μόλιβδος, χρήσιμεύουσιν εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ σὺν μέλιτι. ἐκτήκουσιν παχύτητας βλεφάρων, εἰ σμήχουσι λευκώματα, μὴ τὰ ἄλλως ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις. ἡ δὲ σὰρξ αὐτῶν κωδωνίκρις ἐπιτίθεται ὠφελίμως.

INTERPRES.

QVæ ſequuntur, tellinas non myacas mitulos à Romanis dici teſtatus Athenæus eſt: nos tamē alioꝝ in ea re obſeruationē ſecuti, myacas non tellinas mitulos uocauimus. Similitudo & ijdem ferè eoꝝ naturales, nominū uagā & incertā hanc rationem faciūt. Quod in multis fieri quotidie uidemus, deficientibus in tanta reꝝ naturæ uarietate & copia, proprijs earum appellationibus. Eſt in mitulis his, ubi nos legerimus, mederi eoꝝ cinerem palpebrarum aſperitati, non craſſitudini: Idq̄ Paulus Aegineta lib. VI. etiam confirmat, niſi uitiū in eo ſit. Nos tamen cōmunem lectionē ſecuti ſumus, cōfirmante eam Plinio, qui libro XXXII. cap. v. de mitulis hæc ait: Lauantur quoq̄ plumbi modo ad genaꝝ craſſitudines, & oculoꝝ albugines. Perſuaſit & illud etiā nihil in his mutare, q̄ facillimus lapſus eſt in Græcis ab aſperitate in craſſitudinē: Siquidem una tantum mutata litera, τραχὺ quod aſperum, παχὺ quod craſſum eſt, fit: multisq̄ locis occurrit in hoc ſcriptore huiuſcemodi uitiū. Craſſitudo aūt genaꝝ quam nos craſſas palpebras uertimus, Galenus in Iſagoge ſua fieri dixit, cū inuerſæ à natiuo habitu palpebræ, duriores carnoſioresq̄ fiunt.

De Tellinis. Cap. VI.

TEllinas L. Romani pariter Græcis tellinas uocant.] Bonā faciūt aluū recentes tellinę, preſertimq̄ coctaꝝ eſculētū iuſ: Salſæ eędē cremateq̄, tū q̄ minutiſſimū friate, & ex cedrino liquore inſperſę, euulſos palpebrarum pilos naſci iterum prohibent.

Περὶ τελλίνων. κεφ. ϙϛ′.

Τελλῖναι δὲ καὶ εὐκοίλιαι. μάλιστα δὲ ὁ ζωμὸς αὐτῶν ζωμός. τρίχας καὶ δὲ καθῆσαι καὶ τριβῆσαι λεῖαι, καὶ μετὰ κεδρίας ἐπισαζόμεναι, τὰς ἐκλαθείσας τῶν βλεφάρων τρίχας οὐκ ἐῶσι μὰν δὶς φυλῶαι.

INTERPRES.

NVllibi, quod hactenus legerim, Plinius tellinas appellauit: & neſcio an commune hoc multis in marinomen ſit, quæ celerrime in integram ætatē abſoluuntur. Nouit noſtra ætas tellinas in mari ubiq̄ naſcentes, quotidiani in cibis uſus. Nihil illis Paulus Aegineta tribuit, quod non à Dioſcoride illis tributum fuerit: priuatim primo ſub tellinarum titulo, mox iterum ubi de omni eſculento iure agit: quo loco tellinas aluum maxime deijcere ait.

De Chamis. Cap. VII.

CHamas L. Romani chamas itidem uel hiatulas dicūt.] Soluit aluū chamaꝝ, conchulaꝝq̄ aliaꝝ in exigua aqua coctaꝝ eſculentū iuſ: Bibitur aūt cum uino.

Περὶ χημῶν. κεφ. ϙζ′.

Αἱ δὲκ τῶν χημῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων κογχυλίων ζωμός, κοιλίαν κινεῖ ἐψόμενος μετὰ ὀλίγου ὕδατος. μετ' οἴνου δὲ λαμβάνεται.

INTERPRES.

LOnga eſt in Athenæi oſtreis chamarum hiſtoria: qui forte ſic dictas quondā fuiſſe ait, παρὰ τὸ κεχάνναι id eſt q̄ aperto ore & hiantes contrà q̄ alia in hoc genere ſemper ſunt: Ex qua cauſa Latinorum aliqui hiatulas eas appellauerūt, nominis rationē & animalis naturam ſecuti. In genere minimorum oſtreorum chamæ ſunt, tanta cum alijs affinitate, ut facile in antiquis ſcriptoribus confundatur earū hiſtoria.

Nihil difficilius in tota huiuſcemodi rerꝫ cõmentatione eſt, q̃ in appellatiõibus his concordẽ ueterꝫ hiſtoriã oſtendere: ob id nos eam peritioribus relinquimus, cõtenti ab hoc ſcriptore didiciſſe, omniũ huiuſcemodi conchularꝫ in ſoluẽda aluo eandẽ uim & naturã eſſe. Fuiſſeq́ in derjcienda aluo antiquis morẽ conchulis his uti. Indicauit M. Cato cẽteſimo & quinquageſimo octauo ſui de re ruſtica operis capite, inter cætera mi tulis tribus ad eam rem utens.

Περὶ ὀνυχ⟨ο⟩. Κεφ. ρνθ΄.

Ὄνυξ ὀστρέου πῶμα κογχυλίου, ὅμοιον τοῖς φυλλοφύλλοις. εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ Ἰνδίᾳ, ἐν ταῖς ναρδοφόροις λίμναις· διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων τῶν κογχυλίων τὰς νάρδους. συλλέγεται δὲ, ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν αὐχμῶν ἀναξηρανθῶσιν αἱ λίμναι. διαφέρει δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς κομιζόμενος, ὑπόλευκος ὢν καὶ λιπαρός. μέλας δὲ ὁ Βαβυλώνιος καὶ μικρότερος. ἀμφότεροι δὲ εὐώδεις, θυμιώμενοι, κασσιτεροῦντες πρὸς τὴν ὀσμήν. ἐγείρουσι δὲ καὶ ὑπερθυμιαθέντες τὰς ὑστερικὰς πνιγμονάς. καὶ ἐπιληπτικούς. πρὸ ἐνέντες δὲ κοιλίαν μαλάσσουσιν. αὐτὸ δὲ τὸ κογχύλιον καῦσαι, πρὶν ὅσα καὶ ἡ πορφύρα καλὴ ὁ κήρυξ.

De Conchula Indica quam Onychen Græci dicũt. Ca. VIII.

ONycha Romani Onychem ſiue oſtracũ dicũt. Cõchulę purpurarꝫ teſtis ſimilis teſta onyx eſt: In nardiferis Indię paludibus inuenit: odorata ideo eſt, narddũ paſcentibus cõchulis. Colligũtur ficcatis æſtu anni paludibus. Bonitate antecedũt quę à rubro mari afferuntur, albeſcẽtes & pingues: nigrę minoresq́ Babylonię ſunt: ex utroq́ loco bonitate odoris cõmedantur, cũ incẽſę uaporãtur, caſtorij odorẽ aliquẽ referẽtes. Suffitu ſtrãgulatione uuluarꝫ cõcidentes fœminas excitãt. Excitant & comitiales: Aluum potę turbant. Crematarum cinis etiam eadem quæ purpurarum & buccinorum cinis poteſt.

INTERPRES.

FOelix nimirꝫ India & melioris naturę beneficio amabilis: quæ paludes ſuas cunctis fere alijs locis inutiles & ingrato odore peſtilentes humano generi ad medicinam neceſſarias: & uitæ noſtræ ad odoris oblectamenta expetendas fecerit. Non ſatis eadem à poëtis laudata etiã q̃ coſtũ & hebenũ nobis dederit. Erant præter hæc multaq́ alia, quæ de fœlicitate regionis eius & hic & alij tradiderũt, quod in paluſtribus eius inuẽtum laudaretur, & in honore medicinæ eſſet, conchilium, cuius hiſtoriã & remedia omnia hoc capite Dioſcorides docet. Plinius oſtracum cõmuni omniũ teſtaceorum appellatione uocari onychẽ hunc dixit. Poſteriores blattã Byzantiam dixerũt: hic onychem generis nomine etiã appellat: quãdo ubiq́ naſcentes teſtæ in quibus lẽuor ſit & candor, eodẽ hoc nomine cenſentur, quod ab ungue humano factum ſit, & ad gemmas marmorisq́ certũ genus translatum etiam fuerit. Ex eodẽ enim humano ungue, quẽ Græci ὄνυχα dicunt, onyx, & ſardonyx gẽma, & onychite marmor ab antiquis dicta ſunt. Ex eodẽ plura alia etiã quę in Græcis & Latinis paſſim leguntur. Variauit natura omnes has in mari teſtas, uoluitq́ eas coloribus, figuris & quãtitate differre, ut nominibus etiã diſtinguerent: onychesq́ priuatim dicti ſunt, in quoꝫ teſtis nulli margines, nullæ rugæ, nullæ cõcauitates, nullæ aſperitates eſſent: ſed toto corpore lẽuor & cãdor: quales in humano ungue ſunt. Ex hoc genere Indicus onyx eſt: dico aũt Indicum, quoniã ut ab alijs ſecernatur, gentis nota illa nomini adijciẽda eſt. Sic enim Paulus Aegineta eum appellat, ſic etiã Græcoꝫ ueteres aliqui codices adhuc habent. Sentiri in eo nardi odorẽ Dioſcorides ait, q̃ in paluſtribus Indiæ nardũ ferẽtibus inueniat, uelcaturq́ ea: nõ ſatis certa re quo modo in paluſtribus nardus uiuat, cui in arida uita eſt: aut ſi iuxta paludes illas nardus naſcitur, quonã modo oſtreũ cui natura eſt ſcopulis in mari hęrere, extra aquã uelci in arida poſſit? Barbarus ut alterꝫ ſcopulũ uitaret, in alterꝫ incidit: adiecitq́ q̃d alioquin in Dioſcoride non legit. Neq́ enim ille ait, in paludibus Indię naſci onychẽ, ubi regio eius nardifera eſt, ſed inueniri in Indiæ paludibus, nardũ ferẽtibus: nec alia præter hæc in eo ſunt. Credimusq́ nos reſpõdere quæ in hoc capite leguntur, his quæ in malobathro à Dioſcoride & à nobis dicta fuerunt: plura ſcilicet odoris ſimilitudine in cenſum & nomẽ nardi ueniſſe, quę multa tũc numerata ab hoc fuerunt: & inter ea quod malobathrũ antiquitas uocabat: foliũ tãtum, quod in paludibus Indiæ fluitans inueniret, odore nardi: lectũq́ ad multos uſus ſeruaretur. Nec tantũ inclinat animus nobis, quas hic modo Indiæ nardiferas paludes dicit, eaſdẽ illis eſſe in qbus malobathrũ inueniri & colligi antea tradidit, ſed pro cõperto rẽ habere uidemur. Siqdem utrobiq́ ait ſiccari paludes illas æſtate: Cũq́ in eis malobathrũ inueniat odore nardi foliũ, & ob eum odorẽ in nardi nomẽ à multis aſcitũ: nihil impedit, ne conſtituamus hoc loco ex cõmuni omniũ opinione, q̃ malobathrũ cũ nardo miſcerẽt, nardiferas hũc dixiſſe paludes, quæ re uera nõ nardũ ſed malobathrũ ferrẽt: Cõſtituto q́ hoc, facile & ſequax eſt quod ſequit, paſci nardo in paludibus his Indicos onyches, parato & ubiq́ expoſito ſibi cibo, & quẽ extra aquas cõtra naturę ſuę leges quęrere nõ cogerẽtur. Nunq̃ enim legiſſe me memini in oſtreoꝫ genere eſſe quæ ambigua ſint. Et quę qualia pleraq́ alia quotidie uidentur, in aqua pariter & arida agere poſſint. Perſuaſit poſtremo Pauli Aeginetæ autoritas & ueritas, & ueterꝫ codicum fides, ut quod in extremo capite erat ποθέντες δὲ κοιλίαν μαλάσσουσι: quod eſt, mollire aluũ potos onyches: non mollire ſed turbare dicere-
μαλάσσουσι, ὑταράσσουσιν enim nõ μαλάσσουσι in melioribus legebatur. Dicet forte aliquis leuius hoc eſſe: nos etiam id fatemur: ſed in interprete nihil fide optabilius eſt.

Onyx.

Περὶ κοχλίου χερσαίου. Κεφ. ρξθ΄. De terreſtribus Cochleis, Cap. IX.

Cochlias

Κοχλίας χερσαῖος εὐστόμαχος. Δύσφθαρτος. ἄριστος ὁ ὅ, τε ἐν σπόδῳ, καὶ λιβύῃ, καὶ ἀσυπαλίᾳ, καὶ σικελίᾳ, καὶ χίῳ γλυκύμυθος. καὶ ὁ ἐν ταῖς καὶ λιγυρίαις ἄλπεσι πωματίας καλούμενος. ὁ δὲ θαλάσσιος ὁ εὐστόμαχος ὁ εὐεκκριτός. ὁ δὲ πρὸς μιξομώδης, καὶ ὁ ταῖς ἀκάνθαις ὁ τῆς θαμνίσκοις προσκεκολλημένος ἄγριος. ὅμοιος ἐστὶ λοπὰς ὁ καλούμενος ὁ τῶν βακχικὸς ὅτι κοιλίας καὶ στομάχου ἐμετηρός. δαῦκαι δὲ πάντων τὰ ὀσφρακα κεκαυμένα θρυμαίνει καὶ καίει. σμήχει λέπρας. ἀλφούς. ὀφθαλμοὺς ὁ λευκώματα ὁ ἐφίλις. καὶ ἀμβλυωπίας, μετὰ τῆς σαρκὸς ὅλοι καὶ ἕντες ὁ λαθόντες καὶ ἐγχριόμενοι σὺν μέλιτι ἀπικαθαίρουσιν. ὠμοὶ δὲ σὺν τῆς κελύφοις καταπλασθέντες, ἀγκυμάσουσι τὰ ὑστερικὰ καὶ οἰδήματα. ὁ οὐκ ἀφίσαντι πρὶν ἢ πᾶν ἀνικμασθῆναι ὑγρόν. ὁ πρὸς αγικὰς δὲ φλεγμονὰς πραύνουσι, καὶ σκόλοπας ἕλκουσιν ὁμοίως καταπλασθέντες ὁ ἐμμίσγουσι λῶτοι προσιθέμενοι. ἐὰν δὲ σαρκὶς αὐτῶν λεῖα σὺν σμύρνῃ καὶ λιβανωτῷ καταπλασθῆσαι, τραύματα καὶ μάλισα κατὰ τὰ νεῦρα κολλῶσι. καὶ τὰς ἐκ μυκτήρων ἁιμορραγίας σὺν ὄξει λαθόντες ἐπέχουσι. ζῶσα δὲ ἡ σὰρξ καταπασθεῖσα τῷ λιβυκοῦ μάλισα, ἀλγηδόνας σομάχου παύει. μετὰ δὲ τὸ ὀσφάκου ὅλου πρίεις καὶ μετ' οἴνου καὶ σμύρνης πρὸς ὀλίγος, κωλικοὺς καὶ λαπεύει, καὶ κύστεως ἀλγήματα. ἀνακολᾷ δὲ τρίχας ὁ χρσαῖος. ἐὰν ὡς βελόνιον καὶ τῆς σπόδου αὐτῆ φέρων ὡς προϊσαμμένῳ γλοιώδη προσάπτηται τῆς τριχός.

COchlian cherſeon Romani terreſtrem cochleã dicunt. Stomacho accõmodata eſt terreſtris cochlea: difficillime eadẽ corrũpitur. Probatiſſimæ quæ in Sardinia, Lybia, Aſtypalæa, Sicilia & Chio naſcãtur. Probatiſſimæ etiã quæ in Liguriæ alpibus pomatiæ ab operimento ſuo appellãtur: Marinę etiam ſtomacho accõmodatæ facillime excernunt: fluuiatiles uirus habent. Quæ uero ſylueſtribus frutetis & ſentibus hærentes inueniuntur, quas ſeſilos aliqui nominant, aluũ & ſtomachũ turbãt, & ad uomitiones mouent. Poſſunt crematę omnes in cinerẽ cinere illo calefacere & urendo exulcerare. Lepras idẽ exterit cinis, uitiligines & dẽtes. Oculorum præterea cicatrices albugineſq; Aſperam diſcoloremq; ceu à ſole cutẽ, & hebetes oculos, integræ cum tota carne crematæ, & in cinerẽ tritæ, tum ex mellæ inunctæ, emendant. Crudæ eædẽ cum ſuis operimentis illitæ, cutẽ ſubeuntiũ aquaꝝ tumores exinaniunt, nec prius decidunt q̃ humorẽ illũ omnẽ ficcauerint. Podagraꝝ inflãmationes leniunt. Quinetiã ſurculos corpori infixos pariter illitæ extrahunt. Ducunt & mẽſes cõciſæ & appoſitæ. Cõciſæ itidẽ earũ carnes additis myrrha & thure, uulnera illitæ præſertimq; neruorũ, glutinant. Sanguinis è naribus eruptiones conciſæ ex aceto cõpeſcunt. Viuentibus cochleis exẽpta caro Africaniſq; præſertim, ſtomachi dolores hauſta lenit. Totæ cum ſuis operimentis tritæ cochleæ, & cum uino addita myrrha nõ adeo copioſè potæ, craſſioris inteſtini quod colon Græci dicunt, & ueſſicæ dolores ſedant. Reglutinant palpebrarum pilos terreſtres cochleæ, ſiquis traiecta per earum carnem acu, mucoſo lẽtore quẽ ſecum acus rettulerit, pilos inunxerit.

INTERPRES.

QVis crederet fuiſſe ueteribus cochlearũ uiuaria? nec minus q̃ murænas & oſtrea antiquorũ ganeã implesſe animal, q̃d non ſatis adhuc nouerimus quale ſit, & quos uſus humano generi habeat, niſi quæ ſolet uarios & abſurdos prægnantiũ modo rerũ appetitus excitare in nobis, copia: & quod ex copia fit taſtidium, tam inutilẽ cibũ homini cõmendaſſet: nec aliter q̃ ut in ſatietate meliores cœnæ ſalgama, garũ & oleas petere ſolemus. Sic meliores ex mari piſces faſtidientes, mucoſum cochlearum callũ in cœnis amare coẽgiſſet: & ut pinguiores toto anno nobis eſſent, gratiſſimis homini cibis in uiuarijs etiã paſcere docuiſſet. Domi portã Cicero Græcorum more, qui φιλοικον inter cętera nomina eam uocant, cochleã dixit: Nec male una hac ratione laudata eſt, neceſſario homini exemplo, ut ſua omnia ſecũ ipſe etiam ferat: & Prienæi ſapientis modo, eas domi ſuæ opes coaceruet, quas nec hoſtis ferat, nec populetur bellum. Idem ſanguine caſſam appellauit: propterea q̃ illi ſaliua & mucoſus lentor pro ſanguine ſit, quo in oculorum medicina, ut hic docuit, ueteres utebantur. Quibus quod hactenus inuenerim nullus fuit uſus, exudati igne ex cochleis humoris, quo noſtræ ætatis medicina præſenti remedio utitur in his, quorum corpora ad tabẽ lubrica ſunt, & macie conficiuntur. Silicei operimenti cinere, carnibus, & crudis totis cochleis contra aliquot hominis mala antiquitas tantũ uſa eſt. Ex eorum numero quid oculi cicatrix & albugo ſit, breuiter hoc capite diceẽ. Priorẽ illã Galenus deſcribens, ait cicatricẽ oculi eſſe, quoties in nigra oculi parte ex profunda exulceratione tunicułæ craſſitudo ſuperuenit: & ex nigro candido colore albeſcit. Quinetiã in tunicula quæ candida dicitur, cicatrix hæc fit. Albugo aũt cicatrici eadẽ eſt: Differt tantũ q̃ à maiore exulceratiõe maior & craſſior ſuperuenit cicatrix: q̃q; in iride (ſic enim circa pupulã orbẽ dicunt) albugo fit. Paulus Aegineta aliter & ſic rem tradidit: Quæ in ſumma oculorum ſuperficie cicatrices fiunt, aliqui eodẽ hoc nomine cicatrices dicũt, alij uero nubeculas: Profundiores uero albugines: reliquitq; legentibus cogitandũ, ubi cicatrix ſit, illic uul-

Oculorũ cicatrices & albugines.

nus aut exulcerationem fuisse. Laudauit idem cochlearum cinerem in inteſtinorum torminibus, ſed nondum exulceratis, ea menſura, ut quatuor eius partibus piperis albi una, gallæ uero duæ partes adijcerẽtur: quod à Dioſcoride dictum non eſt.

Περὶ καρκίνων. κεφ. σ'.

De fluuiatilibus cancris. Cap. X.

Καρκίνων ποταμίων καέντων ἢ τέφρα κοχλυαρίων δύο μῆθος, σὺν μέλιτι τριωβόλῳ ἐγχριόμενα κοχλυαρίῳ ἑνὶ· ἢ οἴνῳ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας γ'. βοηθεῖ λυσοδύνοις ἐν βάθει. σὺν δὲ μέλιτι ἐφθῶν, βαγάδας τὰς ἐν ποσὶ ἢ τὰς ἐν δακτυλίῳ ἢ χυμέθλας, ἢ καρκινώματα πηγνυσι. λεῖοι δὲ ὠμοὶ σὺν γάλακτι ὄνειῳ πρόσθεντες. βοηθοῦσι δύσμασιν ἐχεπύοις, φαλαγγίοις, σκορπίων πληγαῖς. ἔφθοι δὲ σὺν ζωμῷ ἐσθιόμενοι, φθισικοὺς ὠφελοῦσι. ἢ τοὺς λαπωδη θαλάσσιον πεπωκότας. ἐμφθέντες δὲ μετ' ὠκίμου ἢ πρόσθεντες, σκορπίους κτείνουσι. δύνανται δὲ τὰ αὐτὰ ἢ οἱ θαλάσσιοι. πλὴν ἥττον τούτων ἐνεργοῦσι.

CArcinon Romani cancrũ dicũt. Succurrit præſenti remedio rabidi canis morſibus fluuiatiliũ cancrorũ cinis, cochlearium duorũ pondere, & gẽtianæ radicis uno, per triduũ in uino potus: Cum decocto melle idem ſedis pedũq; rimas, perniones & carcinomata mitigat. Crudi tritiq; fluuiatiles cancri & cũ aſinino lacte poti, ſerpentiũ, phalangiorũq; morſibus & ſcorpionum ictibus ſubueniunt. Elixi ẽdem cum ſuo iure in cibo ſumpti, tabidis & cõtra potum marinum leporẽ opem ferunt. Triti præterea & cum ocimo ſcorpionibus admoti, eos necant: minore ad hæc omnia marini efficacia ſunt.

INTERPRES.

EXigit à nobis nihil pro eo aliud hoc loco agentibus cancer ambiguum quidẽ informeq; animal, & cui conſueuerint capto pueri libenter illudere: ſed humano generi non penitus inutile, pro ope quã contra uenenata homini liberaliter affert: multorum contra ſe maledicta & cõtumelias deleri: quibus iniuſte damnari & immerito explodi à pictoribus & poëtis ſe ſentit: qui non habentes quã paraſitis & adulatoribus aptiorem & concinniorem in natura imaginem redderent, fluuiatilibus cancris eos cõparauerunt: fœliciter ideò comparatione illa uti ſibi perſuadentes, & ab alijs crediti, q; tota eius animalis figura & ſpecies huic hominum generi eorumq; ſtudijs ad unguẽ cõgruere uideretur: reſponderetq; glomer & globus ille corporis: nec niſi uenter tota in eo moles gulæ cœnarumq; ſtudio & petitis undiq; à paraſitis multa ſcurilitate lautioribus epulis: Numeroſa autem illa chelarum pro pedibus ſeries, celeritati totaq; urbe uagis eorũ diſcurſibus, quibus ad hilariorem ſicubi ea illuxiſſe audiatur fortunam, quotidie properant. Denticulati itidem forfices, quibus in aſcenſu & periculo utitur & hæret id animal morſibus, maledictis clandeſtinisq; ſurſuris & delationibus, quibus apud principes alios exagitantes pro re ſaluteq; eius curam laboremq; ſuum probare & gratiam inire nitũtur. Poſtremoq; in ſummo dorſo ueluti in altiſſima ſpecula poſiti, exerti, nunq; ſomno conniuentes, & ad omnia uigiles oculi, ingenio ſagaciq; coniecturæ, qua conſilia, uota, amores, iras, odiaq; eorum quibus blandiuntur, intellexiſſe uolunt: ut inguinum modo corruptis & in pus iam tumentibus affectibus illis adſint. Quàm iniuſte autem impudenterq; & contumelioſe id egerint, naturam intelligẽtibus cognouiſſe facile eſt: quæ ambiguo & in humido ficcoq; elemento pariter agenti animali, uentris inanem plerunq; globum illum ideo dedit, ut quemadmodum ſolent pueri alligato ex humeris ſubere rotundiore ue & ampliore cucurbita ſe curam in piſcinis primam auſpicari natationem: ſic poſſet & cãcer glomeris illius ope in ſumma aqua ſine periculo fluitare. Multas uero illas & longiores chelas, ut per terram ingredienti aliorum animalium modo infirmam ex inferiore parte aluum altius à terra extollere liceret. Denticulatos itidem forfices, ut maiore profluentis aquæ urgente impetu, qualis per autumnum & uer largior & inexpectata ſæpe deſcendit, apprehenſis ſtirpibus ſupra aquam uſq; dum ea defluat incolumis pẽderet. Mobiles poſtremo in omnes partes & in excelſo conſtitutos oculos, nec minus à tergo q; à fronte omnia uidentes, ut infirmum tardumq; animal, occurſantes undiq; noxas ex longinquo prænoſcere & cauere: offerentiaq; ſe uitæ & ſalutis ſuæ commoda certius aſſequi ualeret: Quam oculorum ſortem in homine deſiderantes antiquiores aliqui, negatam nobis tam fœlicem naturam & uidendi poteſtatẽ, figmentis ſaltẽ oſtendere conati ſunt: bicipitem Ianum, & toto corpore oculatum Inachiæ bouis cuſtodem fingentes: ut quales à natura factos nos eſſe oporteret, imaginibus illis ſaltem intelligeremus: nulla earum neceſſitate, ſi quæ in cancro ſunt, ſagacis naturæ, non adulationis aut paraſiticæ notas diligentius contemplaremur. Pro quibus breuiter deficientibus alijs quæ hoc capite diceremus, monuiſſe hæc placuit, nequis ad turpitudinis exemplum aliquid naturam feciſſe credat: meminerimusq; omnes, nihil magis hominem decere, quàm maledicto contumeliaq; eius abſtinuiſſe.

Περὶ Σκορπίου. κεφ. σά.

De terreſtri Scorpione. Cap. XI.

Σκορπίος χερσαῖος ὠμὸς λεῖος ἐπιτεθεὶς, βοήθημα φυλακῆς πληγῆς γίνεται. εὑρίσκεται δὲ καὶ ὁπλαδεὶς πρὸς ἑαυτόν.

SCorpion Romãi ſcorpionẽ dicũt. Cõtra ictus ſuos remedio eſt, conciſus crudus et impoſitus idẽ ille q percuſſit, terreſtris ſcorpio. Comeditq; & toſtus in eundẽ uſum.

INTERPRES.

Diſſ

Dissimulauit in hoc capite Barbarus, quod uno excepto in cunctis Græcorũ codicibus legitur: ἐυρίσκειν uerbum, quod inuenire significat. Et quasi nihil dubitandũ in eo esset, cum crudũ concisum scorpionem ictibus suis imponi iussisset, statim subiecit: Idem & tosto profectus: crudum tostumq; pariter & eadem utilitate imponi præcipiens, quod à Dioscoridis sensu longe abesse uidetur: Duo enim ille ex eodẽ scorpiõe remedia tradidit, alterum quod crudo, alterum quod tosto fiat. Sed in posteriore parum certa eius remedij tractatione, quod à priore illo diuersum intelligi debet. Quæ enim inter utrunq; media est particula ἀλλ', diuersam alterius rationem exigit. Ea ut non multo ante diximus, ex grammaticorũ præceptis sic seruanda est: Crudum imponi scorpionem &c. subiecisset q; statim, ἐυρίσκειν δὲ ὀπτηθὲις πρὸς ταὐτά, id est inuenitur autẽ tostus idem habere usum: alterius huius remedij modum & usum dici debuisse. Vt q; in illo crudus imponebatur scorpio, sic & in hoc esse uerbum aliquod, quo usus ille præciperetur: deficiente q; eo, uitium suspicari oportebat, q; nullibi q̃ in uerbo illo ἐυρίσκειν esse poterat. Nos in eo uaticinari & in communi omniũ lectione nihil diu mutare ausi, optimi tandem & omnium mihi probatissimi codicis fide, in quo nõ ἐυρίσκειν, id est inuenitur, sed βιβρώσκειν, id est comeditur, legebatur: ad antiquũ uerũq; sensum rem restituimus: diximus q; comedi tostum in eundem usum: persuasit q; id facilis & lubricus ad uitium in una syllaba lapsus: Sed multo magis Paulus Aegineta, cuius libro sexto uerba hęc sunt: σκόρπιος ὁ χθόνιος ὠμὸς ἐπιτεθεὶς, ἢ ὀπτὸς βρωθεὶς, ἕνεκα βοὸς θυμοῦ ἰδίοις πλαγῆς γίνεται, id est terrestris scorpius crudus impositus, aut tostus in cibo, proprij uulneris remedium fit. Nec dubitandum, præsertim ut Homerus quondam ce cinit, duobus simul euntibus uerã huius loci lectionem hanc esse. Etsi contra suspicari aliquis forsitan possit, q; neq; hic neq; Paulus Aegineta, quo loco de scorpionum ueneno eiusq; remedijs ex proposito egerunt, aliquid huiuscemodi testati sunt. Satis enim illis erat, quod inter animalia semel ab utroq; dictum fuerat.

Περὶ Σκορπίου θαλασσίου. Κεφ. σϛ'.

De marino Scorpione. Cap. XII.

Τοῦ δὲ θαλασσίου σκορπίου ἡ χολὴ ἀχμάζῃ πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑπαχύσεις καὶ λεύκωμα καὶ ἀμβλυωπίας.

Scorpion thalassion Romani marinũ scorpionẽ dicunt. Oculorum suffusionibus, albuginibus, & hebetibus oculis, utile marini scorpionis fel est.

INTERPRES.

Oculorum suffusiones Galenus, Paulus Aegineta, Græcorumq; alij medici omnes subeunte & glaciei modo concreto inerti humore inter corneam & crystallinam fieri dixerũt: quo usus eatenus saltem impediatur, ne possit discretas rerum species & colores oculus apprehendere: Nam totum uidendi usum plerunq; amittit. Fit illud etiam cum lux aliqua superfuit ut eodẽ colore omnia se nobis offerant: non tamen uno aut altero, sed aliquando ceruleo, nonnunq; ferrugineo, sæpe qualis in gypso aut in grãdine est. Ex colorum diuersitate copiam & soliditatem gelati in oculo humoris medici ratiocinantur: qui à glaucomate differre suffusionem dixerunt, q; hæc pigri humoris in oculi parte concretio est: illud natiui coloris in glaucum mutatio & ex utroq; usum impediri.

Περὶ Δράκοντος θαλασσίου. Κεφ. σζ'.

De Dracone marino. Cap. XIII.

Δράκων θαλάσσιος ἀναπτυχθεὶς καὶ ὠπτημένος, ἴαμά ἐστι πρὸς τῶν ἐκ τῆς ἀκάνθης αὐτοῦ πληγῶν.

Draconta thalassion Romani marinũ draconem dicunt. Contra spinæ suæ ictus remedio est dissectus & impositus marinus draco.

INTERPRES.

Benefica & animantium generi ubiq; consulens natura, nullius mali remedium aliquod esse non uoluit: & ne repetendum ex longinquo esset, in multis maleficio ipsi opem coniunxit. Omittimus famulosam Achillis hastam: Naturã enim contemplari oportet, quæ ut cantharidibus, scorpioni, alijsq; multis ueneni sui in eodem corpore antidotũ & opem constituit: sic & in marino dracone contra spinæ suæ uenenatos & letales ictus auxilium posuit. Ferit spina hic piscis, quæ ut tauris cornua pro telo illi est. Docuerunt id naturæ historiã tractãtes: testatus idẽ & Plinius est lib. xxxii. cap. iiii. cuius uerba hæc sunt: Draco enim marinus ad spinæ suę qua ferit uenenum ipse impositus prodest. Ex quibus non ab re fuerit quæsiisse, ut in scorpione dictum est, an eundem illum draconem qui uulnerauit, medicinã uulneri à se facto facere dicat: an ex eodẽ genere quem potuerit aliquis habere. Nobis in priorem illam partẽ animus inclinat.

Περὶ Σκολοπένδρας. Κεφ. σή'.

Σκολόπενδρα θαλασσία ἑψηθεῖσα ἐν ἐλαίῳ καὶ καταχρισθεῖσα, φιλοῖ τρίχας. φαυσθεῖσα δὲ, κνησμοὺς ἐργάζεται.

De Scolopendra siue centipede marina. Cap. XIIII.

Scolopendran Romani scolopendrã siue cẽtipedẽ dicũt. Glabrescũt quę decocta in oleo marina cẽtipede inũgunt pilosæ corporis nri partes. Eadẽ manib⁹ tractata, pruritũ facit.

INTERPRES.

Si mari-

SI marinã centipedem quã ſcolopendran Græci uocant, nouiſſet, aut naturæ eius meminiſſet omnium ſapientiſſimus qui tunc uiuerent, delphici Apollinis oraculo declaratus Athenienſis Socrates, nunq; ut aliorum uitia uirtutes q; nobis certius & quaſi ad manum paterent, feneſtrata homini data eſſe pectora à natura optaſſet: ut quemadmodum per uindemiam ante muſti conditurã media exempta tabula dolium aperitur, eo q; aperto quod feculentum in eo latet, in lucẽ trahitur: ſic diuaricato hominis pectore, quæ in eo tumerent ſcelerum cogitationes, in medium prolatæ omnibus paterent: magna profecto ſocialis uitæ & humani generis utilitate, quod ſimulata uirtute, quæ tota hypocriſis eſt, facile decipitur & perit. Nec minore in occulto & aliorum omnium maximo ſcelere, ſi Platoni credimus, ad pœnam occaſione, extremæ iniuſtitiæ tribuenti uideri bonum nec eſſe: Sed marinæ centipedis naturam in eundem uſum maluiſſet. In feneſtrato ſiquidem pectore, per quod quaſi limis per flabellum, ut in Comœdia audimus, introſpicere cogeremur, multa quæ in extremo hominis receſſu latent, diligentiã noſtrã facile effugerent. At in inuerſo penitus homine cunctis q; eius in lucem prolatis interaneis, nihil tam recõditum eſſet, quod ſub ſolem tractũ, liuores, rugas, lẽtigines, uerrucas, labes q; ſuas omnes non oſtenderet. Quo naturæ beneficio maris centipedes hæ utentes, abſorpto hamo, cum teneri ſe ſentiunt, euomitis interaneis quæ mox reſumunt, inuerſo q; omni corpore, ſic q; relicto hamo, ſalutem ſuã, quod mirentur omnes, noua hac ratione à piſcatoribus redimunt. In quo ſi liceret regibus alios ſine periculo cogere, nunq; tam graui damno occulta hominum ſcelera humano generi conſtarent: & ſicubi ignota uirtus lateret, eadem ratione hac in medium prolata, præſenti utilitate humanã rem excoleret & ornaret. Nec miretur in maieſtate naturæ aliquis aut piſcis naturam; aut uota hæc noſtra. Diuinæ enim prouidentiæ utrunq; eſt: quæ ſeruatã poſt mortem ſimulatæ uirtutis pœnã uiuentibus imagine hac oſtendit: & quod ab ea ſapienter & iuſte in inferis exercetur, in ſole hoc noſtro optabile nobis merito fecit: non ad pœnã, ſed ne humano generi impune, quos nunc hypocritas ſacræ literæ appellãt, quotidie imponerent: quibus iniectã adeò poſt mortem pœnã teſtati aliqui ſunt, ut marinarum centipedum modo inuerſa & ex occulto in lucem producta omni interiore parte, quod uiuentes latere uoluerant, tunc omnibus patere: & quod patere, tunc celari ſentientes, graui amiſſæ dignitatis & deprehenſæ turpitudinis dolore torqueréntur: quo nihil in uitioſa ambitione miſerabilius homini eſt. Centipedes marinas has Plinius dixit deuorato hamo omnia interanea euomere, donec hamum egerant, deinde reſorbere. Plutarchus uero in eo quem ſcripſit libellum de his, qui ſero puniuntur à deo: nõ interanea euomere, ſed ſeipſas inuertere: Verba eius hęc ſunt: ὥσπερ ἀι θαλαττίαι σκολοπένδραι καὶ τὰ κεντρία ἐμοῦσαι τὸ ἄγκιστρον, ἐκπίπτουσιν ἑαυτάς: q̃d eſt: quẽadmodum marinæ ſcolopendræ abſorpto hamo ſeipſas inuertunt: niſi forte ἐκπίπτω uerbum pro ſtomachi inuerſione & uomitu accepiſſe eum aliquis credat: ſed cum dixerit ſeipſas inuertunt, non uidetur ad uomitũ poſſe referri: præſertim cum non multo ante uerbo ἰλιγγιῶσι in conſimili re uſus fuerit, quo Græci priuatim utuntur in terræ lumbricis, quorũ natura eſt in ſeipſos contrahi, tum explicari, mox iterum contrahi: quaſi in inuerſione ſua centipedes marinæ paulatim à cauda ſe contrahentes inuertãt. Quales autẽ terræ ſcolopendræ ſiue centipedes ſunt, tales & marinæ: longiores, tereti corpore, & infinitis penè pedibus ingrediẽtes: nocentiſſimum omnibus inſectum, & ex quo ruſtici futuræ pluuiæ præſagia aliquando accipiant.

ἰλιγγιῶσι.

Περὶ Νάρκης. κεφ. σέ.

De torpedine. Cap. XV.

ΝΑρκη θαλασσία ἐπιτεθεῖσα ἐπὶ χρονίων ἀλγημάτων τῇ περὶ κεφαλὴν, πραΰνει τὸ σφοδρὸν τῆς ἀλγήματος. μὴ ἐδέσαν ἢ ἐκ βεβρεμένην ἢ προσπίπτουσαν, εἰλῇ προσεπιθεῖσα.

NArcen Romani torpedinem dicũt. Contra diutinos capitis dolores impoſita torpedo, uehementiores eorũ impetus lenit. Eadem inuerſam aut procidentem ſedem coërcet appoſita.

INTERPRES.

ABeuentu Græci ſuam narcen, Romani ſuam torpedinem dixerunt: Vtriſq; enim in ſua appellatione, eadem piſcis nota & uis indicatur: quæ tanta eſſe traditur, ut hamo capta per ferrum, ſeram, harundinemq; in piſcatorem corporis ſui naturam & uim narce transferat: & limo obruta adnatãtes piſciculos eodem torpore immobiles corripiat. Ignaui ingenij piſcis, & qui quam alij manifeſtã & generoſam uenationem faciunt, clandeſtinis dolis & quaſi ueneno quodam hæc ſibi acquirat: quaſi Maronis illud ad uitam magis laudauerit: Dolus an uirtus, quis in hoſte requirat? Hanc Paulus Aegineta uiuentem ad arcẽdos capitis dolores capiti imponi iuſſit: id q; eodem illo torpore facere, quo membra omnia hominis contactu eius torpere creduntur. Viuentem præterea in oleo coqui, oleo q; illo utiliter inungi articulorum dolores, & præter hæc, quod hic de procidente & inuerſa ſede ait. In cuius mali ſignificatione non placet quod Barbarus ait, procidentis interanei aut euerſi morbum coërcet. Latius enim interaneum patet: & hic ſedem tantum dicit, & inuerſam non euerſam eam partem appellat.

Περὶ Σπάλακος ἐχίδνης. κεφ. σς'.

De Viperæ carnibus. Cap. XVI.

ΕΧίδνης σαρξ ἑφθεῖσα μὴ ἐσθιομένη, ὀξυδορκίας ποιεῖ τὰς ὄψεις. Ⓒ πρὸς τὰ νθυγικὰ ἀμβλύτητα μὴ τὰς αὐξομιώσας χοιράδας ἴσχοι. δεῖ δὲ ἐκλείξαντας αὐτὴν, ἀπροπίπτου κεφαλὴν μὴ οὐρὰν, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ἄσπονδον μυθώδης χολὴ ἢ πρὸς τὸ μέγεθος ἀπροπιπτοῦ ἄκεσμα.

Chidnen Romani uiperã dicũt. Facitui peræ caro oculorũ claritatẽ, decocta & in cibo ſumpta. Neruorũ medicinæ utilis eadẽ accõmodataq; eſt, & ſtrumarũ incrementa compeſcit. Oportet detracta pelle caput & caudã, quòd nulla in his caro eſt, amputare: Fabuloſa enim ad mẽſurã extremarũ uiperę partiũ amputatio eſt.

Exẽptis

τὰ δὲ λοιπὰ πλύναντας καὶ πεμαχίσαντας, ἑψεῖν μετὰ ἐλαίου καὶ οἴνου καὶ ἅλῶν ὀλίγων καὶ ἀνήθου. φασὶ δὲ τοὺς πρόσφορμίους φθείρας γίνεσθαι. ὅπερ ὅτι ψεῦδος, πρόσισοῦσι δὲ ἔνιοι καὶ μακρογήρους γίνεσθαι τοὺς ἐσθίοντας αὐτάς. κατασκευάζοντι δὲ καὶ ἄλεας ἐξ αὐτῶν πρὸς τὰ αὐτά. πλὴν οὐχ ὁμοίως ὠφελοῦσι. καθιεῖσι δ' ἔχιδναν ζῶσαν εἰς καινὴν χύτραν. καὶ μετ' αὐτὴν ἅλῶν ἰχάδων πεπιεσμένων ἀνὰ ξέστας ά. μετὰ μέλιτος κυάθων ς'. ἐπιχρίεται πηλῷ τὸ πῶμα καὶ χύτρας. καῖ ὁπόταν ὦν καμίνῳ, ἄχρις οὗ ἀνθρακωθῶσιν οἱ ἅλες. μετὰ δὲ πρωΐ ἐξαιρεθέντες, ἀπτίθενται ἐνίοτε μιγνύμενοι πρὸς εὐσομαχίαν αὐτῆς καὶ σόσάχους ἢ φύλλου ἢ μαλαβάθρου ὀλίγου.

Exemptis deinde interaneis, in fruſta diuidenda, & in oleo uínoq́, addito exiguo ſale & anetho, coquenda eſt. Ferũt aliq pediculoſos fieri, his carnibus ueſcentes, quod falſum eſt. Adiiciunt alíj longiſſimæ ſenectutis eſſe, q earũ cibo utuntur. Conficitur & uiperæ carnibus ſal in eoſdem uſus, ſed minore efficacia. Conficitur autem hoc modo: In nouũ fictile uiuens coniicitur uipera, eodẽ coniiciuntur tritus cum tritis caricis ſal: ſingulorumq́ ſextarii menſura, & præter hæc mellis cyathi ſex. Luto deinde fictilis operculum linitur, & in fornace donec ſal in carbones tranſierit, torrẽtur: Friatur deinde exemptus ex fictili ſal, ficq́ ſeruatur, additis aliquando ut ſuauius ori ſapiat, ſpica folio ue nardi, aut malobathro exiguo.

INTERPRES.

NEgabant quondam Marſi, gens quæ in Italia impune ſerpentes uenarẽt & tractaret, uiperas in noſtro orbe naſci, ob cœli temperiẽ & molliorẽ ſoli naturã. Id tamen nõ credere ſe Galenus ait. Omnes contrà Aphricæ peculiare hoc naturæ malũ potius q̃ animal eſſe, teſtati ſunt. Iidem nõ ſatis certè genus & formã uiperæ deſcripſerunt, alíjs dipſadem, alíjs preſterem, alíjs aliud genus & nomen uiperæ aſſignantibus: alíjs hac forma, alíjs illa deſcribẽtibus. Lõgum ſit ſi Strabonis, Galeni, eiuſdẽ ſcriptoris huius, multoq́ alioq́ dicta hoc loco cõgeſſerimus: & præter longitudinẽ ſuperuacuum etiã, cũ ante nos plura ex his Barbarus in Corollario ſuo retulerit, quæ poterunt uolentes ab eo intelligere. Nos propoſitũ noſtrũ agentes, ex ueteq́ Græcoq́ decretis primũ monebimus, Calido ſiccoq́ palã tẽperamẽto eſſe uiperinas carnes, totíiſq́ corpus per cutẽ purgare: ideoq́ ab elephãtíjs ſuis ſolo hoc cibo multos ad ſanitatẽ reſtitutos fuiſſe, teſtatus libro ſexto Paulus Aegineta eſt. Nec minus lib. IIII. quo loco de mali illius curatione agens, uiperinis carnibus uti iubet: & ſi ſit eaq́ copia, nihil æque in cibo prodeſſe teſtat. Iubet præterea cõfecto uiperinis carnibus ſale illo de quo pauloante dictũ eſt, pariter uti, nec minus prodeſſe: quẽ ille theriacũ ideo uocat, ὄφεως θηρίον, id eſt, uenenato & ſerpente hoc animali confectus fuerit. Idẽ contra ſtrumas eodẽ Dioſcoridi aut non diſſimili remedio pugnat. Hic uiperæ carnibus ſtrumaq́ incrementa ſiſti ait. Ille nõ uiperã, ſed quẽ Græci ὄφιν uocant, iubet in fictile gypſo circũlitum coníjci, & in fornace cremari: tum addito fœnogręco melle ſubigi, eaq́ ratione uti: ὄφιν aũt intelligere oportet, quem nos anguẽ dicimus, omnibus notum. Vtitur medicamento etiã ex aſpidibus cõfecto, ex quibus cogitatũ à nobis aliqñ eſt, nõ adeò differre uiperas ab aſpidibus, & noſtrates angues nõ diſſimiles penitus uires habere poſſe: quodq́ in Africanis laudat. & alíjs anteferẽ, ficcitate regionis & cœli tẽperamento fieri. Iubet deinde in præparãdis ad cocturã uiperis detrahi primũ pellem, mox caput & caudam amputari: quia minus aut nihil carnis hæ partes habent: in qua amputatione damnat, fabuloſumq́ eſſe dicit, quod q̃dam præceperũt certa aliqua mẽſura auferẽdas uiperæ partes illas eſſe: quod tamen antiqui omnes teſtati ſunt: eamq́ digitoq́ quatuor fore decreuerunt: Plinius lib. xxix. cap. v. cuius hæc uerba ſunt: Quatuor digitoq́ menſura utrinq́ præciſa. Paulus Aegineta primo quarti uoluminis capite, in uiperæ coctura: προαποκοπτόντων πρότερον τοῦ τε κεφαλῶν αὐτοῦ καὶ τοῦ οὐρῶν. ὅσον ἀπὸ δακτύλων τεσσάρων: Quod eſt: amputatis antea capitibus & caudis quatuor ferè digitorum menſura: Id ipſum & plerique alíj teſtantur. Nec damnat negatq́ Dioſcorides eaq́ partium amputationem, ſed quã uulgus amputationis cauſam opinatur: quia ſcilicet ueneni ſedes in his partibus ſit: fabuloſamq́ huiuſce modi hiſtoriã teſtat, & q̃ certa mẽſura amputandæ illæ partes ſint. Cauſa enim amputationis eſt, nulla in his partibus caro, & ob id inutilitas: cõiecturaq́ ſatis ad mẽſurã eſt: ideoq́ & Paulus Aegineta quatuor ferè digitoq́ dixit: qui per latitudinẽ, & ut in manu ſe contingunt, intelligendi ſunt. Coniunctũ huic eſt quod nos uitioſum omnino ſuſpicamur, & ex ſimilitudine uocis alteq́ ex altero participio factũ eſſe. τὰ δὲ λοιπὸν πλύναντας καὶ πεμαχίσαντας &c. Quod ſi uerbũ de uerbo uertas, ſignificat: poſtremo aũt lotã & in fruſta diſſectã uiperã &c. Lauare enim πλύνειν eſt: Et ſi ſic legat, dubitandum non eſt quin lauari ante cocturam uiperã oporteat. At non ſic in omnibus Græcis legitur: Vidimus enim nec ſpernendę fidei codices, in qbus nõ πλύναντας, id eſt cũ lauerimus: ſed πλακτύναντας, id eſt, cũ aperuerimus, & quaſi diffiſa inferiore parte diuaricauerimus, tunc in fruſta diſſectam coqui oportere: nullo alio ſenſu, quàm ut ſignificetur, oportere uiperam euiſcerari: detractiſq́ interaneis omnibus tunc coquendam eſſe: perſuademurq́ in eo facile, q̃ hic ſenſus à rei neceſſitate non abhorret, quodq́ integra adhuc lectio in aliquibus hæc eſt: & quod Plinius eodem loco ait, exemptis interaneis diſcoqui in aqua aut oleo &c. & præter Plinium Paulus Aegineta eodem loco, cuius hæc uerba ſunt: ἀφαιρινθέντων δὲ τῶν ἐντὸς & cætera. quod eſt: ablatis interaneis: quorum nulla fieri detractio niſi aperta & dilatata inferiore parte poterat: ideoq́ nos relicta lotura, exemptis interaneis coqui uiperam diximus. Addiderunt huic cocturæ aliqui quæ à Dioſcoride non dicuntur, rutam & porrum: Nèque abre fuerit ſuſpicari, in tot req́ cenſu potuiſſe librarioq́ incuria perire aut ambo hæc, aut eorũ alterũ. Dubitandũ illic etiã, quo loco Dioſcorides ait, credi pediculos gignere q̃ uiperinis carnibus aut eaq́ iure ueſcãtur: fieri' ne id an cõtra nõ fieri pediculos Dioſcorides dixerit his q̃ ea ueſcũt. Multa em̃ in utrãq́ partẽ affir-

ripoſ-

ri possunt. Galenus Paulusq; Aegineta, quod hactenus legerim, nihil de pediculis his docuerũt, sed alter q̃d ad hãc rem faciat tãtum dixit, per cutẽ totũ uiperinarq; carniũ cibo purgari corpus: potuitq; cõmuni purgationis appellatione illa pediculos etiã intelligere: qui ut in pediculosis à longa ualetudine fit, pellẽte corruptos humores natura, toto corpore aliquãdo gignũtur. Alter certius longiusq; descripta eadẽ uiperinarum carniũ potestate, ampliore adhuc uoce usus ait, gigni in cute uiperinarq; carnibus uescẽtium cuncta illa, quę corrupti intra hominẽ humores gignere solent, numerauitq; scabies, lepras, labesq; alias, in quibus extima uitiat cutis, nulla pediculorq; priuatim habita mẽtione. Quodq; in his fit propria earq; carniũ potestate, fieri & in alijs poterit. Quæ quod crassum terrestreq; in humore nostro est, in exteriorẽ partẽ pellũt. In quo gñe potuit & pediculorq; labes illa etiã censeri. Plinius tm̃ pediculorũ eodẽ libro his uerbis meminit. Iuspræter supradicta pediculos è toto corpore expellit: quo uerbo usus, negare uidet q̃d Dioscorides (& si falsum mox dicit id esse) cõfirmat: nisi in expulsionis uerbo, nõ fuga & enectio intelligẽda sit, sed ut in auibus, q̃ pullos suos post incubitũ excludere dicũtur, gñatio, quasi ex occulto & priuatione in lucẽ & uitã protractio: nec aliud expellere uerbũ, q̃ ad gñationẽ excludere Plinio illic significet. Quæ omnia lõgius dicta à nobis sunt, quoniã nõ desunt in Græcis, in qbus cõtrario sensu μὴ γεννᾶν, q̃d est non gignere legat. Nos in ambiguo communẽ lectionẽ secuti sumus: præsertim negãte id fieri Dioscoride. Variat in extremo capite nõ multo post antiq Græcorũ codices, sunt̃q; in qbus πρὸς εὐστομίαν, quod nos, ut suauius oriatur, uertimus: & in qbus πρὸς εὐστομαχίαν, id est, ad stomachi utilitatẽ, legat: habetq; utraq; lectio quo niti possit. In priore illa & ratio & cõmunis lectio est: in posteriore ratio & Plinij auroritas, q eodẽ libro & capite ait: Exurit cũ sale in olla, quem lingẽdo claritatẽ oculorũ consequuntur, & stomachi totiusq; corporis festiuitates.

Περὶ ὀφεως γήρως. κεφ. σξ.

Γῆρας ὄφεως ἐψηθὲν ἐν οἴνῳ, βοηθημά ἐστιν ὠταλγίας ἐγχεόμενον, καὶ ὀδονταλγίας διακλυζόμενον. μίσγουσι δὲ αὐτὸ καὶ εἰς ὀφθαλμικὰς ἀναμίξεις, μάλιστα δὲ τὸ τῆς ἔχεως.

De senecta anguium, siue anguina uernatione. Cap. XVII.

GEras opheos Latini anguis senectã dicũt. Cõtra auriũ dolores utiliter instillatur anguinæ uernatiõis mẽbrana in uino decocta. Eadẽ in dolore dẽtes colluũt: adiecti aliq eã, p̃sertimq; uiperarq;, oculorq; medicamẽtis.

INTERPRES.

QVam hic contra dentiũ dolores anguiũ senectã in uino, Paulus Aegineta in aceto decoquit: & quã hic ἔχιν, id est, uiperã dicit, ille dipsadẽ uocat: nõ negligẽdo testimonio, uagũ quondã in Græcis uiperarũ nomen fuisse: unaq; hac appellatione plures huiusce modi species nũc etiã intelligi posse. Nihil senecta anguis siue anguina uernatio hæc aliud est, q̃ quod hyemalẽ torporẽ exuẽtes, appetente uere angues spolium relinquunt: & quã lubrica serpens exuit in spinis uestẽ, ut Lucretius cecinit, Græci γῆρας, id est, senectutem eam dixerunt. Plinius quod uere id fiat, uernationem appellauit.

Περὶ Λαγωοῦ θαλαττίου. κεφ οἱ..

Λαγωὸς θαλάσσιος ἔοικε μὲν μικρᾷ τευθίδι· φύεται δὲ λεῖος καταπλασθεὶς καὶ ἑαυτὸν καὶ μετὰ ἄκαλύφης τρίχας φίλου.

Περὶ Λαγωοῦ χερσαίου. κεφ. σθ'.

Τοῦ δὲ χερσαίου λαγωοῦ ὁ ἐγκέφαλος ὀπτὸς διεργασκόμενος ὠφελεῖ τρόμους τοὺς καὶ πάθος εἰνομένους. καὶ ὀδοντιάσεις ἐπιπαίων πρατριβόμενος καὶ ἐσθιόμενος. ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ καυθεῖσα καὶ καταχρισθεῖσα μετὰ σταφίδος ἀρκείου ἢ ὄξους, ἀλωπεκίας θεραπεύει. ἡ δὲ πιτύα πρεφθεῖσα μετὰ ἡμέρας τρεῖς, μετὰ τὸ ἄφεδρον, ἀτόκιος εἶναι ἰσοστῆ· ἐπέχει δὲ καὶ τὴν ἐκ μήτρας ξεῦσιν. καὶ κοιλίας. ὠφελεῖ δὲ καὶ ἐπιληπτικούς. καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα μετ' ὄξους πινομένη. μάλιστα δὲ πρὸς γάλακτος θρόμβωσιν καὶ ἐχινώδη σήγματα. τὸ δὲ αἷμα αὐτοῦ θερμὸν καταχριόμενον, ἐφηλίδας, καὶ ἀλφοὺς, καὶ φακοὺς θεραπεύει.

De utroq; Lepore. Cap. XVIII.

LAgoon Romani leporẽ dicunt. Paruæ lolligini similis marinꝰ lepus est. Depilat per se & cũ marina urtica illitus cõcisus marinus lepus. Terrestris uero tostum cerebrũ tremoribus qui ex mala corporis affectione aliqua fiũt, succurrit. Prodest & infantium dentitionibus: in quẽ usum gingiuis cõfricatur, aut in cibo comedẽdum datur. Explet capillorq; defluuia quas alopecias dicunt, cremati leporini capitis cinis, ex urfino adipe aut aceto inunctus. Eiusdem leporis coagulum post triduum à purgatione menstrua potum, sterilitatem fœminis creditur facere. Fœminarum præterea fluctiones, & aluum in utroq; sexu compescit: comitialibus subuenit: quinetiam contra uenena cum aceto bibitur, præcipueq; concretum lac, & uiperarum morsus. Vitiligines postremo, lentigines, asperaque & discolor ceu ab æstiuo sole cutis, calido leporis sanguine utiliter inunguntur.

INTERPRES.

NOuerunt terrestrẽ leporẽ in cõtinenti agẽtes omnes: marinũ, piscatores & qui ad mare habitant, informem magis offam quàm piscem: cuius formam ex ueteribus plures descripserũt: inter uenenata ab

ta ab hoc ipso scriptore in sexto uolumine numeratum: de quo tunc copiosius & certius ex Nicādro & alijs agetur. Hunc nō satis certo intellectu cum urtica simpliciter depilare cæteri interpretes dixerūt, cōmunem Græcorꝫ lectionem secuti: cui deest quod in melioribus adhuc inuenitur, quodꝙ à Paulo Aegineta in sexto uolumine traditē: Quorꝫ fidē & autoritatē nos secuti, quod Dioscoridi deerat adiecimus, cum marina urtica illitum leporem marinum depilare, uertentes. Paulus enim his uerbis rem explet, λαγωὸς θαλάσσιος λεῖος καταχρι θεὶς καθ' ἑαυτὸν ἢ μετ' ἀκαλύφης θαλασσίας, πίλους φιλεῖ. quod est: marinus lepus conciſus inunctusꝙ per se & cum marina urtica pilos aufert: idipsum & meliores Græci habent. Esse aūt in mari urticas, & homini medicinā facere, testatus Plinius pluribus locis est: qui libro IX. cap. XLV. totam earum naturam, & in medicina uires pluribus locis descripsit: Testati & alij sunt, quos breuitatis causa relinquimus. Dictū deinde à nobis in terrestri lepore est, tremoribus qui ex mala aliqua corporis affectione fiant, succurrere tostum terrestris leporis cerebrum: quod erat in Dioscoride uuam κατὰ πάθος, pluribus uerbis necessario explicantes, ut rei certus intellectus esset: nō enim omnibus tremoribus ut nos credimus remedium id Dioscorides decernit, sed his tantum qui κατὰ πάθος, id est uitio malaꝙ affectione corporis aliqua fiant: eamꝙ ob causam aliter q̄ Barbarus uerterit, dicta à nobis res est. Videtur enim ille ex quo ait, comedi cōtra tremores qui in morborum accessionibus cōtingunt: de his tremoribus intellexisse, qui in febris accessione cū frigore nos torquent: credi dissēꝙ πάθος febrem posse in Græcis significare: licetꝙ morborꝫ uoce rē dissimulare uoluerit, accessionis tamen uox illa febribus propria, in eum intellectum facile rem & legentes trahit. At πάθος in Græcis latius quàm febris patet: diffiniuitꝙ id in diffinitionibus suis Galenus his uerbis: alicuius aliquarū' ue naturę operationum impedimētum pathos est. Nec magis febrem q̄ quoduis aliud malum, quo pars aliqua, aut totus à suo naturæ usu homo impediatur, ea uoce Græci passim indicant: nec facile inuenerit aliquis per se priua timꝙ febrem hac uoce significari. Habent enim in accessione febris cum algore tremores propriā in Græcis appellationē ῥῖγη & ῥιγοῦντας, de quibus actū à nobis in iride est. Eamꝙ ob causam ut certius rem doceret Dioscorides, τόμους κατὰ πάθος γινομένους ait: ut nos uertimus scilicet, factis ex mala corporis affectiōe aliqua tremoribus: quales multis de causis in homine fiunt. Habet enim omnis tremor uniuersalē ex infirmitate neruorum causam: quod senectus aperte ostendit. Priuatim uero plures & diuersas alias: frigidius naturæ tēperamētum: frigidę aquę nimium & importunum potum: frigidi & glutinosi humoris abundātiam, & siquæ aliæ huiuscemodi sunt: omnibus his tremoribus, aut illis saltem quibus natura potestateꝙ sua conueniat tostum terrestris leporis cerebrū iudicio nostro mederi Dioscorides ait: Persuasitꝙ id facile Paulus Aegineta, qui lib. III. capite quo de tremoribus in uniuersum agit, cū multa de febrium tremoribus docuisset, ita tum subiecit, ἁπλῶς δὲ τρόμους παροτιζόμενον ὠφελεῖ καὶ σπλήν, λαγωοῦ ἐγκέφαλος ἐσθιόμενος &c. quod est: Simpliciter autē tremētibus prosunt in potu castoreum & leporis in cibo cerebrum: manifesta inter febrium & aliarū affectionum tremores diuisione, & certissimo leporini cerebri usu in his tantum tremoribus qui aduerbio illo simpliciter à febrium tremoribus separantur: qui ideo simplices non sunt, qꝙ febrem cōsequuntur, nec primam mali notam habent: febris enim non tremor quod in febre nocet, appellatur. Tam facilis præterea aduitium in una litera lapsus est, ut nō penitus ab re forsitan fuerit uitium hoc loco suspicari, & quod passim legitur κατὰ πάθος, κατὰ πάχος legēdum sit: contraxeritꝙ adhuc rem magis Dioscorides, hisꝙ tremoribus remedio esse leporis cerebrum dixerit, qui crassis glutinosisꝙ humoribus fiant, id enim πάχος significat: quod legentes monuisse placuit. Vtitur eiusdem leporini cerebri remedio in infantium dentitionibus libro primo Paulus Aegineta: docetꝙ inflammatis tunc infantium gingiuis, nihil esse illi dandum quod multo & difficili conatu commanducandum sit: tum digitis palpandas gingiuas, gallinaceorumꝙ adipe aut leporis cerebro molliendas esse.

Tremores ex mala corporis affectione.

πάθος

τόμοι κατὰ πάθος.

Περὶ Τρυγόνος θαλασσίας. Κεφ. σί.

Τρυγόν θαλασσίαν τὸ κέντρον, ὃ δὴ καὶ τῆς οὐρᾶς αὐτῆς πέφυκεν ἀνεσταλμένον ταῖς φολίσιν, ὀδόντα πρωτῶντα πραΰνει. θερμαίνει γὰρ καὶ διαβιβάζει.

De Pastinaca Pisce. Cap. XIX.

TRygona L. Romani marinā pastinacam dicunt. ⌋ Lenit dentiū dolores marinæ pastinacæ aculeus, qui in eius cauda retrouersus squamis eminet: eos tamen frangit & excutit.

INTERPRES.

RAdium, quem nos aculeum in maris pastinaca diximus, Plinius appellat, nulla rei sed sola nominis diuersitate: Hanc Græci trygona, turturi æquiuoca appellatione uocant. Nec nobis ex antiquo scriptore aliquo causa satis patet, quod sępe desiderauimus: quemadmodum desiderare nunc etiam cogimur, quis nam in sedando dentium dolore usus aculei eius sit: neqꝫ enim hic docet inspergendus'ne an imponendus dentibus sit: an percussisse conuulsisse'ue eo dentes oporteat. Poterunt diligentiores nouisse, id & nescientes docere.

Περὶ Σηπίας. Κεφ. σιά.

Σηπίας ἐψηθείσης μέλαν ἐκβεβρασμένον λύει τὸ ἔπιπον. κοιλίας μαλακτικόν. τὸ ὑπ' αὐτῆς ὀσφραινόμενον καὶ μαλαθὲν εἰς κολλύριά, ἁρμόζει πρὸς πάσης ἐπιπολῆς βλεφάρων.

De Sepia. Cap. XX

SEpian L. Romani pariter Græcis sepiam dicunt. ⌋ Aegre concoquitur si comedatur decoctæ sepiæ atramentum. Aluum tamē mollit. Cōformata eiusdē in collyriū testa, leuigandis asperis palpebris accōmodata est.

καὲμ δὲ ἐν ζεσ ἰδίῳ ὀστράκῳ, ἄχρις οὗ τὸ πλακῶδες αὐτου ἀπρση, σμήχῃ λεῖον ἀλφούς. πίτυρα. ὀδόντας. ἐφίλίδας. μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ πλυθέμ. πριεῖ δὲ καὶ πρὸς λευκώματα κτλωῶν ἐμφυσόμενον. καὶ πρὸς πτερύγια τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς τήκῃ. σὺν ἁλσὶ λεῖον προσαγόμενον.

Cremataeitidem in ſuis teſtis ſepiæ uſq; dum quod cruſtaceum in eis eſt abſceſſerit, tum in puluerẽ tritæ, uitiligines, furfures, dentes, aſperam & diſcolorẽ ceu à ſole cutem exterunt. Miſcẽtur lotæ prius oculorum medicamentis: faciunt & ad iumentorum albugines oculis flatu oris iniectæ. Abſumunt oculorum ungues tritæ, & cum foſſili ſale eis impoſitæ.

INTERPRES.

DIfficilis parũq; certus eius partis hoc capite intellectus eſt, in qua paſſim & in cunctis Græcis modo legitur: καὶν ἢ ἐν ζεσ ἰδίῳ ὀστράκῳ ἄχρις οὗ τὸ πλακῶδες αὐτῶν ἀπρσῃ &c. & à nobis uerſum eſt: crematæ itidem in ſuis teſtis ſepiæ uſq; dum quod cruſtaceum in eis eſt, abſceſſerit &c. Nec aliud ſenſum cõfundit & amiſcet, q̃ neutrum illud participium καὶν, quod non poteſt niſi ad ὄστρακον referri: At dicere ὄστρακον ἐν ζεσ ἰδίῳ ὀστράκῳ καὶν, id eſt, ſi uerbũ de uerbo uertas: teſta in ſua teſta cremata: frigidũ indignumq; hoc ſcriptore & merito ſuſpectum eſt. Augetq; ſuſpicionẽ q̃ in aliquot Græcis adhuc nõ ἐν ζεσ ὀστράκῳ, ſed σὺν ζεσ ὀστράκῳ, id eſt nõ in, ſed cum ſua teſta legitur: Fuiſſeq; hanc ueterem lectionem, antiqua Dioſcoridis interpretatio qualiſcũq; ea eſt, etiam indicat. In uocibus uitium & male ſequax earum ductus eſt. Nam quod ad rem pertinet, facile eſt quod hic docet intelexiſſe. Duo enim in ſepia primum ſunt, quod duriore teſta intra eam claudit, & quę foris claudit id, teſta. Rurſus in exteriore teſta duplex rei ſubſtantia, quod intus pumicoſum & tenerius q̃ pumex, & quod foris ſiliceum, durius, cruſtaceum, & in quo cũ aſperitate aliqua lẽuor eſt. Ex his in duobus tantum medicas uires aliquas eſſe Dioſcorides docuit: in eo quod teſta clauditur, uentrem mollire: & in eo q̃d claudit, aſperitatem palpebrarũ leuigare: uitiligines q; & alias his ſimiles corporis labes exterere: nõ tamẽ ſimpliciter, ſed cinerem eius: quam ob cauſam addidit: Crematam in propria teſta ſepiæ teſtã &c. obſcure quidẽ, ſed neceſſario rei intellectu, ex eo quod ſequitur, donec quod cruſtaceum in eis eſt, abſceſſerit: cruſtaceum enim hic dicit extimum illud operimẽtum, quale nos pauloantè deſcripſimus. Eſtq; ſenſus: cremãdam ſepiæ teſtam, donec extima illa pars quam hic cruſtaceã dicit, ui ignis coacta à reliquo pumicoſo corpore ſeparata ceciderit: integræ enim cocturæ indicium id erit: poſt quam hic iubet friatam in puluerẽ cor pori inſpergi, nosq; rei neceſſitatẽ & Paulum Aeginetam ſecuti, ut legitur uertimus: qui de eadẽ hac re libro primo agens, κεκαυμένον σηπίας ὄστρακον dixit, id eſt crematam ſepiæ teſtam. Idem etiam nobis autor fuit, ut in extremo capite ſali foſſile adiiceremus, quod in aliquibus Græcorũ adhuc legitur: & ab eo in exterẽdis oculorum unguibus manifeſte præcipitur.

Περὶ τρίγλης. κεφ. σιϐ'.

Τρίγλα σωεχῶς ἐσθιομένη ἀμβλυωπίας ὀκεῖ καὶ σκοτοδινιασικὴ ὑπάρχει. ὠμὴ ἢ ἀναχισθεῖσα, καὶ ἐπιτεθεῖσα, θαλασσίου δράκοντος, καὶ σκορπίου, καὶ ἀράχνης δήγματα ἰᾶται.

De Mullo piſce. Cap. XXI.

TRiglen Romani mullum dicũt.] Creditur cõtinuus mulli piſcis cibus claritati oculorũ nocere. Idem crudus, diſſectuſq; & impoſitus, marini draconis, ſcorpioniſq; & aranearũ morſibus medetur.

INTERPRES.

NOuerunt gulæ proceres mullum piſcẽ Græcorũ uocabulo nunc etiã tryglen ab omnibus dictũ, lautioribusq; cœnis eum ſeruari, quæ de eo iactaẽ ubiq; uox indicat: nõ comedi à piſcatore tryglen. Fuit huic cibo omnibus ſæculis gratia, nec uile pretium, in quo ſingulis ſeſtertijs ſingulæ rependerentur libræ, ſi Iuuenali credimus dicenti, Mullum ſex millibus emit, Aequantẽ ſanè paribus ſeſtertia libris. Hunc uenenatorũ multorũ morſibus non recentẽ ut Barbarus uertit, ſed crudum imponi Dioſcorides iubet, ὠμὴ enim in eo eſt, quæ uox Græcis crudum tantum ſignificat: neſcioq; ego cur recentẽ potius q̃ crudũ uertere ille uoluerit, communẽq; Græcarũ uocum æſtimationem mutare, non leui ſanè in medicina periculo, ſi crudum & recens promiſcua ſignificatione miſceantur. Multa enim in tota natura ſunt, quæ cruda uetuſtatem habent, & quæ cocta recentia dici poſſunt. Libet hoc loco gratias Plinio habere, qui ea quę anguſtius à Dioſcoride dicta fuerant, latius explicauit. Hic enim marini draconis & ſimpliciter ſcorpij aranearũq; morſibus imponi mullum iubet, nullo inter terreſtrem & marinum ſcorpionẽ, & araneas & phalangia diſcrimine. Plinius uero lib. xxxii. cap. iiii. de hoc ipſo piſce agens his uerbis rem docuit: Item cõtra ſcorpiones terreſtres marinosq; & phalangia illitus &c. Qua phalangiorum uoce in eo remedio uſus aliud & uenenatius araneorum genus q̃ Dioſcorides intelexiſſe uidetur: hic enim non phalangium ſed ἀράχνην ait, eam intelligens quæ in trabibus parietibusq; ſuas telas ſuſpendit: quod totum peritiorum cenſuræ relinquimus, contenti quæ debemus & poſſumus fide ſcriptoris huius uoces uertiſſe.

Περὶ ὀρχέως ἱπποποτάμου. κεφ. σιϛ'.

Ὄρχις ἱπποποτάμου ξηρανθεὶς καὶ λειανθεὶς, πινόμενος μετ' οἴνου πρὸς ἑρπετῶν δήγματα.

De Hippopotami.i. Fluuiatilis equi teſticulo. XXII.

ORchin hippopotamu Romani hippopotami uel fluuiatilis equi teſticulũ dicũt.] Siccatus tritusq; fluuiatilis equi teſticulus contra ſerpentiũ morſus utiliter bibit.

Interpres

INTERPRES.

Peregrinum Italiæ fluuiatilis hic equus semper animal fuit: Romanę tamē urbis & Cesarū fortuna suæ genti sæpe id palā ostendit: Viditq; R. Po. in Aegypti Nilo ad Saiticā prefecturā genitū ambiguū, & cui æque in arida ac in flumine uita sit animal, binis & quales in bubus sunt unguibus, dorso, iuba, & hinnitu equi: à quibus & flumine cōposito nomine, fluuiatilis equus dictus est. Rostro præterea resimo, cauda torta, dētibus aprorū aduncis, sed minus noxijs. Depasci eum segetes testis Nicāder est, qui in Theriacis suis de eo sic cecinit: Ἵππον, ὃν νεῖλος ὑπὲρ σαΐν αἰθαλόεσσαν Βόσκῃ. ἀρούρησιν ὃ κομιδῇ ἐπιβάλλετ' ἄρπλῳ. Ὅστε καὶ ἐκ πραμοῖο λιπὼν ζάλον ἑλυόεντα, Χιλοὶ ὅτε χλοάουσι νέον δ' ἀπεχεύατο πρίλιν. Τόσσον ἐπισείβων λείπῃ βυθόν, ὅσσατιόν περ Ἐκνέμεται γενύεσσι παλίσσυγον ὄγμον ἑλαύνων. Quorū uerisimilorū ea sententia est: Aut equi quē Nilus supra nigricantem Saim pascit, arui sq; eum noxiā immittit falcē. Hic ex flumine egressus relictis cœnosis fluctibus cū frumēta flauēt, & uirentem amiserunt frōdem, quātum à flumine ingrediens per arua progredit, tantum dētibus depascitur, retrogrado incessu iter faciens. Quod Plinius fœlicissime descripsit his uerbis: Depascitur segetes destinatiōe ut ferunt antea determinatas in diem: & ex agro ferētibus uestigijs, ne quæ reuertenti insidiæ cōparentur. Plures nec paruifaciendas in medicina uires ei Plinius q̄ hic tribuit, quas licebit uolētibus multis locis in eo scrīptore inuenisse, præsertimq; lib. xxviii, cap. viii. Quorum hic unum tantum probauit, quod ille scilicet ait: Testiculi drachma ex aqua contra serpentes bibitur.

Περὶ τῶν τοῦ κάστορος ὄρχεων. Κεφ. σιδ'.

De Castrorum id est fibrorum testiculis: Cap. XXIII.

Κάστορος ὄρχις. Ξῶόν ἐστιν ἀμφίβιον. τὸ πλῆσον ἐν ὕδασι, σὺν ἰχθύσι καὶ κροκοδείλοις τρεφόμενον. πρὸς μὲν τὸ πρὸς ἑρπετά. ἔστι δὲ καὶ παρμικός. καθόλου πρὸς ἅπαν ἔχει τὸ ῥῆσιν. πρὸς δὲ μετὰ γλήχωνος ⊲ πλῆθος ὑοῖν, ἔμμηνα κινεῖ καὶ ἔμβρυα. καὶ δι' εὐπεψα ἐκβάλλει. πίνεται δὲ σὺν ὄξει καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις. σφόφους. λυγμούς. βασάνισμα φάρμακα. ἰᾶται. ἀναλεῖται δὲ καὶ πρὸς λιθαργυρικούς. καὶ ῥυσὸν ὅπως δεῖ πρὸς καταφορμίους, ἐμβρεχόμενος. σὺν ὄξει καὶ ὀσφραινόμενος. καὶ ὑπνώδη ὁμοίως δὲ τὰ αὐτὰ πρὸς. ἀχμάζει δὲ καὶ πρὸς ὁμοίως καὶ ὠασμοῖς. καὶ παντὶ ὑγρῷ νενοσηκότι πινόμενός τε καὶ συγχριόμενος, καὶ καθόλου δυναμικὸν ἔχει τὴν δύναμιν. ἐκλέγουσι δὲ ἀεὶ τοὺς συζευγνυμένους ὄρχεις ἐκ μιᾶς ἀρχῆς. ἀδύνατον γὰρ δύο φύσας ἐζευγμένας ἐν ἑνὶ ὑμένι εὑρεῖν. καὶ ἃ ὠδὲ ἔχουσι κηροειδῆ βαρύοσμον. ἐρομῶδες. δριμύ. δηκτικόν. εὐτρίπτον. διαφραστόμυον τε συγχῶς φυσικοῖς ὑμέσι. δολοῦσι δὲ ἕλκη αὐτὸ, ἀμμωνιακὸν ἢ κόμμι συμπεφυρμένον ἅιμαλα μὴ καταφείσῃ, ἐκχέοντες εἰς φύσαν μὴ ἐκβαίνοντες. μάτην δὲ ἰσορρῆ ὅλα διωκόμενα τὸ ζῶον ἁρπαγῆς τῆς διὰ τὸ μους μὴ ἵπτεται. ἀδύνατον γὰρ ὅτι μὴ ἄφαλτα αὐτὰ προσυπάρχοντα ὡς πηδῶντος. δεῖ δὲ διελόντας τὸ δέρμα κομίσασθαι σὺν τῷ περιέχοντι ὑμένι τὸ ὑγρόν, ὃν μελιτώδες. καὶ οὕτω ξηράναντας πρίζειν.

Castoros orcheis. Romani castoris siue fibri testiculos dicūt. Ambiguum, terraq; pariter & aquis agēs animal fiber est, sed in aquis plurimum: inter quas piscibus & cancris uescitur. Vim contra serpentes habet fibri testiculus, quē castoreum uocāt. Sternutamēta idē olfactu cit, habetq; in uniuersum multiplices usus. Cum pulegio siquidē pondere drachmarum duarū potum, menses, secundasq; trahit, & fœtus ex utero pellit. Bibitur & contra inflationes cum aceto, tormina, singultus, letalia uenena, præsertimq; ixiam. Veternosos idem & quacunq; alia inexpugnabilis somni ui sopitos, ex aceto & rosaceo insperfus excitat. Idemq; olfactu & suffitu præstat. Tremulis præterea, conuulsis, neruorumq; omnibus uitijs potum pariter & inunctum prodest, calefaciēdi uires in uniuersum habens. Eligito semper in castoreo fibri testiculos, ex uno & eodem principio coniunctos. Impossibile enim est uessicas duas in eadē tunica coniunctas inuenire. Eligito præterea ceroso intus liquore ponderosos, uiroso odore, acres, friabiles, erodente gustu, transuersisq; naturalibus membranis undiq; interseptos. Adulterāt eos aliqui, ammoniacū gummi ue eiusdē animalis sanguine aut castoreo ipso maceratū, in uessicas illas instillantes & siccantes. Falsò fertur hoc animal in fuga à seipso amputatos sibi testiculos relinquere. Impossibile enim est quales in suibus sunt parū exertos, apprehendere. Verum dissecta cute auferre eos oportet, simulq; liquorem illū melli similē cōtinentē tunicā siccatūq; castoreum bibendum dare.

INTERPRES.

Non semper mendacium damnauit antiquitas, sed ut generi humano quotidie fœlicius consuleret, ad communem utilitatem pleraq; ab inuentoribus rerum æquo animo fingi passa est, ut quę aliter imperitis placitura non erant, additis religione, miraculo, labore, periculo ue aut nouitate aliqua, libentius admitterentur. Nec sanctissimus inter sapiētię professores Plato ad augēdam suæ reip. maiestatem rationem hanc penitus dedignatus est. Intelligebat enim negligi facile quod quotidianum communeq; est,

certiſſimeq; homini profuturũ credi, quod aut ex cœlo petitum, aut religione cõſecratum, aut raritate nouitate'ue aliqua ſe cõmendans meliore ſpe ab imperitis excipereť. Fecerunt in medicina diu id etiã autores eius, noua inauditæ alicuius rei hiſtoria, inſtaurandæ ſanitatis remedia ſua ſubinde illuſtrantes: Hinc tota eſt magorũ in medendo portentoſa ratio, & quæ toto opere multis locis à Plinio fabuloſa magis ſuperſtitio q̃ naturalis medicina docetur. Ex eadem officina inoleuit etiam quod omnes adhuc credunt, & grauis poëta de caſtore cecinit: Qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiẽs euadere damno Teſticuli, quoniã medicatum intelligit inguen. Quod à Seſtio & Dioſcoride hoc noſtro diligentiſſimis medicinæ autoribus merito negatur: nedum relictum aut deciduum fibri caſtoreum inuenire credimus, inertes remedio illo careamus, quo cõtra multa hominis mala uſa quondam antiquitas eſt, & noſtra ætas adhuc utitur, præſertimq; contra uenena aliqua: Quæ ueriſimile eſt à Dioſcoride illic numerata fuiſſe, ſed ea librariorũ incuria excepto uno perierunt: idq; ixias eſt, quod Barbarus uiſcum ex Plinio interpretatur ubiq;, non ſatis certam nunc rem notiſſima uiſci appellatione indicans: uocumq; ſimilitudine ixiam & ixion ſimul miſcẽs: cũ tamẽ alterũ in ramis arborũ inueniatur, aucupio inſeruiat, & in medicina non penitus inutile ſit: alterũ ad chamæleontis aculeatæ herbę radices naſcatur, omni careat uſu, & inter uenena ab hoc ipſo & à Paulo Aegineta numereť: quemadmodum in chamæleonte herba & in uenenis longius ab hoc ſcriptore & à nobis dicetur. Nec animus modo nobis eſt Plinium & Plinium ſecutos inſcitię aut incuriæ arguere: Fecit enim ante nos id Leonicenus, omni doctrinarum genere clarus homo: Sed quod ad nos pertinet, legẽtes monemus, quoniam nihil uiſco & ixiæ idem fit, non declinatio, non genus, non natales, nõ uſus, non rei ſubſtantia, maluiſſe nos græca uoce in altero q̃ latina uti: & ixiam uenenũ dicere: uiſcum uero quod in ramis arborũ natum multos habet in re noſtra uſus, ne uiſci audita uoce crederent legentes homini ut auibus mortem uiſcum eſſe: abſtinẽtesq; eo, quas habet utilitates amitterent. Certius de tota hac re in utroq; chamæleonte & uenenis patebit legentibus, & à nobis dicetur.

Viſcum. Ixias.

περὶ γαλῆς καταικιδίου. κεφ. σιέ.

Γαλὴ καταικίδιος ἐξιφλεχθεῖσα, μὴ δίχα πίνῃ ζώσης σκελετοθυθεῖσα δ' ἰκανὸς καὶ ξηρανθεῖσα ἐν σκιᾷ, παντὸς ἕρπετου ἐν ὑγιέστερόν ἐστι βοήθημα, πεθεῖσα μετὰ οἴνου ⊰ ε'. πλῆθος ⊙ ξηροῦ ἀνυφάσμακον ὁμοίως ληφθεῖσα. ἡ δὲ κοιλία αὐτὴ κοσίῳ πληθεῖσα ⊙ σκελετοθυθεῖσα, δημοσθήκτοις ⊙ ἰωλητικοῖς βοηθεῖ πινομένη. ὅλη δὲ καῆσα ἐν χύτρᾳ, πρὸς αχρικοὺς ὠφελεῖ, ἡ τέφρας καταχριομένης μετ' ὄξους. τὸ δὲ αἷμα αὐτῆς καταχριόμενον, χοιράσι βοηθεῖ. ὠφελεῖ δὲ ⊙ ἐπιληπτικούς.

De Muſtela q̃ in domibus noſtris oberrat. XXIIII.

GAlen catœcidion L. Romani muſtelã in domibus noſtris oberrãtem dicũt. ⌋ Bibitur in uino efficaci contra ſerpẽtes omnes remedio, põdere drachmarum duarum, flãmis primũ depilata, tũ exemptis interaneis ſale inueterata & in umbra ſiccata muſtela. Succurrit eadẽ uenenis quæ toxica dicũtur ſimiliter ſumpta. Quinetiã eiuſdem uentriculus coriandro farctus inueteratuſq;, uenenatorũq; morſibus comitialibuſq; utiliter bibitur. Tota etiam in fictili cremata muſtela, podagris cinere ex aceto illito opitulatur. Strumis poſtremo muſtelæ ſanguis utiliter inungitur, qui & comitialibus prodeſt.

INTERPRES.

RiſiſſE quondã in Aegypto ueriſimile eſt alienos, & eius gẽtis ſapiẽtiã ignorãtes hoïes, religiõe illic cõſecratã, & in Iſidis ſiſtro humano capite à ſapiẽtioribus cõſtitutã muſtelã: Neq; immerito, ſi catulos ſuos quotidie transferẽtem, ſerpẽtes proſequentẽ, & relictum à ſe ſimũ puluere ſtatim, ut ea ratione occultato odore mures fallat, obruẽtem tãtũ contẽplemur: & in utilitate eius muręuenationẽ ſolã amemus. Minora hæc & Iſide indigna, quod nume totã cõplecti in ſe naturã Aegyptij credentes, ideo illi animal hoc cõiunxerunt, q̃ lunę, cuius ſideris bñficio naturæ pars multa ſtat, notas & imaginẽ quãdam præſertimq; in oculis referret, in quibus ad quotidiana luminũ in eo incrementa decremẽtaq; augeri pupulas in muſtere: & quod maximũ eſt, fertilẽ & uegetabilẽ lunę naturã fœcunditate ſua exæquare: quæ omnia tam lõge à riſu abſunt, ut nihil æque ob has cauſas uenerari q̃ muſtelã homines oporteat. Et ſi cætera deſint, ob id ſaltẽ amare, q̃ uenenatorũq; morſibus, hauſtisq; uenenis præſenti remedio & ope ſuccurrit. Quã unã rationẽ ſecutus hic ſcriptor, ſerpentibus mederi & toxicis ait: ſic tamẽ ut ambuſto prius flãmis omni eius pilo, ſale inueteratã & in umbra ſiccatam domi eam habere oporteat. Ideoq; nos aliter q̃ Barbarus, qui inaſſatam uertit, flãmis primũ depilatã diximus: perſuaſitq; id quo hic participio uſus eſt, πεφλιχθεῖσα: aperte depilationis genus hoc indicãte: & quod ueriſimile nõ eſt, inaſſatam prius ſale inueterari animaliũ carnẽ, multoq; magis in Theriacis ſuis Nicander, qui inter cętera uenenatorũq; remedia de muſtela hæc cecinit: Εἰ δ' ὁ σύ γε σκύλακας γαλέης μητέρα λαιμήλιὸν Ατριδάφ πρόπαιον ἀγροσκύλαιο ὃ λάχνῳ. Καρφαλέου καθύπερθε πυρὸς σιλαόντος αὐτμῆς. Τῆς δ' ἢ ἔκγονα πάντα βαλὼν κ, ἀφόρβια γαστρός. Φύρσον ἁλὸς θείοιο κ, ἠλίου λίχα τέρσον. Μή τι ἀνισκήλῃ νεαρὸν σκύναρ ὠκὺς ἀίξας. Quæ deſcriptione nihil ad rem noſtram aptius, ſiquidem hic ſenſus eſt: Si uero muſtelæ catulos aut celerem eorum matrem recentem habueris, pilo, ſupra ſiccantis ignis ſplendentem impetum, ſpoliatam, abiectis interaneis & alui excrementis, ſale condito, & ſine ſole ſiccato, ne recens adhuc animal impetu caloris ſui corrumpat. Supra ſiccantis ignis ſplendentem impetum, qui nihil niſi flamma eſt, pilo ſpoliandam eſſe muſtelam in hunc uſum Nicander iubet, longius multisq; deſcribens, quod hic uno participio πεφλιχθεῖσα breuiſſime docuit: idem fieri iubens, quod in auibus mox mox coquendis quotidie coqui agunt. Flammis enim

quas

quas non potuerunt manibus uellere minutissimas amburunt plumas: idq; hoc loco περιφλιχθῆσαι est, non quod Barbarus uertit inassata: neq; enim auferri pellem, sed pilos tantum amburi præcipit, integrāq; cū sua pelle in hos usus seruari mustelā Dioscorides. Vnaq; illa Nicandri uox λάχνη, qua pilum & uillositatem omnē Græci significant, confirmandæ huic rei satis est.

Περὶ Βατράχων. Κεφ. σιϛ'.

Βατραχοι ἀνιφάσμακόμισιμοι πετῶν πάντων. ζωμῷ δ' ἕψαντες ἐν ἁλσὶ καὶ ἐλαίῳ. τοῦ ζωμοῦ λαμβανομένου ὁμοίως. καὶ πρὸς χροιὰς ἀνθρώπων ἀπροσάσφε. καὶ ἕψαντες δὲ καὶ ἀποθέντες, αἱμοῤῥαγίας στέλλουσι, κηλὴ ἀλωπεκίας θεραπεύουσι σὺν πίσῃ ὑγρᾷ καὶ ταχὺ ὀμμοι. τῶν δὲ χλωρῶν βατράχων τὸ αἷμα ἐπισταζόμενον, κωλύει τὰς ἐκβλαστήσας ἀπὸ τῶν βλεφάρων τρίχας φύεσθαι. ὥφελοῦσι καὶ ὀδοντα λγίας σὺν ὄξει καὶ διακλυζόμενοι ὕδατι καὶ ὄξει καὶ διακλυζόμενοι.

De Ranis. Cap. XXV.

BAtrachos Romani ranas dicunt. Aduersant in cibo serpētibus oīnibus ranę, in oleo addito sale elixę, Sumit eadē utilitate & decoctarę ius illud. Prosunt & cōtra ueteres neruorę in ceruice, quos tenontas Græci dicūt, abscessus. Sanguinis eruptiones fistit insperſus crematarę ranarum cinis. Ad capillorum defluuia quas alopecias dicunt, idē ex pice liquida utiliter inungit. Prohibet enasci euulsos palpebrarę pilos uiridium ranarę instillatus sanguis. Coquuntur ranæ in aqua & aceto, colluunturq; decocto illo utiliter in dolore dentes.

NOn est ranis omnibus unū genus, nec idē color, aut similis uita & mores. Nascūtur aliæ per se cōsper sis tantū æstiuo imbre litorę & itinerę pluuerulētis arenis, quarę breuis uita & nullus usus est. Habent aliæ legitimo naturę ordine in aquis suos natales, nec mare tātum, sed profluētes omnes & palustres aquas incolunt: sunt & quæ in sicco agunt, quales rubetę, & quæ in harundinetis inueniūtur calamitæ ob id appellatæ, inutiles & ob uenenū suū letales. Sunt & in fluuiatilibus & palustribus quæ uiridi & quę liuido colore sunt: quę itidē tutius, & quæ nō sine periculo comedi possunt. Ex toto hoc genere serpētibus aduersari intelligēdæ sunt in profluentibus aut stantibus aquis agētes, & in cibis utiles. Et quas hic uirides nouū in palpebris pilorę incremētum prohibere dixit, in aquatiliū illarę gñe eo colore cognoscēdę erūt. Est in hoc capite quod nobis cū Barbaro idē nō sit. Ille succū ranarę ē sale atq; oleo decoctarę cōtra serpentiū omnium uenena pro antidoto sumi docet: nos aduersari in cibo serpētibus oīnibus ranas in oleo addito sale elixas: sumiq; eadē utilitate sic elixarę ius illud diximus: Habetq; is ut nos credimus rei suæ autorem Plinii lib. xxxii. ca. iiii. de ranarę remedijs sic docētē: Ranarę marinarę ex uino & aceto decoctarę succus cōtra uenena bibit. Quod ab huius scriptoris sensu, si diligētius omnia excutiātur, lōgissime abest. Marinis enim ranis priuatim id tribuit Plinius, hic aūt ranis simpliciter: ille ex uino & aceto, hic in oleo & sale decoctis: hic ζωμὸν & ζωμὸν θέντας, id est esculētum ius quod ex coctis obsonijs quotidianū habet usum: Plinius uero succū, ex expressa materia humorē. Ille uenena, hic serpētes dixit. Nihil tamē in his lōgius à uero & ab interpretis fide abest, q̄ ζωμὸν succū uertisse. Hic enim ex materia exprimit, ille coctura fit. Nos Dioscoridis primū uerba & eorę communē in significatione æstimationē, mox in eadē hac re decreta ueterę secuti, decoctarę ranarū carnibus, earę esculēto iure intelligi omnia uoluimus. Nihil enim ζωμινθέντες aliud illic indicat, q̄ elixas carnes ranarū: & ζωμοῦ λαμβανομένου ὁμοίως, nō aliter dicitur, q̄ pariter serpentibus aduersari sumptū esculentū id ius. Sic Paulus Aegineta in sexto præcepit: eius uerba hęc sunt: βάτραχοι ἐπὶ πᾶσι θηριοδήκτων ζωμιῶσι ὠφελοῦντες, q̄d est: Ranę in uenenatorę quidē morsibus elixæ comeduntur &c. Quinetiā idē ille Plinius, cui tātum ubiq; Barbarus detulit, eodē loco de ranis sic tradidit: Fluuiatiles si carnes edantur, ius'ue decoctarę sorbeat, prosunt &c. quibus nihil manifestius & ad hanc rem aptius ab eo dici poterat. Supereſt nunc ut dicamus qui nā Græcis in neruorę censu τένοντες sint, quos nos in ceruice neruorū quos tenontes dicunt, uertimus. Pro quibus sciēdum est, à summo capite includētibusq; cerebrū mēbranis, neruos oriri omnes, ex eoq; principio per totū corpus animæ operationes transferre: esse aūt eorum duo genera, alterū quod ossa inuicem copulet & teneat, alterum quod corpori sensum inferat & motum, uoluntariosq; & ex electione nostra motus per totū trajciat corpus: ex quibus musculi oriuntur, neruosa corpora, admixta carne, ad motum partium corporis facti: ex omnibus ijs à cerebro, mediaq; inter humeros parte descēdentes, proprie priuatimq; neruos antiquitas uocauit: ab ossibus uero copulas, rursusq; per ceruicē utrinq; descendētes, tenontas: Siquidē Galenus in anatome sua ait: τὸν λαχνῶδη τὰ ὄπισθεν τένοντες ὀνομάζοντες, quod est: colli autem posteriores partes tenontes nominātur: habēt ij in ea parte naturæ usum, ut in flexu capitis alter semper intētus ueluti centrū caput subsistineat: alter uero motum illi det, & in his, quod est in posteriore colli parte, factis abscessibus, mederi ranarum elixas carnes Dioscorides ait. τένοντες

Περὶ Σιλούρου. Κεφ. σιζ'.

Σιλουρος νεμόμενος βεβρωσκόμενος, τροφιμός ὅτι καὶ εὐκοίλιος. τὰ δ' ἐχθρὸς δὲ ἄτροφος. ἀστικίας δὲ καθαίρει καὶ εὐήχους πρασκευάζει. καταπλασθεῖσα δὲ ἡ σὰρξ τοῦτο ἰχθῦς, σκόλοπας ἀνάγει, κηλὴν δὲ αὐτὴ δὲ ἄλμη, ἀσμόζει σὺν ἀσχὴ συντηκικοῖς εἰς ἐγκάθισμα.

De Siluro pisce. Cap. XXVI.

SIluron Romani silurum dicūt. Nutrit et bonā facit aluum recētis siluri cibus. Salsi contrà non sentit cibus: fauces tamen expurgat, & ad uocem adiuuat. Corpori infixos furculos salsi siluri caro imposita, extrahit. Contra incipientia intestinorum tormina utiliter siluri salsamentoso liquore fouentur. In extimam

κατάρδσα τὰς ῥύμας ἐξομαλίσμ εἰς τὴ ἐπιφάνε αν. ἢ ἐγκλυζομένη ὑ ἰσχιαδικοὺς θλαπεύε.

mam enim cutem fluores illi auertit. Clystere idē infusus coxendicis dolores finit.

INTERPRES.

THynnos præcipuæ magnitudinis in mari pisces equant in fluminibus aliquot nascentes siluri, priuatim q in Aegypti Nilo: unde maxima eis ad ganeam laus in poëtis & gloria. Feroces ĩdē uti in piscīū genere, & qui non aliter q̄ hostes in aqua latrocinētur, obuia quęcunq appetētes, & quod in ferocioribus rarum est, multo prolis amore, edita à fœminis oua mares in hoc gñe ne pereant custodiunt, tātopere sibi seruādis q rerum generibus natura cōsulit. Crediderunt iuniores aliqui siluros esse quos nostra ætas sturiones uocat, sed falsò. Thynnis enim similiores siluri sunt, & eorum magnitudinem æquantes.

Περὶ Σμαρίδος. κεφ. σιή.

Σμαρίς ταριχηθεῖσα ἡ κεφαλὴ καθσα, ἕλκη σὺν τῇ σαρκοῦντα. καὶ νομὰς ἴσχει. καὶ ἥλους. καὶ δύμους ἀναλίσκ. σκορπιοπλήκτοις τὲ καὶ κυνοπλήκτοις ἡ σὰρξ ἁρμόζ καθάπερ πᾶς τάριχος.

De Smaride piscículo. Cap. XXVII.

SMarida Romani pariter Græcis smaridē dicūt. Cōpescit carniū in ulceribus excrescentias cinis è cremato salsę smaridis capite. Sistit idem quę pascēdo serpunt, & clauos excrescētiasq quas thymos dicūt, absumit. Vtilis & scorpionū ictibus, rabidorūq canū morsibus quēadmodū & reliqua salsamenta, salsæ smaridis caro est.

INTERPRES.

COngeneres mœnis, de quibus mox diceť, smarides sunt, tam similibus inter se notis, tamq mixtis natalibus, ut mutatis iam pridē appellatiōibus nō facile nūc fit alterū genus ab altero secernere: Idego non ausim quod aliâs dixi, procul à mari natus homo. Poterā & ipse hoc loco quę Plinius, Athenęus pluresq alij de utroq hoc gñe lōgius tradiderunt, in unū collecta coaceruare, sed nihilo magis res patuisset. Ob eam causam peritioribus hoc relinquētes, ipsi de clauis in medicina agemus, quos Græci à similitudine ἥλους dixerūt in fabrili usu cunctis notissimos. Diffinierūtq clauū, esse circinatū in orbē callū, colore cādido, clauorū capitibus similē, toto corpore, sed pedum solo digitisq præcipue nascentem: quē dolor sequit, & incessus impedimētum. Clauis simplex in Græcorū medicina appellatio, hoc mali genus ubiq significat. Si uero aliquid illi adiiciatur, oculi, uerbi causa, tunc in ea parte cōcretū oportebit intelligere clauum. Estq oculi clauus ultima procidentis oculi labes: quę si incipiēs & exigua fuerit à muscarū capitū similitudine, myocephalon quasi muscę caput uocat. Si uero amplius creuerit, à forma & magnitudine uuę, staphyloma quasi uuatio dicta est. Si amplius adhuc procidit, & eousq ut pendeat, ab eadē similitudinis causa, malum, in gñe pomorū uocata est. Et si procidentię callosa durities accesserit, tunc clauum oculi ueteres Græcorū medici appellauerūt. Diffiniuitq in Isagoge sua clauū hunc Galenus, crassę cādidęq ueluti cicatricis carnosam excrescentiā esse, quę dura in oculi nigra parte excrescit: sępe etiā qua parte quod nigrum in oculo est, cādido cōiungitur insurgēs. Agemus hoc loco etiā de thymis, quos Celsus in uerrucarum genere numerauit, Græci excrescentias simpliciter dixerunt, facta à thymi herbę floribus & corymbis appellatione, quibus colore & forma similes sunt. Vocauerūtq thymos hos Græcorū medici carnosas excrescētias, quę in maribus aliqñ in genitalis glādę, aliqñ in cole ipso fiūt: in fœminis uero eodē loco, nō adeò cōdylomatis in ea parte factis dissimiles. Rubet aliqñ hoc malū, aliqñ albescit: sine dolore plerūq. Suntq in hoc mali genere mitiores aliq facilioris curationis: asperiores alij & difficillimæ curationis. Fiunt & in alijs corporis partibus aliqñ, sed raro: habent enim propriam sibi sedem, quas natura celari uoluit partes, ideoq in diffinitionibus suis Galenus his uerbis thymū diffiniuit: Asperæ carnis excrescentia thymus est, quæ in genitalibus & sede pariter fit.

Clau. ἥλος

Oculi clauus.

Thymus.

Περὶ μανίδος. κεφ. σιθ'.

Καὶ φλ μανίδος ὑ κεφαλὴ καθσα λσα, τὰς ὑπὸ ακτύλω πεπυλωμένας ῥαγάδας καὶ απλασθσα ἀφίσησι. τὸ ὑ γάρομ αὐτὴ τὰς ὑπὸ σόμαλα σηπεδόνας διακλυζόμενον παύε.

De Mænis. Cap. XXVIII.

MAenides Romani mœnas dicūt. Callosas sedis rimas emendat è capite mœnarum tritus cinis & illitus. Colluunt & earum garo utiliter putrescentia in ore ulcera.

INTERPRES.

NOn cinere mœnarum in medicina tantum Plinius utitur, sed carnibus etiam: quibus impositis docet uerendorum pustulas sanari.

Περὶ κωβίου. κεφ. σκ'.

Κωβιὸμ πρόσφαρμ ἐὰμ ἐμβαλὼμ εἰς ὑείαμ κοιλίαμ καταῤῥάψ, καθεψήσης τὲ μετὰ ὑσσάρων ξεσῶν ιϐ'. ἄχρι δυοῖμ ξεσῶμ, καὶ διυθήσας καὶ ἐξαυθριάσας πρίσης, κοιλίαν ἀτρέμα χως κάτω ὑπάξ. καταπλασθεὶς δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ κυνῶμ δηχθέντας ἢ ἑρπετῶν ὠφελεῖ.

De Gobio pisce. Cap. XXIX.

GObion Romani gobium dicūt. Si recentē gobiū suillo uētri insutū in aquæ sextarijs duodecim, donec duo tātum superfint, decoxeris: tum percolatū & in sereno habitū bibendum dederis, aluū leniter deijcies. Contra canum serpentumq morsus utiliter idem illinitur.

INTERPRES.

IN mortario tusum antea iubet ad efficiendũ aluũ Paulus Aegineta decoqui in aqua gobiũ: Piscis è uilissimis est, ob quã causam in satyra Iuuenalis ait: Nec mullũ cupias cum sit tibi gobio tantũ in loculis. Laudauit contrà Martialis in Xenijs dicens: In Veneris sint lauta licet conuiuia terris, Principiũ cœnæ gobius esse solet. Plinius paulominus q̃ in eo genere gobiũ numerauit, in quo terreni pisces censentur: quoniã paludtris & quasi incola terræ sit contra aliorum piscium naturã. Declinauerunt ueteres Latini in secunda & tertia declinatione eundem significantes, ut ex pauloante citatis exemplis aperte patet.

Περὶ Ὠμοταρίχου. Κεφ. σκά.

Ὃ δὲ ὠμοτάριχος λεγόμενος, τάριχός ἐστι θύννου πεπιχευμένου. βοηθεῖ δὲ λαμβανόμενος τοῖς ὑπὲρ ἐχίδνης ἢ καλουμένης πηλαίας δηχθεῖσι. δεῖ δὲ ὡς ὀλιγίστῳ προσφέροντας οἶνον ἀναγκάζειν πίνειν πολὺ καὶ ἐμεῖν, εἰς πετὰς δ' ριμυφαγίας μάλιστα ἀγομένοις. καταπλάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ κυνοδήκτων ὠφελίμως.

De Omotarícho quæ salsi Thynni caro est. XXX.

OMotarichon ⌊Romani salsamentum simpliciter dicunt.⌋ Salsi thynni caro est quẽ omotarichum uocant. Viperæ quã presterem dicunt morsibus in cibo omotarichus subuenit: In quo usu oportet q̃ plurimũ sumere, & super bibendũ dare uinũ, & à multo eius potu ad uomitionem cogere. Ad uomitiones idẽ quæ ciborũ acremento quærunt, accõmodatus est. Vtiliter postremo rabidorũ canũ morsibus illinit.

INTERPRES.

QVem composito ex crudis thynnorum carnibus & salsurá nomine omotarichon hic nominat, cæteri omnes simplici plerunq; tarichon dicunt, salsamentũ quod piscium carnibus & sale constat, nõ simplex aut unũ, sed quot fere sunt in thynnis ætates, corporis partes, habitus, loca & piscationis tempora, tot etiam nominibus ab antiquioribus Græcis discretum: nec thynnorum tãtum, sed aliorum etiam piscium quorundam carnibus confectum. Eius rei longiorem historiam Athenæus lib. 1. dipnosophistæ sui prosecutus est: quæ omnia Græcarum literarũ peritis in eo legenda relinquimus: Eius aũt linguæ ignaris in Barbaro, qui licet breuius q̃ oportebat ex scriptore illo pleraq; collegerit, plura tamen q̃ in Latinis inueniri possint, excripta ab eo in Corollario suo fuerunt. Nos quod & in hoc capite & alibi legentibus præsertim q; medicis utilius sit, dicemus quas nam hic & alij Græcorũ ueteres medici ριμυφαγίας & ριμυφαγεῖν uerbũ appellent, quod à nobis aliter q̃ ab alijs uersum fuit. Ad uomitionis idem quæ ciborũ acremento quærũtur accommodatus est. Sciendum itaq; ριμὺ Græcis significare idẽ quod Latinis acre: nec aliud ριμύτητα illis esse, q̃ nobis acrimoniã siue acredinẽ. Vtiẽ enim in eadẽ significatione hac uoce Palladius lib. 11. quo loco de iuglã de nuce agit: quam cepis mixtã acredinẽ eaq; auferre testatur, siue ut Plinius usus est libro xx. cap. vii. acrementum aceti appellans: quod in eius acore gustum tentet, altiusq; nec sine graui aliquo sensu sentiatur: Cæteri autem omnes acrimoniam uocauerunt, efficaciorẽ uim quã cuncta in uiribus & natura sua habent: patetq; tam late id nomen, ut ad omnes referatur sensus, animumq; hominis & ingenium. Sic Maro acrẽ Turnum dixit: sic in cæteris passim inuenire licet acre frigus, acrem calorem, acrem odorem saporemq;, non aciem: propria enim in esculentis & poculentis acoris uox est, cũ corrupto sapore uitiata ingrato, acuto magisq; penetrali sensu excipiuntur. Sed quod pauloante diximus, in quo penetralis efficax & sensum tentans uis sua sit. Ex hac uoce & suo comedendi uerbo ριμυφαγίαν Græci fecerunt, acriores cibos omnes, id est efficaciores significantes: & qui acremento suo crassiores & tenacius hærentes in stomacho humores incidere, ipsumq; excitare, solicitare & turbare possunt, turbatumq; ad uomitiones facilẽ reddere: quæ antiquioribus medicis sanis & ægrotis frequentiores q̃ nostra ætate præcipiebantur. Suntq; poëtarum & aliorũ scriptorũ ad hanc rem infinita penè testimonia, quæ breuitatis causa modo relinquimus. Quod enim ad rem nostrã pertinet, satis primo & quarto libro Paulus Aegineta ostendit, quo capite primum docet quomodo aliquis facilẽ sibi uomitionem faciat: in quẽ usum iubet sumenda esse τὰ ριμυτίρα, id est acriora: inter quæ obiter ab eo numerantur, radix quã ea gens raphanũ dicit, eruca, salsamentũ uetus, origanus uiridis, cepæ & porrum, omnia ut sensu quotidie deprehendit acria, & acremento suo uomitionibus accõmodata. Vocariq; omnes hos cibos ad uomitionẽ sumptos ριμυφαγίαν, testis lib. iiii. idem Paulus Aegineta est. Qui cũ longius primo eius libri capite de elephantiæ curatione multa instituisset, præsertimq; de lactis potu, iubet si remedijs illis non cesserit malum, abstinendum à lactis potu esse: statimq; subiecit: ριμυφαγίσαντος ἢ ἐμετίτωσαν ἀπό τε ῥαφανίδων &c. Quod est: præcedente acrium cibo euomant raphanis &c. quibus in eo quod quærimus nihil certius ostendi posse nobis uidetur. Nec aliud in hoc capite Dioscoridi ριμυφαγίαι sunt, nec aliud intelligi uoluit dicens, ἔστι τε τὰς ριμυφαγίας μάλιστα ἁρμόζῃ, q̃ ad uomitiones ciborum acremento quæsitas præcipue accõmodatum salsamentum hoc esse. Significaruntq; Græci in ea uoce quod sequitur, ex eo quod præcedit: prius enim comedisse ea oportet, tum ab eorum cibo stomachum ad uomitiones solicitare: Multaq; est in hac significatione Dioscoridi alijsq; Græcis hæc uox, quo magis alios interpretes demirõr, qui acrimoniã esculẽti quærentibus, longe commendatissimũ omotarichon hunc uerterint. Quod enim eius cibo quæritur, non acrimonia, sed ex acrimonia uomitus est.

Περὶ τάρρου. Κεφ. σκθ'.

Ἄρρον δὲ πᾶν τὸ ἐκ ταριχηρῶν ἰχθύων ψῆφι κρεῶν * καταπλαττόμενον, νομὰς ἐφίσᾳ καὶ κυνοδήκτους ἰᾶται.

De Garo. Cap. XXXI.

GAron ⌊Romani pariter Græcis garũ etiã dicunt.⌋ Siftit omne ex salsis piscibus itẽq; animaliũ carnib⁹ gaq;, q̃cunq; pascẽdo serpũt, si eo foueãtur. Medetur idẽ rabidoq; canum morsibus.

ἐνίεται δὲ καὶ ἐπὶ δυσεντερικοῖς καὶ ἰχιαδικοῖς. ἐφ' ὧν μὲν ἵνα τὰ ἑλκωμένα ✱ ἐπικαύσῃ, ἐφ' ὧν δὲ ἵνα τὰ ἀνέλκωτα ἐκβιάσῃ.

Iniĕcit præterea & infundit in inteſtinorũ torminib⁹, & dolore coxendicis: in illis quidẽ, ut quæ exulcerata ſunt, fiſtat & emendet: in his uero, ut quæ exulcerata non ſunt, ad exulcerationẽ proritet.

INTERPRES.

QVotquot de garo quondam aliquid tradiderunt, omnes liquamen ex piſcibus factum appellãtes, ut plerunq; in re nota fit, certã eius confectionem non docuerũt: ſatis fore poſteris opinati, ſi in quotidiani uſus cibo per maria & piſcium genera bonitatẽ eius & pretia indicaſſent: ſed mutatæ cum temporibus ciborũ & ganeæ rationes, optabile modo nobis fecerunt, quod tunc ſine culpa neglectum ab illis fuit. Nouimus quidem nunc omnes thynnum, ſcombrũ, alioſq; ex quibus cõficiebatur, piſces. Confectionem uero non facile aliquis oſtendat, quibus additis ſaporibus & qua muria cõdiretur, & quæ tam diligens purgatio & lotura eius eſſet, ut ſordidum alioquin & feculentũ poculũ grato ſapore bibi poſſet. Multa erãt ex piſcium partibus gari diſcrimina, quæ Plinius, Athenæus, poëtæq; plures numerauerunt, alĳs ſanguinẽ, alĳs inteſtina, alĳs reliquum corpus piſciũ in garo cõmendantibus: quæ omnia ex antiquis ſcriptoribus illis à Barbaro longiore hiſtoria repetita in Corollario ſuo ſunt, nouiſſe ea uolentibus parata & expoſita. Nos ea relinquimus, ne miſeros occidant decies repetita legentes: ſatis in garo nobis fore credẽtes, ſi quæ corrupta in hoc capite ſunt, in antiquã & uerã lectionem inſtaurata fuerint. Quod fiet, cum breuiter dixerimus, eſſe Dioſcoridi garum non ut alĳs, quod feculentum carnoſumq; in eo ſubſedit, ſed quod liquidũ & aquæ modo fluens ſupernatat: neq; in piſcibus tantum, ſed in animaliũ carnibus garũ etiã dici: quod ex earũ ſalſura exudatum, ſiue ut Columella ait, exaniatũ fluxerit: Et quoniã liquidum ſit, ideò in medicinæ uſu non illitũ dicẽdum, ut cæteri interpretes uerterunt, impreſſi tantum codicis lectionẽ ſecuti, in quo κατάπλασμον quod illitum ſignificat, legitur: ſed ut nos diximus, meliorũ fidẽ ſecuti, ſi eo foueantur: κατάντλυσμον enim eſt, quod uerbũ certã in Græcis habet ſignificationem, cum liquore aliquo quidpiam foueamus: quod totũ rei neceſſitas exigit: foueмur enim liquidis & inſpergimur, non illinimur. Poſt quam in ſtrumis & canum morſibus rationem aliam docere aggreſſus, non ἐνίοτε aduerbio, quod interim & aliquando ſignificat, Dioſcorides ait inteſtinorum tormina & coxẽdices ſanari, ſed uerbo ἐνίεται uſus, iniĳci & infundi garũ oportere dixit: leuis in una tantum litera lapſus, ſed qui uſum gari in his malis, & omnem huius ſcriptoris hac parte intellectum confundat. Quod animaduertere alĳ interpretes debuerant, nec tam incerto ſenſu, Interim dyſentericis, uertere &c. Eſſeq; hanc uerã & neceſſariã loci huius lectionem, res ipſa & neceſſitas indicat. Nec minus Paulus Aegineta, quo loco de curatione coxendicis agit, ἐνίεσθαι uerbo ſæpe uſus, & inter cætera hoc ipſo remedio his uerbis uti iubens: καὶ τῶν ταριχηρῶν ἰχθύων ἢ ἅλμη, καὶ τῶν ἐλαίων τῶν κολυμβάθρων καλῶς ἀνθέψη: quod eſt: Quinetiam ſalſorũ piſcium & oliuarũ liquida ſalſugo bene iniĳcietur: aut ſi malis dicere, infundetur, habet enim latius in ſignificando ſpatium ἐνίεσθαι ἢ διακλύζειν, quo hic ſemper utitur in his quæ clyſtere ad purgationem infunduntur: illo autem in his quæ ſimpliciter etiam iniĳciuntur. Nec contentus remedium docuiſſe Dioſcorides, cauſam & rationem eius etiã reddidit, quæ non eſt qualẽ Barbarus uertit, ut in dyſentericis ulcera inurat: maleficiũ enim & noxa, non remedium id erit, ſed ut inteſtinorũ ulcera ſiſtat & finiat. Vnius literæ uitiũ hoc loco etiam turpiter labi hominem coëgit: & quæ contraria rei neceſſitati erant, enũtiare. Idem impreſſus codex in cauſa fuit, in quo legebatur ἐπικαύσῃ quod urendi ſignificationem habet: at non ſic, ſed ἐπιπαύσῃ quod finiat eſt, legendum diligẽtiori homini fuerat. Neq; enim Celſus autore Themiſone, antiquiſſimo medicinæ autore, nec Paulus Aegineta, garo hoc, ſiue ut illi appellant halme & muria, id eſt ſalſarum rerum liquore ad inurendas, ſed ſedandas inteſtinorum exulcerationes in eo malo utuntur. Quemadmodum contrà ad exulcerandũ in coxẽdicis doloribus, quibus præſenti ope ſuccurrit idẽ Paulus hac ratiõe teſtatus eſt,

Περὶ ζωμοῦ τοῦ νεώτου ἰχθύων. κεφ. σκγ'.

ΖΩμὸς δὲ ὁ ἐκ τοῦ νεώτου ἰχθύων, κοιλίας ὑπαγωγός· πρὸ μὲν καυσῶν ἑαυτῷ πινόμενος· πρὸ δὲ μετ' οἴνου. ἰδίως δὲ σκυβάλοις πρὸς ταῦτα ὁ ἀπὸ τοῦ φωκίου καὶ σκορπίου, καὶ ἰουλίδων, καὶ τοῦ ἄλλου πετραίου ἀπαλοῦ καὶ ἀβρώμωλιτος μετὰ ὕδατος καὶ ἐλαίου καὶ ἀνήθου.

De Recentiũ piſciũ eſculento iure. XXXII.

ZOmon Romani ius ſimpliciter dicũt. Deĳcit aluũ recentium piſciũ eſculentum ius per ſe pariter & cum uino potum: priuatimq; in hunc uſum conficitur ex phycidibus, ſcorpionibus, iulidibus, percis, & ſaxatilibus alĳs teneris, nec uirus olẽtibus. Coquuntur autem in aqua ſimpliciter, additis tantũ anetho, ſale & oleo.

INTERPRES.

SAxatiles qui à Dioſcoride numerantur hoc capite cuncti piſces ſunt: non ideo tamẽ quod Barbarus ſcit mutandus capitis titulus erat. Neq; enim de carne eorum agitur hoc loco, ſed de eſculento iure, ad coctis piſcibus his fit, quo deĳci poſſe aluum hic ſcriptor ait. Sunt autẽ Ariſtoteli, Plinio, multiſq; alĳs ſaxatiles piſces, quos ſaxoſum litus nutrit, in ægrotantium cibis à Paulo Aegineta ſæpe laudati. Eorum iure hic deĳci aluũ iubet, ſic tamen ut ſimpliciter, id eſt nullo addito condimento aut ſapore alio, in aqua præterea eo numerata oleum & anethum coxiſſe eos oporteat. Nos ſalem ex ueterum codicum lectione, & Paulo Aegineta adiecimus. Quod & antiqua Dioſcoridis interpretatio habet, cuius licuit mihi uidere antiquiſſimum & Longobardis literis ſcriptum codicem, incorruptæ antiquitatis multa adhuc ueſtigia ſeruantem, in quo etiam ſal, oleo anetho q; additur.

Saxatiles piſces.

De Le-

Περὶ κόρεων.
Κεφ. σκδ'.

Κορεῖς οἱ ἀπὸ κλίνης ἐνθιθέμενοι βρώμασι μετὰ κυάμων τὸν ἀριθμὸν ζ'. Ἃ καταπινόμενοι πρὸ τῆς ἐπισιμασίας, ὠφελοῦσι τοὺς τετραταΐζοντας, Ἃ ἀσπιδοδήκτους δὲ δίχα τῶν κυάμων καταπιθέντας. Ὑστρικῶς δὲ πνιγομένας ἀνακαλοῦντες ὀσφραινόμενοι. σὺν οἴνῳ δὲ ἢ ὄξει ποθέντες βδέλλας ἐξάγουσι. Δυσουρίαν τε παύουσιν ἐνθιθέμενοι τῷ οὐρητικῷ πόρῳ λεῖοι.

De Lectorũ cimicibus. Cap. XXXIII.

COreis ⌊Romani cimices dicunt.⌋ Cõtra quartanas febres fabarum cauis inclusi è lecto cimices numero septem, ante accessionem utiliter deuorantur. Iidẽ sine fabis per se contra aspidum morsus eadem utilitate deuorantur. Olfactu strangulationibus uuluæ concidentes excitant. In uino præterea aceto'ue poti haustas & gulæ inhærentes hirudines pellunt. Soluunt & urinæ angustias concisi & eius canali inditi.

INTERPRES.

INter tam multos nocturnos hostes qui placidam & longiorem nobis inuident quietem, curas, solicitudines, amores, metus, gaudia, dolores, & quæ sordibus nata, humano sanguine uescuntur insecta, nulli cimicibus grauiores, qui morsu excitatos teterrimo etiam odore torquent. Fœdissimum sanè animal, dictu quoq; fastidiendum cimex, ob quem non male descensurus ad inferos Bacchus in lepidissimo Græcorũ Comico iter illud ostendi sibi precabatur, & eas dari cauponas, in quibus paucissimi cimices essent. Nihilominus concordia illa rerum & repugnantia, quæ totam duce natura explet medicinam: quod homini prodesset, aliquid in eis esse uoluit: non omnibus, nam in lectis inueniuntur cimices, inueniuntur & in oleribus aliquot, præsertimq; in malua, quos Plinius agrestes nominat: Sed hi tantum qui circa nos nati, contra quartanas à Dioscoride numero septem cauis fabarum inclusi, deuorari iubentur. Quod remedij genus falsum, nec referendum Plinius dixit damnauitq;, agrestibus tantum cimicibus id tribuens: & præter fabas ouo cera'ue includi ostendens. Quod miretur aliquis in eo, qui noua superstitiosaq; hæc in medicina remedia magnopere amaret. Nos in plebe & agro uidimus aliquando id fieri: dariq; in cunctis febribus sorbendos tritos in puluerem cimices. Contra aspides prodesse eosdem testis itidem Plinius. Sed quod nouisse in Dioscoride oporteat, non καταπλασθέντας: id est illitos ut ferè Græci omnes habent, sed ut in melioribus adhuc legitur καταπιθέντας, quod est deuoratos.

Περὶ κουβαρίδων.
Κεφ. σκέ.

Ὄνοι οἱ ὑπὸ τὰς ὑδρίας, ζῶά εἰσι πολύπεδα. σφαιρούμενοι κατὰ τὰς ἐπαφὰς τῶν χειρῶν. οὗτοι πιθέντες σὺν οἴνῳ βοηθοῦσι Δυσουρίᾳ τε Ἃ ἰκτέρῳ. διαχρισθέντες δὲ μετὰ μέλιτος συναγχικοὺς ὠφελοῦσι. καὶ πρὸς ὠταλγίαν δὲ λεῖοι σὺν ῥοδίνῳ θερμανθέντες ἐν κελύφῳ ῥόας ἐνσταγέντες, ἁρμόζουσιν.

De Multipedis uermibus quos Græci onȣs dicunt. Cap. XXXIIII.

ONȣs ⌊Romani à numero pedum millepedas, centipedas, & multipedas dicunt.⌋ Quæ in aquosis & humidis agunt multipedæ, multis pedibus ingredientia animalia sunt. Natura his est cum manibus hominum tractantur, in globum circumagi. Medentur multipedæ suffusis felle, & urinę angustijs in uino potæ. Ex melle ijsdem utiliter anginæ inunguntur. Quinetiam concisis & in malicorio addito rosaceo calefactis, mox in aures instillatis, eorum doloribus medentur.

INTERPRES.

NOtæ omnibus multipedæ hæ, nullibi non in humidis & aquosis nascentes: Græci à liuido colore ὄνους quasi asinos eas uocauerunt; antiquiores Romani à numero pedum: nostra ætas & gens à totius corporis specie porculos uocauit. Eas nos in aquosis & humidis agere potius quàm sub situlis diximus, Paulum Aeginetam & rem ipsam secuti. Frequentiores enim in humidis quàm sub aquarijs uasculis inueniuntur: & ille non ὑπὸ τὰς ὑδρίας: quod est sub hydrijs: sed ὑπὸ τὰς ὑδρείας quod est, ubi hauritur & tractatur aqua, inueniri & agere multipedas has dixit. Meminit earum libro quinto de animalium historia Aristoteles, quo loco de pediculis animalium agit, quos in piscibus similes multipedis his esse dixit, præter quàm in cauda quam illi latiorem habent: uocauitq; ὄνους πολύπεδας, id est multipedes asellos: quoniam ὄνου, id est aselli nomen hoc commune uagumq; per multa animalia in Græcis sit: nam & in quadrupedum genere, piscium, & locustarum aselli nomine aliquid indicatur: quam ob causam multipedes ille adiecit, idq; animaduertentes Latini ueteres, à pedum numero multipedas eas uocauerunt.

De Blata

περὶ Σίλφης.
κεφ. σκς'.

Σιλφης δ' ἐν τοῖς ἀρτοκοπίοις εὑρι-
σκομένης, τὰ ἐνδεδριβόμενα
σὺν ἐλαίῳ ἢ ἐφόμενα ἢ ἐνσαζό-
μενα, ὠταλγίας παύει.

De Blatta Lquæ circa molas & in piſtrinis inuenitur.J Cap. XXXV.

SIlphen LRomani blattã ſimpliciter dicũt.J Blattæ quæ circa molas & in piſtrinis inuenitur conciſa decocta'ue cum oleo interanea, aurium dolores inſtillata finiũt.

INTERPRES.

LOnge breuior q̃ Plinius in blattarum remedijs Dioſcorides eſt: ille longiore hiſtoria blattarum genera omnia, & ſingulorum priuatim remedia aliquot proſecutus eſt: hic in uno genere unum tantũ remedium docuit. Cauſam peritiores conijcient. Nobis ad ſuſpicionem inclinat animus, facitq; in aliorum abundantia tanta capitis huius paupertas & breuitas, ut ſuſpicemur non eſſe integrũ hoc caput: neq; ex antiquioribus & melioribus Græcis quæ id oſtendant coniecturæ deſunt: Sed male ſola ſuſpicione de re aliqua cenſetur, ob id conſulto eas relinquimus. Eſt autem in Plinio locus lib. xxix. capite v.

περὶ πνεύμονος θαλασσίου. κεφ. σκζ'.

Πνεύμων θαλάσσιος προσφατος
λεανθεὶς προσαγιῶντας καὶ χυ-
μενδλιῶντας, ὠφελεῖ καταπλασσόμενος.

De Marino pulmone. Cap. XXXVI.

PNeumona Thalaſſion LRomani marinũ pulmonem dicunt.J Podagris pernionibuſq; utiliter illinitur conciſus recens marinus pulmo.

INTERPRES.

QVales in mari pulmones ſunt, nouerunt qui ad mare habitant, fruticum natura magis q̃ piſcium, & in eorum cenſu & ordine, quæ à ueteribus Græcis φύφυτα, medio inter plantas & animalia habitu dicta ſunt. Nomen illis ſimilitudo fecit. Plurium dierum in pelago hyemem pulmones marini portẽdunt, & in ſanandis hominum aliquot morbis egregias habent uires. Hic inter cætera pernionibus mederi ait, malo quod per hyemẽ in pedum manuumq; digitis fiat, nec minus & in poſteriore calcaneo, quã partẽ Græci πέρνην dicunt: Latini una relicta litera pernam, & ab ea perniones uocauerunt: Tumet in illis primũ & liuet caro, exulceraturq; facile locus, niſi remedio aliquo occurratur.

περὶ χοιρίου πνεύμονος. κεφ. σκη'.

Ὁ δὲ χοίριος, καὶ ἄξηρος, καὶ ἄξυφος πνεύμων,
τὰ ἐκ τῶν ὑποδημάτων πεπατημένα
ἐπιλαθέμενοι, ἀφλέγματα πεποιοῦσιν.

De Animalium aliquot pulmonibus. Cap. XXXVII.

ARcentur excitãdæ in pedibus calceorum attritu inflammationes, impoſitis ſuillo, agnino, urſinóue pulmõibus. Quin etiam uulpis ſiccatus pulmo ſuſpiriofis utiliter bibitur. Auribus præterea inſtillatus eiuſdẽ adeps, earum dolores finit.

περὶ ἀλώπεκος πνεύμονος. κεφ. σκθ'.

Καὶ ὁ τῆς ἀλώπεκος πνεύμων ξηρανθεὶς καὶ πε-
θεὶς, ἀθμαλικὸν ὄνινησι. καὶ τὸ σέαρ δὲ αὐτῆ
λακὲν καὶ ἐγχυθὲν, ὠτῶν πόνον παύει.

INTERPRES.

SPirandi officina pulmo eſt, attrahens ac reddens animã, iccirco ſpongioſus ac fiſtulis inanibus cauus: quibus aperiens ſe, excipiat: contrahẽs uero, aërem reddat: eamq; ob cauſam operatione follibus in fabrica, figura autem bubulæ ungulæ ſimilis eſt. Pretioſum uitæ inſtrumentum, & quod non ratiõe hac tantum eam à morte diſtinguat, ſed ex beſtijs quadrupedibusq; aliquot homini medicinam faciat: Quã nos certius docere cupientes, quod in impreſſo codice legebatur ὑδλάτων quod aquarum ſignificat, ὑπολιμάτων, id eſt calceorum neceſſario mutauimus. Obſeruauimus etiam in uulpino pulmone monere Paulum Aeginetam, non ſimpliciter ξηρανθέντα quod eſt ſiccatum, ſed σκιλιτευθέντα, id eſt ſale inueteratum ſuſpirioſis prodeſſe. Quod adijcere his placuit, ut ſiccandi eius exti certiorem rationem legentes haberent. Credimus præterea ex communi adipum hiſtoria & remedijs, quæ non multo poſt tradentur, male in hoc caput translatũ eſſe, quod ad uulpinum adipẽ pertinet: proprius enim illic locus adipi eſt: & importune docetur hoc loco, quod alibi docendum omnino eſt. Nihil tamen mutare auſi ſumus, nullam legentibus ex copia iacturam fore opinati: & quod in bono ſemper fit, decies repetita prodeſſe. Factũ id ut credimus ab aliquo eſt, dũ uult omnẽ ex uulpe medicinam uno eodemq; loco habere.

περὶ ἥπατος ὀνείου. κεφ. σλ'.

Ἧπαρ ὄνου φαγεθιόμενον, ἐπιληπτικοὺς
ὠφελεῖ. νήστις δὲ λαμβανέτωσαν.

De Aliquot animaliũ iocinoribus. XXXVIII.

HEpar LRomani iecur dicũt.J Prodeſt comitialibus in cibo toſtum aſini iecur: ſumpſiſſe autem id ieiunos oportet. Quæ ex toſto caprino iecore deſtillat ſanies, luſciofis quos Græci dicunt nyctalopas, utiliter inungit.

περὶ ἥπατος αἰγός. κεφ. σλέ.

Τοῦ δὲ ἥπατος τῆς αἰγὸς ὀπτωμένου, ὁ ἀπὸ
ξέοντι ἰχὼς ἐγχυθόμενος, νυκτάλωψιν ἀσμόζει.

Vtile

κἂμ τῆς ἀτμίδα δὲ ἧς ἐφομένου αὐτῇ δέχηται, ἀνεωγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς ὠφελεῖται· ἀσμόζῃ δὲ καὶ ἐσθιόμενος ὑπὸ πρὸς τὰ αὐτά. φασὶ δὲ οἱ ἐπιληπτικοὺς ἐλέγχεσθαι γόνατα μάλιστα τράγιον ἧπαρ.

Περὶ ἥπατος κάπρου. κεφ. σλς'.

Ὁ δὲ τοῦ κάπρου ἧπαρ νεαρὸν ὀπτὸν λεῖον σὺν οἴνῳ πινόμενον, ἕρπετοῦ ἢ ἀσπίδος ἢ ἄλλου δήγματα ὠφελεῖ.

Περὶ κυνὸς λυσσῶντος. κεφ. σλζ'.

Κυνὸς λυσσῶντος ἧπαρ βιβρωσκόμενον ὀπτὸν ὑπὸ τοῦ δηχθέντων ὑπ' αὐτοῦ, ἀπροσπτώτους ὑδροφοβίας τηρεῖν πιστεύεται. χρῶνται δὲ εἰς προφυλακὴν τοῦ δακόντος, ὧν δοῶντες εἰς κυσίν τε καὶ πτισάνην τοῦ βεβιχίου.

Περὶ ἥπατος αἰθυίας. κεφ. σλθ'.

Αἰθυίας ἧπαρ σκελετόν τε καὶ πόδες μετὰ λεπτομελίτου κοχλιδίων τοῦ πλήθους, ἐκβάλλει δὲ εὐτόνως.

Vtile preterea dũ id torretur, fumo eius uaporari apertos luſcioſorũ oculos, prodeſt & toſtũ in cibo ad eadẽ caprinũ iecur. Deprehendíq; comitiales eodẽ cibo ferunt, præcipueq; ex hirco. Serpẽtium quadrupedumq; morſibus ſuccurrit recens aprinum iecur & ficcum, ſi tritum cum uino bibatur. Creditur & rabidi canis iecur tutos à metu aquæ ſeruare, quos idẽ ille canis rabiens momorderit, toſtum & in cibo ſumptum. Quin etiam ad periculi illius præcautionem canino dente eius qui momorderit canis ututur, folliculo ex aluta claudentes, & ex brachio ſuſpendentes. Secundas poſtremo pellit ſale inueteratum mergi iecur, duorum cochlearium pondere cum dulci aqua potum.

INTERPRES.

COntinuata hiſtoria in uetuſtioribus & melioribus Græcis de aliquot animaliũ iecore agitur, neq; abre: Male enim à toto partes, & à genere ſpecies alterius rei interceſſione ſeparantur: eoq; nos fidẽ & rei rationẽ ſecuti, de omni in ſcriptore hoc iecore deinceps egimus: nihil Dioſcoridi nocituræ ab impreſſo codice mutationẽ hanc noſtrã opinati: præſertim, ut diximus, melioq; uetuſtioq; fide & rei neceſſitate confirmatã: neq; ex his quæ reliqua in animalibus mox dicẽda erunt quidpiã auferentes. Multũ longeq; plus q̃ cordi, iecori detulerunt antiqui aruſpices, caput extoq; in eo conſtituentes, & eius notas omnes ad futuram fortunã diligentius obſeruantes. Plato etiã excepta iracundia, affectionũ aliaq; omniũ noſtraq; ſede in eo conſtituta, multas & graues quæ in exto illo fiunt labes ut nos credimus contẽplatus eſt: pro quarum multiplici curatiõe ut aliquã naturæ gratiã idẽ referret, medicinæ ſe miſcuit: & ex diuerſis animalibus diuerſa curauit & adhuc curat mala: Priuatimq; ex caprino pecore oculorũ uitiũ quod Græci νυκτάλωπα, Latini luſcioſos & nuſcitioſos (niſi in ſexto corrupta nuſcitioſi uox ſit) appellauerunt. Non ſunt de humani oculi uitio hoc eadẽ antiquis medicis decreta, aliſs aliter de eo cenſentibus. Quinetiã Galenus ipſe in diffinitione eius à ſeipſo diſſidet: Nyctalopas primũ in diffinitionibus dicens malũ & affectionẽ oculoq; eſſe, cuius manifeſta cauſa non ſit: accidereq; eo malo affectis, ne per diẽ uidere poſſint, nocte aũt poſſint: nec ultra hæc aliud addidit. In Iſagoge ſua deinde nyctalopas eos dici teſtat, qui per diẽ minus, occidẽte ſole amplius, p̃ nocte poſtremo certiſſime uideãt: aut cõtrà, per diẽ paq; ueſpere aũt & noctu nihil: Quaſi utroq; modo nyctalopes dicant, bifariãq; id malũ fiat, & ſint qui in luce diei paq; ſemper uideãt, in nocte aũt & tenebris uideãt: aut cõtrà, non uideant. Celſus lib. VI. ad eos id malũ cõtraxit, qui interdiu ſatis, noctu nihil cernunt. Paulus Aegineta cui æque q̃ aliſs credendũ eſt, Nyctalopas dici ait quoties acciderit, ut interdiu uideat homo, occidente deinde ſole minus, noctu poſtremo nihil. Plinius & ex ueteribus pleriq; aliq; modo nocturnas cæcitudines, modo aciẽ ueſpertinã appellãt: utroq; modo oculorũ imbecillitatẽ hanc ſignificãtes. Iurecõſulti etiã, quoq; in hoc teſtimõio fides paruifaciẽda omnino non eſt, nyctalopa dicũt hominẽ, qui neq; matutino tempore uidet, neq; ueſpertino: utrũq; genus & ipſi cõplexi: eum ſcilicet hominẽ qui interdiu uideat, noctu aũt nõ uideat: & eũ qui interdiu paq; aut nihil uideat, ueſpere aũt & noctu ſatis uideat: Id enim nobis intellexiſſe uidentur, dicentes neq; matutino neq; ueſpertino tẽpore uidentes: niſi enim ſic locus ille intelligatur, cæcũ nõ nyctalopã deſcripſiſſe uidebuntur. Eſt aũt locus de ædilitio edicto. Nobis ex his quæ obſeruauimus inclinat animus, una appellatione in Græcis nyctalopis, in Latinis uero luſcioſi utroq; modo malũ id ſignificari: etſi nominis ratio eos tantũ indicare uidetur, qui per diẽ paq; aut nihil, noctu autẽ & in tenebris ſatis & certe uident. Et præter hæc in iecorũ medicina illud animaduertendũ, non legi in omnibus Græcis, prodeſſe apri iecur ſerpentiũ morſibus καὶ πλωῶν quod eſt uolucrũ, ſed eſt in quibus una tantũ mutata litera κτλωῶν, q̃d quadrupedũ ſignificat, certiore q̃ in uolucribus ſenſu, quibus non eſt natura mordere: ideoq; nos pro uolucribus quadrupedes uertimus. Quamq; in arcẽdo ex rabidi canis morſu metu aquæ Dioſcorides προφυλακὴν uocat, maluimus præcautionẽ q̃ aliter dicere, nominis rationẽ, & in hoc ipſo ſcriptore eius uſum ſecuti: qui quo loco de uenenis agit, προφυλακὴν id eſt præcautionẽ appellat, qua uti homines decet, ne decepti aut incauti ueneno aliquo pereant: Qualis ea eſt, cum iubet in ueneni ſuſpicione præſumi aliquid, rutã uerbi cauſa, nucib

Περὶ Αἰσήιου ἄρρενος ἐλάφου. σλά.

Ἐλαφοῦ ἄρρενος ἐλάφου σὺν οἴνῳ πρεθὲν μέλαν, τοῖς ὑπὸ ἐχιδνῶν δηχθεῖσι βοηθεῖ.

De Maris cerui genitali. XXXIX.

EDœon Romani genitale dicũt. Succurrit uiperæ morsibus tritũ cũ uino potũ maris cerui genitale.

INTERPRES.

CErtius libro vi. remediũ hoc Paulus Aegineta docuit: ficcari enim prius, tum teri, ficq; cum uino bibi genitale id cerui iussit: additq; misceri remedijs, quæ ad uiperarum morsus componuntur.

Περὶ ὀνύχων ὄνων. Κεφ. σλβ'.

Ὄνυχες ὄνων καέντες ἢ πρεθέντες ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς πλῆθος κοχλιδίων μυοπάρων, ἰσοξύνῃ ἐπιληπτικοὺς ὠφελοῦσι. ἐλαίῳ δὲ φυραθέντες χοιράδας διαφορεῖσιν. ὠλοπλαθέντες δέ, χυμέτλας θεραπεύουσι.

Περὶ Αἰγῶν ὀνύχων. Κεφ. σλδ'.

Οἱ δὲ αἰγῶν ὄνυχες καέντες, ἀλωπεκίας καταχριόμενοι σὺν ὄξει θεραπεύουσι.

De Asini capraeq; ungulis. Ca. XL.

ONychas Romãi ungues dicũt. Ferunt comitialibus prodesse in cinerẽ cremati, & aliq̃t diebus poti cochleariũ duos põdere asini ungues. Idẽ crematos cinis oleo maceratus, strumas & pniões illitus sanat. Caprinæ uero ungulæ cinis, defluuio capilli q̃d alopeciã dicũt, ex aceto inũctꝰ medet.

INTERPRES.

DEsiderabunt non sine causa, frustra tamen legentes, quo humore dilutus asininæ ungulæ cinis comitialibus bibendus sit: nihil enim aliud in scriptore hoc legitur, & nos ex alijs scriptoribus nihil habemus quod in ea re moneamus. Iudicio id medicorũ seruabitur, qui malo illi noxios humores omnes uitabunt, quale in primis uinum est.

Περὶ Λιχώνων ἵππων. Κεφ. σλε'.

Λειχῆνες ἵππων, εἰσὶ δὲ τύλοι κατ' ἐπιγραφὴν συμπεπλωμένοι ἐπὶ τοῖς γόνασι καὶ ἐπὶ ταῖς ὁπλαῖς. πρέπει λεῖοι μετ' ὄξους, ὠλικφίας ἰσοξοῦντι δεραπεύει.

ἐπιναφλὼ

De Equorũ lichenibus. Cap. XLI.

LIchenas Romani pariter Græcis lichenes dicũt. Tradunt comitialibus remedio esse triti & in aceto poti equorũ lichenes. Calli hi sunt in equorũ genibus & supra ungulas, in flexu earũ partiũ durati.

INTERPRES.

Lichenes. λιχῆνες.

CVtis uitium & aspredo Græcis lichen est, Latini impetiginem id malum dixerũt: eius natura est, quoniam ex salsa pituita flauaq; bile fit, ut quales ex fictilibus crustuosæ squamæ decidunt, cum salsugo in eis aliquandiu fuerit, sic ex hominis cute squamulæ etiã decidant. Hæ cum diutius in cute hæserint, callosam contrahunt duritiem: & ab harum similitudine in genibus & unguibus equorum excrescentes callos lichenas græci dixerunt: quibus ad medicinã usa est antiquitas. Meminit earũ Plinius lib. xxviii. cap. x. meminit & Paulus Aegineta, qui præter q̃ comitialibus omniũ uenenatorũ morsibus mederi etiã ait. Facile est in equis id uitium obseruare. Plinius adnatũ in his equi partibus os esse dixit: Hic nõ magis os, q̃ quo uoluerit aliquis nomine appellare. Non esse autem os indicat quod hic ait, ἐντετυλωμένους, quod est in calli duratos: fieriq; κατ' ἐπιγναφλὼ non κατ' ἐπιγραφλὼ. Nihil enim hoc significat: illud autem ἀπὸ τῶ γνάμπτειν, quod est flectere, in flexu genu & unguis fieri & durari ait.

Περὶ καπυμάτων. Κεφ. σλέ.

Τὰ δὲ ἀπὸ τῶν καπυμάτων παλαιὰ δέρματα, κεκαυμένα καὶ πλάσα καταπλασσόμενα, πυρίκαυτα καὶ παραξίμματα, καὶ τὰ δηκτικὰ πρὸς ἀκμάτων θλίμματα, θεραπεύει.

De Veterꝫ calceamentorũ corio. Cap. XLII.

CAttymata Romani coriũ ex uetere calceamento dicunt. Cremantur ueteres calceamentorũ soleæ: tritusq; cinis, ambustis, intertriginibus, & ex calceis pedum attritibus utilissime illinitur.

INTERPRES.

SIccat cremati corĩ cinis, ideoq; exulcerationibus medetur: in quem usum non satis integro sensu illini hic iubet. Desiderat enim ex q̃ liquore aut unguine illinendus sit. Barbarus ex lini oleo fieri id ait, cũ tamen in scriptore hoc quod hactenus legerim, nihil huiusmodi inueniatur. Nos illud monemus, nõ esse herbarij, & eius qui medicã materiã tantũ doceat, usum eius docere. Priuatim enim à medicis instituẽdus & tractãdus hic est: ideoq; non esse certam eius rei disciplinã, sed oportere medicum his uti, & in usu ea addere quæ utiliora & aptiora fore ille coniecerit.

Περὶ Ἀλεκτορίδων. Κεφ. σμ'.

Ἀλεκτορίδες ἀναχιθῆσαι καὶ ἐπιτεθῆσαι ἕνθρυμοι, τοῖς ἐρπετῶν δήγμασι βοηθοῦσι. δεῖ δὲ συνεχῶς ἀλλάσσειν.

De Gallinaceis. Cap. XLIII.

LEctoridas Romani gallinaceos dicunt. Succurrunt serpentiũ morsibus dissectæ, & ita ut tepebunt impositæ gallinaceorũ carnes: crebro tñ & subinde mutãdæ sunt.

Datur

περὶ ἐγκεφάλου ἀλεκτρυόνος. κεφ. σμά.

Ὁ δὲ ἐγκέφαλος αὐτῶν ἐν πόμαλι θηριοδάκτοις σὺμ οἴνῳ δίδοται. ἐν τοῖς ἐκ μιῶν γλωσσαγίας ἐπέχει. τὸ δὲ ἄρρεν δὲ ἐπὶ τὰ ἐν-ρόμενον τῇ κολίᾳ κεφαλέες. ἀπὸ δὲ ἐν ταῖς ἐφθίσεσι ἐκκαιθὲν, ἄσμό ζεσομαχικοῖς, λεῖον μετ' οἴνου πινόμενον. ὁ δὲ ζωμὸς τὸ νόσακος μάλιστα δίδοται ἐπὶ κρόσεως χάσιμ φυλοτήτων, ἐπὶ τὴν σόμαχον πυρουμένων λιτῶς σκληθείς. ὁ δὲ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων, δίδοται πρὸς καθαρσιν κοιλίας. ἐξελόντας δὲ τὰ ὦτα ἐν ἀντεμβάλλειν ἅλας. καὶ καταξέαφαν τας ἑψῶν μετὰ ὕδατος ξεσῶν κ'. κατάγοντας εἰς κοτύλας γ'. δίδοται δὲ πᾶν ἐξαυθεραθέν. ἔνιοι δὲ σὺν ἐφθοῖσι κράμβῃ θαλασσίαν. ἢ λινόζωστιν. ἢ κυνίκον. ἢ πολυπόδιον. ἄγει δὲ πάχος ὠμόν. γλοιῶδες. μέλαν. ἀσμόζει δὲ πυρετοῖς χολώδεσι. καθαρτικοῖς. ἐμπυήμασιν. ἀσθενικοῖς. ἡ δὲ κολία τούτων ταρίχευθεῖσα καὶ ἐκ γανθεῖσα ἐν σκιᾷ, ἐπὶ ταῖς ὑπερκαθάρσεσι ταῖς ἀπὸ φαρμάκων κενωτικῶν, ὅσον γ'. λαμβανομένη, βοήθημά ἐστιν ἄριστον. ἴσχει γὰρ τὸ χρῖμα τῆς κενώσιος. δίδοται δὲ τρίμμα πρὸς ἐνιαυτὸν μετὰ ὕδατος πίνειν.

Datur & in potione cum uino contra uenenatorum morsus gallinaceorum cerebrū. Compescit idem ex cerebri membranis erumpentē sanguinē. Quæq; in interiore parte uentriculi maris gallinacei corneis ramētis similis mēbrana hæret, & quæ in coctura eius detracta abiicitur, siccata primum, mox trita, cibum in stomacho nō continentibus, cū uino utiliter bibit.

*

Gallorū uero in senectute ad purgandā aluum datur. In quem usum oportet exemptis interaneis omnibus pro his salem indere: consutumq; gallū in aquæ sextarijs uiginti, usq; dū ad heminas tres decrescat, coquere. Post quod tēpus datur bibendum totū sub dio antea refrigeratū. Quidā coctu ræ eius adiiciunt marinā brassicam, aut mercuriale herbam, aut cnicum, aut polypodium quæ filicula est. Trahit hoc ius crassa, cruda, glutinosa & nigra. Vtile idem diutinis febribus, suspiriis, articulorū doloribus, & stomachi inflāmationibus. Eorundem in senectute gallorū uētriculus sale inueteratus, & in umbra siccatus, pondere trium unciarū sumptus, præsenti remedio est contra nimias purgationes, quæ à deiicientibus aluum medicamentis fiunt: quamprimum enim purgationes eas sistit: in quem usum terendus est, & cum aqua bibendus.

INTERPRES.

Libet hoc loco exclamare, non quod inuēto Osiride Aegyptus quondam exclamabat, inuenimus, lętamur, sed quod Plinius & ex antiquioribus pleriq; alij lamentati sunt, nullibi minus q̄ pro uita diligentem hominem, nec alicubi negligētiores q̄ prō suæ gētis salute principes esse: qui dum aut quæstuosiores exercent artes, aut in maiore fortuna uoluptatibus & ocio languent, inutiliter sibi cætera perire patiuntur. Nec pro bonis artibus earumq; professoribus id saltem agūt quod Plato in legibus suis cauit, ne cui nouum in populo carmen edere liceret, quod non à sapientioribus in ciuitate probatum antea fuisset. Intelligebat enim sapientissimus uir, quātum uitæ & moribus officeret, quod non ante à sapientibus probatū, receptū à uulgo fuisset: & q̄ difficilē emēdationē haberet, quod lōgiore usu placere iā incœpisset: parūq; fœliciter hui iuscemodi aliqd in populo tentari, qui famæ seruiens, ineptus ut Flaccus ait, nomina magis q̄ res admirat: & in conuellenda aliorū qui sibi semel placuerunt dignitate & æstimatione, solā inuidiam cogitat. Quod nobis in toto hoc opere euenturū iampridē sentimus. Non ideo tamen cessabimus, nec à cōsilio laborēq; hoc nostro remorabitur nos quicunq; eius in populo fuerit sensus: nec pigebit pro ueritate, quę ab alijs parum caute edita in Dioscoride fuerunt, suis locis signare: in quo genere illud est, quod à nobis hoc capite relictū fuit: haud sanè quia ignoraremus quid quantūq; Dioscoridi illic perijsset, sed ut certius intelligerent legentes, q̄ secura huius scriptoris interpretatione cęteri usi sunt: qui aut nō deprehenderint, quātum sibi in gallinaceis suis deesset: aut si deprehēderint, q̄ inepte eam iacturā dissimulauerint, cōtinuato sermonis ductu tradentes, quæ decurtata nō poterant integrum corpus ostendere. Locus est non procul à medio capite post historiā & medicinā membranæ illius quæ ex interiore parte gallinaceorū uentriculis exemptilis hęret, cornu ramētis similis: A' qua statim trāslato ad esculētum gallinaceorū ius sermone, ut passim excepto uno in cunctis Græcis legitur, Dioscorides ait: ὁ δὲ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων δίδοται &c. non aliter q̄ si quis cogitata inter iuniores & seniores omnium hominum diuisione, relicta totius numeri & generis altera parte, inferret: seniorum autem &c. quo sermonis ductu aliquis imprudēter usus, desiderium alterius partis merito audientibus relinquit. Id ipsum & nos in ea parte passi sumus: legentes q̄ ὁ δὲ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων δίδοται &c. necessario desideraui mus quidnam daretur. Articulus enim præpositiuus ille ὁ masculini generis, substantiā aliquā exigebat. At ex his quę sequebantur, ratiocinari eam & cōiicere facile erat. Fatemur id quidē, non tamen legentis ratiocinatio & cōiectura integrum sermonē faciebat. Gōiunctio deinde illa δὲ quam Græcorū grāmatici docent in sermone semper postponi, & aliā præpositionē μὲν semp sequi: audiatq; δὲ, oportere alterā illā μὲν præcessisse: integritati loci huius deesse aliquid ostēdebat. Quinetiā cū de gallis in senectute eodē hoc loco ageretur, de iunioribus egisse antea Dioscoridē uerisimile erat. Easq; ob causas uitium illic sentientes, non paruo labore inuenimus, quæ illic librariorum incuria perierunt: fueruntq; nobis in ea re auxi-

lio, antiquus primũ Dioſcorides & is præcipue qui Longobardis literis ſcriptus apud nos eſt, in quo uere & integræ lectionis ueſtigia multa ſunt. In eo ſiquidẽ à deſcripta interiore uentriculi mẽbrana illa, hæc ſtatim leguntur, barbare quidẽ, ut erat eorũ temporũ fortuna, ſed quod ad rem noſtram pertineat utiliter: Iuſcellũ minoris, æſtuationes ſtomachi miteſcit ſimpliciter cõpoſitus. Iuſcellum maioris uentrẽ mollit &c. Accedit huic deinde Serapion, eadẽ his licet non iſtdẽ uerbis dicens: Ius uero pulloꝝ gallinaꝝ ſolũ acceptũ confert proprie ad rectificãdam cõplexionem corporũ ęgrotantium, ſed maxime habentiũ inflãmationẽ in ſtomacho. Sed ius galli decrepiti, adminiſtrat ad laxãdũ uẽtrẽ &c. Nõ defuit poſtremo qui nobis in anguſto ſempꝫ adfuit antiquiſſimus & probatiſſimæ fidei quo uti licuit codex, in quo in eundem ſenſum hæc leguntur. καὶ ὁ ζωμὸς τῶν μὲν νόσακος μάλιστα διίσταται ἐπικράσεως χάριν φαυλοτήτων, καὶ ἐπὶ τοῦ στόμαχον πυρουμένων λιτῶς σκευασθέν. Quoꝝ hic ſenſus eſt: Daturꝫ eſculẽtũ ius pulluli quidẽ (ſic enim iuniorẽ nũc in gallinaceis dicimus,) ad emẽdanda in hoïe tẽperamẽti ſui uitia, & in ardoribus ſtomachi ſimpliciter confectũ. Quæ omnia ueluti teſtimonio, ſenſus & medicina. Nos ob eam quã diximus cauſam locum nõ inſtauraui mus: ſed poterunt uolentes ex cõmentationibus his noſtris id ſibi præſtare. Obſeruauimus præterea ut in Græcis deeſt quod pauloante diximus, ſic in antiquioribus Latinis nõ legi, quod in extremo capite in Græcis legiẽ: Eorundẽ in ſenectute gallinaceorũ, uẽtriculus ſcilicet, & uſqꝫ ad finẽ capitis. Nihil enim huiuſcemodi Serapion habet, nihil antiqua interpretatio, nihil poſtremo probatiſſimus mihi codex. Factum ideo eſt ut ſuſpicemur accreuiſſe eam Dioſcoridi partẽ. Nõ tamen eã expungimus, ſed medicos monemus, ad eam rẽ iudiciũ cẽſurãꝫ ſuã afferre: nã ꝓter hęc alienus etiã Dioſ. ſermonis in ea re ductꝰ nobis uideẽ. Nõ omittemꝰ & illud, uideri nobis ſextariorũ & heminarũ numeros, q hoc capite docẽtur, pro rei neceſſitate maiores: uitiũꝫ in eorum notis forte eſſe.

Περὶ Ωοῦ. Κεφ. σμϵ'.

Ωον τὸ ἁπαλὸν προσμύττουσι τοῖς ὀφθαλμοῖς. ϵ̓στὶ τοῦ ἁπαλοῦ τὸ σκληρόν. ἡ δὲ λέκυθος αὐτοῦ χρησίμη πρὸς ὀφθαλμῶν περιωδυνίας. ὀπτηθὲν σὺν κρόκῳ καὶ ξυδανίνῳ, πρός τε τὰς περὶ σκληρίον φλεγμονὰς καὶ κονδυλώματα, σὺν μελιλώτῳ. μετὰ ῥοδίνου δὲ ἡ κνίδος τηγανισθεῖσα, ϵ̓ρυθρὸν ἴσχει κοιλίαν, ϵ̓ὰν καθ' ἑαυτὴν δὲ προσενεχθεῖσα.

Περὶ Λευκοῦ τοῦ ὠοῦ. Κεφ. σμγ'.

Τὸ ὑγρὸν λευκὸν αὐτοῦ ὠμὸν ὂν ψύχει. ἐμπλάττει. πρόσκρουσιν ἐκχυμαλισθὲν ἐπ' ὀφθαλμῶν φλεγμαινόντων. καὶ ἀναπύματά τε οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι προχεῖμα ἐπιχριόμενον. πρόσωπά τε ἀνεπίκαυτα τηρεῖ. ἀνακόλλημά ϵ̓στι ῥευματιζομένων σὺν λιβανωτῷ καὶ τῷ μετώπῳ ἐπιτιθέμενον. φλεγμονάς τε ὀφθαλμῶν παύει ἐρίῳ ἀναληφθὲν μιτέντος αὐτῷ ῥοδίνου καὶ οἴνου καὶ μέλιτος. ὠμὸν δὲ ὄφελος θερμασίαν ποιοῦσι σὺν ἁλί. ἄκρον χλιαρὸν δὲ πρὸς κύστεως σκληρούς, καὶ ἕλκωσιν ὑφεῖ καὶ βραχυσμοὺς βραχείας ἀρτηρίας, καὶ αἵματος ἀναπωγάς, καὶ κατάῤῥους, καὶ θώρακος ῥευματισμοὺς ἀρμόζει.

De Ouo. Cap. XLIIII.

ON Romani ouum dicunt. Nutri endo magis eſt molle q̃ ſorbile ouũ: mollit rurſus quod duꝝ, & igne duratũ fuerit. Vtile oculoꝝ doloribus, additis roſaceo & croco, toſtũ oui luteum eſt. Vtile itidem cum ſertula campana ſedis inflãmationibus & condylomatis. Eſtur idem cum uua quam rhum diximus aut galla frixum, ad ſiſtendam aluum. Poteſt idem per ſe etiam ſumptum. Quod uero candidum in ouo eſt crudum, refrigerat, glutinat, & oculorum inflãmationes admotum lenit. In ambuſtis excitatã puſtulas prohibet, ſi quã primũ eo inungant. Non aduritur ſole facies eo inuncta. Compeſcit in oculos deſtillationes, glutini modo frõti addito thure impoſitũ. Quin etiam oculoꝝ inflãmatiões lenit lana exceptũ, tum admixtis roſaceo, uinoꝫ & melle impoſitũ. Crudũ contra hęmorroidis morſus ſorbetur. Sorbeẽ itidẽ exiguo calore tepens contra ueſſicæ eroſiões, renũꝫ exulcerationes, fauciũ ſcabritiẽ & aſperitatẽ, ſanguinis excreationes, à capite in ſubiectas partes & in pectus deſtillationes.

INTERPRES.

Oua Pythagoræ. κύαμοι Pythagoræ.

QVod iubebat quondã Samius ſapiens, qui ſapientiæ religionẽ ſapienter cõiunxerat, κυάμων ἀπέχεσθαι, in notiſſimo & uiliſſimo fabę legumine à poſteriobus exceptũ, creditumꝫ abſtinẽdũ homini ab eo legumine eſſe, ſapientiorẽ ex ouorũ natura in diſciplina eius rationẽ habebat: quã ille cõtẽplatus, ſanctamꝫ & inuiolabilẽ ſibi præſertimꝫ in animalibus eſſe cupiẽs, ut ab omnium animalium carnibus abſtinentiã præceperat, quoniã in illis aliquando uiueret quod in homine optimũ fuerat, à rationalibus pœnoïe ad bruta translatum: necui liceret ouis in cibo uti, pariter & eadẽ ratione iuſſit: nõ minus in principio animalis eius q̃ ſemine, q̃ in abſoluto iam animali naturæ noceri arbitratus: parꝫ homini fore ſcelus, in aue aut auis ouo peccaſſe. Eratꝫ ſibi & diſcipulis ſuis quotidianum meminiſſe iactareꝫ ubiꝫ ὅσον τι κυάμους ἐσθίειν, κεφάλας τινὰς τοκήων: q̃d eſt: nõ differre comediſſe oua, et parẽtũ capita: parꝫ in utroꝫ piaculũ et ſcelus hoï eſſe. Fuit hoc hois placitũ: decretaꝫ ſemel animaꝝ noſtraꝝ μετεμψυχώσει, quã nũc animarũ trãſmigrationẽ aliorũ exẽplo dicamus, nõ oïno abſurde & hoc p̃cipiebaẽ. Nã q̃d ad naturã ptinet, ultra principiũ gñatiõis & ſemẽ aliq̃d ouũ in ſe habet, mediũꝫ inter animal q̃dã & nõ animal ẽ: nõ aliter q̃ & inter uitiũ & uirtutẽ ſcietiãꝫ & ignorãtiã, ꝓfectus: q q̃tum ab altero extremo diſceſſit, tãtum ad alterũ acceſſit. Et qm̃ lateret in animaliũ ouis

ouis inceptum iam animal, ideo ex cõmuni illo abstinẽtiæ à carnibus præcepto hoc etiam præcipiebatur. Vocabantq; Pythagorici κνάμου notissimi leguminis appellatione nõ legumen sed ouum, q; quasi κύησις, id est fœtura animalis esset, & cõceptum eius intra se clauderet. Scio fore ut uideãtur multis nostra hæc noua, & cõtra alioꝝ Græcoꝝ Latinorũq; scriptoꝝ omniũ de hac ipsa re sentẽtias: sed nihil finxisse nos aliquis credat, & in noua re gaudeat ex antiquissimis scriptoribus nouã eius præcepti causam & interpretationẽ audisse: ex qua factum quõdam etiã est, ut purgãdis piaculis, lustrationibusq;, ouoꝝ quotidianus esset usus, lustraliaq; passim à poëtis uocarẽtur: & in Bacchi orgijs aliorũq; deoꝝ sacrificijs, ubi pro homine soluẽdum ali quid deo esset, adhiberẽtur. Omittimus quę in Orphicis & Bacchi orgijs in hac ipsa re obseruata ab antiquis traditũ tr: Id solũ ex eis repetemus, ideo religioni oua inseruisse, & in tãto honore cunctis gẽtibus fuisse, q; capiẽte omni mũdo tot animaliũ naturas & gña, nullũ ferè est in quo nõ ex ouo species aliqua nascatur. Vo lucres passim ouum gignũt. Aquatilia in mari pene infinita. In terrestribus lacertæ. In ambiguis & quibus in terra æque q̃ in aqua uictus est, crocodili. In bipedibus aues. In carentibus pedibus angues. In multipedibus attelabi: & ne longiores simus, in pluribus generibus alijs plura alia. Ob quę totã referre naturã credita fuerunt: & in religione ad placãda exorãdaq; numina gratiorem habere potestatẽ. Quæ licet modo studijs ijs inutilia sint, nec ea nouisse aliquod operæpretiũ homini sit, honestiorẽ tamẽ causam habẽt & laborẽ, q̃ siquis ad ganeã quę fierit & præceperit: Lõga quibus facies ouis erit, illa memẽto Vt succi melioris, & ut magis alba rotundis Ponere: nãq; marẽ cohibent callosa uitellũ, tam difficili in eis saporꝝ & sexus discrimine, ut nihil gulæ proceribus æque incertũ sit, & Columella lib. IX. cap. V. dixerit: Cum uolet quis q̃plurimos mares excludi, longissima quæq; & acutissima oua subijciet: & rursus cũ fœminas, q̃ rotundissima. Contrà Aristoteles lib. VI. de animaliũ historia his uerbis de eadẽ re agit: ἔστι δὲ τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ὠῶν θηλέα, τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ πυθμενόφθαρτα ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξύ, ἄῤῥενα. Quem locũ Gaza uertit: Quę oblonga sunt oua & fastigio cacuminata, fœminã edunt: quę aũt rotundiora sunt, & parte sui acutiore obtusa orbiculum habent, marẽ gignunt. Est sane in natura grauis autor Aristoteles: Columella tñ uillaticã pastionẽ ex quotidiana obseruatiõe & ex periẽtia docebat. Nec nostrũ est inter tã graues scriptores tãtas cõponere lites. Ob eã causam ad Dioscoridẽ reuersi monebimꝰ legẽtes, mollis, sorbilis, duriq; oui discrimina in nutriẽdo solã facere cocturã: quãtũq; ouo cocturę accesserit, tãtũ in nutriẽdo uirium illi accrescere. Et hoc est quod hic ait, magis q̃ sorbile nutrire terum ouum: quod nos ex Celso molle uertimus. Rursusq; magis q̃ tenerꝝ siue molle, quod igne duratum fuerit. Et ut tota res certius pateat, sorbile hic ouum uocat, quod in coctura cõcepto tãtum calore uix densari iucceperit, & liquidũ adhuc caleat potius q̃ coctum sit. Tenerũ deinde siue molle, quod ulteriore coctura densatum quidẽ, non tamẽ duratũ penitus fuerit. Durũ postremo siue igne duratũ, quod extrema coctura ad eam duritiem peruenerit, ut cõmanducari & teri dẽtibus opus sit. In quo ordine primũ illud & sorbile, ab usu & sumendi ratione sic appellatum, exiguas aut mediocres in nutriendo uires habet: Secũdum mox quod tenerũ siue molle duri cõparatione à nobis dictũ est, ampliore coctura densatũ, maiores in nutriendo uires acquirit. Durũ postremo quod nos igne duratũ etiã diximus, maximę in nutriẽdo potestatis est: & hic in duorũ usu gradus & quasi census nutriendi ab hoc scriptore traditur: cui addiderunt multa & certiora posteriores, medicis notissima, & à nobis ob eam causam relinquẽda: Quorũ pleraq; à Græcis omnia repetita in Corollario suo Barbarus etiam numerauit, qui ut hæc utiliter tradidit, sic nõ satis fœliciter uertit quæ in Dioscoride sunt, ἀνακόλλημα ἢ ἐστὶ ῥινματιζόμενον σὺν λιβανοτῷ καὶ τ μετόπῳ ἐπιτιθέμενον dicens: Cũ thuris polline frontibus perunctis rheumatismos reclinat. Ex Plinio enim accepto reclinãdi uerbo, uoluisse uidetur eadẽ Plinio nõ Dioscoridi hoc loco docere: & de reclinãdis palpebrarũ pilis in hoc scriptore præcipere, cum (nisi nos fallimur) non de reclinandis, cõpescendis, firmandis'ue palpebris hoc loco Dioscorides præcipiat, sed de cõpescenda omni à superiori parte in oculos destillatione, quam ob causam iubet fronti imponi. Quin etiam rheumatismi uox nõ pilorum fluxum, sed destillationẽ ex alia in aliam partem humoris alicuius significat: neq; in tota Græcorũ medicina certius frequentiusq; rheumatismorum uoce aliquid est. In causa (ut nos credimus) fuit, qua hic uoce usus est ἀνακόλλημα & ἀνακολλᾶσθαι uerbum, manifesta indicatione eorum, quæ lentore suo glutinant, aut naturæ suę ui fluentia firmant & retinent. Verũ ut uidẽ non ob eam causam ex ouo rum candido fieri ἀνακόλλημα Dioscorides ait. Sed quoniam glutinoso lentore fronti hæreret, ideo sic remedium appellauit. Nosq; hanc rationem secuti, compescere in oculos destillationes glutini modo fronti addito thure impositum diximus. Nec aliud in eo magis nos persuasit, q̃ participium illud ῥινματιζόμενον: quod nisi ad oculos, & in eos humoris destillationem referri non potest.

Sorbile.
Molle.
Durum.
Ouum.

Περὶ τεττίγων. κεφ. σμδ'.

Ἐπιγεις ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι, τοῖς περὶ τὴν κύστιν ἀλγήμασι βοηθοῦσιν.

De Cicadis. Cap. XLV.

Ettigas Romani cicadas dicunt. Succurrunt uesicæ doloribus tostæ & in cibo sumptæ cicadæ.

INTERPRES.

Idem ijsdem uerbis remedium & Paulus Aegineta docuit.

Περὶ Ακρίδων. κεφ. σμέ.

Ακρίδες ὑπερθυμιώμεναι, δυσουρίας μάλιστα τὰς ἐπὶ γυναικῶν ὠφελοῦσι. Λέγονται δὲ σάρκα ἀχρεῖαν ἔχουσι. Ἡ δὲ λεγομένη ἀκρὶς ἡ ἐρι-

De Locustis. Cap. XLVI.

Acridas Romani locustas dicunt. Vnæ angustijs fœminarũq; præsertim, sufitu locustę psunt. Nullus est carnis locustaꝝ usus. Quę in locustaꝝ gñe asi-

ξαχόσκη ἤ οὖθ, ἄπτερός ἐστι καὶ μεγαλόκωλθ. πρόσφατθ. ἐκφανθεῖσα δὲ σφόδρα σκορπισθήκρυς ὠφελεῖ πινομένη σὺν οἴνῳ. χρῶνται δὲ αὐτῇ κατακόρως οἱ ἡμιλέπτιμ λίβυες.

racos aſellus ue dicit, ſine alis craſſioribuſq; cruribus recẽs ficcataq; contra ſcorpionũ morſus cum uino utiliſſime bibitur. Vtuntur ea in cibo uſq; ad ſatietatem, qui ad Leptim Africam Lybes incolunt.

I N T E R P R E S.

VAriauit admirabili artificio locuſtas natura. Nec facile eſt toto orbe naſcẽtium colores, formas, motus, diſcrimina q; alia pene innumera cõmentationis huius noſtræ anguſtijs cõplecti. Nec qui hactenus id egerunt, totam expleſſe rem nobis uidẽtur, neq; immerito: Quis enim tot primũ in eodẽ colores facile deſcripſerit? quis tam diuerſas corpor q; formas? quis ingreſſus, ſaltus, uolatuſq; earẽ. Sunt enim quæ uirides, quæ nigræ, quæ liuẽtes, quæ aliqua parte hunc, aliqua illum colorem oſtendant? Sunt quæ uolantes tãtum, latẽtem antea colorem aliquẽ proferant. Sunt quæ ſimplicibus, quæ pluribus alis uolẽt: quæ alis carentes ſaltent: quę utroq; hoc motu priuatæ ingrediantur tantum. Sunt quæ longioribus, quæ breuioribus cruribus ſint: & in his pluribus breuioribus q; : & paucioribus longioribus q; internodijs. Sunt quæ canant, quæ mutæ ſint, quæ per diem, quæ in tenebris tantum audiãtur: & ne longiores ſimus, ſunt quę nihil homini in re ruſtica noceant, innõcentes q; à pueris capi ſe patiantur. Sunt contra quæ peſtem & calamitatẽ ſatorũ omnium totis regionibus afferant: illataq; fame antiquos agros deſerere ſæpenumero gentes coẽgerint. Quod malum uno tãtum cõtra ſcorpiones remedio repẽdunt. Vtq; plura ſunt in natura genera, ſic etiã pene infinita ueteribus earum nomina fuerunt. Nihilq; modo difficilius, q̃ attelabos, parnopas, maſtacas, molurides, tetapelyridas, cornopas: & alia in Græcis earẽ nomina digito ſignari, & dicier hæc ſunt. Generatim excepta afiraco quã & aſellum dicunt, ob eam ut nos credimus cauſam Dioſcorides de locuſtis egit. Nec priuatim ſtrangurijs, id eſt ueſſicæ ſtillicidio, ſed διουρίαις, id eſt urinę anguſtijs mederi ait: quo magis Barbarum demiror, qui ad delectationẽ certas Græcorum & Latinorum in morbis & remedijs uoces tantopere uariauerit.

περὶ φίνιθ.
κεφ. σμς'.

De Oſſifrago aue.
Cap XLVII.

ΦΙνιξ τὸ ὄρνεον ὃ ὀστοφάγον, τοῦτο ἡ κοιλία κατ' ὀλίγον πτισσομένη, λίθους ἕλκου ρεῖσθαι πρὸς ἰσορεῖται.

PHinida Romani oſſifragum dicunt. Auis hęc eſt, cuius uentriculus paulatim in potu hauſtus, ueſſicæ calculos fertur per urinam pellere.

I N T E R P R E S.

AVis poſtremi inter aquilas generis oſſifragus eſt. Nominis manifeſta omnibus cauſa. Lõgiſſime in aquilarẽ cenſu Ariſtoteles & Plinius de eo egerũt, & quod facile uolẽtibus inueniſſe fit: nihil nõ ab alijs dictum à Barbaro in Corollario ſuo repetitũ eſt. Non parua laboris & pretij mercede quęrẽda auis hęc erit, ſi (quod de ea fertur) ueſſicę calculos per urinam pellit. Sed q̃ uerum id ſit, non eſt teſtatus Dioſcorides, ἰσορεῖσθαι quod eſt tradi & ferri id, dicẽs. Sapienter quidem & caute in aliorum fidem & famã reijciens, quę teſtari ipſe non poſſet. Cuius morem & exemplum nos etiam ſecuti, nihil ultra citra' ue menſurã & ſignificationem uocum eius tradidimus: legentes q; in eo ἰσορεῖται quod eſt narratur & fertur, ferri & nos uertimus: ne ſi prę cipi, ut Barbarus fecit, dixiſſemus, ueterum prę cepto confirmari & probari crederetur, quod hic non ſua, ſed aliorum fide credi tantum uoluerit.

περὶ κορυλαλοῦ.
κεφ. σμζ'.

De Alauda ſiue Galerita aue.
Cap. XLVIII.

KΟρυλαλὸς ὀρνίθ ἰόμβῳ μικρόμ. ἔχομ κατὰ τῆς κορυφῆς ὑπρόχλιν ὥς πτ ταῶνθ. ὗτος ἑφθεὶς ὀπτὸς, κοιλιακοὺς ὠφελεῖ.

COrydalon Romani alaudam ſiue galeritam auem dicunt. Auicula alauda eſt in ſummo uertice panouum modo apicem habens. Hęc toſta & in cibo ſumpta, craſſioris inteſtini, q̃d colon Grę ci dicunt, doloribus medetur.

I N T E R P R E S.

VAriant in alaudę remedijs Latini ſcriptores & Grę ci. Paulus Aegineta ſimpliciter elixam (dico autẽ ſimpliciter in aqua tantum) ſumi diu iubet: hic aſſam prę cipit: Plinius non aſſam tantum ſumi, ſed cinerem eius etiam in aqua bibi. Adijcit q; quod ſuę ętatis teſtimonio & experientia confirmat, idẽ homini prę ſtare cor eius fœmini adalligatum, & recẽs tepẽs q; adhuc devoratum: plura q; alia, quę lib. xxx. capite III, uolentes nouiſſe in eo poterunt.

De

Περὶ Χελιδόνος. Κεφ. σμή.

Χελιδόνος νεοσσοὺς τοὺς ἐκ τοῦ πρώτης νεοσσοτοκίας αὐξομένης τοῦ σελήνης ἀνατεμὼν, εὑρήσεις ἐν τῇ γαστρὶ λίθους. Ἔχ ὧν δύο λαβὼν, ἕνα μὲν ποικίλον καὶ ἕτερον καθαρόν, πρὸ τοῦ ἐπιφαῦσαι τὸν γῆς φοίνισσαν ἐν δέρμα δασέος ἢ ἐλάφου, καὶ περιάψας βραχίονι ἢ τραχήλῳ, ἐπιληπτικοὺς ὠφελήσεις. Πολλάκις δὲ καὶ πανελῶς ἀπρακλασήσεις. Βιβρωσκόμενοι δὲ ὡς πρὸ ὀκυκαλίδες, ὀξυωπίας εἰσὶ φάρμακον. Ἡ δὲ ἀπ' αὐτῶν δὲ τέφρα, καὶ ἡ τοῦ μητέρων καθσῶν ὧν χύτρᾳ μετὰ μέλιτος χριόθεῖσα, ὀξυωρκίαν ποιεῖ. Ἀφορίζει δὲ καὶ συναγχικοῖς διαχριομένη. Καὶ πρὸς σαφυλὰς καὶ τοῦ μίων φλεγμονάς. Σκελετευθεῖσαι δὲ αὗται καὶ οἱ νεοσσοὶ, σωματχικοὺς ὠφελοῦσι πινόμεναι μετ' ὕδατος πλήθος ⊀ά.

De Hirundine. Cap. XLIX.

CHelidona Romani hirũdinem dicũt. Diſſectis ex prima fœtura ante pleniluniũ hirundinum pullis, in uentriculis eorum lapillos inuenies duos: ex quibus uerſicolore & uario altero, uniformi uero cõcoloréq; altero, priusq; terram attingãt, in bucculæ aut cerui aluta incluſis, & brachio collo'ue ad alligatis, comitialibus proderis: ſępiusq; omnino ad ſanitatẽ reſtitues: hirundines ipſæ etiam ficedularum modo in cibo pro medicamẽto ſumptę, oculorum adiuuant claritatem. Quin etiam matrũ pullorumq; in fictili crematorũ cinis ex melle ad oculorũ claritatem inungitur. Inungitur & in anginis eadem utilitate, & contra uuæ tonſilla rumq; inflammationes. Inueteratæ ſale eædem earumq; pulli, drachmæ pondere anginis cum aqua potæ opitulantur.

INTERPRES.

CHelidonios ab hirundinibus quas Græci chelidonas dicunt, Plinius lapillos eos appellat, qui in earum uentriculis inueniri feruntur: fabuloſosq; exiſtimat, & magicis artibus in medicinã illatos. Quod magis credendum in eo facit Paulus Aegineta, qui ſexto ſui operis libro de ſimplicibus his agẽs, crematarũ hirundinum cinere tantum in medicina utitur, anginisq; & ad oculorũ claritatem ex melle inungi præcipit. Recepit tamen antiquitas omnis, quæ de eis in ſcriptore hoc legũtur: eamq; ob cauſam qualia in Græcis Latinisq; omnibus adhuc leguntur, talia à nobis etiam reddita fuerũt: cętera omnibus eadem ſunt.

Περὶ Ἐλέφαντος. Κεφ. σμθ'.

Ἐλέφαντος ὀδόντος ξύσμα, πρὸς ὠχρότητας καὶ ἀπλασθὲν θεραπεύει. Δύναμιν δὲ ἔχει συπτικήν.

De Ebore. Cap. L.

ELephanta Romani ebur dicunt. Digitorũ reduuias ſanant illita eboris ramẽta, Eſt enim illi adſtringẽdi natura & uis.

INTERPRES.

QVæ nos eboris ramẽta diximus, Plinius ſcobem appellauit, eadẽ ſignificatione: & ſi ramẽtorum amplior q̃ ſcobis ambitus ſit. Ramẽta enim ueteres Latini dixerunt omnia, quę radendo, ſecãdo, incidẽdo'ue ex materia aliqua quaſi inutiles reliquiæ ſuperſunt: Scobem uero priuatim, quæ lima aut ſerra detrita cadũt. Eſtq; ramẽtorum uox cunctis his communis, & quaſi gẽnis appellatio: illa autem unius aut alterius rei tãtũ nota & ſignificatio. Dioſcorides ῥίνισμα dixit ſcobina, detritum ex ebore puluerem indicãs. Quam rationem ſecutus Plinius lib. XXVIII. ait ſcobe paronychia tolluntur. Nos communiorem & ampliorem rationẽ ſecuti, ramenta diximus, quocunq; ferramẽto detritũ ex ebore puluerẽ ſignificãtes: fecimusq; id autoribus aliis Græcorũ medicis. Paulus Aegineta nõ ex dẽtibus tãtum elephantis, quod ſolum ebur eſt, ſed ex unguium aliorumq; oſſium ramẽtis remedium hoc conficit.

Περὶ Ἀστραγάλου ὑός. Κεφ. σν'.

Ἀστράγαλος ὑὸς καὶς μέχρις ἂν ἐκ μέλανος λάμπτα λευκός, καὶ λεῖος πρὸς ἐμπνευματώσεις κώλου καὶ στόφους χρονίους ἴαται.

De ſuis talo. Cap. LI.

AStragalon Romani talum dicũt. Crematus donec ex nigro candido colore fiat ſuillus talus, tũ tritus potusq;, craſſioris inteſtini quod colon dicunt inflationibus: uetuſtisq; torminibus medetur.

INTERPRES.

NOn omni malo coli mederi cinerem ſuilli tali hic ſcriptor ait, ſed ex tribus eius generibus illi tãtum, quod ceſſante nec tranſeunte craſſo, & qualis peditu efflari ſolet ſpiritu, in eo inteſtino fit: habet eñ plures id malũ cauſas: fitq; aliquando cum iter eius membranulas craſſus pituitoſusq; humor ſubſederit: nõnunq̃ ceſſante nec tranſeunte illac ſpiritu, quale pauloante deſcripſimus. Sæpe ex eiuſdem inteſtini inflãmatione, aut ob acres erodẽtesq; humores dolorẽ acrimonia eroſioneq; ſua excitãtes: Ex his ſecundum illud genus ἐμπνευματώσεως, id eſt inflationis uoce indicaſſe uidetur. Coli malũ & dolor.

Περὶ Ἐλάφου κέρατος. Κεφ. σνά.

De Cerui cornu. Cap. LII.

Ἐλάφου κέρας κεκαυμένον καὶ πεπλυμένον, ἁρμόζει πινόμενον πλῆθος δύο ὀβολῶν κοχλιαρίῳ αἱμοπτοϊκοῖς. δυσεντερικοῖς. κοιλιακοῖς. ἰκτερικοῖς. κύστεως ἀλγήματι μετὰ τραγακάνθης. ξοϊκαῖς δὲ γυναιξὶ μετὰ ὕγρου τοῦ πρὸς τὸ πάθος ἁρμόζοντος. καίεται δὲ ἐν καμίνῳ κατὰ βληθὲν καὶ κοπὲν εἰς ὠμὸν χύτραν περιπεπλασμένῳ πηλῷ, ἄχρις ἂν λευκὸν γένηται. πλάσσεται δὲ ὡς καρμία. τὸ δὲ τοιοῦτον ἁρμόζει πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἕλκη καὶ ῥεύματα. καὶ ὀλόντας παραιρεῖται σμήχει. ὠμὸν δὲ δυμιᾶται, ἕρπετὰ διώκει. ἀπροσεδὲν δὲ μετ' ὄξους καὶ διακλυζόμενον, παραγωγεῖ γομφιάσεις.

ELaphu ceras L. Romani ceruinum cornu dicũt. ⌋ Crematũ in cinerẽ mox lotũ cerui cornu, contra ſanguinis expuitiones põdere cochleariũ duo, cum ſpinæ quam tragacantham appellant lachryma, utiliter bibitur: inteſtinorũ torminibus itidem, cœliacis, ſuffuſis felle, & ueſicæ doloribus. Bibitur pari utilitate etiã contra fœminarum fluctiones, in liquore aliquo ex his qui malo illi congruant. Crematur ceruinũ cornu, cremãdiq; modus & ratio hæc eſt: Secatur in fruſta cornu, ſectumq; in fictile crudum primo, mox luto circũlito opculo in fornacẽ cõiicit, uriturq; uſq; dũ albeſcat. Lauat dein cadmiæ mõ: utilisq; hic ciniſeſt oculorũ deſtillatiõib⁹ & ulceribꝰ. Dẽtifriciũ idẽ leuigãdis dẽtibꝰ utile, in quẽ uſum cõfricãdi eo ſunt. Serpẽtes crudũ ſuffitu fugat: coqt in aceto etiã cerui cornu, colluũtq; decocto illo utiliter molariũ dẽtitiõe facti dolores.

INTERPRES.

NOn placet quod in extremo capite dictum à nobis & ab alijs eſt, collui ceruini cornu decocto utiliter molarium dẽtitione factos dolores. Cur enim molariũ magis q̃ primorũ & caninorũ? omnium enim eadem ex inflammatione doloris cauſa & ratio eſt: Nec ſiccantibus qualis hic cinis eſt, ſed natiuo unguine molliẽtibus remedijs ad adiuuandas in pueris dẽtitiones uti antiquiores præceperunt: qualia ſunt gallinaceorũ adeps & leporis cerebrum: at in dentibus γομφίους molares tãtum Græci appellant: fatemur id quidem, & ab his γομφίασις facta uox, nihil niſi molarium dentitionem ſignificare poteſt: cõcedimus id etiã ſed hac conditione, dum certius aliquid & ad hanc rem aptius inueniatur. Inclinat enim animus nobis, ſignificari ea uoce aliud in cunctis dentibus malum: nec leuibus argumẽtis oborta nobis hęc ſuſpicio eſt, nõ ob eas quas pauloante diximus cauſas, ſed quoniã Galenus uſum ceruini cornu eſſe ait ad reſtringendam gingiuã & cõfirmãdos dẽtes. Quod & Paulus Aegineta etiã cũ de omni cornu lib. vi. agit, his uerbis teſtatus eſt: τὸ δὲ τοῦ ἐλάφου κερὰς μετ' οἴνου λεῖον. εἶτα πρὸς προσαγόμενον, ὀδόντας ἵστησι σφοδρῶς. Quod eſt: cerui aũt cornu triti ui noq; maceratũ mox circũlitum, mobiles ſiſtit dẽtes: & pauloante: οὖλα πλαδαρά, id eſt humẽtes & diffluentes gingiuas cõpeſcere idẽ cornu dixerat. Plinius etiã lib. xxviii. cap. x. dẽtes mobiles cõfirmare ceruini cornu cinerẽ teſtat, doloresq; eorũ mitigare, ſiue infricẽtur ſiue colluãtur. Addiditq; ſtatim, arbitrari quoſdã ad oẽs eoſdem uſus efficaciorẽ crudi cornu farinã eſſe, & dẽtifricia utroq; modo fieri: Quæ omnia eodẽ pertinent, ut dentibus nõ dẽtitionibus mederi ceruinũ cornu uideat. Antiqua etiã Græcorũ lexica γομφιασμὸν nihilo ferè in nominis cõpoſitione ἀπὸ γομφιάσεως differentẽ, ἀιμοδιασμὸν ὀδόντων interpretantur, id eſt dentium hæmodiam: quotidianã affectionẽ, in qua acerbitate aut aciditate cibi alicuius, præſertimq; nondum maturi pomi ſtupent dẽtes, nec alios cibos ſine dolore cõmanducare & cõficere poſſunt: quod malũ gens noſtra alligatos dẽtes appellat. Obſeruata à nobis de ceruino cornu in ueteribus hęc fuerunt, quæ inuidere alijs noluimus, ſi forte dubitationis huius noſtræ occaſione adiutus maiore ingenio & doctrina aliquis, certam mali huius rationẽ inuenire & alijs tradere potuerit. Nos in re nõdum ſatis deprehenſa, ab alioꝝ interpretatione & ſenſu diſcedere noluimus, præſertim in noua uoce, & quæ neſcio an iteꝝ in toto hoc opere inueniẽda ſit. Noluimus illud etiam relinquere, potuiſſe hunc γομφιάσεις appellare non ſimpliciter molariũ dentitiones, ſed eorũ tantum quos latini priuatim genuinos, Græci uero proprio nomine κραντῆρας uocãt: in extrema gingiua poſt uigeſimũ ferè omnibus annum, aliquibus uero poſtea uſq; ad octogeſimum naſcẽtes, de quibus Ariſtoteles ſecundo libro de animaliũ hiſtoria & ijs uerbis egit: φύονται δ' οἱ τελευταῖοι ζῴοις ἀνθρώποις γόμφιοι ὕυς καλοῦσι κραντῆρας, πρὸς τὰ εἴκοσιν ἔτη ἀνδράσιν, καὶ γυναιξί. ἥβη δ' ἔτι καὶ γυναιξί. καὶ ὀγδοήκοντα ἐπὶ τοῖς ὕυσαις ἐφύσανε γόμφιοι ἐν οἷς ἐχάσθη, πόνον παρέχοντες ἐν τῇ ἀναζωῇ καὶ ἀνδράσιν ὡσαύτως. πρὸς δὲ συμβαίνει ὅσοις ἀνὴμ ἐν τῇ ὑλικίᾳ ἀνατέλλωσιν οἱ κραντῆρες. Quoꝝ ſenſus eſt: Naſcũtur autem homini molares poſtremi quos genuinos uocant, circa uigeſimũ fere annũ uiris & mulieribus: quinetiã mulieribus octogeſimo anno nati aliquãdo ſunt in extrema gingiua, dolorẽ in ortu afferẽtes, & præter mulieres uiris ſimiliter: accidit hoc ijs qbus in iuuentute genuini non exierint: uocanꝰ ut uideꝰ autore Ariſtotele κραντῆρες genuini ij dẽtes, ſed in molariũ genere ſunt: potuitq; Dioſcorides forte γομφιάσεις genuinoꝝ huiuſcemodi eruptiones uocare, quę quoniã maiore dolore hoiem torquent, ualidioribus & quale ceruini cornu cinis eſt, remedijs curari debent. Cuncta tamen ex cõiectura noſtra & arbitraria legentibus eſſe uolumus.

γόμφιοι. γομφίασις

ἀιμοδιασμός. Stupere dentes.

Περὶ καμπῶν. Κεφ. σνβ'.

De Erucis quæ in oleribus naſcunt. Ca. LIII.

ΚΑμπαι αἱ ἐπὶ τῷ λαχάνῳ γεννώμεναι, πρηχθιόμεναι σὺν ἐλαίῳ, ἀλύκτους ἀπὸ τῶν ἰοβόλων φυλάττειν λέγονται.

CAmpas L. Romani erucas dicũt. ⌋ Quæ in oleribus naſcunt erucę, à uenenatoꝝ ictu & morſu uenenũ relinquunt, tutos ex oleo inũctæ ferũt hoies ſeruare.

INTERPRES.

Horroꝝ

HOrtorum satorumq; omnium pestis calamitasq; erucæ sunt, dirę animal, lento & humido tempore autoribus Theophrasto & aliis nascens: multiplex hoc malum, & quod in uitibus & arboribus natum, frondem omnem & florem erodat, turpiq; facie depastā arborē relinquat. Nihil in carmine suo & ultimo duodecimi libri capite Columella pro horti annona diligentius curauit: Si cætera defecerint naturæ & artis auxilia, ad superstitiōem translata re, in qua non ueritus est autore Democrito docere, quæ saluo pudore dici & audiri non possunt: sed ut ille testatur, tam præsenti contra hoc malum remedio & ope, ut non aliter q̄ cum decussa pluit arbore nimbus, Vel teretis mali, uel tectæ cortice glandis, Voluitur ad terrā distorto corpore campe. Qualia autem ea sunt, poterunt uolentes ab eo audire. Nobis enim in scriptore hoc aliud consilium est: nec in erucis eius aliud quod moneamus habemus: q̄ ideo in oleribus nascentes erucas cum appellasse, ut à picearum aliarumq; arborum erucis, quæ ueneni maleficium habent, separaret. Nostra ætas & gens totum hoc genus quacunq; forma sit & ubicūq; nascatur, una appellatione bruchos nominat: Cum tamen locustarum genus quoddam priuatim bruchum Græci appellent. Eruca. Bruchus.

Περὶ κανθαρίδων. κεφ. σνς'.

Κανθαρίδες εἰς ἀπόθεσιν εὐθέτοι ἀπὸ σίτου. ἂς καλῶς εἰς ἀκόνητον ἀγγεῖον, καὶ τὸ σῶμα περιελόντας ὀδόντων ἀτμῷ ζέοντος ὕδατος ἀμυτάκου. καὶ ἕως ἂν πυρῶσι κεράτῃ. εἶτα διαπείρας λίνῳ ἀπρτίθεσθαι. ἔνιοι δὲ ἐσιν οἱ πρικίλαι. οἱ μικίνας ἐπικαθσίους ζώνας ἔχουσαι ἐν τῇ πτέρυγι. ἐπιμήκεις τὸ σῶμα. ἀσθραί. ἐμπίμελοι, ὡς αἱ σίλφαι. ἄπνοοι δὲ ἐισιν αἱ μονόχρωμοι.

De Cantharidibus bupestribus & picearum erucis. Cap. LIIII.

CAntharidas Romani pariter Græcis cātharides dicunt. Seruatu optimæ cantharides sunt, quæ in frumētacea segete lectæ fuerint. Eas in fictile nō picatū coniectas, fictilisq; ore puro raroq; linteolo colligato, supra feruētis acerrimi aceti uaporē circūagito: habetoq; illic inuersum fictile usq; dū enecētur: tū funiculo traiectas suspēsas reponito. Efficacissimæ omniū quæ uarię & luteis obliquis cinguli in pennis sunt, lōgo corpore crassæ, & blattarę modo obesæ: inutilissimæ cōtrà quæ uno colore tantū cōspicuæ erunt. Seruant eodē modo & bupreſtides, quæ cantharidū genus sunt. Seruant & picearęruc̄. Oēs hæ supra feruentē cinerē suspē so cribro impositæ, breuiq; tēpore halitu caloris uaporatæ reponūt. Cōmunes oībus uires sunt, exedere, exulcerare, & in summū corpus calorē trahere. Quā ob causam medicamētis miscent cācrescentia, lepras, & asperiores impetigines sanātibus. Menses etiā trahūt pessulis q molliēdo fint additæ. Tradiderūt aliqui subeūtibus cutē aquis auxiliari cātharides, antidotis ad ciendā urinam factis additas. Retulerunt pleriq; etiam, potarum cantharidum maleficio aduersari remedioq; esse eiusdem animalis alas & pedes.

Περὶ βουπρήσου. κεφ. σνζ'.

Ωσαύτως δὲ ἀπρτίθεν) καὶ αἱ ἐκ πρήσεις, εἶδος οὖσαι κανθαρίδων. οἱ αἱ πιτυοκάμπαι. οἱ αὗται ἢ ἐπὶ κοσκίνου ἐπαωρούμενοι, θῆλυ ἀπρτίθεν). δύναμις ἢ αὐτῶν κοινὴ, σηπτικὴ. ἑλκωτικὴ. θερμαντικὴ. ὅθεν μίσγν) φαρμάκοις τοῖς πρὸς τὰ κρικινώδη, καὶ λέπρας, καὶ λιχῆνας ἀργεῖς θεραπεύσιν. ἄρσεσί ἢ καὶ ἔμμηνα πεσσοῖς μαλακτικοῖς μιγεῖσα. ἔνιοι δὲ ἐσόρησαν τὰς κανθαρίδας καὶ ὑδρωπικοῖς βοηθεῖν. μιγνυμένας ἀναλόγως ὡς οὐρητικὰς κινούσας. οἱ δὲ, τὰ πτερὰ αὐτῶν οἱ τοὺς πόδας τῇ ποιοῦσιν αὐτὰς ἀντιφάρμακον ἀνέγραψαν.

De Bupreſtibus. Cap. LV.

BVpreſtes Romani pariter Græcis cātharides dicunt. Sunt autem & hæ supra feruentē cinerē suspē so cribro impositæ, breuiq; tēpore halitu caloris uaporatæ reponūt. Cōmunes oībus uires sunt, exedere, exulcerare, & in summū corpus calorē trahere. Quā ob causam medicamētis miscent cācrescentia, lepras, & asperiores impetigines sanātibus. Menses etiā trahūt pessulis q molliēdo fint additæ. Tradiderūt aliqui subeūtibus cutē aquis auxiliari cātharides, antidotis ad ciendā urinam factis additas. Retulerunt pleriq; etiam, potarum cantharidum maleficio aduersari remedioq; esse eiusdem animalis alas & pedes.

INTERPRES.

MVlta sunt quæ scarabeis congeneres cātharidas faciunt, sed nihil æque cognationē eorū ostendit, q̄ uaginis clausæ utriusq; animalis pennæ: ob quā similitudinē diminuta à scarabeo, quē cantharon Græci nomināt, appellatione cantharida illi simile, sed minore corporis mole animal hoc dixerūt: pueris etiā notissimū: sed quod præsenti & insanabili ueneno hominē perimat, quēadmodū inter uenena hic ipse in extremo opere docebit. Habent ueneni par maleficiū bupreſtides & picearęruc̄. Hæ cæteris erucis similes & cōgeneres, discrimē ab arbore in qua nascunt nomine ipso ostēdunt, pytiocāpæ à Græcis dictæ. Illæ boū acerbā pestis in eadē gente à maleficio suo nomē inuenerūt. Descripsit bupreſtim Plinius lib. xxx. cap. iii. his uerbis: Raręin Italia animal bupreſtis est, longi pedi scarabeo simillimū. Fallit inter herbas bouē maxime, unde & nomen inuenit: deuoratūq; tacto felle ita inflāmat, ut rūpat. Nouerunt nunc etiā rura hoc malū: uidimusq; nos peremptū aliquando eo ueneno bouē. Non satis tamen ostendunt ruſtici eius animalis formā, diuersisq; appellatiōibus diuersis locis & diuersa forma describitur & appellatur. Copiosius inter uenena de his omnibus iterū agetur. Nunc satis sit nominum causam & rationem reddidisse. Scarabei cātharides.

Περὶ Σαλαμάνδρας. κεφ. σνέ.

Σαλαμάνδρα εἶδός ὄζι σαύρας. ἔστι ἢ νωχελές. πρικίλον. μάτην πισθὲν μὴ καίεσθαι. δύναμιν ἢ ἔχει σηπτικὴν, ἑλκωτικὴν, θερμαν

De Salamandra. Cap. LV.

SAlamandran Romani pariter Græcis salamandrā dicūt. In lacertarę cēsu & genere salamādra est, ignauū aīal, colore uario, falsò creditū nō cremari igne. Exedēdi, calefaciendi,

ζωκήμ. μίσγνυ) ἢ σκπταῖς ἢ λεπρικαῖς ὡς ἢ καυθαρίς. ἢ ἀρτίθετ) ὁμοίως. φιλοῖ δὲ ἢ τρίχας τακεῖσα μετ' ἐλαίου. φυλάσσετ δὲ ζν μέλιτι ἐξεντερισθῆσα, τῶν πρῶν ἢ τῆς κεφαλῆς ἀφαιρεθέντων, εἰς τιὼ αὐτιὼ χρῆσιμ.

faciendi, exulcerandíq; uires habet: quã ob causam medicamentis quæ exedẽdo sunt, miscet. Miscet & his quę ad lepras conficiunt, nõ minus q̃ cãtharides, quibus etiã similiter reponit. Depilat salamandræ cinis ex oleo inũctus. Seruat & in eundẽ usum in melle euiscerata, abiectis interaneis, capite & pedibus.

INTERPRES.

SVnt nobis & alijs de salamandra eadem ferè omnia · Quod inter nos non conuenit unum tantũ & illic est, ubi legitur, φιλοῖ δὲ τρίχας τακεῖσα μετ' ἐλαίου: quã lectionẽ illi secuti, liquefactã in oleo salamandrã depilare dixerunt: nec male, id enim participium illud plerunq; significat. Nos autẽ non liquefactã, sed crematæ cinerem facere id, diximus: in antiquissimis ijsdemq; probatissimæ fidei Græcorũ codicibus non τακεῖσα, sed καεῖσα quod est cremata, legentes. Confirmauitq; nobis eam lectionem Paulus Aegineta, qui crematæ salamandræ cinere tantum ad hos usus utitur. Verba eius hæc sunt: σαλαμάνδρας δὲ καυθείσης τῶν τίφραν ὕνιμίσγουσιν &c. quod est, crematæ autem salamandræ cinerem aliqui miscent.

Περὶ Ἀράχνης. Κεφ. σνς'.

ΑΡάχνη τὸ ζῶον, ὃ ὁλκὸν ἔνιοι ἢ λύκιδον καλοῦσι, συμμαλαχθεῖσα ὠλενίῳ. ἢ ἐμπλασθῆσα εἰς ὀθόνην, προσεθῆσα μετώπῳ ἢ κροτάφοις, ξηταϊκὰς πυρέσσουσι ἱάζῃ. τὸ δὲ ὕφος αὐτῆ ἐπιβέμενον αἷμα ἵστησι. ἢ ἀφλέγμαντα τὰ ἐπὶ τῆς τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἑλκῶν. ἔστι δὲ ἢ ἑτέρου εἴδος ἀράχνης, καλασκιβάζον τὰ ὑμένα λευκὸν λεπτόν, ἢ πυκνόν. ὃ ἰσοχρῆ ἐνδεόμενον εἰς κυτίδα, ζν πυριαπτόμενον ἐξαχίου τετάρταιος πυρέσσουσι ἀναπεύθει. σὺν ψιμυθίῳ δὲ ἐξαλίνῳ, ὠταλγίαις βοηθεῖ ἐγχεόμενον.

De Araneis. Cap. LVI.

ARachnen Romani araneum dicunt. Araneus quem aliqui holcon & lycon, id est lupum appellant, plagellæ confricatus, linteolo ue illitus, mox fronti aut temporibus impositus, tertianarum febrium circuitus finit. Sanguinẽ sistit tela eius imposita, & ulcerum in summa cute inflammatiões arcet. Est & alterum aranei genus, quod candidas, tenues, & densas telas operatur. Fertur is in aluta clausus brachioq; adalligatus, quartanis mederi febribus: & cum rosaceo elixus, aurium doloribus uti liter instillari.

INTERPRES.

LOnga est Plinio, Nicãdro, Aristoteliq; animalis huius historia: fecitq; id multiplex eius genus, diuersiq; in tam exiguo corpore ad uitã & mortẽ hominũ euentus: & quę artificiosè modo exercent, modo infidiosè ubiq; animalia hæc agunt. Prima & maxima omniũ in noxios & innoxios diuisio est: hos Græci ἀράχνας, nos araneos: illos ambo phalangia diximus. Rursus phalangiorũ plura sunt genera, priuatim ab antiquioribus Latinis & Græcis suis nominibus appellata. Araneorũ itidẽ, sed pauciora, quæ Dioscorides hoc capite numerat: qui primũ Arachnes nomine usus indicauit, non de omni araneo, sed de innoxio tantũ agere, qui in parietibus & trabibus telas suas ad aliorũ insectorũ uenationẽ suspendit. Notissimus omnibus hic est, in uetustis & rimosis parietibus habitans: Hunc holcon & lycon, id est lupum uocari hic ait, facta ut nos credimus à uenatione & insidijs eius appellatione: & quoniam muscas rapiat, trahat, & enecet, ideo lupum & holcon à trahendo dictum fuisse: Lupos Aristoteles totum hoc genus etiam appellauit. Quod nõ multo post deinde hic ait: alterum aranei genus esse, quod candidas, tenues & confertas operetur telas, nõ erit difficile obseruãtibus deprehendisse. Ex hoc araneorũ genere facto emplastro, frontiq; impositio, tertianæ febris circuitus finiri hic ait: Facili & admirabili, si euentus sequatur, remedio. Non uidentur posteriores id probasse. Siquidem Paulus Aegineta libro sexto de araneis his agẽs, omnem huius remedij ueritatem & fidẽ in hunc scriptorẽ reiecit dicens: Araneũ in emplastrũ emollitũ, frontiq; & temporibus impositũ, tertianarum febriũ circuitus finire testatum esse Dioscoridẽ. Quodq; hic ἀπαλοίῳ συμμαλαχθεῖσα ait, ille ἐμπλασθῆσα dixit, nullo aut exiguo inter emplastrũ & spleniũ discrimine. Habent emplastra manifestã significationẽ. Splenia uero ex eodẽ aut non penitus diuerso genere à lienis forma, quẽ Græci splena dicunt, in longitudinẽ magis q̃ latitudinẽ extensa, fronti plerunq; imponũtur quasi fasciolæ, ad arcendos dolores, aut in aliũ quempiã usum: Et hinc Latinis poëtis spleniata frons est: & quod Martialis ait: splenia tolle leges &c. Nos plagellam diximus rei rationem & ueterum interpretationem secuti.

Phalãgia.

Splenia.

Περὶ Σαύρας. Κεφ. σνζ'.

ΣΑύρας ἢ κεφαλὴ λεῖα ἐπιτεθῆσα, σκόλοπας ἀζάγῃ ἢ πάντα τὰ ἐμπεπηγότα. ἄκρις δὲ ἢ μυρμηκίας. ἢ ἀκροχορδόνας. ἢ ἥλους. τὸ δὲ ἧπαρ αὐτῆς ζντεθὲν τοῖς τοῦ ὀδόντων ἐρώμασιν, ἀπρίαν παύει. ὅλη δὲ ἀναχισθεῖσα, ζν ἐπιτεθῆσα σκορπιοπλήκτους κουφίζει.

De Lacerta. Cap. LVII.

SAuran Romani lacertã dicunt. Surculos & quæcunq; alia corpori infixa hærẽt, extrahit impositũ lacertæ cõcisum caput. Pellit idẽ uerrucas & in eodẽ genere formicas & clauos. Inditũ præterea dentiũ cauis lacertæ ie cur indolentiã eoꝝ facit. Tota etiã dissecta & imposita lacerta ex ictu scorpiõis factũ dolorẽ leuat.

INTERPRES.

Vtroq;

AB exedendo ſeps lacerta hæc dicta eſt, σήπω enim, id eſt exeſt quæ ueneno ſuo contigerit. Lacertæ ſimilẽ oẽs deſcribunt, præſertimq; in Theriacis ſuis Nicander dicens: Σῆπα γ' ἐμῷ πεδανοῖσι δομὴν σαύροισιν ἀλύξῃ: quod eſt: Vitabis & ſepa corpore humilibus lacertis ſimilẽ; dico aũt humiles quas ille πεδανοῖς, id eſt per terrã ſerpentes, dixit. Fuit hoc illi ab euentu nomẽ, quemadmodũ à corporis maculoſis lineis quas in tergo habet colore æris, quod Græci chalcon dicũt: chalcis ſiue chalcidica dicta eadẽ eſt. Nos enim eandẽ credimus, fuiſſeq; antiquã uerã eius appellationẽ chalcidica, quaſi æneã ob eam quã diximus cauſam, & ex eo deinde nomine, cuius rationẽ non nouiſſent omnes ad adiectiuũ gentis & loci nomen translatã eius appellationem fuiſſe, dictãq; Chalcidicã quaſi in Chalcide Eubœæ plurima inueniretur, quod falſum eſt: cum in Lybia & Cypro naſci præcipue dicatur, & inter petras illic uiuere. Factũ ob id etiã eſt, ut in antiquis ſcriptoribus modo Chalcis modo Chalcidica lacerta inueniatur: eorũq; autoritate diuerſum non idẽ creditum hoc animal fuerit. Nobis in hanc partem inclinat animus: habemusq; opinionis huius autorem antiquiſſimum Nicandri interpretem. Nec eo ſecius liberum legentibus arbitrium relinquimus. Chalcis.

Περὶ Σκίγκου. Κεφ. σνϑ'.

Σκίγκος ὁ μὲν τίς ὄϐιμ αἰγύπτιος, ὁ δὲ ἰνδικός. ἄλλος ἐν τῇ ἑῳᾳ γραμμώσιος. ἕτερος δὲ ἐν τῇ λιϐύῃ τῆς μαυρουσιάδος ἐν ϐίσκετι. ἔστι δὲ κερκόδιλος χερσαῖος. ἰδιογενὴς, τριχθόμμιος ἐν καρδάμῳ. φασὶ δ' οὐναμιν ἔχειν πρὸς τὰ περὶ τὰς νεφρούς αὐτου μέρη, ὅσον < πλῆϑος μετ' οἴνου, ὀξυκρατικῶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια. ἀποπαύεσϑαι δὲ τῶν ὠῶν τασιν τῆς προθυμίας, φακοῦ ἀφεψήματα μετὰ μέλιτος πινομένῳ, ἢ δρίμακος πέσματα μετ' ὕδατος. μίγνυται δὲ καὶ ἀνϑρώποις.

De terreſtri Crocodilo, quem Græci ſcingum dicunt. Cap. LIX.

SCingon Romani pariter Græcis ſcingũ, terreſtrem uue crocodilũ appellant. Aegyptius alter, indicus alter ſcingus eſt. Eſt & tertius qui ad rubrũ mare naſcitur. Eſt & quartus, qui in Lybiæ Mauritania inuenitur. Terreſtris Crocodilus ſcingus eſt, propriũ ſuumq; genus habet. Hic addito naſturcio ſale inueteratur: Feruntq; laterũ propinquas renibus eius carnes pondere drachmæ cum uino potas, Veneris cupiditates accẽdere: quæ deinde poto cũ melle lẽtis decocto, aut lactucæ ſemine cũ aqua, extinguũt. In antidota præter hæc etiã ſcingus additur.

INTERPRES.

AFferri ſolitos in Italiã falſos ſua ætate ſcingos teſtis Plinius eſt, q longiorẽ de eis hiſtoriã lib. XXVIII. cap. VIII. proſecutus, plura etiã q̃ Dioſcorides retulit, & omnia nunc pariter ignota: quo fit ne ualeamus oſtendere quo pacto addito naſturcio ſale, ſcingus ad medicinã inueteraret, modo uitiũ abſit: fuerit q; hæc antiqua huius capitis lectio, & hic uerus Dioſcoridis ſenſus, in q̃ nec leuiter nec ſine cauſa hæremus. Incõcinne enim dicit ſale aliquid ἐν καρδάμῳ. i. in naſturcio condiri: cũ in alueolis fictilibus q; ſalgama & falſamenta omnia, non in herbis cõponantur. Poſſunt quidem adiectis herbis his aut illis condiri, ut Columella præcipit: ſed in herbis nunq̃ ſale condiri aliquid recte dicetur: ideoq; nos non in, ſed cũ naſturcio inueterari & condiri ſale diximus: non quia id omnino probemus, ſed quoniã nihil aptius erat: quo abſurdus & inutilis ſenſus inſtauraret: Suſpicamurq; nos decurtatũ eſſe locũ, trunciq; corporis utrinq; aliquas ſupereſſe reliquias: Naſturcium q; fragmentũ eſſe partis, in qua hic diceret, aut naſturcio æquales ſcingo ad excitandã Venerẽ uires eſſe, quod Paulus Aegineta in ſcingo ait: καρδάμῳ δύνασϑαι συνουσίαν ἐγεῖραι. quod eſt: Naſturcio ſimilem uim habet: aut quod Plinius docet, accendere Venerem cum ſatyrio &c. Et quod Plinius ſatyrium dixit, hic naſturciũ dixerit: utrunq; enim ad Venerem ſtimulat, præſertim reſpondente in utroq; eodẽ drachmę unius pondere. Quod quale ſit, æſtimabunt legẽtes. Non omittemus & illud, quam hic lentem ſimpliciter hoc capite ait, Paulum Aeginetam paluſtrem dicere.

Περὶ τῆς γῆς ἐντέρων. Κεφ. σξ'.

Τῆς ἔντερα λεγόμενα ἐπιτεθέντα, νεύρων ἀπροκοπὰς κολλᾷ. λύει δὲ καὶ ἕλκη παλαιὰ, ἐφιθέντα δὲ σὺν χηνείῳ στέατι, ϑαπτόμενα ϑερμῶς ὠτὸς ἐγχυμαζόμενα ϑεραπεύει. σὺν ὀξυκράτῳ δὲ καὶ ἐλαίῳ καὶ ἐγχεόμενα εἰς τὸ ἀνακείμενον οὖς ὀδυναλγίας ϐοηθεῖ. ἄγει δὲ καὶ οὖρα καὶ πινόμενα σὺν γλυκεῖ.

De uermibus terræ. Cap. LX.

GEs entera. i. terræ inteſtina Romani lũbricos dicũt. Glutinãt præciſos neruos conciſi & impoſiti terreni uermes. Finiunt ἡμιτριταίους febres: & cũ anſerino adipe elixi, auriũ uitiis utiliter inſtillãt. Quinetiã cũ oleo decocti, dentiũ dolores leuãt in contrariam aur inſtillati. Vrinã ἡμιτριταίους trahũt, triti & cũ paſſo poti.

INTERPRES.

NOn erit difficile terrenorũ uermiũ natales, formã, naturãq; omnẽ intuentibus, eorũ nominis cauſam in Græcis ratiocinari: Intra terrã enim concipiũtur, & intra eã paulominus q̃ immobiles uiuũt: nec diſſimili natura ab his quas in mari natura fecit urticas & ſpongias, & quæ alia ueteres Græci compoſito ex animali & planta nomine, ζωόφυτα nominauerunt, quę alio ex animaliũ modo progredi nequeũt, in ſeipſis autem & circa ſeipſos quadantenus mouentur. Teres illa deinde & pedalis aliquãdo eorũ longitudo, & ſi digitis in alteram partem exprimantur, non ſecus quàm ex animalium inteſtinis progrediẽs terreſtris, ſimus, inteſtinorum iconiam imaginem faciunt. Latini uermibus communi appellatione uocatis adiecto terræ nomine ab aliis uermibus diſtinxerunt. Omnem terræ uermium medicinam ad præciſos tantum Lumbrici uermes terreni.

tantum neruos Paulus Aegineta contraxit: nec alias illis assignauit uires. Cæteri pluribus etiá quàm Dioscorides morbis mederi eos dixerunt. Priuatiḿq; Serapion in hoc ipso scriptore, uesicæ calculos frangere eos testatus est. Nec negligendum omnino id uidetur: siquidem Plinius libro xxx. cap. iii. ait: Iubent & uermes terrenos bibi ex uino aut passo, ad comminuendos calculos. Potuit enim hoc remedium huic scriptori librariorum incuria perijsse: nisi fortè urinam trahere eos docens, omnibus utinæ angustijs & impedimẽtis prodesse eos intelligi Dioscorides uoluerit.

μυγάλη

Περὶ * Μυογάλης. κεφ. σξά.

Μυογάλη ἀναχισθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα, ἄκος ἐστὶ τοῦ ἰδίου δήγματος.

De Mure araneo, quẽ Græci mygalem dicunt. Cap. LXI.

MYgalen Romani murem araneum dicunt. Propriꝭ morsibus remedio est dissectus & uulneri impositus araneus mus.

INTERPRES.

DEscripserũt ex ueteribus plures araneũ murẽ, præsertiḿq; Aëcius, qui ideo à Græcis mygalem, facto ex mure & mustela nomine, appellari ait, quoniã muris magnitudine, & eadẽ illi caudæ gracilitate & rictus longitudine, reliquo aũt corpore mustelina specie sit. Amyntas tamen antiquissimus Græcorũ scriptor ideo mygalẽ uocari ait, q̃ adulterino coitu ex mure & mustela nasceretur. Quod nec ueꝭ nec uerisimile est: qui enim ad generationẽ coibunt mus & mustela? quibus non solũ dissimilis penitus natura, sed quales multæ aliæ inter animalia uidentur, natiuæ & exitiales inimicitiæ sunt. Meminit aranei muris Nicander in Theriacis suis, cæcuḿq; appellauit, homini exitialẽ, in orbitis rotarũ pereuntẽ. Versiculi eius sunt: Τυφλώ τι σμῆνος βροτῶν, ἣν λοιγὸν ἄγουσαν Μυγαλίδα, βοχοῦσιν ὑπὸ θυόσκουσαν ἀμαξῃς: q̃ autẽ uerũ sit, non transiri ab araneo mure orbitã currus uolutatione factã, & si eam transierit, mori, facile erit facto periculo cognoscere: neq; enim id tantũ Nicander, sed ex antiquioribus plures alij testati sunt, qui contra morsum eius terrã ex orbita, uulneri pro remedio imponi iusserunt. Venenatũ animal hoc est, suóq; morsu nisi succurratur, & hominem & seruientes homini quadrupedes perimit. Diligens ob eam causam rusticæ & pecuariæ rei autor Columella, longius de eo libro vii. cap. xv. egit: quo loco cum multa ad ictus serpentis & noxiorũ animaliũ remedia docuisset, de mure araneo hæc dixit: exiguis dentibus non exiguã pestẽ moliri: & quã intulit pernitiem, suo corpore luere. Nam & animal ipsum mersum oleo necatur: & cum imputruit, conteritur: eóq; medicamine muris aranei morsus linitur. Numerantur ab eo præterea contra malũ hoc remedia alia, quæ deficiente hoc, poterũt ex eo repeti, & in homine utilẽ habere usum. Non tacebimus obiter & illud, male in principio capitis eius legi: mus araneus, quẽ Græci σκυτάλῳ appellãt: μυγάλῳ eũ legere oportet. Et si σκυτάλῃ quod est scytale, uenenata serpẽs est, cuius meminit Lucanus in ix. Et scytale sparsis etiã nũc sola pruinis Extinctas positura suas &c. Sed scytalem Libya tantũ fert, murẽ uero araneũ Italia, plureśq; toto orbe regiões aliæ.

Περὶ Μυῶν. κεφ. σξβ.

Μυας τοὺς καλουμένους ἀναχισθέντας, σκορπιοπλήκτοις ὠφελίμως ἐνιτίθεσθαι ὁμολογεῖται. Βεβρωθέντας δὲ ὑπὸ τοὺς παίδων, ἀναξηραίνῃ τὸ ἐν τοῖς στόμασιν αὐτῶν σίελον.

De Muribus. Cap. LXII.

MYas Romani mures dicunt. Pro cõperto & in confesso apud omnes est, scorpionũ ictibus utiliter imponi dissectos in domibus nostris latẽtes mures. Tostos præterea eosdem pueris in cibo datos, omnem in ore eorum saliuam ficcare.

INTERPRES.

PLura sunt murum ueteribus genera, alpini, Pontici, glyres, & in his generibus diuerso colore & forma: sunt & in domibus nostris latentes, quos adiecta hac nota, ad medicinam Dioscorides ab alijs secreuit.

Περὶ Γάλακτος. κεφ. σξγ'.

Γάλα κοινῶς μὲν πᾶν εὔχυμον. ἔστι δὲ μαλακτικὸν κοιλίας. φυσικὸν σωμάχου καὶ ἐντέρων. ὑδαρέστερον μὲν τὸ τῶν ὄνων. παχύτερον δὲ τὸ τῶν προβάτων. καὶ ἀπὸ χλωρᾶς νομῆς μᾶλλον ὅτι μαλακτικὸν κοιλίας. ἔστι δὲ καλὸν γάλα, τὸ λευκὸν καὶ ὁμαλὸν τῇ παχύτητι. καὶ συσταφόμενον ἐπιφανὲν ἐπισκιῇ ὄυυχι. τὸ δὲ αἴγειον ἧττον κοιλίας ἅπτεται, διὰ τὸ τὰς αἶγας δὲ πλέον συφδοσκευομένας χειμῶνος καὶ θέρους καὶ χίνου. καὶ θαλίας. καὶ θέρους μίνθου. ὅθεν καὶ εὐσόμαχον τυγχάνειν. τὸ δὲ προβάτειον ὅτι παχύ τε καὶ γλυκύ. καὶ πάνυ λιπαρόν. οὐχ οὕτως δὲ εὐσόμαχον, τὸ μὲν βόειον καὶ ὄνειον καὶ ἵππειον εὐκοι-

εὐσταφ.

De omni lacte. Cap. LXIII.

GAla Romani lac dicunt. Habet cõmuniter omne lac saporis & succi bonitatem. Idem egregie nutrit, aluum tamẽ mollit, intestinoruḿq; & stomachi inflationes facit. Aquatius æstiuo uernum lac est: & ex uiridi pabulo magis aluũ mollit. Probat candidum æqualiter crassum, & quod ungui instillatum non defluit. Aluũ minus tentat caprinũ, propterea q̃ capræ multo adstringente pabulo utũtur, quercu, lentisco, olea & terebintho: quam ob causam stomacho etiam utile est. Ouillum dulce, crassum & pingue: ideóque non tantopere utile. Bubulum, asininum, equinuḿq; magis aluum

λιώτερα. γίνεται πᾶν ἡ γάλα κοιλίας μὴ σομά
χου ἀναπεπτικόν, ὅπερ ὄξει νομὴ σκαμμωνία. ἢ
ἐλλέβορος. ἢ λινώζωσις. ἢ κλήματις. ὡς Ⓒ ἐν
τοῖς ἰουλίνοις ὀρεσιμ ὑφ' ἡμῶν ἱστόρηται. ἀι δ' αἶ
γες νεμόμεναι τ λευκοῦ ἐλλεβόρου τὰ φύλλα,
μ Ⓒ τὰ πρώτην ἐκβλάσκουσιν αὐτ, ἄυλαι ἐμδύσι·
μὴ γὰρ γάλα ἀναπεπτικὸν σομάχου Ⓒ ναυτίας
γίνεται). ἐψηθὲν ἡ πᾶν γάλα στενωλικὸν γίνε) κοι
λίας, Ⓒ μάλισα δ' ἀπύρους κόχλαξιν ἑψηθὲν ὠφελεῖ
μαθέμ. κοινῶς ἡ Ⓒ ταῖς ἐντὸς ἑλκώσεσι σο
κδῆ. μάλισα ἡ ἐρύθρου. πνεύμονος. ἐντέρων.
νεφρῶν. κύστεως. Ⓒ πρὸς τὰς τῆς ἐπιφανείας
κνησμώδεις ἐξανθήματα. Ⓒ κακοχυμίας, δί-
δοτε δὲ μετὰ μέλιτος ὠμοῦ μὴ ὕδατος σω
φακηδέντες ὀλίγου μιγνυμένου Ⓒ ἁλῶν.
ἀφυστερον δὲ γίνεται ἀπρεδὲν ἅπαξ. τὰ ἡ
τῆς κοιλίας μεδ' ἑλκώσεως ῥεύματα, ἄχρις
ἡμίσεως τῆς κόχλαξιν ἑψηθὲν ὠφελεῖ.

Περὶ ὀξυγάλακτος. κεφ. σξδ'.

Ἐχ δὲ πᾶν γάλα πεπλεγμένον
ἐμ ὀξέος. ὃς χιζόμενος πρὸς κάδ δ
σιν εὐτονώτερος γίνε). διδόμενος ἐφ'
ὧν δίχα δριμύτητος ἔκκρισιν βυλό
μεθα ποιῆσαι, ὡς ἐπὶ μελαγχολικ. ἐπιλεπ
τικῶν. λέπρας. ἐλεφαντιάσεως. Ⓒ ἐξανθημά
των τῶν πρὸ ὅλου τὸ σῶμα.

Περὶ Σχιστοῦ γάλακτος. κεφ. σξέ.

Σχίζε) δὲ πᾶν γάλα ζεννύμενον
ὑπὸ καινῆς χύτρας κεραμίας, Ⓒ κινού
μενον κλάδῳ συκίνῳ νεοτμήτῳ.
μὴ μετὰ τὸ ζέσαι λίαν ἢ τρὶς ἐπιῤ
βαίνειν ὀξυμέλιτος κύαθος, πρὸς ἑκάστην κοτύ
λην τ γάλακτος. οὕτω δ' διορίζεται ὁ ὀξύρους τοῦ
πυρώδους. δεῖσθαι ἡ πρὸς τὸ μὴ ὑπερῦν τὸ γάλα,
ὑπὸ τῆς ἐψήσεως ὑπόπωμα ἐκ ψυχροῦ σωεχῶς ἀπρ
ῆσθαι ὕδατος ψυχροῦ καθιέναι. πτίζε) ἡ ὁ ὀξύρους ἐκ
διασήματι κοτύλην ἄχρι πέντε κοτυλ. ἐν ἡ
τοῖς μείζοσι διασήμασι πρὶ παπείτωσαν οἱ πί
νοντες. πρὶν ἡ τὸ πρόσφατον γάλα μὴ πρὸς τοὺς
ἄνω τ θωρακίμ φλεγμάτ δικμῆς μὴ πυρώσθαι, ὡς
καυθρίδας, ἢ πιτυοκάμπης, ἢ σαλαμάνδρας,
ἢ ὑδρηλήσεως, ἢ νοσηκυάμου. ἢ δορυκνίου, ἢ κονίτ
ης ἢ ἐφημέρου. πρὸς ἡ τ μάλισα τὸ ὀδόντων συμφέ
ρ ἰδίως ἀρμόζον. διακλύζε) ἡ μὴ πρὸς ἑλκώ
σεσμάτ μὴ πρὸ μιὸν εἰς ἀναγράρισμα.
ἰδίως ἡ τὸ ὀνῆς διακλυζόμενος, οὖλα μὴ ὀδόντας
κρατύνει. τ ἡ τ κοιλίας μεδ' ἑλκώσεως ῥεύμα
σμῆς μὴ τρέσμῆς, προβάτειος, ἢ βόειον, ἢ αἰγὸς ἴσον
σι ἐψηθὲν διὰ κοχλάκ. ἐγκλύζε) ἡ μὴ καθέαυ
τὸ Ⓒ μετὰ πισάνης ἢ χόνδρου χυλ. ἱκανῶς
πραΐνει τ ἐντέρ δῆξιν. ἐγκλύζε) ἡ μὴ μίξα
ἐλικομμύη.

uum ſoluunt & turbant. Aluũ ſtomachũq; euer
tit omne lac, ubi pabulũ fuerit ſcãmonia, ueratrũ,
mercurialis herba, aut clematis, ut in Iuſtinis
mõtibus fieri traditũ à nobis eſt. Capræ enim il-
lic ueratri albi folia in prima eorũ eruptione pa-
ſcẽtes & ipſæ uomũt, & lac reddunt quod ſtoma
chũ euertat, & uomitiões faciat. Adſtringit aluũ
decoctũ omne lac, præcipueq; quod marinis ignī-
tis calculis liquidioris humoris abundantiã ami
ſerit. Interaneorũ exulceratiõibus communiter
lac medeť, præcipueq; gutturis, pulmonũ, inte-
ſtinorũ, renũ, ueſſicæq;. Datur etiã recens cũ cru
do melle admixta aqua, & addito exiguo ſale cõ
tra ſummæ cutis prurigines, papulasq; eruptio-
nes, & malos corporis humores, quod uitiũ Grę
ci cacochymiam dicũt. Minore inflãdi ui eſt q̃d
ſemel decoctũ fuerit lac. Exulceratis etiam alui
fluoribus medeť lac ignitis calculis uſq; ad dimi
dias decoctũ. Habet omne lac cõiunctũ ſibi ſe-
rũ, quod à lacte ſeparatũ, efficacius in purgãdo
eſt. Dať his quos ſine acrimõia purgare uolueri
mus: quales erunt, atra bile laborantes, comitia-
les, lepræ, elephãtiaſes, & toto corpore papulas
eruptiões. Secerniť aũt omne lac, & fit q̃d Græ
ci ſchiſton, i. ſciſſile nominant, in nouo fictili ſe-
ruẽs: cuius rei cauſa nuper cęſo à ſua arbore ficul
neo ramo miſcetur: cũq; bis ter'ue inferbuerit,
quot erunt lactis heminę, totidẽ aceti mulſi cya
thi ſuperinfundũtur: ſic eñ diſcedit à lacte ſeras.
Oportet tamen ne, dũ coquiť, feruore redundet
lac, ſpõgia ex frigida aqua cõtinue fictilis labra
perfricare, argenteũq; ſextariũ frigida aqua ple
num in lac demittere. Dať bibendũ hoc ſeras he-
minis per interualla tẽporis uſq; ad quinas: Ver-
à potu eius ſpatiari bibẽtes per interualla illa tẽ
poris oportet. Facit prẽter ſupradicta recens lac
ad letaliũ uenenorũ eroſiones incẽſiones q;, qua-
les in cantharidibus fiunt, picearũ erucis, ſalamã
dra, bupreſtide, apollinari herba quã Græci hyo-
ſcyamum dicũt, dorycnio, aconito & ephemero:
& contra poſtremũ hoc bubulũ præcipue con-
fert, priuatim ephemero accommodatũ. Colluũ
untur lacte utiliter accõmodata gargariſſatio-
ne oris & tonſillarũ exulcerationes, priuatimq;
gingiuas & dentes colluendo confirmat aſini-
num. Alui exulceratos fluores, crebrasq; & ina-
nes egerendi uoluntates, quas Græci tineſmos
dicũt, ouillũ, bubulum'ue aut caprinũ ſiſtit, ma-
rinis ignitis calculis decoctũ. Clyſtere præterea
infunditur, per ſe aut cum ptiſana, aut halicæ
ſucco, mirifice leniens inteſtinorum eroſiones.
Infunditur & fœminarum exulceratis locis.

Dul-

Περὶ γυναικείου γάλακτος.

κεφ. οξς'.

Τὸ δὲ τῆς γυναικὸς γάλα γλυκύτατόν ὄζει ἡ προσιμώτατον. ὠφελεῖ δὲ διαζόμενον, στομάχου δήξιν ἢ φθίσιν. ἀχμάζῃ δὲ ἡ πρὸς λαιῶν θαλασσίᾳ πόσιν. μιγὲν δὲ λιβανωτῷ, λείῳ, ἐνσάζει τοῖς ἐκ πληγῆς αἱμαχθεῖσιν ὀφθαλμοῖς. καὶ πρὸς ἀγρίους ὠφελεῖ. σὺν μυκωνείῳ καὶ κηρωτῇ καταχριόμενον. ἄθετον δὲ πᾶν γάλα πολυποῖς. ἡπατικοῖς. στοματικοῖς. ὠλκικοῖς. τοῖς τὸ νῦν ξῶδες πάσχουσι. πυρέσσουσι. κεφαλαλγοῦσιν. εἰ μή ποτε καθάρσεως ἕνεκά τις προσφέρῃ τὸ σχιστὸν ὡς ὑπροέλκεικται. ἰσχουσί δέ τινες τὸ τῆς πρωτοτόκου κυνὸς γάλα φιλοῦν τρίχας καταχριόμενον, καὶ δακνασί μυῶν φαρμάκων ἀναφάσμακον πρὸς καὶ πεδικοτῶν ἐμβρύων ἐκβόλιον.

Dulcissimũ est hominis lac: idẽ maxime nutrit. Prodest stomachi erosionibus, & tabi quã Græci phthisim dicunt, ex ipso ubere suctũ. Bibitur cõtra potũ marinũ leporẽ utiliter. Instillatur addito thure, cruentis ex ictu oculis: & contra podagras, cum cera & opio utiliter inũgitur. Inutile lienosis oẽ lac est, iocinorosis itidem, uertiginosis, comitialibus, neruorũ uitijs, febribus & capitis doloribus: præterq̃ si purgationis causa separatum à sero illud, ut præmõstrauimus, aliquis det. Ferũt quidã primiparæ canis lacte si inũgatur glabrescere inunctũ eo caput. Potũ præterea letalibus aduersari uenenis, & emortuos in utero fœtus pellere.

INTERPRES.

MVlta Barbarus ex Plinio Dioscoridis lacti non necessaria adiecit, nõ necessario ornatu scriptoris huius phrasim & rem augere & excolere cupiens: non satis bonæ fidei interpres, & inutiliter diligẽs. Neq; enim in scriptore hoc legũtur quæ ille ait: Medici speciem uñ addere lactis generibus, quod schilton appellauere. Plinij uerba hæc sunt libro xxviii. capite ix. quæ Romanus scriptor dictauit gẽti suæ, non ex Græcis uertit. Simile huic est quod ex eodẽ loco Dioscoridi itidem miscuit: Itaq; ne quid infundatur: & pleraq; alia, quæ cum Græcis conferentes, hominis consilium & interpretandi rationem sine labore intelligent. Non enim prosequi omnia animus & consilium nobis est, sed quod sæpe aliâs diximus, monere quæ cum illo non sunt nobis eadem: non ut homini aduersemur, laboriq; eius noceamus, sed ut rem nostrã quã possumus & debemus ratione tueamur. Nisi enim id fecerimus, multa ubiq; erũt quæ inter nos diuersa aut contraria legentes remorabuntur, quale in hoc capite illud erit, quod in ouillo lacte nõ procul à principio dixerunt interpretes alij: Ouillum uero lac scabrum, dulce &c. ex communi omniũ Græcorũ lectione, in quibus τραχὺ est, inauditam hactenus & omni lacti negatam à natura, scabritiei & asperitatis notam ouillo tribuentes. Commune hoc, ut diximus, in cunctis Græcis & antiquissimũ uitium: Nam quẽ licuit uidere uetustissimus & Longobardis literis scriptus latinus Dioscorides, asperũ idem hoc lac appellat, magno argumento, ætate illa etiam sic locum legi. Nobis tamen contra rationem, necessitatẽ, sensum, experientiã & aliorũ scriptorũ autoritatem exigua aut nulla librariorũ fides semper fuit: qui doctrinarũ ignari negligentesq;, nõ sentientes aliquando grauiter peccant: additisq;, relictis'ue aut mutatis literis aliquibus, bonorũ scriptorũ sensus miscent & perdunt. Quod factum hoc loco paulominus q̃ pro comperto habemus, & ex antiqua lectione παχὺ quod crassum significat, τραχὺ quod asperum est, nunc legi: contraria sensui & quotidianæ experientiæ significatione. Quis enim asperũ, siue scabrũ malis dicere, lac aliquod aut tactu, aut gustu, aut sensu alio unq̃ deprehendit? Quis'ue hanc in ueteribus ouillo lacti assignatã notã inuenit? Nos certe nullibi. At cõtrà multos inuenemus, qui crassitudinẽ illi tribuerint. Paulus Aegineta libro i. capite quo agit de lacte, cum priuatim omnium uires doceret, inter cætera dixit: Quod dilutius lac est, minus nutrire, sed magis aluũ deijcere: Contrà uero crassius magis nutrire, minusq; aluum deijcere: Rursus caprinum medio inter hæc temperamento esse: Quemadmodũ contrà, ouillũ crassius, παχύτερον non τραχύτερον ouillum lac dicit: crassius scilicet non asperius. Plinius præterea omne lac mollissimũ ait esse, contraria asperitati qualitatis nota. Quin etiam in hoc ipso scriptore Serapion ouillũ lac spissum dicit, παχὺ, id est crassum magis q̃ τραχὺ, id est asperum uertens. His nos causis pluribusq; aliijs impulsi, non asperum, uel ut illi uerterũt, asperũ & scabrum, sed crassum uertimus. Fuitq; nobis sensus consilij huius præcipuus autor: nunq̃ enim tractatum potum'ue ouillum lac, asperitatis aliquem sensum digitis aut linguæ & palato obtulit: indicantq; id etiam cæteræ in eo qualitates, dulcedo & pinguedo: qui enim possunt asperitas aut scabrities cum pinguedinis unguine & saporis dulcedine esse? Nõ relinquemus etiã, ne forte aliquis ex Aristotele nobis id obijciat, laudari ab eo id maxime lac, q̃d non modo plurimã habet in se ad caseũ materiã, uerũ etiã quod squalidiorẽ nec multo post ab eodẽ decerni, ad conficiendum caseũ ob eam causam accommodatissimũ esse ouillum lac: potuisseq; Dioscoridem in ouillo lacte asperitatem appellasse, quod Aristoteles squalorem. Locus in Aristotele est ad extremũ tertium de animalium historia uolumen: sed non est huic & illi idem in eadẽ re docendi propositũ, quemadmodũ nec eędẽ uoces: ille ad abundantiã casei notas lactis enumerat, hic simpliciter & ad medicinã: ille ἀυχμηρότερον quod squalidius est, hic τραχύ id est asperum siue scabrũ dicit, non parua significationis diuersitate: Siquidem asperitas tactu deprehenditur, & lẽuori contraria est: squalor autẽ ariditatem tantũ indicat: dicunturq; squalere, quę amisso natiuo humore, aut eo carentia, mollitudinem non habent: aut eo exucto, ad ariditatẽ transierunt: potestq; aliquid squalere, non tamen asperum esse: Sic senũ corpora squalere dicuntur: Sic per anni estũ agri, cum minorũ & annuarum plantarũ folia & caules in cremia transierũt. Hacq; ratione Aristoteles in lacte ἀυχμηρότερον τοῦ τυροῦ, id est materiã ad caseũ squalidiorẽ dixit, eam intelligens, quæ aliijs cõparata, exiguo humore & unguine uuescret: hanc q; ille ad caseĩ confectionẽ utiliorẽ dixit, quoniã citius & fœlicius coagu-

Squalere.

coagularetur. Non erit ut credimus inutile, anteq̃ à lactis qualitatibus & notis discedamus, quæ de humani lactis ad alendos infantes in nutricibus probatione ueteres aliqui tradiderunt. Multa enim reliquo lacti cõmunia erunt: & quotidiana in parentibus pro filijs solicitudo hoc exigit. Hic candorem, æqualem crassitudinem, & ne defluat ungui instillatũ, sed densetur, in lacte tantũ desiderauit. In humano Paulus Aegineta præter hæc, odorem & saporem quæsiuit, uirus' ne oleat, & dulce sit. Adiecit etiã, ut æqualis illa crassitudo cer- Probatio humani lactis. tius deprehendatur, oportere ungui instillatum ad solem & lucem conuertere, contemplariq; an æqualem lucem transmittat: nec concerni debere, ungui instillatũ, nec sero nec cito defluere: optimoq; temperamento lac huiuscemodi esse. Nec contentus tam multiplici probatione, iussit in uitreum poculũ conijci lac: tum triti coaguli quod satis sit miscere: Nec multo post cum concreuerit cõtemplari, maior'ne in serum an in cãseum lactis illius discesserit pars: Si enim maior in serum, inutile lac illud ostendet: sin contrà, concoctu difficile: optimum uero, quod æquali inter utrunq; habitu erit. Aristoteles tamẽ eodem libro & loco de hac ipsa re agens, magis probauit, & lactentibus utilius lac fore credidit quod liueſceret, q̃ quod candido colore albesceret: Salubriusq; ex nutrice quæ fusco, q̃ quæ candido corpore esset: Rursusq; omniũ maxime nutrire, quod plurimum: infantibus uero salubrius esse, quod minus casei habebit. Quod deinde ad pecoris pabulũ pertinet, quo lactis natura & uis ad medicinam reliquosq; usus melioreſcit, aut contrà deterior fit, sciendũ illud est, non dicere hunc scriptorem simpliciter olea uesci capras, sed θαλλία, quæ uox non totam nec simpli θαλλία. citer oleam arborem significat, sed extremos & adhuc crescentes eius coliculos: esseq; hanc eius uocis significationem, testis quinto libro de causis plantarum Theophrastus est. Eius uerba hæc sunt: ὅτι πάντα ἔχουσι τινὰς ἀρχὰς ἐν ἀνθοῖς, βλαστικὰς, ἢ κλώνας, ἢ πόρθους, ἢ ἀκρεμόνας, ἢ ὅτι χρὴ καλεῖν τὰ ἐχατεύοντα τοῦ λύνδρων. Οὐλὴν δ' ἴδιη πᾶσι κοινὸν, ἀλλ' ἴνι προσηγορίας τινὰς ἔχει. καθάπερ θαλλία, κράλλα, κλῆμα. &c. quorum sensus est, habere omnes plantas principia quædam germinationis, extremas scilicet ramorum partes: nec esse aliquod omnibus commune nomen, sed proprias habere quædam appellationes, uitem sarmentum, ficum cradam (sic enim fici nouũ surculum Græci uocant) oleam uero thalliam, id est summũ coliculum: quem efficaciore in adstringendo potestate hic semper existimauit: ideoq; ad antispodia hac parte & summo hoc coliculo uti iubet. Licetq; hæc ita se habeãt, nos tamen ne superstitiosius uertere hęc uideremur, & inutiliter summa sequi arborum fastigia, aliorum exemplo oleam simpliciter diximus: sed ea est uocis eius propria & antiqua æstimatio. Confirmauit idem Theophrastus libro nono de plantarum historia, quod hic ait: Quæ pascuntur scãmonia, ueratro, mercuriali herba, alijsq; medicis plantis, capras uomitorium & quod aluum turbet, lac facere, non in Iustinis tantum montibus, sed quibuscunq; alijs locis nascuntur medicæ herbæ, qualis Arcadia est & Lacedæmon, in quibus ut ille ait, ἐνίοτασιν ἀν τὴ ζῶ φαρμακοφορτεῖν γαλακτοφορτεῖν πᾶσι τὸ ἔαρ, ὅταν οἱ τρὶ μάλιστα τοῦ ζιούτων φύλλων ἀκμαίζουσιν. Τότε δὲ φαρμακοφόρτατον τὸ γάλα. πίνουσι δὲ τὸ βόϊον. λοιπὸν δὲ πρωνομώτατον καὶ παμφαγώτατον ἔναι πάντων ὁ βοῦς. φύεται δὲ παρ' ἀνθοῖ ὅ, τε ἰλλὶ βορ & ἀμφότ & &c. Quod est: Consueuere aũt pro medicis potiõibus per uer lac tantum bibere: quo tempore integra ui ad purgandum foliorum liquores sunt. Tunc enim maxime medicas habet uires pecoris lac. Bibũtq; bubulum, quoniam omnibus herbis & multum pascitur id animal. Nascuntur autem apud eos uterq; elleborus, candidus scilicet & niger &c. Varro etiam libro II. capite XI. ait, ad purgandũ uiridi pascuo opus esse ex herba, quæ ipsa sumpta per se, purgare corpora nostra solet: Quæ scriptori huic nostro eadem penitus sunt, quemadmodum & quæ de coctura lactis Paulus Aegineta libro primo longius docuit, siue igne, siue ignitis marinis calculis ea fiat. In quarum altera satis erit ignitos calculos illos lacte extinguere: in altera, maiore diligentia opus est. Cauendumq; in primis. ne aut exuratur lac, aut caseus fiat: faciet id lentus ignis, & continuus lactis motus, quod ferula tenui & molli miscebitur. Obseruãdum & illud erit, siquid lactis redundauerit, ut spongia ex fictilis labris subinde auferatur. Sæpe enim ex eo, si in fictile refluxerit aliquid, reliquum corrumpitur. Coquendumq; hoc modo est, usq; dum crassius & dulcius quàm antea crudum fuerat, euaserit. Est utriusq; coctura eadem finis, absumere scilicet quod in lacte tenue & serosum est. Erat lactis huius quondam usus contra alui fluctiones omnes, præsertimq; biliosas: quemadmodum contrà ad alui deiectiones sero eius utebantur, quod Græci schiston, nos scissile appellauimus. Confectionem eius satis hic docet: sed non erit ab re, quod idem Paulus Aegineta de eo his uerbis tradidit, ostendere: Vehementiore autem coctura, maiore & sine fumo admoto igne discedere cogitur in lacte serum à caseo: tum diligenter per colum aut laciniam traiecto sero, miscetur illi mellis aut aceti mulsi & salis quod satis fit: daturq; ad alui deiectionem, idem, sed non eodem modo ut uidetur, Dioscoridi instituens. Hic enim præcipit cum bis ter' ue inferbuerit lac, superinfundi aceti mulsi cyathos &c. ille autem, cum uehementiore coctura discesserit serum à lacte, tunc sero mel aut acetum mulsum & salem superinfundi. Quod præterea Dioscorides ait, miscendum esse dum feruet hoc lac, fici rami nuper ex sua arbore cæso, duplicem habet causam autore Columella libro octauo: ut scilicet quod in lacte casei est, citius densetur: &, ut ille ait, glaciet & iocundissime sapiat. Habet enim ficulneum lac coaguli aliquam uim: & experientia docuit, accrescere ex ea arbore lacti & caseo bonitatem. Non relinquemus quod angustius forte dictum uidebitur, bibi heminis per interualla temporis hoc serum usq; ad quinas, significare heminas mensuram quæ una potione sumenda sit: Interualla temporis, spatium quod inter primam secũdamq; & deinceps potionem interceſſurum est: Quinas uero, numerum potionum, ultra quem dandę aliæ potiones ægrotis nõ sint: Paulus Aegineta certius rem tradidit, in integra ætate satis dari sextarios duos: Iunioribus non minus sextario dandum esse prȩcipiens. Credimusq; nos temporis interualla illa & spatia eam habere rationem, ut ante potam secundam potionem prima deiecta sit: Indicatq; id quod iubentur bibentes facere, spatiari scilicet, ut corporis motu deiectionem adiuuent.

Περὶ τυροῦ νεαροῦ. Κεφ. σξδ'. De omni caseo. Cap. LXIIII.

Τυρὸς νεαρὸς λίχα ἁλῶν ἐσθιόμενος ἔφεδρος. εὐσόμαχος. εὐανάδοτος. σπλῆνι πρηκτικός. κοιλίας μεθίησι μαλακτικός. διαφέρων αὐτὸς ἑαυτοῦ κατὰ τὴν τοῦ γάλακτος φύσιν, ἀφ' οὗ σκυδάζεται. ἐψηθεὶς ἢ μὴ ἐκθλιβεὶς, εἶτα ὀπηθεὶς, σαλτικὸς γίνεται κοιλίας. ὠφελεῖ ἢ καταπλασσόμενος ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς μὴ ὑπώπια. ὁ ἢ νεαλὴς, εὐτροφώτερος ἐσθιόμενος. μὴ πρὸς καθαίρεσιν σπλῆνος ἐπιτήδειος. κακοσόμαχος. λυπῶν κοιλίαν μὴ ἔντερα. ὁ ἢ παλαιότερος, κοιλίας σαλτικός. μὴ ὁ αὐτὸς ὀρεσίου, κυνῶν ἔφεδρώτατος.

TYron Romani caseum dicunt. Nutrit in cibo caseus sine sale recens, stomacho utilis est, facillimeq; digeritur, corpus auget, aluum leniter mollit. Ipse à seipso ex lactis quo confectus est natura differt. Elixus & ab elixatione statim sepositus caseus, mox inassatus, aluum compescit. Prodest oculorum inflammationibus sugillatisq; illitus caseus. Minus in cibo nutrit recens & nuper sale aspersus, minuendo corpori aptus, stomacho inutilis, aluum & intestina tentans. Aluum sistit uetus. Estq; casei serum nutriendis canibus præcipue accõmodatum. Quam autem hippacem dicunt, equinus caseus est, uitroso odore, egregie tamẽ nutrit, bubulo proportione respondet. Sunt qui equinum coagulum hippacem hanc esse dixerunt.

Περὶ Ἱππάκης. κεφ. σξή.

Ἡ δὲ καλουμένη ἵππακη, τυρός ὄζων ἵππιος. ὁμοιώσης. μὴ πολὺ ὄφος. ἀναλογοῦν τῷ βοείῳ. ἔνιοι δὲ ἵππακην ἐκάλεσαν τὸν ἵππου πτύαλον.

INTERPRES.

PRobauit in sanitatis usu Paulus Aegineta tantũ recentẽ caseum, fungosum, mollem, dulcẽ, & mediocriter salsum. Dico autẽ fungosum, rarũ, leuẽ, nec spissa concretione densum. Omnẽ tamen idẽ dixit ticuloſum, maliq; succi: concrescere eo in uessica calculos, & concoctu difficilẽ esse. In medicina tamen uires illi aliquas tribuit, præsertimq; in glutinandis uulneribus: quibus prodesse ait rumicis uitis ue folijs illitum, sicq; uulneribus impositum: ampliorẽ tamen illi utiliorem q; in medicina & sanitatis usu potestatem alij concesserunt: dixitq; hic inter cætera εὐανάδοτον esse in cibo recentẽ caseũ. Vertitq; id Barbarus minime fidem in corpore, nec reddi facilẽ. Nos autẽ, facile digeri diximus: faciliore intellectu, si quod aliàs diximus, digeri in natura Latinis sit, quod Græcis ἀναδίδοσθαι & ἀνάδοσις, quã Galenus in diffinitionibus suis dixit, concocti cibi distractionẽ esse, quæ à natiuo calore in totũ corpus eiusq; partes, cũ propria mutatione & confectione fiat. Differtq; anadosis hæc, quã nos digestionẽ uocamus, à concoctione: q in hac natiuo calore in stomacho coquitur cibus, in illa ab eodẽ calore coctus in diuersas corporis partes trahitur, in quibus deinde sanguis, & quod aliud opus est, fiat. Habet Græca uox ἀνὰ distributiuam præpositionẽ, quemadmodũ & Latinum uerbũ digerere, in diuersas partes huc illucq; fieri aliquid indicat. Nostra ætas naturæ diuersos motus miscet, digestionemq; pro coctura, quoniã eam sequit, quotidie passimq; appellat. Sed ut Galenus aliiq; graues medicinæ autores docuerunt, diuersam habent concoctio & digestio in natura finẽ: & à digestione hac, quã ut diximus Græci ἀνάδοσιν dicunt, ἀνασανάδοτα καὶ ἐνανάδοτα eadẽ gens appellauit, quæ facilẽ aut difficilem digestionẽ habent. Significet autẽ & reddat an non digestionẽ hanc, quod Barbarus dixit: minime reses in corpore & facilis reddi &c. iudicent legentes. Nos autore Galeno tuemur quod dictum in ea re à nobis est: quemadmodum ille Varronis autoritate forsan tuebitur, quod à se dictum fuit: qui lib. II. cap. XI. uocibus illis usus est. Neq; enim id damnamus, sed dictorum nostrorum causas & rationes docemus. De Hippace postremo quam Sestius ex antiquissimis doctrinarum professoribus equinum caseum dixit, & bubulo eosdem effectus habere, nihil est quod aliud dicamus, q̃ diuersè à diuersis de ea re doceri. Ille equinũ caseũ quemadmodum & hic scriptor: alij equi coagulum: Hippocrates maximus medicinæ autor & totius naturæ peritissimus, Scytharum inuentum hippacem scripsit: esseq; quod in equino lacte in alueolis subacto in fundo subsederit, quo gens illa quotidie uesceretur.

ἀνάδοσις. Digestio.

Περὶ βουτύρου, καὶ τῆς αὐτῆς λιγνύος. σξθ'.

Βούτυρον σκυδάζεται καλόμενον ἐκ τοῦ λιπαρωτάτου γάλακτος. τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ προβάτιον. γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ αἰγείου, οὐ ἀγχειοις κινουμένου τοῦ γάλακτος. καὶ χορίζομένου τοὺς λίπους. ἔχεται δὲ δυνάμεως μαλακτικῆς. ἐλαιώδους. ὄδυνας κοιλίας τε ἑκλύει πλέον πρὸς τὰ δυσεντερικὰ μὴ παρόντος ἐλαίου, χρισμένῳ. μιγὲν δὲ μέλιτι καὶ παρατριφθὲν, ὀδοντιάσεις ὠφελεῖ. καὶ πυρὸν τῶν οὐλωμένων ὀδαξισμοὺς ἐπὶ παιδίων, καὶ ἄφθας. ἔξωθεν ἢ καὶ

De butyro eiusq; fuligine. Cap. LXV.

BVtyron Romani pariter Græcis butyrũ dicũt. Probatissimũ fit ex pinguissimo lacte butyrũ: tale autẽ ouillũ est. Fit & ex caprino, in uasis iactatu lactis, sicq; discedente à reliquo lacte quod pingue in eo est. Oleosum natura butyrũ est: & lactis naturã sequit ideoq; aluũ soluit copiose potum: & contra uenena, si defit oleũ, in usu est. Infantiũ dentitiones adiuuat admixto melle butyrũ: in quẽ usum confricandæ eo gingiuæ sunt. Prodest & ante dentitionem gingiuarum pruritibus: Prodest & oris ulceribus in eadem ætate quas aphthas dicunt. Idem foris illitum

πλαασόμενον, εὖ τροφὸν δὲ ἀφυσχακίωτον τηρεῖ τὸ σῶμα. πρὸς δὲ δὴ πρὸς φλεγμονὰς ἡ σκληρίας ὑσέρας τὸ μὴ δυσωδεῖς μηδὲ παλαιόν. πρός τε δυσεντερίας ἡ πρὸς κώλου ἕλκωσιν ἐγκλυζόμενον. πυορροίς τε μίσυι ταὐτὸν χρήσιμως. ἡ μάλιστα ἐπὶ τῶν κατὰ τὰ νεῦρα, ἡ μυίαγρας, ἡ * κύσιν, ἡ τραχήλου τραυμάτων. τὸ δ' αὐτὸ πληροῖ, ἡ καθαίρει, ἡ σμηκοῖ, ἡ τοὺς ὑπὸ ἀσθενίδα ἀκχθέντας ὠφελεῖ. μίγνυται δὲ ἡδὺ * πρὸς ὀφθάλμασιν ἀντὶ ἐλαίου τὸ νεαρόν. ἡ ἐν πρὶς πέμμασιν ἀντὶ σέατος.

litum, pingue nitens ſq; corpus ſeruat: & quas Græci pſydracia uocant, in ſumma cute puſtulis ſimiles ſurgentes paruas excreſcentias, arcet. Facit ad muliebriũ locorũ inflãmationes duritiesq;, quod nec uiroſum nec uetus erit. Infundit clyſtere contra inteſtinorũ tormina butyrũ: & craſſioris inteſtini quod colon dicunt exulcerationẽ. Miſcetur butyrũ utiliter his quæ ſuppurationes adiuuãt: præcipueq; imponitur neruorũ, membranarũ cerebri, & ueſſicæ colli uulneribus. Replet idẽ, purgat & carne ueſtit: prodeſt & aſpidis morſibus impoſitum. Nouũ in obſonia pro oleo additur & pro adipe in dulciaria. Colligit aũt ex butyro fuligo hoc modo: Infundito in nouã lucernæ teſtã butyrum accenditoq;: tum fictili quod ſuperiore parte decreſcentis in faſtigium canalis formam, inferiore uero furnorũ (quos Græci clibanos dicunt) modo, foramina habeat, ardentem teſtam operculato, & ardere finito. Cumq; primum fuerit conſumptũ butyrum, aliud ſuperinfundito: tãdiuq; id facito, donec quantã uolueris fuliginẽ collegeris. Poſtremo hærentẽ fictili deradito & utitor. In oculorũ medicina uſus eius eſt: ficcãdi adſtringẽdiq; uires habet. Siſtit præterea oculorum deſtillationes, & ulcera ad cicatricem celerrime perducit.

Σωάγεται δὲ ἡ λιγνὺς ἐκ τοῦ βουτύρου τρόπον τοῦτον. εἰς λύχνον καινὸν ἐγχέας τὸ βούτυρον, ἄφλον. ἡσὶ πωμάσας ἀγγείῳ κεραμεῷ σωλευοειδεῖ ἐνῶ κατὰ τὰ ἄνωθεν, τρήματα δὲ ἐκ τοῦ ὑπὸ πόδας ἔχοντι ὡς πῦρ ὀπτῆναι, ἕα καίεσθαι. ὅταν δὲ ἀμαλωθῇ τὸ πρῶτον βούτυρον, ἄλλο ἐπίχει. εἰ πρὶν δ' αὖ ἕως ἂν ὅσον πλῆθος βούλῃ αὐθαλώσῃς. εἶτα ἀπόσυρον πρὸς ἡ χῶ. Δύναμιν δ' ἔχει εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ξηραίνειν ἡ ἀποσύφειν. ἐφίσησι δ' τὰ ἕλκη τὰ ἔξωθεν, ἡ τὰ ἕλκη ἀποπυλοῖ ταχέως.

Fit autem lignis butyro hoc modo. In lucernam nouam butyrum infundito, ſine ſpuma. Deinde operculato fictili ſuperiore parte decreſcentis in faſtigium canalis formam habente, inferiore uero furnorũ (quos Græci clibanos dicunt) modo foramina habeat, ardentem teſtam operculato, & ardere finito. Cumq; primum fuerit conſumptũ butyrum, aliud ſuperinfundito: tãdiuq; id facito, donec quantã uolueris fuliginẽ collegeris. Poſtremo hærentẽ fictili deradito & utitor. In oculorũ medicina uſus eius eſt: ficcãdi adſtringẽdiq; uires habet. Siſtit præterea oculorum deſtillationes, & ulcera ad cicatricem celerrime perducit.

INTERPRES.

EXlacte butyrum fit: ſpuma eius dum coquitur, concretior q̃ ſerũ: & quoniã plurimũ è bubulo fit, à boue nomen inuenit: alioquin ex omni lacte fieri poſſe & hic & Plinius teſtati ſunt: quod antiquiores, aliqui negauerunt, nomen magis q̃ rei naturã contẽplati. Oleoſum natura butyrũ eſſe Dioſcorides ait, & præter hoc non μαλακτικῶς λυτικόμενον quod ferè in omnibus Græcis legitur, quod molliendo aptũ ſignificat: ſed ut in uetuſtioribus, & ut res ipſa exigit, γαλακτικῶς. i. lactuoſę naturę. Barbarus ex priore illã lectione, molliens id eſt, uertit: Nos ex poſteriore, oleoſum uatura butyrũ eſſe, & lactis naturã ſequi, diximus: non tam ueterũ codicũ fide & autoritate perſuaſi, q̃ paſſiui eius uerbi ἴχνεται ſignificatione admoniti, quę apertè id indicabat: Neq; enim aliud eſt ἴχνεσθαί τινος, q̃ coniunctũ aliquid alicui eſſe, & illud ſequi. Qui græcas literas nouerunt, facilius id intelligent. Adiuuare infantiũ dentitiones butyrũ hic ait, & præter dentitiones τοὺς ὑλῶν ὀδαξισμούς, rarę in ſcriptore hoc malũ: propterea q; in infantibus & ſemel tantũ fiat. Barbarus nomine rationẽ ſecutus, gingiuarę cõmorſiones uertit: Nos rem ipſam & cauſam, prodeſſe id diximus ante dentitionẽ gingiuarę pruritibus: habuimusq; in eo autores antiquiſſimos Græcos, & eorũ lexica omnia, q ὀδαξισμὸν ubiq; κνησμὸν. i. pruritũ interpretant: Paulũq; Aeginetã in primis, qui 1. lib. περὶ ὀδοντοφυΐας: id eſt de dentiũ productione docens, poſt multa quæ in ea re præceperat, ſubiecit: ἢ ὀδαξισμοὺς τοὺς οὔλων σαρξὶ ταρίχου παλαιοῦ ἐνίσησιν: q̃d eſt: Gingiuarę aũt pruritus ueteris ſalſamenti caro lenit & c. Pruritus eos intelligens, qui conceptis intra gingiuas iam dentibus, & erũpere feſtinãtibus, ſentiunt: quo tempore ſolent infantes relatis ad eos digitis, identidẽ eos mordere, & ipſi gingiuas ſuas cõfricare: & hos gingiuarũ pruritus, ut nobis uidet, Dioſcorides ὀδαξισμοὺς appellat: nõ qa gingiuas mordeãt, ſed quia pruriẽtibus gingiuis mordere aliqd conent infantes: Ideoq; idẽ Paulus præcepit, porrigendã tunc illis permittendũq; in manibus habere deraſam, nec adeò ficcã iridis radicẽ: ut ea ad os relata, dentitiones ſuas eo quaſi remedio adiuuent. Ab hoc gingiuarũ pruritu, & in reliquo infantiũ corpore excitatus pruritus, ὀδαξισμὸς ab eodẽ Paulo dictus eſt: Sed hoc loco de gingiuarum tantũ agit. Differũt in Græcis ὀδοντίασις, ſiue ut Aegineta ait, ὀδοντοφυΐα & ὀδαξισμὸς: q; illa dentitio eſt prorũpentibus iam dentibus: ille feſtinantiũ ad eruptionẽ dentiũ impetus & pruritus tantũ. Coacti ſumus poſt hoc, deficiẽte latino nomine, q̃d hic una uoce dixerat ἀφυλακιῶν, pluribus & tota eius mali diffinitiõe explicare: non aliã ob cauſam, q̃ ut certius legẽtibus id fieret. Neq; nũc eſt q̃d aliud de pſydracijs his dicamus, q̃ in genere puſtulares eſſe, & quales deſcriptæ in Dioſcoride à nobis fuerũt, cõtra quas ne erũpant, & erumpentes cutẽ exaſperẽt, butyro inungendũ foris corpus eſſe à Dioſcoride præcipit. Celſus lib. v. capite quo de puſtularũ generibus docet, pſydracion ait paulo duriorẽ puſtulã eſſe, ſubalbidã, acutã: ex qua q̃d exprimit humidũ ſit. Erũpit toto corpore pſydracion, uerũ & oculi malũ etiã eſt: nec aliud oculi pſydracion Galenus eſſe dixit, q̃ ſimilẽ in hoc genere alijs toto corpore naſcentibus in oculi candido puſtulã, in ſummo rubentẽ. Paulus Aegineta in hominis capite naſcẽtia pſydracia qualia nos diximus, deſcribit. Sequit nõ multo poſt, q̃d nobis cõmune & idẽ cũ alijs non eſt, illic ſcilicet quo loco Dioſcorides ait, imponi utiliter butyrũ neruorum,

τοὺς ὑλῶν ὀδαξισμούς.

ὀδοντίασις. ὀδοντοφυΐα.

Pſydracia.

rũ,mẽbranaq; cerebri & ueſſicæ colli uulneribus:ſeparantibus à ueſſica cæteris collum, dicẽtibus ꝙ colli & ueſſicæ uulneribus mederi & c. cũ nos ueſſicæ partẽ quã Græci βάχηλον nos collũ dicimus, coniun xerimus: & quæ duo in alijs ſunt, unũ fecerimus, nõ temere tamẽ: Habuimus enim in eo primũ autorẽ probatiſſimæ fidei græcũ codicẽ, in q̃ non ut in cæteris, κύσιν ἢ βάχηλον, id eſt ueſſicã & collũ: ſed κύστεως βάχηλον, quod eſt ueſſicæ collũ, legitur: Mox Paulũ Aeginetã, qui q̃ libro & capite agit de ſectione eius partis ad eximendũ calculum, iubet uulneri facto inter cætera butyrũ infundi. Acceſſit his etiã nõ cõtemnenda ut nobis uideẽ ratio, à ſimili & diſſimili accepta. Numerat eñ hic neruos, cerebri mẽbranas & ueſſicã cõgeneres, & ex eadẽ neruoſa in animalibus natura cõcretas partes. Veriſimileq; eſt, ſiquod erat adjciendũ aliud, ex eodẽ cenſu & ordine naturæ id fore. At non huiuſcemodi animalis collũ: qui enim quæ multa in collo caro eſt, aliaq; illarũ partiũ neruoſæ cõcretiõi cõuenit? Et ſi colli uulneribus utile butyrũ erit, erit & in reliq̃ corpore. Non omittemus etiã, qa molliat butyrũ, neruorũ affectiõib⁹ cũctis merito mederi & in uſu eẽ. Fuerũt nobis diuerſicatis ab alijs hæ cauſæ: q̃ ſi ſatis legẽtibus nõ fuerint, poterũt aliorũ interpretatiões ſeq;, & noſtris eas añponere.

Περὶ Ἐρίων. κεφ. σό.

ΕΡια οἰσυπηρὰ ἄρισα τὰ ἁπαλά. ⟨ι τὰ ἀπὸ τ̃ τραχήλου τ̃ ὑῶν μηρῶν. ἁρμόζοντα δ᾽ ἀρχὴ πρὸς τραύματα, θλάσματα, ἀπορρύσματα, πελιώματα, ὀσῶν κατάγματα, βρεχόμενα ὄξει ⟨ι ἐλαίῳ, ἢ οἴνῳ. δ᾽ ἐκθλίβεται γάρ εἰς τὰ ἔμβρεγμάτων, καὶ μαλακίζει διὰ τὸ οἰσυπρ. πρὸς δὲ καὶ πρὸς κεφαλαλγίαν, ⟨ι στομάχου πόνους, ⟨ι παντὸς ἄλλου τόπου, σὺν ὄξει καὶ ῥοδ᾽ ἐπιτιθέμενον.

Περὶ Ἐρίων κεκαυμένων. κεφ. σοά.

ΤΑ δὲ κεκαυμένα ἔρια, δ᾽ ὠμὰ μὲν ἔχει ἐχαρωτικὸν. ὑπερσαρκωμάτων σαλτικήν. ἀπυλωτικὸν ἑλκῶν. καίεται δὲ καθαρὰ δ᾽ ἀξαν θέντα ἐν ὠμῇ χύτρᾳ ὡς τὰ λοιπά. τὸν δ᾽ αὐτὸν τρόπον καὶ κροκύδες καίονται θαλασσίας πρφύρας. ἔνιοι δὲ σὺν τοῖς ῥύπῳ δ᾽ ἀξάναντες τὰ ἔρια καὶ μέλιτι δ᾽ εύσαντες, καίουσιν ὡσαύτως. ἄλλοι δὲ δ᾽ αθέντες ὀβελίσκοις ἐπὶ πλατυσόμου κ̃ αμεδ̃ ἀττείου δ᾽ ισῶντας ἀπ᾽ ἀλλήλ᾽ καὶ ἐπιτιθέντες χίδακας δ᾽ αδ᾽ ίων ἰχνάς, καὶ ἐπάνω θέντες τὰ ἔρια δ᾽ εξασμένα καὶ βεβρεγμένα ἐλαίῳ οὕτως ὤπτησαν, καὶ πάλιν χίδακας καὶ ἔρια ἐναλλὰξ ἐπιθέντες, ἕκτ᾽ δ᾽ αδ᾽ ίων κόφως ὑφάπτουσι. καὶ ἔνια δὲ αὐτῶν. καὶ εἴ τι λίπος ἢ πίττα ἐκ τ̃ δ᾽ αδ᾽ ίων ὑπορρεῖ, συναναμειγνύ⟨ι⟩ καὶ ἀπτίθεν⟨ι⟩. πλαύε⟨ι⟩ δὲ εἰς τὰ ὀφθαλμικά. ἐν κ̃ αμαιέῳ κρατῆρι ὕδατος ἐπιχεομένου. καὶ καταρασσομένου εὐτόνως ταῖς χερσί. καὶ μετὰ τὸ ἀπρκατασῆναι ἀπρχομένου τ̃ ὑγροῦ, καὶ ἄλλου ἐπιχεομένου ⟨ι πάλιν ἀνταρασσομένου. καὶ τ̃ τρίτ⟨ι⟩ ἄχρις ἂν προσαγόμενον τῇ γλώττῃ μὴ δάκνῃ. πρῶτος δὲ σύφη.

Περὶ Οἰσύπου. σοβ.

ΟΙσυπος δὲ λέγε⟨ι⟩ τὸ ἐκ τ̃ οἰσυπηροῦ ἐρίων λίπος. ὃ καθαρκυάσαντες οὕτως. λαβὼν ἔρια μαλακὰ οἰσυπηρὰ ἔκπλυνε. ἐσχυθισμένα θερμῷ ὕδατι. ἅμα ἐκθλίβων πᾶσαν τὴν ῥυπαρίαν, εἶτα βαλὼν εἰς κρατῆρα πλατύστομον, ⟨ι ὡς ἰχέας

De Lanis & earum ſordida pinguedine, quã Græci œſypũ dicunt. Cap. LXVI.

ξεία. πᾶσαι δὲ πρὸς δυσχώρισιν μὲς γάλωνται. καὶ μᾶλλον παιδίων. εἰ δὲς κεκίδα ἐάλας πρόσθεν ἔχοι δακτύλῳ. ἢ δὲ ταυτεία ἰδί ως ἐπὶ σωματικῆς διαχύσεως σὺν μέλιτι. ἀπράπτει τε τὰ ἕλκη δακτύλῳ μέχρις οὗ λῆξῃ. πυοῤῥοοῦντά τε ὦτα, ⟨ι⟩ τὰς ἐπ' αὐτῶν ἐκβολὰς σὺν γάλακτι ἀγείῳ ἢ γυναικείῳ ἐνσταζομένη. πρὸς δὲ συριγμοὺς σὺν πράσου χυλῷ. εἴς τε τὰς τραυματικὰς ἐμπλάστρους μιγνυμένη, καὶ δὴ καὶ καὶ ὀδάξας αἰδοίου. καὶ ὀχέου σὺν μέλιτι. πρὸς δὲ λέπρας καὶ πίτυρα, σὺν νίτρῳ ἢ γῇ κιμωλία σμῆγμα κρᾶσον. καὶ ἡ προβατεία δὲ πρὸς αὐτὰ ⟨ι⟩ ἡ ἀγρεία, ἐνδεέστερα δὲ ἡ πυγχάνουσιν. ἐκλιχμωμένη δὲ ἡ ἀγρεία ὠφελεῖ. ἡ δὲ τῆς χελώνης πρὸς σωμάτων καὶ τὰς ἐπὶ τῶν παιδίων μυομάς ἐν σώματι. ⟨ι⟩ ἐπιλημπτικοῖς ἐντεθεῖσα ταῖς ῥισίν. αὐγὸς ἡ ἀγρίας λίνεως νυκτάλωπας δρακεῖσα ἐγχριθεῖσα. ⟨ι⟩ ἡ τοῦ τράγου δὲ τὸ αὐτὸ ποιεῖ. θυμιάτε αἶξι. καὶ τὰς ἐπὶ τῶν ἐλεφαντιώντων μυδροχὰς καταχρισμένη, καταστέλλει. ἡ δὲ ὑεία πρὸς τὰ ἐν ὠσὶν ἕλκη, καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ πάντα ὠφελίμως παραλαμβάνεται.

rinum fel eſt. Proritat omne fel deiȝciẽdæ alui cupiditatẽ, præſertimq; in pueris, ſiquis concer ptas ſtuppas eo madẽtes ſedi impoſuerit. Taurino priuatim contra anginas cum melle inun guntur. Sedis uitia idẽ uſq; ad cicatricẽ perducit. Sanat præterea purulentas aures, & in his rupta cum caprino humanó ue lacte inſtillatũ. Cum porri uero ſucco ſibilis eaȝ medetur. Miſcetur cũ melle etiam uulneratiȝs emplaſtris, theriacisq; medicamentis quæ ungendo ſunt. Contra phagedænas genitaliumq; & ſcroti dolores, cum melle utiliter inungitur: cum nitro creta'ue cimolia, lepras furfuresq; efficaciſſime exterit. Ouillo contra eadem urſino'ue uis eſt, uerum minore efficacia. Vrſinũ comitialibus delingendum utiliter datur. Teſtudinis, anginis & puerorum ulceribus quæ paſcendo ſerpunt, medetur. Comitialibus in nares utiliter inditur. Syluestris capræ priuatim luſciosos inunctum ſanat. Idem poteſt & hircinum. Tuber cula quæ thymia dicunt, tollit: & quæ in elephantiaſi tument & excreſcunt, inunctum cõercet. Suillum contra aurium ulcera, cæteraq; omnia præſenti utilitate in uſu eſt.

INTERPRES.

PAulominus q̃ cunctis animalibus & in alterutro elemento agentibus, fel natura dedit. Omnibus certẽ quibus iecur & ſanguinẽ: quoniã nihil aliud q̃ purgamentũ peſſimi ſanguinis: & ideo in materia eius ubi propriã in pluribus habet ſedem: quæ in cauda, quæ in inteſtinis, quæ in uentriculo, quæ aliȝs locis collectum fel ſeruent: Sunt itidem quæ tam exiguum & obſcurum habent, ut nec deprehendi nec colligi facile poſſit. Ex quo factum eſſe credimus, ut multoȝ animaliũ deſierit fel in uſu eſſe: non quia inutile, ſed quoniã difficile inuentu, tam in marino q̃ in uolucrũ genere eſſet. Quis enim nũc calliony mũ piſcẽ nouit? aut ſi no uerit, quis tam diligens pro ſalute hominis ſit, ut in mari & fluctibus piſciũ fel ad medicinam uenetur? aut in ceruorũ inteſtinis latentẽ fellis amaritudinẽ colligat? Quis etiã tantiſper occupari in ſeruando felle æquo animo patietur, ut ad oculoȝ medicinam in melle id ſeruet? & ad reliquum medicinæ uſum ſeruenti aqua incoctum reponat? Quæ omnia diligenter ab antiquioribus curata, fœliciorem generi humano, profeſſoribus uero honeſtiorem medicinam fecerunt. Eorumq; præcepta & obſeruationes ſecutus Dioſcorides hic noſter, quo modo curandũ ſeruandumq; ſit omne fel, à principio ſtatim docuit: non per animalium ſpecies & genera, ſed ex uſu in medicina, duplici tantum tradita ratione, ut quo oculi & eorũ mala inungenda eſſent, in melle ſeruaretur: quod aliȝs morbis & uitiȝs inſeruiret, ſeruente aqua incoqueretur & duraretur, ſic enim integrũ & ſine corruptione ſeruari. Docuit idẽ Plinius lib. xxviii. capite ix. Sed quod hic cocturæ eius ſpatiũ triũ ſtadiorũ curſus aſſignauit, ille ſemihoram dixit: Nec tamen decreuit, cuius in anno tempeſtatis & diei partis ſemihora illa eſſet. Toto enim anno inæquales, præterq̃ in æquinoctio, horæ quondã erant: nec nocturnæ diurnis eadem menſura reſpondebant, ſed duodenæ numero ſemper in duodecim inæqualia ſpatia diẽ & noctẽ diuidebãt. Erantq; ſolſtitiales diurnæ, nocturnis ſolſtitialibus longe maiores. Brumales uero cõtrà. Incertũ ob id ſemihoræ eius ſpatiũ, niſi aliquis æquinoctiales intelligat, pares ſibi inuicem, & eadem menſura horas, quibus æquales noſtræ horæ nunc etiã ſunt, uigintiquatuor diuiſionibus & ſpatiȝ diem noctemq; explẽtes. Exigebat hic locus aliquã priuatim eorũ animaliũ hiſtoriã, unde hic fel ad menſcentia, & mutatis nominibus incerta digito oſtendi facile nequeunt, laborioſa & ſuſpecta. Scorpionem enim maris à ſimilitudine, & teſtudinẽ à quotidiano ſpectaculo omnes cognoſcimus. At calliony mum quis uiderit neſcio: & ſi plures eius meminerint, Ariſtoteles, Plinius, hic ipſe, & plerique aliȝ: Ex nomine conȝcienda in eo pulchritudo eſt: ideoq; Gaza in Ariſtotelis animalibus pulchrum eum nominauit. Credimusq; nos frequentem in mari inueniri, tam multos habet autores. Hyena portentoſum'ne magis an fabuloſum animal ſit neſcio, ſi Ariſtoteli & Plinio credatur. Ex his certe quæ illi tribuuntur, alieni orbis animal credendũ eſt, inuentu captuq; difficile, tam doloſo ingenio & maleficis uiribus à Plinio & ab aliȝs deſcribitur. Piſcem hoc nomine Plinius etiam ultimo xxxiii. uoluminis capite numerauit. Sed nos de terreſtri hyena remedia hęc docuiſſe, non de marina Dioſcoridem credimus: tam concors & idẽ in tota hac re Plinius illi eſt xxviii. uoluminis capite octauo. Aquilam deinde, gallinam, ſyluestrem capram, ouem, hircum, ſuem, & taurum

Horæ antiquæ.

nouerunt omnes, ideoq; in eorum historia inanis labor omnis & inutilis fuisset. De perdice non satis compertum nobis est, quo nomine nostra ætate indicetur hæc auis: tam multiplex diuersis locis earum auium genus & seminium est. Omissis itaq; his, de omni felle quæ inuēta & collecta ex alijs scriptoribus nobis fuerunt, breuiter docebimus: Eritq; illud primum omnium, in animalibus humorum calidissimum fel esse, coloreq; inter se differre. Siquidem quod ruffum, pallido calidius: & ruffo, quod æruginis uiridi colore est. Differunt præterea, quomodo & animalia id habentia differunt: Quatenus suillum, omnibus alijs infirmius est, eamq; ob causam sine erosione aurium ulceribus medetur. Ouillum, maiore acrimonia q̄ suillum est: & ouillo caprinum efficacius. Caprino æqualia urforum & boum sunt. Taurinum omnium aliorum potentius, ab hyæna tamen superatur, & à calliionymo pisce, & marino scorpione hyæna. Omnium uolucrum fel maiorem acrimoniam, & in siccando potentiorem q̄ quadrupedum efficaciam habet. Inter aues autem gallorum & perdicum præstantius alijs est. Accipitrum & aquilarum uiridi & aliquando nigro colore maiorem his aliquam acrimoniam & exedendi uim habet: & hæc de omni animalium felle hactenus dicta sa-
tis sint: Quibus pro medicina adijciemus, quę alij in elephantiasi extuberationes & uerrucas dixerunt, nos
Ἐχθοι. uero quę tument & excrescunt: Ea sunt quę ueteres Græci in eius mali notis ἔχθους, tumores magis q̄ uerrucas aut extuberationes dixerunt: Siquidem ἔχθοι Græcis sunt, quę supra fluminum alueos surgunt ripę, & petrarum asperiores eminentię, quales ante exulcerationem in eo malo fiunt.

Περὶ Αἱμάτων. Κεφ. ϞΞϵ.

Αἷμα χηνὸς ἢ ἐρίφου ἢ νήσσης, ἄντι δόκτιδος χρησίμως μίγνυται. φάσσης δὲ καὶ πυρρόνου ἢ πορδίκος, εἰς προσφάτους ὀφθαλμῶν ἕλκη τιθέμενα ἢ ὑπὸ τῶν ἀναγομένων αἱμάτων ἢ νυκτάλωπας ἐκκρίσεις. ἰδίως δὲ τὸ τῆς πορδίκος, αἱμορραγίας τὰς ἐκ μυίγματος ἐπέχει. τὸ δὲ τῆς τράγου ἢ αἰγὸς ἢ λαγῶ, ὀπτὸν ἀνὴρ τηκάνου λαμβανόμενον, δυσεντερίας ἢ κοιλιακὰς ῥύσεις ἐξίστησι. μετ' οἴνου δὲ πρὸ τῆς πρὸς τὰ ἀφροδίσια πρᾶξ. ὁ δὲ τῶν λαγῶν θερμὸν καταχριόμενον, ἐφίλιδας καὶ φακοὺς θεραπεύει. καὶ τὸ ἀπὸ τῆς κυνὸς δὲ πρὸς λυσσοδήκτους ἢ τροφὸν πεπωκόσιν ἄκμος. τὸ δὲ τῆς χερσαίας χελώνης πρὸς ἐπιληπτικοῖς ἰσοσθένται ἀκμάζειν. θαλασσίας δὲ χελώνης σὺν οἴνῳ ἢ πτισάνῃ λαγῶ ἢ κυμίνῳ πινόμενον, ἀκμάζῃ πρὸς θηριοδήγματα καὶ φθύσεις πόσιμ. ταύρου δὲ αἷμα διαφορεῖ ἢ μαλάσσει σκληρίας καταπλασσόμενον μετὰ ἀλφίτων. ὁ δὲ τῶν ὀχθῶν ἵππων σκληρίας μίγνυται. τὸ δὲ τῆς χαμαιλέοντος, τρίχας φιλοῖ ἐπὶ τῶν βλεφάρων πεῴσθαι. καὶ τῶν χλωρῶν βατράχων ὁμοίως. γυναικὸς δὲ τὸ ὑγιαῖνον μόνον πρὸς ἀλειφόμενον ἢ ὑπὸ βαινόμενον, ἀσυλλήπτους ποιεῖ τρίειν γυναῖκας. πρὸς ἀρχικὰς δὲ ὀδύνας ἓν ἐρυσίπελάτα κουφίζει καταχριόμενον.

De Sanguinibus. Cap. LXXI.

HAema Romani sanguinē dicūt. Antidotis utiliter miscet anseris, hœdi & anatis sanguis. Palumbis, turturis, colūbæ, perdicisq; sanguine recentia oculorum uulnera, sanguinisq; eò concursus, & luscio si inunguntur. Colūbę priuatim sanguinis ex cerebri mēbranis eruptiones cōpescit. Hirci, capræ, leporisq; & cerui intestinorū tormina & aluifluores sistit: in quē usum frixus in sartagine statim sumit. Potus cū uino idē, contra uenena quę toxica dicunt, uires habet. Emendat leporinus sanguis lentigines, asperamq; & discolorē ceu à sole cutē, si calēte eo inungant. Contra rabidi canis morsus & epotū toxicū, caninus utiliter bibitur. Ferunt prodesse comitialibus potū terrestris testudinis sanguinē. Marinæ uero cū uino additis coagulo leporis & cymino, cōtra uenenatorū morsus & rubetā ranā. Discutit taurinū, mollitq; durities cū polēta illitus. Miscet medicamētis q̄ exedēdo sint, matricū equarū & quæ admissuræ inseruiūt, sanguis. Credunt depilari oculorū palpebræ chamæleontis sanguine inūctæ: nec minus uiridiū ranarū etiā. Credit itidē fœminarū menstruus sanguis, si prægnātes eo illinant, aut super eū ingrediant, sterilitatē facere. Podagræ idē dolores & sacros ignes inunctus leuat.

INTERPRES.

QVod ad medicinam pertineat de sanguine satis nouisse illud sit, nullum frigere sanguinem. Omnibus enim ingenitus & necessarius calor est. Differunt solum, q̄ alter altero minus magis'ue calet. Fuitq; hic quondam in sanguinibus uirium & naturę census, ut suillus humidior minusq; calidus cęteris sit: temperamento suo hominum sanguini maxime similis. Columbarum uero, palumbis & turturis, æquali inter se temperamento oculorum medicinę calidus inseruiat: instillatusq; crassiori cerebri tunicułę, in his quorum calua perforata esset, inflāmatiōes arceat. Noctuę cum uino aut aqua contra spiritus anguſtias utiliter bibatur. Vespertilionum, ranarum, chamæleontis, ricinorumq; qui in canibus hærentes inueniuntur, mammarū incremēta in uirginibus cōpescat: & quę eo inūguntur alia, depilet. Negauit tamen facto periculo Galenus uera hęc esse. Inuenimus etiā caprinū ob siccitatē suā, cōtra cutē subeūtes aquas cū melle utiliter bibi, & renū calculos frāgere. Agninū, comitialibus prodesse. Hœdinū nuper coagulatū, cū aceto bibi contra cruentas pectoris excreationes. Vrsorū, syluestriū caprarū, hircorū & taurorū, abscessus maturare. Et terrestris crocodili, oculorū claritatē facere: quæ omnia à Galeno, Plinio, Paulo q; Aegineta, & ab alijs longius dicta sunt: Poterunt'q; uolentes plura his etiā in antiquis medicinæ autoribus inuenire, consulto à nobis relicta, satis fore credentibus, si cōmuniora aliqua dicta fuerint. Nunc quod ad Dioscoridē pertinet, & ea quæ tam

tam multis locis in eo nobis & aliis diuersa sunt, legentes meminisse uolumus: In ambiguis, & quoꝝ multiplex poterat significatio & intellectus esse, multũ nos ubi naturæ uis & ratio deerat, antiquorũ autoritati detulisse: Vtinamq́ id tam fœliciter euenerit, q̃ diligenter & bona fide factũ ubiq́ est, præsertimq́ in sanguinibus his, in quibus cũ dixerit hic scriptor, τὸ δὲ τοῦ ὀχευτοῦ ἵππων σπλαῖς μίγνυται, non paruã legentibus dubitationem reliquit, probarit' ne ad septica. i. medicamenta quæ exedendi uim habent, in equino genere matricum, an admissariorum sanguinem: & ex dubitatione, diuersam in uertendis eius uocibus rationẽ effecit. quã commune in Græcis equi genus primũ, mox eadem & indiscreta in utroq́ genere præpositiui articuli, in plurali genitiuo desinentia, auxerunt: neq́ enim discerni ex articulo potest, marem' ne an fœminã in equino genere hic dicat: & an genitiuus ὀχευτοῦ à nominatiuo primæ declinationis ὀχευτὴς, quod est initor, & ut apertius dicamus, fututor fit: an à uerbali passiuo nomine fœmini generis in secũda declinatione ὀχευτὴ, q̃d est futibilis: Siquidem utriusq́ eadẽ desinentia in genitiuo plurali est, & ἵππος, id est equus cõmunis generis nomen in Græcis, utrunq́ intelligi posse concedit. Barbarus ut erat in Plinij lectione diligentissimus, cum in eo libro xxviii. capite x. legisset, sanguis equi præcipue admissarij: ad mares pertinere hoc credidit: uertitq́ ex admissario equo &c. Nos eundẽ Plinium secuti eodẽ libro, sed capite ix. ad fœminas & matrices equas totã transtulimus rem. Verba hæc Plinij sunt: Quin & sanguis eorũ (de equis enim agit) septicã uim habet. Item equarũ præterq̃ uirginum erodit, emarginat, ulcerat. Maluimusq́ nos & magis hoc probauimus in Plinio simpliciter equi sanguis laudatur. Matricum uero præcipue ad eadem septica. Neq́ aliud exceptio illa, præterq̃ uirginum, significat q̃ erodere, emarginare, & ulcerare: quæ tota uis uerbi σήπειν est, equarum omniũ, enim tantum ad septica inutilis sanguis est, reliquarũ omnium uero utilis: quæ nullæ aliæ q̃ matrices sunt. Nec uidentur nobis Dioscorides & Plinius de equarũ sanguine aliud, sed aliter dixisse. Plinius, non uirgines: hic, admissuræ inseruientes dixit, quas nos ex Palladio & plerisq́ alijs matrices, recepta quõdam in ea significatione uoce, appellauimus. Quemadmodum & sanguines numero multitudinis etiã diximus, antiquissimis Latinæ rei autoribus raram aut forte nullam uocem: posterioribus tamen in usu, & sacrarum literarum autoritate adeò confirmatam, ut sine periculo malæ elocutionis, præsertim cogente necessitate, utentibus concedenda sit.

ὀχευτοῦ.
ὀχευτὴν.

Περὶ Ἀφρᾶτου. κεφ. ωϛ'.

De Animalium fimo.
Cap. LXXII.

Ἀπόπατος βοὸς νομάδος πρόσφατος ἐπιπεθεὶς, φλεγμονὰς τὰς ἐκ τραυμάτων πραΰνει. φύλλῳ δὲ φύλλοις ἡ δρυὸς μαίνεται ἐπὶ θρομβιᾷ ἡ οὕτως ἐπιτίθεται. Ἰχὰς δὲ πυρία πραϋνει καὶ ἡ ριαὺτη ἐπίδεσις, σὺν ὄξει δὲ καταπλασθεῖσα, σκληρίας Ἰχορὰς διαλύει ἡ φύγεδλα. ἰδίως δὲ ἄδρενος βοὸς βόλβιτον ὑστέραν προπεπωκυῖαν ὑπὸ θυμιώμενον, ἀπρακθίσκει. δύσκει δὲ Ἰκώνωπας θυμιαθέν. αὐτῶν δ' ὦν ὑραθοι μάλισα ὀρεινῶν πινόμεναι σὺν οἴνῳ, ἵκτερον ἀπρακθαίρουσι. σὺν ἀρώμαλι δὲ πθεῖσαι ἔμβρυα ἐκβάλλουσι. ξηραὶ δὲ λιθία σὺν λιβανωτῷ προσεπθεῖσαι ἐν ἐρίῳ, γυναικεῖον ῥοῦν ἐπέχουσι. ἡ τὰς ἄλλας αἱμορραγίας σὺν ὄξει ἐλλουσι. καῦσαι δ' ἀλωπεκίας θεραπεύουσι, μετ' ὄξους ἢ ὀξυμέλιτος καταχριόμεναι. σὺν ὀξυγλίῳ δ' καταπλασσόμεναι, πρὸς ἀγρίους ὠφελοῦσιν. ἐφθεῖσαι δὲ μετ' ὄξους ἢ οἴνου, ἐπιτίθεντι πρὸς ἕρπητα ἢ ἁίματα ἢ ἕρπητας, ἢ ἐρυσιπέλατα, ἢ πρωτίδας. ἢ ἐπὶ ἰχιαδικῶν δὲ ἡ δι' αὐτῆς καῦσις ὠφελίμως πραλαμβάνεται τοπικὸν τρόπον. ἐπὶ δὲ μεταξὺ μέρους τοιαύτη ἰχρος. σωεγγίζουσι δὲ ζεστὰ καρπῷ κοίλῳ, πρεϋπραθεὶς ἔριον ἐλαίῳ βεβρεγμένον, ὡς τίθεται ἡ μίαν σὺν ὑραθον πυρίωμα, ἄχρις ἂν ἡ αἴσθησις διὰ τοῦ βραχίονος ἐπὶ τὸ ἧπαρ ἔλθῃ ἡ καὶ παύῃ. κα-

APopaton Romani fimum dicunt. Lenit uulnerum inflammationes, recens bouis in pascuis & armento agentis, fimum: in quem usum foliis inuoluitur, & in feruenti cinere calefit, calefactumq́ imponitur. Lenit idem coxendicis dolores, si eodem modo foueantur. Ex aceto hoc ipsum illitum, durities, strumas, & panos dissicit. Priuatim masculi bouis procidentes uuluas suffitu restituit. Fugat præter hæc etiam culices incensum. Caprarum præsertimq́ in montibus agentium globuli seu baccæ, suffusos felle cum uino poti emendant. Cient ẽdem menses in odoramẽto aliquo poti, fœtusq́ ex utero pellunt. Compescunt muliebres fluctiones ficci tritiq́, & in lana addito thure appositi: sistunt & alias sanguinis eruptiones ex aceto. Contra capillorum defluuia quas alopecias dicũt, ex aceto aceto'ue mulso inunguntur. Cum adipe illiti podagris medentur. Contra serpentium morsus & ulcera quæ à serpendo herpetas dicunt, sacros ignes, & secundum aures absessus quas parotidas uocant, in aceto uino'ue decocti imponũtur. Vruntur his etiam coxẽdicis dolores hoc modo: In concaua pollicis parte, qua manus brachiali coniungitur, inter duos neruos lanã oleo madẽtem imponito: tum capraꝝ globulos incendens figillatim, subindeq́ imponito, donec sensus per brachiũ ad coxendicẽ perductus, dolorẽ sedet: uocaturq́

λεῖται δὲ ἡ τοιαύτη καῦσις ἀραβική. ἡ προβάτων ἢ ἄφοδος σὺν ὄξει καταπλασθεῖσα, ἐπινυκτίδας, ἕλκους, θύμους ἀκροχορδόνας ἰᾶται. πυρίκαυτα δὲ κηρωτῇ ῥοδίνῃ ληφθέντα. ὑὸς δὲ ἀγρίου ξηρὰ μὲν ὕδατος ἢ οἴνου πιθεῖσα, αἵματος ἀναγωγὴν ἴσχει καὶ χόνδρου ἄλγημα πληγῆς παύει. ῥήγματα δὲ καὶ ῥαγάσματα μετ' ὄξους τετριμμένη. στέμματα ἢ θεραπεύει ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ ῥοδίνῃ. ὄνου ἢ καὶ τοῦ ἵππου, αἰμοῤῥαγίαις ἴσχειν. ὠμή τε καὶ κεκαυμένη ὄξει μιγεῖσά ἢ ἢ ἁλὶ ἀγέλης ὄντος πηφάτω, ξηρὰ χυλισθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ πιθεῖσα, σκορπιοπλήκτοις σφόδρα βοηθεῖ. πῖσος ἅς, θερμαίνει κωτέρα καὶ αὐστηροτέρα χρῆσίμως ὠμὴ λύει μιγνυμένη. σὺν ὄξει δὲ χοιράδας διαφορεῖ. ἄνθρακές τε πρὸ ἐξήκοντα σὺν μέλιτι καὶ λινοσπέρμῳ καὶ ἐλαίῳ λεανθεῖσα. πυρίκαυτά τε θεραπεύει. καὶ ἡ τοῦ ἀλεκτρυόνος δὲ αὐτὰ πρεῖ. σὺν ἐσθιόμενα καὶ πότιμα. πλείστως δὲ πρὸς μύκητας θανασίμους καὶ κώνωπος ἀλγήματα ἁρμόζει μετ' ὄξους ἢ οἴνου πινόμενα. πελαργοῦ δὲ σὺν ὕδατι πιθεῖσα τοὺς λιθιῶντας ἁρμόζειν πιστεύεται. συνὲς ὑπερθυμαθῆσαι, ἐμβρυα ἐκβιάσασθαι πεπαιδευμένοι. μυῶν, λεῖα σὺν ὄξει ἀλωπεκίας καταχριόμενα θεραπεύει. σὺν λιβανωτῷ ἢ καὶ οἰνομέλιτι πινόμενα λίθους ἐκκρίνει. προστιθέμενα ἢ παιδίοις τὰ μυόχορδα κοιλίαν πρὸς ἔκκρισιν ἐρεθίζει. κυνὸς δὲ ἡ σὺν τοῖς κυνοκαύμασι ληφθεῖσα, ξηρὰ πινομένη μετ' ὕδατος ἢ οἴνου, κοιλίαν ἐφίστησιν. ἢ ἢ τοῦ ἀνθρώπου πρόσφατον καταπλασθεῖσα, ἀφλέγμαντα μετὰ τοῦ παρακολλᾶν φυλάττει τὰ τραύματα. * ξηρὰ ἢ μετὰ μέλιτος διαχριομένη ἐπὶ σωαρχικῶν, βοηθεῖν πεπαίδευται. ἢ ἢ τοῦ χαλκαίου κεκορκύλου, ἁρμόζει ἐπὶ τῶν γυναικῶν, πρὸς εὐχροιαν καὶ σίλβωσιν τοῦ προσώπου. καλλίστη δ' ἐστὶν ἡ λεπτοτάτη καὶ εὐθρυβής. κούφη τε ὡς πάμυλον. ταχέως τε χυλουμένη ὑπὸ ὑγροῦ. διαγριθεῖσά τε ὑπερβάλλουσα τὸ ὀσμήν. ὁλίζουσι δὲ αὐτὴν, φάραγγι ῥίζῃ τρέφοντες, καὶ τὴν ἄφοδον ὁμοίαν οὖσαν πωλοῦντες. οἱ ἢ, ἄμυλον ἢ κιμωλίαν φυρῶντες, καὶ χοΐζοντες ἀραιοῦσι δὲ ἀραιῷ κοσκίνου, εἰς ὀλίγον ἀπιθοῦσι. καὶ ξηράναντες ὡς σκωλήκια, πωλοῦσιν ἀντὶ ταύτης.

caturq; ustio hæc Arabica. Ouillũ ex aceto illitũ pustulis quas epinyctidas dicunt, clauis, uerrucis & ulceribus quæ thymos uocãt, medetur. Ambustis uero cũ cera rosaceo oleo subacta, coactũ. Sanguinis excreationes sistit, & lateris diutinos dolores lenit, caprinum tritum & in aqua uino'ue potum. Rupta itidem & conuulsa lenit in aceto potum. Sanat luxata etiã cera rosaceo oleo subacta coactum. Asinorum equorumq; fimũ crudũ per se, crematíq; itidẽ cinis admixto aceto, sanguinis eruptiões sistit. Quod uero ex equis asinisq; in armento herbas pascentibus lectum fuerit, siccatũ uinoq; dilutum & potum, scorpionum ictibus succurrit. Columbarũ quòd maiore calefaciẽdi & urẽdi ui est, malagmatis, quæ hordeacea farina & hydrelæo conficiunt, utiliter miscetur. Ex aceto, struthiocamelorum discutit: carbunculos cum melle, lini semine & oleo subactũ, erumpit. Ambustis præterea medetur. Eadem potest & gallinarũ fimũ, sed minore efficacia. Priuatim tamen contra letales fungos, & crassioris intestini quod colon dicunt dolores, cum aceto uino'ue utiliter bibitur. Creditur & iumentarij fimum comitialibus in aqua potũ prodesse. Fertur & uulturis, suffitu fœtus pellere. Murium, quas muscerdas dicunt, tritum & ex aceto inunctum, capilli defluuia quas alopecias dicunt, emendat. Cum thure idem mulsoq; potum, calculos pellit, & infantibus excrementa alui appositũ proritat. Sistit aluũ caninum, per canis æstum lectum, & in aqua uino'ue postq; aruerit, potũ. Humanum recens illitũ, uulnerũ inflammationes arcet, simulq; ea glutinat. Idem siccum, contra anginas ex melle utiliter traditur inungi. Terrestris crocodili ad bonitatem caloris & uultus nitorem, fœminis inseruit: probatissimũ quod candidissimum, friabile, fine pondere & instar amyli est: qđ celerrime liquoribus soluitur, & cum teritur subacidum, & fermẽti odore est. Adulterant id aliqui, sturnos oryza pascentes, fimumq; eorum simile huic uendentes. Sunt etiam qui amylum cimoliam'ue cretam aqua macerantes, & modica anchusa colorantes, per rariorem cribrum in tabulas percolant: siccatum'que uermiculorum specie, pro terrestris crocodili fimo uendunt.

INTERPRES.

SVnt de omni animalium fimo ab alijs Græcis non pauciora his tradita, & quæ omnibus communia sint, & quæ priuatim aliquibus competant: qualia sunt calefacere, siccare, simul'que discutere omne fimum: Diuersas eius uires tantum & naturam ex temperamento ratione'que uictus animalium esse. Ideoq; caninum ex ossium cibo excretum, intestinorum torminibus siccatum mederi: bibi'que in eum usum cum lacte quod schiston Græci uocant: Sanare idem uetusta ulcera, facientibus ad ea remedijs additum, anginarum'que & tonsillarum inflammationibus cum melle inungi. Prodesse eidem malo etiam infantium, qui simpliciter nutriti fuerint, Luporum, quod candidum in fruticibus aliquibus

quibus plerunq; inuenitur, contra coli dolores efficax esse, nec tan: ū prodesse potū, sed corpori etiā adalligatū: in quo usu, ut est ferè in studio sanitatis superstitiosa & facilis fidei humana gēs, traditū est in ceruina pellē claudi & alligari oportere, aut funiculo qui ex ouis à lupo enectæ lana fuerit factus. Bubulum prçter ea quæ de eo hic dixit, extrahendi uim habere: ideoq; uespa rum & apium ictibus mederi. Quinetiā eodem in sole óblita corpora quæ subierint aquæ, magnopere iuuari. Columbarum agrestiū, quas palumbes Latini dicunt, longe alijs acrius esse: ideoq; addito nasturcij semine cutē cum rubore exulcerare. Gallinarū, uomitione strangulātes fungos educere, maloq; illi sic mederi. Ciconiarū, non nisi recta ceruice spirantibus, prodesse. Sturnorū qui oryza pasti fuerint, abstergendi exterēdiq; uim habere, ideoq; cutis asperitates omnes exterere: quæ causa est, ut pro crocodili fimo non tantū illi aspectu simile, sed simili potestate ueneat. Terrestrium crocodilorū, lētigines exterere. Fluuiatiliū uero, oculorū albugines extenuare: quæ ex multis alijs breuissime dicta satis sint. Poterāt enim neq; inutiliter omnino referri huc, quę de fimorū generibus, diuersoq; stercoris usu ueteris rei rusticæ autores, & qui de plantis docuerunt, in stercorandis agris arboribusq; tradiderunt: in quibus cum unum fuerit omnibus consiliū, languentes calefacere agros, & præteriti anni fœtura exhaustas plantas, nouis ad nouos fructus uiribus instaurare, de calore uiribusq; alijs omniū fimorum certius docere coacti sunt: Et in eorū censu primas uires & acrimoniā humano tribuere, suillo secūdas, caprino tertias, ouillo quartas, bubulo quintas, asinino autem sextas assignare partes: non spernendo, neq; inutili penitus argumento in censenda eorū etiā ad medicinā utilitate. Sed quoniā alieni studij & operis ea pars erat, tota à nobis relicta est: qui Dioscoridē uertētes, nihil prius magisq; q̄ ut totus legētibus pateat, curaturi sumus, eamq; ob causam ex multis pauciora quædā signātes, monemus q̄d lōgius & pluribus dictū à nobis est bouē in armēto & pascuis agentē una nomados uoce à Dioscoride dictū fuisse, qui eam intellexit bouē, quæ uaga in pascuis semper nunq̄ domi habeat: eam Paulus Aegineta ἀγελαῖον quasi in grege agē tem dixit. Plinius nunc in agro pastā, nunc armentinā appellauit: ex qua tantū, hic iussit fimū ad leniendas uulnerū imflāmationes & coxendices, accipi. Coēgit nos etiā necessitas caprinum fimū à forma autore Pal ladio caprinas baccas nominare: quoniā in ea quadrupede Græci propriā illi appellationē seruauerint, ἀσυφόθους scilicet, q̄uis Nicāder in Theriacis suis πυρόθους, nisi uitiū in alterutro sit, idem fimū appellauit. Sunt in Græcis qui nō caprinū tantū, sed ouillū etiā ea uoce significēt: quēadmodum nō expleri alopecias caprino tantum, sed ouillo itidē. Instituit utrūq; Paulus Aegineta libro secūdo capite de instaurāda alopecia. Nō cōuenit deinde Barbaro & nobis q̄d hic ait: podagris illitū mederi caprinū fimū: ille cū posca, quasi ὀξύκρατον legerit, nos cū adipe, quoniā in cūctis Græcis q̄s hactenus legerimus, σὺν ὀξυγγίῳ est, quæ uox adipē siue axungiam Græcis indicat, nō poscam: utrobi autē ueritas, peritiores censebūt. Sequitur nō multo post, quod nō satis certū parumq; uerisimile, & nostra ætate quod audierimus in nullo usu sit: etsi Plinius in Latinis id testetur, in Græcis uero præter Dioscoridē in aliquibus adhuc etiā legat. Plutarcho præsertim, qui q̄ cōmentario quæsiuit, cur sero scelerati à numine puniātur, in usu eam fuisse ustionē ijs uerbis testatur: καὶ γελοῖον δ' ὁ φόσκων ἄλλων ἕνεκα τοῦτο ἰχίων πονούντων καίειν τὸν ἀντίχειρα. Quod est: Ridiculus præterea est, dicens iniustū esse medicū, qui in coxēdicis dolore pollicē urat. Est aūt id q̄d ad coxendicē & ischiadicorū ustionem pertinet, quā Plinius libro XXVIII. capite X. his uerbis docet: Quin & ischiadicos uri sub pollicibus pedū eo fimo feruente utilissime, tradūt, iubet Plinius sub pollicibus pedū fieri, quod hic in cōcaua pollicis manꝰ parte, inter duos neruos, qua brachiali cōiungitur, faciendū præcipit: Estq; in ustione hac magis uerisimile quod Plinius, q̄ quod Dioscorides cōstituit: Siquidē facilius à pede per totū crus caloris sensus ad coxendicē, q̄ à manu per brachiū peruenire potest. A' coxēdice præterea per fœmora, genua, tibias q; ad infimos talos pertinēs coxē dicis dolor est: q̄d in superiore hominis parte nō fit. Qui deinde aptiorē coxendicū ustionē docuerunt, Hippocrates, Paulus Aegineta, alijq; Græcorū medici, aliter uri in eo malo hominē uoluerūt. Eò fit ut credamus magicæ oſtētationis remediū quondā fuisse, præsertim tradente Plinio eodē libro & capite cōtra lumborū dolores afferre magos sua cōmenta: alijsq; in eo dolore remedijs addere caprinū fimū: iubereq; subdito linteolo uncto caua manu quantū pati possit, ferues sustineri: ita ut si leua pars doleat, hæc medicina in dextra manu fiat: aut ecōtrario: quod ischiadicorū ustioni uel q̄ maxime simile est. De qua non est quod aliud hactenus inuenerimus, aut tradere ualeamus, nec cur Arabica hæc ustio quondā diceret, nisi fortè à gente id nomē inuenerit: & quoniā Arabes sic coxēdices urerēt, ideo Arbaica à ueteribus dicta fuerit: Nō dissimilis ustionibus his ea est, qua in gēte nostra circa XL. à partu diē infantes, candēte ferramēto, ab alijs in imo occipitio, ab alijs in interscalpio, ab alijs sub posteriore humero passim urunt: uulgoq; crediē, sine ea ustiōe nō posse fœliciter primæ illius ætatis pericula infantes euadere. Nota postremo omnibus eodē uolumine, sed capite VIII. Plinij crocodilea est: & si nō fimum crocodili simpliciter crocodileā dicere uideat, sed in fimo plena eius animalis intestina: quorū multiplex quondā in medicina, & formę affectatione mulieribus usus fuit. Nec quicq̄, ut cōijcere licet, in fœminarū delicijs & uultus lenocinio crocodilæa tūc notius erat. Indicat id Flaccus in Epodo & carmine cuius principiū est: Quid tibi uis mulier nigris dignissima barrhis: contra impudicā anū dicēs. Nec tibi iam manet humida creta colorq;, Stercore fucatus crocodili: crocodileā hāc siue terrestris crocodili fimū quo fucarētur fœminæ significās. Non uidetur aūt Naso in libello de arte amā direm penitus cognouisse, cū præcipit ut quæ nigriore uultu esset, ad piscis pharij opē cōfugeret. Verficulus eius est: Nigrior ad Pharij confuge piscis opem. Crocodilū sanè intellexit, quoniā Phariū & Niliacū piscē dixit; uerū in eo deceptus uideꝰ, q; crocodilorū duplex genus fert Aegyptus, fluuiatilē & aquaticū alterū: qui piscis & in piscīū genere cēsendus sit, terrestrē alterū, & cui tantū in arida uita sit, multo infra magnitudinē illius. Id q; in animaliū historia tam certè patet, ut ueterū autoritate confirmandū modo nō sit: & ex hoc terrestri nō fluuiatili & pisce crocodilo, cui in terra uictus esset, & ut Plinio ait odoratissimis floribus uescereꝰ, fimū mulieribus quærebat. Testis eius rei hic ipse, qui terrestris crocodili fimū fœminis ad coloris bonitatē et uultus nitorē q̄ri ait. Testis Paulus Aegi. li. VI. alterū ab altero diuidēs, & terrestris fimū lētigines exterere

Nomades boues.

Caprinæ baccæ.

crocodilea.

Duplex genus crocodilorum.

Ouidij lapsus.

dicens: aquaticũ autem & piſcis, oculoꝝ albugines. Teſtis tandẽ Galenus decimo de ſimplicibus medicamentis uolumine, de crocodili ſimo hoc his uerbis agens: τῷ δὲ τοῦ χερσαίων κροκοδείλων ζώντων τῶν μικρῶν τε καὶ χαμαιρεπῶν κόπρον ἔνιπνον ἁπλῶς εἶναι πεπείρασται πολλαῖς δὴ καὶ ἄλλαις δυνάμεσιν ἀρκεῖ δοῦς ἄλλοις φαρμάκοις ζωσυδοῦς οὖσι λαμπρόν τι καὶ τερπνὸν ἐργάζεσθαι τὸ πρὸς τὸν τῆς ὄψεως λόγον. Quorum hic ſenſus eſt: Crocodilorum autẽ ſimum paruoꝝ, & qui per terram ſerpũt, pretioſum delicatiores fecerunt mulieres. Quibus non ſatis eſt tot aliꝭs medicamẽtis nitentem, & ſine rugis uultus ſui cutem efficere, ſed crocodiloꝝ ſimum ſibi etiam impoſuerunt. Ex his ratiocinari facile eſt, parum proprie terreſtrem crocodilum piſcem appellaſſe Ouidium, ſimilitudine & nominis deceptum amoribus alioquin deditum hominem, & in fœminaꝝ lenocinĩꝭ ideò non decipiendum, pharium piſcem pro terreſtri crocodilo indicaſſe.

Περὶ οὔρων. Κεφ. σπζ'.

De animalium urinis. Cap. LXXIII.

Ὄυρον ἀνθρώπου τὸ ἰδιον πρὸς ἐχίδνης δήγματα θερμόν. καὶ πρὸς θανάσιμα καὶ ἀρχομένους ὑδρωπας. καὶ πρὸς δῆξιν τῆς θαλάσσιον ἐχιδνῶν. καὶ σκορπίου θαλασσίου καὶ δράκοντος ἐπαντλόμενον. τὸ δὲ κυνὸς ἐπάντλημα, κυνοδήκτοις. καὶ πρὸς λέπρας καὶ κνησμῶδες μα σὺν νίτρῳ. τὸ παλαιὸν σμηγματικώτερον ἀχώρ. πιτύρων. ψωρῶν. ἐκζεσμάτ. νομάς τε ἐπέχει. καὶ τὰς ἐν αἰδοίοις ἑρπυζόμενον καὶ ὦτα πυορροοῦντα σεσηπότα. ἐκβάλλει δὲ καὶ τὴν ἐν οὐρήσει σκώληκας ἐφόμενον ἐν αἰδοίοις ἕδρας. τὸ δὲ τῆς ἀφθόρου παιδὸς καταῤῥοφούμενον, ὀφθαλμίαις ἁρμόζει. ἐψηθὲν δὲ ἐν χαλκῷ σὺν μέλιτι, οὐλὰς καὶ ἄγεμα καὶ ἀκλῆδας ἀπομήχει. καταστυφόμενον δὲ καὶ αὐτὸ καὶ τὸ κυπρίου χαλκῷ ἁρμόζουσα ἐπὶ τὸ χρυσίον κόλλα. ἡ δὲ ὑπερσάθμη τοῦ οὔρου καταχριωμένη, ἐρυσιπέλατα παύει. ἀναζεσθεῖσα δὲ σὺν κυπρίνῳ καὶ προσεθεῖσα, ὀδύνην ὑστέρας παύει. ὑδρικῶς πινομένας κουφίζει. ἐλέφαντά τε ἀπομήχει καὶ οὐλὰς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ἀπαθαίρει. τὸ δὲ ἰσχάδος σὺν σμύρνῃ λεανθὲν καὶ ἐνσταγὲν, ὠταλγίας παύει. καὶ τὸ συάγριον δὲ τὸ αὐτῆς ἔχεται δυσαμένως. ἰδιατρικὸν δὲ τοῖς ἐν κύστει λίθους θρύπτει καὶ ἐκκρίνει πινόμενον. αἰγὸς δὲ ὕδρωπα ἐμ * ὑπὸ σάρκα πινόμενον μετὰ νάρδου σάχυος καθ' ἑκάστην ἡμέραν σὺν ὕδατι κυάθῳ πλήθους β'. ἄγει οὖρα καὶ κοιλίαν. ἰᾶται δὲ καὶ ὠταλγίας ἐνσταζόμενον. ὄνου δὲ πραθὲν ὑδρωπικοὺς ὑγιάζει.

Ὄυρον ἀνθρώπου ἰδιον θερμὸν ἐχίδνης δήγματα καὶ πρὸς θανάσιμα καὶ ἀρχομένους ὑδρωπας. καὶ πρὸς δῆξιν τῆς θαλασσίου ἐχιδνῶν. καὶ σκορπίου θαλασσίου καὶ δράκοντος ἐπαντλόμενον. τὸ δὲ κυνὸς ἐπάντλημα, κυνοδήκτοις. καὶ πρὸς λέπρας καὶ κνησμῶδες μα σὺν νίτρῳ. τὸ παλαιὸν σμηγματικώτερον ἀχώρ. πιτύρων. ψωρῶν. ἐκζεσμάτ. νομάς τε ἐπέχει. καὶ τὰς ἐν αἰδοίοις ἑρπυζόμενον καὶ ὦτα πυορροοῦντα σεσηπότα. ἐκβάλλει δὲ καὶ τὴν ἐν οὐρήσει σκώληκας ἐφόμενον ἐν αἰδοίοις ἕδρας. τὸ δὲ τῆς ἀφθόρου παιδὸς καταῤῥοφούμενον, ὀφθαλμίαις ἁρμόζει. ἐψηθὲν δὲ ἐν χαλκῷ σὺν μέλιτι, οὐλὰς καὶ ἄγεμα καὶ ἀκλῆδας ἀπομήχει. καταστυφόμενον δὲ καὶ αὐτὸ καὶ τὸ κυπρίου χαλκῷ ἁρμόζουσα ἐπὶ τὸ χρυσίον κόλλα. ἡ δὲ ὑπερσάθμη τοῦ οὔρου καταχριωμένη, ἐρυσιπέλατα παύει. ἀναζεσθεῖσα δὲ σὺν κυπρίνῳ καὶ προσεθεῖσα, ὀδύνην ὑστέρας παύει. ὑδρικῶς πινομένας κουφίζει. ἐλέφαντά τε ἀπομήχει καὶ οὐλὰς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ἀπαθαίρει. τὸ δὲ ἰσχάδος σὺν σμύρνῃ λεανθὲν καὶ ἐνσταγὲν, ὠταλγίας παύει. καὶ τὸ συάγριον δὲ τὸ αὐτῆς ἔχεται δυσαμένως. ἰδιατρικὸν δὲ τοῖς ἐν κύστει λίθους θρύπτει καὶ ἐκκρίνει πινόμενον. αἰγὸς δὲ ὕδρωπα ἐμ * ὑπὸ σάρκα πινόμενον μετὰ νάρδου σάχυος καθ' ἑκάστην ἡμέραν σὺν ὕδατι κυάθῳ πλήθους β'. ἄγει οὖρα καὶ κοιλίαν. ἰᾶται δὲ καὶ ὠταλγίας ἐνσταζόμενον. ὄνου δὲ πραθὲν ὑδρωπικοὺς ὑγιάζει.

VRon Romani lotiũ & urinam dicũt. Contra uiperæ morſus, lętalia uenena, & incipiẽtes cutem ſubire aquas, remedio eſt urina hominis & ſua cuiuſq; pota. Fouentur eadẽ utiliter marinoꝝ ſcorpionum, echinoꝝ, draconumq; morſus. Canina itidem rabidi canis morſus pari utilitate fouentur. Lepras, pruriginesq; addito nitro exterit urina. Inueterata maiore efficacia capitis manãtia ulcera, furfures, ſcabies, papulaꝝq; eruptiones abſtergit. Compeſcit quæ paſcendo ſerpunt genitalium uitia. Infundit purulentis auribus, infuſaq; adſtringit, ueteſcq; earum pellit in malicorio decocta. Prodeſt impubis pueri urina non niſi recta ceruice ſpirantibus in ſorbitione data. Eadẽ cum melle in æneo uaſe decocta, oculoꝝ cicatrices, albugines & nubeculas exterit. Conficitur Cyprio ęre & urina accommodatum auro gluten. Sanãtur inuncti urinæ ſedimento ſacri ignes. Hæc ipſa cum liguſtrino oleo inferuefacta, muliebrium locoꝝ dolores appoſita mitigat. Strangulatu uuluæ procidẽtes leuat. Palpebras abſtergit & oculorum cicatrices emaculat. Auribus in dolore utiliter inſtillat taurina cũ myrrha coacta. Habet & aprina eaſdẽ uires: priuatim tamen pota, ueſſicæ calculos frangit & pellit. Prodeſt caprina cum ſpica nardi quotidie pota, reſoluentibus ſe in aquæ naturam ſolidis toto corpore partibus, quod malum Græci hydropen anaſarca dicunt, ſic ut ſimul aquæ cyathi duo bibantur, urinam per aluum ducens. Medetur eadem aurium doloribus inſtillata. Renum cum urinæ impedimento aliquo doloribus quos nephritin dicunt, mederi aſini urinam traditum eſt. Lyncis urina quã lyncurion dicũt, creditur eiecta ſtatim lapideſcere, ſed falſò: Eam quę ob cauſam inanem & inutilem habet hiſtoriam. Eſt enim lyncurion quod à quibuſdam electrum dicitur, cognomento pterygophoron, quod eſt plumas trahẽs: id in aqua potum ſtomacho & fluenti aluo accommodatum eſt.

Περὶ λυγγουρίου. Κεφ. ϖϞ'.

De lyncis urina. Cap. LXXIV.

Τὸ δὲ τῆς λυγγὸς ὃ δὴ λυγγόριον καλεῖτε, ἅμα ζωοῦ ζουσηθῆναι λιθοῦσθαι πεπίσθυται. διὸ καὶ ματαίαν ἔχει τὴν ἱστορίαν. ἔστι δὲ τὸ καλούμενον ὑπ' ἐνίων ἤλεκτρον πτερυγοφόρον. ὅπερ πρὸς τὸν ὑδρωπα, τοῖς μάχῃ καὶ ῥύμῃ διὰ κοιλίας ἀπομένοις. ὄνου δὲ πραθὲν ὑδρωπικοὺς ὑγιάζει.

Τὸ δὲ τῆς λυγγὸς ὃ δὴ λυγγόριον καλεῖτε, ἅμα ζωοῦ ζουσηθῆναι λιθοῦσθαι πεπίσθυται. διὸ καὶ ματαίαν ἔχει τὴν ἱστορίαν. ἔστι δὲ τὸ καλούμενον ὑπ' ἐνίων ἤλεκτρον πτερυγοφόρον. ὅπερ πρὸς τὸν ὑδρωπα, τοῖς μάχῃ καὶ ῥύμῃ διὰ κοιλίας ἀπομένοις. ὄνου δὲ πραθὲν ὑδρωπικοὺς ὑγιάζει.

HAbet urina in animalibus, quæ per renes, & quos urinæ meatus dicunt, ex ſanguine in ueſſicã non aliter q̃ per colum fluit, quod cõmune omnibus fit, calorẽ ſcilicet & acrimoniam. Priuatim omniũ aliorum animaliũ, exceptis eunuchis, humana infirmior eſt. In nutriendo non paruas habet uires,

uires, ideoq; in fame pota urina seruati aliqui sunt. Sanat præter ea quæ à Dioscoride dicta sunt pedum attritus, sed nondum inflammatos, ex calceis factos. Caprarum & camelorũ urina aluum deiicit, ideoq; contra cutem subeuntes aquas utiliter bibitur. Ex homine omnium efficacissima impubis pueri est. Auguria ualetudinis ex ea à medicis præcipue accipiunt. Suntq; tam multi eius colores, tam diuersi habitus & odores, ut nihil æque in medicina difficilius & utilius nouisse sit, nisi forte aliquis Romani Cęsaris exemplo ad rigandas stercorãdas q; simul arbores ex ea uectigal in gente sua excogitauerit. Ea pruritus foueri utilissimũ Dioscorides ait: κνησμοὺς Græci id malũ uocãt, in senibus nõ adeo curabile. In reliquis ætatibus haud difficilis curationis, si deprehensa mali causa fuerit, quæ plerunq; est corruptus, & (ut aptius loquamur) putris pituitosus aut biliosus humor. Contra quem urinæ acrimonia & calore inter cætera pugnandũ est. Exigebat post omnia hic locus, ut de lyncurio, siue gemma, siue succinum id sit, aliquid diceremus: sed tanta est ueterum in historia eius uarietas, ut nihil censere de eo audeamus. Sunt enim qui negent lyncurion esse. Sunt qui esse quidem dicant, sed unde aut quid sit, affirmare non audent. Plinius diuersis locis multa, sed quæ omnia de gemma intelligantur, quæ possunt uolentes facillime ab eo audire.

Prurigines senum.

De melle. Cap. LXXIIII.

MEli Romani mel dicunt. Primã habet mel Atticum bonitatis æstimatiõnẽ, & in hoc q̃d ab Hymeto ei⁹ regionis monte Hymettion appellant. Probatur deinde ex Cycladibus insulis, & ex Sicilia quod Hyblęũ ab insulæ eius ciuitate Hybla dicunt. Probatius in omni genere quod dulcius, odoratius, acre, colore rutilo, nõ liquidũ, sed ponderosum firmũq; est, & q̃d tractũ, digitos sequaci lẽtore sequit. Est melli uis & natura exterere, aperire, & humores in summũ proritare. Ideoq; sordidis ulceribus & sinibus utiliter infunditur. Decoctũ idem & impositũ solutas à cõtinuitate sua carnes & hiãtes glutinat. Sanãt impetigines decocto cũ liquido alumine melle inũctæ. Sanãtur eodẽ & pedũ claui: Contra incertos auriũ sonores doloresq; cũ trito fossili sale tepidũ instilla tur. Pediculos & lẽdes inũctu necat. Apellas, sed nõ ex circuncisione, in integrum restituit melle emollitis pręputijs, præsertimq; à balneo triginta diebus. Purgat quæ claritati oculorũ officiũt. Medetur & faucium uitijs mel, tonsillis & anginis: in quem usum gargarissatur, & eo colluunt os. Idem urinã cit. Tussi & serpentium morsibus prodest. Prodest & his qui ex papauere opium biberint: contra quod malum cum rosaceo calidum sumitur. Quinetiam contra fungorum maleficia & rabidi canis morsus bibẽdũ, aut in eclegmate delingendũ datur. Crudum tamẽ omne mel inflat: aluum & tussim proritat: ob quã causam despumato uti oportet. Primam habet mel uernum bonitatis æstimationem: secundã æstiuum: hyemale, quia crassius ideò deterius, ceragini faciendæ aptius. Quod in Sardinia ab apibus mel fit ex absinthij pabulo amarũ, asperã discolorem q; ceu à sole cutem uultus q; maculas omnes inunctu emendat. Fit & in Heraclea Ponti ab apibus mel tempore aliquo, quod propria quorundam florũ potestate comendentes in furorẽ cum sudoris copioso defluxu agit: qui ad

βοηθοῦντι ἢ πήγανον ἐσθίοντες μὴ τάριχος. μὴ οἰνόμελι πίνοντες. ὀσάκις ἂν ἐμέσωσι τὰ αὐτὰ προσφερόμενοι, ἔσι ἢ ῥιγμύ. μὴ πλασμοὺς μὴ τὴν ὄσφρησιν κινδυν. θλαπεύον ἔφκλιμ. καταχριόμενον μετὰ κόσου. μετὰ δὲ ἁλός, πελιώματα αἴρων.

qui ad ſanitatẽ deinde reſtituũtur, rutæ thymi & rũcę ſalſę carnis cibi, & mulſi potu: q̃ties ea ſumpſerint, toties uomitione reiẽcientes. Habet hoc mel acrimoniã, ſternutamẽta olfactu ciẽs. Emẽdat cutis aſperitudines à ſole factas: in quem uſum addito coſto inungitur: cum ſale autem, liuores delet. Vocatur & quoddã ſaccharę, quod mellis genꝰ eſt in India fœliciq; Arabia cõcreti. Inuenitur id in harundinibus concretione ſua ſali ſimile: & quod dentibus ſubiectum, ſalis modo friatur. Bonam facit aluum hoc mel. Dilutum aqua idem potumq;, ſtomacho accommodatum eſt. Exulceratæ ueſſicæ & renibus prodeſt. Quin etiam contra ea quæ claritati oculorum officiunt, utiliter inungitur.

περὶ Σακχάρου μέλιτος. Κεφ. σϛ'.

ΚΑλὴ δ' ἐξ ἡ σάκχαρις ὁμοία μέλιτος ἐν ἰνδίᾳ πεπηγότος ἡ τῇ ἐν δαίμονι ἀραβίᾳ. εὑρισκόμενον ἐπὶ τῶν καλάμων. ὅμοιον τῇ συσάσῃ ἁλσί. ἡ θραυόμενον ὑπὸ τῶν ὀδόντων καθάπερ ὀλάς. ἔσι δὲ εὐκοίλιον. εὐστόμαχον διεθὲν ὕδατι ἡ πρθέν. ὠφελεῖ κύσιν κεκακωμένην ἡ νεφρούς. καθαίρει δὲ καὶ τὰς κόρας ἐπισκοτοῦντα ἐγχριόμενον.

INTERPRES.

MEdicinam, ganeam, ſecundas mẽſas, & omnem piſtoris in dulciariſs operam inſtruxit quondam mel quod poëta aërium appellauit. Nondum em̃ in noſtrum orbem ex India fœlici q; Arabia, quo nunc omnes ubiq; abundant gentes, ſaccharę tranſierat: uix q; in Græciã & Italiam pertulerat fama, quod paulominus q̃ tota Europa noſtra ætate ſeritur & conficitur. Eam q; ob cauſam facto ab apibus melli, quoniã in eo crederetur, nondũ cognito alio melle, ſuauitatis extremã clauſiſſe lineam natura, primũ honorem antiquitas detulit: neq; immerito, ſiue in conficiẽdo operis admirabilẽ rationem, ſiue in uſu tam multas uoluptates & neceſſitates eius aliquis contẽpletur, quæ à tam multis hactenus tractatæ, dicatis q; priuatim huic ſtudio cõmentariſs ad annonam & quæſtũ translatæ, repeti à nobis præſertim aliud agentibus non debent. Satis itaq; legentes illud monuiſſe fuerit, in tanta ſuauitate eſſe etiam quod amareſcat, quod noceat, quod ueneni maleficium habeat: & ſi cætera deſint, quod Pindarus ait: κόρον ἔχειν κοὐ μέλι, ſacietate q; ſua ueſcentibus faſtidiũ facere: maximo & certiſſimo argumento, nullum in fortunę naturæ q; bonis tam fœlicem homini fructũ eſſe, cui non coniuncta aliqua noxa etiam fuerit. Nec tam præſentem certam q; uoluptatem, quæ aſſiduitate ſua faſtidium non afferat. Primum Attico Hymetio melli honorẽ Dioſcorides detulit, quod & alij omnes fecerunt, facto periculo præ cæteris hoc unum probãtes: in quo tenuitate ſoli & aëris bonitate non aliter q̃ in ingeniſs multa fœlicitate Athenę uſę ſunt. Secundum ab hoc ordinem ex Cycladibus, quæ in Aegeo mari inſulę ſunt, & ex Sicilia è regione, nec procul ab Italia in Tyrrheno mari iacente inſula melli tribuit. Quo magis nouiſſe omnes debuerant, quod paſſim in Dioſcoride legitur: καὶ ἀπὸ τῆς σικελίας σίμβλιον κεκλούμενον, id eſt, & ex Sicilia quod ſimbliũ uocant, non ſimbliũ quod nullum (ut mox docebimus) intellectum habet, ſed Hybleum ab eius inſulæ ciuitate Hybla in antiquis poëtis ſcriptoribus q; aliis notiſſima, legi oportere: ad quam optimũ fieri ab apibus mel infiniti penè teſtantur, omnium q; maxime Martialis: qui in xeniis ſuis cum Atticum mel in primis laudaſſet ſub titulo Siculi faui, hęc cecinit:

Cum dederis Siculos mediq; de collibus Hyblæ
Cecropios dicas tu licet eſſe fauos.

Quaſi ex hoc ſcriptore diciſſet anteſtare quidẽ bonitate Atticũ mel, ſed in ſecũdo ordine Siculũ hybleũ eſſe. Quibus ut poëtæ ſolẽt, ille deinde adiecit, tam leui & exiguo diſcrimine diſtare inter ſe hæc mella, ut alterũ pro altero impune apponi poſſit. Quod q; Martialis teſtatus eo loco eſt, teſtati & alij penè infiniti ſunt: quos ideo citare deſinimus, quoniã rationẽ non fidem & autoritatẽ alioꝝ ad hanc rẽ uolumus præſidio nobis eſſe. Intelligendum itaq; primũ eſt, in probandis ad medicinã rebus non unam alteram' ue, ſed plures & diuerſas rationes eſſe. Eſt q; omnibus facile in hoc ipſo ſcriptore, Plinio, Celſo, aliſq; ferè omnibus obſeruaſſe bonitatis notas ex odore, ſapore, colore, pondere, leuitate, tempore, partibus, regionibus q; & aliis huiuſcemodi multis deprehendi. Nec ullum ferè in Dioſcoride caput eſt, in quo ex tam multis probãdi rem ratio aliqua non inueniatur. Et in melle hoc præcipue, in quo priusq̃ de amaro uenenato q; melle & ſaccharo ageret, poſt abſolutam omnem cõmunis mellis medicinã, probationẽ eius ab anni tẽpeſtatibus proſecutus eſt: uerno primum, æſtiuo ſecundũ honorem tribuens, hyemalẽ uero in extremo ordine damnãs. Et à principio ſtatim eiuſdẽ bonitate per nationes tractata, quod Plinius etiam libro undecimo capite decimotertio fecit, primã Attico hymetio, ſecundã uero ex Cycladibus inſulis ſimul q; Siculo hybleo laudẽ aſſignauit. Plinij uerba ſunt: ibi optimũ ſemper ubi optimoꝝ doliolis florum conditur. Atticæ regionis hoc & Siciliæ, Hymeto & Hybla, &c. Qua deſcriptione nihil ad rem noſtrã certius, & inſtaurandę corruptæ in hoc ſcriptore uocis aptius. Duo enim duobus reſpondent: Attica Siciliæ, & Hymetus Hyblæ: Vt q; in Attico laudatur Hymetium, ſic in Siculo præfertur Hybleum. Nec uerisimile eſt, cum per nationes mellis cenſum Dioſcorides faceret ab aliis rebus notas miſcuiſſe. Dicimus id ne quis fortè opinetur ab aluearibus quæ Græci σίμβλους dicũt, ſimblium mel nominari potuiſſe. Nam præter q̃ q; nullam priuatim cauſam ea uox oſtendit, omne enim mel in aluearibus collectũ inuenitur, ſequax ſermonis ordo etiam poſſe id intelligi non patitur. Ait enim hic, & ex Sicilia quod ſimbliũ nominatur, non aliter q̃ in Attico pauloante dixerat Atticum, & in hoc quod Hymetium dicitur. Præterea ſi ab aluearibus bonitatis nota accipienda erat, oportebat ex qua aluearium parte id accipiendum eſſet, oſtendere. Nimis enim commune eſt, ſi ex aluearibus tantũ mel dicatur: quãdo nullum niſi

Faſtidiũ mellis.

nisi in aluearibus inuenitur. Accedit omnibus his, ꝙ uetustissimus Latinus Dioscorides quem in manibus quotidie habemus, Longobardis literis scriptus, egregiæ uetustatis monumentũ, Hyblęũ nõ simbliũ aperte ostẽdit legi oportere. Dicta aũt longius hęc à nobis fuerũt, non tam ut rem nostrã tueremur, ꝙ ut memi nerint omnes, nõ sic fidẽ codicũ qui legũtur, ꝙ rationẽ expẽdi aliquãdo oportere: nec in unius aut alterius librarij incuria & imperitia, in grauioris rei intellectu periclitari. quod paulo post factũ etiã est, ubi hic ait, sonoribus & doloribus auriũ mederi mel. Deest em̃ in his qui passim legũtur, κηρὸς ὕλους ἐν πρόσιν: quod est, mederi etiã clauis qui in pedibus nascũtur. Præterea quod in cũctis legitur eodẽ loco: σὺν ἁλσὶν ὀρυκζῖτις, quod cũ fossili sale significat, in aliquibus nec ultimæ fidei est φρυκζῖτις, id est, cum cremato sale, diuersitatẽ eam una tantum faciente litera: nihil tamẽ contra cõmunẽ tot alioꝝ lectionẽ mutatũ est, etsi nõ careat ratione cremato sale uti in eo malo oportere. Diximus ab hoc loco statim restitui in integrũ & emẽdari melle appellas, sed non ex circũcisione: una uoce quos hic λεπρόλιπμους appellauit, significãtes. De quibus in diffinitionibus suis Galenus ait: appellas esse, quibus genitalis glandẽ operiens cutis desit: ꝙ uitio nec reducta deducta'ꝙ cute operiri nudariꝙ glans ea possit. Quod per se aliquãdo fit: aliquãdo ut in Iudæoꝝ gẽte, humana iniuria: Quibus mos fuit & adhuc est, infantes suos nõ multo post natalẽ diẽ religionis ritu circũcidere. Eamꝙ ob causam hic addidit, præterq̃ ex circũcisione: quoniã ablato semel præputio, nõ potest naturæ aut artis ope restitui, ꝙd semel totũ perijt. Cæteros quibus contractione cutis in ea parte malũ id fit, sanari posse hic melle ait: Et, ut in Græcis, siue per se, siue hominũ iniuria id malũ fiat, λεπρόλιπμοι dicũtur, ꝙ pelle in ea parte careãt. Sic nos etiã ab eiusdẽ pellis priuatione satyrici poëtæ exẽplo, apellas id malũ patientes, appellauimus. Et ꝙniam circũcisionis facta mẽtio est, nõ pigebit obiter, & si nota res sit, ex Galeno in diffinitionibus suis doquã Latini præputiũ dicũt, ablationẽ. Quod in cõmuni omniũ lectione deinde erat: Fauciũ uitijs tõ fillisꝙ & anginis mederi mel λιαχριόμενον καὶ ἀναγαργαριζόμενον, ꝙd est, si inungat & gargarisset, mutatũ à nobis est, & ad aliud curationis genus translatũ: propterea ꝙ in probationis fidei Græcis codicibus nõ λιαχριόμενον sed λιακλυζόμενον legebat, quoꝝ ultimũ hoc à uerbo colluere participiũ est: & in hoc usu aptiorem cõtra ea mala curationẽ habet: Prius aũt illud à uerbo ungere factũ, foris faciendã curationẽ indicat. Est aũt colluere os, retentũ ore humorẽ aliquẽ identidẽ circũagere, ut ea ratione medicinã cõtactu faciat. Scimus quidẽ cõtra angina foris & in collo iniũcta multa: sed accedẽte rationi ueteꝝ codicũ fide, illud magis probauimus. Non sa tis post hoc fuit ꝙd Barbar⁹ ait: aduersus papaueris potũ utiliter sumi mel cũ rosaceo. Nõ em̃ nocet in cibo papauer: ꝙd noxã in eo habet, liquor eius est, quẽ opon ueteres Græci, Latini opium dixerũt. Indicat id res ipsa, sed multo certius hic ipse scriptor, qui lib. vi. inter uenena de epoto μήκωνος ὀπῶ, id est, papaueris liquore agẽs, inter remedia iubet bibi cũ sale acetũ mulsum, aut cũ calido rosaceo mel. In cuius artificio & opere est, quã nos in eius per tẽpestates anni probatione ceraginẽ, Barbar⁹ uero erithacẽ dixit: Ille à rore uerno, & arboꝝ succo ex quo fit: nos à ceræ substantia quæ in ea est, Græcos imitati nomen illi fecimus. In aluea ribus seruatur cerago hæc, apiũ dum operãtur cibus, qui sæpe inuenitur in fauoꝝ inanitatibus sepositus, amari saporis, sed plenus humoris cibus. Hãcꝙ siue erithacẽ, siue ceraginẽ malis appellari, hyemale mel facere hic ait, id est, non totã mellis habere rationẽ, & ideo medicinæ inutile: sed quoniam ex arboꝝ nõ floꝝ succo facta sit, media inter mel & cerã natura esse. Docuerũt id qui de mellis confectione & apiũ artificio sa solertia longius scripserũt. Habet ut paulo ante diximus, & mel tãtæ suauitatis succus amaritudinẽ suam, quæ ex apiũ pabulo quasi cõtagio quodã, præterq̃ medicinę inutile id faciat. In Sardinia labes ea ex absinthij pabulo cõtrahitur. Cuius tam manifesta amaritudo est, ut nesciamus quid sibi uolẽs Barbarus, asperũ amaꝝ mel dixerit esse, cũ πικρὸν quod amaꝝ est Dioscorides appellauerit, et sensus solam amaritudinem gustu hoc mel dixerit esse, cũ πικρὸν quod amaꝝ est Dioscorides appellauerit, et sensus solam amaritudinem ostendat: nisi fortè credidit, quia cõtactu gustus fit, utriusꝙ sensus tactus scilicet saporisꝙ eadẽ & eodem modo obiecta esse: posseꝙ asperꝝ amaꝝ dici, quoniã contactu utraꝙ qualitas sentiatur. Habet maleficij & ueneni noxã mel etiã: id in Heraclea Ponti nascitur: de quo inter uenena certius & ex professo agetur. Sed cuncta hæc mala repẽdit egregia suauitate saccharꝝ, antiquis parꝝ laudatũ, quoniã non bene cognitũ & in nullo ferè usu tunc erat. Posteriora secula plebi pretiosissimũ naturæ munus cõmune etiam fecerũt. De eo, tam nota nũc res est, satius tacuisse fuerat: nisi iam pridẽ de sale Indico dubitari inter nostræ ætatis medicos passim & quotidie audiretur: qui nõ facile persuadẽtur notissimã modo ubiꝙ, rem tam noua & ut illi opinantur absurda appellatione indicari. Sed tam manifestũ id & pro cõperto in Græcis est, ut nõ magis gusti ꝙ eoꝝ descriptione deprehẽdatur: quoniã antiquiores salẽ Indicũ uocauerũt nõ aliũ ab eo esse ꝙd Barbari sacchar seu saccharon dicebãt. Omittimus quę ait, cõcretione sua sali simile saccharon esse: candorẽ friabilemꝙ in eo siccitatẽ illã, & cũ diluit humore aliq̃ liquefactionẽ, quæ in sale sensui patẽt, una hac similitudine ostendẽs. Archigenes antiquissimus inter medicinæ professores Indicũ salẽ saccharon & harundineum mel uocauit. Paulus Aegineta itidẽ lib. II. capite de linguæ asperitate inter cætera remedio sacchari huius uti iubet. Verba eius hæc sunt: κ, ἅλας ὁ ἰνδικὸς χροΐᾳ μὲν κ, συσκόει ὅμοιος ὁ δὲ κοινὸς ἁλὶ, γνῶσις δὲ μιλτώδης. Quoꝝ hic sensus est: Et sal Indicus colore quidẽ concretionęꝙ uulgari & communi sali similis, gustu aũt & sapore mel leus. Nec in ueteribus Græcis aliter q̃ Indicus sal, saccharꝝ appellatũ. Tamꝙ id Græcaꝝ literaꝝ peritis in eoꝝ lectione patere potest, ut nihil æque gratũ nobis fuerit, q̃ multoꝝ ad hanc rem testimonio posse uti.

Leprolimi. Apellæ. Circũcisio.

Colluere.

Cerago.

Amaꝝ mel

Mel uenenatum.

Sal Indicus saccharon.

Περὶ κηροῦ. Κεφ. σϛ'.

Κηρὸς ἄρρις ἐστὶν ὁ ὑπόκιρρος τὴν ὑπολί παρ. εὐωδέστερος τε τοῦ μελιτώδους ἀπρφορὰν ἔχων. ἔτι δὲ καθαρὸς καὶ γένει πουτικὸς ἐστὶν ὁ ἐκ τῶν ἀμπέλων καὶ τῶν ἐλαιῶν καὶ τῶν ἀπίων καὶ τῶν μήλων καὶ τῶν ῥοιῶν καὶ τῶν κυδωνίων καὶ τῶν μύρτων καὶ τῶν ἀνδράχνων καὶ τῶν ἀκανθίνων καὶ τῶν ἀκανθίνων καὶ τῶν ἀκανθί

τικὸς ἢ κριθικός. ὁ δὲ ἔκλευκος, τῇ φύσει δὲ λιπαρὸς, σύμπεφυὴς. λευκαντέον δὲ κηρὸν οὕτω. κατακνίσας αὐτοῦ τὸ λευκὸν καὶ καθαρὸν, ἐμβαλεῖς χύτραν καινὴν. καὶ ὕδατος θαλάσσης πελαγίας τὸ αὐταρκες, ἕψε βραχὺ νίτρον προσεμπάσας. ὅτε δὲ ἀναζέσῃ δὶς ἢ τρὶς, καθελὼν τὴν χύτραν καὶ ἐάσας ψυχθῆναι, ἀνελοῦ τὸν προχίσκον. καὶ ἀποξύσας εἴ τις περὶ αὐτὸν ὑπάρχει ῥυπαρία, ἕψε ἐκ σύμπεφυοῦς ἄλλο θαλάσσιον, ὕδωρ ἐπιδούς. ἀναζέσαντος δὲ πάλιν τοῦ κηροῦ ὡς σύμπλωτα, ἀνελοῦ σὺ ἀγγεῖον ἀπὸ τοῦ πυρός. καὶ λαβὼν καινὸν χυτρίδιον τὸν πυθμένα, προενενοσμένον ὕδατι ψυχρῷ, κάθες πάσως εἰς τὸν κηρόν. ἄκρον διηνεκῶς ἐμβάπτων. πρὸς τὸ ἐλάχιστόν τι αὐτοῦ ἀφέλκεσθαι. καὶ καθ' ἑαυτοῦ πίγνυσθαι. ἀνελόμενος δὲ τὸν πρῶτον κυκλίσκον ἀφαιροῦ. καὶ ἐκ δευτέρου κάθες τὸν σὺν θραύσει ψύχων ὕδατι. καὶ τὸ αὐτὸ ποίει. ἕως ἂν ἅπαντα ἀναλάβῃς. λοιπὸν λίνῳ διάρας τὰ κυκλίσκια διεσῶτα ἀπ' ἀλλήλων κρέμασον, ἡμέραν μὲν εἰς ἥλιον σωρεύων ὑπνοτίζων αὐτά. νυκτὸς δὲ ὑπὸ τὸν σελήνην τίθει, ἕως ἂν λευκὰ γένηται. εἰ δέ ἄγαν τις θέλῃ λευκὸν ποιῆσαι. τὰ μὲν λοιπὰ ὡσαύτως ἐνεργείτω. ἐφέτω δὲ πλεονάκις. τινὲς δὲ ἀντὶ θαλάσσης θαλάσσης, ἐν ἅλμῃ δύο μυτάτῃ ἕψουσι τὸν προκεκμηκότα τρόπον ἅπαξ ἢ δίς. εἶτα ἀναιρούσῃ λαγυνίῳ λεπτῷ, καὶ διηθοῦσι. λαβὼν ἐν ἑαυτῷ ἔχουσι. εἶτα κυκλίσκια ἐπὶ πόας πυκνῆς ὡς θέντες ἡλιάζουσιν, ἕως ἂν λευκότατος γένηται. παχυνοῦσι δὲ ἔαρος ἐπὶ τοῦτο ἔρχεσθαι. ὅτε καὶ ἥλιος τῇ σφοδρότητι ἀνέται, καὶ νοτίδα παρέχει. πρὸς τὸ μὴ τήκεσθαι. δώσουσι δὲ ἔχειν πᾶς κηρὸς θερμαντικόν. μαλακτικόν. πληρωτικόν τε μετρίως. μίγνυται δὲ καὶ ἐν ξοφήμασιν ἐπὶ τῶν δυσεντερικῶν. καταπινόμενος δὲ μεγέθη κεγχριαῖα δέκα, οὐκ ἐᾷ πυροῦσθαι ἐπὶ τῶν τιθηνουσῶν τὸ γάλα.

tica & Cretica. Quę natura exalbida pinguiscę fuerit cera, secūdæ bonitatis probationem habet. Dealbatur porro cera hoc modo: Eligitur in eo genere quæ cādidior & purior fuerit: derasaęę in ramenta in nouū conijcit fictile: mox superinfusa maris aqua quæ satis sit, modico insperso nitro coquitur. Cumęę bis aut ter inferbuerit, amoto ab igne fictili, & dum refrigeretur dimisso, ceræ pastillū ex fictili eximito: derasisęę si quæ inerūt sordes, noua ex mari adfusa aqua iterum coquito. Cumęę iterum ut præmōstratum est, cera inferbuerit, fictile ab igne amoueto: sumptoęę noui alicuius fictilis fundo, frigida aqua madētem sensim in ceram demittito, paululum demergens: & quatenus summam ceram contingat, ut tenuissima sequatur cera: & celerius per se geleſ. Sublato mox fundo illo primū auferto orbiculum: & iteręę aqua madētem fundum in cerā demittito: eademęę omnia facito donec omnē detraxeris cerā. Funiculo deinde traiectos orbiculos illos, ne alter alterum tangat, per interualla suspendito: interdiu quidem in sole, aqua eos irrorans: nocte autem in luna, donec cera albescat. Quod si uelit aliquis candidiorem adhuc cerā facere, omnia pariter agat: sed sæpius decoquat. Quidam pro salsa ex mari aqua in acerrima muria eodē quo prę monstratū est modo, bis terue coquunt. Mox tenui rotundaęę lagunicula ansam habente ceram ex fictili auferunt: Orbiculosęę in densa herba disponentes, donec albescat insolant. Vere agenda hæc esse præcipiunt, quo tempore sol nōdum asperrime calet: facitęę roribus, ne liquescat cera. Habet omnis cera calefaciēdi uim: mollit, mediocriteręę explet: & cōtra intestinorę tormina in sorbitiones additur: sumpti etiam milij magnitudine decem ceræ grumi, in caseum coagulari nutricum lac prohibent.

INTERPRES.

QVod habet in medicina utilissimū cera excipiendis retinendisęę alijs medicamentis materia est: quā omnium generę cerata quotidie fiunt. Maturandi abstergēdięę uires aliquas nihilominus habere illam aliqui ex ueteribus tradiderunt: hic calefacere tantū, mollire, explereęę eā dixit: & omnia mediocriter: quoniā parę efficax uis eius ad oīa fit: præterq̄ (modo id cera possit) ad prohibendā in nutricibus lactis in caseū densationē. Quod uitiū ex Dioscoridis uerbis descriptū à nobis est. Barbarus id coloſtrari dixit. Quæ uox an illi cōueniat, & an in Græcis sit πυροῦσθαι quod Latinis coloſtrari, ex his quæ obseruata à nobis in Græcis & Latinis fuerūt, conabimur legētibus ostēdere: nō alio fanè cōsilio, q̄ ut raræ nec satis notæ uocis tota significatio innotescat. Multa sunt lactis, & à puerperio statim, deinceps que in nutricibus uitia. Crassius em̄ aliquādo fit lac: acre nōnunq̄ & tenue: abundat sæpe inutiliter, aut ecōtrario deficit. Et q̄d nūc quærimus, intra māmas dēsatur in caseū. Id Græci manifesta indicatione à caseo quē τυρὸν uocāt, τυροῦσθαι dicunt. Sic Paulus Aegineta primo & tertio uolumine πυρούμενον γάλα appellat. Et à partu statim sæpenumero fieri id malū in puerperis ostēdit. Verba eius tertio uolumine hæc sunt: μετὰ ζὺς ζκιζὺς πυρούμενον πολλάκις γάλακτ' ζὺς μαθὸν: quod est: Post partum sæpenumero densatū in caseum lac inflammationes facit, &c. Idem etiam primo libro quo capite agit, qua ratiōe emēdanda sint in nutricibus uitia lactis, πυρούμενον γάλα, id est, in caseum dēsatum lac dicit: nec magis à partu statim q̄ postea fieri id malum docet: uerū simpliciter densari in

sari in caseum nutricum lac. Cumq; altero loco de nutricibus, altero de puerperis manifeste egerit, quarum diuersa ratio est: siquidem puerperæ aliquot diebus à partu: nutrices quandiu infantes suos lactant, appellantur: uidetur utriusque temporis & habitus malum esse, quod Græci τυρούμενον γάλα, id est quod in caseum densatur lac, appellant. Præterea non semper sed sæpe in puerperis, & in nutricibus aliquando fieri idem ostendit, quod in colostro contrà fit. Quod uitium non in homine tantum, sed in omni fere quadrupede naturæ & pecuariæ rei autores: & à partu statim semperq; fieri tradiderunt. Columella libro octauo capite tertio colostrum his uerbis descripsit: Sed priusquàm hoc fiat, exiguum emulgendum lac est, quod pastores colostram uocant. Ea nisi aliquatenus emittitur nocet agno. &c. Palladius eiusdem disciplinæ autor libro decimotertio in Nouembri mense fic rem docuit: Hoc mẽse agnorum prima generatio est. Sed agnus statim natus uberibus maternis admouendus est: manu prius tamen exiguum lactis, in quo spissior est natura, emulgendum: quod pastores colostram uocant: nanq; hæc nisi auferatur, agnis nocebit. Indicare idẽ & Varro rusticæ suæ rei ultimo secundi uoluminis capite de lactis bonitate & usu agens, uidetur. Ait enim optimum esse lac quod non longe abest à mulso, neque à partu continuo est sumptum. Et ne longiores simus, Plinius post omnes Latinæ rei grauis autor, undecimo uolumine capite quadragesimoprimo de colostris sic egit: Ex primo semper à partu colostra fiunt ni admisceatur aqua, in pumicis modum coëunte duritia. Multo q; post uolumine uicesimooctauo capite nono iterum de eisdem colostris agens ait: Hi sunt enim infantes qui colostrati appellantur densato lacte in casei speciem. Est autem colostra prima à partu spongiosa densitas lactis. Idem eodem capite colostrum non pro spongiosa à partu densitate lactis siue pumicis duritia, sed pro lacte quod hic & alij ἐμπικρὸν dicunt, in censu uenenorum (de quo inter ea dicetur) accepisse uidetur: uerba eius sunt: Priuatim medetur bubulum lac his qui colostrum biberint. Martialis poëta, in Xenijs suis in stremo peregrinus quidem Romæ, sed obsoniorum, ganeæ cœnarumq; peritissimus, ciborum usu fuisse colostram hanc ostendit: siquidem de ea fic cecinit: Surripuit pastor quæ nondum stantibus hœdis De primo matrum lacte colostra damus. Quasi quod nuper genitis agnis & hœdis nocitura lac erat, à pastoribus in humanos cibos exprimeretur. Ex his quæ tam multa sunt, & paulominus quàm in cunctis eadem, ratiocinari licet omnium quadrupedum & hominum à puerperio statim & semper lactis uitium colostrationem esse, quo ut Palladius ait, spissior lactis natura fiat: ut Plinius autem, pumicis modo in spongiosam densitatem durescat. Nec casei excepto Plinio quisquam in describenda colostra hac aliquis eorum meminit. Nec Plinius in caseum, sed in casei speciem densari colostram dixit. Quo fit ut non credamus significare Plinio colostram simpliciter quod Græcis τυρούμενον γάλα, tam uagus in eius uocis significatione est. Fit à partu omnibus puerperis statim & semper colostra: at quod Græci τυρούμενον γάλα dicunt, fit in puerperis, fit in nutricibus, fit statim à partu, fit postea, fit nunquam, fit aliquando, fit in aliquibus, non fit in omnibus. Sola spissati lactis densatio, non caseus, colostra esse nobis uidetur. Hæc nocet lactentibus, illud autem lac in mammis habentibus: hæc mulgetur, illud autem alijs remedijs curatur. Quod si densati se in caseum intra fœminarum mammas lacti eadem colostra essent, satis fuerat præcepisse statim à partu emulgendas aut exugendas esse puerperarum mammas: nutricum uero, cum opus esset. Colostræ præterea in cibis quondam autore Martiale usus fuit: densati uero intra fœminarum mammas lactis, nullus potest usus esse. His nos rationibus & ueterum autoritatibus persuasi, nihil aliud colostram siue colostrum dicas (utroque enim genere ueteres id nomen declinant) antiquis fuisse credimus, quàm primi à partu lactis spissiorem & uitiosam sua crassitudine naturam: quæ quoniam lactentibus inutilis & noxia esset, ideo damnata fuerit, & emulgeri antea iuberetur. Eamq; ob causam certiores in huiusce modi Græcorum decretis uoces amantes, densari in caseum hominis lac potius quàm colostrari diximus: quoniam in illo notissima legentibus statim omnia essent: In hoc si etiam colostrum lactis id uitium significet, in descripta à pluribus multifariam re præsens dubitatio, & paucioribus raræ uocis & medicis insolitæ intellectus.

Colostra.

περὶ προπόλεως.
κεφ. οϛδ'.

Πρόπολιν παραλαμπέον πλὴ ξανθὴν καὶ εὐώδη, καὶ συραικίζουσαν. μαλακὴν τε ἐν τῷ πορ ἐφελκομένην. ἔστι δὲ θερμαντικὴ ἄγαν καὶ ὠλοσωματική. καὶ σκολόπων ἕλκυσική. ἀφίησι δὲ καὶ βηξὶ παλαιαῖς ὑποσυμμιγνύμενον. αἴρει δὲ καὶ λιχῶνας ἐπιδεμένη. εὐρίσκεται δὲ περὶ τοῖς σώμασι τῶν σμηνίων φυσᾷ κηροῦ.

De Propoli.
Cap. LXXVI.

PRopolin Romani pariter Græcis propolim dicunt.] Eligenda propolis quæ flauo colore, odorata, styraci similis, in aridissimo mollis, nec secus quàm mastiche in longum cum trahitur ductilis est. Est propolis uis & natura in calefaciendo & extrahendo maxima. Surculos corpori infixos extrahit. Suffitu antiquis tussibus opitulatur: & impositа impetigines emẽdat. Inuenitur propolis circa alueorum aditus & ora, ceræ natura & aspectu suo similis.

INTERPRES.

QVæ in aluearibus apium uideri etiamnum possunt fundamenta operis, ut diuersos habent in apibus usus, nec eandem ex qua confecta sunt materiam: sic diuersis appellationibus à Græcis pariter & Latinis discreta sunt. Inter ea post metyn & pissoceron tertia propolis est, inter coria & ceras media, crassioris materiæ, ueluti gummi additis aliquando etiam floribus: nondum tamen cera sed fauorum

stabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus apes obstruunt: magni d medicamenta usus. Quorum genera hic breuiter complexus, nihil quod de propoli ab alijs dictum fuit non duobus uerbis & malorum totidem generibus prosecutus est. Eam Plinius ab apibus præcipue fieri dixit ex gutta, quam populi arbores in folijs ferunt.

Περὶ πυρῶν. Κεφ. σϛέ.

Πυροὶ πρὸς ὑγείας χρῆσιμ ἄριστοι, οἱ πρόφατοι. Ⓒ πελείως ἡδ ψηκόπες, τῇ χρόᾳ μικλίζουσιμ. εἶτα μετὰ τούτους οἱ τριμηνιαῖοι. λεγόμενοι δὲ ὑπό τινων σιτάνιοι. ὠμοὶ οὖν βρωθέντες, ἕλμινθας σρογγύλας γεννῶσι. μασηθέντες δὲ Ⓒ καταπλασθέντες, ὠφελοῦσι κυσὶν ἡ κτῖνας. ὁ δὲ ἐκ τῆς σεμιδάλεως αὐτῆς γινόμενος ἄρτος, εὐτροφώτερός ὄσι τοῦ συγκομισοῦ. ὁ δὲ ἐκ τῆς σιτανίου ἀλευρωμ, κουφότερος Ⓒ εὐανάδοτος, τὸ δὲ ἀπ αὐτῆς ἄλευρον σὺν ὑοσκυάμου χυλῷ, καταπλάσεται πρὸς νεύρων ἐθυματισμούς. καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις ἐντέρων. σὺν ἐξυμέλιτι δὲ φακοὺς αἴρει. τὸ δὲ πίτυρον σὺν ὄξει μετὰ λέπρας ἀφίστησι καταπλασσόμενον θερμόν· καὶ πάσας φλεγμονὰς ἐν ἀρχῇ καταπλασμα σύμφορον. μετὰ δὲ πηγάνου ἀφεψήματος Ⓒ ἐνήδεται, μασοὺς παραγῶντας παύει, Ⓒ ἐχιοδήκτους ἀσμόζει, Ⓒ σφομμύοις. ἡ δὲ ἐκ τῆς ἀλεύρου ζύμη θρεπτικὴ οὖσα Ⓒ ἐπισπαστική, ὡσαύτως τὰ ἐν πέλμασι λεπτύνει. καὶ τὰ ἄλλα φύματα. Ⓒ ὀδυνῶσα σὺν ἁλσὶν ἐκπέσει Ⓒ ἀνασομοῖ. τὸ δὲ ἀπὸ σιταμίου πυρῶν ἄλευρον, ἰοβόλοις ἀσμόζει καταπλασσόμενον ἐν ὄξει ἢ οἴνῳ. ἐνήδεται δὲ πρόπομ κόλλης Ⓒ ἐκλειχόμενον, ἀιμοπτοϊκοὺς ὠφελεῖ. Ⓒ πρὸς βῆχας, Ⓒ ἀρτηρίας τραχυσμούς, σὺν ἡδυόσμῳ Ⓒ βουτύρῳ ἐνήδεται ποιεῖ. Ⓒ ἡ ἀπ αὐτῆς τῆς πυρῶν γύρις ἐνήδειοσα σὺμ μελικράτῳ, ἡδυγελοᾷ, πᾶσαν διαφορεῖ φλεγμονήν. Ⓒ ὁ ἄρτος σὺν μελικράτῳ ἐφθὸς Ⓒ ὠμὸς καταπλασσόμενος, πᾶσαμ φλεγμονὴν παραμυθεῖται μαλακτικώτατος ὑπάρχων. Ⓒ παρυποφύχων. μιγεὶς πόαις ἢ χυλοῖς τισίν. ὁ δὲ παλαιὸς μὴ ξηρὸς καὶ ἑαυτῷ μιγεὶς ὠσὶν, ἴσχει κοιλίαν ἐρέουσαν. ἄλμη δὲ βραχεῖς ὁ πρόσφατος Ⓒ καταπλασθεὶς, παλαιοὺς λιχῆνας ἰᾶται. κόλλα δὲ ἡ γινομένη ἐκ τῆς σεμιδάλεως μὴ γύρεως πρὸς τὴν τῶν βιβλίων κόλλησιν, ἀσμόζει ἐπὶ ἀιμοπτοϊκῶν ὑγρωτέρα μὴ χλιαρὰ καταῤῥοφουμένη, κοχλιαρίου πλήθει.

De Tritico. Cap. LXXVII.

PYrus Romani triticum dicunt.] Probatissimum in secunda ualetudine sanis corporibus in usu triticum est recẽs, quodq; integro incremento creuerit, & luteo colore est. Laudatur post hoc trimestre, sitanium ab aliquibus appellatum. Gignit rotundos aluí lumbricos crudum in cibo triticum. Commanducatũ protinusq; illitum triticum, rabidi canis morsibus opitulatur. Qui fit ex tritici similagine panis, nutriendo magis eo est à quo nihil cribro excussum fuerit, quem Græci syncomiston dicũt. Qui ex trimestris tritici farina fiet, leuior erit, & facillime digeretur. Eiusdẽ trimestris tritici farina cum apollinaris herbæ succo contra intestinorum inflationes, & in neruos destillationes utiliter illinitur: & ex aceto mulso lẽtigines delet. Elixi in acerrimo aceto tritici furfures calẽtesq; illiti, lepras pellũt. Incipientes inflammationes omnes itidem illiti leniunt. In rutæ decocto elixi etiam tumentes à partu mammas sedant. Víperarum morsibus & torminibus subueniunt. Confectum ex triticea farina fermentum, calefaciendi extrahẽdiq; ui quã habet, plantarum uitia callos scilicet in pedibus extenuat: tuberculaq; alia & furunculos cum sale maturat & aperit. Trimestris uero tritici farina ex aceto uino'ue, contra iniurias eorum quæ ictu morsu'ue uenenum relinquunt, utiliter illinitur. Quinetiam hæc ipsa glutinis modo elixa, linctu sanguinem expuentibus prodest. Facit eadem ad tussim fauciumq; asperitates cum menta & butyro elixa. Discutit inflammationes omnes in mulsa aqua, aut in aqua cui oleum admixtum est: quã hydrelæum dicunt decoctus tritici pollen. Panis ipse etiam in aqua mulsa coctus, nec minus etiã crudus, maxima molliendi refrigerandiq; ui quã habet, omnes inflammationes illitus lenit, præsertimq; admixtis succis herbis'ue aliquibus ad id facientibus. Fluentem fistit aluum uetustus ficusq; per se & admixtis alijs panis. Sanat uetustas impetigines recens panis ex muria impositus. Quod fit glutinandis librorum chartis aptum ex similagine & polline gluten, sanguinem excreãtibus prodest: cochlearis mensura liquidũ tepẽsq; in sorbitione datum.

INTERPRES.

SIquis uocatũ ad cœnã hospitẽ aut amicũ totius diei opere aut itinere fatigatũ, nec quicq; tunc nisi epulas & uina cogitantẽ domi sic excipiat, ut non prius discũbere uelit q; manu apprehensum tota domo circũegerit, omnẽq; cœnæ apparatũ importuna iactatione illi ostẽderit, narrauerit q; unde panẽ pistor, coquus

coquus obsonia,ancillę dulciaria,uillicus poma,& serui ad cœnā cętera parauerint.Et cū discubuerint, non prius ex cratere aliquid etiā haurire patiatur q̄ poculorū omnē audierit historiā:quibus splendeant gēmis, quid sculptū,& quo artifice in eis sit.Nihil protecto aliud egerit,q̄ ut comicus de adulatore ait.hominē subinde insusurrare sibi cogat in crastinū historias:Et contra importunū conuiuatorē conceptis uotis, siquādo ab his se Apollo seruauerit,ad eas tantū cœnas uenturū esse,ex quibus (ut Lucretius cecinit) detur in corpus aliquid prēter simulacra fruendū.Id ne nobis eueniat, cogitauimus quæ longiore historia nascentis toto orbe tritici nomina magis q̄ genera ab alijs numerant,relinquere,nihil medicinę & scriptoris huius consilio conferentia:qui medicā materiā tantū describens, describendā alijs rem rusticā reliquit.¶Ne quod sapiētes prohibēt, de genere in genus inutiliter trāsiret:quod q̄ in tritico factū fuerit,in panificio etiā & panibus facere.Quoꝝ tam multiplex in gentibus ratio fuit semper & adhuc est,tamq̄ uariari quotidie possunt,ut si omniū nomina cōplecti aliquis conetur,promptius expediet quę in Satyra sua turpiter à poēta numerant. Quot enim formis figurant,quot modis coquunt,& quot additis liquoribus,seminibus & saporibus, quę omnia innumera sunt, panes uariant:tot etiā eorū diuersa nomina audire cogimur.Cū tamen facile de omnibus dici possit, quod ueteres de antiquorū deorū numero dixerunt,distingui deos nominibus,unā tamē potentiā esse.Sic etiā panificij multiplicē ubiq̄ rationē,unā tamē frugē ex qua fiant & easdē uires esse:prēterq̄ ubi humana opera & arte subtractū,additū,mutatumq̄ de natura frugis eius aliquid fuerit.Cuius duplex tantū hic genus medicinę necessariū cognouit. Alterū q̄d septimo, aut q̄ tardissime octauo à semēte mense absoluta maturitate legitimū in cibo usum habet:quod hic τελείως ἀλρυκότα, id est integra maturitate & absoluto incremēto perfectū appellauit, ut à nondū penitus maturo tritico separaret, cuius erat & in cibo & in medicina usus aliquis. Alterꝝ quod Martio mense satū,tertio plerunq̄ absolueret mense.Cuius usus agricolis etiā gratissimus est.Nam ubi propter aquas aliam'ue causam matura satio est omissa, pręsidiū ab hoc petitur.Nec ultra duo hęc aliud tritici genus in medicina Dioscorides quęsiuit:quoniā satis ea essent, nisi sq̄ē multiplex uarietas frugū aut inanis delectaret gloria:quā saluti humanę consulentes negligere decet, & ex propinq̄ paratis remedijs illi adesse.Habēt tritici duo hęc genera diuersas in medicia uires & usus.Quo aūt maxime inter se differunt,robur & infirmitas est.Maturę enim & legitimæ sationis prius triticū illud robustius:secundū & trimestre illud infirmius: naturāq̄ eorū sequuntur quæ ex illis fiunt,farina,pollen, similicius prouenit:minore indiget nutrimento,& breuiore tempore ad maturitatē perducitur . Quæ omnia in septimestri contrà eueniunt. Differunt qua diximus ratione inter se duo hæc tritici genera. Differūt & q ex eis panes etiā fiunt,diuersis ob diuersas eiusdē tritici substātias & partes ex quibus facti sunt, noibus appellati.Sciendū q̄ illud, q̄d in scriptore hoc nouisse satis sit,ex cōtusa fracta'ue aut molis trita fruge,quinq̄ fere substantias discretis nominibus à Græcis appellari: Pollinē qui tenuissimus puluis magis q̄ farina fit, quaris circa molas plerunq̄ & loca in quibus panis pinsitur, parietibus hærens inuenit : ex quo infirmissimus omniū aliorū panis fit.Similaginē quā similā Plinius & alij promiscue appellant,quamq̄ Martialis in Xenijs suis hoc carmine laudauit:Nec dotes poteris similæ numerare nec usus , Pistori toties cū sit & apta coquo. Laudata hæc in panificio & reliquo pani in uitæ delicijs ab omnibus antepositā: Omittimus quæ Plinius de ea libro xviii.longissime docuit,quæ Celsus & alij de eadē etiā tradiderunt. Nobis enim satis est,quomodo ea ab antiquis fieret,qua licet ratione ostendere.Suspensa mola frangit potius q̄ terit triticū : cribro deinde tenuissimus ille pollen & crassiores excernunt furfures:quæ uero relinquit media substantia candida,nō instris farinā trita,sed crassior & quasi grumosa,cui nihil ex tritico inutile admixtum sit,ea à Græcis σιμιδαλιτις,à nostris similago uel simila dicta est:ex qua ut diximus,candidissimus & regius panis fieret. Eam aliquot locis Græcia adhuc cōficit . Sunt q̄ illic ex antiqore illa panificij disciplina,q hoc panis genus fœliciter cōficiant. Sed quoniā rationibus patrisfamiliās non conducit,ideo uti eo oēs desiimus:Farinā quæ contrà q̄ similago inutile & furfuris aliquid admixtū semper habet,ea omnibus notissima,& in quotidiano usu est.Post farinā furfures sunt,quorū duplex discrimen & genus: alterū quod crassioribus ramentis , & alterꝝ q̄d tenuiore & quasi puluerisi tritura constat.Ex his panes quondā fiebant , quē admodū & nunc etiā ubiq̄ fiunt . Ex farina cribro excussa triticeus,cui in nutriendo primas partes ueteres assignarunt:hūc Paulus Aegineta in primo σιτιγνίτου,id est siligineū uocat,q̄ ex siligine quæ omniū tritici generꝝ firmissima est, conficeret . Post hūc ex similagine,quē σιμιδαλίτου idē appellat. Et tertiū qui ab omnibus συγκόμιστον,à Galeno autē & Celso ἀνάπυρος uocatur. Est autē is ex q̄ nihil cribro excussum sit , & ex omnibus tritici partibus nulla detractione constet. Indicant q̄ id appellationes illæ: siqdem ἀνάπυρον, in q̄ triticū ipsum totumq̄ est, significat:συγκόμιστον autē, in quē simul omnia ex tritico collata sint:ultra hos aliorū panū non meminit Dioscorides. Idē tamē Paulus hic addidit quē sordidū ipse uocat,& amylū id est ex amyla farina factū:quoꝝ priorē illū ait minus nutrire & celerrime per aluū deijci:secundū minimi nutrimenti esse:non aliter q̄ qui lotus in cibo panis datur . Verba eius hæc sunt:Ἧττον δὲ εὐφορώτατος μὲν τῶν ἄρτων ὁ σιτιγνίτης, ἐφεξῆς δὲ ὁ σιμιδαλίτης, εἶτα ὁ σύγκομις. ὁ δὲ ἀνάπυρος ἄρτος ἔτι μᾶλλον δὲ καὶ χαλεπὸν ὑπέρχεται. ὁ δὲ ἄμυλος ὀλιγοτροφώτατος ἐστὶ ὥσπερ καὶ ὁ πιτυρώδης ἄρτος . Quæ omnia Celsus ipsē perdeinde uerbis reddidit: Firmius est triticū q̄ miliū:idipsum q̄ hordeū:& ex tritico firmissima siligo,deinde simila, deinde cui nihil ademptū est,quod autopyron Græci uocant.Infirmior est ex polline: Infirmissimus cibarius panis:quē nos credimus eum esse,quē Paulus Aegineta ὑπαρὸν.i.sordidū,& Græci πιτυρίαν,id est furfuraceum appellant.Omniū notissima historia in Dioscoride est, præterq̄ siliginei,aut qui illi idē est triticei : cuius hic quatenus in cunctis legitur,non meminit . Suspicamurq̄ nos deesse eam in hoc scriptore partē aut quod hic ait:laudatissimum esse triticum recens,integro incremento absolutum, et colore luteū ; ad nutriendi potestatem referendum esse . Nec miretur aliqs tam multas uitiorum in scriptore hoc suspiciones has nostras:Nullibi enim non occurrit aliqd,in quo non labes aliqua se ostēdat: nec nos nisi maiores signamus, qualis non multo post in cunctis præterquam in omnium probatissimo mihi codice deprehensa est , quæ

Pollen.

Similago.
Simila.

Farina.
Furfures.
Siligineus panis.

σιμιδαλίτης.
συγκόμις.
ἀνάπυρος.
Sordidus panis.
ἄμυλος.

πιτυρίας panis.

librariorum incuria irrepsit: qui cum scripsissent, τὸ δὲ πίτυρον σὺν ὄξει ἀριμᾶ ἐψηθὲν, relictis in medio multis, Ab eodem participio excribentes quod sequebatur, μὴ πηγάνου ἀφεψήματος ἐψηθὲν non contemnendam capitis huius partem desiderare nos diu coëgerunt. Quanta autem ea fit, poterunt uolentes nostrã cum aliorum editionibus conferentes facile nouisse. Quas deinde nos à partu tumentes mammas diximus, παραγῶντας Græci appellant: multoq; impetu lactis turgentes & luxuriantes intelligere oportet.

Περὶ κριθῆς. Κεφ. σϛ'.

Κριθὴ δὲ ἀρίστη ἡ λευκὴ καθαρὰ ἀτροφωτέρα ὑπὸ πυροῦ. τὸ μὲν πρὶ γινόμενον ἧς αὐτῆς ἀλφίτου ἢ πτισάνη προσιμωτέρα διὰ τὴν ἐν τῇ ἐψήσει χύλωσιν. πρίσσα δὲ πρὸς τὰς δυσμύτητας καὶ τὰς περὶ ἀρτηρίαν τραχύτητας ἁλικώσεις, πρὸς ἃς ἡ πυρίνη πτισάνη ἁρμόζει προσιμωτέρα καὶ οὐρητικωτέρα οὖσα. καταττᾶ δὲ καὶ γάλα σὺν ψηθὲν μαράθρου σπέρματι. καὶ ζοφουμένη. ἔστι δὲ οὐρητική. στομαχική. φυσώδης. κακοστόμαχος. συμπεπτική. ὀδυνημάτων. διαφορεῖ δ' ἄλευρον αὐτῆς μετὰ σύκων καὶ μελικράτου ἐψηθέν, οἰδήματα καὶ φλεγμονάς. συμπέττει δὲ καὶ τὰς σκληρίας μετὰ πίσσης καὶ ῥητίνης καὶ πρισεροῦς κόπρου. σὺν μελιλώτῳ δὲ καὶ κωδείας ἀνωδυνίαν παρέχει τοῖς πλευρᾶν ἀλγοῦσι. καταπλάσεις δὲ καὶ πρὸς ἐμπυθματώσεις σὺν τέρμινθ. μετὰ λινοσπέρμου, καὶ τήλεως, καὶ πηγάνου· μετὰ δὲ πίσσης ὑγρᾶς καὶ κηροῦ, καὶ οὔρου παιδὸς ἀφθόρου καὶ ἐλαίου, χοιράδας ἐκπέπτει. σὺν μυρσίνῃ δὲ καὶ οἴνῳ, καὶ ἀχράσιμ, καὶ ῥάτῃ, καὶ σιδίοις, κοιλίας ῥεύματα ἴσχει. σὺν κυδωνίῳ δὲ καὶ ὄξει, πολυχρονίους φλεγμονὰς ὠφελεῖ. ἐψηθὲν δὲ μετὰ ὄξους δριμέως, ὃν ἔδ πρὸ ὠμῆς λύσεις καὶ θερμὸν ἐπιλαθέμενος, λέπρας ὑγιάζει. χυλωθὲν δὲ τὸ ἄλευρον σὺν ὕδατι καὶ ἐψηθὲν σὺν πίσσῃ καὶ ἐλαίῳ, πυοτρόφον ὄζει. σὺν ὄξει δὲ χυλωθὲν καὶ ἐψηθὲν μετὰ πίσσης, πρὸς τὰ πρὸς ἄγδηνα ῥεύματα ἁρμόζει. τὸ δὲ ἀπὸ αὐτῆς ἄλευρον κοιλίας σαλακόν. καὶ φλεγμονῶν πραϋντικόν.

De Hordeo. Cap. LXXVIII.

CRithen L. Romani hordeũ dicunt. Probatissimum hordeũ quod candidũ mũdissimumq;. Minus nutriendo est hordeum q̃ triticum: quæ tamen ex farina eius ptisana facta est, ob expressum in coctura succum, magis nutriendo q̃ ex eodẽ hordeo polẽta est. Facit hordeacea ptisana ad acrimõias omnes, fauciũ asperitates, & exulcerationes, quibus & tritica accõmodata est: maiore in nutriendo, & ad ciendã urinã potestate. Proritat & lac hordeacea ptisana cum fœniculi semine cocta & in sorbitione data. Vrinam eadem euocat: abstergit: Inflat tamen & stomacho nocet. Tumores præter hæc etiam maturat. Discutit hordeacea farina cũ fico & mulsa aqua elixa tumores collectionesq; omnes. Cum pice, resina & columbino fimo, durities mollit. Cum Campana sertula & papaueris uasculis in lateris dolore indolentiã facit. Illinitur & contra intestinorũ inflationes, cum lini fœnograeciq; semine & ruta. Eadẽ cum liquida pice ceraq; & impubis pueri urina addito oleo strumas maturat. Cũ myrti baccis uinoq; aut syluestribus piris, aut rubo, aut malicorio aluí fluores cõpescit. Cũ coroneis malis & aceto podagrę inflãmatiões lenit. Cũ acerrimo acetodecocta, eodẽ quo ex cruda hordeacea eadẽ farina & hydrelæo confecta malagmata modo, calẽsq; imposita lepris medet. Expressus cum aqua hordeaceæ farinæ succus, mox cũ pice & oleo coctus suppuratiões adiuuat: Ex aceto aũt pariter expressus decoctusq; cum pice destillationibus, in articulos pdest. Quę ex hordeacea farina polẽta facta est, aluũ fistit & inflãmatiões lenit.

INTERPRES.

QVale hic in medicinæ usu hordeũ laudauit, tale & in iumentorũ cibo Homerus candidũ hordeũ ubiq; appellans: non quia proprius ubiq; & communis omnibus hordei generibus candor sit, sed quoniã quod eo colore est, omniũ aliorũ maxime nutrit. Notũ omnibus inter fruges hordeũ. Nota etiã quę de semente, culmo, spica, grano, omniq; eius fortuna et euentu à Theophrasto, Plinio, cunctisq; rei rusticæ scriptoribus longiore historia docentur. At non eodẽ modo nota, quæ nam et quales in antiquissimis Græcis Latinisq; scriptoribus sint polenta, ptisana, et quã Græcorũ medici ὠμὰ νόσιν passim nominant, nullo in Latinis certo, et ad eã rẽ priuatim contracto nomine. Quorũ omniũ cõmunis eadẽq; substantia est, sed non eadẽ confectio nec usus. Omnes hordeo et hordeacea farina constant: Differunt aũt, q̃ quã Græcorũ medici ἄλφιτον, Latini uero polentã dicunt, multiplicẽ quondã habebat confectionem. Græci perfusum aqua nocte una hordeũ siccabant. Postera dein die frixũ molis frangebant. Erãt in eadem gente etiã qui uehementius tostum, rursus exigua aqua aspergerent: et priusq; molerent, iterũ siccarent. Alij uirentibus adhuc spicis decussum hordeũ recens purgabant, madidumq; in pila tundebant, et purgatum molebant: Mox in corbibus elutum, siccatumq; rursus in sole, tundebant. Cuicunq; autem hordeo huiusce modi modo aliquo præparato, uicenis eius mensuris ternas lini seminis et coriandri selibras, salisq; acetabuli pondus, tostaq; omnia hæc antea in mola miscebant. Qui diutius polentam hanc seruare cogitauerant, cum polline ac furfuribus suis nouis condebant fictilibus. Italia ut testatur Plinius, sine perfusione tostum hordeum in subtilem formam molebat:

molebat: ijsdem addítis & præter ea milio etiam. Et hæc antiquis Græcorum medícis ἄλφιτον, Latinis uero polenta fuit: hordeaceæ farinæ ſubſtantia, eo quem diximus modo condita, & in quotidianos medicinæ uſus ſeruata. Eſtq; illud in Græcis animaduertendum, non idem omnibus ſcriptoribus ἄλφιτον ſignificare, medicis polentam hanc ſolum, qui ad certam rem nomen contraxerunt: poëtis alijsq; fere omnibus farinã ſim pliciter. Sic Ariſtophanes in comœdia, ſic & alij, quos breuitati conſulentes relinquimus. Ptiſana ex eodem hordeo (quan q̃ & ex tritico alijsq; frugibus etiam) nec penitus diſſimili modo, ut conijcere licet, conficiebatur. Plinius ut in quotidiana & notiſſima re ptiſanæ conficiendæ uulgatam rationem eſſe tantum dixit. Et Paulus Aegineta primo uolumine quo capite de frumentaceis agit, uſum potius q̃ confectionem eius oſtendit. Veruntamen quod ex ui nominis ratiocinari licet, quodq; obſeruatum à nobis in ueterum ſcriptorum lectione eſt, ad ptiſanam tundebatur, non molebatur hordeum: id enim πτίσσειν eſt: primoq; tuſum in ſole ficcabatur, mox iterum tuſum iterum in ſole ficcabatur: & ut diutius perennaret, cum ſuo polline condebatur. Neq; hactenus inuentum à nobis eſt, quo humore aut hordeum aut farina eius tuſa madens, in ſole bis ficcaretur: Nec ſi additis alijs, ut in polenta fiebat, ſeruaretur. Paulus tãtum Aegineta quo diximus loco ueluti in notiſſima re de uſu eius hæc tantum ait: Coquitur autem ptiſana, unaq; eius pars in aquæ quindecim partibus, addito exiguo oleo: & cum intumuerit, aceto etiam. Cum uero ad exactam cocturam peruenerit, ſuperinijciendus etiam friatus ſal: & in aliquibus porri aliquid & anethi. Coquitur & ptiſanæ ſimiliter hauena & alica. Sunt in Græcis etiam qui non in quindecim, ſed decem aquæ partibus ptiſanam coquunt: nec niſi ſalem adijciunt. Conſueuiſſe autem ex omnibus frugibus ptiſanam confici, teſtis Flaccus eſt dicẽs: Sume hoc ptiſanarium oryzæ &c. Vtcunq; autem ſe res habet, contuſi hordei farina ſeu ſubſtantia ptiſana eſt, ad medicinam antea præparata: qua cum opus eſſet cocta utebantur. Quæ poſtremo ὠμὴ λύσις medicorum propria uox eſt, hordeacea farina etiam eſt, qua cruda aut ex immaturo ſemine, quemadmodum & nomen indicat, ad cataplaſmata in his quæ mollienda eſſent, utebantur. Eſſeq; in cataplaſmatũ genere ὠμὴ λύσις. λύσιν teſtis Galenus in Iſagoge ſua, quo loco de omnibus fere remediorũ generibus agit. Eius uerba hæc ſunt: τῶν δὲ κατα πλασμάτων τὰ μὲν διὰ μόνου μέλιτος καὶ ἐλαίου κατασκευάζεται, καὶ καλεῖται μαλακτικὰ. τὰ δὲ δι' ὑδρελαίου ἄπερ ὀνομάζουσιν ὠμὴν λύσιν. non alia ſignificatione q̃ ſiquis dicat: In cataplaſmatũ genere alia ſolo melle & oleo conficiuntur, quæ ὠμὴν λύσιν appellãt. Ex his manifeſte paret, aqua & oleo macerari ad cataplaſmata aliquando farinam hordeaceam uertit. Idq; primum in abrotano deprehenditur, in quo quod Dioſcorides ait, διαφορεῖ καὶ φύματα μετὰ ὠμῆς λύσεως λεῖον ἐμπλάττειν, Plinius ait: concoquit panos cũ farina hordeacea: panos, quæ ille φύματα appellans. Deprehenditur & in Telephio, in qua quod Dioſcorides ait, θέρμανόν τε κατα πλασσόμενον τὰ φύλλα ἐπὶ ὥρας ἓξ λεύκλῳ, δεῖ δὲ μὴ ταῦτα ὠμῇ λύσει χρῆσθαι, Plinius ait: Illinitur & in uitiligini ternis fere menſibus ſenis horis noctis aut diei poſtea farina hordeacea illinitur. Et ne longiores ſimus, quoties uertendum id Plinio ex Græcis fuit, nunq; non farinam hordeaceam dixit: Paulus certe Aegineta, ut in re nota fit, nullibi quod hactenus legerim, eam cõfectionem'ue eius deſcripſit: paſſim tamen ad medicinam ea uſus eſt. In anginis docens præter alia quibus id malum curatur, ſuccida lana aut oleo madente tegendum & inuoluendum eſſe ægroti collum, & illinendum ἐμβάλλειν ἐπὶ φλεγμαίνοντα τὰ παρὰ λάρυγγα ἔριοις διὰ λινοστέμμου καὶ τῇ ὠμῇ λύσεως ἐν ὑδρελαίῳ κατα πλάσμασιν αὐτὰ παρηγορήσομεν. Quorum uerborũ hic ſenſus eſt: Si uero in phrenetide poſt ſeptimam diem exta inflãmabũtur, cataplaſmatis ea leniemus: quæ lini ſemine & farina hac hordeacea cum hydrelæo confecta fuerint. De eadem Paulus idẽ etiã egit quo capite docuit quibus remedijs curandi ſunt, quibus in faucibus piſciũ ſpinę aut aliud huiuſcemodi infixũ hæreat: quo loco ex Leonidis antiquiſſimi medici autoritate iubet cataplaſmatis quę maturent foris uti, ſuntq; eius hæc uerba: ὁ δὲ λεωνίδης κελεύει κατα πλάσμασιν ἔξωθεν χρῆσθαι συμπεπτικοῖς ὀρθίοις τὰ δὲ ὠμῆς λύσεως ἵνα πύοποιηθέντα ἢ ἄκανθα ἀνθόματων ἐκπίσῃ: quod eſt: maturantibus cataplaſmatis his uti foris oportere, ut facta ſuppuratione ſponte ſua ſpina hærens dilabatur. Poterã & plura alia his addere, ſed ſatis erit ut oſtenda mus farinã hordeaceã eſſe ὠμὴν λύσιν. Quod Apſyrtus Græcus ueterinariæ medicinæ autor ait, quo capite ru pti in equo pulmonis curationẽ docet. Verba eius ſunt: ἁρμόζει δὲ ζύτῳ καὶ ὠμὴ λύσις κριθίνων λεπτῶν ἀλεύρων κατα ῥέουσα διὰ ῥινὸς καὶ λαμβάνειν φαγεῖν: quorũ uerborũ hic ſenſus eſt: Accõmodata huic etiã eſt ὠμὴ λύσις ex hordeacea tenui farina nitro conſperſa, & in cibo appoſita. Vtitur eadẽ hac ὠμῇ λύσῃ frequenter idem Apſyrtus: nec aliter q̃ ut ubiq; oſtendat hordeaceã eſſe farinã, quę cur à cruditate nomen inuenerit, pro cõperto nobis nõ eſt. Incertũ enim an quia cruda uterent ueteres contrà q̃ in polenta, ptiſana, & pulte, quibus decoctis utebanť, dicta ſic fuerit: an quia ex immaturis & crudis hordei ſeminibus fieret. Nobis in priorẽ illã partẽ inclinat animus: quoniã nominis ratio id exigit. Coctis em̃ cruda non immatura opponunť. Et quoniã Plinius ſę penumero dicit, farina ex hordeo, & cruda, & decocta: manifeſto argumento fuiſſe etiã crudę hordeaceę farinę uſum: quę nulla alia q̃ ὠμὴ λύσις hęc eſſe poteſt: tam cunctis & ubiq; tunc nota: ut quę ea conficerẽtur cataplaſmata ſola eius indicatione demõſtrarenť. Cũq; à medico præcipi audiretur, τὰ δὲ ὠμῆς λύσεως ſiue ὠμὴν λύσιν, ea tantũ intelligerenť, quę ex cruda hordeacea farina confecta ſiue cataplaſmata, ſiue malagmata, ſiue ſorbitiones, ſiue cibi ex uiribus & natura hordei refrigerandi, ſiccandi, abſtergendi, maturandiq; neceſſa rium in mala hominis ualetudine remedij uſum aliquẽ haberent. Et hęc pro hordeo & hordeaceis ſatis dicta modo ſint. Quibus adijcere illud uolumus, q̃d Dioſcorides ait, hordeaceę farinę ſuccũ ex aqua expreſſum, & cum pice & oleo decoctum, πυοποιὸν εἶναι, non eodem modo à barbaro & à nobis uerſum fuiſſe. Ille ad πυοποιὸν. extrahendas ſuppurationes, nos ſuppurationes adiuuare diximus, actionem in uerbo ποιεῖν eſſe opinati: ille aũt cõtrà. Res ipſa & uox nobis fauẽt. Vnde aũt ille extrahẽdas ſuppuratiões dixerit, nõ ſatis certũ nobis eſt.

Polenta.

Ptiſana.

περὶ ζύθου. κεφ. σξθ'. De Zytho. Cap. LXXIX.

Ζυθος σκυάζει) ἐκ τ κριθῆς. ἔστι ἡ δ νουσκ ωδικός. ⊂ νεφρῶν ⊂ νεύρων ἀπτικός. ⊂ μάλισα μνίγωμ κακωδικός. πνθυμα ωδικός τε ⊂ ψυκτικός κακοχυμῶμ. ⊂ ἐλεφαντιάσεως ποιητικός. εὐδυσεῖς δὲ ⊂ ὁ ἔλαφος γίνεται βρεχόμενος αὐτοῦ.

περὶ κούρμιδος. κεφ. σξή.

Καὶ τὸ καλούμενον δὲ κοῦρμι, σκυαζόμενον δὲ ἐκ τῆς κριθῆς. ᾧ νῦν ἀντὶ οἴνου πόματι πολλάκις χρῶνται, κεφαλαλγές ὄστι νῦν κακόχυμον. νῦν τοὺς νεύρου βλαπτικόμ. σκυάζεται δὲ νῦν ἐκ πυρῶν τε καὶ τὰ πόματα, ὡς ἐν τῇ πρὸς ἑσπέραν ἰβηρία ⊂ βρεταννία.

ZYthum L. Romani pariter Græcis zythũ dicunt. ⌋Ex hordeo fit zythus. Vrinã potus pellit: renes tamen lædit & neruos: cerebri membranis præcipue noxius. Inflationes idẽ excitat, malosq; in corpore humores. Quinetiam elephantiasim facit: & zytho madẽs ebur in oṁe opus tractabile redditur. Quod curmi etiã uocãt, ex eodẽq; hordeo fit, & pro uini potu sæpe eo utunt, capitis dolores, & malos corporis hũores facit, neruisq; nocet. Cõficiunt & ex triticea fruge huiuscemodi pocula à gẽtibus, ut in occidentali Hiberia & Britannia.

INTERPRES.

ANtiquum est ex frugibus fieri pocula, quoꝝ ad ebrietatem non minor q̃ uini etiã uis est. Nec nostra ætas eadẽ sibi parare his locis desueuit, quibus negata uina: ex quo non satis homini aqua est quod eoꝝ uicẽ expleret, quærere sibi homines coẽgerunt. Inter ea zythus quondã fuit, qui ex hordeacea fruge madida fieret. Meminerunt zythi Plinius in naturali, Diodorus Siculus in gentium historia. Meminit & in carmine suo Columella Aegypti inuentum & usum zythi ostendens, cum cecinit: Iam siser Assyrioq; uenit quæ semine radix, Sectaq; prębetur madido sociata lupino: Vt Pelusiaci proritet pocula zythi. Veteres Græcorum medici acrimoniam habere zythum dixerunt, quoniam ex corruptione factus esset. Frigidũ præterea, quoniã acorẽ haberet, ideoq; mali succi esse. Quos autẽ in medicina usus habet zythus, & hic & alij manifeste dixerunt. Quod autẽ de Elephante (siue animal siue ebur ea uoce intellexerit Dioscorides) in ultima zythi historia ab eo dictũ non eodẽ sensu ab antiquioribus exceptũ est. Plinius lib. VIII. cap. VII. de animali intellexisse hoc uidetur: ait enim, elephanti capti celerrime hordei succo mitificantur. Plutarchus contrà breuissimo commẽtariolo cuius titulus est: An ad infœlicitatẽ satis uitium sit, aperte de ebore id intellexit. Verba eius sunt: ὡς γὰρ ἡ κρόκη τὸ ὀστέον πρίῃ τίφρᾳ καὶ ὕδατι διάβροχον γιγνόμενον καὶ ἐν ἐλέφαντα ζῶθ μαλακὸν γιγνόμενον, καὶ χαλῶντα καμπτουσι, καὶ διαχρηματίζουσιν. ἄλλως δὲ οὐ δύνανται οὕτως &c. quorũ est sensus: Quemadmodũ cinere & aceto madens os licio (siue acia malis dicere) secatur, & ebur zytho mollitũ flectitur & conformatur, aliter autẽ nõ potest: sic &c. Nec aliunde diuersitatis huius inter tam graues autores causa est q̃ ex æquiuoca in Græcis τῷ ἐλέφαντος appellatione, qua & animal & animalis dentes qui ebur sunt ubiq; ea gẽs indicat: Plinius animal, Plutarchus ebur in ea uoce intellexit. Nos illud addimus, quoniã nõ animal tantum & ebur Græcis elephas significat, sed grauissimũ omniũ aliorum etiam malum, quod ab eius animalis similitudine eadem uocis æquiuocatione ἐλέφαντα ijdem Græci appellant: non explodendum neq; reijciendum penitus, si quis non de animali eboreue, sed de malo elephanta in hoc scriptore & hoc capite intelligi posse dubitauerit. Nullis enim mutatis de malo intelligi locus potest: & nisi quod illic est adiectiuum ἐυξύλου fœliciter factum, tractatum, & fabricatum significans obstaret, facile in eam sententiam nos etiam concederemus. Significasse hoc satis sit, & nihilominus ex Plutarcho ad eboris tractationem totam rem trãstulisse. Quod enim à Plinio dicitur, ob eius adiectiui significationẽ scriptori huic parꝝ conuenit. Qui cum curmi barbara uoce non dissimile zytho poculi genus, & paulopost plura alia his similia fieri dixisset: cũcta illa intelligi uoluit, quæ deficiente uino diuersis locis ex frugibus, pomis, palmarum fructibus, herbis, & herbarum radicibus fiunt. Quæ innumera sunt ex his quorum gentibus copia sit excogitata.

Elephas.

περὶ ζέας. κεφ. σοθ'.

Ζεια δίπλοή, ἡ μὲν ἁπλῆ, ἡ δὲ δίκοκκος καλεῖται. ᾗ δύο σὶν ἐλύτροις ἔχουσα συνεζευγμένον τὸ σπέρμα. ἔστι ἡ ἕψει μωτέρα μὲ κριθῆς. εὔσομος. ἀπεφωτέρα δὲ πυρῶν ἄρτοποιουμένη.

De Zea quæ priuatim semen à Latinis dicit. LXXX.

ZEan L. Romani pariter Græcis zeam & semen dicunt. ⌋Duo zeæ genera, alterũ simplex & unius tantũ grani: alterꝝ quod dicoccon, id est gemini & duplicis grani appellant, duobus utriculis cõiunctum semẽ habens. Nutrit magis quàm hordeum zea hæc. Suauis in cibo est. Panis tamen ex ea cõfectus minus quàm ex tritico nutrit.

INTERPRES.

NIhil difficiliorẽ medicæ materiæ cognitionẽ semper fecit & adhuc facit, q̃ q; non eadẽ ubiq; omnia sunt: neq; ubi eadẽ sunt, ijsdẽ nominibus appellant: & quò cõmunius aliquid humano generi natura fecit, eò facilius neglectũ ignoratũ. Idq; in frugibus animaduertisse licet, in quibus nulla alicui certa huius aut illius ex antiquis scriptoribus indicatio nunc esse potest. Cũ tamẽ nihil in illis frequẽtius inueniat. Fecerunt id mutatæ per tẽpora earum appellationes, sed multo magis quod pauloante diximus, neglecta cõmunia & quotidiana naturæ bona, & ut in zea de qua nunc agimus, accidit. Eam Plinius Theophrastusq; tritico similẽ & hordeo dixerũt, ab Homero nullo non ferè carmine laudatã. Posteriores notã nunc frugem quam speltam rura nostra appellant, esse eam existimarũt. Nec huius scriptoris descriptio & historia ab ea semine

seminis forma penitus distat. Plinius in Italia, præsertimq; in Cãpania fœliciter prouenire libro xviii. capite viii. testatus est, priuatimq; semen appellari præclarã ut ille ait rem, quam in medicina ueteres Græcoq; medici tritico similes habere uires dixerunt: medioq; inter calorem & frigus tẽperamento esse. Ex hac fieri alicã non secus q̃ ex hordeo idem Plinius testatus est, de qua nõ multo post dicemus. Esse autẽ tritico similem zeam Theophrastus præcipue viii. de plantaq; historia uolumine his uerbis ostendit: τοῦτο δὲ ὁμοιοπύρων καὶ ὁμοιοκρίθων δίον ζέας, &c. Nec multo post: ἐχυρότερον καὶ μᾶλιστα καρπιζόμενον ἡ ζέα, καὶ ἧττον πολύῤῥιζον, καὶ βαθύῤῥιζον, καὶ πολυκάλαμον, ὁ δὲ καρπὸς καυφότατος καὶ προσφιλὴς πᾶσι ζῴοις, &c. Quæ uerbũ de uerbo sic uertat aliquis: Tritico autem & hordeo similium ut zea, &c. Validior autem auidiorq; & maxime terram emungens zea est. Multis enim profundisq; radicibus nititur, & numeroso fruticat culmo, cunctis animalibus grata. Quę omnia frugi quam nunc speltam uocari diximus satis conueniunt. Et quod hic ait: ἁπλῶν καὶ λίκνικον εἶναι, καὶ ἐν ἑνὶ σίνι ἑλύτροις ἔχουσαν συνεζευγμένον τὸ σπέρμα, eiusdẽ omnia sunt à nobis reddita: Simplex & unius grani, mox gemini & duplicis duobus utriculis cõiunctum semen habẽs. Diximus autem utriculos autore Plinio seminum in frugibus inuolucra & operimenta, quæ trita & cribro excussa glumæ siue acus dicuntur. Vtriculi.

περὶ κρίμνου.
κεφ. τ'.

Κρίμνον. ἀπάλευρόν ἐστι τῆ κατεργασία τοῦ ἀλεύρου γινόμενον ἐκ τε ζέας καὶ πυροῦ, ἧς δοῦ ὁ κόλαφος γίνεται. ἔστι δὲ ἱκανῶς πρόσφορον εὐπεπτέργασον. σαλλάσσον δὲ κοιλίας ἧττον τῆς ζέας μᾶλλον προφωχθείσης.

De Crimno, id est, pulte. Cap. LXXXI.

CRimnon ⌊Romani pariter Græcis crimnũ dicunt.⌋ Crassius q̃ farina cõfectione tritu raq; sua crimnũ est. Fit ex tritico crimnũ, fit & ex zea, quã Romãi priuatim semẽ dicũt, & ex eo deinde puls: quæ mirifice nutrit, sed difficile in stomacho cõficitur. Quę ex zea facta est puls, maiore ui in reprimenda aluo est: præsertimq; si ex ante tosta zea facta fuerit.

INTERPRES.

ARtis non naturæ opus crimnon quondã fuit, idẽ Romanæ pulti, qua quondã Græcia pariter & Italia pro pane usa est: manifesteq; id Plinius libro xviii. capite viii. testatur, pulte nõ pane longo tempore uixisse Romanos dicẽs. Trãslata deinde ad medicinã res est, relictaq; uetere appellatione posteriores Græcoq; medici nõ crimnon, sed πτισάνην aut πτισάριον, id est, pultem aut pulticulã appellauerũt. Sic Paulus Aegineta, sic ante eum Galenus aliquãdo dixerũt. Fieri aũt solitã præcipue ex hordeo nomẽ testatur, ἀπὸ τῶν κριθῶν ἐστιν, id est, ab hordeo κρίμνον dicta est. Vtilior deinde deprehẽsa fuit quæ ex zea & tritico fieret. Quamobrem deinde ea esset, satis hic ostẽdit, dicens: Crassiorẽ q̃ farina sit cõfectione tritaq; crimnon esse. Post hũc Paulus Aegineta lib. vi. de eadẽ agens, crimnon, id est pultẽ appellari ait, q̃d ex tritico & zea crassius esset. Cæteri græcoq; medici eam his uerbis diffinierũt: κρίμνον δέ, πτισάνη δὲ παχυμερὴς οὕτως ὀνομάζεται διὰ τὸ πυρίνου καὶ τὸ ζειᾶν ἀλήτου. Quod est: crimnon siue puls dicitur quod in tritici & zeæ farina crassum & crassioq; partiũ est. Poteritq; quãta & qualis hæc crassitudo farinæ in crimno sit cupiẽs nouisse, si quas Hippocrates & posteriores græcoq; medici κριμνώδεις urinas appellãt, aliquãdo uiderit: in quibus corpulẽtioris farinæ similes nubeculæ apparẽt, quasq; Plinius libro xxviii. furfures & nubeculas appellauit. Poterit & ex Aristophane græcoq; lepidissimo comico idem augurari, qui cũ in fabula quæ Nephelæ inscribitur, antiquã disciplinã Atheniensiũ describeret, cõsueuisse tũc pueros ait ad cytharistã quotidie ire, κἀι κριμνώδη καταπίνοι etiã si crassioribus ramẽtis nix caderet in terrã, & qualia in crimno, id est, crassiore hac ad pultẽ farina sunt: à quotidia ἄπαξ κριμνώδη. Hanc in nutriendo potentiorẽ q̃ polẽta sit Græci oẽs dixerũt, sed tardius cõcoqui, confectãq; ex farina hac sorbitionẽ Latini pariter & græci pultẽ appellauerũt. Quod postremo pertinet ad ea quæ nobis cũ cæteris eadẽ nõ sunt, monuisse illud legentes oportet, cõtrà q̃ alij uerterint dictũ à nobis fuisse, difficile q; in stomacho cibi domiturã significat: nos cõtrà una tantũ mutata litera ἀκατέργασον legimus. Fuerunt q; nobis in ea mutatione autores Galenus, qui ἀλφίζου διαπεπότηρον, id est, difficilioris cocturæ q̃ polẽta sit, eam dixit. Paulus Aegineta qui Galeno similiter difficilis cocturę eam fecit, & post eos in Græcis probatiores codices in quibus ἀκατέργας & manifeste legitur.

περὶ ὀλύρας. κεφ. τά.

Αἱ ἢ ὄλυρα ἢ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστὶ τῇ ζέᾳ. ἀσθενεστέρα δὲ καὶ πρὸς ἐκείνης. ἀσπρισμὸς δὲ καὶ αὐτῆ. καὶ κρίμνου δὲ καὶ αὐτὴ ὡσαύτως γίνεται.

De Olyra. Cap. LXXXII.

OLyrã, ⌊Romani pariter Græcis olyrã dicũt.⌋ Ex eodẽ genere zeę olyra est, paulominus tamẽ q̃ illa nutrit. Pinsit & hęc in panem, pulsq; ex ea pariter fit.

INTERPRES.

COngener &, ut Theophrastus ait ὁμοιόπυρος, quod est tritico similis, olyra est. Semẽ eius antiquiores Græci figura inter triticeũ & hordeaceũ tradiderũt. Longa est olyræ in Plinio historia, nec in Theophrasto breuis: Collectaq; ex his scriptoribus simul omnia eam indicare frugẽ uidentur, quã nostra tempora secalẽ uocant: non tamẽ id pro cõperto habemus. Quod certũ sit inter tritici genera, aut tritico si milia ab omnibus numeratur, Græciæ magis & Aegypto q̃ Italiæ peculiaris, & ob id in gentibus illis fœliciore prouentu magisq; nota, siliginis nomen huic aliqui etiam cõmunicauerunt: sed si Columellæ grauissimo rei rusticæ scriptori credendum est, siligo secundæ conditionis triticum est. Verba eius sunt: Tritici genera plura cognouimus, uerum ex his maxime serendum est, quod robus dicitur, quoniam pondere Siligo.

& nitore præstat. Secunda conditio est habenda siliginis, cuius species in pane precipua pondere deficitur. Habent nihilominus qui olyram siliginem dixerũt Latinos alios autores, quibus tueri rem suam possumus. Sed nos qui ex professo hæc docuerunt libentius sequimur. Vagæ rei in gentibus appellationes, nec ubique eædem res, diuersitati & incertitudini huic causam dederunt.

Περὶ Ἀθήρας. Κεφ. τβ'.

Ἀθήρα ἡ ἐκ τῆς ἀλικλεσμένης εἰς λεπτὸν ξύλας, σκευάζεται. ἔστι ἡ ζόφημα ὡς πρὸς πλατάσιον ὑγρόν. παιδίοις ἁρμόδιον. ποιεῖ δὲ εἰς τὰ καταπλάσματα.

De Athara quę pulticula est. Cap. LXXXIII.

ATharan Romani pariter Græcis atharam dicunt. Ex zea in tenuissimũ pollinẽ trita athara fit. Ea est sorbitio liquidiori pulticulæ similis, infantibus accõmodata: eadem cataplasmatis etiam utilis.

INTERPRES.

NOn uidetur athara hæc à pulte nisi liquidiore habitu differre. Nec Paulus Aegineta aliter eam sexto uolumine descripsit, pulticulã sorbilem ex tritico zeaue emolitis confectam esse atharam dicens. Obseruauimus tamen ex olyra, amylo, & milio factam pultem atharam pariter dici. Plinius Aegyptiorum uocem atharam esse dixit in secundi uoluminis ultimo capite, à Græcis tamen recepta, non ad pultem tãtum, sed ad tubercula quæ in homine aliquando extolluntur ea uox est: quibus quoniã subest ueluti tenuis & dilutior pulticula, ab athara hac atheromata inter abscessus antiquis Græcorum medicis dicta fuerunt: de quibus certius cum primum dabitur occasio, dicemus.

Περὶ Τραγου. Κεφ. τγ'.

Τράγος. ὀχύμα μὲν παραπλησίως τῷ χόνδρῳ ἔοικεν ἀτροφώτροφος ἡ παραπολὺ ξύλας. διὰ τὸ πολὺ ἔχειν τὸ ἀχυρῶδες. διὸ καὶ δυσκατέργαστός ἐστι καὶ κοιλίας μαλακτικός.

De Trago. Cap. LXXXIIII.

TRagon Romani pariter Græcis tragũ dicunt. Farri similis figura tragus est, lõge minus tñ q̃ zea nutrit, ob multã quã habet glumosam ariditatẽ: ideoq; nõ facile in stomacho conficitur. Ad molliendam aluum natura illi tamen & uis est.

INTERPRES.

Tragus q̃t Græcis significat.

NOn habet in Græcis unã significationem tantũ tragus, sed animal, herbã, frugẽ, & qui sub alis sentitur uirosum odorẽ, significat. Ideo in frugis significatione tragon σπώδη, id est, tragũ frumentaceũ ueteres aliqui frumenti genus hoc appellauerũt, peregrinũ Italiæ, cuius breuissime Plinius meminerit: nec ultra q̃ ut diceret, ex omni eodẽ genere grani prætulit oreuntiũ & tragũ, &c. locus est libro XVIII. capite VII. Quin etiã capite eiusdẽ lib. x. inter peregrina Italię tritici genera tragus huic numeratur his uerbis: Adiiciuntur his genera bromos, siligo exceptitia, & tragos, externa omnia ab oriẽte inuecta. Est & illud ex eodem Plinio intelligendũ, non frugem tantũ ipsam & tritici genus tragũ dici, sed quæ ex semine eius ptisanæ similis ad medicinã conficeretur farina. Verba eius eodẽ capite sunt: Ptisanæ conficiendæ uulgata ratio est: simili modo ex tritici semine tragũ fit in Cãpania tantũ & Aegypto. Hic tragũ figura similem chondro ait, non satis certo intellectu, similem'ne frugi dicat quam Græcorũ aliqui chondron, id est, far nominant, an alicæ quæ passim chondros etiam uocatur: utrunq; enim chondros in Græcis significat: si qua hic utius est uoce χύμα & eius tota significatio expendatur, ad frugem potius q̃ ad alicam referenda similitudo uidebitur. Frugis enim figura aptius q̃ alicæ dicitur. Si ea quæ mox hic de chondro ait, ad alicam magis q̃ ad frugem: chondron siquidem alicam non frugem uocat. Nobis inclinat animus ad frugem magis q̃ ad alicam referri oportere. Legentibus tamen & hoc liberum relinquatur.

Περὶ Βρώμου. Κεφ. τδ'.

Βρῶμος κάλαμός ὅστις τοῖς ὅμοιος ἐστὶ τοῖς φύλλοις. γόνασι δὲ διῃλημμένος. κάτωθεν ἡ ἔχει ἐπ' ἄκρῳ ὡς τὰς ἀκρίδια δίκωλα. ᾧ δὲ τὸ σπέρμα χρήσιμον εἰς καταπλάσματα ὡς ἡ κριθή. ἐν πόλεσι δὲ διὰ αὐτοῦ γίνεται σαλλικὸς κοιλίας. ὁ δὲ διὰ αὐτοῦ χυλὸς ἑφθούμενος, βήσσουσιν ἁρμόζει.

De hauena. Cap. LXXXV.

BRromon Romani hauenã dicũt. Culmũ habet hauena geniculis interfectũ, tritico foliis similibus: & in summo pẽdentes paruulas ueluti locustas, duplici crure diuaricatas, in quibus semẽ est, quo ad cataplasmata nõ secus q̃ hordeo utiliter utũt. Puls etiã ex eo fit cohibẽdæ aluo accõmodata. Daf præterea farinæ eius cremor utiliter in sorbitiõe tussientib⁹,

INTERPRES.

QVis nõ credat hauenã cunctis notissimã frugem hoc capite à Dioscoride describi? tam apposite in eo pictura naturæ respondet. Quis etiam in hoc scriptore adeo incautus fuerit, ut quæ inter bromon & aegilopem alterã in frugũ, alterã in herbarũ genere discrimina sunt, nõ facile sola eius lectione estimet intellexerit? Toto eñ genere & partiũ notarũq; historia differunt: Hæc inter cõgeneres fruges à Dioscoride numeratur & describitur, magno argumento bromon hauenã frugem esse, illa inter herbas: hæc culmum habere dicitur, illa βοτάνιον, id est, herbula appellatur: hęc in summo depẽdentes paruulas ueluti locustas duplici crure diuaricatas habet, in quibus semen est: illa in cacumine καρηνὸς, id est, quod semen cõtinet duos tres'ue colore rubentes habet, ex quibus aristæ capilli figura prodeunt: hæc in medicina ad cataplasmata

smata & tussim utilis, illa ad oculorum ægilopas & discutiendas duricies uim habet. Et ne longiores simus, quis non credat aliam ab ægilope bromon, id est, hauenam esse? Si Paulum Aeginetam sexto uolumine gerit se orsum de utraq; agentem, & utriq; quæ sua sunt assignantem, hanc similes hordeo uires habere, quibus leniter & sine erosione ficcet: habere itidem aliquid quod adstringat, eam'que ob causam alui fluores compescere: illam discutiendi tantum habere uim, qua durities inflammationes q; & oculorum ægilopas sanet. Erit quarto uolumine in ægilope iterum de his dicendū: quæ nunc causa est, ne in re nota ultra q̄ deceat immoremur. Quod q; nunc dictum est eò pertinet, ne quis ex eo quod Barbarus in Dioscoride ait, bromon hauenæ genus esse, & in Corollario de grano tantum hauenæ dici hoc loco: de herba autem in quarto eandē bromon & egilopem huic scriptori esse opinetur: & hic de semine, in quarto de planta sub diuersis nominibus actum à Dioscoride fuisse.

Περὶ Ὀρύζης.
Κεφ. τέ.

Ὀρυζα τῶ σιτηρῶν ὄζιν εἶδος. φυομένη ἐν ἑλώδεσι τόποις ἐν ὑγροῖς. πρόσιμος ἢ μετρίως ἐν κοιλίαις σαλίκη.

De Oryza. Cap. LXXXVI.

Oryzan Romani pariter Græcis oryzan dicunt. In genere frumentaceo oryza est. Nascitur palustrib⁹ & uliginosis locis: medias in nutriēdo uires habet. Cōpescit præter hæc etiam aluum.

INTERPRES.

NOtā omnibus etiam oryza parati & quotidiani in sanitate usus, præsertim quibus locis abundat. Descripsisse eam inutile & inanis iactantiæ fuerit. Quod ueteres Græcorum medici ei tribuerūt est, ægre concoqui oryzam, exigui nutrimenti esse, & quod hic ait: aluum supprimere.

Περὶ Χόνδρου.
Κεφ. τϛ.

Ὁ δὲ χόνδρος γίνεται μὲν ἐκ τῆς καλουμένης ὀλυκόκκου ζέας. ἔστι δὲ ὁμοιότροπος δὲ ὀρύζης στεγνωτικώτερος δὲ κοιλίας. εὐσομαχώτερος δὲ μᾶλλον. αἴρει δὲ καὶ λέπρας σὺν ὄξει ἐφηδείς καὶ καταχριόμενος καὶ λέπρους ὀνυχας ἀφίστησι. καὶ αἰγιλώπια ἀρχόμενα θεραπεύει. ἔγκλυσμά τε τὸ ἀφέψημα αὐτῆς τοῖς μετὰ ἀλγήματος δυσεντερικοῖς ἔνθετον.

De Alica. Cap. LXXXVII.

Chondron Romani alicam dicunt. Fit alica ex zea quā dicoccon, id est, gemini seu duplicis grani uocant. Efficacior in nutriēdo alica q̄ oryza est. Aluū etiā magis adstringit, & stomacho magis acōmodata est. In aceto cocta & ex eo inuncta alica, lepras tollit: scabros pellit ungues: et incipientes oculoꝝ inter nares & maiorē angulū abscessus quos dicūt ægilopas, sanat. Clystere etiā utiliter infunditur contra intestinorum cum dolore tormina.

INTERPRES.

ROmana res inquit Plinius alica est: nobis eam cognouisse Hippocrates etiā uidet, multo ante eum medicinā professus. Plures fuerunt Latinis & Græcis alicæ cōfectiones, quas ferè oēs idē scriptor lib. XVIII. capite XI. prosecutus est: quā tamē ille confectionē cui gypsum adiiceret Africæ assignat, Græci ut suā uendicāt, & hoc modo cōficiunt. Tūditur zea, tusa q; in calidā cōiicitur aquā, statim q; exprimitur: mox tusum in tenuissimū pollinē albū illi gypsum exigua quātitate addit: adspersoq; itidē sale sub ardentissimo canis æstu ne acescat insolat: & cū insolata fuerit, cribrat & seruatur. Hæc nos ex Græcis collegimus, quibus nō dissimilia Plini⁹ ante dicto uolumine narrat, quæ relinquimus omnibus parata & in eo scriptore expositā. Palladius multo post tēpore cū iam incœpissent antiquiora illa negligi, & nominū mutata rerum cui supereſt adhuc aliquid de uirore, per manipulos ligabis & torrebis in furno, ut facile mola possit infringi, & modio uno salis aliquantū dū molitur miscere curabis, & seruabis. Ex quibus conijcere licet, fari nam frugis, alicā fuisse in sanitatis & medicinę usum diuersis locis diuerse præparatā. Quod aūt ad Græcoꝝ chondron pertinet, nouisse illud oportet, uno hoc nomine certā significari frugē, far scilicet, et quā descripsimus alicā: Indicat q; id præter alios Paulus Aegineta VI. uolumine, dicēs tritico simile chondron esse: frugē frugi comparans: tritico tamē glutinosiorē & uiscoso magis lētore esse. Idem præterea lib. I. quo capite de frumentaceis agit, his uerbis rem descripsit: τῶν σιτωδῶν ὀναμαζομένων ὁ μὲν χόνδρος τροφιμός τε καὶ γλισχρὸν χυμὸν γεννητικὸς, ἀλλ' ὁ μὲν τραγὸς μοχθηρὸς ἐπεὶ πρὸς ἐδίμως παχυνόμενος ἀνιφρὸς μᾶλλον. κρείττων δὲ ὁ χυλὸς ἀυτοῦ ὅλου καλῶς ἐφθέντος ἄχρι πλησίως πέψεως. ὁ δὲ ἄλιξ τὰ μὲν ἄλλα χόνδρῳ προσοίκει. μᾶλλον δὲ γαστρὸς ἐστὶν ἐφικτικός. Omnia ut uidetur de una ea demq; fruge dicta, sed nō eodē modo præparata, quoꝝ hic sensus sit: Eoꝝ uero quæ frumētacea nominant nutrit egregie chondrus, & glutinosos generat humores: ueꝝ puls ex eo cōfecta nocet, quoniā q̄ primum crassescēs incocta permanet. Probatur magis succus ex integro chondro bene decocto expressus ptisanę si milis: alica uero in cæteris chondro, id est, frugi, ex qua oia hæc fiūt similis est, sed aluum magis adstringit. Chondron ut uidet Paulus Aegineta frugē, hic aūt ex fruge factā alicā chondron appellat; nō aliter q̄ Latini alicæ appellatiōe utrāq; rē significāt. Sic Plinius pro fruge eodē lib. ait: Tunicæ frumēto plures, hordeo maxime nudū & alica. Sic Columella secundo uolumine capite sexto. Adorei aūt (quod idem farri est) plerunq; uidimus in usu genera quatuor. Far quod appellatur clusinum, &c. Mox semē trimestre quod dicitur alicastrum: id q; pondere & bonitate est præcipuum. Quod non aliunde ut nos credimus, q̄ ab alica quæ ex eo fieret nomen inuenit: Et hæc pro Græcorum chondro & Latinorum alica satis dicta sint.

De Milio

Περὶ κέγχρου. κεφ. τζ'.

Εγχρος. Ἑλληνικοῖς μίλιον. Λατινοῖς φωτέρα τῶν λοιπῶν σιτηρῶν. ἀρτηρικὴν δύσα ἢ ὡς πρὸς πλατὺς σκύβαλα ὀλίσα κοιλίαν ἴσχσιν. οὖρα ἢ κινεῖ. φωχθεῖσα ἢ μὴ ἑλεθεῖσα εἰς σάκκους ἐνειλουμένη, σφόφωρ μὴ τῶν ἄλλων ἀλγημάτων ὄζει βοήθημα.

De Milio. Cap. LXXXVIII.

Enchron Romani milium dicũt. Minus omnib⁹ alijs frumẽtaceis nutrit pannis ex milio factus. Confecta ex eodem puls aluum fistit, sed urinã cit. Succurrit idem præsenti remedio torminibus, alijsq; doloribus feruens inditum saccis & impositum.

INTERPRES.

Milio posteriores naturam & uires assignarunt refrigerandi in tertio, ficcandi uero in secundo ordine: habere præterea uires extenuandi aliquas milium crediderunt: Nihilq; ad concipiendum & retinendum calorem aptius eo esse.

Περὶ Ἐλύμου. κεφ. τή.

Ελυμος. οἱ δέ, μελίνην. Λατινοῖς πάνικουμ. πρὸς σιτηρῶν ὅσι σφμάτων. κέγχρῳ ὁμοία. ὡσαύτως σιτηρευμένη πρὸς τὸ αὐτὸ ἁρμόζουσα. ἀτροφωτέρα μίλου τῆς κέγχρου καὶ ἧττον συπτική.

De Panico. Cap. LXXXIX.

Elymon sunt qui melinen etiam appellẽt, Romani panicũ dicũt. Numeratur inter frumentacea panicum etiam: milio fimile est, eademq; panificij ex eo ratione ijsdem quibus & milium accommodatum est, minus tamen quàm milium nutrit & adstringit.

INTERERS.

Foeminino genere melinen & masculino melinon Theophrastus panicum, notissimam omnibus frugem, uocat. Romani à paniculis in quibus semen est, panicum appellauerunt.

Περὶ Σκσάμου. κεφ. τθ'.

Σησαμον κακοσόμαχον. μὴ δύσωδίας σόματος ποιητικόν. ὃ ὅταν βεβρωσκόμενον ἐμμείνῃ μεταξὺ τῶν ὀδόντων. καταπλασθὲν δὲ διαφορεῖ τὰς ἐν νεύροις παχύτητας. καὶ τὰς ἐν ὠσὶ θλάσματα, καὶ φλεγμονὰς, μὴ πυρίκαυστα, καὶ κώλωπα ἀλγήματα, καὶ κοράσου ἕλκυσμα θεραπεύει. σὺν ῥοδίνῳ δὲ κεφαλῆς ἀλγήματα δι' ἐγκαύσεως γινόμενα πέπαυσεν. ἢ ἐν ὄξει καθεφθεῖσα ἐν οἴνῳ τὰ αὐτὰ ποιεῖ. μάλισα ἢ φλεγμονὰς ὀφθαλμῶν μὴ πεπωθυίας ἁρμόζει. γίνεται ἢ μὴ ἔλαιον δι' αὐτοῦ ᾧ οἱ αἰγύπτιοι χρῶνται.

De Sesamo. Cap. XC.

Sesamon Romani pariter Græcis sesamum dicunt. Nocet stomacho sesamum. Animæ idem grauitatem facit, quoties commanducatum inter dentes hæserit. Discutit illitum sesamum quę in neruis crassiora concreuerunt. Prodest contusis & inflammatis auribus, nec minus ambustis etiam, stellionum & cerastarum morsibus medetur. Cum rosaceo factos ab æstu solis dolores capitis lenit. Potest eadem in uino decocta herba, præsertimq; contra oculorum inflammationes & grauissimos eorum dolores. Fit ex sesami semine oleum quo Aegyptij utuntur.

INTERPRES.

Desiit iampridẽ seri in Italia sesamũ, neq; inter fruges nostras numerat, paulo q̃ minus q̃ peregrinũ & alienũ modo nobis est, quondã tã cõmune, tamq; omnibus agris satũ, ut æqua esset huius & aliarũ frugũ cura: Indicãtq; id quæ tã multa de semẽte eius à Columella Plinioq; & ab alijs docentur. Nouerant tũc oẽs sesamũ: nũc cũ fruge multis locis nomẽ etiã ignorat. Et nisi ex Græcia repetat & Aegypto, quibus regiõibus adhuc seriẽ & abũdat, nulla ferè erit quæ ab hoc & alijs Græcorũ medicis sesamini olei ad medicinã utilitas oſtẽditur. Frugis omnẽ figurã Plinius lib. VIII. capi. VII. aptissime & fœlici pictura descripsit, ideo nos nihil de ea repetem⁹: dictis ab eo tantũ adijciẽtes, cãdido colore semẽ eius esse, dulce simul & odoratum, q̃d minores aues quales fringillæ, passeres & cardueles sunt, auidius appetũt. Græcia oĩs eo ad dulciaria utiẽ in panificio tritũ reliquo pani cõpinsentes: mox in summa panis cute integrũ addito liquore aluquo inspergẽtes ut retineatur & in coctura pani cõ corporeẽ. Aegyptus oleũ ex eo exprimit, quo in cibo & omni alio domestico usu utatur, tãta copia, ut amplissima latifundia nulla alia fruge uireãt. Nostra ætas ut paulo ante diximus, uix nomẽ eius audit: & si aliquãdo utatur, q̃d miremur in re tã suaui, & quæ tam multas habet in sanitate & in morbis utilitates. Neglexit ut credimus Italia sesamũ ob olei ex oliuetis copiã quã semper habuit, & ex quo incœperũt homines in delicijs uitæ mel & saccharũ habere, eoq; ad dulciaria utiGrauis in hoc capite quã nõ animaduerterũt alij mẽda est: q̃ eñ loco ex cõmuni Græcorũ lectione illi uerterũt coli doloribus mederi sesamũ, quoniã ἢ, χώλου ἀλγήματα ἢ, περάτου, &c. legereẽ, non coli doloribus sed stellionum morsibus & ceraſtæ uertendũ erat. Probatissimi eñ q̃s uidimus codices ἀσκαλαβώδους ἢ, περάτου ἀλγήματα habẽt: esseq; hanc uerã, & antiquã loci huius fuisse lectionẽ testis Plinius est ultimo XXII. uoluminis cap. qui inter cæteras sesami uires ait, stellionũ morsibus resistit, ἀσκαλαβώτας & ipse hoc loco legẽs, &c. Eiusq; scriptoris autoritate nos & meliorum codicum fide nixi, à cõmuni lectione rem & sensum tuto mutauimus.

Περὶ Ἄιρας. κεφ. τί.

De Lolio. Cap. XCI.

Aeran

Αἶρα. ὁι δὲ, θύαρος. Ζωμαῖοι λόλιουμ. Αἶρα ἡ γινομένη ἐν τοῖς πυροῖς ἀλεσθεῖσα, σὺν ἅλμυ ἐχέ πρὸς ψώρας καὶ ἕλκη νομῶν καὶ σκληρὸν νωμα καὶ γαγγραίνας. μετὰ ῥαφάνων καὶ ἁλῶν καταπλασσομένη. Ἀλφιτώσας ἀγρίους καὶ λέπρας σὺν θείῳ ἀπύρῳ καὶ ὄξει θεραπεύει. σὺν μὲν πίσσῃ ἢ πίσσης καὶ λινοσπέρμῳ ἐφθὸν ἐν οἴνῳ, χοιράδας διαλύει. καὶ τὰ σύριγγα παύσει. ψιμυθιακὸς τε σὺν μελικράτῳ ἐφθὸς καὶ καταπλασσόμενος ὠφελεῖ, σὺν ἁλείτῳ δὲ ἢ σμύρνῃ, ἢ κηρωτῷ, ἢ λιβανωτῷ ὑπερθυμιώμενος σωρεῖ τοὺς συλλήπτους.

AEran ſunt etiam qui thyaron appellẽt: Romani lolium dicunt. Lolij quod in triticea ſegete naſcitur farina, quæ paſcendo ſerpunt, exedentia'que ulcera & gangrẽas, cum ſale & raphanis emplaſtri modo impoſita compeſcit. Feras impetigines eadem lepras'que cum uiuo ſulphure admixto aceto ſanat. Cum columbino fimo lini'que ſemine in uino decocta, ſtrumas diſſicit, & quæ ægre maturantur, erumpit. Imponitur emplaſtri modo eadem contra coxendicis dolores in mulſa aqua decocta. Cum bitumine autem myrrha'ue aut croco, aut thure, incenſa, ſuffitu conceptus adiuuat.

INTERPRES.

INter uitia frugum & noxas lolium eſt, omnibus notiſſimum macro ſolo plerunq; prouenies. Et cum degenerauerunt uitio aliquo frugum ſemina, inter eas naſcens: neq; enim ſolum in triticea, ſed in omni fere alia ſegete & per ſe etiam prouenit, frugum acerba peſtis, ideo q; à poëta infœlix appellatum. Quas habet in medicina uires lolij farina, hic ſatis docuit. Verum quod in extremo capite in Græcis legitur σὺν ἀλφίτῳ δὲ, quod ſignificat cum polenta autem, in bitumen quod aſphaltum Græci nominant, mutatũ à nobis eſt, quaſi σὺν ἀσφάλτῳ, id eſt cum bitumine legendum ſit. Neq; ut credimus male. Siquidem hic ait ſuffitu adiuuare cõceptus lolij farinam addito uno aliquo ex prædictis, quæ oportet primum ſimilia inter ſe eſſe, & in aliquo conuenire, mox tale eſſe ut incenſum fumet, ſuo q; fumo ſuffiat. Quorum neutrum polenta habet: neq; enim cum myrrha, croco, thure'ue conuenit: nec incendi adeò poteſt ut fumo eius ſuffiri aliquid poſſit. Perſuaſit q; id q; ſuffiendis aperiendis q; fœminarum locis præcipue bitumen laudatur: & q; Paulus Aegineta tridi æquales uires habere lolij farinam dixit, quæ molliendis & aperiendis fœminarum locis accommodata eſt. Coniunctis q; uiribus idem potentia duo fœlicius, quod hic docet, præſtare poterunt.

Περὶ Ἀμύλου. Κεφ. τιά.

De Amylo. Cap. XCII.

ΑΜυλλον ὠνόμασαι, διὰ τὸ χωρὶς μύλου κατασκευάζεσθαι. ἄριστον δὲ ἔστι τὸ σκληρὸν ἐκ πυροῦ σιταυίου, κριθικὸν δὲ τὸ αἰγυπτιον. σκευάζεται δὲ ἐκ πυροῦ σιταυίου καθαροῦ. βρεχομένου πεντάκις τῆς ἡμέρας. εἰ δυνατὸν δὲ καὶ τῆς νυκτός. ὅταν δὲ μαλακὸς γένηται, δεῖ πρωΐας τὸ ὕδωρ ἐκχεῖν χωρὶς τοῦ κινεῖν. ἵνα μὴ σωρικκλύζηται τὸ νόσιμον. ἐπὰν δὲ πᾶσαν μαλακώτατος γένηται, ἀρχέας ὕδωρ ἐπιβαλὼν τῆς πρώτης, εἶτα ὕδωρ ὑπιχέοντας ἐπὶ ὀλίγον. εἶτα ἀναιρεῖσθαι τὸ ὑποσάμυλον πίτυρον ἀθρόως. καὶ τὸ λοιπὸν διηθήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς ὕλισμα. διυλίσαντάς τε εὐθέως φύγειν ἐπὶ κραμίδων καινῶν ἐν ἡλίῳ ὀξυτάτῳ. ἔνκμον γὰρ κἂν ἐπ' ὀλίγον μείνῃ ὀξίζει. πρίν δὲ πρὸς ὀφθαλμῶν ῥεύματα, καὶ κοιλότητας, καὶ φλυκταίνας. σὺν δὲ καὶ ἅιματος ἀναπτύσεις πινόμενον. καὶ πρὸς πᾶσι ἀρτηρίαν πεφύκει. μίγνυται δὲ καὶ γάλακτι, καὶ προσοφήμασι. σκευάζεται δὲ καὶ ἐκ ζειᾶς βρεχείσης καὶ πλυθείσης πρὸς μίαν ἢ δευτέραν ἡμέραν. καὶ σαπὲς ξόμμι ἀραιωθὲν καὶ ἐκθλιβεὶς καὶ διὰ τοῦ χλωροῦ καὶ ξηρανθεὶς ὑπὸ ἡλίῳ ὡς πρόειται. τὸ δὲ τοιοῦτον ἄμυλον μὲν πρὸς ἰατρικὰ χρήσιμον, πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ εὔχρηστον.

AMmylon Romani pariter amylum dicunt. Quòd ſine mola conficiatur amylum, ſic dictum eſt. Probatiſſimũ quod ex trimeſtri tritico cõficit, natione Creticum aut Aegyptium. Conficit ex trimeſtri purgato tritico amylum hoc modo: Madeſcit triticũ quinquies in die mutata aqua, & ſi fieri poteſt, nocte etiam. Cum autem tenereſcere incœperit, ſenſim oportet deplere aquam, ne ſimul quod quæri't ex tritico utile defluat. Cum deinde emollitũ penitus teneritudinem cõtraxerit, depleta aqua pedibus calcandum. Mox ſuper infuſa iterum aqua, calcandum iterum eſt. Poſtremo qui ſupernatabunt furfures cribro aliquo excipiẽdi, & quod ſupererit furfuribus purgatũ per colum traiectum, q̃ primũ in tegulis nouis ſub ardẽtiſſimo ſole denſandum: humidũ enim q̃primũ aceſcit. Facit amylum ad oculorũ deſtillationes, eorũ cõcaua ulcera & puſtulas. Siſtit potũ ſanguinis excreationes, lenit fauciũ uitia, & præter hæc lacti & obſonijs miſcetur. Conficit & ex zea amylum uno altero'ue die ea madẽte fruge & lota, manibusq; ut in confectione panis fit, ſubacta, moxq; ut præmonſtratum eſt, ſub ardẽtiſſimo ſole ficcata. Sic tamen cõfectum amylum in medicinæ uſu inutile, in reliqua uita utiliſſimum.

INTERPRES.

Quid

QVid amylum fit,& qua ratione quondã conficeretur hic ſatis docuit.Quotidiana etiã in uſu uiteres nullam à nobis longiorẽ deſiderat hiſtoriã.Ob eam cauſam quod nõ eſt nobis idem in extremo capite cum Barbaro,breuiſſime dicemus:Ille axungiæ inſtar manibus expreſſo amylo,&c. Nos ut in confectione panis fit,ſubacta diximus:magna in uniusliteræ defectu ſenſus diuerſitate. Ille eñ σίαπ & σίαν legit,id eſt,adipis modo:nos σαπὸν,id eſt,farinæ ad pinſendũ panẽ maceratæ:necdũ ad fermẽti acorem trãslatæ.Quã lectionẽ ideò nos magis amauimus,ꝙ liquaẽ igne adeps,nõ manibus exprimitur:& amylo aptius inſeruire uiſum eſt,q̃d ex ſimili panificij ratione ad cõparationem acceptũ fuiſſet.Quod ꝙ hic ait lecti & obſonijs miſceri amylũ,ad cibos in ſanitate,nõ ad morbos in medicina pertinet. Et quæ nos oculoꝝ caua ulcera diximus, ea ſunt quæ Galenus cæteriq; Græcoꝝ medici κηλώματα ſiue κηλότητας oculoꝝ uocãt: quæcunq; concaua & rotunda ulcera uuis in eodem oculo latiora circa orbem qui iris dicitur,fiunt.

κηλώματα. κηλότητες.

περὶ τίλεως ἀλεύρου. κεφ. τιϐ'.

ΤΗλις. Οἱ δὲ τίλεως καρπός. οἱ δὲ, βούκερως. οἱ δὲ, αἰγόκερως. οἱ δ', κεραΐδες. οἱ δ', λωτόν. ϛωμαῖοι φαίνουμ. γραίκουμ. αἰγυπτίοι ὄτασιμ. ἡ δὲ ἐκ τ τίλεως ἄλευρον μαλακτικὴν ἔχει δύναμιν. καταπλασσόμενον δ' λδμ σὺν μελικράτῳ ἐφθῷ, πρὸς φλεγμονὰς τὰς ἔνδον ἐκτός. σὺν οἴνῳ δὲ ὀξυλεῖον μ καταπλασθὲν, ὠλίᾶ μαλακτικόν. ὃ δ' ἀφέψημα αὐτῆς ἐγκάθισμα εἰς τὰ γυναικεῖα. ὅσα κ φλεγμονὰς ἢ μύσιμ σωίσατ. σμήχει δὲ καὶ ἔχας καὶ πίτυρα. καὶ ἀχώρας τὸ ἀπόβλιμμα αὐτῆς ἔν ὕδατι ἑψηθὲν σὺμ σέσαλι δ' χλωεῖῳ προσίθετ ἀντὶ πεσσῶ. μάλαγμα δὲ ἀνθρώπου τοὺς πρὸ τ ὐσέρας τόπους. χλωρὸν δ' μετ' ὄξους ἀρτιᾶσι τόπις καὶ ἐλκωμένοις ἁρμόζει. τὸ δ' ἀφέψημα αὐτ πρὸς τ φλεσμοὺς καὶ δυσώδη ὑπερχωρήματα δυσεντερικά. τὸ δ' ἀπ' αὐτ ἔλαιον μετὰ μυρσίνης. σμήχει ἔχας. οὐλάς τε τὰς ἐν αἰδοίοις.

De Fœnogræco. Cap. XCIII.

TElin ſunt qui carpon, qui buceron,qui ægoceron,qui ceraitidẽ,qui loton uocãt, Aegyptij itafim.Romani fœnogræcũ dicunt.] Molliẽdi diſiiciẽdiq; uires habet fœnogræci farina. Facit ad collectiões quæ intus foriſq; colligũtur cũ decocta mulſa aqua ſubacta, Minuit lienẽ emplaſtri modo impoſita eadẽ cũ nitro & aceto ſubacta.Muliebriũ locoꝝ purgationibus quæcũq; inflãmatione præcluſiõe ue ceſſant, fœnogræci decoctũ inſidẽtibus medeť. Capillũ, furfures et manãtia capitis ulcera exterit ex decocto in aqua fœnogræco expreſſus ſuccus.Pro peſſulo apponiť cũ anſerino adipe, fœminaꝝ naturalia molliens & aperiẽs.Viride ex aceto fœnogræcum infirmis & exulceratis fœminaꝝ locis accõmodatũ eſt. Facit itidẽ fœnogræci decoctũ ad crebras & inanes egerẽdę alui cupiditates quas tineſmos dicũt, maleq; olentia in inteſtinoꝝ torminibus excremẽta.Eiuſdẽ fœnogræci oleũ cum myrteo palpebras,& in oculis cicatrices exterit.

INTERPRES.

FOenogræci à principio ſtatim numerãtur à Dioſcoride aliæ appellatiões aliquot:eaꝝ plures à ſiliquarum figura quas corniculis ſimiles habet,factæ ſunt: Neq; hæ quidẽ nouitiæ poſteriorũ ue temporũ, ſed uetuſtiſſimę ſunt,& à Theophraſti tẽporibus:ſiquidẽ autor ille lib. quarto de plãtaꝝ hiſtoria à bubuli cornu figura buceron appellauit.Eadem ꝙ ratione alij nõ à bubulo ſed caprino cornu ſimilitudine accepta ægoceron fœnogræcũ dixerunt : Alij à cornu ſimpliciter ceraitida, κέρας enim Græcis cornu eſt.Et hæ quidem fœnogræci appellationes ſatis per ſe patent:à falcata enim cornu ſpecie qua in fœnogręco ſiliquę ſunt,factæ quondã omnes eæ fuerũt. Quæ uero prima in ordine eſt, ſiue κάρπος ſiue κάρφος dicenda ſit,nam utroq; modo in antiquis legiť, nõ tã certã habet rationẽ. Credimus aũt nos medicoꝝ pigmentarioꝝ ꝙ hãc fuiſſe uocẽ,dũ medicinã & morboꝝ remedia inſtituẽtes,modo ſemẽ, modo ſtipulã fœnogræci(utriuſq; enim uſus eſt)accipi iubẽt:alterutrũ ꝙ appellãtes,nouo nomini cauſam dederũt.Carpon ſiquidẽ Græci ſemẽ, carphos uero ſtipulã & quæ in frugibus aruerit, herbã appellãt. Loton præterea ex ſimilitudine ad eam quæ proprie lotos diciť,quã hic ipſe libro quarto ait minus trifoliũ dici, eſſeq; ſemen eius fœnogręci ſeminibus ſimile.Ex qua ſimilitudine uagis mutuiſq; nominibus inter ſe lotos et fœnogræcũ uſa ſunt.Sciendũ illud etiã, quod Plinius & ante eũ Varro teſtati ſunt, ſiliciã & ſiliculã magis q̃ fœnogręcũ à Romanis hãc frugẽ appellatam fuiſſe.Columella tamẽ eandẽ ſiliquã ſimpliciter dici ait.Quod deinde in extremo capite eſt, & in quo de uiridi fœnogræco agiť,ſuſpicamur nos à poſterioribus huic ſcriptori additũ: neq; eñ in uetuſtioribus & probatioris fidei Græcis id legiť:neq; Ioãnis Serapionis ætate, ut ex eo patet,in Dioſcoride hoc legebatur.Is etiam quẽ habemus uetuſtiſſimũ & Longobardis literis ſcriptũ Latinum Dioſcoridẽ nihil huiuſcemodi habet.Accedit ſuſpicioni huic noſtræ poſt hæc, ꝙ tota feré ea pars à medicina unguenti ex fœnogræco facti accepta eſt:in cuius uſu hic ipſe docuit tineſmis mederi, multaq; alia quæ illis ſimilia ſunt.Nihilominus expungere eã partẽ noluimus,emẽdamus tamẽ eam ex melioꝝ codicũ lectione, in quibus nõ ὄυλας ἐν αἰδοίοις, id eſt,genitaliũ cicatrices q̃d nullũ habet ſenſum,ſed oculoꝝ. Nullę eñ in antiqua medicina ſunt in morborum aut uitioꝝ cenſu genitaliũ cicatrices. Et ſi ex labe aliqua in ea parte coaluerint, nullã ut honeſtent operam diligentiã ue medici exigũt. At nõ ſic in oculis, q̃s ad lucis uſum & honeſtiorẽ formã nunq; ſatis habent excoluiſſe homines.Quod etiã illic Dioſcorides λίχας ait, nõ de capitis capillo,ſed de oculoꝝ papebris intelligendum eſt.Cenſet enim oculorum palpebras & cicatrices fœnogræco exteri.duo eiuſdem partis mala.

περὶ λίνου. κεφ. τιγ'. De Lino. Cap. XCIIII. Linon

Λινον. Λόι ὁ, λινοκαλαμίς. ὁι ὁ, ἄννον. ὁι δὲ, λίνον ἄγριον. ἡωμαῖοι λινομυξόμ. ὁι δὲ, λίνουμ ἀγρέσεμ. ἄφροι ξεραφοῖς. ⌋ ἐνώψιμον. δύναμιν ὁ ἔχει δ ὡς ἔμα τ' αὐτ' τῆ τίλη. διαφορᾶμ μὴ μαλάσσον πᾶσαμ φλεγμονὴν ἔντός τε μὴ ἐκτὸς, σὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ μὴ ὕδατι ὀλίγῳ ἐφθέν. ἢ ἐφθῷ μέλιτι ἀναλιφθέν. αἷμα ὁ μὴ ἐφίλεις ὠμὸν μὴ ἰόνθους σὺν νίτρῳ καταπλασθὲν μὴ σύκοις. σὺν κονία ὁ, πρωτίδας ⟨ι⟩ σκληρίας διαφορᾶ. ἐπτικτάς τε σὺν οἴνῳ ἐφθὲν ⟨ι⟩ κηρίᾳ ἐκκαθαίρει. ὀνυχάς τε λεπρούς ἀφίστησι σὺν καρδάμῳ ἴσῳ μὴ μέλιτι. ἀνάγει ὁ μὴ τὰ ἐκ θώρακος σὺν μέλιτι ἀντὶ ἐκλείκτου λιφθέν. μὴ θύχας πτῶσ. πρόσμασ ὁ μὴ πρὸς ἀφροδίσια μιγὲν μέλιτι ⟨ι⟩ πεπέψει ἀντικοῶτικῶς πολὺ λαμβανόμενον. μὴ τὸ ἀφέψημα ὁ αὐτὸ χύλιστι πρὸς χυτέρων μὴ ὑστέρας δυσμούς. μὴ ἐκκομιστικὸν πρὸς ἐγκάθισμα, ὡς περ τὸ τῆς τίλεως συγγενεῖ.

LLInon, sunt qui linocalamũ, qui ammon, q linũ agreste dicũt. Aphri zeraphis, Romani linũ appellãt. ⌋ Notũ omnibus linũ est. Eandem fœnograeco uim semen eius habet: omnes intus foris q; inflãmationes discutiens & molliens cũ melle & oleo in exigua aqua decoctũ: aut despumato melle exceptũ. Crudum uaros & asperitudines uultus à sole factas, emendat. Discutit idem quę secundũ aures abscesserũt: parotidas id malum Græci nominant: durities q; cũ nitro & ex ficulneo cinere facta lixiuia emplastri modo impositũ. Purgat in uino decoctũ quæ serpunt: & ulcera quos fauos dicũt. Cum pari nasturcio & melle scabros pellit ungues. Cum melle in eclegmate sumptũ, pectus excreatiõe purgat. Tussim lenit: & uenerẽ stimulat cũ melle & pipere coctũ, copioseq; pro dulciario sumptum. Infunditur præter hæc clystere decoctũ eius contra intestinor; muliebrium q; locor; erosiões, excremẽtorum q; eductiones. Insidentibus etiã fœminis muliebrium locor; inflãmationes nõ minus q; fœnograeci decocto, utiliter fouentur.

INTERPRES.

LIni appellationes in Græcis auxit uocis anceps & æquiuoca significatio: significat enim illis linon plantam, & quæ ex ea in filũ ducta ad uitæ usum fiunt pene infinita, in eor; poëtis scriptoribus q; alijs ubiq; nota. Eam q; ob causam in medicina & reliquo usu uitæ ut secerneret à reliqua lini significatiõe planta, linocalamũ, id est, cũ culmis suis linũ aliqui dixerũt: quasi lini culmos & stipulã: sic linũ agreste, nõ quia duplex eius genus sit, diuidat q; in agreste & satiuũ, sed ut in agro adhuc uirens nec in filũ ductũ intelligeret: ἄγριον em̃ hoc loco nõ ferũ & incultũ, sed ex agro aut in agro rẽ significat. Nã q̃d in filũ iã ductũ est, linũ urbanũ & domesticũ dici debet. Ammon uero (sic enim ex antiquis & melioribus legendũ est) elaborati in filũ lini uox est, quasi ἐπίλυσις, uinculũ scilicet & laqueus, & quo nectat aliquid. ἄμμα enim Græcis uinculũ nodum q; significat, quibus nectendis uinciẽdis q; rebus ex lino funiculis utimur. Diximus nos despumatum mel, quod alij coctum uerterunt, eadem rei significatione, quando despumari fine coctura aliquid nõ potest: & hæc in coctura mellis maxima causa est, ut quod feculẽtius in eo cõcreuit, ui ignis explodatur. Dicendum modo est quas nam Græci parotidas dicunt, & nos secundũ aures, aut post aures, aut sub auribus absessus eadem semper significatione uertimus. Ex re factum ijs nomen est: quia enim παρὰ τοῖς ὠσὶν, id est, prope aures fiunt, ideo sic dictæ à Græcis fuerũt. Abscessus ij sunt, & in eo genere à ueteribus Græcor; medicis cẽsentur. Eas Galenus in diffinitionibus suis sic descripsit: Iuxta aures abscessus parotides sunt: eas aliqui dioscoros, q; geminæ & ex utraq; parte pariter nascunt, uocauerunt: febres plerunq; sequũtur & eas finiũt. Celsus Romanus scriptor libo sexto capite sextodecimo de ijsdẽ sic egit: Sub ipsis uero auribus oriri parotides solẽt. Modo in secũda ualetudie ibi inflãmatiõe orta, mõ post lõgas febres illuc morbi impetu cõuerso. Id absceſſus genus est: Græcor; posteriores medici malũ & affectionẽ esse dixerũt, q̃ in adenis sub auribus fiat, cõuersa illuc aliqñ à capite materia, aliqñ ex reliquo corpore, crisim in febribus ad salutẽ faciẽtem.

παρώτιδες

Περὶ Ἐρεβίνθου. Κεφ. τιδ'.

De Cicere. Cap. XCV.

ΕΡεβινθος ὁ ἥμερος, εὐκοίλιος. οὐρητικός. πνευμάτων γεννητικός. εὐχροίας πρωτοποιητικός. καταμηνίων ἀγωγὸς μὴ ἐμβρύων. μὴ γάλακτος γεννητικός. καταπλάσσεται δὲ μάλιστα σὺν ὀξυβόροις ἐφθός. πρὸς ὄγχεων φλεγμονὰς μὴ μυρμηκίας. πρός τε ψώρας μὴ ἀχῶρας, ⟨ι⟩ λιχῆνας, μὴ τὰ κακοήθη ἕλκη μὴ κακοήθη, σὺν κηρῷ μὴ μέλιτι. καλεῖται ὁ τὸ ἕτερον αὐτοῦ εἶδος, κριός. ἀμφότεροι δὲ εἰσὶ δυσούρητικοὶ, διδόμενοι πρός τε ἰκτέρους μὴ ὑδροπικοὺς τοῦ ἀφεψήματος αὐτῶν σὺν λιβανωτίδι.

ERebinthos L. Romani cicer dicũt. ⌋ Bonã facit aluum satiuum cicer. Vrinã idem cit, sed inflationes facit. Cutis colorẽ cõmendat, fœtus & menses trahit, & lactis abundantiã facit. Imponit emplastri modo cũ eruo coctũ cicer cõtra testiũ inflãmatiões, & quas in uerrucar; gñe formicas nominãt. Cũ hordeo aũt & melle cõtra scabies, manãtia capitis ulcera, impetigines, cãcrescẽtia, & q̃ malefica seu dolosa ulcera appellãt. Est & alter; cicer arietinũ appellatũ. Dat ad ciẽdas urinas utriusq; cũ rosmarino decoctũ cõtra fellis suffusiões & cutẽ subeuntes aquas.

βλάπτουσι δὲ καὶ κύστιν ἐλκωμένην μὴ νεφροῦς. πρὸς δὲ μυρμηκίας καὶ ἀκροχορδόνας νεαμωνίας οὖσας, ἔνιοι ἑκάστης ἀλφίτου ἐχούσης ἐρεβίνθου φανέντας ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, εἰς πεθόντων ἀποδιδόασι τοὺς, εἶτα ἐμβάλλειν εἰς τὸ πίσω κελεύουσιν. ὡς ἀποπιπτούσων τῶν ἀκροχορδόνων. τίνεται δὲ καὶ ἄγχουσι ἐρεθίνθου ὁμοίως τοῖς φύλλοις καὶ ἡμέρῳ. ὀσμὴν δὲ μίαν. καὶ καπῷ διαφέρων. πρὸς ὅσα καὶ ὁ ἥμερος.

Renes tamen & exulceratã uesicã lædũt. Contra formicas uerrucasq; iubent, aliqui singula earũ capita singulis ciceribus noua luna tãgere, obligataq; in linteolo semina illa in tergus post se iacere, ita cadere eas arbitrãtes. Nascitur & sylueſtre cicer foliis satiuo simile acri odore, semine differẽs, ſi de omnibus utile quibus & satiuum.

INTERPRES.

MVlta faciunt ut credamus tam Græcis q̃ Latinis fuisse ciceris multiplex genus, nec unã aut alterã tãtum ſpeciem ciceris appellatione in antiquis ſignificari. Illudq; maxime, q̃ omnes de legumine hoc agere incipientes, à plurali numero rem ordiunt. Theophraſtus libro IX. οἱ δὲ ἐρέβινθοι καὶ οἱ ῥόβιοι καὶ οἱ λάθυροι καὶ οἱ χυλοῖς, καὶ χρώμασι, καὶ τοῖς μορφαῖς διαφέρουσι. Quæ Plinius lib. XVIII. ſic uertit: Differentiæ ciceris plures: magnitudine, figura, colore, & ſapore. Paulus Aegineta in primo quo capite de leguminibus agit, plurali numero uſus & ipſe, ait, οἱ δὲ ἐρέβινθοι φυσώδεις καὶ ἀσέρματος γεννητικοὶ &c. quod eſt: cicera (ſi ſic dixiſſe licet) inflant & ſemen augent &c. Eodemq; numero Galenus VI. de ſimplicibus libro uſus, idem etiã oſtẽdit. Inter Latinos Columella ſecundo rei ruſticæ uolumine ſationẽ leguminis huius docens, ait: Cicer aut cicercula quę piſo eſt ſimilis &c. Nec multo poſt: Cicer quod arietinũ uocatur: itẽq; alterius generis quod Punicũ &c. manifeſte indicauit cicercula ciceris appellatione cenſeri ex quo ait: cicer aut cicercula, quaſi diſiunctione illa generis ampliorẽ captũ ad certam contraheret ſpeciẽ: cui ſimile in VI. Paulus Aegineta itidem fecit, qui cum ἐρέβινθον, id eſt, cicer quod propoſuerat ampliorẽ, ideoq; minus certam habere ſignificationẽ ſentiret, addidit ſtatim, κριὸν θουνίοις, id eſt, notum hoc & quotidianũ. Et ne longiores ſimus, idem eodẽ loco Plinius ciceris ſpecies has numerat: arietinũ arietino capiti ſimile, unde & nomẽ illi factũ eſt, colũbinum quo perhyemem aues illæ paſcerentur. Hoc & uenereum Plinius uocari ait: eſſeq; candidũ, rotundũ, & lẽuorem habere arietino minus: idẽ hoc cicer Columella Punicũ à gẽte appellare uidetur. Eſſe & cicerculam minuti ciceris ſpeciem. Hæc omnia ut uideãt ἐρέβινθον in Græcis, in Latinis ciceris appellatione cenſentur. Addidit q; his Paulus Aegineta eodem libro ſexto, quos ab erui ſimilitudine ὀροβιακίους Græci appellauerunt. Plinius tamen nõ uidetur hoc genus aperte feciſſe, ſed bonitatis notam ſimilitudinẽ eam eſſe: nec Theophraſti uox ab eo ſenſu aliena eſt. Verba Plinij ſunt: Dulciſſimũ aũt id quod eruo ſimillimũ, firmiusq; quod nigrũ & ruffum q̃ albũ. Ex his deprehendi facile poteſt, una ciceris appellatione plures has ſpecies in antiquis cenſeri, ſed quales hæ ſint, cognoſcere in regione noſtra difficillimũ: quoniã q̃d Columella Punicũ nominat gẽtili nomine illo, peregrinũ & alienum Italiæ fuiſſe oſtenditur. Quod itidem columbinũ ſiue uenereum idem Plinius uocat, candidum & cũ lẽuore rotundũ, nullibi quod hactenus uiderim in Italia inueniẽ. Cicercula à Columella cicer manifeſte appellatur: prima in leguminis huius cenſu ab eo numerata. Qua ratione credimus à Dioſcoride cicerculam primo deſcriptam hoc capite fuiſſe, quoniã nullibi eius leguminis in toto hoc opere meminit quẽadmodũ nec piſi, & ab ea ſtatim quo ordine Columella etiã uſus eſt arietinũ deſcripſiſſe: id à Paulo Aegineta in candidũ & nigrũ diuidit, arietũ capitibus ſimile: quoniã in eo producta oſcilla arietiniſtus formã & imaginẽ efficiunt, quod cicercula nõ habet: nec forte quę alia in hoc genere numerata ſunt. Eſſe etiã in hoc gñe q̃d ſylueſtre ſit oẽs teſtãtur. Nec nos quale id ſit aut ubi naſcat, hactenus nouimus. Poterãt adhĩci his pleraq; alia, ſed nos breuitati cõſulimus: & in re nõ ſatis certa obſcuriores lõgitudine fieri nolumus. Quod ad noſtrate cicer ptinet ſatis ſit cicercula arietinũq; cicer, & id candidũ & ruffum nouiſſe: ſcire q; renũ ueſſicæ & urinæ uitijs efficacius cãdido eſſe. His emĩ iubet Paulus Aegineta, q̃ loco agitde omnibus ſcilicet, & quæ itẽ ab eruis orobiæa nominantur, amaritudinẽ habere aliquã: & maiore caliditate q̃ cætera eſſe. Et quod hic ait, cõmendare cicer cutis colorẽ & hilaritatem eius facere, ab eodem Paulo Aegineta ſic probari, ut uirẽs comedatur. Et hæc pro omni cicere hactenus dicta ſint.

Cicerum genera multa.

Περὶ κυάμου ἑλληνικοῦ. τιές. κύαμος ἑλληνικὸς πνευματώδης. φυσώδης. δύσπεπτος. δυσόνειρος. ἔνιοι δὲ καὶ σύμφορος μὴ σπέρμα γεννητικὸς, μέσος θρεπτικὸς μὴ ψυχρός. ἐφθεὶς δὲ σὺν ὀξυκράτῳ, μὴ σὺν τῷ λέπυρι ἐωθούμενος, δυσεντερίας καὶ κοιλιακὰς ῥύσεις ἐπέχει. μὴ πρὸς ἐμέτους δὲ εὔθετος ἐξωθεῖ. γίνεται δὲ ἀφυσωδέστερος τὸ πρῶτον ὕδατος μὴ τὸ ἔφθιμον ἀρχομένου. ὁ δὲ χλωρὸς μὴ κακοσομαχώτερος καὶ φυσωδέστερος. τὸ δὲ ἄλθυρον τοῦ κυάμου καταπλασθὲν μετὰ ἑαυτοῦ πηγανίου ἀλφίτου, τὰς ἐκ πληγῆς φλεγμονὰς πραΰνει. καὶ οὐλὰς ὁμοχρόους ποιεῖ. καὶ μασοὺς χονδριῶντας

De Faba noſtrate. Cap. XCVI.

CYamon L. Romani fabã dicũt. Inflat & uẽtris flatus facit faba: ægre cõcoquitur. Inſomnioſa eſt: tuſſi tamen & carnis incremẽto utilis. Decocta eadẽ in poſca & cũ cortice ſuo in cibo ſumpta, inteſtinorum tormina, & cœliacas fluctiones ſiſtit. Vtilis contra uomitiones etiã in cibo ſumpta. Minus inflat diffuſa in coquendo priore aqua. Viridis ſtomacho magis nocet, magisq; inflat. Farina eius per ſe & cũ polenta, uulnerum inflammationes mitigat illita. Cicatrices adreliquæ cutis colorem perducit. Inflammatis &

ἡδὴ φλεγμαίνουσας ὠφελεῖ. γάλα τε σβέννυσι. σὺν μέλιτι δὲ καὶ πηλίνῳ ἀλεύρῳ σὺν ὀδιλῶσας καὶ παχυτέρας, καὶ ὑπώπια διαφορεῖ. σὺν ῥόδῳ τε καὶ λιβάνῳ, καὶ ὠτὸς τοῦ ὠοῦ λύκῳ, ὀφθαλμῶν πρόπωσις, καὶ σαφυλώματα, καὶ ὀιδήματα σκληρά. φυσᾷ δὲ σὺν οἴνῳ, συγχύσις καὶ πληγὰς ὀφθαλμῶν καθίστησι. εἴ τε ἀνακόλλημα ξεύματος χωρὶς τοῦ λέπους μασηθεὶς, ὠφελεῖ τὰ κατὰ τὸ μετώπου. καὶ διδύμων φλεγμονὰς ἐφεδεὶς ὠῷ οἴνῳ θραπεύει. καὶ τοῖς ἐφηβαίοις δὲ τῶν παίδων καταπλασόμενον, ἀνήβους ὠλιπολοῦντας ἔχει. σμήχει δὲ καὶ ἀλφούς. τὰ δὲ λέπη καταπλασόμενα, τὰς ἐκβλαδήσας ἕξεις ἀφόρους καὶ ἰχνὰς κατασκευάζει. μετὰ δὲ ἁλὸς ὠμοῦ, καὶ χόνδρου, καὶ ἐλαίου καταπλασθέντα παλαιοῦ, χοιράδας διαφορεῖ καὶ ἕρπια βάπτει τὸ ἀφέψημα αὐτῶν. ὠφελεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν ἑλκῶν ἀιμορραγίας λελεπισμένον εἰς δύο διαιρεθεὶς καθὰ προσπέφυκεν, ἐπέχει προσπυρούμενον καὶ τὸ ἡμιτόμιον.

& quibus in grumos coagulat lac mãmis prodest, idq; in eis extinguit. Strumas, qui secundũ aures fiunt abscessus (parotidas Græci uocant) & sugillata cũ melle & fœnogræci farina discutit. Cũ rosa, thure, & oui albo, pcidẽtes oculos, eorũq; uuas & tumores cõpescit. Vino eadem macerata oculoꝝ suffusionibus & ictibus medet, quinetiã sistendis eoꝝ fluctionibus sine cortice cõmanducata faba fronti imponit. Sanat eadem in uino cocta testium inflãmationes: & pueroꝝ imo uẽtri impositа impuberes diu seruat. Eadem præterea uitiligines exterit. Euulsos corpore pilos illiti fabarum cortices infirmos tenues'que renasci cogunt. Discutiunt ĩdem strumas cum polenta scissili'que alumine ex uetere oleo illiti. Tinguntur fabarum decocto lanæ etiam. Factas ab hirudinibus sanguinis eruptiones sine cortice faba bifida diuisione, qua se compactili nexu tenet, apposita compescit.

INTERPRES.

NIhil est quod nostrat: fabæ adĩciat, tam notum omnibus legumẽ id est, eoq; magis quo cum de gallinaꝝ ouis non multo ante ageremus de Pithagoreoꝝ faba longius etiã actum est. Excutienda nũc tantũ quæ nobis cũ alijs nõ cõueniunt: quoꝝ id primũ est, non uideri nobis Dioscoridem cõtra intestinoꝝ tormina & cœliacas fluctiones iubere sumi in cibo decoctas in posca cũ suis fabalibus fabas: modo fabalia sint quæ Plinius, Varro, pluresq; alij sic appellauerunt, fabaꝝ frutices & siliquæ: Sed cũ sua cute & corio fabaꝝ grana & semina, σὺν τῷ λέπει hic ait. Est aũt λέπος Græcis coriũ, cortex, & cutis. Indicatq; ea uoce Dioscorides quod Plinius solidæ appellatione in eadẽ hac ipsa re significauit: siquidẽ in fabaꝝ medicina ait: Solidamq; eam appellauit, ut à fresa discerneret. Cui idẽ est quod hic ait, σὺν τῷ λέπει, id est, integra & cum sua cute. Quo magis Barbarum demiror, qui eandẽ uocẽ λέπος hic fabalia, paulo'q; post cortices uerterit: cũ tamen eadem ubiq; eiusdem uocis significatio in Græcis sit: in Latinis aũt longo interuallo fabalia à corticibus differant. Idem etiam fluctiones alui simpliciter dixit, quas nos cœliacas fluctiones, priuatim eas significantes quæ in cœliacis fiunt: de quibus iampridem dictum à nobis est. Fabalia λέπος

Περὶ κυάμου αἰγυπτίου. κεφ. τιϛ'.

De Faba Aegyptia. Cap. XCXII.

Ὁ δὲ αἰγύπτιος κύαμος ὃν ἔνιοι πόντικὸν καλοῦσι, πλῆθος μὲν γίνεται ἐν αἰγύπτῳ, καὶ ἐν ἀσίᾳ δὲ καὶ ἐν κιλικίᾳ καὶ ταῖς λίμναις εὐρίσκεται. ἔχει δὲ φύλλον μέγα ὡς πέτασον, καυλὸν ὃ πηχυαῖον. πρὶ δάκτυλον τὸ πάχος. ἄνθος δὲ ῥοδόχρουν. διπλάσιον μήκωνος. ὅπερ ἀπανθεῖ σαν φέρει φυσκία παραπλήσια θυλακίσκοις. ἐν οἷς κύαμος μικρὸς ὑπηβαίοις τὸ πῶμα ὡς πόμφολυξ. καλεῖται δὲ κιβώριον ἢ κιβώλιον. διὰ τὸ τὴν φυτείαν τοῦ κυάμου γίνεσθαι αὐτὸν ἐν ἀλθεμωνίου ἀνικμοβώλῳ. ὅυτω τε εἰς ὑδωρ ἀφιεμένου ῥίζαν ὑπερτερα παχυτέρα καλάμου. βιβρώσκεται δὲ ἐφθή τε καὶ ὠμή. κολοκασία καλουμένη. ὁ δὲ κύαμος βιβρώσκεται μὴ καὶ χλωρός. ἐξεσανθεὶς δὲ γίνεται μέλας. καὶ μείζων τοῦ ἑλληνικοῦ. ἔχει δὲ σύνταξιν καὶ εὐστόμαχον. ἀσμόζει δὲ σὺν ἕψει αὐτῷ ἀλευρομεπτοῖς. καὶ κοιλιακοῖς δὲ ἅμα αὐτῷ ἀλευρομεπτοῖς.

Aegyptia uero faba quã Ponticã aliqui etiã dicũt, plurima nascit in Aegypto, Asia, Ciliciaq; paluſtribus locis. Grãde foliũ galeri mõ habet. Caulẽ cubitalẽ, crassitudine digitali, florẽ roseo colore dupla ad papaueris florem magnitudine: qui cum defloruit, uesparum fauis similes utriculos profert: in qbus fabæ sunt paululũ bullaꝝ modo supra opculũ emergentes. Vocatur id ciboriũ, ab aliquib⁹ aũt cibotiũ quasi scriniolũ: propterea q̃ serit faba hęc indito in madẽte gleba semine ei⁹, ficq; in aquã proiecto. Radix illi est harũdinis radice crassior, q̃ cruda pariter & cocta estur, colocasiũ appellata. Comedit uiridis faba hęc etiã. Nigrescit siccata, maiorq; cõmuni faba ẽ. Habet Aegyptia faba adstringẽdi uim: stomacho accõmoda ta est, ideoq; cõtra intestinorum tormina, cœliacasq; fluctiones pro polenta farina eius utiliter il

παστόμενος ἀντὶ ἁλφίτου. ἡ πλατυφυλλὸς δὲ ἡ ὀλίσβη. τὰ δὲ λεπτὰ μᾶλλον πρὸς ἐφόμενα ἐνοινομέλιτι. ἡ ῥιζόμενα πλῆθος κυάθων τριῶν. ἡ πρὸς ὠταλγίαν δὲ πρὸς τὸ ἐν μέσῳ χλωρὸν αὐτοῦ. πικρὸν δὲ καὶ τοῦτο γεῦσιν. λεῖον σὺν ῥοδίνῳ σωφόμενόν τε καὶ ἐνταζόμενον.

linitur. Dantur & in pulte cortices eius in mulso decocti: efficaciusq; id agunt poto eorũ decocto pondere trium cyathorum. Facit ad auriũ dolores quod in medio eius uiridi colore & amaro sapore est, tritum & cum rosaceo coctũ, mox auribus instillatum.

INTERPRES.

QVod ex Aegyptia faba usum in Aegypto nostra ætate habet radix sola est, quam coctã sed in taleolas prius sectã incolę quotidie comedunt: odore cotonei mali plebi nobilitatiq; cõmunẽ cibũ. Nec minus tota Aegypto colocasia nunc seruato antiquo nomine, q̃ nobis rapa nota sunt. Falsum est q̃d antiquiores omnes de ea tradiderunt non nisi in aquis nasci: quoniã in arida sed non procul à mari, & humido harenoso q; solo etiã sata & per se prouenit. Licet q; nunc totos colocasijs consitos agros ut ferunt supra Tripolim urbẽ ad mare nõ iniocundo spectaculo uidere. Latissimis siquidẽ & numerosissimis foliis uirent, q̃bus solis æstum in calidissima regione etiã arcẽt. Eamq; ob causam hic ait, foliũ fabæ Aegyptiæ grãde esse galeri magnitudine, quod Barbarus neglexit: ut quæ à Plinio XXI. uolumine cap. XV. dicunẽ, Dioscoridi misceret: folia eius latissima etiã si arboreis cõparẽt. Cũ tamẽ ex Theophrasto uolumine quarto de plãtarũ historia, si nõ placebat Dioscorides, idẽ nobis dicere potuisset. Folia enim Aegyptiæ fabæ sic descripta ab eo sunt: παραφύεται δὲ φύλλα μεγάλα, παρέχασον τῷ κυάμων ὧν καὶ τὰ μεγέθη πίλῳ θετταλικῇ ἴσικεν: folia adnasci illi tradit Theophrastus magnitudine Thessalico pileo similia. Nec Plinius ab eo sensu discessit eodẽ loco scribẽs: ad similitudinẽ eorũ quę psonaciæ in nostris amnibus uocamus. Quã lato aũt folio psonacia sit, in ea nõ multopost dicẽt. Sed quid ueterũ autoritate & testimonijs utimur? sensus de ea testatẽ: narrant enim q uiderunt nullum esse in nostro orbe arboris aut herbæ foliũ, etiã si uitis platani ue aut cucurbitæ sit, q̃d non ab eo superetur. Idq; sciens Columella rei rusticæ lib. IX. capite XV. de anatibus palustribus q; alijs auibus agens, ait oportere in piscinis mediã partẽ terrenã relinqui, ut colocasijs cõserat quæ inopacẽt auiũ receptacula. Et eiusdẽ disciplinæ autor Palladius in Februario mense præcipit eo tpe colocasiæ conserẽdos esse bulbos, quos amare ait humidũ locũ, pinguẽ, maxime irriguum, & circa fontes riuosq; latius prouenire: nec differre quo terreni genere serãtur si ppetuo foueãtur humore: esseq; colocasijs paulominus q̃ perpetuas frondes, si tanq̃ citrea tegumẽtis defendãtur à frigore. Serebãtur colocasia quondã in aquis ut uidẽt, uerũ in continente etiã & arida ut indicat Palladius: & in Aegypto regionis eius incolæ quotidie uident. Idq; est quod Strabo Geographiæ suę lib. XVII. ait. Delectãtur aũt in Thalamegis nauibus dẽsissima fabeta subeuntes & eorũ foliis inumbrati: quæ adeo magna sunt ut poculorũ & catinorũ usum præbeãt: habent enim cõcauitatẽ quãdam ad id idoneã. Vnde Alexandrinæ officinæ his plenæ sunt: & ut uasis utunt. Agri quoq; magnũ ex his prouentum habent. Ex quo foliorũ in Aegypto ad pocula usu Flaccus ait, ciboria exple: & si hic non in foliis ciboria appellet, sed in summo caule emergentẽ & bullãtem multiplicẽ fabã. A' qua forma nostræ ætatis pictores & architecti in operibus suis ornamenta quædã fastigiatæ longitudinis ciboria adhuc appellãt: ab Aegyptiq; huius fabæ caulibus sumpto exẽplo & nomine. In q̃bus (ut Theophrastus ait) quale in papaueribus summũ caput est: continuis fauorũ modo foraminibus perforatũ, & in singulis his singula emergentia semina. Longior est in eo scriptore plãtæ huius historia: quã poterunt uolẽtes ab eo certius audire. Caules enim, flores, semina, & radicẽ tã appositè effigiat, ut nihil desiderãdum legentibus relinquat. In pretio & honore maximo radix Aegyptiæ fabæ quondã fuit: quæ sola colocasium proprie dicebatur: & si tota ab aliquibus plãta hoc nomine uocata etiã sit. Comedebaẽ cruda pariter & cocta, nũc cocta tantũ Aegyptij in cibo utũtẽ ob soniꝰ eã cõcoquẽtes: quã ideo in frusta secant: qm̃ caulis sui mõ p lõgitudinẽ rectos pectines habet: qui nisi secentur longiori filo conuiuas defatigabunt. Quod Martialis in Xenijs suis indicauit scribens. Niliacum rides olus lanasq; sequaces: Improba cũ morsu fila manu q; trahes. Crassitudo illi est quæ crassissimæ calamorũ radici: foris nigra, intus candido colore, eadem qua olusatrũ specie. Nasci hanc Theophrastus sponte sua dixit: & si sereretur eo quo dictum est modo. Nunc neglecta eius satione, sponte sua nascẽtem in cãpis Aegyptij effodiunt: nullus q; est illis frequẽtior & gratior cibus ob suauitatẽ odoris, quẽ cotoneis similem præsertim q; cocta reddit. Poterant à nobis de toto hoc olere plura dici: sed tã multa Theophrastus, Plinius, Athenæus, pluresq; alij de ea tradiderunt, tãq; diligenter à Barbaro collecta & excripta in Corollario suo omnia illa sunt, ut in uulgata re non fuerit nobis ultra laborandum. Et in his quæ hactenus dicta sunt, nullum fuit consilium aliud nobis q̃ ostendere legentibus, esse adhuc colocasia, nasci in Aegypto, eundem habere in cibis usum. Et si fuerit diligentior aliquis, posse ex Aegypto repetitã plantam iterum in nostro orbe coalescere. Quæ licet non tantę bonitatis futura sit, honestius tamen & utilius uesci colocasijs q̃ carduis fuerit, quæ naturæ monstra uarijs quotidie rationibus ad ganeam transformãtur. Siquidem de colocasijs his (quod ad uitã pertineat) præter à Dioscoride dicta, inuenimus βέλτιστα esse, id est, egregie nutrire: meliora q; quæ minus lanosa fuerint. Quod postremo hic ait, in medio eius uiridi colore & amaro sapore esse, de faba, id est, semine ipso intelligendum est: quod Theophrastus & Athenæus indicant. Ambo enim amaritudinẽ quandam illi assignant, & præter amaritudinem uiridia ægre concoqui dixerunt, exigui nutrimenti esse & inflare, siccata tamẽ, inflandi minorem habere uim. Et hæc ex multis de Aegyptia faba & colocasijs dicta hactenus sint.

Colocasia.

περὶ φακοῦ. κεφ. τιζ'. De Lente. Cap. XCVIII.

Phacon

Φακός. Ἕξωμαῖοι λέντεμ. ὁι δὲ λεντίκουλαμ. φακὸς ὁ ἐσθιόμενος. βιβρωσκόμενος σωεχῶς, ἀμελυωπός. σύωπος. κακοσόμαχος. πνευματικὸς σομάχου ἢ ἐντέρων. κοιλίας δὲ σαλτικὸς σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενος. διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ ἔφακος ἢ μικρὸν ἀνιεὶς σὺν τῇ διαφορᾷ μέλαν. δύναμιν δὲ ἔχει συστελλῶν. ὅθεν κοιλίαν ἵστησι, προαπλυθεὶς ὕδατι ἐφθεὶς ὡς μέλιτος, εἶτα πρώτου σὺν τῷ ἀφέψματος ὑδάτων ἀρχομένου. λυτικὸν δὲ κοιλίας τὸ πρῶτον ἀφέψημα αὐτοῦ. ἔστι δὲ δυσόνφορος. ἄδηπος πρὸς τὰ ὑγροὺς ἢ πνεύμονα ἢ κεφαλήν. βέλτιον δὲ τὸ ἴδιον ἔχον ἀπελεῖν πρὸς τὰ ῥεύματα τῆς κολίας. μιγείσης αὐτῷ μετ' ὄξους σέρεως ἢ ἀνδράχνης, ἢ σεύτλου μέλανος, ἢ μύρτων, ἢ σιδίων, ἢ ῥόλων ξηρῶν. ἢ μετὰ ἴλων, ἢ οὔων, ἢ ἀπίων ἀκραιῶν, ἢ κυδωνίων μήλων, ἢ κιχωρίου, ἢ ἀγνοτλώσου, ἢ κικκίδων ὁλοκλήρων, αἱ ἰοῦσαι μετὰ τὸ ἔφακον ῥίπτουσι, ἢ ῥοδῆς τῆς ἐπὶ τὰ ὄφα. δεῖ δὲ τὸ ὄξος ἐπιμελῶς συγκαθεφθῆναι αὐτῷ. εἰ δὲ μή, ταράττει τὴν κοιλίαν. μὴ ἀναγροπνεῖ δὲ σομάχου πολυλεπιωθέντες τριάκοντα φακοὶ μὴ καταπιθέντες ὠφελοῦσι. πέσσοντες δὲ μὴ πράττουσι σὺν ἁλῶτος ἐφθοὶ καταφθεῖς μὴ καταπλαδεῖς. μετὰ δὲ μέλιτος κόλπους κολλᾶ. ἐχάρας πολυειδῆ μὴ ἕλκη ἀνακαθαίρει. σὼ ὄξει δὲ ἕλκη θεῖς σκληρώματα καὶ χοιράδας διαφορεῖ. σὺν μελιλώτῳ δὲ ἢ κυδωνίῳ. ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς μὴ δακτυλίου θεραπεύει. ξοσίνου μιγνυμένου. ἐπὶ δὲ τῶν μειζόνων σὺν δακτύλῳ φλεγμονῆς ἢ κόλπων μεγάλων, σὺν σιδίοις ἢ ῥόδοις ἐκροῖς ἀφεψόμενος μιγνυμένου καὶ μέλιτος. πρὸς νομὰς δὲ γαγγραινικὰς ὁμοίως, ἢ μὴ θαλάσσης μιγνυμένης. πρὸς δὲ φλυκταίνας, μὴ ἕρπητας, μὴ ἐρυσιπέλατα μὴ χυμέθλας ὡς προείρηται. πρὸς δὲ χονδριῶντας μασοὺς καὶ ὠδαιώδεις ἐλκόμενον ἐν θαλάττῃ ἁρμόζει καταπλαδεῖς.

PHacon L. Romani lentem siue lenticulã dicũt.] Hebetat oculorũ aciem lẽtis quę edẽdo est continuus cibus. Aegre eadẽ cõcoquitur. Stomacho nocet. Stomachũ & intestina inflat. Aluũ cũ suo cortice in cibo sumpta compescit. Probatissima quæ facillime coqtur, & quæ madens nihil ex se nigrũ remittit. Adstringẽ diuis & natura lenti est: ideoq; aluũ sistit cortice suo prænudata diligenterq; elixa, & prima in coquendo diffusa aqua: aluum enim soluit primum eius decoctũ. Grauia etiã & tumultuosa insomnia lẽs facit, neruis, pulmonibus & capiti inimica. Fœlicior illi contra alui fluores sua uis est, admixtis illi cũ in aceto coquit intybo quod serin Græci nominant, portulaca'ue, aut beta nigra, aut myrti baccis, aut malicorio, aut ficcis sorbis, aut mespilis aut cotoneis malis, aut pyris, aut Thebaicis palmulis, aut intybo erratico quod cichorion dicũt, aut plãtagine, aut ficcis rosis: quæ omnia post cocturam abñcienda erunt: aut cum excoriarñ fruticis uua quam rhum dicunt, & quæ obsonijs inspergitur. Verũ oportet diligentissime rhum cũ aceto illo decoquere, alioquin aluum turbat. Contra stomachi subuersionem triginta lentis grana suis corticibus denudata utilitet deuorãtur. Podagræ dolores lenit decocta lens, & cũ polenta emplastri modo impolita. Sinus cũ melle eadem glutinat. Crustas erũpit & ulcera repurgat. Quinetiã in aceto decocta durities & strumas discutit. Cũ Campana sertula, cotoneo'ue malo oculorum sedisq; inflãmationes admixto rosaceo sanat. Idem præstat in maioribus sedis inflammationibus, magnisq; finibus cum malicorio, ficcis'ue rosis decocta admixto melle: Cõtra depascẽtes gangrænas similiter ea utuntur, aut admixta maris aqua. Cõtra pustulas autem ulcera quæ à serpendo Græci herpetas dicunt, sacros ignes, pernionesq; ut prẽmonstratum est. Quinetiam cõtra coagulãs se in grumos lac, & lactis abũdantiã non ferentes mãmas, in maris aqua cocta lẽs & illita remedio est.

INTERPRES.

NEglexerunt aliñ à principio statim capitis huius quod à Dioscoride lenti necessario additũ fuerat, ut eam de qua nunc agebatur à, palustri, & siqua alia lens est, separareť. Id aũt est ὁ ἐσθιόμενος, quo partícipio lentẽ in hoc capite ad eam tantũ cõtraxit, quæ edendo est: sic enim nos qua decet interpretẽ fide & rei necessitate uertimus. Siquidẽ nihil ὁ ἐσθιόμενος aliud significat, q̃ quod comeditur & in cibi usu hominibus est, quẽ aliæ nõ habent. Occurrit mox in quo non interpretes modo sed uetustissimi græcorũ codices discrepent: dubitandũq; sit, uerior' ne & antiqua lectio fuerit q̃d ferè in cunctis legitur: κοιλίας δὲ σαλτικὸς σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενος, quod est, cohibere aluum cũ corticibus suis sumptã in cibo lentem, an q̃d in aliqbus legitur, μαλακτικὸς, id est, emollire. Barbarus posteriorem hanc secutus est: nos priorem illã magis probauimus. Vsiq; ad eam sententiam sumus Plinij primum autoritate, qui XXII. uoluminis capite ultimo ait, aluũ sistere in cibo lentem: mox Pauli Aeginetæ lib. VI. dicentis, totũ lẽtis corpus siccare & aluum sistere: totum enim corpus ille ut credimus uocat, quod hic σὺν τῷ λέπει, id est, cum cortice suo dixit. Ille suorũ codicum fide nixus, sic tradidit: nos nostrorũ & præter id ueterũ medicorum autoritate aliter ab eo uertimus. Vtrobi aũt certior ueritas sit, peritiores cẽsebunt. Potuit & illud Barbarum mouisse, quod non multo post ab hoc ipso decernitur sistere aluũ detracto prius cortice &c, iterumq;: Aluum soluit eius primũ decoctũ: quod tamen

non obstat: tota enim autoribus hoc ipso & aliis adstringendi uim habet, ut diximus: quodq; hoc loco à Dioscoride dicitur ad decoctū eius magis q̄ ad corpus ptinet. Non cōuenit postremo nobis cū Barbaro in ultima capitis coronide, quod ille ait: pannosis māmis fœminarq; utiliter lentem illini: nos aūt lac intra se in grumos coagulātes, & lactis abundantiā nō ferentes māmas uertimus. Certū & ab antiquis sæpe descriptū māmarq; malū oñdentes, q̄d in panosis eius māmis non facile intelligitur. Nescimus quidē nos q̄d uitiū hoc sit, nisi forte pānosas dixerit māmas rugosas pānuceasq;, quales ridicule poëta appellauit araneorū cassidopares. Libēterq; ego si uiueret, hominē interrogarē, quale id sit: Verū ut uideo nō dubitauit in re præsertim incerta alioquin diligens homo, sed codicū fidē simpliciter secutus, quale id erat, uertit: sciensq; ἀπάργανα à Græcis dici, quibus inuoluūtur infantes, & ἀπαργανῶν pānis inuoluere esse. Legensq; in Dioscoride ἀπαργανώδης ab eo uerbo factū uerbale nomē pannosas uertit: non solicitus nec quærēs q̄d nam id malū in fœminarum māmis esset. Ruellius etiā idem passus, nec eousq; audax, ut syllabā literā'ue unā in hoc scriptore mutare auderet, alias huic loco tenebras intulit, usq; eò duras māmas dicens, ut quandā cartilaginis speciē referant: quod nec in noua aut antiqua medicina auditū hactenus à nobis est. Sed erat facile in antiquā sanitatē male habitū à librarijs locū restituere, cogitantibus duo māmarū in fœminis uitia Dioscoridē cōiungere: alterū cū in grumos lac densatur, quod κονδριῶντας: alterū quo maiore impetu lactis à natura in eam partē factō tument inflāmāturq;, nec possunt copiam eius muliebres māmæ ferre, quod ἀπαργῶντας appellant: tā nota eius uerbi significatione, ut nihil in Græcorū lexicis æque notū sit, quo significent plenū, & quod euacuari indigeat. Debuerat id satis eos monere, q̄ de fœminarū māmis agebatur, quas hic infinitis penè locis ἀπαργῶντας nominat: à quibus in hunc locū reuocāda legitima uox erat. Idem utriusq; in Græcis uocis principiū uitio causam dedit: sed farciendū diligentia erat, q̄d incuria perierat, Id factū à nobis est inuitis quidem nec sine labore, uerū necessario, ne diuersa ab alijs editio hæc nostra defensione sua careret. Et hæc pro lente hactenus, à cuius cōmentatione discedentes monebimus tantū, sinus in ea nos appellasse, quos Græci κόλπους dicunt: ulceribus adnascens & coniunctū malū, quodq; eorū medici fieri dicunt, cū quæ adiacet ulceribus cutis, lōgiore tpe & spatio subiecto corpori non coalescit & glutinatur. In quo genere qui in supiore parte ulceris eius fiunt, purgante se cōtinua destillatiōe sanie, facilius coalescūt: cōtrà uero qa in inferiore corrodēte cōtiguas cōtinue partes quæ in illis seruaē sanie. Nō est unū eorū genus, uerū sunt qui simpliciter sinus uocanē: sunt etiā q̄ ῥακώδεις κόλποι priuatim ab ijsdē Græcis nominātur. Quales aūt ŋ sint facile nouisse erit scientibus ῥάκη à Græcis dici lōgo usu attritarū uestiū fragmēta, quæq; amissa crassitudinis suę maiore parte tenuia sunt: à qua similitudine ῥακώδεις κόλπους dixerūt, qbus tenuis & attritis uestiū fragmētis ijs cutis similis supiacet: fieriq; hos sinus plerūq; dixerūt, tarde secto absscessu, aut chirurgi impitia, aut eius q̄ curaē timore.

CRamben hemerõ. Romãi brassicã sati uã dicũt. Bonã facit aluũ subcrudę satiuę brassicę cibus. Sistit cõtrà pcocta: multoq; magis bis aut in lixiuio cinere cocta. Maior est p æstatẽ brassicę acrimonia: stomachoq; nocet. Non estur ob amaritudinẽ q̃ in Aegypto nascit brassica. Tremulis & quibus oculi hebetiores sunt: in cibo subuenit. Crapulę ebrietatisq; noxas dissicit à cibo sumpta. Stomacho utiliora brassicæ cymata, uerę maiorẽ acrimoniã habẽt: & ad ciendã urinam efficaciore ui sunt. Seruata eadẽ saleq; condîta cymata, stomacho inutilia sunt & aluũ turbãt. Mollit aluũ crudæ brassicæ succus cũ nitro potus & iride. Idẽ cũ uino potus, uiperæ morsibus subuenit. Cũ fœno græci farina & aceto podagris, articulorę dolori bus, sordidisq; ulceribus & uetustis, utiliter emplastri modo imponitur. Purgat per se etiam caput naribus infusus: & cum loliĩ farina appositus, menses trahit. Folia per se aut cum polenta cõcisa, ad inflammationes oẽs tumoresq; faciũt: sacris ignibus epinyctidibusq; & lepris medent.

νυκτίδας ἢ λέπρας ἰᾶται. μεθ' ἁλὸς δὲ ἄνθρακας πρὸς ἀλφούς. ἕψεται δὲ ἢ ξὺν σιλφίῳ τε καὶ κεφαλῇ ἰχθύος, ἑψόμενα δὲ ἢ μιγνύμενα μέλιτι, πρὸς νομὰς παραιρεῖ πρόσωπα. ὠμὰ δὲ ἐσθιόμενα μετ' ὄξους, ἀπολήγοντος ἀφελεῖ. διαμασώμενα δὲ, φωνῆς ἀπροπλῶ καθίστησι τὴν χυλὸν καταπινομένου. τὸ δὲ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς, κοιλίαν ἢ ἔμμηνα κινεῖ πινόμενον. τὸ δὲ ἄνθος ἀτόκιον μετὰ τοῦ ἀπροκύπτοντος προσεθὲν ἐν πεσσῷ. τὸ δὲ σπέρμα μάλιστα τὴν ἀιγυπτίων τινομένης πινόμενον, ἕλμινθας ἐκβιάζει. μίσγεται δὲ ἢ εἰς ἀντιδότους κοιλιακάς. πρόσωπόν τε ἀπὸ καθαίρει ἢ φακούς. οἱ δὲ καυλοὶ χλωροὶ καὶ ἔντες σὺν ταῖς ῥίζαις ἢ ἁλὶ ἁναλιφθέντες σέλαι χοιρείῳ παλαιῷ, πλευρᾶς χρόνια ἀλγήματα ἐπιτιθέντες παύουσιν.

περὶ κράμβης ἀγρίας. τλέ.

Κράμβη ἀγρία ἡμερωμένοις βράσσικα ἐοικυῖα. φύεται ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐν παθαλασσίοις ἢ κεκινωμένοις τόποις. ἐοικυῖα τῇ ἡμέρῳ. λευκοτέρα δέ ἐστι ἢ βασυτέρα ἢ πικρά. τὸ δὲ κύημα αὐτῆς ἐν κονίᾳ ἑφθὲν οὐκ ἄσημον. δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλασσόμενα, κολλᾷ κλῶ βαυμάτων, ἢ διαφορᾷ κλῶ οἰδημάτων τε ἢ φλεγμονῶν.

περὶ κράμβης θαλασσίας. κεφ. τλς'.

Ἡ δὲ θαλασσία λεπομένη κράμβη, ἐξίλλακται παντὶ φυλλῇ ἡμέρᾳ. ἔχουσα φύλλα μακρὰ τῇ σφονγύλῃ ἀγρισολοχίᾳ ὅμοια. ἐκπέφυκε δὲ ἕκασον αὐτῆς κλωνίων ὑπὸ μίαν βάσιν. ἐξ ἑνὸς μόχθου πολλούς ἔχει δὲ ἢ ὀπὴ λευκὸν, οὐ πολύν. ἔστι δὲ τὴν γεύσιν φάλμυρος. ἢ πρῶτος ἔμπικρος. λιπαρὰ τὸν σύσασιν. ὅλη δὲ ἡ πόα, κακοσόμαχος, δυσεύπεπτος. κοιλίας λυσικωτάτη ἑφθὴ ἐκβρασθεῖσα. συνέψουσι δὲ αὐτὴν ἔνιοι διὰ τὸ δυσμύτητα τὰ λιπαρὰ τῶν κρεῶν.

Cum ſale eadẽ carbũculos erũpunt, fluẽtemq; capillũ retinẽt. Elixa itidẽ addito melle gangręnæ paſcẽtibus malis opitulant. Quinetiã cruda ex aceto lienoſis utiliter mãdunt, & cõmãduta ſic ut ſenſim per fauces delabat ſuccus, amiſſam reſtituũt uocẽ. Aluũ & mẽſes cit potum braſſicæ decoctũ. Faciũt ſterilitatẽ braſſicæ flores à puerperio in peſſulis appoſiti: ſemẽ braſſicæ eiuſq; præſertim quæ in Aegypto naſcit potũ uentris lũbricos pellit. Miſcet idẽ theriacis antidotis: Faciem & lentigines exterit. Virides braſſicæ caules unà cũ radicibus ſuis cremati, moxq; ſuillo uetere adipe excepti, lateris diuturnos dolores impoſiti ſanãt. Eſt & agreſtis braſſica quam Romani ruſticã uocant. Naſcitur ea maritimis plerunq; & præruptis locis, ſatiuæ ſimilis: candidior tantũ, hirſutiorq; & amara. Eſtur non ingrato ſapore coliculus eius in lixiuio cinere elixus. Glutinant uulnera emplaſtri modo impoſita braſſicæ huius folia, tumoresq; & inflãmationes omnes diſcutiũt. Quæ uero marina appellatur braſſica diuerſa penitus à ſatiua eſt. Folia habet longiſſima, tenuiſſima, rotundæ ariſtolochiæ ſimilia: quę ſingula à ramulis leniter rubẽtibus, ex uno pediculo hæderaceo modo prodeũt. Habet braſſica hæc cãdidũ inciſa liquorẽ, nõ tñ copioſum, guſtu quadã tenus ſalſo, cũ amaritudine aliqua cõcretione pinguẽ. Tota herba ob acrimoniam ſuã ſtomacho inutilis eſt. Eius elixæ cibus aliorũ omniũ maxime aluum ſoluit. Coquunt ob acrimoniã cum ea pingues aliqui carnes.

Erraticum. raphanus idẽ q̃d braſſica.

Autor omnibus ut credimus poſt ſe Theophraſtus fuit, ut braſſicæ quę edẽdo eſt, præcipuã diuiſionẽ triplicẽ facerẽt: nec aliter ſi cõferanẽ ueteres Latinoq; cũ eo in hac parte cõmẽtaria, rẽ diligẽter intuẽtibus uidebiẽ. Nihil enim octauo de plantis libro de olere hoc ab eo dictũ, nõ ijſdẽ uerbis Romana breuitate à Marco Catone ruſticarũ rerũ capite centeſimo & quinquageſimo ſeptimo redditũ eſt, & poſt Catonem à Plinio naturalis hiſtoriæ xix. cap. vii. Quæ ideò non repetunẽ à nobis, quoniã quæ tria à Dioſcoride numerantẽ hoc loco braſſicæ genera, ſatiuæ agreſtis & marinæ, aliã diuiſiõis rationẽ habẽt: ſiquidẽ illæ ex ruris hortiq; diſciplina, & ad uſum ſanitatis in paſcenda familia ab autoribus illis traditæ fuerũt: hæc diuerſis locis naſcentes, ad medicinã docẽtur. Oportet itaq; in priore illa braſſica & quã ſatiuã hic dixit, tria illa Theophraſti, Catonis & Plinij genera collegiſſe: omnium enim pares uires ſunt: tũ agreſtẽ & marinã illæ à diſcere ſponte ſua, aliiſq; locis, & ad medicinam tãtum naſcentes, & quæ non aliunde q̃ ex ſimilitudine aliqua in familiã & nomen braſſicæ uenerunt, quales plantæ aliæ multę deficientibus propriis appellationibus quibus indicarentur, gentiũ adoptione nomen & dignitatẽ inuenerunt. Vidimus nos marinã braſſicã nihil præter florẽ ſimile ſatiuæ habentẽ, eadẽ figura qua à Dioſcoride deſcribiẽ, tenuiſſimis & in longitudinẽ porrectis foliis, qualia in ſalice ſunt: pediculis pendẽtibus, & in longis ramulis per interualla binis deinceps diſpoſitis. Hanc in antiquiſſimis Græcorũ codicibus à Romanis legimus marinũ codiculũ uocari: agreſtem Plinius erraticam etiã nominat, communi ſylueſtribus cunctis appellatione: quæ enim Græci ἄγρια dicunt, erratica plerunq; Latini appellauerunt. Non relinquẽdum illud etiã, quod ad Græcorũ in hoc olere appellationes pertinet, quã poſteriores in ea gente crãben dixerunt, antiquiores raphanũ dixiſſe. Teſtatẽ id Theophraſtus libro de plantis octauo, qui non alio q̃ raphani nomine pro crãbe utiẽ. Verba eius ſunt: τὸ δὲ ῥαφανῖνον ἰσχὺν διαφερούσης &c. Nec multo poſt: ἰδίως δὲ ἡ ῥάφανος ἔχει. Itemq; lib. ii. de cauſis plantarũ: καθάπερ ἡ ἀμπελος τὸν ἀφρὸν καὶ τὴν τῆς ῥαφάνου. Quæ omnia non de raphano quæ radicula nunc eſt, ſed de crambe quam braſſicam noſtri nominant, ab eo dicta fuerunt. Idem & longe certius Ariſtoteles libro quinto de animalium hiſtoria, quo loco de erucis in braſſicis naſcentibus his agit uerbis: αἱ δὲ γίνονται ἐκ τοῦ φύλλου τοῦ χλωροῦ καὶ μάλιστα τῶν ῥαφάνου, ἐὰν καλύπτῃ τινὶς κραμβῶν: quod eſt: Naſcuntur & aliæ ex uiridibus foliis, præſertim quę in

in raphano quã crambẽ aliqui, id eſt braſſicã nominant. Actum de tota hac re longius à nobis eſt, ut intelligerent legentes quanto periculo huiuſcemodi docentẽ, niſi res prius q̃ uoces cognouerit aliquis: & ſcirent qui medicinã profitentur, poſſe aliquando fieri, ut raphanũ pro braſſica in antiquiſſimis Græcorũ ſcriptoribus inueniant: Qualis Hippocrates eſt, oporteretq; in ea uoce non radiculã, quæ nunc Græcis & Latinis raphanus dicitur, ſed braſſicæ olus intelligi. Factũ in dialectis gentium ſemper eſt, ut mutatis per tempora ſignificationũ æſtimationibus, permanentibus rebus uoces mutentur: ſignificetq; nũc Græcis cor uox quæ ſtomachũ quondã ſignificabat: & quæ oſtiũ uentriculi ſuperioris, nunc totũ uentriculũ: eademq; ratione in Latinis multa ab antiqua ſignificatione ad indicandas nouas res translata ſunt: quæ interpretes & doctrinarũq; profeſſores diligentiſſime obſeruaſſe oportet, quod alibi etiã longius à nobis dicetur. Nunc q̃d in braſſica nouiſſe oportet, q̃d braſſicæ cymæ ſeu cyamata ſunt, breuiter dicemus. Ea nos autore Columella & ſcriptore hoc neutro genere potius q̃ fœminino uocauimus: etſi Plinius & alij fœminino frequentius q̃ neutro uſi in eadẽ re fuerunt. Factũ à Græcis nomen à fœtura eſt: κύημα enim prægnantẽ fœtãq; eſſe hominẽ, & uterẽ gerere dixerũt: factoq; ab eo uerbo uerbali nomine κύημα fœtũ dixerũt: licetq; fœtus proprie in animalibus dicatur, nihilominus fœlici translatione in his quæ florẽt, præſertimq; in braſſica, cymata etiã quaſi κυήματα dixerunt tenerrimos coliculos, quos appetẽte uere in prima florũ germinatiõe & in ſumma ſtirpe hoc olus profert, diſcretis quidẽ clauſis adhuc florũ calicibus, quales quotannis uidere licet, in quibus floris primũ, mox ſeminis fœtus clauditur. Ea manifeſte Columella in carmine ſuo deſcripſit: Tũc quoq; conſeritur toto quæ plurima terræ Orbe uirẽs pariter plebi regiq; ſuperbo Frigoribus caules & ueris cymata mittit. Dicitq; à Græcis κύημα in quo flos ad ſemen clauditur, lib. VII. Theophraſtus in plantis ſuis oſtendit, ſiquidẽ ait: ὅτι τὸ κύημα καὶ ἐν ᾧ ὁ ἄνθος ἡ κεφαλὴ, ὁ καρπὸς. quod eſt: Cyema, & in quo flos aut ſemen. Sunt in hoc capite etiã quæ nobis cũ aliis non conueniunt, præſertimq; illic ubi Dioſcorides de ſemine Aegyptiæ braſſicæ agens antidotis miſceri ait, non cœliacis ut paſſim legitur, ſed theriacis: neq; enim remedia quibus cœliaci curant in cenſu antidotorũ ſunt: ſolis uenenis & uenenatis antidota reſpondẽt. Diximus non multo ante quæ nam ea ſint, & unde facto nomine priuatim uenenis & uenenatis inſeruiant, quæ omnia theriaca Græci appellauerunt. Eamq; ob cauſam pro cœliacis theriaca à nobis dicta ſunt, præſertim iubente hoc ipſo ſcriptore contra uipe rarum morſus braſſica uti. Diſcrepat & illud in quo Barbarus ait braſſicæ flores à conceptu uirginali ſubdi- ſignificat, ſed quod ſpe partus priuet: id aũt nihil aliud eſt, q̃ quod ſterilitatẽ facit. Signatũ aliâs hoc ipſum à nobis fuit, eamq; ob cauſam breuius nunc de eo agimus. Omnes ex Græcorũ decretis braſſicę aluũ ſoluũt, ſed efficacior ad omnia ſylueſtris q̃ ſatiua, ideoq; nõ ſine noxa in corpus admittitur. Marina etiam ſalſuginis alicuius & amaritudinis particeps aluum uiolentiſſime expurgat.

Περὶ Τεύτλου. κεφ. τλζ'.

Τεῦτλον μέγα. ξωμαῖοι βέτα σικελάτικα. διαφορὰ δύο. ὧν μὲν μέλαν σαλτικώτερον κοιλίας σὺν φακῇ ἐκκενοῖ. ὁ μᾶλλον ἢ ῥίζα. τὸ δὲ λευκὸν εὐκοίλιον. ἀμφότερα δὲ κακόχυμα διὰ τὸ ἐν αὐτῖς νιτρώδες. ὅθεν ὁ χυλὸς αὐτῶν καθαίρει κεφαλὴν ῥινὶ ἐγχεόμενον μετὰ μέλιτος. ἡ ὠταλγίας ὠφελεῖ. τὸ δὲ τῶν ῥιζῶν ἡ τῶν φύλλων ἀφέψημα, πιτύρων ἢ κονίσων σμηκτικόν. ἡ χυμὸς θλασῶν καταντλούμενον. ὁμοίως δὲ τοῖς φύλλοις καταπλάσσει δὲ ἀλφοὺς προεκνιτρωθέντας, καὶ ἀλωπεκίας κατακνηθείσας. καὶ τὰ νεμόμενα ἕλκη. ἐφθὴ δὲ ζωνθήματα ἢ πυρίκαυτα, καὶ ἐρυσιπέλατα ἰᾶται.

De Beta. Cap. CXII.

TEutlon Romani betã dicunt. Duplex betæ genus eſt, nigra altera quæ cũ lente cocta aluũ efficaciſſime compeſcit, multoq; magis radix: cãdida altera eſt, quæ bonã facit aluũ. Ambæ ob nitroſam quã habent uim, mali ſucci ſunt: ideoq; caput purgat naribus earq; ſuccus cũ melle inſtillatus. Prodeſt idẽ & doloribus aurium: Quinetiã radicũ folioq; de cocto, furfures & lendes capitis abſterguntur. Fouentur eodem perniones etiã. Crudis foliis uitiligines, capilli defluuia quas alopecias dicũt, & quæ paſcendo ſerpunt ulcera, utiliter emplaſtri modo illinuntur. In uitiliginibus tamen nitro locum antea confricaſſe oportet: in alopecijs autẽ unguibus ſcarificaſſe. Sanat elixa beta papularum eruptiones, ambuſta & ſacros ignes.

INTERPRES.

QVotquot hactenus de beta notiſſimo omnibus olere aut in hiſtoria aut medicina aliqd tradiderũt, omnes duo genera eius fecerunt, colore alterũ ab altero diſtinguentes. Theophraſtus lib. VIII. ἰυχυλότερον δὲ καὶ τῶν τεύτλων ὁ λευκὸν τοῦ μέλανος, καὶ ὀλιγοσαρκότερον ὁ καλοῦσιτινὲς σικελικόν. quod eſt: meliore autẽ ſucci copia in betis candida q̃ nigra eſt: pauciore etiã ſemine quã Sicelicam aliqui uocant. Plinius XIX. uolumine à Theophraſto accepta eadẽ his reddidit uerbis: Eius quoq; à colore duo genera Græci fecere nigrã, & candidam quam præferunt, parciſſimi ſeminis, appellantq; Siculam. Paulus Aegineta etiam in ſexto candidam nigræ ante poſuit. Athenæus præterea in tertio Dipnoſophiſtæ candidam nigræ prætulit: q̃ ſimul aluum mollit, & ſtomacho accommodata eſt: quod non facit nigra, quæ adſtringendi uim habet: & ne longiores ſimus, nullus non de beta agens diſcrimen eius oleris hoc tradidit: & nihilominus præter Theophraſtum nullas diſcriminis eius alias notas aliquis oſtendit, quibus cognita in frequentiore uſu eſſet, & is non quod ad colorem pertineret, ſed quod ad uires bonitatemq; ſucci & exiguam ſeminis copiam. Solus Columella

Camata, Cymæ.

mella quod hactenus legerim, in carmine suo facilem coloris huius in beta cognitionem indicauit dicens: Sic & humo pingui ferratæ cuspidis ictu Deprimitur folio uiridis pede candida beta: pedem candidum radicem appellãs, quæ facilis cognitu, nota omnibus cum seretur & uelletur erit: quæ enim nigra radice erit, agrestis beta habebitur: ideoq; in uetustioribus & melioribus aliquot Græcis à principio huius capitis legitur non ut barbarus uertit, πόντιον μέγα quod grande significat, sed una tantum mutata litera, μέλαν καὶ ἄγριον, quod nigrum indicat & syluestre. Hæc enim candidæ comparata, agrestis à Græcis habebitur: non quam Plinius xx. libro capite viii. limonion aut neuroides à quibusdam uocari ait: de qua hic ipse scriptor libro quarto, folia betæ similia habere tantum dicet.

περὶ Ἀνδράχνης. Κεφ. τλή.

Ἀνδράχνη δώδεκα μύας ἔχει συπτικήν. καταπλασσομένη μετὰ ἁλφίτων, κεφαλῆς ἀλγήμασι καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις, καὶ σομάχου πυρώσεσι, καὶ ἐρυσιπέλασι, καὶ κύστεως ἀλγήμασι βοηθεῖ. ἐρωθεῖσα ὀξυμέλιτι, αἱμωδίαν, καὶ σομάχου, καὶ ἐντέρων πύρωσιν καὶ ῥυμαλισμὸν περαίνει. νεφροὺς τε δακνομένους καὶ κύσιν εὖ διατίθησι. καὶ τὰς πρὸς στόμαχον διαχύσεις ὄξει μᾶζαι ἐκλύει. πρὸς ἀπλήκτους δὲ τοὺς χυλὸς αὐτῆς ἐνδεῖ πινόμενος καὶ ἐν πυρετοῖς περιῶν. καὶ πρὸς ἕλμινθας σὺν μέλιτι. αἵματός τε πτύσιν καὶ δυσεντερίας. καὶ πρὸς αἱμορροΐδας καὶ αἱμορραγίας, πλυνόμενος γινόμενος. καὶ πρὸς σκληρώματα. καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ δὲ χρήσιμος μίγνυται. ἔγκλυσμά τε ἐστὶ ἐντέρων ῥυμαλιζομένων. ἢ διαχριόμενος μήτρας, καὶ πρὸς τὰς ἐκ καύσεως κεφαλαλγίας σὺν ὀξυλίνῳ ἢ ἐλαίῳ ἔμβρεγμα. πρός τε τὰ ἐν κεφαλῇ διαθήματα, σὺν οἴνῳ σμῆγμα. πρὸς τραύματα δὲ σφακελίζοντα, σὺν ἁλφίτῳ καταπλασσομένη.

De Portulaca. Cap. CXIII.

Andrachnen. Romani portulacam dicunt. Adstringit portulaca. Capitis doloribus ideò, oculorũq;, aliarũq; partiũ inflãmationibus, stomachi ardoribus ite, sacris ignibus, uessicæq; doloribus cũ polẽta subuenit: In cibo eadem dentiũ ex acriore acerbo'ue aliquo cibo torpores corrigit: stomachi itidẽ intestinorũq; ardores, & in eas partes destillationes lenit. Renum uessicæq; erosionibus utilis, uitia eaq; partiũ emẽdat. Veneris impetus inhibet. Facit ad eadẽ in potu succus eius: facit ad febres etiã. Prodest contra rotundos uentris lũbricos, cruẽta sputa, intestinorũ tormina, hæmorrhoidas, sanguinis eruptiones ad summũ cocta portulaca. Prodest & contra chalcidicæ lacertæ morsus. Oculorũ medicamentis utiliter miscetur. Clystere eadẽ contra destillationes in intestina muliebrium locorum erosiones infunditur. Inspergitur capiti in dolore ex æstu facto cum rosaceo aut oleo. Inspergitur & contra pustularũ in capite eruptiones cũ uino ut exterantur: & cum polenta contra uulnerũ sideserationes utiliter emplastri modo imponit.

INTERPRES.

Ingrate simul & iniuste fecerit aliquis, si quę natura coniũxit & cõgenera esse uoluit, historia aut appellationibus adeo separauerit, ut diuersa credãtur: seorsumq; tractata, quã alioquin haberent gratiã & lucẽ, amiserint. Vtinam quod aut secreta ui hominẽ natura docet, aut quod humanis legibus institutum est, ut ad nos nostra continue reuocemus: Sic nostra ætate deus, aut medicæ materiæ peritissimus exurgeret homo aliquis, qui mixtas simul hoc tẽpore in hoc scriptore diuersi generis plantas, & æquiuocis appellationibus incertas, non negligendi iudicij arbiter secerneret: stansq; diceret, hinc uos, uos hinc mutatis discedite partibus: Discedentibusq; ad suum genus omnibus, exciperet cõiungeretq; sibi sedum quæ sua sunt, & quas habet portulaca uires seorsum ostẽderet. Si enim id fieret, nullus nobis relinqueretur in hoc scripto re labor. Nec rationem modo reddere cogeremur, cur relicta agrestis portulacæ hoc loco historia & medicina, in quartum uolumen cum sedo tractandã utranq; distulerimus. Sed quoniã sperare id paulo minus q; impossibile est: Desiimus enim quod innocentibus quondã quotidie concedebatur, deũ audire, & præteritorũ temporũ iniurijs, herbariorũq; & medicorũ negligentia disciplina hæc tantopere iactata est, ut quæ similitudine aliqua inter se conueniunt, in Græcorũ codicibus adeò mixta simul cõfusaq; sint, ut nec suis nominibus appellata, nec suis locis disposita inueniant: quod sedo & portulacæ accidit. Dico aũt sedũ, q̃d accepta à Græcis uocis eius significatione, uulgus semperuiuũ appellat. In quibus carnosa folia, foliorũq; leuor & in longitudinẽ aliquã eorũ protensio: & q̃d præcipuũ in ambobus est, diutius humorẽ uiridinẽq; suã seruare fecerunt, ut inuicẽ mutatis appellationibus, sedi aliq̃d genus portulaca, & portulacę inuicẽ sedũ diceret. Sedum.

Factũ etiã ex eo est: ut portulacã notissimũ olus antecederet nunc sub agrestis portulacę titulo ultimũ sedi genus. Quod nos animaduertentes agrestis portulacæ cõmentationẽ in quartũ uolumen distulimus: quo loco quæ hic de ea dicuntur, iterũ repetita ijsdem ferè uerbis inueniuntur. Fueruntq; nobis huius rei autores Plinius primũ xx. uolumine, cap. xx. qui omnẽ portulacæ medicinã percurrens, nihil agrestis huius meminit: neq; ab re, quando naturæ peritissimus, cõgenerem sedo magis q̃ portulacæ esse cognouerat. Ideoq; inter sedi genera libro xxv. longius & ijsdem Dioscoridi uerbis de ea agit. Qui deinde nobis sunt uetustissimi & omnium probatissimæ fidei Latinus & Græcus Dioscoridis codices, nullam hoc loco agrestem portulacam ostendunt: certissimo, ut credendum est, argumento, non in secundo uolumine, sed in quarto propriam esse agrestis portulacæ sedem. Fuissetq; hanc antiquã & uerã Dioscoridis cõmentationẽ ex eo uerisimile est, Paulus Aegineta etiã in vi. de portulaca simpliciter agẽs, agrestis huius non meminit: quasi in sedi genere

genere hanc & ipſe relinqueret: His nos coniecturis & teſtibus uſi, expunctam ex hoc loco agreſtem portulacam in quartum reiecimus uolumen: ne bis de ea quod alij fecerunt, & diuerſis locis ageretur. Nec ſi etiam portulaca hæc ſit, & cum ea ob id tractanda ægre ferēdum hoc erit, quando ut quotidie iactaſ, non perit nec aufertur quod dādum in aliud tempus differtur. Mederi portulacam Plinius eodem loco ait oris ulceribus, gingiuarum tumoribus & dentium doloribus. Hic ἀιμωδίαν παύειν tantū dixit, malum, quod nul la grauiore intrinſeca cauſa fit. Sed ut non multo ante diximus ex acidis, acerbis ciborum ſuccis, quibus aliquando dentes adeò torpent, ut ſine dolore commanducare aliquid & atterere nequeant. Ex eo uitio ἀιμωδίαν uerbum Græci fecerunt: quo non ſolum in torpentibus à cremento ciborum dentibus utuntur, ſed cum uidentibus audientibus ue ingratum ſenſibus his aliquid, qualis ſerræ ſtridor eſt, non diſſimili torpore dentes in ore afficiuntur. Quod hic febribus utilem protulacam nihil aliud adijciens ait: certius docuit Plinius, ardentibus febribus imponi cum polenta dicens. Hæmodia.

περὶ Ἀσπαράγου. κεφ. τμ΄.

Ἀσπάραγος πετραῖος ἢ μυάκανθα, οἱ δὲ, μύωπα καλοῦσι. γνώριμος, οὐ δὲ καυλίοις ἕψηθεὶς, καὶ βρωθεὶς, κοιλίαν μαλάσσει καὶ οὖρα κινεῖ. πρὸς δὲ ἕλκεσι ζωμὸς δὲ ἀφέψημα πινόμενον, βοηθεῖ λυσουρουῦσιν. ἰκτερικοῖς. νεφριτικοῖς. ἰσχιαδικοῖς. φαλαγγιοδήκτοις δὲ μετ' οἴνου ἀφεψόμενον. καὶ ὀδοντολγοῦσι δὲ κεκαυμένου τοῦ ἀφεψήματος ἐπὶ ζωστῆρι ἐνδεδεμένου τοῦ πρὸς τὰ αὐτὰ καὶ τὸ σπέρμα πινόμενον. φασὶ δὲ καὶ τοὺς κύνας πιόντας τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ἀπαθανατίσκειν. ἔνιοι δὲ ἰσόρροπα, ὅλα ἐάμυλος κεχοσμένα σὺν κόλλῃ καταπλάσσειν, φύεται δὲ ἀσπάραγος. ἐμοὶ δὲ ἀπίθανον. ὁμοίως δὲ καὶ ἀσπάραγος οὗτος, θάμνος ἐστὶ πολύκλαδος. φύλλα ἔχων πολλά. μακρά. ὅμοια μάραθῳ. ῥίζα στρογγύλη μεγάλη. ἔχουσα κόνδυλον. οὗ λαβόμενος καυλίων λεπτῶν μετὰ οἴνου λεῖον ποιεῖ, παύει φθειρίασας. ἐφθὸς δὲ ἢ ὀπτὸς λαμβανόμενος, παύει στραγγουρίας καὶ δυσουρίας, καὶ δυσεντερίας. ἢν δὲ ῥίζα αὐτοῦ ἐψηθεῖσα ἐν ὄξει ἢ οἴνῳ, παύει στόμαλγα. ἐφθὴ δὲ μετὰ σύκου καὶ ἐρεβίνθων λαμβανομένη, ἰᾶται ἴκτερον. καὶ παύει ἰσχιάλγια καὶ στραγγουρίαν. πεσσοποιεῖ δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ ἀφεψήματος αὐτοῦ πινόμενον, πιεῖν ἀτόκιον καὶ ἄγονον.

De Aſparago. Cap. CXIIII.

Asparagon petræū aut myacanthā. Sunt qui orminion appellent. Romani pariter Græcis aſparagum dicūt. Vulgo notus aſparagus eſt. Molliūt aluū & urinā cient breui coctura elixi, & in cibo ſumpti aſparagon coliculi. Succurrit potū aſparagi radicū decoctū urinę anguſtijs: ſuffuſis felle, coxendicis, & cū urinę malo aliquo renū doloribus. Opitulaſ idē ſed in uino decoctum phalangiorū morſibus. In dolore dentium abjea parte qua dolent, utiliter idem cōtinetur decoctum. Facit ad eadē omnia ſemen etiam potū. Ferūt emori canes epoto aſparagi decocto. Tradiderunt quidā etiā tuſis defoſſiſq; ſub terra arietū cornibus naſci aſparagū: non tamen credibile id nobis uidetur. Eſt autem aſparagus exiguus ſed ramoſus frutex: folijs numeroſis, longis, fœniculo ſimilibus. Radix ei eſt lōga, rotūda, grandis, tuberculū habens. Finit cōciſus aſparagi coliculus & in uino albo potus ægrotantiū deliria: quas phrenitidas appellāt. Medeſ idē toſtus, elixus ue & in cibo ſumptus urinę anguſtijs: ſtillicidioq; et inteſtinorū torminibus. Medetur & luxatis elixa in aceto uino ue aſparagi radix. Elixa eadem cum ficis ciceribusq;, mox in cibo ſumpta ſuffuſos felle emendat. Coxendicis dolores urinæq; anguſtias & ſtillicidia ſedat. Alligata eadem potumq; decoctū eius, in fœminis ſterilitatem, in maribus prolifici ſeminis priuationē facit.

INTERPRES.

Vix credat aliquis q̄ multa in notiſſimo olere toto hoc capite mutata, corrupta et addita fuerint: quę nouiſſe legētes inutile penitus nō fuerit. Eſtq; illud ante omnia ſciendū, de agreſti aſparago omnia hæc à Dioſcoride dici: Ideoque à principio ſtatim petræus, id eſt, in petroſis naſcens dictus eſt, ut ea additione ab altili, quē in hortis conſitū ſolæ nouerūt diuitū mēſæ, diſcerneret. Nec tantū petræus illic legitur: ſed in aliquot Græcis ἄγριος, id eſt, agreſtis etiā inuenīt. Indicantq; id manifeſte quæ ſequuntur appellationes, myacātha & orminion: quæ omnes in agreſti aſparago à Plinio numerātur. Habetq; myacantha cauſam & originē nominis ex ruſci appellationibus, ut in eo indicabimus. Orminion aūt à nobis dictū eſt, q̄d myon in impreſſis codicibus legebaſ nulla ſignificatione. Inſtauratusq; locus, Plinij, & alioq; autoritate merito à nobis eſt. Legit deinde in antiquiſſimo & omniū probatiſſimo mihi codice, nō ſimpliciter elixum mollire aluū aſparagi coliculū, ſed ἐπ' ὀλίγον ἑψεῖν: q̄d breui coctura elixū uerſum à nobis eſt. Fecimus id uetereq; codicū fide & ope adiuti. Sed repetētes animo etiā, credētesq; q̄d Auguſtus in q̄tidiano ſermone conſueuerat dicere: celeri⁹ q̄ aſparagi coquant, huc pertinere: nec celerioris & breuioris coctura cauſam in natura oleris, ſed in uſu hominū eſſe: qui ſub crudo ad molliendā aluū ſimul & cibū q̄tidie uterēt: qualia multa alia ſunt. Suſpicati poſtremo ſumus, nō adeò tamē ut quicq; mutauerimus, abundare in hoc capite, quęcunq; poſt, tuſa & humi obruta arietū cornua, ex quibus naſci aſparagū pleriq; retulerūt, nouo quaſi eiuſdē rei principio de toto aſparago Dioſcorides iterq; decernit: Aitq; fruticē eſſe ramoſum, multis & lōgis folijs, &c. Non em̄ Dioſcoridis mos eſt, in plātis quæ notę uulgo ſunt, de partibus & notis earq; agere, multoq; magis quę ſemel in medicina decreta fuerint, inutiliter repetere. Accedit hisq; nec in uetuſtiſſimo quē habem⁹

Latino Dioſcoride, nec in Ioãne Serapione ueſtigiũ eius partis aliquod ſeruatur. Qui totã aſparagi rem illic claudũt: ubi de tuſis defoſſis q; ſub terra ad aſparagi generationẽ arietũ cornibus agitur. Satis ſit legentibus ſuſpicione hac noſtra in legendis expendẽdis q; bonis autoribus neceſſariã monſtraſſe diligentiã. De aſpa-
Aſparagus. ragis hoc amplius in poſterioribus Græcor̃ medicis obſeruandũ eſt, non ſignificare tantũ aſparagũ ſpinoſi fruticis ſummum cacumen quod edendo eſt, quod' que priuatim cum tota planta aſparagus ubique nominatur, ſed quæcunq; in oleribus prima ex terra prodeũt & uidentur. Significationeq; hac Paulus Aegineta in primo de aſparagis caput inſcripſit, non his de quibus in hoc capite agitur, uerum ut ille numerat bliti, lactucæ, atriplicis, maluæ, betæq; quor̃ plantam humidã, aſparagũ uero ſiccũ eſſe ait. Contrà aũt rapo-
rum, ſinapis, radiculæ, naſturcij, pyretri, braſſicę, omnium q; aliorum quæ calida ſunt, ſiccã quidem plãtam, aſparagum uero humidũ habere: Aſparagi appellatione nihil aliud indicans, q̃ quod pauloante diximus, primum necdũ in folia explicitũ ear̃ plantarum germen. Quod ideò dictũ à nobis eſt, ut ſi forte in Græco-
rum medicis ea uox in alijs inueniatur oleribus, quid ea intellexiſſe oporteat, nouerint. Eſt illud etiam in-
Aſpharag⁹. telligendum, ſiue aſparagũ ſiue aſpharagũ dixerit aliquis, eandẽ eſſe diuerſæ uocis ſignificationẽ: cõſueuiſ-
ſeq; Athenienſes aſpharagũ potius q̃ aſparagum dicere. Quam dialecton ſecutus Plutarchus in nuptialibus præceptis, ait cõſueuiſſe Bœotios ſponſam ad maritum ducere ἀσφαραγωνιᾶ, id eſt, aſpharagi ſpinoſo frutice coronatum. Vt quemadmodũ ex aſperiore ſpina non ingratus cibus homini aſparagus eſt: ſic non fugienti neq; auerſanti coniugi primas coniugij difficultates, & ſi quid in uxore minus tunc placet, dulce & amabile futur̃ tandem uxoris cõtuberniũ. Scimus quidẽ & nos aſpharagi uoce in Græcis guttur etiam ſignifica-
ri: ſed tam rara eſt & ex tam multo tẽpore exoleuit ea uox, ut negligi à medicis impune poſſit. Non omitte-
mus & illud, ſylueſtrẽ aſparagum à Paulo Aegineta libro primo pluribus q; alijs toto opere locis ἕλειον appellari, origine & natalibus ab hortenſi & altili diſcretũ. Vocarij q; ἕλειον, quoniã ὡς ζῶν ἕλιοι naſcatur. Sunt aũt Græ-
ἕλη. cis ἕλη ſtirpibus conferta loca, quales ſepes ſunt, fluuior̃ ripæ, & paluſtres uliginoſi q; loci, in quibus ſponte ſua aſparagi plerunq; naſcuntur: manifeſte q; id oſtendit dicens: οἱ δὲ ἀπὸ τῶν θαμνωδῶν φυτῶν ἀσπάραγοι, ὅ, τι καὶ κηπευτός. quod eſt: & à ſpinoſis ſtirpibus hortenſis, & qui in frutetis ſeu uliginoſis locis naſcuntur, aſparagi. Quod genus Cato indicauit, iubens in harundinetis ſeri quæ paluſtribus & humore gaudẽt. Cætera quę ad aſparagos pertinent, à tam multis dicta hactenus & longiore hiſtoria tradita ſunt, ut ad plantaginẽ relectis his tranſiſſe, laboris & operæ huius noſtræ non negligendum compendium fuerit.

Περὶ Ἀρνογλώσσου. κεφ. τμά.

Ἀρνόγλωσσον. Οἱ δὲ ἀρνόφον. οἱ δὲ, προβάτιον. οἱ δὲ, κυνόγλωσσον. οἱ δὲ, ἑπτάπλευρον. οἱ δὲ, πολύνευρον. προφῆται εὐσχινεύμονος. αὐγύπτιοι ἀσόνθ. ῥωμαῖοι πλαντάτω μίνως. τας βηλοσάθιον. ἱππωνοὶ θησαρικάμ. ἄφροι ἀλεικόν. Διήκει δὲ ἐπὶ πολὺ μικρόν. τὸ δὲ, μεῖζον. ἔχει δὲ τὸ μὲν μικρὸν φύλλα σεμνότερα καὶ μικρότερα, καὶ μαλακώτερα, καὶ λεπτότερα. καυλίον δὲ γωνιοειδῆ κεκλιμένα ὡς ἐπὶ πολὺ γῆν. ἄνθη ὠχρά. τὸ δὲ σπέρμα ἐπ' ἄκρῳ τῶν καυλῶν. τὸ δὲ μεῖζον εὐρύτερον. πλατύφυλλον. λαχανώδες. καυλὸς δὲ ἐπὶ τούτου γωνιώδης. ὑπέρυθρος. ὕψος πήχεως. ἐκ μέσου μέχρι κορυφῆς σπέρματα περιέχομεν λεπτά. ῥίζαι δὲ ὕπεισιν ἀπαλαί. δάσεαι. λευκαί. πάχος δακτύλου. χρῶνται δὲ πρὸς τὰ τέλμασι καὶ φαγεδαίναις καὶ ἑλώδεσι τόποις. εὐχρηστότερον δὲ τὸ μεῖζον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ξηραντικήν. συμπεπλεσμένα. ὅθεν καὶ καταπλασθέντα πρὸς πάντα τὰ κακοήθη. καὶ ἐλεφαντιῶντα ῥήγματα καὶ ἀκάθαρτα ἕλκη ἀσθενῆ. ἔχει δὲ καὶ αἱμοῤῥαγίαν. νομάς. ἄνθρακας. ἕρπητας. ἐπινυκτίδας. ἀστοὺλους καὶ ἕλκη χρόνια, καὶ ἀνώμαλα. καὶ τὰ χειρώνεια ἰᾶται. καὶ κόλπους παρακολλᾶ. καὶ τὰ κωδάκια καὶ πυρίκαυτα. φλεγμονάς. παρω-

De Plantagine. Cap. CXV.

Arnogloſſon. Sunt qui arnion, qui probation, qui cynogloſſon, qui heptapleuron, qui polyneuron appellãt. Magi euphrenechmonos. Aegyptij aſonth. Hiſpani theſarican. Aphri artiricon. Romani plãtaginẽ dicunt. Duplex plãtago maior & minor eſt. Habet minor plãtago anguſtiora, minora, molliora, tenuiora, & maioris leuoris folia: coliculos angulоſos, in terrã inclinatos: flores palleſcentes, & in ſummis caulibus ſemen. Maior contrà craſſior ſpecioſior q; eſt, latiore folio et olerisfigura. Angu-
loſus etiã plantaginis huius caulis eſt, modice rubẽs, altitudine cubitali, ex medio uſq; ad ſummũ cacumen paruo ſemine ueſtitus. Radices illi ſunt teneræ, piloſæ, colore candido, craſſitudine digitali. Naſcit plãtago humẽtibus locis prope lacus, ſepes, & uliginoſa loca. Efficaciorem melioremq; uſum maior habet. Siccãdi adſtringẽdiq; uim folia plãtaginis habẽt: ideoq; utiliter maleficis doloriſq; ulceribus cũctis, & his quæ ad elephantiã accedunt, itemq; deſtillantibus & ſordidis illinũtur. Siſtunt ſanguinis eadẽ eruptiones, cohibent quæ paſcendo ſerpunt. Carbunculos, epinyctidas, et in genere ulcerum quos à ſerpendo herpetas appellant. Vetuſta itidem inæqualia' que ulcera ad cicatricem perducit plantago. Sanat & quæ Chironia nominantur. Sinus eadem glutinat, & canum morſibus ſubuenit. Prodeſt inflammationibus, abſceſſibus ſecundum aures quos paro-
tidas

τίδας. φύγεθλα, χοιράδας δὲ ℞ αὐγίλωπα σὺν ἁλσὶμ ὠπλασόμενα ὠφελεῖ. ἐφθὸμ ὑπολάχανομμεθ' ἁλῶμ μὴ ὄξους λαμβανόμενομ, δυσεντερικοῖς καὶ κοιλιακοῖς ἁρμόζει. δίδοται δὲ καὶ μετὰ φακῆς ἀντὶ σεύτλωμ σὺν ἐλάῳ. ℞ πρὸς λύκοφλεγματίαμ μετὰ τὸ ἐκφαγεῖσαι, μέσκ δίδοται ἡ πόα ἐφθή. πρὸς δὲ ℞ ἐπιλημπτικοῖς, ℞ ἀθμαλάκοις διδομένη. ὁ ὑ χυλὸς πρὸς φύλωμ, τὰς ἐμ σόμασι ἕλκη ἀνακαθαίρει συνεχῶς διακλυζόμενος. σὺμ δὲ κιλίᾳ ἢ ψιμμυθίῳ, ἰᾶται τὰ ἐρυσιπέλατα. σύριγγάς τε ἐγκλυζόμενος ὠφελεῖ. ℞ πρὸς ὠταλγίας μὴ ὀφθαλμίας ἐγκαζόμενος ὁ χυλός. μὴ κολλυρίοις μιστόμενος. μὴ πρὸς οὖλα αἱμαζόμενα. μὴ πρὸς αἱμαζ ἀνάγοντας πινόμενος. μὴ πρὸς δυσεντερικοὺς ἐγκλυζόμενος. πίνεται δὲ ℞ πρὸς φθίσιν μὴ πρὸς ὑστερικὰς πνίγας προσίδεται ὢν ἐρίφ. μὴ ὑστέρᾳ ῥόμματιζομένη. μὴ ὀκαζόμενος λὲ πινόμενος μετ' οἴνου, τοὺς τῆς κοιλίας ῥόμματισμοὺς καὶ πλύσεις ἀιματος ἐπέχει. ἡ δὲ ῥίζα ἀφεψηθεῖσα μὴ διακλυζομένη καὶ διαμασσομένη, ὀδόνταλγίας παύει. πρὸς δὲ τὰ ὦν κύσει ἕλκη ℞ νεφροῖς, δίδοτ ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα μετὰ γλυκέος. φασὶ δὲ ῥίζας τρεῖς ἀποδεῖσας μετ' οἴνου κυάθῳ τριῶμ καὶ ὕδατος ἴσου, τριταίῳ βοκθεῖμ. τεταρταίῳ λὲ τέσσαρας ῥίζας. ἔνιοι δὲ καὶ ὦν αἵματι χρῶνται τῇ ῥίζῃ πρὸς χοιράδας ℞ διαφορεῖσι.

tidas uocant, panis, strumis etiã, oculorum fistulis quas ęgilopas dicũt, cũ sale emplastri modo imposita. Facit in aceto cũ sale elixũ ad inteſtinorũ tormina, & cœliacas fluctiones in cibo ſumptũ plantaginis olus: Datur & pro beta cũ lenticula decoctum olus idem, cõtra reſoluẽtes ſe in aquæ naturam ſolidas corporis partes, quod malũ Græci hydropen anaſarca uocãt, ſic ut prius ſicca ſine potu comedant, & mediũ cibis olus id interueniat. Datur & comitialibus ſuſpiriosiſq; utiliter. Foliorum ſucco cõtinua collutione purgãtur oris ulcera. Cũ cimolia creta ceruſſa'ue ſacris ignib⁹ medeť. Prodeſt & fiſtulis infuſus. Cõtra auriũ dolores & oculorꝝ lippitudines eadẽ utilitate idem inſtillaťſuccus, & in collyria additur. Bibitur & cõtra putreſcẽtes ſanguine gingiuas, ſanguiniſq; reiectiões. Clyſtere contra inteſtinorũ tormina infunditur. Bibitur & cõtra tabem quã phthiſim dicunt. In lana ſtrangulatu uuluæ procidentibus apponiť. Apponitur & contra muliebriũ locorum fluctiones. Potum præter hæc in uino plãtaginis ſemen, aluí fluores & cruẽtas excreatiões ſiſtit. Decocta eiuſdem radice colluunť utiliter in dolore dentes. Cõ mãducatur in eodẽ malo eadẽ utilitate eadem radix. Dantur contra ueſſicæ renumq; exulcerationes in paſſo radix & folia. Credũť poſtremo plãtaginis integrę radices tres in uini cyathis tribus et pari aqua potæ, tertianas: quatuor uero, quartanas febres ſoluere. Vtuntur & plantaginis radice aliqui contra ſtrumas è collo eam ſuſpendentes: ſicq; ſtrumas arcentes & diſcutientes.

INTERPRES.

QVæ à Dioſcoride numerantur tãm multæ plantaginis appellationes, una tantum uoce à Plinio colliguntur. Siquidem xxv. uolumine capite viii. linguæ pecoꝝ ſimilia plantaginis folia eſſe dicens, Rogloſſus itaq; à Græcis plãtago dicta eſt, ꝙ agninæ linguæ folia eius ſpeciẽ habent: ἄρνα enim agnũ, γλῶσσαν uero linguã ea gẽs appellat. Eãdem habet rationẽ & cauſam ἄρνιον, quaſi adiectiua forma agninã herbam dicas:, προβάτιον itidem ab oue, quaſi ouillã, προβάζ enim Græcis ouis eſt, κυνόγλωσσον, id eſt, canina lingua, non quia quæ uere cynogloſſa dicitur plantago ſit, ſed non diſſimili foliorꝝ figura. Videturq; appellatione hac minor potius q̃ maior plantago ſignificari, quæ caninæ linguæ ſimilior q̃ maior eſt. Dico aũt caninam linguam herbã ſic appellatã, de qua in quarto agendũ erit. Heptapleuros eadem & polyneuros ex eadem cauſa ijſdemq; notis dicta eſt: πλευρὰς enim Græci coſtas dicũt. Et quoniã ſeptẽm craſſioribus fibris quaſi coſtis in dorſo per longitudinẽ folia eius diſtincta ſint, ideo nomẽ id inuenit. Nec minus à multitudine earundem fibrarꝝ quas neruos etiã uocãt, polyneuron. Factumq; poſtremũ hoc nomẽ ex eo eſt, quoniã nõ ſemper ſeptẽ, ſed aliquãdo quinq; tantũ his fibris diſtincta eſt. Eamq; ob cauſam quoniã non ſemper reſponderet numerus, aliqui incertã relinquẽtes rẽ, polyneuron quaſi multineruẽ dixerũt. Tã eñ quinq; q̃ ſeptẽ multa ſunt. Variãt aũt plãtaginis fibræ pro latitudine foliꝝ: q̃d eñ latiſſimũ fuerit, ſeptẽ: q̃d anguſtius, quinq; plerunq; habet. Cæterꝝ ne ſuſpiciones noſtras hoc loco etiã relinquamus, legentes monemus, nõ uideri nobis integrum locũ in quo hic ait: Datur & pro beta cũ lẽticula decoctũ olus idẽ, cõtra reſoluẽtes ſe in aquæ naturam ſolidas corporis partes, quod malũ Græci hydropen anaſarca dicũt, ſic ut prius ſicca ſine potu comederint, & mediũ cibis olus id interueniat, &c. Habet enim remedij & curatiõis huius modus parꝝ certã rationem. Et ſi quis qualis ea ſit nos interroget, nihil quod pro cõperto habeamus, reſpõdere audebimus. Sciamus quidẽ quoniã in eo intercutis aquæ genere tota corporis caro cũ tumore aqueſcit, ſiccãtibus undiq; remedijs cõtra id malũ pugnandũ eſſe. Imponẽda foris uẽtri quæ ualidius ſiccent remedia. Siccãtibus undiq; emplaſtris utendũ, quibus in alto cõcluſus humor ſiccetur. Bibẽda quæ idẽ præſtẽt. Comedẽda etiã, ut Græcorꝝ medici iubẽt ξηραντικώτερα, id eſt, quæ ſiccandi maiorẽ uim habent ſalſamenta: ſylueſtres & ſiccæ carnis aues: ex oletibus itidẽ ſinape, aſparagũ, aliaq; his ſimilia, q̃d ξηροφαγεῖν hic uocat. Vſiq; hoc uerbo ſæpius Græcorum

corum medici sunt,& inter eos Paulus Aegineta,prę sertimq; quo capite egit de resolutis quæ sine offensione melioris & principalis in homine partis fiunt.Contra quod malum prę cepit ficcioreuitæ genere & dieta utendum esse,subiiciens ξηροφαγήτωσαν γοῦν ἀνεχόμενοι τῆς λίψεως ὅσον ἐγχωρεῖ, quod est:ficca igitur,uel si malis dicere,siccantia comedant,sitim quatenus possunt tolerantes.Pro comperto ex his est,siccatibus remediis cõtra intercutis aquæ id genus,quemadmodũ & contra alia utendũ esse: & uerbũ ξηροφαγεῖν nihil aliud q̃ siccantia comedere,significare:non tamẽ facile nobis ratiocinari est,quem usum in curationis huius genere plantago habet: non quatenus siccandi uires ea habet, id enim conuenit,sed cur post siccantes cibos mediam oportet his cibis interuenire . Non rei,sed uerborꝝ suspecta nobis series & ordo est: Dubitamusq; quod μίσην illic legitur mediamq; significat,reliquias & fragmentũ uocis alicuius esse,quæ ad uomitũ pertineret:quasi præciperet hic scriptor,comedẽda esse siccantia,& cum his plãtaginem,ham & ea siccat: tum ad uomitum solicitandũ stomachum uomitioneq; aquosum educere humorem.Suspicio hæc & ex suspicione coniectura,non decretũ est:quę quoniã sępenumero hominẽ fallit,non fuit apud nos tanti,ut quicq̃ ex his quæ passim legũtur,mutaremus.Nec ideo tamen inutile legẽtibus monstrasse id fuerit.Quos etiam monemus ξηροφαγεῖν uerbũ non ad panem magis q̃ ad cuncta alia referendũ hoc loco esse: nec quæ ipsa tantum sicca sint,sed quæ siccandi uires etiam habẽt:quod ex antedictis manifeste patet. Expunximus postremo(quod non feciſſe alios demiramur) quod in extremo capite in impressis aliquotq; alijs Græcis legitur: οἱ δὲ σύροι κἂν ζωμὸν κοὰ,&c.scriptori huic temere superstitioseq; additum. Indicant id meliores & antiquiores Græci,in quibus nulla est ea pars.Indicant & Latini,qui nihil huiusce modi habẽt: & quæ merito pro his omnibus ratio est. Quid enim Græcus homo,& ante salutarem exortum religionis nostræ hæc scribẽs,de Iudæorum parasceue,aut Christianorꝝ secunda & quarta ferijs meminisset,Christianæ superstitionis tota ea ratio est. Adijciemus hoc etiam, quod in maiore plantagine folium hic scriptor λαχανῶδες,id est,olera ceum dicit,non simpliciter ad omnia olera referendum esse, falsum enim id esset:sed ad ea tantum quæ latiore folio sunt,qualis brassica & beta est.Cuius paulominus q̃ totam formam & effigiem plantago refert. Quod & ἰνδικὸν Græci dicunt,crassius à Plinio & speciosius aliquando dictum,discrimen est,quo maioris plantaginis folia à minoris differunt.In minore siquidem angustiora, sicciora, & nigra sunt.In maiore autem uirentia,ampliora,& quod Comicus ait,succi plena. Est em̃ in plantis ἰνδικὸν quod in pecore ἔνιοφον pinguę:& ut poëtarum uocibus utamur,lætum.

λαχανῶδες.

ἰνδικὸν.

ἔνιοφον.

Περὶ Σίου Κεφ. ρμϵ'.

Σίον τὸ ὕδασιν. Οἱ δὲ, ἀναγαλλὶς ἔνυδρος. Οἱ δὲ, χῖνος ἀρωματικήν. Οἱ δὲ, σάλιον ὄνομ. Οἱ δὲ, λαχανεύεσθε.⌋ Εὑρίσκεται ἐν τοῖς ὕδασι θαμνίον ὀρθόν. λιπαρόν. φύλλα ἔχον πλατέα ἱππομολίνῳ ἐοικότα· μικρότερα δὲ καὶ ἀρωματίζοντα. ἃ πρὸ ἐδιόμενα ἐφθά τε, καὶ ὠμὰ, λίθους θυπτῆ καὶ ἐκκρίνει. οὖρά τε κινεῖ. Ἐμβρυα καὶ ἔμμηνα ἄγει. Δυσεντερικοῖς τε χρήσιμα ἐρωθέντα. Κεφαλέας δὲ ὁσαύτως περὶ αὐτοῦ τοῦτο. πόα θαμνοειδὴς ὀλίγη ἔχουσα φύλλα πολλὰ πρὸς ἀφερῆ μείζονα ἢ σισύμου, μέλανα προσηγόζοντα εὐχώμῳ.

De Sio. Cap. CXVI.

SIon.⌋Sũt qui aquaticam anagallidem, qui aromaticum,id est,odoratum iuncum,quidaren,& qui lauer appellent.⌋Nascitur & inuenitur in aquis breuis,pinguis,& pusillus frutex: latis foliis olusatro similib⁹,minoribus tantum & odoratis. Quibus crudis pariter & coctis in cibo sumptis franguñ,& excernũtur uesicæ calculi:urina dicitur:fœtus & menses trahuntur. Quinetiam contra intestinorum tormina utiliter comeduntur.De sio herbarꝝ Crateiæ uerba ea sunt:Fruticosa sium herba est,paucis foliis,circinatis,nigris,maioribus q̃ mentæ:ad erucæ figuram propius accedentibus.

INTERPRES.

FVit antiquis regibus,cum populorum pastores uolentibus iuste imperarent,non cura et studium tantum,quod poëta cecinit,regere imperio gentes,Parcere subiectis & debellare superbos: sed quod Plato ad fœlicitatem gentium optauit,studio sapientiæ gloriam suam augere:& quibus imperarent,ad tranquillitatem & opes prodesse,tantumq; in eo studio & opere aliqui profecerunt,ut nec naturam discere,nec rem rusticã pecuariam q̃ & medicinã tractare,docere q̃ alios puduerit. Omittimus quantũ medicinæ peculiariter curiosus Mithridates Ponti rex hominũ generi profuerit, cum singulas naturæ partes exquirens per subiectos sibi homines exemplaria effectusq; herbarꝝ omnium in arcanis suis reliquit: quibus Pompeij Magni gloria, Romanæ q̃ gentis imperium magis q̃ tanti regni uictoria ornaretur,& ad sanitatẽ instrueretur. Satis ad eam quam nũc tractamus rem Aegyptius rex cognomento Euergetes sit, qui dum in Homeri lectione quotidie uersatur,& plantarꝝ naturam intelligit,emendato eius poëtæ carmine contra q̃ grammatici censerent,palustrẽ plantam sion,& cum palustri apio nasci indicauit.Cecinit quondã Homerus: Ἀμφὶ δὲ λειμῶνας μαλακὸν σίον ἠδὲ σελίνου,quod ignorantes aliqui eo tempore, non σίον sed ἴον quod est uiolę, legi oportere contendebant:contra quod rei peritus rex sia non uiolas cum apijs in irriguis pratis nasci in eo poëta uoluit, non leui argumento nec indigno teste,palustre sion esse,uerumq; quod hic ait in aquis nasci & inueniri . Non est ut uidetur dubitandũ quo loco nascatur sium: quale autẽ sit,anagallis indicabit,ob cuius similitudinẽ aquatica anagallis à quibusdã dictũ est: indicabit ob eãdem causam & odoratus iuncus: De quorꝝ altero actum in primo uolumine est: de altera non multo post in hoc ipso agetur.Idem hoc sion à Romanis lauer dici hic ipse scriptor testat. Meminit aũt laueris Plinius ut credimus libro XXVI. nõ tamen idem laueri in eo sion est,quoniã de sio XXII.uolumine eiusdẽ numeri capite longius egerat,dixeratq; latius apio esse,

apio esse,in aquis nasci, plura q̃ alia quæ poterunt in eo uolentes certius expendere. Nos illud tantum mo nemus, lauer dici sion,ob nataliũ similitudinem, quoniã ambobus uita in aquis sit. Quid aũt lauer Plinio dicatur,nõ difficile erit rem diligẽter in eo contẽplantibus intellexisse. Describit em in aquis nascentẽ uul garem herbã,qua rura ferè omnia cum aceto in cibis utantur. Sunt qui credant hanc esse quam uulgus cre siones appellat. Quod nos ut nõ negamus, sic etiã non cõfirmamus. Quod aũt testamur est, nõ esse sion q̃d lauer: Id em autore Dioscoride odoratũ est, lauer nullo odore cõmendatur. Qualecunq; aũt sion sit,nõ adeo dissimile apio describitur. Nec est q̃ miretur aliquis,nostra ætate tantã rerũ incertitudinẽ, cum nec quon dam florente Græcorũ fortuna sium ut pauloante mõstrauimus,à professoribus cognosceretur:ostendunt nostræ ætatis herbarij dissimilẽ huic penitus quam illi sion uocant, fœniculi foliis, altiore crassioreq; caule. grandi in summo umbella,nisi cõfertior sit,fœniculo non dissimili,colore in cunctis albicante.

De utroq; Sisymbrio. Cap. CXVII.

SIsymbrion sunt qui serpyllũ, L qui coronã Veneris, qui herbam Veneream appellẽt. Romani austeralidem dicũt.J Nascitur locis incultis hortensi mentæ simile, latiore tantum & odoratiore folio. Coronaria herba est: uires calefaciendi habet. Facit sisymbrij semen ad uessicæ stillicidia & calculos in uino potũ. Singul tus idem sedat & tormina. Folia tẽporibus & frõti cõtra dolores capitis emplastri modo imponun tur: imponunt & cõtra apium uesparumq; ictus. Vomitiones postremo potum sisymbrium sistit. Est et alterum sisymbriũ, quod quidam à nasturcio cardaminem, quidam sion appellant: aquaticam herbam eodem quo sion loco & modo nascẽ tem. Cardaminem uero quasi nasturciam uocãt, q̃ nasturcio similis sapore sit. Circinatum habet à primo ortu foliũ: cum creuit deinde, in incisuras, quales in erucæ foliis sunt, diuiditur. Natura illi est calefacere & urinam ciere. Estur uel crudum etiam sisymbrium. Exterit utrunq; genus lentigi nes, asperamq; & adustam sole cutem emẽdat, totis noctibus emplastri modo impositũ: cum uero illuxit, humore aliquo ablutum.

INTERPRES.

NOn cessat natura quotidianis & in omni sui parte in peius mutatiõibus, q̃ grauis & facilis negligen tiæ iactura sit, homines monere: & quod poëta cecinit, degenerare omnia & in uitium ruere, ni uis humana quotannis institerit, honoremq; & bonitatẽ suam rerũ semina & genera seruare coëgerit: ut cõtraria ratione discceremus, nihil tam asperũ, rude, difficileq; & incultũ esse, quod nõ labore et opere hu mano melioresc at, & assidua cultura ad honestiorẽ suauioremq; usum mitescat: in q̃ nõ minus facilem se quacemq; homini q̃ ad uitium natura se præbuit. Multa sunt ad utranq; partẽ naturę mutationis exempla: sed lõge plura in peius degenerãtis. Facile em & lubricũ ad uitiũ iter est: degenerat q; triticũ in loliũ, popu lus alba in nigrã: ocimũ in serpyllũ: dulcia in amara, & satiua in syluestria. Habẽtq; omnia quę id patiunt mu tationis suæ diuersas causas: sisymbriũ tamẽ ut odore in mentã, figura in nepetã degeneret, præcipuã à cul turę negligẽtia: nisi em assidua cultura coërceat, & trãslatione nouos ueluti natales q̃tannis accipiat, in eas quas diximus plãtas q̃primũ diuersa sui parte degenerat. Testant id rei rusticæ, & plantarũ historiã traden tes scriptores oẽs, Theophrastusq; præsertim, qui nullibi de naturæ mutationibus his egit, ut nõ sisymbrij in mentã degenerãtis exẽplo usus sit: causamq; mutatiõis eius in quinto de plantarũ causis lõgius prosecu tus est, docẽs fieri, ut cũ sisymbriũ nõ excoluerit olitor, nec propriã illi & necessariã culturã reddiderit, alti radices agat: actisq; in altũ, omne illuc nutrimentũ cõuertat: eoq; destitutas superiores partes, infirmiores fieri, & odoris acrimoniã amittere: eaq; amissa, reliqui corporis odorẽ infirmũ languidũq; & mẽtę similem fieri. Eamq; ob causam ne id patiat, trãsferri sæpius sisymbriũ in disciplina ruris & hortorũ præcipit. Serpylli figuram & speciẽ aliquã sisymbriũ habet: ideo à quibusdã ut hic ait, serpyllũ etiã uocatũ est: quẽadmodum in similibus fieri solet. Plinius serpillũ ait syluestre sisymbriũ à quibusdã dici. Facit id negligentia & rerum ignorantia, cogitq; cõmutatis ob similitudinẽ inuicẽ nominibus, diuersa rerũ genera graui periculo misce re. Veneris coronã, & herbã Venereã, ob odoris suauitatẽ uerisimile est dictũ quondam fuisse sisymbrium: amorum enim dea, amoribus aptas tantum sibi exigit herbas: quibus coronata in cõmessationibus suis, iu uentus suauiore odoris oblectamẽto uoluptates suas commendet & augeat. Et hæc de primi aridisq; & in occultis locis nascẽtis sisymbrij appellatiõibus dicta satis sint. Quæ deinde in altero & sii modo in aquosis

nascente

naſcente à Dioſcoride numeratæ fuerunt, ab eodē etiam declarantur. Ideo enim cardamine facto à naſturcio nomine dictum quondā ſiſymbrium hoc fuit, quod ſimile naſturcio in guſtu & ſapore ſit. Tanta q́ eſt ſiſymbrij̄ huius quod cardaminem dicunt, ad ſium ſimilitudo, ut Paulus Aegineta in ſexto retulerit, dicere quoſdam cardaminem hanc ſium eſſe. Naſci hoc ij̄ſdem locis quibus & ſium, à Dioſcoride tantū dicitur, in aquoſis ſcilicet. Id q́ genus Plinius etiam deſcripſiſſe his uerbis uidetur: Lætiſſimum naſcitur in puteoꝝ parietibus & circa piſcinas & ſtagna: cum tamen hic aliter tradiderit, non circa, ſed in aquis eodem quo ſium modo naſci. Non poſſunt abundantibus rebus, deficientibus q́ nominibus, priuatim ſeorſum q́ omnia citari. Generatim neceſſe eſt uocari deſcribiq́ multa: unam q́ hanc ob cauſam medica ubiq́ materia tam pārum certa eſt, tam q́ in antiquis etiam ſcriptoribus multiplex & uaria. Nos quod poſſumus præſtamus, immenſi operis huius aliquā poſt nos aliis partē relinquentes. Laudatur ab omnibus contra ſingultus præcipue ſiſymbrij̄ ſemen. Laudatur & cōtra tormina & ueſicæ calculos, ob diſcutiendi calefaciendiq́ & siccandi quas habet uires. Non relinquemus etiā, quod in altero & aquatico ſiſymbrio fieri Dioſcorides ait: A primo ortu circinatū habere foliū cū creuerit, deinde in inciſuras quales in erucæ foliis ſunt, diuidi. In multis aliis etiā fieri, in quibus folia ſpeciē figuram q́ primam mutēt. Facit id medica herba, in qua folia ſtatim prodeūtia trifolij̄ ſunt: cū deinde creuerūt, contrahūtur, & anguſtiora fiūt: facit & ricinus, quæ foliū primo circinatū proferēs, anguloſum poſtremo oſtēdit: ex hoc gñe ſiſymbriū etiā eſt. Fit q́ hoc in plātis, quēadmodū in animalib⁹ quibuſdā, quæ primū informia, paulatim accedēte ætate, in proprios certos q́ art⁹ effigiātur.

Περὶ κρίθμου. Κεφ. τμέ.

Κρίθμον. οἱ δὲ, κρίταμον. Ῥαμνῶδες ὄζοις ϐοτάνιον, ἀμφιλαφὲς, πρὸς πῆχυν ἄνω φυόμενον. φύλλοις πρὸς πλεόνων πρὸς ὑπολεύκοις. ῥίζης τῆς ἀνθράκινης πρὸς οἰκόσι. πλατυτέροις μὲν οὖν καὶ ἐπιμηκεστέροις. ἀλμυρίζουσι δὲ πρὸς τὸ στεῦσιμ. ἄνθη λευκά. τὸ δὲ κρῖθον ὥς πρὸς λευκωτίδος μαλακόν. εὐώδη. σὺν ὠμῷ λόμ. ὃς ἐκφαυλίζει δίσαση. ϛ ἔνδον ὡς πυξὸν ἔχει τὸ σπέρμα. ῥίζας δὲ λακτύλου τὸ πάχος, τρεῖς ἢ τέσσαρας. εὐώδεις, ἡδείας. δύναται δὲ ὁ κρῖθος καὶ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα ἀναφερόμενα οἴνῳ καὶ πινόμενα, ϐοηθεῖ δυσουρεῦσι, καὶ ἰκτερικοῖς. κινεῖ ϛ καταμήνια. λαχανεύεται ἐφθόμενον, καὶ τηγανίζεται σὺν ἅλμῃ.

De Bati. Cap. CXVIII.

CRrithmon ſunt qui crithamon uocent Romani batim appellāt. Frutici ſimilis, & in duos ſtatim folioſos diuiſa ramulos herbula batis eſt, cubitali altitudine. Naſcit petroſis & maritimis locis: foliis undiq; plena pinguibus albeſcētibus q́, portulacæ foliorū figura, latioribus tantū longioribꝰ q́, & in guſtu ſalſis. Flores fert cādidos. Fructū libanotidi ſimilē, mollē, odoratū, rotundū q́. Is ſiccatus rūpitur: habet q́ intus tritici figura ſemē. Radices ſunt illi craſſitudine digitali tres quatuorue, ſuaues guſtu, & odoratæ. Seminis, radicis & foliorū decocto, anguſtijs urinæ & felle ſuffuſis medētur. Eodē mēſes etiam trahuntur. Eſturcocta cruda q́ aliorū olerum modo batis. Seruatur et in eundem uſum ſale condîta.

INTERPRES.

Chordum. QVam Græci crithmon à figura ſeminis, ut credimus, dixerunt, Plinius & alij ubiq; batim, Columella nunc batim, nunc olus chordum, q́ ſero & appropinquante uindemia condiatur, appellat: ad mare primum & in litoꝝ petris, quoniā priora ſatiuis ſunt ſylueſtria & per ſe naſcentia, inuentū: mox in hortis ubiq; ad quotidianos uſus conſitā herbam, quam ditioꝝ & plebis menſæ pariter nouerunt. Eam hic paulominus q̄ cubitali altitudine in caulē creſcere ait: cæteri palmum erigi à terra tantum dixerunt: quod in Italia, præſertim q́ in hortenſi uerius uidetur. Non ideo tamen arguendus Dioſcorides, nulla enim in his certa naturæ lex & menſura eſt. Refert q́ magnopere in huiuſcemodi reꝝ hiſtoria, quibus locis aliquid cōmentetur aliquis. Credimus q́ nos, quod hic ait cubitali ferè altitudine eſſe batim, ſic accipiendū eſſe, ut maxima omnibus locis hęc eius menſura ſit: nec altiorē cubito batim alicubi inueniri. Eſt q́ legitimus hic & ob naturæ uarietatē neceſſarius metiendi omnia modus, ut præfinito altero extremo, nec ultra nec citra id aliquid fieri intelligatur. Verbi cauſa: non naſcūtur eodem tempore cunctis infantibus dentes, ſed alijs à ſeptimo menſe, alijs ab octauo, deinceps q́: Nec mutantur ij̄dem omnibus ſeptimo anno: uerum ſunt quibus ab octauo, quibus à decimo, & quibus ultra id tempus etiam: tot q́ dētitionis tempora in pueris ſunt, quot & ipſi uiuunt, & eoꝝ naturæ tēperamenta ſunt: & nihilominus una eſt naturæ lex, unum q́ dentitionis decretorium tempus, quod eius periti obſeruantes, nec citra ſeptimū menſem naſci eos inueniētes, à natali dieſe ptimo mēſe primos naſci pueris dētes decreuerunt: eadem q́ ratione à ſeptimo mutari. Simile his eſt quod de partu & de pubertate iureconſultis & naturalis diſciplinę profeſſoribus conſtitutū eſt: quarto decimo in maribus, duodecimo in fœminis anno, pubertatē: à ſeptimo uero ad tertiumdecimū menſem partum à natura & legibus decerni. Neq; ab re: niſi eū ſic fiat, quot uiuent homines, tot oportebit leges & reꝝ menſuras decerni: quod in tanta rerum uarietate inutile ſimul & impoſſibile erit. Idem & in cæteris naturæ rationibus & menſuris obſeruandum: conſtituendum q́ animo quod extremū in re aliqua fuerit, id pro menſura & lege à Dioſcoride acceptum fuiſſe: nec ſi in noſtro orbe natū aliquid minus hiſtoria & decreto eius fuerit, uanū in ſcribendo exiſtimare. Nullibi enim in natura quantitate qualitate q́ ſibij̄ſi reſpondet: & hic omnibus ubiq; gentibus, non Aegypto tantū aut Italiæ ſcribebat: eam q́ ob cauſam quod ſibi, non his aut illis extremum natura feciſſet, pro lege menſura q́ eius accipiendū fuit. Egimus de his fortè longius q̄ oportebat,

tebat, sed non inutiliter ut credimus, ob multa quæ toto hoc opere dicta hactenus & posthac dicēda erūt. Quod meminisse legentes cupimus, & animo ubiq; repetere, innumeras esse uarietatis naturæ in huiusce modi causas, quæ seruatis rerū formis, nunc laxant, nunc cōtrahūt: modo his, modo illis qualitatibus materiā uariāt: Hanc ipsam batim siue cordū olus autore Columella malis dicere ἀμφιλαφῆ Dioscorides esse ait: uertitq; Barbarus eam uocē, per ambitū opacans: nos aūt ut supra legit. Secutus in ea ille est cōmuniorem, non antiquiorē ueriorēq; Græcę illius uocis significationē: neq; enim ἀμφιλαφὴς opacum per se & tenebricosum significat, sed ut Græci dicūt, πλουλαφιλὴς καὶ παντα χόθεν πλῆρες, quod est, multū copiosum, & undiq; plenū: & ob id in plantis & foliorū copia κατάσκιον, quod est umbrosum & opacans. Significat & ἁπλοῦν, quod duplex est, quasi ἀμφιλαβὲς, quod utrinq; & duplici ansa capi & teneri possit. Habet & alias significatiōes, ueru ex his fontibus deriuatas omnes. Varietatēq; hāc facit multiplex prępositionis illius ἀμφὶ significatio, quæ cōiuncta aliis in cōpositione uocibus, quot habet ipsa significandi uires, tot etiā in cōiuncta sibi trāsfert. Dicta ex priore illa significatiōe platanus est in Epigrāmate ἀμφιλαφής, id est, foliorū copia & magnitudine inumbrās: dictū est amphitheatrū, ἀπὸ τοῦ undiq; & in orbē totū clausum sit: dicta & multa alia ex secūda & altera ἀμφίβροτα in animalibus, quæ in utroq; elemēto agūt: dicta in decimo & duodecimo lumine luna ἀμφικυρτός, id est, utrinq; gibbosa: dictæ uestes ἀμφίμαλλα, dicta pocula ἀμφικύπελλα: illa utrinq; uilloſa, hæc utrinq; ansata: dicta ἀμφίτρητα à tergo & à fronte perforata: & ne longiores simus, dicta infinita penè alia: quæ siue à prępositione illa ἀμφὶ, siue à nomine ἄμφω formata fuerint, alterutrā significationē semper indicāt, quæ nō aliunde certius q̄ ex re ipsa cognosci possit. Quod q̄ in bati hac quęrendū modo sit, ἀμφιλαφὴς ne dixerit folioſam umbroſam: an q̄ reddiderunt aliqui, duplici caule è terra surgentē? an q̄ magis decet, ex foliorū dicq; & ideo umbroſam: an q̄ reddiderunt aliqui, duplici caule è terra surgentē? an q̄ magis decet, ex foliorū crassitudine & ordine quę pinguia & bina utrinq; in ramulis disposita ἀμφιλαφῆ merito dicta fuerint? Nobis in hāc partē inclinat animus: quoniā nō potest dici umbroſa batis, quæ breuis herba est, rarisq; & quasi per interualla foliis frondet: nec duplici caule è terra surgere, quæ fruticoſa & ramoſa est. Eāq; ob causam nos, ut legit, uertimus: qm̄ obseruauimus late patere q̄d Græci ἀμφιλαφὴς dicūt: & in homine ad ingenij abundātiā etiā & uim referri, ut est illud: εὕρουν τι ἄμα καὶ ἀμφιλαφῆ πρὸς διάνοιαν: q̄d est, fertilē mentē & uberē. Scio fore ut uideātur multis noſtra hęc humiliora, & ut Græci dicūt πάρεργα: uerū qualiacūq; ea sint, neq; ab re, neq; inutilia in cognoscenda medica materia legētibus fore credimus. Aliud postremo est & in extremo capitis calce, in quo non est nobis idē cū Barbaro sensus: Ille ait seruari batim in muria, nos sale cōdiri: licet q̄ cōmuniter & in salsura nō differāt substātia & euētu sal & muria (dilutus em̄ aqua sal, muria est.) in hoc tamē olere nō contēnendū discrimen est. Ille cōmunē ἁλμυρίζειν uerbi significationē, & quotidianā salsurę olerū rationē secutus est: nos priuatim in hoc olere, quā li. XIII. ca. XIII. Columella docuit, magis amauim⁹. Verba eius in hęc re ea sunt: Sūt etiā q̄dā herbę quas appropinquāte uindemia cōdire possis, ut portulaca & olus cordū quod quidā batim uocāt: Hę herbæ diligenter purgātur, & sub umbra expāduntur. Deinde quarto die sal in fundis fideliaq; substernitur, & separatim unaquęq; earū cōponitur: acetoq; infuso, iterū sal supponit. Nam his herbis muria non cōuenit. Non cōuenire muriā portulacæ & bati Columella ait. Tantiq; uiri autoritatē nos secuti, sale potius q̄ muria cōdiri & seruari batim diximus. At dicet aliqs forte, ab halme quę muria est, ἁλμύζειν Græcis uerbū factū esse. Scimus id quidē & nos, sed in similibus duabus rebus & euētus eiusdē, ea maluimus uti, quæ ueterū pręceptis magis cōueniret: ut siquis forte q̄d passim & ubiq; nūc etiā fit, serua re batim uoluerit, certiorē conditurę eius rationē ex ueterū disciplina habeat. Quid aūt cordum Latinis sit, & cur batim cordū olus Columella dixerit, in promptu ratio est: & Plinius aperte indicat, qui fœnū cordū à rusticis ait appellari autūnale & serotinū. Sic forte etiā Varro agnos cordos appellauit. Et quoniā Maio mēse & appetente Iunio ante seminis maturitatē olerum herbarumq; aliarū salsura fit: batis aūt nō nisi sero & Octobri mense: Ideo cordum, quasi serotinū & autumnale olus dictum est. Et hæc pro bati dicta hactenus sint, quæ de marina & inter petras ad mare nascente, dicta à Dioscoride fuerunt: satiuæ enim nullam rationem habuit: credo quia marinæ similis satiua sit, tāto marina minus efficax quāto syluestia omnia & spontę nascentia satiuis plerunq; efficaciora sunt.

ἀμφιλαφὴς

Cordū olus
Agni cordi

περὶ κορωνόποδος. κεφ. τμς'.

Κορωνόποδες. οἱ δὲ ἄμμωνος, οἱ δὲ, ἀστριον. ἄφροι ἀλεξσίπτη. ῥωμαῖοι καὶ γιγγιβάριαμ. πρόμηκες βοτάνιον τὰ φύλλα. λαχανεύεται δὲ καὶ ἑφθόμενον. ἐσθιόμενον. πρὸς κοιλιακοὺς πρόσφορον. γίνεται δὲ καὶ χέρσοις τόποις, καὶ ἐν τοῖς ὁδοῖς.

De Coronopode, id est, herba cornicis pede. Caput CXIX.

COronopoda quidam sunt qui ammonon, qui astrion, qui stilaginē uocent. Aphri atrisipten. Romani casiarticem siue sanguinariam appellant. Oblonga herbula est: per terrā sternit: & folia incisuris diuisa habet. Estur & hæc olerū modo cocta. Radicē habet gracilem, in cibo adstringentem, ideoq; cœliacis utilem. Nascitur locis incultis, aggeribus & semitis.

INTERPRES.

SCripsit de coronopode hac iampridem multa Leonicenus, uir nostra ætate dignus, cui multum deferant bonarū literarū cupidi, in cōmentariolo eo quod de Plinij erratis aliquot edidit. Conatusq; inter cætera est, quā hic Romanam appellationem coronopodis casiatricem esse dicit, ostendere ab Apuleio galli crus dictā fuisse, & ex galli crure ab imperitis Græcorum librarijs cicatricem in hoc scriptore factam esse. Quod si confirmare ego ausim, uaticinari magis q̄ censere me credam. Nulla enim eius uocis uestigia in hac supersunt. Nec cōiectura aliqua in ea se offert qua quod ignoratur & latet, in lucē trahi possit.

Illud potius admittendum, quoniam Græci à cornicis pede eam uocauerunt, uerisimile esse Latinos à galli crure congruentibus aliis notis ob similitudinē nomen illi fecisse: quēadmodum ab aliquibus etiā non cornicis sed coruinus pes hæc ipsa nominatur. Idem præterea eandē à Plinio ait lib. xxiiii. gramen aculeatū appellari: de quo dubitandū nulli esset, si hic aut aculeatā dixisset coronopodem, aut quod aculeos indicaret, aliquid illi adiecisset. Quam ob causam non sine ratione subsistet in Plinio aliquis, audiēs inter aculeatas li. xxi. & secūdo coronopoda ab eo numerari. Nec nos Plinii arguimus, sed uarietatē historię demiramur: dubitamus q; posse eam notā Dioscoridi deesse. Theophrastus lib. viii. de ea tradidit humi caulescere, quod hic ait per terrā sterni: numeratq; inter aculeatas & sponte nascentes. Vulgaris & ubiq; fere nascens herba hæc est: Vidimusq; nos trifida partitione in summo cacumine diuisam, eadē forma & longitudine, qua in aliis illis digiti & ungues sunt: à qua nota nomen illi merito factū est. Nullos sensimus in ea aculeos: nec in summis desinentijs illis cuspidē aliquā, nisi forte in uirente adhuc nullæ poterant deprehendi spinæ. Ecquis etiā nouit quā Columella lib. xiii. in conditura aliarū herbarū miluinū pedē appellat, coronopus hæc sit? Ex quo hic ait, coqui ut reliqua olera. Quod em̄ uirens coqui potest, sale conditū poterit etiā habere usum. Nihil enim refert à qua aue, modo respondeat similitudo, nomen illi aliquis fecerit. Nasci hanc in terrenis Barbarus dixit: cū incultis locis dicēdum esset, eandem ob causam, ob quā alias in malua & alibi diximus. Nec solum ipse, sed cæteri omnes domi aut in domibus nasci coronopodem dixerūt, nō animaduertētes si locis incultis nascitur, nō posse domi, siue hortū, siue impluuiū, siue aliū intelligas locū, nasci. Et præter id parum apte dici nasci aliqd huiusce modi in domibus. Cur aūt omēs eodē modo locū uerterint, cōmunis Græcorū omnium lectio fecit, in quibus ἐν δώμασι legitur. Nos monente re & uetere codicū fide admoniti, in quibus non ἐν δώμασιν quod est in domibus, sed una tantū mutata litera ἐν χώμασιν, id est in aggeribus uertimus: qui in incultæ terræ censu sunt, quēadmodū & semitæ & itinera quæ statim aggeribus cōiunguntur.

περὶ Σόγχου. κεφ. τμξ'. De Soncho. Cap. CXX.

Σόγχος ξάχυς. ὁ ἢ, κιχώριον. ῥωμαῖοι κουκούβιτα ἄγριον. ἄφρον καθουόνιμ. τούτου ἢ δύο εἴδη. τὸ μὲν ἀγριώτερον καὶ ὀξύτερον καὶ ἐδώδιμον. καυλὸς δὲ γωνιοειδὴς ἐνίοτε καὶ ὑπέρυθρος. φύλλα ἔχει ἐκ διασημάτων ἐχόμενα τὸ περιφερές. δύναμις δὲ αὐτῶν ὅτι ψυκτική. μετρίως ὑπερύφουσα. ὅθεν τοῖς ἀπὸ χολῆς καυσουμένοις καὶ φλεγμοναῖς, καταπλασσόμενοι ἀχμάζουσιν. ὁ ἢ χυλὸς καταφορούμενος, διὰ μύλης τοῖς ἀπὸ χολῆς καταπραΰνει. ἡ γάλα καταπλασθεῖσα ἢ ἐν ἐρίῳ, διακτύλῳ καὶ μίξασα φλεγμοναῖς βοηθεῖ. ἡ ἢ πόα καὶ ῥίζα καταπλασθεῖσα σκορπιοπλήκτοις ἀγαθή. ὁ ἢ ἕτερος σόγχος ὁ καὶ ξυφοειδής, λευκὸς ἐσί. καὶ πλατύφυλλος. τὰ ἢ φύλλα διαλείπει τὸν καυλόν. καὶ δύνατος ἢ τὰ αὐτὰ ποιεῖν.

SOnchon trachyn, id est, sonchum asperā, sunt qui cichoriū appellēt. Aphri gathuonē. Romani cicerbitā asperā uocant. Duplex sonchi genus est: agrestius & aculeatius alterū, tenerius alterū & quod edēdo est: Angulosus soncho caulis est, cōcauus, & aliquādo rubescēs. Folia habet p interualla circūcurrētibus in ambitu incisuris. Vis & natura eius refrigerare adstringereq; mediocriter: eapropter emplastri modo impositæ, stomachi ardoribus & inflāmationibus prosunt. Succus præterea in sorbitione datus, stomachi erosiones lenit, et lactis abundantiā facit: quinetiā sedis muliebriūq; locorū inflammationibus in lana appositus, succurrit. Contra scorpionū ictus radix sonchi et folia opē ferūt. Est præter hæc tertiū sonchi genus, tenerū, arborescēs, latiore folio, in quo ramosum caulē folia interscāt. Potest tertia hæc sonchus q̄cunq; &illę possunt

INTERPRES.

ESTur toto fere anno sonchos, sed nihil autumno, quo tēpore post primas pluuias nouo ortu teneriorē frondet, in acetarijs nostris frequentius est. Eam ut hic etiā testat, rura nostra & omnis Hetruria cicerbitā uocat. Non ideo tamen credimus fuisse hoc eius antiquū nomen. Potuit enim ex non multo tēpore Dioscoridi accreuisse, eo quo à principio diximꝰ modo. Est ubi crispinus, & ubi lactucella sonchus uocet: Quotq; toto orbe gētes sunt, tot ferē huiusce modi herbarū appellationes audiunt. Nihilq; in medicę materię disciplina periculosius est, q̄ neglectis rebus, nominū tātum sollicitū esse. Nota omnibus sonchus est: certas em̄ habet notas, & si in scriptoris huius historia omissum uideat q̄d præcipuū in ea est, cuiusq; meminit Plinius, & unde lactucella à quibusdā dicta fuit. Id aūt est lactis liquor, q̄ fractis caulis eius manat. Potuit à Dioscoride ꝓpterea q̄ nota uulgo sonchus sit, ea nota relinqui. Potuit perijsse, ut perierat etiā in caulis descriptione ὑπόκενον, q̄d est inanis & uacuus: quæ uox in cōmuni Græcorū lectiōe nulla est: & ex alijs in quibus erat, restituta à nobis fuit, præsertim monēte id Plinio, q̄ ait caule cubitali, angulosō, intus cauo, & q̄ fractus copioso lacte manet: quæ omia manifeste sonchus habet. Inter aculeatas herbas, sed nō simpliciter à Theophrasto lib. vi. sonchus numerat. Aculeat enim post q̄ induruit & arescere cœperit. Fecerūt cęteri omnes sonchi duo genera: appellauerūtq; alij candidā & nigrā, alij asperiorē & mitiorē: alij edendo, alij nō edendo esse dixerūt, eadē rei diuisiōe & significatiōe. Vbiq; enim duo illa nascūt genera. Solus Dioscorides tertiū genus sonchi arborescētis fecit, quo caret Italia. Nec nos hactenus qualis ea sit & ubi nascat, à quoq; audiuimus.

περὶ Σέριδος. κεφ. τμή. De Intybis. Cap. CXXI.

Serin

Σέρις. Λοι δὲ πικρίδα. αἀγύπτιοι ἄγον. ξωμαῖοι ἴντυβον μὰχρέσεμ. διοσκ. ⌊ἄγρια καὶ ἥμερα. ὧν ἡ μὲν ἀγρία πικρίς, ἡ καὶ κιχώρι ον καλεμένη. ἡ δὲ ἥμερος ἐστὶ καὶ πλατυφυλλοτέρα καὶ εὐσταχωτέρα καὶ κιτρωδεστέρα. καὶ ταύτης δὲ ἡ μὲν ἥμερον εἶδος. ἡ μὲν γάρ τις ὅση δρεπανοειδεστέρα καὶ πλατύφυλλον. ἡ δὲ, στενόφυλλος καὶ ἔμπικρος. πᾶσαι δὲ συμπικραί. ψυκτικαί. καὶ εὐστόμαχοι. ἰσάσιν δὲ καὶ κοιλίαν ἐφθαί. μετ' ὄξους λαμβανόμεναι. καὶ μάλισα ἂι ἄγριαι εὐστομαχώτεραι. ἕρωσθέσαι γάρ, ἀρτιοῦται στόμαχον πεπηροῦσι καὶ καυστούμενον. καὶ ἁπλασσόμεναι δὲ σὺν ἀλφίτῳ καὶ καθ' ἑαυτὰς, καὶ δυσεντερικοῖς εἰσὶ χρήσιμοι. προσάγουσαι καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς βοηθοῦσιν. ἡ δὲ πόα καὶ ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα, σκορπιοπλήκτοις ἀρήγει. καὶ ἐρυσιπέλατα σὺν ἀλφίτῳ ἰᾶται. σὺν ψιμυθίῳ δὲ καὶ ὄξει ἔστιν ὁ χυλὸς αὐτῆς ἐπίχρισος τῶν φύξεως λεμμάτων.

SErin ⌊Aegyptij agon. Romani intybum dicunt. Duplex intybi genus est, ⌋ agreste & erraticũ alterũ, ab amaritudine picris & cichoriũ appellatũ: latioribꝰ foliis alterũ, satiuũ & in cibis gratius. Satiui rursus duplex itidem genus: lactucæ similius alterũ & latifoliũ: angustifoliũ alterum, & quadantenus amarum. Adstringunt ambo, refrigerant, & stomacho accõmodata sunt. Aluum elixa sistunt. Eadem ex aceto sumpta, præsertimq; erratica, stomacho utiliora: ardores enim & infirmitates eius in cibo leniunt. Cardiacis eadem per se & cum polenta utiliter emplastri modo imponuntur. Podagris & oculorum inflammationibus subueniunt. Contra scorpionum ictus intybꝰ radix & folia utiliter emplastri modo imponuntur. Medẽtur sacris ignibus cum polenta: cum cerussa uero & aceto intyborum succo inunguntur quæ refrigerari oportet.

INTERPRES.

PRima oleris huius & amplissima diuisio est in satiuũ & erraticũ: dico aũt erraticũ, quod sponte sua natũ omni humano cultu caruit, qualia in plãtis & disciplina ruris multa tecit natura, fœniculũ, serpyllum, plurag; alia à ueteribus Latinis sic appellata, q; sub nulla olitoris aut agricolæ lege libera uagant & errant: Ideoq; incastigata satiuis minus speciosa sunt. Quod manifeste in intybo deprehẽdit, cuius à principio unũ idemq; genus hac una ratione in duas statim distrahit species, quarꝝ diuersæ penitus notæ sunt: Amarescit em erraticũ, & angustiore folio est: satiuũ ori & in cibo gratius, latioribusq; foliis: quod aũt unũ idemq; in ambobus seruat, flos est, & qui flores ferunt ramuli, quos natura nobis indulsit, ut esset unde satiuũ intybũ facere uolentes, erraticũ cognosceremus. Post primã deinde & amplissimã diuisionẽ illã, alia rursus accedente maiore diligentioreq; cultura & hominis labore, diuisio facta est: discretũq; satiuũ intybum in lactucæ dulcedine foliorumq; quantitate & figura simile: &, quod minus eo sit, & amarulenti saporis. Et hic census intyborꝝ nostra ætate etiam est: uocatq; Florentinus ager erraticũ & amarum primum intybũ illud, quod Græci ab amaritudine picrida nominãt: gentes aũt aliquæ priuatim cichoriũ, à multis q̃ habet in radice capillamenta, radiculã. Idq; huic nomine genus est, quod translatũ terraq; sæpius obrutũ, candoꝝ tenẽ numerata. Satiuũ deinde illud uno intybi nomine nunc censetur: & si corrupta ab intybo uoce Hetruria eam tenẽritudinẽ acquirit, & maiorẽ amaritudinis partẽ amittit: duoq; hęc genera sunt à Dioscoride primũ diuiã passim appellat. In hoc & maius & minus est, dulcedinisq; & amaritudinis discrimẽ aliquod: quod ut uidet ex una diligentia & culturæ ratione euenit. Prius illud notissimo uersu in Georgicis suis indicauit Maro cũ dixit: Et amaris intyba fibris. Intelligens enim intybum generis nomen ut Græcis seris est, Latinis etiã amaritudinẽ, ut ad certã cõtraheret speciẽ, addidit: Secundũ illud Galenus, dicẽs: κιχώριον ἢ ῥωμαῖς λεγόμενον ἴντυβον, quod est, cichoriũ quod Romani olus intybi appellant. Indicauit & Flaccus cũ cecinit: Me cichorea leuesq; maluæ &c. Est enim cichorion peregrina Græcis etiam uox, quæ omnia hæc intyborꝝ genera simul indicet, & si ab aliquibus ad primũ illud & amarꝝ intybũ contracta fuerit. Nihil ut uidet in antiquis scriptoribus circa congeneris plantæ huius appellationes certũ est. Theophrastus libro VIII. de plantarꝝ historia cichorion appellat sylueſtre illud genus quod eodẽ autore ab amaritudine nomen inuenit: agit em de herbarũ caulibus, ait q;: ὁ δὲ τοῦ κιχωρίου μίσχος καὶ ἀπροφύτους ἔχων πολλοὺς ἴτεας καὶ διασχιστοὺς καὶ διὸ καὶ δασυμῶν χρῶνται. quod est: cichorei autem caulis magnus est, multas habet ueluti brachia agnationes: lentus itidem est & in frangendo contumax, quam ob causam pro uinculis eo utuntur: qua descriptione uidetur amarum, agreste illud significare. Idem paulo post picridem hoc ipsum appellat: Sæpe etiam in describenda in aliquibus latiore foliorum figura, κιχωριώδη ea appellat, id est, cichorio similia, satiuum indicans: hoc enim latiore & lactucino folio est. Paulus Aegineta Romana appellatione usus, in primo ἴντυβα totum hoc genus uocauit. In sexto deinde satiuum agreste q; & amarum uno eodemq; nomine serim: In secundo postremo serim satiuum: intybum agreste. Plinius libro primũ XIX. capite VII. à lactuca digressus, satiuum esse intybum his uerbis declarat: Nec ex eodem genere possunt dici nec ex alio, intybi: paulo q; post. Est & erraticum intybum quod in Aegypto cichorium uocant. Mox iterum libro XX. capite VIII. de erratico & satiuo hæc ait: Intybi quoq; nõ extra remedia sunt. Erraticũ apud nos quidam ambubeiã appellauere: in Aegypto cichorium uocãt quod sylueſtre sit: satiuũ autem serim. Columella lib. II. cap. XVIII. cum docet quomodo prata colantur: Primũ ne stirpes aut spinas &c. atq; alias ante hyemem, alias per autumnum extirpemus ut rubos, uirgulta, iuncos, alias uellamus, ut intyba ac solstitiales spinas. Qua descriptione intyba indicauit quæ sylueſtria sunt. Satiua em in pratis nõ inueniũtur. Idẽ postea lib. IX. cap. XIII. cũ de educãdis anseribus agit, serim satiuã appellat his uerbis: Paluſtris quoq; sed herbidus destinet ager: atq; alia pabula cõserant,

Erratica.

ut uitia, trifoliũ, fœnumgræcum: sed præcipue genus intybi quod Græci appellant serim. Postremo Palladius in Octobri mense satiuum intybum uocat: uerba eius sunt: Mense Octobri serēda sunt intyba quę hyemi seruiāt &c. Ex his quæ tam multa & longissime repetita à nobis sunt, colligere facile est, nullā in his nec Græcis nec Latinis certā perpetuamq; appellationem esse: sed in Græcis cichorium nunc agreste, nunc satiuum intybum indicare: picridem semper agreste, quēadmodũ serim plerūq; satiuum. In Latinis intybũ modo satiuum modo agreste: ambubeiā aũt agreste semper. Nec fore antiquos autores legentibus aliquid utilius, q̃ precedente rei coniectura, contrà q̃ in cæteris fit, non ex uocibus res, sed ex rebus uoces intellexisse. Solus Celsus lib. II. cap. XXIX. de utroq; genere agens ad certas uoces in medicina rem c ōtraxisse uidetur, satiuumq; intybum, sylueſtre ambubeiam appellasse. Verba eius sunt: Lenticula cui uel beta, uel intubus, uel ambubeia &c. alterutrũ sumi iubens: aut satiuum, quod intybum, aut agreste, quod ambubeiam uocat. Censeremq; ego, quoniā graui periculo in medicina hæc uariant, satiuum in Græcis serim, in Latinis intybum: agreste in Græcis picrida aut cichorium, in Latinis ambubeiam semper appellari: ut certa nominum ratio certā legētibus rē indicaret, nisi in medicæ materiæ nomenclatura audacior uideri aliqbus timerē.

Περὶ κονδρίλλης. κεφ. τμβ'.

Κονδρίλλη. δι᾽ ἣν μή τινες κιχώριον καλοῦσιν, ἤ σέριδα. τὰ μὲν φύλλα ὅμοια τῷ καυλῷ, ᾧ τὰ ἄνθη ἔχει κιχωρίῳ ὅμοια. ὅθεν μὴ εἰδότος αὐτὸ ζωὲς εἶναι πρὸ σέριδος ἀγχίας, λεπτότερον δὲ τὸ ὅλον. περὶ δὲ τῆς κλωβιόις αὐτῆς εὑρίσκεται κόμμι, ὅμοιον μαστίχῃ. μεγέθει καμμαῖα. ἄ ζωα προσεθέντα μετὰ σμύρνης λεῖα, ζῦ ὀθονίῳ, μέγεθος ἐλαίας, ἐμμιλωᾶ ἄρτι. ἡ δὲ πόα σὺν τῇ ῥίζῃ κοπεῖσα, εἰς τροχίσκους ἀναπλάσεται μικυμμώου μέλιτος. οἱ ζωες δὲ ἐνδέντες τὸν οἶνον μιγνύμενοι, ἀλφοὺς ἀποσμήχουσιν. ἀνακολλᾷ δὲ καὶ τρίχας τὸ κόμμι. καὶ ἡ ῥίζα δὲ πρόσφατος πρισθεῖσα τὰ αὐτά. καπνομένης εἰς αὐτὴν θελώνης. μὴ προσαγομένης ταῖς θριξίν. ἁσμόζει δὲ μὴ πρὸς ἕλκη σὺν οἴνῳ πινομένη. μὴ κοιλίαν ἴσχουσιν ὁ χυλὸς αὐτῆς ἐφθεὶς σὺν οἴνῳ μὴ πρεῖος, μὴ καθ᾽ αὑτόν. ἔστι δὲ μὴ ἕτερον εἶδος κονδρίλλης. φύλλον δὲ ἔχει πεπλατυσμένον. πόμακες. ἐπὶ γῆς ἐσχισμένον. καυλὸν δὲ ὀργυῆν μεσόν. ῥίζαν δὲ λεπτήν. ἔπακμον. κούφως. σχοινώλην. ὑπόξανθον. ὀργυῆν μεσίην. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ καυλὸς μὴ τὰ φύλλα πεπτικήν. ὁ δὲ ὀπὸς ἔχει τὴν ἐν θλεφάροις ἀνακολλητικός. φύεται δὲ ἐν γεώδεσι μὴ ἐργασίμοις χωρίοις.

De Condrilla. Cap. CXXII.

COndrillan sunt qui & hãc cichorion aut serim, id est, ambubeiam aut intybũ appellent. L Romani pariter Græcis condrillam dicũt. ⌋ Folia, caulem & flores, ambubeiæ, id est agresti intybo similia habet. Ide ó; agrestis intybi speciẽ aliqui esse eam dixerũt: tota tamen tenuior est. Inuenitur; in imis ramulis eius fabę magnitudine gũmi mastichæ simile, quod tritum & cũ myrrha in linteolo oliuæ quantitate fœminis subditũ, mẽses earũ ducit. Olus uero ipsum unà cũ radice tusum, mox in pastillos cũ melle conformant, additó; nitro dilutis aqua pastillis his uitiligines exterunt. Reglutinat etiã gũmi illud palpebra; pilos. Facit ad eadẽ & recens eius radix demersa in eam acu, & palpebris cũ humore illo admota. Bibit contra uiperas condrilla in uino. Aluũ fistit succus eius cum uino coctus & potus. Potest & per se idem. Est & altera cõdrillæ genus: foliũ habet ueluti circũrosum, oblongum, per terram stratum: caulem liquore, lactis maden tem, radicem tenuem in mucronem definẽtem, inanem, rotundam, flauescentem, eodem liquore plenã. Adiuuãt cõcoctionẽ caulis & folia. Succus reglutinandis palpebra; pilis utilis est. Nascit cõ drilla hęc lutosis pinguibus; & cultis locis.

INTERPRES.

INtybis congenerẽ esse condrillam, argumento est uetera; omniũ de ea historia: qui ab intybis statim de condrilla agentes, eam illis coniunxerunt, deinceps; descripserunt, quã natura coniunxerat, & simul docendã esse ob similitudinẽ monuerat. Plura cæteri omnes q̃ hic de ea docuerũt, caule pedali & amarissimo totã sapore esse: radicẽ habere numerosam, gũmi illud proximũ terræ in ea inueniri, & candidũ cõspici florẽ, multa; alia, quæ quoniã in Corollario suo à Barbaro collecta fuerũt, à nobis relinquunt. Adiicimus hoc solum, tantã esse illi cũ ambubeia quã diximus agreste intybum similitudinẽ, ut sæpe legẽtes in cãpis fallat. Nascit ut hic etiã ait pingui & lutoso solo: quẽ habitũ una uoce χώλοσιν χωρίοις fœliciſſime Dioscorides indicauit, χώλη enim χωρία in re rustica ueteres dixerũt eas agrorũ partes, quæ nullos habẽt terræ mixtos lapides, sed solam terrę profunditatem: ob quam causam non dilabentibus per lapidũ interuenia aquis lutosus ager & pinguis fit, Id; una τῶν χώλων uoce Dioscorides mõstrauit. Sit autem hoc an secus, quod Barbarus uertit nasci in terrosis, aliorum iudicium sit: Nos rem primum, mox uocis rationem secuti, & pinguibus lutosis; locis nasci eam diximus.

Περὶ κολοκύνθας. κεφ. τν'.

Κολόκυνθα ἐδώδιμος, ὠμὴ κατα πλασθεῖσα λᾶσα, οἰδήματα μὴ ἅρπεματα πραΰνει. τὸ δὲ ξέσμα αὐτῆς παμμίοις συμπώσιν, ὠφελίμως κα-

De Cucurbita. Cap. CXXIII.

COlocynthan L. Romani cucurbitam dicũt. ⌋ Tumores et absessus lenit cruda cõcisa; & mox emplastri modo imposita cucurbita q̃ edẽdo ẽ. Ramẽta eiusdẽ cõtra

τὰ τοῦ ἐγκεφάλου κατάπλασις. ἡ δὲ πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς ἡ πρὸς ἀγρυπνίας ὁμοίως. ὁ χυλὸς ἢ τὸ ἔνσμα τῶν θλιβέντων, πρὸς ὠταλγίας καὶ ἐὰν μετὰ ῥοδίνου ἐγχυματίζωμεν ὠφελεῖ. καὶ πρὸς καυσουλκὴς δὲ αὐτῆς ἀπροσδιαθείσης καὶ ἐκθλιβείσης ὁ χυλὸς πινόμενος μετὰ μέλιτος ἐξαχέλαινας αὐτὴν ὠμὴν ἐγχέας τε οἶνον καὶ ἁλίσας, καὶ πάσας τὲ πίνῃ νύκτας, μαλάττει κοιλίαν κούφως.

tra capitis in infantibus ardores quos ſyriaſim uocant, utiliter emplaſtri modo ſincipiti imponunt. Imponunt ramẽta eadẽ oculorũ inflãmationibus & podagris eadẽ utilitate. Medetur ex cucurbitæ ramẽtis expreſſus ſuccus doloribus auriũ: In quẽ uſum per ſe & addito roſaceo auribus inſtillatur. Inungit eo etiam utiliter in ardore febris ſumma corporis ſuperficies. Elixæ totius cucurbitæ mox expreſſæ ſuccus, additis exiguo melle & nitro, aluũ leniter ſoluit. Siquis etiã in excauata cruda cucurbita uinũ infuderit, & p̃ noctẽ ſub dio habuerit, tẽperatũq; ieiunꝰ biberit, aluũ leniter molliet.

INTERPRES.

QVotidianus ſed uulgaris uſq; dum ligneſcat cibus cucurbita eſt, q̃bus naſcit locis omnibus pariter nõ ſta. Nihil ideo lõgius de ea repetendum. Quod in medicina nouiſſe inutile nõ ſit, ex Græcorũ placitis quid infantiũ ſyriaſis ſit, breuiter dicemus: cuius mali appellatione Romani caruerũt, & ſi Plinius ardores capitis id lib. xx. capite tertio appellauerit. De ſyriaſi aũt hac Græcorũ medici, præſertim q; Paulus Aegineta his uerbis docuerũt: Inflãmatio partiũ circa cerebrũ mẽbranas eius in infantibus, ſyriaſis eſt. Concauum fit in ea ſinciput: cõcaui itidẽ cũ pallore oculi: accedit etiam totius corporis ſiccitas. Succurrit huic malo impoſitus ſincipiti cũ roſaceo uitellus oui, ſic tamen ut cõtinua mutatione renoueẽ. Oportet eodẽ loco etiã imponere herbæ quã heliotropiũ Græci, Latini ſolarẽ dicũt folia, cucurbitæ ramenta, cucumeris quẽ peponẽ uocant adiacentẽ carni cutẽ, aut hortẽſis ſolani cũ roſaceo ſuccũ. Græci dulcẽ & quæ edendo eſt cucurbitam fœmino genere in ſecunda declinatione κολοκύνθαν dixerunt: medicã uero & amarã, de qua ſuo loco lõgius ageẽ, in quinta: & ab hac diminuta appellatione κολοκυνθίδια. Eſt & illud animaduertendũ, in dulci cucurbita ex duplici genere duplex etiã nomẽ eſſe: rotundæ & in globũ tumenti q̃ cucumeri ſimilis ſit, σικύα: tereti & in lõgitudinẽ extẽſæ, κολοκύνθα: Latini utrãq; eodẽ cucurbitæ nomine appellauerũt: docuitq; Columella in carmine ſuo, qua ratione ex eodẽ ſeminio utrunq; hoc genus fieri poſſit. Verſiculi eius ſunt: Prægnansq; cucurbita ſerpit. Vna neq; eſt illis facies: nã ſi tibi cordi Lõgior eſt gracili capitis quę uertice pẽder, E tenui collo ſemen lege: mox ſi globoſi Corporis atq; utero nimiũ quę uaſta tumeſcit Ventre leges, medio ſobolẽ dabit illa capacẽ &c. Quod q̃ in carmine de hac ipſa re omiſerat, in p̃ſa nõ multo poſt addidit expoſitura & ſatione ſeminis idẽ diſcrimẽ fieri. Verba eius hæc ſunt: Aquoſis aũt locis primo quoq; tpe nõ tamẽ ante calendas Martij ſemen ponendũ eſt, ut deferri poſſit æquinoctio cõfecto. Idq; de media parte cucurbitæ ſemen inuerſo cacumine ponito, ut fiat incrementi uaſtioris: nam ſunt ad uſum uaſorũ ſatis idoneę. At ſi eſculẽtas merci præparabis, recto cacumine de collo cucurbitæ ſumptũ ſerẽdũ erit, quo prolixior & tenuior fructus eius naſcaẽ. Sed eò iã unde digreſſa eſt reuertaẽ cõmentatio hæc noſtra. Satis eñ de cõſerenda cucurbita ueteres rei ruſticæ ſcriptores docuerunt. Nobis illud tñ ſciẽdũ, globoſam à cucumerũ figura cucurbitã σικύαν à Græcis dictã fuiſſe: & ſi Athenæus in ſecũdo ſui dipnoſophiſtæ huiuſce modi nominũ rationẽ miſceat, teſteturq; Helleſpontios, lõgas cucurbitas σικύας uocare, κολοκύνθας aũt globoſas & rotũdas. Nobis tamẽ cõmunẽ ſequi æſtimationẽ magis placuit: nec ſatiuã præterea cucurbitã tãtũ ſic Græcos appellaſſe, ſed medicã & uentroſam illã, quæ in quotidiano medicinæ uſu eſt, & cucurbita ſiue cucurbitula paſſim diciẽ: propterea q̃ nunc ex uitro medicæ fiunt cucurbitæ, ex globoſa cum penitus aruiſſet cucurbita hac, à principio in uſu fuerunt. Sunt enim in hoc genere exiguo globo, nec pomi magnitudinẽ excedentes.

Syriaſis Ardores capitis.

Vtraq; cucurbita.

Περὶ ἡμέρου σίκυος. Κεφ. τνά.

ΣΙκυος. ἥμερος. εὐκοίλιος. εὐστόμαχος. ψυκτικός. οὐροδιεγόμενος. κύστει ἁρμόδιος. ἀνακτικὸς λήθης θυμῶν ὀσφραινόμενος. καὶ πρὸς τέγμα αὐτοῦ μετρίως οὐρητικὸν ἁρμόζον σὺν γάλακτι ἢ γλυκεῖ πρὸς τὰς ἓν κύστει ἑλκώσεις. τὰ δὲ φύλλα αὐτοῦ σὺν οἴνῳ καταπλασθέντα, καυσώδη κτᾶται ἰᾶται. σὺν μέλιτι δὲ ὠφελεῖ νυκτίδας.

De Satiuo cucumere. Cap. CXXIIII.

SIcyn hemeron Romani ſatiuũ cucumerẽ dicũt. Bonã facit aluum ſatiuus cucumis. Stomacho accõmodatus eſt. Refrigerat: nõ corrũpit in ſtomacho, licet ægre cõcoquaẽ. Veſſicæ utilis. Olfactu defectꝰ animæ reſtituit. Habet ſemen ciendæ urinæ mediocrem uim. Cõtra ueſſicæ exulcerationes cũ lacte paſſo'ue idẽ utiliter bibit. Medent canũ morſibus ex uino emplaſtri modo impoſita eius folia. Ex melle uero ulcera quę epinyctidas uocãt. Caro aũt eius quẽ peponẽ uocãt, ciendę urinę utilis in cibo ſumpta. Eadẽ emplaſtri modo impoſita, oculorũ inflãmatiões lenit. Superior peponis cortex, q̃ quaſi ſinciput & umbilicus eius eſt, in capitis inflãmatiõe quã ſyriaſim dicũt, infantium ſincipiti utiliter imponitur.

Περὶ πέπονος. Κεφ. τνβ'.

ΗΔὲ τοῦ πέπονος σὰρξ καὶ αὐτὴ οὐρητικὴ ἐσθιομένη. καὶ ἁπλασθεῖσα δὲ ὀφθαλμοὺς φλεγμονὰς πραΰνει. τὸ δὲ βρέγμα αὐτοῦ συρῶπι παιδίοις κεφαλῆς βρέγματος ἐπιτίθεται,

ἡ ῥύμα ἀλιζομένοις ὀφθαλμοῖς ἀντὶ ἀνακολλήματος κ[illegible] μετώπου. ὁ δὲ χυλὸς σὺν τῷ σπέρματι μιγεὶς ἀλεύρῳ καὶ ἐξηραν θεὶς καὶ ἡλίῳ σκιῇ γμα γίνεται ξυπτικὸν καὶ λαμπρωτικὸν προσώπου. ἡ δὲ ῥίζα ἑφθὴ σὺν ὑδρομέλιτι ὀλκῇ, ἐμέτους κινεῖ. εἰ δέ τις πρωΐ ἐξαναπιὼν ἐμέσαι δεήσει, ἀρκέσουσιν ὀβολοὶ β'. ὑγιάζει δὲ καὶ κηρία καταπλασθέντα μετὰ τοῦ μέλιτος.

Imponitur & fronti, ut in oculos destillationes cõ pescat. Mixtus farinæ & in sole siccatus unà cum semine peponis succus, exterendæ cuti & leuigando uultui utilis est. Facit uomitiones siccata peponis radix drachmæ pondere in dulci aqua pota. Siquis etiam à cœna leui uomitione purgare se uoluerit, satis oboli duo erũt. Sanat hæc ipsa etiam radix ulcera quos fauos dicunt, ex melle emplastri modo imposita.

INTERPRES.

Disputatum me puero longius, nec aliter q̃ pro foris & aris pugnatũ aliquando ĩt cœna patris inter amicos aliquot, quos ille ad uoluptatẽ magis cõpotores q̃ ad honorem cõuiuas ea die uocauerat, de peponibus est, non quales quondam fuissent, nec quæ in antiquis Græcor̃ Latinorum q̃ scriptoribus eor̃ historia inueniri nunc possit: sed q̃ erat illic (ut ferè sunt) quot uultus tot etiã ingenior̃ discrimina, qui naturã & qui ganeam amaret, laudaret, & ad eam omnia referret: quod in pomorũ totius q̃ operæ pericarpĳs (dico aũt pericarpia omnem quæ foris pomorũ huiuscemodi caro interiora claudit & cõtinet semina) naturæ cõsilium fuisset. Disputationi causam fecerant post cœnam relata in mensam purgata peponũ semina: quæ absumi contẽplatus naturæ professor ille iratus, & uelut is qui parentes corã se distrahi & perire uideret, ingrate, iniuste & impie facere eos exclamauit, quibus non satis esset quã seminibus natura tutelã, & quasi lectisterniũ ad maturitatẽ cõseruationẽ q̃ dederat, peponũ carnẽ absumpsisse, nisi semina ipsa etiã penitus perderent. Nec aliud (si fecerint id omnes) fore quod illi tunc agerent, q̃ castratis animalibus cunctis, quod cõtra mortẽ datũ omnibus generis subsidiũ est, totã nouæ, plissem deo, naturæ, & nobis auferre. Vt q̃ erat continuus huiuscemodi rei cõtemplator, ex Hippocrate Theophrasto' que certius & ex professo docere cœpit, quantũ ad conseruãdas rerũ & plantarũ formas in seminibus naturæ studiũ fuisset: quo artificio, q̃ multis munimẽtis & tectorĳs dũ absoluũtur, & ad nouæ generationis tẽpestiuũ tẽpus seruãt, ab oĩbus iniurĳs tutata semina illa sapiẽs artifex fuerit: q̃d q̃ seminib⁹ his, siue coriũ, siue cutis siue callũ, spina, pappus, testa, lignũ caro' ue sit, adiectũ à natura fuerit, non aliũ habere usum. Et si utant̃ his homines, non ideo naturæ id consiliũ fuisse: sed post q̃ à natura facta ea fuerũt, in usum nostrũ translata utiliter & ingeniose à nobis fuisse: Naturæ q̃ illud primũ & unũ consiliũ esse: nobis posterius & multiplex hoc nostrũ. Adĥc ebat q̃ non esse datos nobis ut scribamus, aut pro plectro in cithara utamur digitos, nec ungues ut sectis abrasis q̃ cutello honestiorẽ ostẽdamus manũ: sed illos, ut facilius quod ad uitã opus sit, capiamus & certius teneamus: hos, ut discurrentes toto corpore neruos extrema clausura firment. Et quoniã duriores sint, & aciem habeant, pro telis contra nocentum nobis iniurias utamur. Longe q̃ prius facta hæc fuisse, q̃ hic eorũ usus incœperit. Ridebat è regione sedens, quẽ pauloante ad ganeam referre omnia solitũ diximus. Nec persuaderi poterat, non præcipuam & solã esse naturæ finẽ, si sapienter ut sapientes docẽt ea agat, q̃d optimũ in quacunq̃ re fit: tutius q̃ hac ratione seruari ad nouã sobolẽ peponũ semina, q̃ si in agro relicta imbribus corrupta putruerint. Adĥciebat q̃ his, quæ de integra ætate qualis tunc peponũ esset, ab antiquis naturæ professoribus dicuntur. Et ne longiores simus, nullã fore in peponibus maiestate naturę dignã finem, si ideo tantũ eos tot q̃ alia genuerit, ut nata renascant̃: nec homini quod religio docet, aliquando inseruiat. Narrabat q̃ deinceps, q̃ suauis peponũ sapor esset: q̃ humidi succi caro, & quãtopere uina, quod poma plerunq̃ non solent, commendaret: quæ nec paruã nec unam naturæ finem, sed plures & egregias sibi esse cestabatur. In eo qui longior sermo fuit, paręcerta peponum ut memini, nomenclatura fuit. Nullus enim cẽsere audebat, quales in antiquis scriptoribus pepones fuissent: & quæ eor̃ genera in Plinio deprehenderentur. Dubitatum etiam est, quibus appellationibus à congenere cucumer̃ seminio discernerẽtur. Quẽadmodum à medicis nunc etiam dubitari audimus, qui medicas peponũ uires scientes, nomina & ex nominibus eor̃ diuersitates non penitus nouerunt. Pro quibus non pigebit qua æquum erit breuitate quę cõperta nobis de his postea sunt, unà cũ cucumeribus ostendere. Sciendũ q̃ illud primũ est, cõmunem multis generibus σικύων in Græcis appellationem, omnem hanc in Latinis incertitudinẽ fecisse, qui cucumerẽ in Græcis & Latinis audientes, ex eo quod nunc est unũ tantũ genus, quod priuatim ex multo tẽpore cucumis nomi nat̃, significari crediderunt: cũ Græci σικύων, id est, cucumer̃ nomine, genera multa numerẽt, quæ aur carti lagine, aut cute foris obducta in oleraceis extra terrã crescũt. Est q̃ illius q priuatim nũc cucumis dicĭt, primũ & supremũ genus: cui deinde subĵciunt̃ statim pepones & melopepones, figura tãtum & q̃titate inter se differentes. Siquidem cum magnitudine excessere aut in longitudinem processerunt, quales multis locis nascuntur, pepones quondam uocati fuerunt. Cum uero rotundi formã & effigiem mali referũt, tũc facto ex pepone & malo nomine, melopepones dicti sunt: nec̃ inter pepones & melopepones aliud q̃ ex figura discrimen quõdam fuit. Totũ hoc genus in Martio & Aprili Palladius melones quasi μήλωνας à malor̃ figura appellat: quo nomine maior Italiæ pars nunc etiã utitur. Subscribit diuisioni huic Paulus Aegineta etiam cum libro primo agit περὶ τῶν ὡραίων, id est, de his quæ inter æstatẽ & autũnũ maturescũt: in quo genere cucurbitæ omnes q̃ cucumer̃ genus hoc est, & quæcunq̃ alia tunc κατὰ τὸν ὥραν, id est, æstate proueniũt. Quemadmodum & mel tunc factum ὡραῖον etiã dicitur: eadem significatione qua Græci ὀπώραν itidem uocant. Decretum eius de peponibus & diuisio hæc est: Pepon in uniuersum mali succi, frigidus, humidus, & uomitorius est. Idem non concoctus multiplex illud & uniuersale excretionis genus quod choleram dicunt efficit. Semen eius tamen ciendæ urinæ & frangendis renũ calculis accõmodatissimũ. Melopepon mi-

Pericarpia.

nore

more efficacia omnia hæc potest. Non pigebit hoc loco monere medicos, ex quo hic ait minore efficacia in cunctis melopeponē pepone esse: suspicari nos aliud inter duo hæc genera q̄ ex figura & magnitudine discrimen esse. Non enim uerisimile est solā magnitudinē & formam tantā uiriū diuersitatē efficere posse. Et cū nihil de colore interioris peponū carnis alicubi inuentū adhuc fuerit, nō ab re forsan penitus erit in melopeponibus præter figurā & q̄titatē colorē etiā significari: & si id sit rubentē intus melopeponē esse. Arbitrariū tamen hoc legentibus relinquimus. De cucumere idem postremo Paulus ait, minore frigiditate & humiditate q̄ peponē esse: sed maiore ad ciendā urinā potestate: Aegerrime concoqui: & si concoquat, ma li itidem succi esse: idq̄ est q̄d Dioscorides ait οὐ φθαρόμενος, quod nos uertimus: non corrūpitur in stomacho, licet ægre cōcoquat: siquidē & Plinius ait. Viuunt hausti in stomacho in posterū diē, nec perficiqueunt. Primū itaq̄ omniū horū & supremū genus cucumis est, cōmune etiā omnibus nomen, & ob id nisi adiiciat differentia aliqua, ambiguæ significationis. Quod sentientes posteriores Græci, σικύν, id est, cucumerē simpliciter dixerūt, quē nos priuatim modo cucumerē uocamus: adiecta aūt peponis uoce, hūc quē nostra ætas & gens priuatim peponē nominat, σικύν πέπονα, id est cucumerē peponē appellātes. Adiectaq̄ à natura & euētu rei cucumeri differētia illa ab eis est: Videntes enim quāto magis matureſcit cucumis ille prior, tāto solidiore cartilagine, & quasi lignosa crusta durari: posteriorē uero illū continue magis mitescere & tenerescere: illū in antiquæ uocis æstimatione reliquerunt, hūc aūt cucumerē peponē dixerūt, q̄d est mitē, flaccidū, & maturitate sua tenerū: Est enim Græcis uerbū πιπαίνεσθαι, q̄d inter cætera matureſcere significat: & πέπονος uox ab eo facta, non tantū in his usum habet quę maturitate sua mitia sunt, sed in aliis multis quę amissa soliditate sua flaccescūt & tenerescūt. Sic in Comœdia iactator seruus dicebat: Me cōtra militē in acie cōsti tuite: nisi ego illū uerberibus fecero πέπονα, id est, contusum & ex cōtusione flaccidū, & quod nostra gēs aduhuc parū deflexa uoce mitius dicit, & Comicus noster itidē: Quin uideā sandalio illi cōmitigari caput: nec aliter q̄ Maro mitia poma etiā appellauit. Quinetiā Aristophanes in Fabula cui titulus Equites est, ridicule Cleoni obiicit, q̄ nimio multandi ciues studio, & quæsito ex iudicijs quæstu, matutino in forū progressus, circuiret ueluti uillicus agrū, non in pomis, sed in ciuibus quęrens quis nam ut damnari posset, πέπων ἐστὶν καὶ μὴ πέπων: quod est, mitis, maturus, & legēdo aptus. Nec tātū in cucumerū genere uox illa Græcis in usu fuit, sed ut illi dicunt ἐν πάσῃ ὀπώρᾳ, quæ in maturitate sua tenerescit & succosior fit. Et hæc antiqua est peponum nomenclatura & nominis ratio. Quod ideò adijciebatur, ut ea teneritudinis audita nota intelligerēt cucumerem peponē eum esse, quē nunc simpliciter peponē nominamus: eritq̄ facile nouisse id in hoc scriptore, qui proposito cucumere cum omnem medicinā eius percurrisset, transiturus ad aliud illud genus ait: ἢ δὲ πέπονος σὰρξ: quod est: Eius autem qui uocat pepo caro & c. manifesta significatione, primū generis, mox speciei quæ adiectiuo illo priuatim indicaretur. Quæ deinde peponum diuisio esset diximus: erant enim præter pepones melopepones, de quibus pauloante dictū est, à rotunditate sua sic appellati. Erant præter hos in cucumere censu & nomine anguinus cucumis, quem ueteres Latini erraticum dixerunt, medicinæ tantum utilis, de quo certius & ex professo agetur in quarto uolumine. Citrinus itidem à flauo citri colore sic appellatus, quem in extrema maturitate ostēdit. Hunc Hetruria nūc etiā citreolū diminutiua forma appellat. Globosæ tandem rotundæq̄ cucurbitæ illæ, de quibus superiore capite egimus, σικύαι à Græcis dictæ, in cucumerum genere ob similitudinē censebantur. Habet Hetruria etiam aliud genus, appellatq̄ contrā q̄ in maiore parte Italię melones: teretes ij sunt, recti incuruiq̄ aliquando, longitudine nonnunq̄ cubitali, raro maiore crassitudine q̄ ulna hominis sit. Coactum cucumeris credimus hunc esse partū, & ex monstro pau latim factum genus. Siquidē docent rei rusticæ scriptores, in omnes formas cogi cucumerem: Priuatimq̄ Hippocrates retulit, si in fistulam demittatur cucumeris flos, mira lōgitudine quasi anguina specie prouenire. Athenæus etiam in tertio sui Dipnosophistæ δρακοντίας in hoc genere uocat, quos tamen aliter non indicat, neq̄ ab re suspicetur forte aliquis à dracunculi forma ab eo dictos, quos hoc loco dicimus esse. Et hæc pro toto cucumerum, peponum, aliorumq̄ huiuscemodi censu dicta à nobis sunt: quorum omnium potērant à nobis ex antiquis scriptoribus, Theophrastoq̄ præsertim alia etiam testimonia afferri: sed breuitati quatenus licebat consulendum fuit.

περὶ θριδακος ἡμέρου. κεφ. τνε'.

Θριδαξ ἥμερος. Ξωμαῖοι λακτούκα. αἰγύπτιοι ἐμβροσί. εὐσόμαχος. ὑπνοφύχουσα. ὑπνωτική. καλίας μαλακτική. γάλακτος κατασπαστική. ἐψηθεῖσα δὲ γίνεται προσμωτέρα. ἄπλυτος δὲ ἐθιομυίᾳ, σοβαλικοῖς ἀσμένως. ὁ δὲ ὠμὸς αὐτῆς πινόμενος, πρὸς σωμάχους ἀνιχνεύουσι βοηθεῖ. ἡ συνουσίαν ἀπεργάζεται. αὐταὶ δὲ σωμάχους ἐθιοῦσιν ἀμβλυωπίας εἰσὶ προληπταί. ταριχεύονται δὲ ὡς ἄλμη. ἐκκαυλίσασαι δὲ, ἔχουσι τὸ πρεμφέρειαν τῇ τοῦ χυλοῦ ἡ ὀπὸς σωμάχου μὴ θίγειας θριδακος.

περὶ ἀγρίας θριδακος. κεφ. τνς'.

De Vtraq; lactuca. Cap. CXXV.

THridaca hemeron Aegyptij embrosi. Romani satiuā lactucā nominant. Stomacho accōmodata satiua lactuca est. Refrigerat, somnum cōciliat, aluū mollit, & lactis abundantiā facit. Elixa maiore ad nutriendū efficacia est. Illotæ & ut ex terra eruta est lactucæ cibus, in stomacho cibum non continētibus utilis est. Insomniosis potū semen eius opitulatur, libidinisq̄ imaginationes in somno cōpescit * Ipsę tamen in cibo frequentiores claritati oculorum officiunt. Condiuntur muria seruanturq̄ aliorum salgamorum modo. Cum caules suos produxerunt, simile aliquid succo & lacti agrestis lactucæ & ipse habēt.

Ἡ δὲ ἀγρία θρίδαξ, Λῆν προφῆται ἄϊμα Τιτάνω. ζωροάστρης φέρωμβρος. ῥωμαῖοι λακτοῦκα σιλβέστρις καλοῦσιν. ⊥ ἔοικε τῇ ἡμέρῳ, καυλωδεστέρα ἡ καὶ πρὸς φύλλοις λευκοτέρα. καὶ ἰσχνοτέρα, καὶ ξηροτέρα ὑπάρχουσα. πικρὰ ἡ πρὸς τὴ γεύσει. ὁμοίως ἡ καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν μήκωνι. ὅθεν καὶ τὸ ὀπὸν αὐτῆς ἔνιοι μίσγουσι τοῖς μήκωνίῳ. καθαίρει δὲ μετ' ὀξυκράτου πθεὶς ὁ ὀπὸς ὑοῦ μόλων ὁλκή, ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν, ἀπροκαθαίρει δὲ ⊂ ἄργεμα ⊂ ἀχλώ. πρὸς ⊂ πρὸς ἐπικαύσεις ἐγχριόμενον σὺν γυναικείῳ γάλακτι. ἔστι ἡ καθόλου ὑπνωτικὴ καὶ ἀνώδυνος. ἄρτι ἡ ἔμμηνα. πρὸς ⊂ πρὸς σκορπιοπλήκτους καὶ φαλαγγιοδήκτους. δὲ ἡ τὸ θέρμα ὡς πρὸ τοῦ ἡμέρου πθὲν, ὀνειρωγμοὺς καὶ σωρούσιαν ἀπεργάζεται. δύναται δὲ ⊂ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτά. ἀσθενέστερος μέν τι. ἀπτίδεται δὲ ὁ ὀπὸς τῶν κραμίοις ἀγρίοις προκλιαζόμενος ὡς πρὸς ⊂ τὰ λοιπὰ χυλίσματα.

Quę uero agria thridax à Græcis dicta ẽ, & quã Titani ſanguinẽ magi, Zoroaſter aũt pherũbrũ appellant, & Romani ſylueſtrẽ, ⊥ ſatiuæ lactucæ ſimilis eſt, ampliore tãtum caule, candidioribus foliis, gracilioribꝰ, & in guſtu amaris. Papaueri ſimiles aliquatenus uires habet: Ideoq; lactis liquorẽ q in ea eſt, papauerũ opio quidã cõmiſcent. Purgat potus lactis liquor hic obolox duox pondere cũ aceto mulſo per aluũ corporis aquas. Exterit oculox nubeculas & albugines. Inunguntur eodem utiliter cum humano lacte ambuſta. In uniuerſum ſoporifera agreſtis lactuca eſt, & ſomno dolorem leuat: quinetiam menſes trahit. Bibitur & contra ſcorpionum ictus, phalangiorumq; morſus utiliter. Libidinum imaginationes in ſomno, Veneremq; auertit agreſtis quemadmodum & ſatiuę ſemẽ. Poteſt & ſuccus omnia eadem, ſed minore efficacia. Seruatur agreſtis lactucæ lactis liquor ille in fictili, alioq; ſuccoq; modo antea inſolatus.

INTERPRES.

QValis ſatiuæ & agreſtis lactucæ in antiquiſſimis Græcoq; Latinoq; codicibus hiſtoria & medicina inuẽta nobis eſt, talis uno capite etiã tractata nihilo minus certũ habebit intellectũ, q̃ quod fecerũt alij, diuiſa habitura erat: Cuncta enim eadem ſunt: & ut cõſcere ex ſermonis ductu facile eſt, uno eodẽq; non diuerſo capite de utroq; hoc olere Dioſcorides egit. De agreſti enim docere incipiẽs, continuato ſermone ait: Quæ uero agria tridax & c. non multi faciendũ tamẽ hoc eſt: illud magis cogitandũ, q̃ integra in hoc ſcriptore ſatiuę lactucæ hiſtoria & medicina ſit. Nobis in tã noto tamq; utili olere ſuſpecta capitis huius tãta breuitas eſt. Inclinatq; animus, deſiderari poſſe in eo multa ex his quæ Plinius, Galenus, Paulus Aegineta, pluresq; alij docuerunt, preſertimq; Serapion, qui in collectis à ſcriptore hoc, abſceſſibus & facris ignibus mederi hoc olus ait: quæ hominis mala in hoc ſcriptore modo nulla ſunt. Accedunt ſuſpicioni huic noſtrę etiã argumẽta alia. Primũ q; in ſeminibus medicina nihil hoc loco legit prodeſſe ſcorpionũ ictibus & cenchri morſibus: quox alterox Plinius, alterox hic ipſe in extremo opere, capite de cenchri morſu indi cauerunt. Veriſimile q; eſt, ut in cæteris ab eo factũ fuit, ad eius periculi remediũ ex hoc olere ſemen etiam accipiẽdum fuiſſe. Mox quod plurali numẽro nõ procul à fine legẽ, continuũ lactucarox cibum claritati oculox officere. deeſſe aliqd oſtẽdit, quoniã ſingulari numero ſemp antea de ſatiua lactuca egerat: quod incõcinnum ſimul & hoc ſcriptore indignũ eſt: credimusq; nos nihil dicẽdum huiuſcemodi ab eo fuiſſe, niſi prius alioq; ſcriptorum exemplo de tam multis ſatiuæ lactucę generibus egiſſet. Quo fit ut ſuſpicemur deeſſe huic capiti aliquid, pſertimq; lactucarũ cenſum & nomenclaturã aliquã, quam negligentes in excribendo antiqui librarij mutilũ nobis hoc caput reliquerunt. Eamq; ob cauſam nos locũ uitij nota ſignauimus. Poterit tamẽ q plura lactucę genera, nomina & bonitates noſcere uoluerit, ex Columella, Plinio, alijſq; multis ea audire, & conditurę earũ antiquã rationẽ intelligere. In agreſti lactuca deinde meminiſſe illud oportet, priuatim dici & proprie agreſtem lactucã, quę ſatiuæ opponit, ſponte ſua in aruis naſcentẽ: folio minore, & cũ areſcere incœperit aculeato: cũcta q; illa alia habentẽ, quę hic numerauit: omnia prius etiã à Theophraſto octauo uolumine lõgius dicta. Præter hanc etiã ob ſimilitudinẽ non lactucis congeneres, ſed ſimiles tantum herbas aliquot alias lactucas dici, qualis caprina pluresq; alię ſunt, ſuis locis dicendę. De ſatiua Paulus Aegineta libro primo capite de oleribus ait, refrigerare lactucam, humiditatem augere, eamq; ob cauſam ſomnũ cõciliare: & quatenꝰ olus eſt, ſatis nutrire: & præter oĩa hęc, boni ſucci ſanguinẽ facere. De agreſti Theophraſtus eodẽ octauo uolumine cõtra cutẽ ſubeuntes aquas utilem his uerbis teſtatus eſt: ὀπὸς δὲ αὐτῆς πρὸς πυραμητὸν καὶ φασὶ καθαίρειν ὕδρωπα: quod eſt: Sectis aũt caulibus per meſſem, liquorẽ excipiunt: ferunt q; hydropẽ purgare: Dictũ à nobis hoc eſt, quoniã hic nõ hydropẽ ſimpliciter, ſed maiore ambitu ὑδατώδη, quod eſt aquoſa, purgare liquorẽ hunc monuit: nec ſubeuntes tantũ cutẽ aquas quæ hydropis appellatione à Græcis indicantur, ſed omnes alias quæ in parte aliqua corporis collectæ ſanitati noceãt. Prodeſſe utrãq; lactucã ὀνειρώττουσιν hic ait: nos inſomniоſis uertimus, ad certa inſomnia Græcoq; exẽplorẽ contrahentes: quibus licet ὀνειρώττειν ſomniare ſimpliciter ſignificet, nihilominus ad ea inſomnia uox à medicis cõtracta eſt, quę cõiunctas ſibi Veneris & libidinũ imagines habent. Sic Paulus Aegineta uolumine primo capite de ſeminis abundãtia, & libro tertio capite de incõtinẽtia ſeminis, uoce hac uſus eſt. Vocauitq; ubiq; ὀνειρωγμοὺς Veneris inſomnia & libidinis in ſomno imaginationes, qbus corpori nõ leuiter aliquãdo noceẽt. Deſcripſit omnẽ hunc naturæ motũ Lucretius elegantiſſime in quarto operis ſui, non ut uitiũ & labẽ homini noxiã, ſed qualẽ ſolet natura & amor motũ & impetũ ad generationẽ in nobis, deficiẽte agro quẽ cõſeramus, inui-

Inſomnia ὀνειρωγμοὶ

tis & inutiliter excitare. Nec tantum Veneris insomnia hæc, sed ipsam Venerẽ etiã cõpescit lactuca. Idq; est quod hic ait, ὀνειρωγμοὺς καὶ συνουσίαν ἀποτρέπει: quod est, insomnia libidinosa illa & Venerem ipsam auertit.

Περὶ γιγγιδίου. Κεφ. τνέ.

Γιγγίδιον, οἱ δὲ, λεπίδιον. Ἕλληνες ἰσατικοὺν καλοῦσι. Συρίοι δὲ ὀρυσαστρόν. Φρύγες δὲ ἀδροσιού. Ἄκρεις δὲ λιγικτά. Φύεται πλεῖστον μὲν κιλικίᾳ τε καὶ συρίᾳ. βοτάνιον σκοροδίνῳ μὲν ἐοικὸς ἀχρίῳ, λεπτότερον δὲ καὶ πυκνότερον. ἐρίζιον ὑπόλευκον. πικρίζον. λαχανεύεται δὲ ὠμόν τε καὶ ἐφθόν. καὶ ταριχευθὲν ἐσθίεται. ἔστι δὲ εὐστόμαχον. οὐρητικόν. καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ πινόμενον μετὰ οἴνου κύστεις χρήσιμον.

De Gingidio Cap. CXXVI.

GIngidion sunt qui lepidion appellant. Aegyptij dorisastru, Syri adorin, Aphri tiricta, Romani bisacutũ uocant. Nascit plurimũ in Cilicia & Syria gingidiũ. Herba est agresti pastinacę similis, tenuior ea tamẽ densiorq;. Radicẽ habet exiguã, albescentẽ & amarã. Estur oleris modo coctũ crudũq; & sale seruatũ. Stomacho utile gingidiũ, & urinã cit. De coquit idem, bibiturq; cum uino præsenti uesicę utilitate decoctum illud.

INTERPRES.

PEregrinũ Græciæ & Italiæ, si Plinio & Dioscoridi credimus, gingidium quondã fuit: ille in Syria, hic in Cilicia & Syria nasci & seri dixerunt. Quo minus miret aliquis ignorari nostra ætate quodnam olus gingidium sit. Cognouit tamen id utraq; gens, descripsitq; Plinius xx. uolumine capite quinto omnẽ eius figurã & usum, Paulus Aegineta libro i. capite de oleribus post ocimũ, sinapin, nasturciũ, urticã, multaq; alia quæ acrimoniã habẽt, de eo his uerbis docuit: τὸ δὲ γιγίδιον ὅμοιόν ἐστι τῷ σκανδικι, συφούσης καὶ πικρᾶς οὐκ ὀλίγης μετέχον ποιότητος. ἐστὶ δὲ εὐστόμαχον ὡς καὶ τοῖς ἀκροίτοις αὐτὸ τυγχάνειν ἐπιτήδειον μετ' ὄξους ἐσθιόμενον. ὀλίγην δὲ χοφὴν παρέχει τῷ σώματι. Quod est: Gingidiũ aũt scandyci simile est, adstringentẽ amarãq; nõ paruã habet qualitatem. Stomacho accõmodatũ est. Esturq; in fame & à ieiunis utiliter ex aceto: Non tamen magnopere nutrit. Dicta ideo hactenus à nobis hęc fuerũt, si forte aliquis sagaci ex Pauli historia cõiectura quale id sit, inuenire nũc possit, & si difficile uideatur: Plinius enim & hic, agresti pastinacę: Paulus scãdici similẽ dixerunt: quę duo nihil simile aut cõmune habent. Quod pro cõperto sit, in quotidiano uitæ usu & inter acria & quæ Græci agrestia olera dicebant, gingidium ab antiquioribus censebatur. Hic lepidium ait à quibusdã ob similitudinem dici: quale uero lepidium sit, nõ multo post dicetur. Cæteræ appellationes illæ omnes incertæ nobis, q barbaræ & ex nullo autore alio auditæ sunt.

Περὶ σκάνδικος. Κεφ. τνς.

Σκάνδιξ. Ἕλληνες ἔρβα σκανάγια. οἱ δὲ, ἀκουκλάμ. ἡ καὶ τοῦτο ἄγριον λάχανον. ὑποδέχεται μὲν καὶ ἔμπικρον. εὐδώδιμον. εὐφθὸν καὶ ὠμὸν εὐδιόμενον. εὐκοίλιον. καὶ εὐστόμαχον. ἀφέψημα αὐτοῦ κύστεσι χρήσιμον καὶ νεφροῖς πινόμενον καὶ ἥπατι.

De Scandice. Cap. CXXVII.

SCandica sunt qui aciculã. Romani herbã scanariam uocant. Agreste olus etiã scandix est. Amaritudinẽ & acrimoniã aliquã habet. Edendo herba est: esturq; cruda & cocta. Bonã facit scandix aluum: stomacho utilis: urinam cit. Bibiturq; utiliter renibus, uesicę, & iecori decoctum eius.

INTERPRES.

HAec est scandix illa, quæ toties Athenis in theatro plausum & risum excitauit, cũ in Comœdia lepidissimi poëtæ Dicæopolis ex agro in urbẽ profectus rudis homo, ab Euripede eam humiliter poëtę supplicans, peteret: σκάνδικά μοι δὸς μηδόθεν δεδεγμένος. Nouerãt enim omnes uulgare & uile olus, meminerantq; poëtæ illius matrẽ quotidie in urbẽ uenientẽ, uendito eo olere filiũ in summa paupertate theatro & spectaculis educasse. Nec antiquæ hominis paupertati illudentes, sed ad uirtutẽ in angusta re studiũ & occasionẽ admirãtes, totis subsellijs audito uersiculo illo exultabãt. Nota tunc omnibus scandix erat, uulgare & sponte sua nascens locis plerunq; incultis olus, plebis cibus & quotidianũ pulmẽtum & acetarium, quo ad sanitatẽ magis q̃ quæsitis toto mari & orbe obsoniis proficerẽt. Vires enim illi sunt siccandi in extremo ordine, calefaciendi uero in secũdo, aut incipiẽte tertio: sed q̃d utilissimũ in ea est, urinã ciere & renes egregie laxare testati ueteres Græci sunt: utitq; ad eas difficultates sæpissime Paulus Aegineta, iubetq; in primo, si nõ iuste quotidie purget aliquis, scandice, apio, asparago, similibusq; alijs solicitandã esse urinã. Plinius etiã xxii. capite eiusdẽ numeri multis scandicem prosequitur laudibus, peculiaremq; illi laudẽ tribuit, q Venere fatigato corpori succurrit: marcescentesq; senio iam coitus excitat: quo magis mirę in tãta morę ruina & labe in nullo honore esse herbã: neq; ab herbarijs nostris penitus cognosci. Græci nunc etiam scandicẽ appellant: nihilq; in eoręgente notius: sed non congruentẽ antiquoręnotis ostendunt. Quã enim illi scandicem modo appellãt, latiore & quasi betæ folio est. Antiquiores aũt ut in re nota fit, nullas eius certas notas tradiderunt. Verũtamen ut ex multis conijcere licet, tenui & quasi capillato folio est. Plinius libro xxi. capite xv. inter sponte nascentes numerauit, coniunxitq; illi ut uerisimile est cõgeneres plures alias, q̃ omnes tenui folio & capillaceo sunt: præsertimq; caucalim & tragopogona: quæ à capillamẽtis quę pro folijs habet, coma dicta à Græcis ẽ. Ob quã causam nõ ab re penit⁹ fuerit similẽ in folioręfigura illis credere.

Περὶ καυκαλίδος. Κεφ. τνζ. De Caucalide. Cap. CXXVIII.

καῦκον

Καυκαλίς. ἔνιοι δὲ καῦκον ἄγριον λέοντα, μυίλλας. δημόκριτος βρίον. ὡμαῖοι πέδεμ καλλινάκεσμ. οἱ δὲ, πέδεμ πρύλλοι. αἰγύπτιοι σέσελις. καλοῦσι. καυλίον ὅστις ὠθαμιαῖον ἢ μικρὸν μεῖζον. ὑπόδασυ. φύλλα ἔχον μαραθρῳόμοια. πλυχεδῆ. δασέα. ἐπ' ἄκρου σκιάδιον λευκόν. εὐώδης. λαχανεύεται δὲ καὶ τὸν ὠμόν τε καὶ ἐφθὸν ἐσδιόμενον. ἔστι δὲ, διουρητικόν.

σελίνῳ ἐμφερῆ. ἐπ' ἄκρου δὲ μαραθροειδῶς.

CAucalida sunt qui daucũ agrestẽ, qui myitida appellent. Democritus brion quasi muscũ: Aegyptij seselim: Romani pedẽ gallinaceũ, siue pulli pedẽ. dixerũt. Dodrãtalis colículus caucalis est, aliquãdo etiã maior, & leniter hirsutus. Folia apio similia habet in summo fœniculi modo pluribus incisuris diuisa: hirsuta & ipsa. Habet in cacumine ptereá umbellã cãdidã & odorarã. In usu oleæ mõ est: estq; cruda pariter & cocta, ciendę urinę accõmodata.

INTERPRES.

GEnus herbæ lib. VIII. de plantarũ historia facit Theophrastus quod ἀγριαῦον uocat, id est, in aruis spõte sua nascens: statimq; in eo caucalidem hanc numerat, nullis alijs adiectis notis. Nec pa-(si quis rẽ iuste æstimet) fuerit, tam certe à tam graui autore caucalidis natale solũ, & ubi quærẽda sit, audisse: id enim additũ his quæ hic scriptor, Galenus & alij tradiderũt, facillimã eius inuentionẽ nobis efficiet. Nota enim omnibus apij folia, quibus similia caucalis sua habet. Altitudinẽ deinde, hirsutam lanuginem, in summo incisa folia, & candidi floris umbellã oculus deprehendet: inueniet q; dauco tam similẽ herbã, ut aut syluestris daucus sit, aut rudimentũ naturæ daucũ facere condiscentis. Qualis aũt daucus utercq; sit, in eo certi us cognoscẽ. Nullibi non caucalis nascitur, præsertim q; in noualibus anteq; noua aratione renouent, Galenus dauco caucalidẽ sapore & uiribus similẽ ait: hic tamen ex similitudine figuræ ab aliquibus agrestẽ dau-

σκιάδιον. cum potius appellari ait. Habet enim & hæc & daucus folia incisuris diuisa. Habent ambo etiã candidi flo-

Vmbella. ris umbellã. Dico aũt umbellã Grecorũ exẽplo, qui σκιάδιον ab umbra appellant, in aliqbus plãtis floris ueluti pedamẽtũ, in plures diuisum longiores pediculos, qui singuli florẽ sustinent, & in orbẽ circumactũ: qua floris figura fœniculum, anisum, sambucus, plura q; alia sunt. Quod quoniã umbellæ qua solẽ à uultu mulieres arcent forma est, ob latitudinẽ circinationẽ q; suam, ideo Græci primũ eam floris formã σκιάδιον, mox Græcos imitati Latini umbellã dixerũt. Quæ uox huic scriptori multa est. Caucalidis huius Nicãder etiã in Theriacis suis meminit: retulit q; Chrisippus antiquissimus scriptor in secundo de oleribus habere caucalidẽ in gustu salsuginem aliquam, quod nec sensus, nec ex ueteribus alij indicant. Longe plura q; hic in medicina Plinius caucalidi tribuit, quæ poterunt uolentes in eo legere xxii. uolumine eiusdem numeri capite.

περὶ εὐζώμου. κεφ. τνή.

De Eruca. Cap. CXXIX.

ΕὐζωμονLAegyptii ethrericeon. Aphri asurich. Romani erucã dicunt.] Stimulat Venerẽ multus crudæ erucæ cibus. Potest idẽ & semen, quod ciendę urinę accommodatum est. Adiuuat concoctionẽ eruca, & bonam facit aluum. Vtuntur & semine in condiendis obsoniis, seruant q; id ut diutius perẽnet, aceto, lacte ue maceratum in pastillos conformantes. Nascitur & agrestis eruca, præcipuéq; in occidẽtali Iberia, cuius semine prosinapi incolę utuntur. Est q; huius erucæ semen satiuæ illius semine acrius, & ad ciendã urinã multo efficaciore potestate.

INTERPRES.

CONiunxit ad sanitatem, sociauit q; in reliquo uitæ usu multa necessitas & ars, quæ non poterant in eodem subiecto cõtraria simul esse. Nec aliter in acetarijs & reliquo ciborum usu geminari inuicem lactucam & erucam ueteres medici iusserunt, quàm grauibus acutas misceri ad suauitatem cantus musici artificiose uoces quotidie iubent: sic q; quod noxium aut ingratum nobis futurum erat, æquo contrariorum temperamento salubrem & suauem incœpit habere usum. Vtitur nostra ætas & gens, exercet q; quod Galenus iam pridẽ præcepit, non esse homini comedendã sine eruca lactucã portulacá ue, nec cõtrà sine lactuca portulaca ue erucã, ut quãtum altera refrigerat & Veneri nocet, tãtũ calore inflatione q; sua altera in utraq; re homini prosit: q̃d sapienter & ère inter nos fit. Raro emi sine eruca lactuca in acetario estur: suauis q; simul cibus hoc modo fit, & certã salutis spem homini affert: quod præcipuũ habet eruca & quod maxime potest, uno uersu Martialis indicauit dicens: Et Venerem reuocans eruca morantem: Quod totum inflandi ui facit. Notum id olus ubiq; est: quod q; hic de agrestis erucæ semine testatur, in Hispania usum adhuc multis locis habet.

περὶ ὠκίμου. κεφ. τνϛ'.

De Ocimo. Cap. CXXX.

De

Ωκιμον. γνώριμον. διεφθορκόμενον πολύ, ἀμβλυωπές ὄξιμ. ἔστι δὲ κοιλίας μαλακτικόν. πνευμάτων κινητικόν. οὐρητικόν. γάλακτος πρακλητικόν. δυσμετάβλητον. καταπλασσόμενον δὲ σὺν ἀλφίτοις παυπάλιν. Ⓒ ξὺν οἴνῳ, καὶ ὄξει, πρὸς φλεγμονὰς βοηθεῖ. Ⓒ δριμὺ ἑλκος θαλασσίου, Ⓒ σκορπίου πληγή. καθ' ἑαυτὸ δὲ σὺν οἴνῳ χίῳ, πρὸς ὀφθαλμῶν ὀδύνας. ὁ δὲ χυλὸς αὐτοῦ ἀπροκαθαίρει ἀχλῦς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς. Ⓒ τὰ ἐξεύματα ξηραίνει. τὸ δὲ σπέρμα πινόμενον, ἀρμόζει πρὸς μελαινας χολὴν γιγνομένας. Ⓒ δυσουρεῦσι, Ⓒ πνευματορυμένοις. πρὸς δὲ Ⓒ πασμοὺς πλείονας ἐπισπώμενον δι' ὀσφρήσεως. καὶ ἡ πόα δὲ τὸ αὐτὸ ποιεῖ. συμπιέζειν δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς δεῖ ὠλόντος τοῦ πασμοῦ. φυλάσσονται δὲ ἕλκος αὐξηθὲν ὅλον ἐσθίουσι, διὰ τὸ μασσᾶσθαι καὶ τεθὲν ὑπὸ ἡλίου, σκωλήκια γεννᾶν. λίβυες λέ προσεπιφασιμ, ὅτι οἱ φαγόντες αὐτὸ καὶ πληγέντες ὑπὸ σκορπίου, ἄσινοι διαμένουσιμ.

OCimon LRomani pariter Græcis ocimũ dicũt. ⌋ Nota omnibus & uulgaris herba ocimũ eſt. Claritati oculoꝝ officit copioſior ocimi cibus. Aluum idẽ mollit, inflationes facit, urinã cit, lac prouocat, & ægre in ſtomacho mutaꝫ. Cum farinę polenta roſaceoq; & aceto emplaſtri modo impoſitum, pulmonũ inflãmationibus, mariniſq; draconis & ſcorpij ictibus: per ſe aũt ex uino Chio, oculorum doloribus medeꝫ. Oculoꝝ caligines abſtergit ocimi ſuccus, eoꝝq; deſtillatiões excicat. Potũ ocimi ſemen, qbus atra bilis nocet, an guſtiis urinæ, & inflationibus accõmodatũ eſt. Olfactu per nares attractũ, copioſa excitat ſternutamẽta. Poteſt idẽ & ocimi herba: ueꝝ oportet pruriente ſternutamẽto oculos comprimere. Abſtinẽt ocimo quidã ꝓpterea, quòd cõmãducatũ & in ſole poſitũ uermiculos creat. Lybes hoc addiderunt: aſſerentes, ſi à ſcorpione uulnerentur, incolumes euadere qui ocimum comederunt.

INTERPRES.

ESt ocimo, quẽ admodũ & pleriſq; alijs, in ruris & hortoꝝ diſciplina eadem, quæ uirtutis humanæ fortuna & ratio: maleficio enim & iniurijs melioreſcit. Vtq; illa infortunio aliquo obruta, aut à principibus neglecta male'ue habita, nihil ex ſuo cenſu amittit, ſed q̃d in ferro metalliſq; alijs fit, longo attritu ſubinde magis nitet, & ſpecioſior plerunq; emergit. Sic etiã non diſſimili ratione, aſparagus lętior incenſus prouenit. Gaudet calcari & atteri pede crocus: pereundoq; lætior prouenit. Criſpũ nũq; in hortis fiet apicum, niſi cũ eſt natum, incrementum eius ſupuoluto cylindro coërceat olitor. Rutam dum conſeritꝫ, maledictis proſequunt qui adſunt: nec aliter maiore bonitate naſci id olus, antiqtas credidit. Ex hoc genere ocimũ eſt: gaudetq; & ipſum, cũ obrutum terra ſemẽ eſt, pauicula uel cylindro diligẽter inculcari. Nam ſi terrã ſuſpenſam reliquerit olitor, facillime totũ corrumpitur & perit: quodq; uix credat aliquis feruenti aqua conſperſum celerius etiã prouenit. Et mirabitur aliquis Pindaꝝ in carmine ſuo dicentem: Nec calens aqua tantopere affecta fouet corpora &c. Eſt ocimo etiã alius ex iniuria ad bonitatẽ profectus, qui mutatione fiat, ſi Theophraſto credimus in quinto de plantaꝝ cauſis ſic de ocimo ſcribenti: τὸ δὲ ὤκιμον τὸ ἐν ἡλίῳ κείμενον ἀφιρπυλλοῦται, διὸ καὶ καταξηραίνεσθαι μᾶλλον. καὶ ἡ τὸ φύλλον ἔλαττον γίνεται, καὶ ἡ ὀσμὴ δριμυτέρα τοῦ ἐν ῥιζῶν ἐλάττων δὲ ἡ βοφή: quod enim folium: & eorum quæ ſicciora ſunt, maiorẽ acrimoniam habet odor: quoniã & nutrimentum minus eſt: Ocimum etiam ſoli expoſitum in ſerpyllum tranſit: quod ſuperaccedẽte maiore ſiccitate fit. Decreſcit eſt. Non uile ut uideꝫ, nec negligẽdas in natura obſeruationes habet ocimũ. Hetruria baſilicã herbam, quaſi regiam appellat: uulgare olus & quotidiani uſus. Et quod hic ait λυσμιτάβλητον, id eſt, ægrę mutationis in ſtomacho eſſe, ad difficilẽ cocturam pertinet. Viuit enim in eo diutius, & ſi in ſecundo ordine caleat, ob excrementitiam humiditatem quã multam habet. Ideoq; ſapientiores Græcoꝝ medici, nullã intra corpus homini ceant, plura alia habere teſtatus eſt. Quodq; ultimũ de precautione cõtra ſcorpionũ ictus ocimo à Dioſco tride tribuiꝫ, aliter à Plinio traditur. Hic enim ait dicere Lybes, qua die comederit aliquis ocimũ, ſi à ſcorpiõe uulneretꝫ, ἄπονον διαμένειν, quod eſt, ſine labore, malo, dolore' ue ex eo uulnere permanere: quaſi antidotũ contra ſcorpiones ocimũ habeat: quod pauloante teſtatus hic ipſe eſt. Plinius contrà xx. libro capite xii. retulit: Si eo die feriaꝫ quiſpiam à ſcorpione quo ederit ocimũ, ſanari non poſſe: tã cõtrario ſenſu, ut oporteat in alterutro aut uitiũ aut rei ignorãtiam ſuſpicari. Quẽadmodũ et in eo quod hic à principio ſtatim decreuit, γάλακτος προκλητικόν, id eſt, lac euocare, & lactis abundãtiam facere ocimũ. Cui contrariã uim eodẽ loco Plinius tribuit, dicens: Illinit mãmis: extinguit quoq; lactis prouẽtum. Non tacebimus illud etiã, cuius nulla eſt nobis niſi ex ueriſimili, & eo quod alioquin manifeſtã & neceſſariã cauſam non habet, ratio: ſuſpicari nos, q̃d hic non procul à fine ait: Olfactu per nares attractũ copioſa excitat ſternutamenta. Poteſt idẽ & ocimi herba: ueꝝ pruriente ſternutamento oculos cõprimere oportet: nõ ſic quondã legi potuiſſe, ſed antiquã & uerã fuiſſe loci huius lectionem, quę præciperet: oportere, dum naribus & olfactu ad ſternutamẽta ocimini ſeminis aut herbæ puluis attrahiꝫ, cõniuere: clauſis q; oculis id agere: ne dũ medicina per nares tractaꝫ, noxa & maleficio oculis noceaꝫ. In propinquo enim poſiti oculi, facile ex eo puluere labẽ aliquam contrahere patentes poterant. Ideo' que hunc iubere clauſis oculis agendum id homini eſſe: Idq; magis ueriſimile, & ex rei neceſſitate uidebatur. Veruntamen in Græcis omnibus una eademq; lectio & ſenſus eſt. Nec fidi interpretis erat, aliter Latinis rem reddere: quemadmodum nec probi hominis etiam fuiſſet, non ſignaſſe legentibus ſuſpicionem hanc noſtram.

περὶ ὀροβάγχης.
κεφ. τξ'.

Ὀροβάγχη. Λοὶ ἢ, κυνομόριον. οἱ ἢ, λεόντια. κύπριοι ἢ θυρσίνην καλοῦσιν οἱ κοινῶς λύκος ὀνομάζεται. ⌋ καυλίον ὀλίγον ὑπέρυθρον ὡς διαθαμιαῖον. φύλλοις δὲ μείζον. φύλλοις ὑπολίπαρον. ἔνδασυ. ξυφοειδές. ἄνθεσιν ὑπολεύκοις ἢ μικρὸν ἐρυθρωπόν. ῥίζα ἢ ὕπεστι δακτύλου πάχος καὶ αὐτὴ γραμμικὴ πρὸς τὸ τοῦ καυλοῦ ἐκφασίαν. δοκεῖ ἢ φυόμενον ἐν δασέσιν ἀσὶ πυίγη αὐτά. ὅθεν καὶ πολυπροσωπίαν ἔχειν. λαχανεύεται δὲ καὶ ὠμὸν καὶ ἑφθὸν, ἐκ λοπάδος ὡς ἀσπάραγος ἐσθιόμενον. καὶ ὀσπρίοις συνεφθὲν, τάχιον αὐτὰ δοκεῖ ἑφθῆναι.

De Orobanche.i. Erui angina.
Caput CXXXI.

Orobanchen ⌊ sunt qui cynomorion, q leonẽ appellent. Cypriꝝ thyrsinen. Romani pariter Græcis orobanchen uocant. ⌋ Coliculus semipedalis, & aliqñ maior orobanche est, rubens, pinguis, hirsutus, tener, & sine foliis, albescente & in luteum colorem inclinato flore. Radix illi est digitali crassitudine: quæ arescente caule tota seipsam laxat & disiicit. Creditur inter legumina nata orobãche ea strangulare, unde & nomẽ inuenit. Estur oleris modo cruda per se & in patinis asparagi modo decocta. Creditur eadem leguminibus in coquendo mixta eorum maturare cocturam.

INTERPRES.

EX maleficio nomen orobanchæ fecit antiquitas. Et quoniã fruges, legumina, eruũꝝ præsertim circũligando se enecet, erui angina dicta est. Id enim orobanche Grecis significat. Qui quoniã ea in uitæ humanę usum aliquando ueniret, leguminũꝝ coctura sæpenumero adiuuaret, in damnãda eius fama hanc saltem illi gratiã habuerunt, ut in communi frugum leguminũꝝ omnium iactura solũ eruũ strangulare crederetur: quod, ut Theophrastus ait, cirris quibusdã circumligando se, facit. Numerat ille primũ libro VIII. de historia, mox quinto de causis plãtarum multas huiusce modi nocentes alijs plantas, quæ ut adnascentes, aut scandẽtes, aut circũligantes se alijs pestẽ afferunt: cõmunemꝝ omnibus plantis aliãs: aliãs priuatim aliquibus noxam afferentes, qualis angina erui hęc est, quæ cæteris quidem omnibus nocet, priuatim tamen & maxime eruo notissimæ frugi. Nocendi aũt causa infirmitas erui est. Nocẽt & aliæ alijs, quas idem Theophrastus eodem loco numerauit, & nos suis locis dicemus: Hãc ipsam erui anginam Plinius eruã lib. XXII. capite ultimo ait à similitudine canini genitalis cynomorion ab aliqbus nominari: non mala neqꝝ inconcinna similitudine, si plantam contempletur aliquis, quæ à radice surgens, nudo, glabro, singulariꝝ caule in summo folia aliquot confercta, & inter ea emergentes habet flores simul, & quasi in glomerẽ collecta omnia: qua forma caninum genitale in summo est, crassius, & quasi galeritum. Vidimus nos eruianginam: nec quicquam inter segetes & legumina per æstatem frequentius inuenitur.

περὶ τραγοπώγωνος. κεφ. τξά.

Τραγοπώγων ἢ πεζαπώγων. οἱ δὲ κόμην καλοῦσι. καυλὸς ὀργυιὰς. φύλλα κρόκῳ ὅμοια. ῥίζα μακρά. γλυκεῖα. ἐπὶ δὲ τῆ καυλῷ κάλυξ μέγας. καὶ ἐν ἄκρῳ κόμη μέλας. ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔχει. ἔστι δὲ ἡ πόα ἐδώδιμος.

De Hirci barba, quam Græci tragopogona dicunt. Caput CXXXII.

Tragopogona sunt qui comã hãc etiã appellent. ⌊ Romani utraꝝ uoce eam nominãt. ⌋ Breuis coliculus tragopogon siue coma est. Folia habet croci: radicẽ longam & dulcẽ: in coliculo summo calyx magn⁹ est, & in summo semẽ nigrũ à quo & nomen inuenit. Herba edendo est.

INTERPRES.

VNa eademꝝ causa est, cur hirci barbam & comã, Romani Græciꝝ tragopogona quondã appellauerint. Cuius si fuerit aliquis oculatus testis, nihil à ueterib⁹ dicet aptiore imagine descriptũ fuisse: non tamen præter qꝫ in integra ætate, has notas in ea deprehẽdet. Quo tẽpore enim floret, paulo ꝝ ante, descriptũ calycẽ, & ex calyce prodeũtem comosam lanuginem & capillamẽta ex se fundit: à qbus coma & hirci barba dicta est. Eam libro VIII. de historia plãtarum Theophrastus aptiore pictura & his uerbis effigiauit. Quidam uel alia innumerabilia nominant, inter quæ & illa est, quam hirci barbã uocant: cuius radix longa & dulcis: folia croco similia, longiora tãtũ: caulis breuis, in summo cuius ingẽs calyx est & barba, de summo uertice cana pẽdẽs, prolixa. Nascit spõte sua in aruis. Sed crescit etiã altilis in hortis, aut pastinato altiusꝝ subacto solo. Suspẽsa enim terra, crassiores & altius radices agit. Nõ fuit hæc quondã in honore hortoꝝ. Nos etiã meminimus in maiore pretio qꝫ nunc sit aliquãdo fuisse: tã nec in gustu & ganea nobis ipsis cõstamus. Hetruria gensꝝ omnis nostra, qꝫ in asperis & petrosis nascit, saxifragã alieno illi assignato nomine, ubiꝝ uocat: nihilꝝ hyeme notius: & ad acetaria paratius, pẽsertim radice, quæ una in hac plãta ob dulcedinẽ suam nõ ingratũ habet usum. Quod animaduertat aliquis in ea est, dicere Plinium in asperis nasci sine usu. Sed congruentibus alijs notis, non multifacienda est saporum per tempora gratiæ uarietas & inconstantia.

περὶ ὀρνιθογάλου. κεφ. τξβ'. De Ornithogalo herba. Cap. CXXXIII. De

Ορνιθόγαλον. καυλίον ὄζει ξυφεζόν. λεπτόν. ὑπόλευκον ὡς διαπιθαμιαῖον. ἄνω πλατυφύλλας ἔχον. τρεῖς ἢ τέσσαρας ἀπαλάς. ἀφ' ὧν ἄνθη ἐξωθεν μὲν βοτανώδη. διανοιχθέντα δὲ γαλακτίζοντα. καὶ μεταξὺ αὐτῶν κεφάλιον ὡς κάρυον πεπτημμένον. μετὰ ἄρτου σωσπτόν. ὡς μελάνθιον. ῥίζα ὑ βολβώδης. ἐσθιομένη ὠμή τε καὶ ἑφθή.

ORnithogalon. L Romani pariter Græcis ornithogalon dicũt. ⌋ Coliculus est tener, tenuis, cadidus, semipedalis fere ornithogalon, tribus quatuor'ue agnatis, & ipsis etiã teneris: ex quibus flores prodeunt, foris quidem herbaceo, intus uero & aperti lacteo colore: & in medio eorum capitulum pilulę, quam in arboribus aliquot cachryn uocant, modo ancisum. Coquitur cum pane quomodo & nigellæ semen. Radix illi bulbosa est: esturq; cruda pariter et cocta.

INTERPRES.

OPtabilem homini ornithogalon sola appellatio facit: quod enim in amplissima fortuna (& si nullũ id sit) imperiti non defore sibi sperant, gallinæ lac pollicetur, anceps iocosaq; uox, & qua facile ignaro homini possit imponere aliquis, & pro gallinæ lacte herbã in theatro iocosus poëta ostẽdens, tot is subsellijs risum excitare: nec minus si stipulatus alteri quispiã gallinæ lac fuerit, mala fide herbã illi reddere. Non leuẽ profecto in huiuscemodi, ob uocis æstimationẽ & etymon, materiã risus, si in aruis nascens nũc cognoscatur, ornithogalon dabit. Non parẽ aspectu etiã delectabit ea caulis, figura & floris specie qua à Dioscoride describitur. Inutilis præterq; in usu sanitatis herba est: eamq; ob causam parẽ laudata, & in antiqua plantarũ historia quasi numerus esset, uelut in decursu tractata. Plinius lib. XXI. cap. XVII. breuissime & his uerbis tantũ de ea egit: Itẽ ornithogali caule tenero, candido, semipedali, radice bulbosa, molli, tribus aut quatuor agnatis. Tantũ non ijsdẽ uerbis eadẽ huic scriptori de ea docens Paulus Aegineta, quod negligendũ non est, nullibi eius meminit. Quod ideò factũ ab eo forte fuit, quoniã nullas habet medicas uires: & in opere pistorio seminis eius ad dulciaria magis q̃ ad panẽ usus esset. In nomine lactis & auis significatio est: habetq; manifestã causam à candore floris lactis in eo uox. Cur autẽ auis, siue gallina, siue quęcunq; alia auis ea sit, in eodẽ nomine audiatur, nihil pro cõperto nobis est. Quod autẽ hic ait, in medio floris capitulum habere ornithogalon ὡς κάρυον ὀπτιτμημμένον, & à nobis uersum est: in medio capitulũ pilulæ, quã in arboribus aliquot cachryn uocãt, modo ancisum: huiuscemodi est, eamq; habet rei significationẽ quã Theophrastus lib. III. de plantarũ historia iterẽ atq; iterẽ ostendit: qui ut erat totius arborẽ naturæ diligentissimus contemplator, præter propriũ fructũ ferre arbores quasdã pleraq; alia, & alias plura, alias uero pauciora dixit. Verbi causa, ut in notissima arbore exemplo utamur: fert præter glandẽ quercus uiscũ, utranq; gallam, coccũ, muscũ, agaricum, fungos, & pleraq; alia. Ferunt & plures aliæ arbores quã idem Graeci κάχρυν sua uoce appellant. Plinius à forma pilulã uocat. Nihilq; in Theophrasto tertio illo & alijs uoluminibus frequentius & notius ea uoce est: appellatq; καχρυόφορα δένδρα omnes arbores illas, quæ cachryn ferũt: numerauitq; in hoc genere idẽ scriptor & Plinius abietẽ, laricẽ, piceã, tiliã, platanũ, iuglandẽ nucẽ, multaq; alia. Sũtq; Theophrasti hæc de cachry hac uerba libro tertio de plantarẽ historia: Τούτων ἕκαστον ἐκ μικρῶν σύγκειται μορίων, φυλλιδίων οἷον λεπίδων. ὥστε μὴ ἀνόμοιον εἶναι πρὸς ὄψιν στρόβιλον νέον, καὶ χλωρὸν, πλὴν προμηκέστερον, καὶ σχεδὸν ἰσοπαχὲς πανταχοῦ. ὅταν δὲ αὔξεται πρὸς τὸν χειμῶνα, καὶ ἄμα ᾖ πρὸς καῦσιν, τὰ δὲ φυλλίδια καὶ ξανθὰ γίνεται καὶ ὁ μὲν καρπὸς λαμβάνῃ διάκτυσιν. ὅταν δὲ ἀποπέσῃ τὰ φύλλα βλαστάνῃ, ταῦτα ἀπολείπεται. quorũ sensus hic sit: Harẽ unaquæque ex paruis particulis squamarũ constat, eadẽ qua pineæ nuces forma: eouscq; ut non dissimilis nouæ & uiridi pineæ marẽ modo deinceps constat, eadẽ qua pineæ nuces forma: eouscq; ut non dissimilis nouæ & uiridi pineæ nuci figura sit, oblongior tamen forma & æqualiter per totũ crassa. Augetur hoc hyeme, uere aperitur: fluuntq; tunc squamæ illæ, & in triũ digitorẽ longitudinẽ extenduntur: & cũ uere folium prodierit, decidunt &c. Et hæc cachryos forma & signra est: quam poterit aliquis, si alias non possit contemplari arbores, in pino & iuglande nuce quotannis per hyemem uidere: Nihil enim tam multis plantis communi re certius est. Et huic cachryi simile ornithogali capitulum Dioscorides ait: non ut in cæteris floribus folijs exæquatum, sed oblongum & ijsdem squamarum ordinibus dispositum, quibus in arboribus illis cachrys est. Plinius pilulam uocat, quàm uere autem, ex Theophrasto intellexisse facile erit. Caret Latino nomine cachrys hæc, quemadmodum & libanotidis semen quod una interposita litera tantum κάγχρυν, id est canchryn Graeci uocant. Vocant & canchryn & canchrydia ijdem Graeci molita primum mox frixa hordea, magna nominum similitudine, & ob id præsenti semper dubitatione, quid in ea uoce intelligendum sit: legẽtes ideo monemus, quoniam facilis ad uitium in una litera lapsus, & in antiquis Græcorum codicibus promiscua est earum uocum lectio, rem ipsam prius quàm uocem intueri: & quid rei de qua agitur magis cõueniat, præsertimq; in medicina, in qua ex ratione & genere morbi facile erit conijcere, sit'ne hordeo opus an libanotidis semine, an arborum cachry hac: de qua ad explendam rei historiam non piguit longius agere: etsi in libanotide id est rosmarino iterẽ agendum nobis de eadem hac erit. Sed quod nunc præstitum fuerit, labori tem eius loci decurabit.

καχρυόφορα δένδρα.

κάγχρυν.

Περὶ ὑδνου. κεφ. τξγ'.

Ὑδνον ῥίζα ὄζει περιφορὰς. ἀφυλλος. ἄκαυλος. ὑπόξανθος. ἔαρος ὀφυπτομένη. ἐδώδιμος δὲ ἐστιν ὠμή τε καὶ ἑφθὴ ἐσθιομένη.

De Tuberibus.
Cap. CXXXIIII.

HYdna L. Romani tubera appellant. ⌋ Radix rotunda tuber est: sine folijs, sine caule, colore subflauo. Foditur uere, Edendo est, esturq; cruda pariter et cocta.

NIhil quod medicinã augeat aut inſtruat, tuberibus Dioſcorides tribuit: terreſtri tamen ſubſtantia cõcerni & conſtare ueteres aliqui dixerunt: & extenuãdi aliquã habere poteſtatẽ. Credidit antiquitas cognationẽ illis aliquã cũ cœlo eſſe, nec niſi tonante Ioue naſci. Quod in ſatyra Aquinãs poëta monuit, dicens: Et facient optata tonitrua cœnas Maiores &c. Licetq; non fieri, ſed oſtendi & quaſi ſignari tonitru tubera aliqui dicerent, pulſu aëris ex eo, quemadmodũ ſole etiã fit, dehiſcente terra, qua parte ea latent: falliq; qui aliter credant, non ſecus q̃ ſi opinentur imbrẽ cochleas facere, non illectas humore ex ſepibus & macerijs producere. Fuerũt tamẽ qui ſecretiores naturæ cauſas altius repetentes, contrà oſtenderent: dicerentq; ingruentibus in terrã è ſuperiore cœli parte tonitru, fulgetris, fulminibus, uentis, & imbribus, quæ omnia plerũq; ſimul fiunt, diuerſos rerum ſuccos, & cõtraria tẽperamenta fieri in his quæ ad generationẽ mouent. Non ſecus q̃ rorẽ dulciorẽ pecori facere herbã. Cœleſtẽ aũt arcũ ſubiectã omnẽ ſibi terræ materiã diuino halitu implere dicũt, cui cõparari ſuauitas nulla poſſit: eademq; ratione pro cõperto habendũ, terrã cum impetu ſubeuntibus fulgetris, fulminibus, aquis, uentis, caloribus frigoribusq;, quæ intra terrã ſunt, moueri: motaq; dẽſari aliquãdo & inania relinqui: quẽadmodũ & in humano corpore caliditates frigiditatesq; ſanguinis, ſtrumoſas partes aliquas, & ut Græci dicunt, ἀδενώδεις aliquas faciunt. Et ex hoc ſtrumas & adenũ in corporibus noſtris gñe, tubera in terrã eſſe teſtati ex antiqs ſapiẽtioribus aliq; ſunt: nec falli eos qui dicant tonitru tubernaſci, ſed naturæ non contemnendã cauſam & rationẽ in eorũ generatione afferre.

περὶ σμίλακος. κεφ. τξδ'.

Σμίλαξ ἡ κηπαία. ἧς ὁ καρπὸς λόβια. ὑπ' ἐνίων δὲ ἀσπάραγος καλεῖται. φύλλα ἔχει κισσῷ ὅμοια. μαλακώτερα μέντοι. καυλοὺς δὲ λεπτοὺς καὶ ἕλικας περιπλεγμένους τοῖς παρακειμένοις βαμνίοις. αὐξανομένας τε ἐφ' ἱκανόν. ὧς τε καὶ σκιοποιεῖσθαι, καρπὸν δὲ φέρει ὅμοιον τῆλει. μακρότερον δὲ καὶ ἐπισκιότερον ὧν οἷς ὠοειδῆ. ὅμοια νεφροῖς. οὐκ ἰσόχροα. ἐκ μέσους δὲ ὑπερυθρίζοντα. λαχαινεῖται δὲ εἰς βρῶσιμον ὁ καρπὸς ἑφθὸς σὺν ἐλαίῳ καὶ ὄξει ὡς ἀσπάραγος. οὐρητικὸς ὢν καὶ δυσουρίας.

De hortenſi Smilace. Cap. CXXXV.

SMilaca cepæã Romani hortenſem ſmilacem appellant. Hortẽſis ſmilax eſt, cuius ſemen lobia, i. diminuta à ſiliquis uoce ſiliculas Græci appellãt: ab aliqbus hęc ipſa etiã aſparagus uocat. Hederæ folia habet, mollio ra tantũ, graciles caules, & in caulibus capreolos propinqs fruticibus ſe implicãtes, tãto undiq; incremẽto, ut ſcenas etiã & tentoria inũbrent. Siliquas fert fœnogræco ſimiles, lõgiores tñ craſſioresq;, in quibus ſemina renibus animaliũ ſimilia, nec colore uno, uerũ ex altera parte leniter ruffa. Coquit̃ oleiq; modo ad cibum ſiliqua cum ſemine, aſparagi modo elixa: eſtq; illi natura & uis urinã ciere: ſed grauia facit inſomnia.

LAte in Græcorũ Latinorq; herbarijs, & utriuſq; gentis ſcriptoribus cunctis, qui plantarq; hiſtoriã longius à ſe deſcriptã poſteris reliquerunt, patet milacis ſeu ſmilacis nomen, uagumq; per multa fruticũ & plantarq; genera ab aliquibus milax, ab aliquibus uero ſmilax, nullo diſcrimine legendũ proponi. Diximusq; nos obiter in croco, quæ tunc ſatis eſſent, & ex antiquiſſimis aliquot ſcriptoribus eã auſi ſumus milacẽ deſcribere, quæ flore magis q̃ umbra ratione'ue alia quapiã cõmẽdaretur. Nunc ex profeſſo de hortenſi ſmilace agitur: quæ in leguminũ genere & cenſu conſtituti numerariq; potius q̃ inter frutices uideat. In quarto mox eiuſdem ſcriptoris huius uolumine de aculeata aſperaq; & ſine aculeis ſmilace agendũ erit, quæ in hederarq; cenſu & cognatione merito numerant: omnes ut conijcere facillimũ eſt, genere diuerſæ: figura uero foliorũ, umbra, clauiculis, & adiacẽtibus alligandi ſe natura congeneres adeoq; ſimiles, ut uelut inter gentiles fit, eodẽ nomine omnes quondã dictæ fuerint: quodq; primũ propriũq; in hedera fuerat, ab ea in tot diuerſas ſpecie plãtas translatũ deriuatũq; paulatim eſt. Fecit id abundantibus rebus & deficientibus nominibus ſimilitudo, præſertimq; implicãdi ſe adiacẽtibus eadẽ in cunctis natura, qua grato ſpectaculo alienos truncos, parietes, & ſcenas ueſtire poſſunt. Quod & uolubilis multiplex genus etiã habet & facit, genere quidẽ diuerſum, non tamẽ nominibus diſcretũ. De ſmilace utraq; hedera quarto uolumine ſuo loco certius agetur. De hortenſi hac dicendũ modo, deſcribi à Dioſcoride q̃d leguminis formã rationẽq; magis q̃ fruticis habeat: ſiliquas enim ferre hanc ſmilacẽ ait, quibus hedera omnis caret: habere itidẽ in ſiliquis quę ẽ admodũ & in reliquo leguminũ genere ſemina: qua nota differre ab omnibus hederis neceſſe eſt, quæ non ſiliquas ſed corymbos ferunt. Nec aliud eſſe quo in nomen hederæ uenerit q̃ foliorq; ſimilitudinẽ & implicãdi ſe adiacentibus naturã. Qualis aũt hæc ſit, et quibus regionibus inueniat̃, non auſim ego dicere. Nihil eñ neq; ex aliorq; hiſtoria cõpertũ mihi de ea eſt. Credidit Barbarus nominis ſimilitudine perſuaſus, qm̃ phaſeli alterq; genus lobon Græci uocẽt, et hic lobia ſmilacẽ hãc à quibuſdã uocari ait legumẽ illud, hoc loco indicari: qm̃ et id capreolos ſeu clauiculas aliquas quibus nitat̃ et implicet ſe, habet: et in utroq; phaſelo renibus ſimilia ſemina ſunt, et in rubẽte hoc amplius idẽ color. Nobis tñ parq; ueriſimile uidet̃ ad eã altitudinẽ et frondiũ copiã poſſe legumẽ aliq̃d augeri, ut ſcenas, et tabernacula ueſtiens inũbret: id enim σκιοποιεῖσθαι Græcis huic ſcriptori ſignificat. Sunt aũt Græcis σκῆναι, id eſt ſcenæ quæcunq; in caſtris aliſ'ue locis, ex frondibus, culmis, pellibus tabulisq;, tẽporaria domicilia fiunt, quales ad umbrã in hortis aliq̃ etiã eriguntẽ. Antiquiores Latini attegias uno nomine cũcta hæc dixerũt. Sic Iuuenalis: Dirue Mauroq; attegias &c. Quinetiã antiqui hebrææq; literarũ interpretes eius gentis tabernacula attegias interpretati ſunt. Barbarus opus topiariũ hoc dixit, non ſatis, ut nobis uidetur, ad exprimendũ uocis illius et uerbi captum.

σκῆναι. Attegiæ.

De

Περὶ μηδικῆς. Κεφ. τξέ.

Μηδικὴ. ἔοικε μὲν ἄγρᾳ φυομένῃ τῇ τριφύλλῳ τῇ ἐν λειμωνοτοπίοις. προάγουσα δὲ εὐοφυλλοτέρα γίνεται. καυλοὺς ἀνιεῖσα τριφύλλῳ ὁμοίους. ἐφ' οἷς τὸ σπέρμα προσπέφυκε φακοῦ τὸ μέγεθος. ἐπεσταμμένον ὡς κρόμμυον. ὃ πᾶν ξηρανθὲν, μίγνυται ἡδύσμασι καὶ ἁρμοῖς τοῖς ἀρτυτοῖς ἁλσί. χλωρὸν δὲ καταπλασθὲν ὠφελεῖ τὰ ψύξεως σὺν ὀδύνῃ ἕλκη πρὸς χεῖρον. οἱ κτήνεσι φοραὶ ἀντὶ ἀργώσεως.

De Medica herba. Cap. CXXXVI.

MEdicam Romani pariter Græcis medicam dicunt. Pratẽsi trifolio similis medica recens nata est: crescenti dein de contrahit & angustius fit foliũ: profertq; similes trifolio caules, in quibus semen lẽticulæ simile, inflexũq; corniculoꝝ modo: quod siccatũ suauitatis gratia condimẽtario sali miscet. Id uiride emplastri modo impositũ, prodest his quæ refrigeranda sunt. Tota autẽ herba pro gramine utunt, qui quadrupes & iumenta pascunt.

INTERPRES.

PEregrinã græciæ Italiæq;, & ex alieno orbe petitã fuisse medicã herbã, nisi id Plinius manifeste testare tur, satis unũ indicaret nomen, quod non ei tantũ sed Assyriæ malo cõmune, eosdẽ utriq; & ex eadem gente natales ostendit. Fuit hæc quondã in maximo ruris & pecuariæ rei honore, nec quicq; diligentius maioreq; laboris cõpendio & utilitate ad uniuersi rustici pecoris pabulũ serebatur: quo magis miret aliquis, perisse eam tanto pere & à nobis euanuisse, ut nulla nunc eius in Italia ex antiquo nomine & usu uestigia deprehẽdantur: audita q; medica herba, nihil auribus nostris certius obuerset, q̃ si inaccessos Scythiæ lucos, aut Indiæ odorata prata audiamus. Quæsiuimus nos iampridem tota Italia: antiquũ enim renouandæ uetustatis studiũ in nobis est: diligentiq; multaq; diuersis locis gentiũ & incolaꝝ percontatione, sicubi incognita medica lateret, in lucem proferre, & ruris disciplinæ restituere conati sumus: nec aliunde q̃ ex Hispania quod ad hanc rem faceret, nunciatũ nobis aliquid est. Et quoniã segnius irritant animos, ut Flaccus ait, demissa per aurẽ q̃ quæ sunt oculis subiecta fidelibus, ex eadẽ regiõe integros herbæ, quã illi medicam censent, cum suo semine caules afferri nobis curauimus. Nec parũ, si huic illa respondet, in deprehendendo capitis huius multiplici uitio profuisse Dioscoridi uidebimur, qui medicæ à se tractatæ semen penitus aliud ab illius semine, ut nunc in eo legitur, describit. Vidimus nos ut dictum paulo ante est, medicæ cuius in Hispania quotidianus in iumẽtoꝝ pabulo usus est, cubitales geniculatosq; caules, trifolio undiq; similes. Audiuimusq; ab ijs qui in Hispania rem obseruarunt, quod de ea ab antiquis fertur, quicquid in caule assurgit, in foljs contrahi: nullo cibo prius magisq; lætari & pinguescere iumenta pecusq; omne: parcius dari, quoniã inflet & multum creet sanguinem, quem ducere postea necesse sit: & ne longiores simus, nihil non ab antiquis traditum de ea nunc etiã inueniri. Quod non conuenit scriptori huic, semen est: quod hic lentis magnitudine indicat, & intortum: in illa uero exiguũ, panici minus, papaueris uero semine non adeo maius, cum rotunditate oblongũ, colore flauescente uidetur: quorũ nihil in Dioscoridis medicæ semine est. Siliquã non licuit uidere: sed ut conijcere ex seminis quãtitate facile est, gracilẽ & uitiæ siliqua graciliorẽ credere oportet. Eò fit ut credamus, omnia in capite hoc post descriptos caules usq; dum hic iubet misceri suauitatis gratia &c. parum integra ubiq; esse: persuadetq; id præcipue quod hic ait, semen intortum ὡς κριάτιον, id est cornuculi modo: qua forma siliquæ in multis non semina sunt. Inclinatq; animus, pertinere id ad siliquæ figuram, non seminis formam. Quinetiã quæ pauloante leguntur illic uoces, ἐφ' οἷς τὸ σπέρμα προσπέφυκε φακοῦ τὸ μέγεθος, non eodem modo in cunctis leguntur: arguitq; uarietas uitium. Et ne ultra q̃ decet in his immoremur, quod dicimus est, non respondere penitus Hispanam & nostræ ætatis medicam antiquorum historiæ, & ex uarietate antiquorum codicum, uitium suspicari ab re non esse.

Περὶ Ἀφάκης. Κεφ. τξς.

Ἀφάκη. Θαμνίον ὀξὺ φυόμενον ἐν ἀρούραις, φακοῦ ὑψηλότερον, λεπτόφυλλον. τὰ δὲ ἐπ' αὐτῇ φυόμενα μείζονα θυλάκια τῆς φακοῦ πληθύοντα τῷ σπερματίῳ τριῶν ἢ τεττάρων μεγάλῳ καὶ μικροτέρων φακοῦ. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ σπέρματα συμπικλώ. ὅθεν ἴσχει καὶ ῥεῦμα κοιλίας & σομάχου φευκτόμενα & ἐρεθόμενα καὶ ἑλκόμενα ὡς ἡ φακός.

De Aphace. Cap. CXXXVII.

APhacen Romani pariter Græcis aphacem dicũt. Exiguus frutex aphace est. Nascitur in aruis, lente excelsior, tenui folio. Quæ nascuntur in ea lente maiores siliquæ, terna quaterna'ue semina inter se cõtinent, nigro colore, lentibus minora. Adstringendi uim semina illa habent: ideoq; alui fluctiones & stomachi tosta, confracta, & lentis modo elixa, sistunt.

INTERPRES.

DE aphace Plinius libro xxvii. capite v. nihil non ab hoc scriptore dictũ ijsdem totidemq; reddidit uerbis: Aphace tenuia admodũ folia habet, pusillo altior lenticula est. Siliquas maiores fert, in quibus terna aut quaterna semina sunt, nigriora & minora lenticula. Nascitur in aruis. Natura ei ad spissandum efficacior q̃ lenti. Reliquo usu eosdem effectus habet. Stomachi aluiq; fluctiones sistit semen decoctũ. Et hæc Plinius. Barbarus post eum in Corollario suo, quæcunq; in Theophrasto lib. viii. de plantarum historia de aphace legũtur, totidem uerbis pariter reddidit: sic nihil ferè quod adijciamus relictum nobis est, nisi quæ diuersis locis ab eodẽ Theophrasto dicta sunt, breuiter collegerimus: haud sanè qa collectis his digito

iegentibus aphacem oſtendere cogitemus: ſed q̃ coaceruatis in unũ tot notis, facilior poterit alicui rei nobis incognitæ coniectura eſſe: & quod ſe nobis non obtulit, alij ſe offerre. Diximus non multo ante cum de agreſti lactuca ageremus, quale herbarũ genus eſſet quod Theophraſtus ἀφρυραῖον nominauit. Ex eodẽ genere eodem autore aphace eſt: idq̃ hic etiam ipſe teſtatur, in aruis naſci dicens. Nullam itaq̃ in ruris hortorum ue cura culturam aphace habet: quærenda q̃ in aruis eſt, quo tempore inculta ceſſant. Retulit idẽ non admitti in cibos aphacem ob amaritudinem ſuam: ſimilia agreſti cichorio folia habere: Primã appetente uere florere, citiſſimeq̃ ſeneſcere: florem in lanuginoſos pappos reſolui: plura q̃ alia in ea fieri, quæ omnia à Barbaro collecta relinquenda à nobis ſunt: ex quibus non facile ratiocinetur aliquis, uitiam notiſſimã omnibus frugem eſſe: etſi congener aut ſimilis illi ſit, ſylueſtrem omnino exiſtimandam eſſe.

ἀφουραῖα.

περὶ πράσου κεφαλωτοῦ. κεφ. τξζ'

De Porro capitato. Cap. CXXXVIII.

Πράσον κεφαλωτόν. Ῥωμαῖοι πόρρυμ. φυσώδες, κακόχυμον, δυσόνειρον, οὐρητικόν, εὐκοίλιον, λεπτυντικόν, ἀμβλυωπίας ῥηκτικόν, καταμηνίων ἀτονόν, ἕλαπτικὸν κύστεως ἐλκωμένης. ⟨ νεφρῶν. σωτικὸν δὲ πιόμενον καὶ βρωθὲν ἀνάγει τὰ ἐκ θώρακος. ἡ δὲ κώμη αὐτοῦ ἐνθεῖσα εἰς θαλάσσης ὀξυλεῖς εἰς κάθισμα χρησιμεύει πρὸς μύσιν καὶ σκληρίαν ὑστέρας. ἀπεγλυκαίνεται δὲ ⟨ ἀφυσσόμενον γίνεται δυσμύδασιν ἐνθέμενον καὶ ἀπρεσχέρ ἐν ὕδατι ψυχρῷ. ὁ δὲ καρπὸς δριμύτροπος ἔχοντι ⟨ σύψεως. ὅθεν αἷμα ὁ χυλὸς αὐτοῦ ἵστησι σὺν ὄξει. καὶ μάλιστα τὸ ἐκ μυκτήρων φερόμενον, μάννης ἢ λιβανωτοῦ μιγέντος, ἀφροδισιάτε προσμᾶ. καὶ πρὸς τὰ ἐν θώρακι πάντα σὺν μέλιτι ἀντὶ ἐκλείκτου. πρὶν καὶ πρὸς φθίσεις βοηθέν. καθαίρει δὲ καὶ τὴν ἀστηρίαν, ἐσθιόμενον δὲ συνεχῶς ἀμαυρωτικὸν ὄψεως γίνεται. κακοστόμαχον δέ ἐστιν. ἀφίησι καὶ δυσκοιλιότητας σὺν μέλιτι πινόμενον ὁ χυλός. ⟨ αὐτὸ δὲ καὶ πλασσόμενον ὠφελεῖ. βοηθεῖ ⟨ ὠταλγίαις ὁ χυλὸς ⟨ ἡχοῖς, σὺν ὄξει καὶ λιβανωτῷ καὶ γάλακτι ἢ ῥοδίνῳ ἐνσταγείς. αἱ δὲ καὶ ἰόνθους τὰ φύλλα μετὰ ἁλὸς τὰ ὄψα καταπλασθέντα. ⟨ ἐπινυκτίδας ἰᾶται. ἐχάρας τε πυριωτικῇ σὺν ἅλσιν ἐπιπλασσόμενον. τοῦ μύου τὸ ὠσέρματος ⊀ β'. μετὰ μύρτων ἴσων πρόσται, τὰς χρονίους ἀναπωγὰς τ αἵματος ἐπέχουσιν.

De Porro capitato. Cap. CXXXVIII.

PRaſon cephaloton Romani porrũ capitatum dicunt. Inflat porrũ: mali ſucci eſt: grauia & tumultuoſa facit inſomnia: urinam cit: bonã facit aluũ: extenuat: oculorũ claritati officit: menſes trahit: exulceratæ ueſicæ & renibus nocet. Idẽ cũ ptiſana coctũ & in cibo ſumptũ, pectoris excreationes adiuuat. Coquitur in aceto & marina aqua porri coma, decoctoq̃ illo inſidentiũ fœminarũ præcluſi duratiq̃ loci utiliter fouentur. Dulceſcit & minore inflandi ui porrũ fit, una & altera elixũ aqua, tum frigida demeſum. Habet porri ſemen acrimoniã: habet & adſtringẽdi aliquã uim: eãq̃ ob cauſam fiſtit ſanguinis, præſertimq̃ ex naribus, ſuccus eius cũ aceto profluuia, thure aut polline thuris addito. Venerẽ ſtimulat porrum: facit idem ad omnia pectoris uitia cum melle in eclegmate: facit & ad tabẽ quã Græci phthiſin dicũt. Purgat fauces & animæ canalem in cibo ſumptũ: cõtinuus tamen eius cibus oculorum claritati officit, & ſtomacho nocet. Succurrit & uenenatorũ morſibus potus cum melle porri ſuccus: ſuccurrũt & folia ipſa emplaſtri modo impoſita. Aurium doloribus, tinnitibusq̃ confert porri ſuccus cum aceto, thure, lacteq̃ aut roſaceo inſtillatus. Delent uaros porri folia cum obſiniorũ rhu emplaſtri modo impoſita: ſanant & epinyctidas. Carbunculos erumpit cũ ſale eodẽ modo impoſitum porrum. Quinetiam potæ ſeminis drachmę duę cum paribus myrti baccis, ueruſtas ſanguinis ex pectore reiectiones ſanant.

INTERPRES.

ILliberalis cibus porrũ eſt, non tamen à natura tantopere damnatũ, ut non medicinã multiplici remedio etiã inſtruat: præſertimq̃ quod ueteres, quoniã in caput creuiſſet, capitatũ dixerunt. Cui maiores q̃ ſecuo ad omnia effectus antiquitas tribuit. Quapropter & hic de porro acturus id genus elegit, quod ad medicinã primũ haberet bonitatis honorẽ: eaq̃ eſt cauſa, cur capitati tantũ meminerit Dioſcorides, nequis ſonte adiectũ porro capitati diſcrimen miret: utrũq̃ enim porri genus, ſectiuũ ſcilicet & capitatũ, eadẽ omnia poteſt: ſed capitati efficacior uis. Et quoniã ubiq̃ inuenitur utrunq̃, ideo alterius tantũ & efficacioris uſum Dioſcorides probauit. Nihil in diſciplina ruris ſectiuo & capitato porro frequẽtius in antiquis eſt. Laudat iq̃ Martialis in Xenijs ſuis utrunq̃: in altero fila, in altero niueũ ſtipitẽ deſcribens: neq̃ ab re, quando diſcrepent inter ſe ſatio, cultura, & forma. Quod ut certius pateat, non pigebit quæ in antiquis rei ruſticæ ſcriptoribus obſeruata à nobis de duplici hoc porri genere fuerũt, breuiſſime cõmentationibus his noſtris adijcere: præſertim nulla eius diuerſitatis noſtra ætate diſciplina & obſeruatiõe. Omnes q̃ de ſatione & cultura porri docuerũt, mẽſe Februario ſeri, mox locis apricis ſi ingrãduit, trãsferri præceperũt. Tũ ſi ſectiuũ facere aliq̃s uoluerit, dẽſius ſatũ relinqui oportere: & ita cũ increuerit, poſt duos menſes q̃ ſatũ eſt, ſecari. Dico aũt ſecari, unde ſectiuũ dictũ eſt, frondem illi ſupra terrã eminentem auferri. Fuerunt tamen qui hoc genus etiam eodem quo capitatũ modo transferrent, modicis q̃ ſpatijs, id eſt inter quaternos digitos depangerẽt: & cũ conaluiſſet, eodẽ modo deſecarent. Et hoc culturæ genere ſectiuũ porrũ quondã fiebat, gracile tenuiusq̃: q denſius

Porri duplex genus.

Sectiuũ.

denſius ſatum & translatū modicis ſpatijs depactū fuerat. Credimusq; nos eſſe genus hoc quòd antiquores aliquot Græci gethyllides quaſi getio ſimile uocauerunt, cui gracilitate candoreq; ſuo hoc porrū æquale uidetur. Quid autē getiū ſit, facillimū in Plinio cognoſcere erit. In eo autē quod magni capitis & capitatū efficere aliquis cupiebat, alius ſationis & culturæ ordo erat. Præceperunt q; ueteres rarius q̄ ſectiuū ſeri, & anteq; translatū iterum depangatur ſub terrā, amputandas illi radiculas, & tondendas fibras q; ſummas partes, tum teſtulas uel conchas quaſi ſedes ſingulas ſubijciendas, ne in altum ſed in latus eor; incrementū ſit. Aſſidue deinde ſarriri & ſtercorari, & cum radices egerit, modice comprehendi & alleuari ſarculo, ut ſuſpē ſum à terra quod ſpatij uacuum ſubter inuenerit, capitis amplitudine cogatur implere. Et hæc ſectiui capitati q; porri ſatio, cultura, & differentia quondam fuit. Ex quo duplici genere hic capitatū elegit medicinæ aptius, & ad remedia omnia efficacius: inter quæ præcluſis duratisq; fœminarū locis mederi decoctū porri hic ait, duratos intelligens locos, quos Græcorum medici σκληρώματα uel σκληρωμένους, id eſt durities uocant: frequens in fœminis malum, quod q; in diffinitionibus ſuis Galenus ait: duriuſculum tumorē in aliqua eorū locorum parte eſſe, à permanentibus & diutinis inflāmationibus factū, in genere eorum quæ Græcorum medici σκίρρους in eadē parte uocant, numeratū. Diffiniunt q; ſcirrhū, quæ uox Græcis duritiē ſignificat, affectionē in aliqua muliebriū locor; parte factā eſſe, quæ tactui non cedat, inæqualiter tumeat, & ſine dolore plerunq; ſit. In hoc genere durities & durati ij fœminar; loci ſunt: Differunt autē à ſcirrhis non loco, oēs enim in fœminar; locis fiunt, ſed q; durities eæ quas Græci σκληρώματα non ſcirrhos uocant, æquali tumore concreſcunt, minus tactui repugnāt, & cū mediocri dolore ſentiunt: quæ cōtrà in ſcirrhis omnia ſunt, & ut certius dicamus, genus ſcirrhus eſt, σκλήρωμα autē ſpecies. Præcluſi ijdē loci non diſſimilē habēt cauſam: clauduntē enim ex inflāmatione illic facta: nec aliud præcluſio hæc eſt, q̄ ut Græci docēt oſtij muliebriū locorum μύσις id eſt clauſura, fœlici translatione ab oculis facto nomine: μύειν enim conniuere Græcis eſt, & cū obdormiſcimus concidentes oculos claudere: & quoniā coëunt conniuentq; inuicē margines oſtij eius, ideo μύσιν Græci, Latini præcluſionē id malū uocauerunt. Habet id malū plures alias etiā cauſas medicis notas, ideoq; non repetendas à nobis. Quomodo autē præcluſio hæc à præcluſione in eadē parte facta, quam Græci phimon uocant differat, ſi quando dabitur occaſio, certius dicetur. Nunc ſatis ſit hanc docuiſſe.

Præcluſi & durati fœminarū loci.
σκλήρωμα.
μύσις.
σκίρρος.
Scirrhus.

Περὶ Ἀμπελοπράσου.
Κεφ. τξή.

Ἀμπελόπρασον, κακοσμαχώτερον τοῦ πράσου. Θερμαντικώτερον δὲ καὶ οὐρητικώτερον. καταμήνιον ἀγωγόν. Σκιρρώδη κτοις δὲ βιβρωσκόμενον ἐχθόζει.

De Agreſti porro quod in uinetis naſcitur. Cap. CXXXIX.

AMpelopraſon Romani pariter Græcis ampelopraſum dicūt. Stomacho magis q̄ porrū nocet ampelopraſum. Efficaciores tamen ad calefaciendum & ciendam urinam uires habet. Menſes trahit hoc etiā, uenenatorumq; morſibus in cibo ſuccurrit.

INTERPRES.

NOn fuit Plinio nec poſt eum tot alijs cura, latinum nomen ampelopraſo dare: Græcorumq; appellatione uſi omnes, cogitandum legentibus reliquerunt, inter uites naſci hoc porrum: id enim Græcorum uox illa indicat. Nos præter id ſyluestre porrum etiam ampelopraſon diximus, nec ſine autore: ſiquidem Paulus Aegineta libro VI. ſic illud nominauit, ἀμπελόπρασον οἷον πράσον ὂν ἄγριον. Rurſusq; libro I. capite de his quæ eſculentas habent radices, τὰ δὲ ἀμπελόπρασα τοῦ πράσων ὡς ἄγρια ξηρότερα, quod eſt: Sunt autē porris ſicciora ampelopraſa ueluti ſyluestria. Credimus præterea nec negligendis coniecturis, periſſe in hoc capite aliqua: ſiquidem qui omnium mihi eſt uetuſtiſſimus & probatiſſimus Dioſcoridis codex, plura alia habet ad hiſtoriam diuerſasq; appellationes ampelopraſi pertinentia. Quæ licet ex Galeno accepta uideātur, conſilium tamen inſtitutumq; Dioſcoridis in deſcriptionibus his habent: Numeratq; eſſe illi caput allio ſimile, folium titimallo, florem purpureum, caulem lychnidi herbæ æqualem, & ſemen naſturcio ſimile. Plinius etiam præter ea quæ nunc in Dioſcoride leguntur, ructu grauem ait eſſe, eruptionem ſanguinis per genitale compeſcere, & ob eandem cauſam à partu mulieribus dari: dari & contra canum morſus, nonnulaq; alia. Quæ ignoraſſe præſertim tam multa aut oblitum fuiſſe diligentem in ſcribendo hominem, parū ueriſimile eſt. Quinetiam Paulus Aegineta exulcerare & incidere addidit.

Περὶ Κρομμύων.
Κεφ. τξθ'.

Κρόμμυον. Οἱ δὲ πολύφλοιον. πρόφυτα καλαβωτίς. ἑωμαῖοι κέπαμ. Δριμύτερον τὸ μακρὸν τοῦ σφαιρώδους. ἧττον τὸ ξηρὸν τοῦ χλωροῦ. Ἧττον τὸ ὠμὸν τοῦ ὀπτοῦ ἧττον ταριχηρόν. ἔστι δὲ ἅπαντα δηκτικὰ καὶ πνευματωτικά. ὀρέξεως ἐκκλητικά. λεπτυντικά. διουρητικά. ἀποσιτικά. ἀπρικαθαρτικά. εὐκοίλια. ἀποσημωτικὰ ἐκκρίσεως τοῦ πεπτοῦ καὶ αἱμορροΐ-

De Cepis. Cap. CXL.

CRommyon Sunt qui polyidos appellēt. Magi celebotin. Romani cepā dicunt. In cenſu ceparū & genere maiore acrimonia ſunt longæ, q̄ rotundæ: ruffæ, q̄ candidæ: ſiccæ, quàm uirides: crudæ, q̄ coctæ, aut in ſale ſeruatæ. Inflandi erodendiq; uires cunctæ habent. Cibi appetentiā excitant: ſiticuloſæ ſunt: extenuant ſtomachi uelut ex repletione faſtidia, & bonā faciunt aluū. Repurgant, laxant qua excernendum aliquid ſit, præcipueq; hæmorrhoi-

δωμ. ἀντὶ βαλάνου δὲ προσίδετῃ λεπισθέντα καὶ εἰς ἔλαιον ἐμβληθέντα. ὁ δὲ χυλὸς ἐγχριόμενος σὺν μέλιτι βοηθεῖ ἀμβλυωπίᾳ σιμ. ἀγγέμοις, νεφελίοις, καὶ ἀσχομένοις ὑπὸ χθονὸς καὶ σκληρωτικοῖς διαχριθείς. κινεῖ τε καταμήνια καὶ ἄγει. ἔγχυτίς τε καθαρτικὸς διὰ ξινὸς κεφαλῆς. κωνοπικτρίς ἢ κατάπλασμα μετ' ἄλφιτων καὶ πηγάνου καὶ μέλιτος. σὺν ὄξει ἢ σὺν ἁλίφ καταχριθεὶς ἀλφοὺς ἰᾶται. μετ' ἴσου δὲ ἀσβολίου φωροφθαλμίας παύει, καὶ ἰόνθους σὺν ἁλσὶ σέλλει. σὺν ὀρνιθείῳ δὲ στέατι πρὸς ἐκπύημα τα ὑπερσαρκώματα χρήσιμος. καὶ πρὸς ξενισμοὺς κοιλίας καὶ δυσκοιΐαν καὶ συριγμούς. καὶ πυορροοῦντα ὦτα. καὶ πρὸς τὰς ἀπολήψεις τῆς ὑδάτων τῆς ἐν τοῖς ὠσὶ μαλάσσει. καὶ πρὸς ἀλωπεκίας προτρίβομενος. τάχιον γὰρ ἀλκυονίου προσκαλεῖται τρίχας. ἔστι δὲ τὸ κρόμμυον κεφαλαλγὲς πλεῖον βρωθέν. ἐφηδὲν δὲ οὐκ ἀκριβῶς γίνεται. πλέον δὲ ἐσθιόμενον ἐν νόσοις λιθάργους ποιεῖ. τοῦτο τοίνυν ἐφηδέν. ἐφθόν. καὶ καταπλασθὲν σὺν σαπίδι ἢ σύκῳ, φύματα πέτει καὶ διαῤῥήγνυσι.

das appositis pro balanis earũ tunicis ex oleo. Ituũ gitur ad claritatẽ oculorũ cum melle cepæ ſuccus. Prodeſt albuginibus, oculorũ nubeculis, & incipientibus eorũ ſuffuſionibus: Prodeſt & anginis quæ utiliter eo inunguntur. Mouet idẽ & trahit mẽſes. Purgat præterea caput naribus inſtillatus. Contra rabidorũ canũ morſus additis ruta ſale & melle, illinit. Sanant eo inuncte in ſole addito aceto utiligines. Finit idẽ oculorũ ſcabies cũ pari cinerula quã ſpodion dicunt inunctas. Varos cũ ſale cõpeſcit. Inunguntutiliter eodẽ cũ gallinaceorũ adipe à calceis facti attritus pedũ. Quinetiã alui fluoribus ſubuenit. Facit ad grauitatẽ auriũ, incertos earũ ſonos, purulentas ex eis deſtillationes, & exhauriendas quæ in eis coierũt aquæ. Fricant eo utiliter capillorũ defluuia quas alopecias dicũt: citiuſq; halcyonio capillũ prouocat. Capitis dolores facit copioſus cepæ cibus. Efficaciores ad ciẽdam urinã cocturæ cepæ fiunt. Faciunt in ualetudine maiore copia in cibo ſumptæ ſomni inexpugnabilem neceſſitatem quam lethargum dicũt. Maturant panos & celerrime erumpunt coctæ, mox cum paſſa uua aut fico emplaſtri modo impoſitæ.

INTERPRES.

FVit quondã Aegyptijs porrũ & cepe nefas trucidare & frangere morſu: damnataq; ab ea gente, aliquin in ſanitatis uſu & medicina utiles cepæ fuerunt: q̃ contrà q̃ in reliquis naturæ partibus fit, quæ utranq; lunæ fortunã plerunq; ſequuntur: & dum toto orbe ea fulget, ſubinde augentur: pereunte aũt illi luce, & ipſæ paulatim minuuntur, una hæc in eius ſyderis morte & tenebris ſpecioſiore habitu lætioriq; fiat & germinet. Acceſſit ad eã ſuperſtitionẽ etiã, q̃ inutiles feriatis in lætitiaq; agentibus pariter & ieiunio caſtitatẽ cuſtodientibus eſſent: his, q̃ ſitim & cibi appetentiã excitarent: illis, q̃ lachrymoſo odore quẽ habent, optatã per ferias lætitiã turbarent: & quas in diuina re dei munere lachrymas triſtitiaq; animi morteles fugerent, inuiti lachrymoſo olere admittere cogerent. Erant & aliæ ſuperſtitionis Aegyptiæ in hac ipſa re cauſæ non minus ridiculæ, quas Plutarchus cõmentariolo illo quod de Iſide & Oſiride ſcripſit, longius & diligentius indicauit, à nobis aliud modo agentibus relinquendæ. Quæ cepæ ex nationibus diſcriminis antiqs fuerint, Theophraſtus li. VIII. de plantarũ hiſtoria, & ab eo accepta oia x x. uolumine Plinius lõgius docuerũt. His neglecto omni hoc cenſu, quod & Plinius eodẽ loco fecit, ex forma, colore, tempore & humano apparatu non pauciora illis diſcrimina in cepis contẽplari & obſeruare nos iuſſit: & in uiriũ cenſu inter cætera ſimpliciter dixit, eſſe κρόμμυα ὀρέξεως ἐκκλητικά: quod eſt appetitũ prouocare. Barbarus ad libidinẽ communẽ illã appetitus uocẽ contraxit, aitq; cupiditatẽ afferre libidinis. Poteſt quidẽ id fieri: inflant enim cepæ, eoq; Venerẽ ſtimulare poſſunt: ſed hic ὄρεξιν, id eſt appetitũ, ſiue ut certius loquamur, cibi appetentiã ſimpliciter dixit, eſtq; ea uox græcis tam certa in ea ſignificatione, ut non ueritus ſit in ſatyra poëta Latinus dicere, rabidã facturus orexim. Dixit idẽ faſtidiũ ſtomacho cepas facere, nec male: ſed oportebat faſtidij eius genus & comitẽ cauſam adiecta nota aliqua indicare: eſt enim in ea quã græci ἄσαν, & à qua ἀσώδη σύμπτωμα dicunt, non ſimpliciter faſtidiũ, ſed quod cibi copia repleto ſtomacho homini accidit. Habent ſiquidẽ cibi faſtidia plures diuerſasq; cauſas, inter quas & hæc eſt à græcis ſic appellata, propterea q̃ ἄσαι uerbũ illis κορέσαι καὶ πλησῶσαι inter cætera ſignificat, id eſt ſatiare & implere. Sic Paulus Aegineta libro 1. capite de ſeminis abundantia, cum numeraret quæ id malũ ſequuntur ait: κεφαλὴν τε βαρύνονται καὶ ἀσώδεις γίνονται: quod eſt: grauantur caput, & ſtomacho ἀσώδεις, id eſt uelut ex repletione cibũ faſtidientes fiunt. Idẽ de inflãmatione cerebri ait, tantopere inflammatum tumere aliquando cerebrum, ut capitis ſuturæ laxentur: quo tempore grauis, quiq; toto capite ſentiatur dolor adeſt, & multa ἄσα id eſt faſtidij genus hoc. Nec multo poſt conium tantum cauſam aperte indicauit. Dixitq; Dioſcorides non ἄσιν facere cepas, ſed ἀσώδη eſſe, quod eſt acremẽto ſuo acorem ſtomacho afferentia, idem aut non diſſimile facere faſtidium, quod ex repletione fiat. Et hæc ut credimus tota eſt τῶν ἄσεων καὶ τῆς ἀσωδῶν ſignificatio. Quod ad medicinam etiam pertineat hoc loco dicemus, quid Græcis & Latinis aliquot ſignificet quod in hoc capite diximus laxare cepas hæmorrhoidas, appoſitis pro balanis earum tunicis ex oleo, & cætera. Græca uox balanus eſt, habetq; amplifimi ambitus ſignificationem, præcipuam uero & unde translatæ aliæ ſunt, qua in ſylueſtribus & in toto genere querno glans indicetur, tereti & oblonga figura, cuius cauſa in uſum & honorem medicinæ etiam

ὄρεξις.

ἄσα.

ἄσαι uerbũ.

ἀσώδη.

balanus.

uerũ

uenit. Dixeruntq; balanos in medicina Græci non ex arboribus glandes, ſed glandium figura conformata medicamenta, quibus aliquando uti cogimur in his, quorum aluus non purgatur: ideoq; oportet excerni ea quæ gens illa σκύβαλα, id eſt, aridius & quaſi in nucleos diuiſum ſtercus, trãslata ab his quæ inutilia in pomis abiiciuntur uoce, appellat: aut cum non reiectum ſit quod clyſtere infuſum fuerit. Multiplici autẽ materia conſtabant quondam balani huiuſcemodi: Fiebant enim ex cremato ſale, melle, nitroq; fiebant ex terebinthina reſina & nitro: fiebant & ex aliis quæ longius repetenda nõ ſunt. Omnium una eademq; finis eſt, ut qua diximus figura conformata ſedi inſerantur, & quo altius licet impellantur, ut molliendi, extrahendi, eroden di, pruriendiq; ui ceſſantia ſolicitent excremẽta. Solo etiam ſale aliqui utebãtur, præſertimq; in infantibus: ſunt & quibus ſubacta ſimul ficus & nitrum ſatis fuerit. σκύβαλα. Scybala.

De Allijs. Cap. CXLI.

Scorodon, Sunt qui gehoſcũ, qui elaphoſcorodon uocent. Romani allium dicunt. Duplex allij genus: ſatiuum ſiue hortenſe, quod in Aegypto concreto capite porri modo naſcitur: dulce, colore ad purpuram inclinato, exiguumq;. Reliquis locis grande alliũ multiceps & cãdidum eſt. Vocantq; in eo diuiſiones, ſpicas ſeu nucleos. Eſt et aliud ſylueſtre alliũ, ꝗd ophioſcorodon quaſi anguinum nominãt. Habet omne allium acrimoniam, calefacit in cibo, erodit, excernit, peditus pellit, aluumq; turbat, ſtomachum ficcat, fiticuloſum eſt, inflatiões gignit, ſummam corporis cutem uariat, & claritati oculorum officit. Poteſt cuncta eadẽ ſylueſtre quod ophioſcorodon, id eſt, anguinum nominant. Pellit lumbricos latos ſumptum in cibo allium: urinam cit: & ut quoduis aliud, contra uiperæ & hæmorrhoi ſerpẽtis morſus poto continue uino, utile eſt: aut cum uino tritum ſimulq; epotum. Imponitur emplaſtri modo etiam contra hæc ipſa pari utilitate. Imponitur & cõtra rabidi canis morſus: contra quos in cibo ſumptum pariter prodeſt. Vtile & contra aquarum mutationes allium eſt. Fauces ad uocem clariores reddit. Veterẽ tuſſim lenit crudum pariter & coctum. Bibitur magna utilitate cum origani decocto cõtra pediculos & lendes. Medetur ſugillatis & capillorum defluuijs quas alopecias dicũt, alliorum cinis cum melle ſubactus & inunctus. Sanat & in alopecijs papularum eruptiones cum nardino unguento additis ſale & oleo: cum melle uero impetigines, uitiligines, lentigines, manantia capitis ulcera, furfures & lepras. Coquitur cum teda & thure allium, leuat'que dentium dolores, ſi ore contineatur decoctum illud. Contra muris aranei morſus cum ficulneis foliis cyminoq; emplaſtri modo imponitur. Comæ alliorũ decocto infidẽtibus fœminis menſes & ſecũdæ trahuntur. Quinetiã ſuffitu eadẽ alliũ præſtat. Quodq; ex allijs & nigris oliuis intritũ fit, à Græcis myttoton appellatũ, in cibo urinã cit & aperit: & ſubeũtib⁹ cutẽ aquis utile eſt.

Περὶ Σκορόδου. κεφ. τό.

Σκόρδον. Οἱ μέν, σκόροσκον. οἱ δέ, ἐλαφόσκορδον. ξωμαῖοι ἄλλιουμ. Τὸ μὲν ἥμερον μηκπόδιον, ὃ τινες καὶ πορικέφαλόν φασιν. Ἕως πρὸ τοῦ πράσου. γλυκύ. ἐμπόρφυρον. μικρόν. τὸ δὲ λοιπὸν μέγα. πολυκέφαλον. λευκόν. Καλοῦσι δὲ τὰς ἐν αὐτῷ ῥᾶγας ἄγλιδας. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἄγριον ὀφιόσκορδον καλούμενον. Δύναμιν δὲ ἔχει δριμεῖαν. θερμαντικόν. Διακτικήν. ἀκαρδιακὴν φυσῶν. καὶ κοιλίας τραχυκήν. ξηραντικὴν σαρκός. διῃτικὴν. ἐμπυοματώσεως ἀλλοιωτικήν. καὶ ἐπιφανείας κόμα μάτων ἀμβλυωπτικήν, διαφωσκόμενον. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὸ ὀφιόσκορδον. Ὃ καὶ ἐλαφόσκορδον λέγεται. Διαφωσκόμενον ἕλμινθας πλατείας ἐξάγει. καὶ οὖρα κατάγει. ἐχιοδήκτους τε καὶ αἱμορροΐδας ἀσμόζει ὠμὸν ἐν τῷ οἴνῳ λεανθὲν καὶ ἐπιθέν. καὶ ἁπλάσεις πρὸς πεταῦτα λυσσοδήκτων ὠφελίμως. Διαφωσκόμενον ὀνίνησι, καὶ πρὸς τοὺς ξενισμοὺς τοῦ ὕδατος ἀσμόζει. ἀσπρίας λαμπρύνει. καὶ θῆχας χροιᾶς πρακτικός. ὠμόν τε καὶ ἑφθὸν ἐσθιόμενον. φθείρας δὲ καὶ κόνιδας φθείρει σὺν ἀφεψήματι ὀρεγάνου πινόμενον. καὶ ἐν μέλιτι φυσαθὲν, ὑπώπια καὶ ἁλωπεκίας ἰᾶται καταχριόμενον. ἐπὶ δὲ ἁλωπεκιῶν σὺν νάρδινῳ μύρῳ Διαφωσκόμενον ἐλαίῳ, ἀνθημάτα θεραπεύει. ἀχῶρας πέπονας καὶ φακούς. καὶ λιχῆνας Διαφωσκόμενον. μετὰ δ' ἁσβολίου δὲ Διαφωσκόμενον ὀδοντολγίαν διακρατούμενον ἐν τῷ στόματι κουφίζει. μυγαλῆς τε ὄζει κατάπλασμα σὺν σύκης φύλλοις καὶ κυμίνῳ. τῆς δὲ κόμης τὸ ἀπόζεμα ἐγκάθισμα ἐμμήνων καὶ ὑστερικῶν ἀγωγόν. πρὸς δὲ αὐτὰ δὲ καὶ ὑπερθυμιᾶται. τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ τῆς μελαίνης ἐλαίας γινόμενον πῖμμα, καλούμενον μύστρον, Διαφωσκόμενον οὖσι μὲν κινεῖ πρὸς ἀναστομοῖ. χρήσιμον καὶ ὑδρωπικοῖς ὄζει.

INTERPRES.

Fvit quondam & adhuc eſt allium ſicubi longius ab urbibus innocentius uiuitur, honeſtum ſimul & gratum ruſticæ plebi obſonium. Niſi enim id ſit, non contudiſſet meſſoribus ſuis allia ſerpyllum'que Maroniana

Maroniana illa Teſtilis, quos ueriſimile iuſtum q̃ erat lautiore epulo p meſſem ſole & opere defatigatos à muliere excipi: nec qui in comœdia inexpectatã fortunæ ſeruus mutationẽ theatro ſignificabat, ridicule dixiſſet, tam beate tunc agere omnes, ut qui antea calculis ab egeſto ſtatim fimo ſedem exterere conſueuiſſent, tunc relatis ad eam partẽ integris aliis idem facerent: quaſi nihil ex antiqua paupertate numerare ſibi liceret, quo neglecto melioris fortunæ menſurã augere poſſet. Eam q̃ ob cauſam in ruris honore & hortorum diſciplina nõ contemnendũ locum inuenit alliũ: Docuerunt ueteres lõgius quot allior̃ genera, & quo cultu in hortis colenda eſſent, non negligẽda ab his, quos aut nunq̃ ſatis cognita naturæ maieſtas delectat, aut ad iuſtas pias q̃ & certas opes à fœnore & mercatura innocens augendæ rei ſtudiũ conuertit. Poterunt nouiſſe ea omnia cupientes Plinium, Columellã, Palladium, mille alios de tota hac re longius agẽtes, cum uoluerint audire. Nobis in eo quod agimus tractãda alia, ideo q̃ primũ legentes monemus, quod in Aegypto hic naſci allium concreto capite ait, à Theophraſto non magis in ea regione, q̃ alibi prouenire dicitur: ſimpliciter enim ait differre aliqua καὶ ζοᾶ μὴ ἔχειν τὰς γίλγεις, quod eſt, diſcrimẽ in aliquibus eſſe, q̃ ſpicas nõ habent, γίλγεις enim diuerſis locis appellat, quas hic ἄλγιβας, alij ἀλγίδια nominãt, ſpicarũ in allio plures illæ diuiſiones illas, quæ ſingulę nouam inſtaurant conſitæ ſobolem. Volumus etiam nouiſſe illud legentes, ne ſcire nos quid γήβοσκον, quã hic allij appellationẽ alicubi dixit eſſe, ſignificet: nec qua ſimilitudine aut euentu elaphoboſci uox ad allium tranſierit, cum herba elaphoboſcus ſit, libanotidi æqualis, caule fœniculi, folio duorum digitor̃ latitudine, radice unius craſſitudine, lõgitudine uero trium digitor̃: quæ omnia nihil cõmune aut aliqua ſaltem parte ſimile allio habent. Ob eam cauſam relicta à nobis ea uox penitus eſt. Cogitauimus etiam, an quod hic ait eſſe aliud agreſte allium quod ophioſcorodon dicitur, non ophioſcorodon compoſito ex angue & allio nomine, ſed aphroſcorodon à ſpuma aut à gente legendum ſit. Siquidem Columella libro x i i i. capite i i i. alterũ allij genus quod Vlpicum uocat à gente uocari manifeſte oſtendit. Verba eius ſunt: Vlpicum quod quidã allium Punicum uocant, Græci autem ἀφροσκόροδλον appellant, lõge maioris eſt incrementi q̃ allium. Plinius contra libro x i x. capite v. à ſpuma magis q̃ à gente dictum indicare uidetur: ſic enim de Vlpico egit: Vlpicum quoq̃ in hoc genere Græci appellauere allium Cyprium: alij anſiſcorodon præcipue Africæ celebratũ, inter pulmentaria ruris grandius allio, trito in oleo & aceto mirum quãtum increſcat ſpuma. Facit q̃ ut credã à ſpuma ἀφροσκόροδλον hoc dici potuiſſe Theophraſtus, à quo Plinius cuncta illa accepit. Sunt q̃ libro octauo de plantar̃ hiſtoria dicta ab eo hæc: μάλιστα δ' ἐν κύπριον καλούμενον ζῆν, ὅπερ οὐκ ἐφοῦσιν, ἀλλὰ πρὸς ζῶντι μεθιᾶσι χρῶνται, καὶ ἐν τῇ Λίβυῃ θαυμασὸν πρίει ἐν ὄγκον ἐκπιμπλάμενον: quor̃ hic ſenſus eſt: Maxime q̃ quod Cyprium allium uocant tale eſt: quod non decoquunt, ſed ad pulmentaria utũtur. Facit q̃ dum teritur admirabilem tumorẽ: quem Plinius ſpumam uocat. Crederem itaq̃ non ab angue, ſed à gente uel ſpuma compoſito nomine aphroſcorodon non ophioſcorodon alij alterum in Dioſcoride genus hoc eſſe, niſi hic & Galenus à principio diuiſione ſatiui & agreſtis allij facta, contra oſtenderent: oportere q̃ poſt ſatiuũ de agreſti etiam dici. Quod autẽ in eam ſententiã me trahebat, illud præcipue erat, quod hic ait habere omne allium acrimoniã, & omnium eaſdem uires eſſe: cum tamen agreſtia omnia à ſatiuis plerũq̃ differãt, & maiore efficacia autore ipſo etiã Galeno ſint. Accedebat & illud, q̃ ophioſcorodi & agreſtis allij genus in alijs ſcriptoribus nõ facile inuenitur. In cõmuni tamẽ Græcor̃ omniũ lectione nihil mutauimus, & nihilominus quod ſuſpicabamur, etiã indicauimus. Sequitur non multo poſt locus in Græcis codicibus corruptiſſimus: quæ emẽ duo erant, ὄμματα ſcilicet & σώματα, id eſt, oculi & corpora, ex ſimili deſitentia in unũ coaluerũt: ſed facilis ex Plinio in integrum reſtitutio fuit, qui x x. uolumine capite v i. dixit, allium ſomnos atq̃ in totũ rubicundiora corpora: quod hic non magis rubicundo q̃ altero calore ait, ἀλλὰ πικοὺς ἐπιφανείας, quod eſt cutem & ſuperficiem ut aptiore uerbo utamur, alterare. Idem etiã eodẽ loco dixit hebetare oculos, q̃d hic ὀμμάτων ἀμβλυωτικοὺς, id eſt, oculor̃ hebetudinẽ facere. Erat itaq̃ in Græcis ut uidet antiqua lectio, ἀλλὰ ὠτικοὺς ἐπιφανείας σωμάτων. ὀμμάτων ἀμβλυωτικοὺς, deſinẽtes q̃ ſimiliter duę illę uoces σωμάτων & ὀμμάτων, lubricũ librarijs ad uitiũ iter fecerũt. Nõ multo poſt ab hoc loco etiã legit q̃d uitioſum pariter ſit, aut ſi deſit uitiũ, tã anceps & ambiguũ, ut niſi diligẽtius excutiat, uitij ſuſpicionẽ merito legẽtibus afferat. Eſt q̃ id q̃d Dioſcorides ait ἐ χιοδλύκοις καὶ ἀιμοῤῥοοῦσιν ἀρμόζῃ ὡς οὐδὲν ἕτερον, & à nobis uerſum eſt: Et ut quoduis aliud cõtra uiperæ & hæmorrhoi ſerpẽtis morſus poto cõtinue uino utile eſt: à Barbaro aũt qui Plinii hoc loco quẽadmodũ multis alijs nõ Dioſcoridẽ reddidit: Beſtiar̃ omniũ ictibus medeẽ potu, uel cibo, uel illitu priuatim cõtra hæmorrhoidas prodeſt. Ruelli⁹ eadẽ uocis ambiguitate uſus, priuatim hæmorrhoidũ dixit. Nec nos in Plinio & alijs rẽ caſtigamus: potuerũt emẽ ſerpentis gen⁹ ſic appellare, ſed ad uitiãdã ambiguitatẽ monemus nõ eſſe intelligẽdas hoc loco hæmorrhoidas, quæ multo ſanguine in hominis ſede deſtillãt, à qua labe nomẽ inuenerũt: ſed ſerpẽtis genus Lucano & pleriſq̃ alijs notũ, cuius morſu & maleficio toto corpore ſanguis fluit, à quo euẽtu factũ illi id nomẽ eſt. Intelligẽdũ q̃ hoc loco de ſerpẽte nõ de ſedis malo illo eſſe, omnia indicant: hic primũ ſcriptor, qui non hæmorrhoidas ſed ἀιμοῤῥοοῦσιν ait, q̃d eſt ſanguine diffluẽtibus. Veriſimile q̃ eſt uipis ſtatim cõiunxiſſe Dioſcoridẽ ſerpẽtes alias q̃bus prodeſſet. Quã ſcribendi rationẽ ſecutus Plinius etiã, ait mederi alliũ beſtiar̃ omniũ ictibus, & priuatim cõtra hæmorroidas prodeſſe: uenenatũ animal & exitiale, nõ ſedis humanæ malũ illud ſignificans. Teſtat idẽ & Paulus Aegineta, qui lib. v. capite de dipſadis & hæmorrhoi morſu iubet uulneri imponi alliũ, & q̃ acrimoniã maiorẽ alia habẽt. Teſtis eiuſdẽ remedij hic ipſe etiã ultimo uolumie, nõ ſemel ſed iter̃ atq̃ iterũ iubẽs allijs, cepis, porris, acerrimiſq̃ alijs cibis cõtra uenena pugnari. Et ne lõgiores ſimus, nihil nõ ueritati cõſonat, quã oportuit certiorẽ legẽtibus offerre, præſertim docẽtibus id Græcis q̃ ſerpẽtẽ hãc nõ hæmorroida genere fœminino, ne cũ ſedis malo miſcereẽ, ſed maſculino genere ἀιμόῤῥοον dixerũt. Nec obſtat q̃ Luca. hæmorrhoida appellauerit: licuit enim poẽtę mutare nominis genus: ſed cęteros oportuit aliorũ exẽplo certius rẽ indicare: Quã nos rationẽ ſecuti, gñe maſculino hæmorrhoi diximus, & p̃ter id, ſerpẽtis etiã adiecimus. Cur aũt à fluxu ſanguinis dicta hęc ſerpens ſit, longiore hiſtoria declarauerũt ex ueteribus aliq̃, tradẽtes copioſum à morſu eius toto corpore

γίλγις ἄλγιβες ἀλγίδια Spicæ Nuclei alliorũ.

ſanguinem

sanguinem: & si in cicatricē coactum fuerit, totū uulnus coalescere: dissumpi per se tamē corpus multis locis, statimq; fluere sanguinem. Cruenta esse alui excrementa, cruentas urinas, cruenta sputa, cruentas ex alto pectoris execratiões, postremoq; multo sanguinis uomitu sine remedio ex hæmorrhoi morlu hominē mori. Nolumus relinquere & illud, uideri nobis iuste in scriptore hoc desiderari eodē hoc loco posse, quod rei necessitas exigit, & Plinius indicat, uomitione sumptū cum uino allium continue reiiciendum esse. Id enim exigit quod est illic aduerbium συνεχῶς, id est, cōtinue. Cur enim & quouisq; uinū continue bibendum erit, nisi uomitione reddatur, & redditū ueneni partē aliquā cōtinue deferat. Pertinet id ad totā & integram remediī rationē: ideoq; Plinius statim subiecit, cū uino redditū uomitu. Hic ipse etiā in uenenoꝝ uenatoꝝq; remediis plerunq; συνεχῶς προσφέρεσθαι ait: quod est, ut cōtinue uomitu reiiciat. Paulus Aegineta etiam priua μυπλώδη fit, legentibus indicare: frequentē in comœdiis Græcoꝝ uocē: & sine qua nō uidetur Aristophanes ri Græcoꝝq; descriptiones secuti, qui μύπλωζον ὑπερβιβρώσκειν à terēdo dixerūt, quod caseo, allio, & ouo plerunq; constaret. Hic nigras oliuas addidit. Præterea quod hic ait utile alliū in cibo esse cōtra aquaꝝ mutationes, causam & rationē eam habet, quā Vitruuius lib. 1. suæ architecturæ lōgius prosecutus est, & quæ tota ex locoꝝ regionumq; mutatione oritur, in qua nouitate ciborū poculorūq; multi periclitātur, præsertim aquarū, quibus affatim & in cūctis ferè oēs tota uita utimur. Cōtra cuius nouitatē & ex nouitate noxā hic alliorū cibo quasi cōmuni remedio & antidoto utitur. Licet em ubiq; idem elementū sit, nō tamen eandē omnibus locis bonitatē habet. Et cū maxime laudet aqua ἄποτον, quod est sine qualitate, nullo sapore, nullo odore: nullo q; colore infecta: in nulla tamen naturæ parte malorū frequētiora quasi miracula deprehendūtur. Omittimus quæ fabulosa ab antiquis scriptoribus de aquis dicta fuerūt. Satis ut intelligamus nihil æque noxiū homini esse, unus Vitruuius est suæ architecturæ lib. VIII. qui à Nicæo Isigono acceptas diuersis locis nascē tium aquarū diuersitates & noxas, ciuibus suis obiter indicauit: quæ quoniā in promptu paratæq; uolentibus sunt, à nobis sine desiderio legentium relinquuntur. Multiplex em in aquis nocendi uis est: licet q; passim uidere uitio earum gutturosos, pallidos, crudos, calculosos, labe q; aliqua interiore affectos homines. Contra quæ mala diuturniore aquarū usu plerunq; in nobis orientia, hic ait prodesse allium: mutationes q; ille ξενισμοὺς ὑδάτων uocat, quasi aquarum peregrinitatem. Et hæc pro allijs dicta hactenus fuerint.

Hæmorrhois serpens.

μυπλώδη.

περὶ Σκορδοπράσου. κεφ. ροά.

De Scorodopraso. i. simul allio & porro. Ca. CXLII.

Σκορδόπρασον φύεται ὡς πράσον μέγα. μετέχον τῆς τε σκόρδου καὶ τῆς πράσου δριότητος. ὅθεν καὶ τὴν δύναμιν μικτὴν ἔχει θερμὴν ὅσα τε λαχανεύεται δὲ εἰς βρῶσιμα ὡς τὸ πράσον ἐφόμενον καὶ ἀπηγλυκασμένον.

Scorodopraſon, Romani pariter Græcis ſcorodopraſum nominant. Naſcitur ſcorodopraſum quaſi grāde porrum, porri & allij qualitatum particeps: Ideoq; mixtas & communes habet uires, omnia potens quę porrum et allium: uerum minore efficacia. Eſtur olerum modo decoctum et edulcatum.

INTERPRES.

Quale hoc ſimul allium & porrū ueteribus fuerit, incertū nobis eſt. Plinius quod hactenus legerim nullibi eius meminit, nec rei ruſticæ ſcriptores alij: ſolus Paulus Aegineta breuiſſime q; in ſexto inter alia id numeravit. Verba eius ſunt: Porri & allij mixtas habet qualitates & uires ſcorodopraſum: Mōſtrum aliqd naturæ credimus id fuiſſe, coactis humano opere coaleſcere ſimul nō diſſimilibus penitus oleribus duobus, qualia in re ruſtica aliquando excogitata in maiore otio ab aliquibus fuerunt.

περὶ Σινήπεως. κεφ. τοϛ'.

De Hortenſi finape. Cap. CXLIII.

Σίναπι Ἑλληνικὸν. οἱ δὲ νάπυ. ἔνιοι σίνηπι. Ἐκλέγου τὸ μὴ κατάξηρον καὶ κατάπυρρον. ἀρχόμενον. ἀλλ' ὅ ἐστὶ θλαδερόν, ἔνδοθεν χλωρὸν καὶ ὁμοιονεῖ ἔγχυλον. γλαυκόν. προσφατον γὰρ καὶ ἀκμαῖον τὸ τοιοῦτον. διάσασθαι δὲ δυσμαίνεται, λεπτύνει, ἐπισπᾶται, ἀποφλεγματίζειν διαμασηθέν. μιγὲν δὲ ὁ χυλὸς αὐτοῦ ὑδρομέλιτι, πρὸς ἀνατιάσεις καὶ τὰς χρονίους τραχύτητας τῆς ἀρτηρίας καὶ τηλώσεις, ἀναγαργαρίζόμενος ἀσκύζει. προσαχθὲν δὲ τοῖς μυκτῆρσι λύει, πταρμοὺς κινεῖ. ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑπὸ βουβωνικοὺς καὶ ὑπὸ ἰσχιακοὺς ὠτιγομένους καὶ ἀγρίους ἕλκεσι καὶ ἀγρίοις καταπλασθέν ἐξαιρεῖ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ. μιγὲν δὲ σὺν ὄξει

Sinapi Hortenſe, ſunt qui napy appellant. Romani ſinape dicunt. Eligito ſinape ꝺd non ficciſſimū ſit, nec rubeat, quod amplo incremento abſolutū ſit, quod cōtuſum intus uireſcat, et ueluti ſuccoſum colore glauco ſit. Recēs em et integræ bonitatis huiuſcemodi ſinape erit. Eſt ſinapi uis et natura calefacere, extenuare et extrahere. Cōmanducatū pituitas capitis per os ducit et purgat. Succus eius dulci aquæ mixtus, cōtra tōſillas et ueteres duratasq; in callū fauciū aſperitates, utiliter gargariſſat. Cit ſternutamenta tritū ſinape naribus admotū, eaq; ratione comitialibus ſuccurrit: ſtrāgulatu uuluę procidētes excitat. Et cōtra inexpugnabiles ſomnos ꝺs Greci lethargos dicūt, deraſo pri⁹ capite capiti illinit. Fico mixtū ſubactūq; ſinape mox impoſitū, uſq;

ἄχρι φοινίξεως, ἅρμόζῃ πρὸς ἰχιάδας καὶ ὠλίνα καὶ καθόλου εἰς πᾶν χρόνιον ἄλγημα ὅπου μετάγειν τι ἐκ τῶν βάθους εἰς τὸ ἐπιφάνειαν βουλόμεθα. χρῆται δὲ ἐπὶ ὑποπαθείας λόγῳ. θλαπτεύῃ καὶ ἀλωπεκίας καταπλασθὲν. πρόσωπον ἐξανθοῦν. καὶ ὑπώπια αἴρει σὺν μέλιτι ἡσέα. ἀναιρεῖ. σὺν ὄξει δὲ πρὸς λέπρας καὶ λειχῆνας ἀγρίους περιχρίει. πίνεται δὲ καὶ πρὸς πυρετοὺς ἐκρόμ. ὡς ἄλφιτα ἐπιπασσόμενον τοῖς πρώτοις, ἐπισωτικαῖς τε ἐμπλάστροις καὶ ψωρικαῖς μίγνυται χρησίμως, δυσκοίαις τε καὶ ἴχωρις λεῖον ἐπιτιθέμενον τῇ ἀκοῇ, μετὰ σύκου ὠφελεῖ. ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆ σὺν μέλιτι ἅρμόζει. πρός τε ἀμβλυωπίας καὶ ἔραχέα βλέφαρα ἐγχριόμενον. χυλίζεται δὲ ἓν χλωρὸν τὸ σπέρμα. καὶ τὸ ἀποθλιβὲν ἐκραίνεται σὺν ἁλίῳ.

uſq; dum cutis cum cruento rubore exulceretur, coxendicum dolores lenit. Prodeſt & lienibus, in uniuerſumq; diutinis doloribus cũctis: in quibus ex alto in ſummã cutẽ ut fit, per alterius partis uexationem trahere aliquid uoluerimus. Sanat idẽ capilli defluuia quas alopecias dicunt illitũ. Purgat & faciẽ. Delet ſugillata cũ melle adipe'ue, aut cera. Ex aceto contra lepras & impetigines feras inungitur. Bibitur idẽ contra circulares febres, farinæ modo ſorbitioni inſperſum. Quinetiã in emplaſtra utiliter additur, quæ ad extrahendũ conficiunt: & contra ſcabiẽ, cutisq; aſperitates omnes. Auriũ grauitatibus, incertisq; eaꝝ ſonis tritum & cum fico auribus inditũ, medetur. Prodeſt ſinapis ſuccus hebetibus oculis, & cõtra palpebraꝝ aſperitates ex melle inungitur. Exprimitur ex uiridi adhuc ſuccus, & expreſſus in ſole ficcatur.

INTERPRES.

FVit Samio ſapienti quondã ſinapis in maximo hortenſiũ omniũ, quibus tantũ cum toto diſcipulorũ grege magiſter ueſcebatur, honore & pretio. Neq; ex tam multis quas habet in ſanitate & ualetudine uires & uſus ſinapis, aliquid magis priusq; admirabatur & amabat Pythagoras, q̃ in aletũ ſublimeq; ferri uim eius, & quaſi in cœlũ niteretur, cũ per nares in cerebrũ penetraſſet, purgatiora & ad uſum mentis uegetiora illic omnia ab ea fieri. Laudata ab his magnopere etiã, qui medicinã homini in tam multis quotidie morbis facientes, nihil ad calefaciendũ ficcandũq; aptius & præſentius datũ ſibi à natura inuenerunt. Recepta eadẽ in uitæ & ſanitatis uſu iampridẽ eſt, nec hyeme ad intinctus quicq; frequentius ubiq; cibis intermiſceꝛ, gratiſſimo obſonioꝝ condimento, niſi acrimonia feruoreq; ſuo non ſternutamenta tantũ, ſed lachrymas etiã cieret. Quod ſolũ in carmine ſuo Columella illi obiecit, dicens: Seq; laceſſenti fletũ factura ſinapis: quaſi omniũ animantiũ ſenſu modoq; & ipſa nocentibus ſibi renoceret. Feruidũ & acertimũ ſinapis ſemen eſt. Fœliciterq; magis q̃ ridicule lepidiſſimus Græcorũ comicus in Equitibus ſuis Cleonis cõmotum animũ contracta fronte & rubente uultu, accenſisq; ueluti igne quodã oculis, manifeſtã hominis irã deſcribens, ſinapi conſpexiſſe eũ ait: indignabundũ, iratũ, & q; indigne haberet, excandeſcentẽ hominẽ una hac uoce oſtendens. Quo loco non σίναπι ut cæteri ſinapim dixit, ſed ut Athenienſes priuatim eã appellabãt νᾶπυ. Verſiculus eius eſt: κἄβλιψε νάπυ καὶ τὰ μέτωπ' ἀνίαρα σεν. Ex qua gente hic napy à quibuſdã. i. ab Athenienſibus ſinapim appellari ait. Quod & Plinius XIX. uolumine, cap. VII. etiã teſtatus eſt. Monemusq; in hoc illud etiã legẽtes, nihil cũ napis in raporũ genere napy hoc cõmunicare. Hæc Græca uox, illa Latina eſt: illa per i, hæc per y, ultimã ſyllabã finit. Laudauit Dioſcorides inter cætera ſinape q̃d ἄλπιον, id eſt ut Barbarus uertit adultum: ut nos autẽ, amplo incremento abſolutũ ſit: fecimusq; id, græcæ illius uocis æſtimationẽ ſecuti, quam omnia Græcorũ lexica & in antiquis eorũ ſcriptoribus rei neceſſitas indicant, in quibus paſſim inueniꝛ eſſe ἄλπιον magnũ, multũ, craſſumq;: & uerbũ ἀλπεῖν augeri. Acceſſit huic conſilio etiã ex re ruſtica & ſinapis cultura alia ratio, ob quã credimus craſſum & amplo incremento abſolutũ ſinape laudaſſe Dioſcoridẽ: præcepiſſeq; ex ſatiua ſinapi ſemen quærendũ q̃d craſſius, robuſtius & amplius eſſet. In Octobri etiã Palladius de cultura ſinapis præcepit ſerendã eo menſe, obſeruanda q; alia quæ tractanda nobis non ſunt: poſt quæ ſubicit ſtatim: De quo ſemẽ legere diſponis ſuo loco eſſe patieris: quod ad eſcã parabis, robuſtius facies tranſferendo. Robuſtius ut credimus hic uocat, q̃d Dioſcorides ἀλπόν. Columella itidẽ, etſi nõ tam manifeſte, quod ad hoc tamen faciat lib. XIII. pariter docet: Iubet eĩ & ipſe ſinapim eodẽ modo coli. Poſſunt autẽ nõ ſolũ autumno, ſed & uere cõſeri. Plãtæ q̃q; ſinapis prima hyeme trãslatæ, plus cymæ uere afferũt: q̃d eſt, plus foliaturæ & ſeminis. Quẽ deinde colorẽ Barbarus ceſiũ in ſinapi dixit, nos glaucũ, Maronis exẽplo & autoritate diximus: qui glauca canẽtia frõde ſalicta, pro uiridi appellauit. Nec Græcã uocẽ tãtopere aſpernatus eſt, ut ceſiũ cũ glauco cõfunderet. Laudauit in ſinape eundẽ colorẽ eodẽ loco Palladius dicẽs: In ſinapi uetus ſemen inutile eſt uel ſationi uel uſui. Quod dẽtibus frangeꝛ, ſi intus uiride uidebitur, nouũ eſt: ſi albũ fuerit, uetuſtatẽ fateꝛ. Habetq; ut uideꝛ in ſinapi uiridis nõ ceſius color recẽtis & nouĩ ſeminis argumẽtũ, q̃d res ipſa & quotidiana etiã experiẽtia probat. Diximus deinde inter remedia pituitas capitis per os ducere & purgare ſinapim, pluribus q̃d uno uerbo fœliciſſime à Græcis dicitur indicare coacti. Id autẽ ἀπορλεγμαπίζειν eſt, quo hic & reliqui Græcoꝝ medici paſſim utũtur, ſignificãtes ſemper q̃d retẽto in ore commanducato ue aliquo remediũ ad purgandos qui in capite cẽ creuerint noxios humores ab homine fit: quorũ ex noxĩ humoris eius natura quæ multiplex eſt, multiplex ratio etiã oſtẽditur: priuatim q; ueteres docuerũt, ſinapi hoc contra craſſam pituitã utendũ: nec tantũ cõmandu candũ ſemen, ſed cũ aceto mulſo trito eodẽ ſemine colluendum identidẽ homini os eſſe. Vertit nõ multo poſt barbarus locũ, lõge aliter ut nos credimus, q̃ hic ſcriptor & res ipſa ſibi exigerẽt, ubi de ui ſinapis ad ſternumẽta agitur. Ait ille tritũ naribus illitũ ſinape, ſternutamẽta capitis purgare. Suffitũ morbo comitiali & uuluaꝝ cõuerſioni remedio eſſe: excitare & lethargicos capiti raſo illitum, &c. Nos autẽ: cieꝛe ſternumenta tritũ ſinape naribus admotũ, eaq; ratione cõmitialibus ſuccurreꝛe

ἄλπειν.

ἀπορλεγμαπίζειν.

Color glaucus.

currere: strangulatu uuluæ procidentes excitare: & contra inexpugnabiles somnos quos Græci lethargos dicunt, deraso prius capite illini: longe alio ut uidetur sermonis ductu & sensu, sed ni fallimur huic scriptori & rerum naturæ magis concordi & apto. Siquidem nihil aliud hic ait, q̃ προσαχθὲν ῥῖς μυκτῆρσι λεῖον πάρμους κινῆν: quod est, naribus tritũ admotum sternutamenta ciere. Ex quibus licet capitis purgatio plerunq; sequatur, nullũ tamen illic purgandi uerbi aptum uestigiũ uidetur. Præterea quod statim sequitur ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν βουβῶν καὶ ὑστερικῶν πνιγομένων ἀνιγέρει id tantum significat: Comitialibus succurrere, & strangulatu uuluæ procidentes & obmutescentes fœminas excitare. Neq; uox aliqua illic est, quæ suffitu magis q̃ alia ratione id fieri ostendat. Nescimus etiã q̃ recte uuluæ strangulationes, cõuersiones dici possint: quod enim eius malis principium & causa est, ἀναδρομὴ τῆς ὑστέρας à Græcorũ medicis dicitur. Quę uox in superiorẽ partem motum & ascensum significat: uerbumq; excitare etsi lethargicis & huic malo commune sit, in serie tamen sermonis & ductu ad strãgulationes uuluæ illas in mulieribus pertinet. Diuersitatis huius causa illa est, q̃ Barbarus ducem sibi & magistrũ Plinium fecit, nec nisi eo præeunte aliquid uertit. Nos autẽ scriptorem hunc & ἀναδρομὴ τῆς ὑστέρας.
na interpretetur dicta. Plinij in hac ipsa re uerba sunt: Cum cymino & fico tusum ternis partibus comitiali morbo & uuluarum couersionem suffitum excitat odore, aceto mixto. Item lethargicos, &c. Quę remedio rum ratio nihil cũ scriptore hoc, ut uidetur, cõmune habet. Nec nos credimus intelligi in Dioscoride oportere aut posse, suffitu malis his mederi sinapim: cum hic simpliciter dicat, admotum naribus omnibus illis mederi sinape. Remedij uis in eo est, non ut incensum fumo, sed admotum olfactu penetrali ui in sensus & cerebrum ascendens sinape, à somni imagine illa comitiales & strangulatu uuluæ obmutescentes excitet. Sunt præter hæc & alia non satis certa, quæ uolentes excutiẽda legẽtibus relinquimus: si enim cuncta prosequi uelimus, lõgior q̃ à principio cogitauimus fiet nobis hic labor. Monemus illud tamen, q̃d ibidẽ legit: cum fico uero impositũ super coxas locũ perforet, exulceret, &c. uideri nobis negligẽter à librarijs impressum. Neq; enim uerisimile est, doctissimũ alioquin uirũ tam incertè de sinapismo dicturum fuisse. Dico autẽs apparatus & usus est: hic q̃ ait fico mixtũ subactum q; sinape, mox impositũ usquedũ cutis cum cruẽto rubore exulceret, coxendicũ dolores lenire. Neq; in Græcis uocibus quicq̃ est quod perforare significet: Sinapismꝰ.
ἄχρι φοινίξεως Dioscorides ait: quod est, quousq; cutis φοινιχθῇ, id est, puniceo colore facta rubescat. Siquis autẽ appositè uelut nouisse quæ propria eius uerbi uis sit, Sophoclem in Aiace audiat, qui insanũ Aiacẽ sic cõtra arietẽ, quẽ tamen ille aduersariũ suũ in furore existimabat, sæuientẽ & Palladi dicentẽ finxit, nolle se eũ moriri, πρὶν ἂν δὲ θὴς πρὸς κίονα ἑρκίου στέγης μάσιγι πρῶζων νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ: quod est: priusq̃ uinctus ad columnã tentorij res rubores illos, qui uerberibus in summa cute excitãtur, quibus similes à sinapi caliditate, ficcitate, urigineq; sua fiunt. Quo remedio in plerisq; malis medicina utitur, & in coxendicis dolore præsertim: Pro quo Paulus Aegineta hoc ipso remedio usus est, per se & cũ fico imponi sinape in hunc usum præcipiens. Hicq; erat ueterum sinapismus, non ad ruborem cutis tantũ institutus, sed ad eam exulcerationem quæ contrà q̃ in quibusdam aliis fit, cruentũ habeat ruborem. Adijciebatur aũt illi ficus, ne per se impositũ urigine illa sua altius noceret. Nihil etiã in eodem loco est quod ad ferramentũ aut ad rubricã pertineat. Neq; erraticas impetigines rectè aliquis dixerit quas hic ἀγρίους uocat. Alia enim ratio τῶν ἀγρίων in plãtis q̃ in morbis aut uitijs est. In illis rectè quod syluestre agreste ue est aliquis erraticũ dixerit: in his ferũ, asperum, aut quod huiusce modi uim habeat aliud aptius, & ex re magis diceẽ. Nõ pigebit exquo dicẽdi iterq; de Græcorũ lichenibus, Latinorq; uero impetiginibus oblata nobis occasio est, quæ pro eis desiderari posse uidentur, præter ea quę secundo uolumine in equorq; lichenibus tradita sunt, cõmentationibus his nostris in sinape addere: præsertim duo earq; genera facientibus Græcis mitius alterq;, & ut Græci dicũt, ἄγριον alterũ: q̃d eẽ tũc dictũ fuit, euẽ magis q̃ causam indicauit. Post leprã & scabiẽ de impetiginibus ijs à Græcis omnibꝰ agit, fieriq; in nobis dicũt μιχθέντων ἰχώρων. i. mixtis aq̃sis sanguinis partibus quæ tenues & acres sint, crassoribus alijs in eodẽ sanguine aq̃sis partibꝰ: citoq; in scabiem & leprã trãsire, nisi siccãtibus remedijs obuiã eat: Purgato etiã si opus sit toto prius corpore. Quales aũt in summa cute uideãtur impetigines eæ, q̃ loco diximꝰ patet. In hoc gñe mediocriter siccãtibus remedijs nõ cedũt, acrioribus aũt irritãt, quæ ferociq; propria in animalibus nota est: ἄγριοι λειχῆνες.
diuisiõeq; hac in Isagoge sua Galenꝰ etiã usus est, licet in diffinitiõibus lichenas simpliciter diffinierit aspritatẽ cutis cũ multo pruritu eẽ. Sed querat fortè aliqs, cur decernẽte Galeno in Isagoge sua fieri lichenes ex salsa pituita & flaua bile, nos mixtis aq̃sis sanguinis crassis & tenuibus partibus simul fieri eas dixerimꝰ: obscurius fortè q̃ decuit rẽ indicãtes. Verũ sciat is, nullã aut exiguã rei solã aũt noĩs cõtrouersiã eẽ, quas eẽ nos lis etiã est. Fuitq; quondã in hũano corpore amplioris ambitus ea uox, qua Græci corruptos & incorruptos corporis nostri humores oẽs indicarẽt. In medicina aũt sanguinẽ & sanguini mixtos humores oẽs priuatim significauit: neq; Homerꝰ ex uulnere ueneris fluere. ἄμβροτον αἷμα ἰχῶρα dicẽs aliud q̃ sanguinẽ intelligi uoluit: nihil eẽ ex recẽti uulnere fluere aliud poterat. Diocles cõtrà antiquissimus Græcorũ medicus Antigono regi multa ad sanitatẽ præcipiẽs, inter cætera dicebat, uerna tẽpestate præsertimq; Maio mẽse augeri in hoĩbus pituitã, & dulces ἰχῶρας: æstate cõtrà flauã bilẽ, & amaros ἰχῶρας, eosdẽ cõmixtos sanguini & carni humores hos intelligẽs, q̃s Plinius saniẽ appellauit, præsertimq; lib. xxviii. cap. x. cũ ait: Quidã inaffati iocinoris sanie inungũt: sic eẽ cõtra oculotũ imbecillitatẽ remediũ docuit. Quod in secundo hoc uolumine hic dixerat, τὸ ἄπρατον τῆς ἀγλὸς ἀπαμωμένου, ὃ ἀπορρέων ἰχὼρ ἐγχριόμενον: Celsus nihil mutata rei æstimatione, sanguinem ἰχῶρα hunc Græcorum dixit libro sexto capite de imbecillitate oculorum: uerba eius sunt: sed sic laborantes inungi oportet sanguine iocinoris, maxime hircini: sin minus caprini, ubi id coquit, excepto: nos tũc Plinium ἰχῶρας.
secuti,

Sanies. secuti, saniem uertimus: hoc autē loco certius rem docētes, nec Celsi sanguinē, nec Plinij saniē uocauimus, sed ut certior res fieret, aquosos sanguinis humores ἰχῶρας hos uocauimus: qui quales sint, poterunt uolentes intelligere, secta uena educto sanguini post aliquot tēpus superstare eos uidentes: cōmixtis q̄ diuersæ naturæ humoribus ijs, fieri impetigines antiquissimi Græcorū medici dixerunt: q̄s recte ne an contrà saniē aliquis dixerit, alioꝝ iudiciū sit. Nos em̄ credimus, potuisse quondā sanies id significare, ueꝝ nostra ætate ab ea significatiōe lōgissime abest: ideoq; qui saniē pro illis reddiderūt, dubitandū nostra ætate reliquerūt, qd sanies antiqs Latinis significauerit, & quæ seruato in nobis adhuc sanguini mixta sanies intelligi possit.

De Nasturcio. Cap. CXLIIII.

CArdamon Lsunt qui cynocardamon, qui hiberida, qui cardamaticē appellēt. Aegyptij moth. Romani nasturciū dicūt.] Probatissimū credit nasci in Babylone nasturciū. Habet calefaciēdi uim q̄dcunq; & ubicunq; nascat nasturcij semen. Acre idē est: stomacho nocet: aluū turbat: uentris lūbricos pellit: lienes minuit: fœtus in utero enecat: mēses cit: & Venerē stimulat. Sinapis & erucæ semini æquale nasturcij semē est. Lepras & impetigines exterit: exmelle illitū, lienē minuit, et ulcera quos fauos nominant, purgat: adiuuat pectoris excreatiōes coctū, et in sorbitione datū. Potū serpentibus aduersatur. Suffitu eosdem fugat: fluentem capillū compescit: et carbūculos erumpit, ad suppuratiōnem perducens. Sanat coxendicis dolores cum polenta & aceto illitum. Tumores inflammationesq; discutit. Strumas præterea absumit ex muria illitum. Cūcta eadē, sed minore efficacia olus ipsum & herba potest.

INTERPRES.

QVantū nasturcio sola uocis interpretatione laudis & gratiæ Plinius ademerat, â nariū tormento dictum ostēdens, tantū sibi desiderij & honoris ex antiquissimis poētis accreuit: quoꝝ alij canētes, seréda in hortis homini esse, cæcis nasturcia dira colubris: optabile cōtra eas pestes nobis id olus fecerūt: alij etsi ridicule & in theatro, grauiter tamē nasturcij exēplo monuerūt, cauendū nobis, ne ut illud ficitate sua propinquis plātis ad uitā suffecturos humores oēs ad se trahit, arescētes q̄ emori cogit: sic terra & inferiora hęc blāditijs suis nos retinētia, quę homini data sunt, diuinā mentē, sublime os, & cœlū uidere, prona & uentri obediētia faciat. Fit em̄ in multis q̄d lepidissimus Græcoꝝ comicus cecinit: ἀλλ' ἡ γῆ ἕλκει πρὸς ἑαυτὴν τὰ ἐπιθυμήματα καὶ φρονήματα. πάσχει δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ τὰ κάρδαμα: quod est: Sed ui trahit ad se terra cogitatiōis nostræ humorē: q̄d & nasturcia patiūtur, quibus ut diximꝰ natura est propinquis plātis necessariū ad uitā humorē auidius ad se tractū præripere, & eo destitutis, siccitatē primo, mox mortē afferre. Fecerūt & Persæ liquis gētibus optabile idē hoc olus, frugi tūc homines, quotidie eo cū sale uescētes. Amissam postremo illi omnē eo uitio gratiā restituit, q̄ animi torporē excitaret. Quā uim in eo Græci sentiētes, cardamon ideo forte dixerūt, q̄ cordi, quod extū Græci cardian dicūt, & animi sedē habet, utile & accommodatū natura fecerat. Eius plures quondā ut uidet appellationes fuerūt, sed oēs ex eodē principio & ab eadē cardami appellatione, excepta hiberide, quæ agreste nasturciū est, ut in primo uoluminе diximus, in Dioscoridis cōmentationes has irrepserūt. Cynocardamon, em̄ & cardamātice, solo nomine statim cardamon indicant. Hiberis uero, ut hic paulo ante dixit, & ut nos autore Paulo Aegineta tūc cōfirmauimus, agreste nasturciū est. Has ipsas uoces oēs Apuleius etiā in cardamo numerauit, inuicē sibi ideo respōdentes, quoniam inter satiuū & agreste nasturciū maxima similitudo partiū & uiriū omniū sit. Ob eā q̄ causam uagis appellatiōibus inter se utunt. Notū nūc olus ubiq; nasturciū est: cōtra uenenata præcipue usus eo Nicāder: usus & hic ipse cōtra cenchridis uenenū, quemadmodū tūc copiosius docebimus: usus & Paulus Aegineta, Græcorum q̄ medici oēs toties & in tam multis, ut non contemnendam medicinæ partem solum nasturcium expleat.

De Thlaspi. Cap. CXLV.

THlaspi Lsunt qui thlaspidion, qui Perficum, qui erraticū sinape, qui myrtē, qui myopteron, qui desmophōta, qui birū appellēt. Aegyptij firitempsu. Romani scandulaceum, uel capsellam, uel pedem gallinaceum uocant.] Breuis & exigua herba thlaspi est, folijs

ἔστι σεινὸν πᾶς φύλλοις ὡς δακτύλου μῆκος πεπτωκόσιμ ἐπὶ τῆς γῆς. ἀκροχιδὲς ἰσχυρὸν ὑπόλιπαρόν. καυλὸς δὲ λεπτὸς ἀνίσχει διαπαχέος. καυλὸν δὲ λεπτὸν ἀνίσχει διαπαχέος. καυλὸν δὲ λεπτὸν ἀνίσχει διαπαχέος. μιαῖον. ἀπρφυάδας ὀλίγας ἔχουσα. ἐπὶ πᾶσι ὅλον αὐτὴ μακρὸς ὑπόπλατυς ἔχ ἄκρον. ἐν ᾧ σπέρμα λίον ἐμφορὲς καρδάμω. δριμὸ δές. ὅιονεὶ ὑπτεθλασμένον. ἔχ ὃν ἐπὶ ὄνομα ἔσχηκεν. ἄνθος δὲ ὑπόλευκον. ἐπὶ ὀδοῖς ἡ τριχῶν ἡ ἐπὶ θριακῶν φυόμενον. ὠφέλιμα δρίμυ. δ γλαυκικόν. χολὴν ἄνω τε ἡ κάτω καθαίρον. πρὸς πλῆθος ὀξυβάφος. ἐγκλύζεται δὲ ἐπὶ πρὸς ἰχιαδικούς. ἄγει δ' ἐπὶ ἄιμα κινεῖ δὲ ἐπὶ καταμήνια. ἐπὶ ἔμβρυα φθείρει. ἰσοῖ δὲ κραπύας ἐπὶ ἕτερον πλάτει. ὅτι νεφ πρὸς ὀμόσιν πι καλοῦσι. πλατύφυλλον μεγαλόσπερμον. ἡ ἕτερον δ μίγνυται τοῖς πρὸς ἰσχιάδα διακλυσμοῖς.

est,foliis angustis digitali lõgitudine,in terrã uersis,in summo incisuris diuisis,& modice pinguibus,caule tenui,duorũ dodrãtum altitudine,paucis in eo adnatis:& circa caulem fructu in summo modice lato:in quo exiguum semen est nasturcio simile,discí figura & ueluti infractũ,unde nomen inuenit. Flos illi albus est. Nascitur thlaspis in semitis,fossis,sepibus,& circa domos. Semen illi acerrimum est. Calefacit:bilem acetabuli mẽsura potum,per superna & inferna purgat.Clystere etiam contra coxendicis dolores infunditur.Quin etiam potum sanguinem trahit,& interiores abscessus erumpit.Cit menses idem,& fœtus in utero enecat. Retulit prẽterea herbarius Crateias esse & alterum thlaspi, quod quidam sinape Persicum appellant,latioribus foliis,& maiore radice. Miscetur & hoc his quæ contra coxendicis dolores clystere infunduntur.

INTERPRES.

ALacertis quæ ĩsdem incultis locis quibus thlaspi nascitur, frequentes inueniuntur, saurion prẽter alias ab hoc scriptore numeratas appellationes,thlaspi hoc etiam posteriores Græci nominauerũt: quasi non satis à seminis figura quod infractum & ueluti contusum uidetur,indicasse id fuerit,nisi à notissimo insecto quod frequens in hac herba inuenitur,adhuc indicaret. Nomen illi,ut testantur omnes, a forma seminis factum est,θλάω enim Grecis contundi est & infringi, infringendoq; quod globosum tuscribit fortuna:ideoq; Plinius libro XXVII.capite XIII.lenticulæ effigie dixit esse,nisi q infringitur.Id ipsum hic non lenticulæ sed disco comparauit, cuius corporis eadem figura est. Addidit Plinius etiam peltarum specie quod eodem pertinet: siquidem hederæ folio antiquæ peltæ forma similis fuit. Nos à scriptore hoc non discedentes,quod δισκοφόροι ipse dixerat,discí figura uertimus.Quę autem discí forma quondam fuerit, athletæ & mathematici apposite nouerunt: Hi docentes solis corpus discum esse: illi in quotidianis ludis & spectaculis,in eum usum ex lapide metallo ue aliquo confectũ ueluti panem tractantes,& quem iacientes, uirium gloriam quærerent. Thlaspi hoc etiã ex ueteribus aliqui neutro,aliqui fœminino genere, aliqui simpliciter,aliqui diminutiua forma thlaspidion dixerunt.Galenus genere fœminino θλάσπιον nominauit: & q̃d hic ait potum sanguinem trahere, ille contrà coxendicis dolorem clystere infusum, αἷματα κενοῦν, quod est cruenta euacuare,dixit. Adiecit prẽterea Dioscorides, Persicum & erraticum sinape à quibusdam thlaspi uirium Crateia hic ipse in extremo capite testatus est Persicum sinape uocari,nec aliunde ut uidetur in primum hoc dici,ex similitudine,ut credimus,uirium.Plinius non hoc sed alterum illud genus, quod autore herbario Crateia hic ipse in extremo capite testatus est Persicum sinape uocari,nec aliunde ut uidetur in primum illud genus,quàm ex secundo hoc appellatio illa irrepsit. Cæteræ thlaspis appellationes illæ causam & originem suam nobis non ostendunt:eamq; ob causam sine honore commentationis huius nostræ à nobis relinquuntur.Sciendum & illud,quem hic καρπὸν,id est fructum uocat, in quo semen nasturcio simile est &c. filiquam folliculumq; significare,in quo cum defloruit,semen id inuenitur.Et quod nos diximus nasci circa domos,Barbarus uero uertit,in monumẽtis,ab hoc scriptore ὡς θριῶν dici.Qui autem θριῶν Grecis sint,nouisse facillimum est. Ea enim uoce quæ alioquin in ampliore significandi ambitu est inter cætera indicant τὸ φράγμα, τὸ βόλον, καὶ τὸ χαράκωμα,quod est septum,uallum,& loci alicuius munimentum. Quam ob causam quod in Barbaro,monumentis,munimentis legendum esse credimus, facili in una litera librarij lapsu. Nos rem & loca in quibus thlaspi nascitur secuti,circa domos,loca illa omnia complexi, nasci diximus. Plinius potum thlaspis semen bilem & pituitam utrinq; extrahere ait:Galenus, Paulus Aegineta & hic χολώδη καὶ χολὴν,id est bilem tantum.

Discus.

Ἀραβὶς ἡ Ἀραβίς.

Περὶ Ἀραβίδος. Κεφ. ϟϛ.

ΔΡάβη ἡ πόα πήχεως ἔχουσα ὕψος. ῥάβδους λεπτάς. πᾶν ἑκάτερα δὲ τὰ φύλλα ὡς τοῦ λεπιδίου. ἄπαλώτερα ἢ μᾶλλον. ἐπὶ σκιάδιον καθάπερ ἀκτῖνες. ἔχον ἄνθη λευκά. ταύτης ἡ πόα σωζέφθη τῇ Καππαδοκίᾳ μάλιστα καὶ καππαδοκίᾳ. ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς ξηρὸς ἀντὶ πεπέρεως μίγνυται τοῖς προσοψήμασιν.

De Arabide. Cap. CXLVI.

ARabida ⌊Romani pariter Græcis arabida dicunt.⌋ Cubitali altitudine arabis herba est.Virgas habet tenues:folia à lateribus earũ utrinq; lepidij figura,molliora tãtũ & cãdidiora. In cacumine umbellã sambuci figura.In qua candidi sunt flores. Coquit cũ ptisana arabis,præsertimq; in Cappadocia. Quin etiã semen ficcatũ, uice piperis edulĩs addit.

INTERPRES.

NVlla est omnibus antiquis scriptoribus qui de medica materia aliquid tradiderũt sub hac uoce arabis, herba: Sic fit ut solũ nomen modo nobis & legẽtibus ea sit. Peregrinã Græciæ & Italiæ fuisse, & præter id in nullo medicinæ honore nõ leui argumẽto est, q̃ cæteri de ea penitus silentes ignotã fi bi testant: q̃ in ea quæ nunc historia eius habeẽ, nihil medicinæ utile inuenitur. Nobis & illud animo obuersat, non esse legitimũ scriptoris huius hoc caput, ex quo non semel, sed iterũ in extremo hoc uolumine de eadẽ ñsdẽ penitus uerbis agit: non aliter, q̃ qui nullo sponsaliũ & nuptiarũ ritu geniti, nataliũq̃ suorũ fide & honore non contenti, quod à principio defuisse sibi sentiũt, beneficio principis impudẽter sibi adesse uolunt. Neq̃ enim aliud est bis de eadẽ re pariter agi, q̃ quoniam non satis ad ueritatem sit semel aliquid dictũ fuisse, repetito sermone quod alioquin non est, constituere omnino uoluisse.

Περὶ Ἐρυσίμου. Κεφ. τος'.

Ἔρυσιμον. Οἱ μὲν χαμαίπλιον. προσφῶσι δὲ Ἕλληνες ἄλφιτα. ἀιγύπτιοι ἐρεθμοῦν. Ῥωμαῖοι ἐρίονεμ. φύεται πρὸς ταῖς πόλεσι, καὶ οἰκόπεδα, καὶ κήποις. φύλλα ἔχει ὅμοια εὐζώμῳ ἀγρίῳ ἐλάσσω. καυλία ἱμαντώδη. ἄνθη μικρὰ ἐξ ἑνὸς πολλά. ἐπ' ἄκρῳ δὲ λοβοὶ κεράτιοι ὀλίγοι ὡς τίλυδος. ἐν οἷς σπέρματα μικρὰ κατὰ μέγεθος πρὸς ἀπλησίαν πυρῶδη κατὰ τὴν εὔσιμ. ῥιζοῦται πρὸς θώρακος ἐθυματισμόν. ἐμπύους. ἕλκη. ἰκτερον. ἰχιάδας ἐκλείχομενον σὺν μέλιτι. πίνεται δὲ πρὸς τὰ δακάσιμα φάρμακα. καταπλάσσεται δὲ μετ' ὕδατος ἢ μέλιτος, ὠφελεῖ καὶ κινώματα κυσπάδα. σκληρίας. πρωτίδας διαύμων καὶ μασῶν φλεγμονάς. λεπάδας τε καὶ καθόλου θλασμάτα. ἐπιφέρεται δὲ γίνεται εἰς τὰ ἐγκλύσματα. ἀρβαχὲν ὕδατι καὶ φοιχθέν. ἢ ἐνδεθὲν εἰς ὀθόνιον ὀπτηθὲν * καὶ σέατος ἐπιπλασθέν.

De Irione. Cap. CXLVII.

ERysimon L sunt qui chamæplion dicunt. Magi Herculis farinã. Aegyptij erethmum. Romani irionẽ dicũt. ¶ Nascit circa urbes, domos & areas, ruderaq̃ & hortos. Folia habet syluestri erucæ similia: coliculos utiliũ corigi arumq̃ modo lentos, & luteos flores. In summo uero liquæ corniculos figura sunt, graciles, fœnogræci filiquæ specie, in qbus tãtilla sunt semina naturcio similia, feruido sapore, in pectus destillationibus utilia, purulẽtis execrationibus, tussientibus, suffusis felle, coxẽdicis doloribus cũ melle linctu. Bibunt eadẽ irionis semina cõtra letalia uenena: & ex aqua melle uel utiliter cõtra latẽtia carcinomata, secundũ aures abscessus quas parotidas dicũt, durities, testiũq̃ & mãmarũ inflãmationes emplastri modo imponũt. Extenuãt in uniuersumq̃ calefaciũt irionis semina. Mitiora fiunt cũ clysteре infundenda fuerint aqua prius madentia, mox per se cremata, aut in linteolo colligata, tum cruста ex pistorio opere inuoluta.

INTERPRES.

SI esset frugibus, leguminibus & oleribus idẽ qui homini sensus, liceretq̃ illis ut in republica sæpe aliquid fecerũt, mutata fortuna trãsfugę modo, modo harũ, modo illarũ partiũ esse, dicerẽ ego Græcis erysimõ, Latinis uero irionẽ: Bacchi illius modo, qui ab Aristophane in Ranis suis nũc deus, nunc homo: iterumq̃ dominus, mox seruus, uariãte fortuna describitur: in alijs scriptoribus inter fruges, in alijs inter olera numerari uoluisse: tam incerta in antiquis scriptoribus historia eius est: tamq̃ aperte à Theophrasto & Plinio, frugum: ab hoc ipso & Paulo Aegineta, oleri generi adscribit. Nec persuadebit unq̃ nõ esse frugẽ erysimon seu irionẽ aliquis, Theophrastũ de eo sic docentẽ audiens, q̃ loco lib. IX. de plantarũ historia, de frugũ culmis in uniuersum sic agit: τῶν δὲ θρίνων κίγχρου μὲν καὶ μελίνου καλαμώδης σπόρου δὲ καὶ ἐρυσίμου ναρθηκώδης. quod est: Aestiuarũ autẽ milij scilicet & panici harundinaceus caulis siue culmus est: sesami uero & erysimi, ferulaceus. Rursusq̃ eodẽ libro: σήσαμον δ' οὐδεὶς ἐσθίει χλωρὸν, ἐσθὶ δὲ μὴ ἐρύσιμον &c. Ex quibus ratiocinari licet, in cẽsu frugum numeratũ erysimon, frugẽ esse: & ex culmo inter olera censeri non posse. Plinius itidẽ Theophrastũ secutus, frugibus irionẽ ubiq̃ adnumerat: lib. XVIII. primũ capite VII. Aestiua quæ æstate ante uergilias exortũ serũtur, ut miliũ, panicũ, sesama, irio: mox iterũ eodẽ capite: Sesamo & irioni sanguinea folia. Nec multo post eodẽ libro, sed cap. X. Sesama ab Indis uenit, ex ea & oleũ faciunt. Color eius cãdidus: huic simile est in Asia Græcia q̃ erysimũ: idẽq̃ erat, nisi pinguius esset: quod apud nos irionẽ uocant, medicaminibus adnumerandum prius q̃ frugibus: Idẽ etiã libro XXII. capite ultimo ait: Irionẽ inter fruges sesamæ simile esse diximus, & à Græcis erysimon uocari. Contrà hoc olus aperte Dioscorides non frugẽ describit, à nasturcio statim & thlaspi folio erucæ: coliculo, non culmo: cornutis in summo siliquis, non spicis aut paniculis, etsi fœnogræco similibus: quodq̃ frugi nunq̃ conueniat, inter rudera & circa hortos nasci. Et præter Dioscoridẽ Paulus Aegineta lib. I. capite de Veneris utilitate & usu, quo loco docens quibus cibis ad Venerẽ uti oporteat, inter cætera monet comedenda ἐκ τοῦ λαχάνων * ὄρμινον, καὶ ἐρύσιμον, καὶ ἐύζωμον &c. manifeste inter olera erysimum numerans, ut uideẽ. Essetq̃ Latinis irionẽ, quod Græcis & huic scriptori erysimon est, satis tam multis locis testatur Plinius: præcipue que libro XXII. capite quo pauloante diximus, quo loco integrum & ñsdem uerbis totum hoc caput Latinis reddidit: quod cognouisse omnibus paratum & in promptu est. In tot itaque tamq̃ diuersis antiquorum scriptorum autoritatibus temere & impudenter fecerit, qui in hoc aut illo genere irionem numerabit, præsertim docentibus Theophrasto & Plinio seri in agris & inter fruges irionem: Dioscoride autem & Paulo Aegineta, per se nasci locis incultis: & si seratur in hortis, inter olera quod olus

olus sit, serẽdum esse. Nobis ut credamus frugẽ à multis existimatum erysimon fuisse, in causa siliquę sunt, quas fœnogræco similes erysimon habere hic ait, quodq; inter fruges pabulo destinatas numeraẽ. A' multis uero olus, folia agresti erucæ, & semen nasturcio simile. Antiquiores omnes nõ secus q̃ de quotidiana & uulgari re de eo agunt. Alicubi nunc genus etiã parum cognitũ est: ignotæ & appellatiões illæ aliæ, ideoq; à nobis relictæ. Mederi autẽ irionis semina Dioscorides ait latentibus carcinomatis, nõ in occulto cõstitutis, ut uox ipsa indicare uidetur, sed nondum exulceratis: Sic enim si Græcorũ medicis credendũ est, Hippocrates nondũ exulceratum hoc malum uocauit. Est autem carcinoma (quod sic uocare nunc magis q̃ cancrũ decet) inæqualis, glomerosus, liuescens, aspectu teter & cum dolore tumor, qui in omnibus humani corporis partibus fieri possit. Siquidẽ in oculis, fœminarũ locis, sed præcipue & sæpius in mammis fit: quoniã rari à cancro aquatico animali est: quoniã circa id implent & intendunt uenæ, cancrorũ pedibus à glomere illo humore cum referbuit, oritur carcinoma. Eamq; ob causam nigro colore liuescit. Factum huic malo nomẽ tate sua fungosę & inanes crassissimã nigrę bilis, ex qua id malũ cõstat, materiã excipere possunt. Ex eo em̃ corporis descendentibus, similes: etsi aliqui aliter dixerint: quoniã difficillime euellat ab his partibus in quibus ortum est, quemadmodũ & cancer animal tenacius retinet, quæ semel apprehenderit: sed prior ratio illa magis ex re est. Graue hoc malũ, quod nec discuti, nec auelli possit, nec purgatione corporis minui: sed tã malefici ingenij, ut mitiora remedia negligẽs asperioribus irritetur. Estq; cum exulceratũ & cum nondum exulceratũ sit: & hoc tantũ κρυπτόν, id est latens Hippocrates & alij Græcorũ medici appellauerunt, cui irionis semẽ mederi hic ait, ex aqua & melle illitũ: etsi ex melle tantũ antiquissimus Græcorũ medicus Archigenes tritum illini iuberet: quoniam post exulcerationem contra omnia huiusce modi remedia recrudescit: neq; ante exulcerationẽ spes alia est, q̃ ut differatur exulceratio & incrementum. Docet postremo hic scriptor, quoniam feruidæ naturæ semen irionis est, clysteręq; infusum urigine sua nocet: qua ratione diminuenda eius uis illa sit, ut mitius factum sine periculo prosit. Duplexq; modus ab eo ostenditur, alter ut cum antea in aqua maduerit, cremetur: alter, ut in linteolo colligatũ, mox crusta ex opere pistorio inuolutũ, in carbonibus aut clibano cremetur. Quem locum cæteri inter pretes parum ex necessitate rei, pro crusta illa, pistorio opere: & ex farina aqua macerata diu subigendo facta adipe dixerunt: similitudine nominum σαπὸς καὶ σίκτος decepti: quorum alterum adipem significat, alterum farinam aqua consperſam, tum diutius ad panificium subactam anteq; fermentescat in longum, & in quancunq; formam uoluerit aliquis ductilem & sequacem: De qua coquendi multa ad medicinam ratione & necessitate nihil modo ultra hoc à nobis dicet: quoniam in scilla iterum & certius de tota hac re agendum erit. Dictaq; tunc à nobis omnia ad hanc irionis seminis cocturam referenda erunt. Nunc satis breuiter signasse rem sit: nec adipem sed crustam & inolutum ex opere pistorio intelligi hoc loco erysimum oportere legentes monuisse.

Latẽtia carcinomata.

Carcinoma.

Περὶ πεπέρεως. Κεφ. τοζ'.

Πέπερι δ' ἐνδέχεται σοφιστὴ φυόμενον ἐν ἰνδίᾳ. βραχύ. κλάδον δὲ ἀνίσχει. καὶ ἀσχάδι μὴ προμήκει καὶ πέπερι. ἔχον τὸν καρπὸν λοβόν. ὃν περ ὅσι μακρόμ πλήσιον, ὃ μέλαν ἔστω τέλειον πέπερι. ὃν περ κεγχρῳ περ ὑπὸ ὀικείους καιροὺς ἀναπλόμενον, βόες ἀνίσχει. κόκκους φέροντας ὁίους ἴσμων. περ δὲ, καὶ ὁμφακώδης. οἵ ἀνεῳ εἰσὶ τὸ λοβὸν μικρὰ καὶ ἀνώφορους καὶ θηριακὰς δ' ὠμάς. ἔσι δὲ μᾶλλον ὑπόπικρον. διὰ τὸ ἄωρον. καὶ ὠχρότερον τὸ χρῶμα. καὶ θηριακάς. δὲ μέλαν ἥκιστα δριμύτερον τοῦ λευκοῦ. καὶ εὐσομώτερον. καὶ μᾶλλον διὰ τὸ εἶναι ὥριμον ἀρωματίζον. εὐχρηστότερον πρὸς τὰς ἀστύσεις. τὸ δὲ λεῖον καὶ ὁμφακίζον, ἀσθενέστερον τῶν προειρημένων. ἐκλέγου δὲ τὸ βαρύτατον καὶ πλῆρες. μέλαν. μὴ σφόδρα ῥυσόν. πρόσφατον δὲ καὶ μὴ πιτυρῶδες, εὐρίσκεται δέ τι καὶ ἐν τοῖς μέλασιν ἄτροφον. κενὸν καὶ κοῦφον. ὃ καλεῖται βράσμα. Δύναμιν δὲ ἔχει κοινῶς θερμαντικὴν, ὀξυκτικὴν, πεπτικὴν, ὠφέλιμον πρὸς διαφορητικὴν, σμηκτικὴν τῶν παχέων κόρων ὠφελιμώτατον, ἁρμόζει καὶ ῥίγεσι

De Pipere. Cap. CXLVIII.

PEperi Romani piper dicũt. Breuis in India fertur nasci piperis arbor. Fructũ fert à principio filiquæ modo oblongũ, quod longũ piper est: clauditq; intra se, q̃d exiguis milij seminibus simile sit, integrũ & absolutũ mox futuræ piper. Id per maturitatẽ legitimo tempore dehiscẽs, racemos ex se mittit granis quę nouimus onustos * alijs uero acerbis, quę candidũ piper sunt: oculorũ medicinæ antidotis, & his quæ cõtra uenenata cõficiunt, præcipue accõmodatis. Efficacissimã habet erodẽdi uim longũ piper, habetq; & saporis amaritudinẽ aliquã, qm̃ importune & anteq̃ maturuerit lectũ est: ideoq; antidotis & his quæ cõtra uenenata cõficiunt cæteris aptius. Nigrũ maiore acrimõia est q̃ candidũ, gratius in cibis, & q̃ tẽpestiue maturuerit odoratius, cõdiendisq; obsonijs utilius. Candidum quòd acerbũ est, ob immaturitatẽ suã antedictis duobus ignauius. Eligito piper q̃ ponderosissimũ sit, plenũ, nigrũ, nec adeò rugosum: recens præterea, nec furfurosum. Inuenitur in nigro pipere q̃d tabidũ, inane, leueq; sit: uocaturq; id gẽtis eius uocabulo brasma, quasi abortus. Est uniuerso piperi cõmunis natura & uis calefacere, urinã ciere, cõcoctiões adiuuare, extrahere, discutere, & quę claritati oculorũ officiũt exterere, Cõtra circulariũ febri-

σι πορικοῖς πινόμενον πρὸ συγχυσμοῦ. ἡ δὲ πικρὰ ἀφέλκει. ἄγει δὲ καὶ ἔμβρυα. δοκεῖ δὲ καὶ ἀτόκιον εἶναι μετὰ σωφρονίσεως προσιδέμενον. βηξί τε καὶ πᾶσι τοῖς πρὸς δύσπνοια πάθεσιν ἀρμόζει. ἔντερα κλυστῆρσι δὲ πτίσμασι λαμβανόμενον. δὲ συνάγχαις ἁρμόζει διαχριόμενον σὺν μέλιτι. δὲ στόφους λύει πινόμενον μετὰ δάφνης φύλλων ἁπαλῶν. ἀποφλεγματίζει δὲ σὺν σαρίδι διαμασηθέν. ἀνώδυνον πόσει καὶ ὑγιεινόν. δὲ ὄρεξιν κινεῖ. πέψει τε σωφρονεῖ μιγνύμενον ἐμβάμμασιν. ἀναλημφθὲν δὲ πίσσης χοιράδας διαφορεῖ. σμήχει δὲ ἀλφοὺς σὺν νίτρῳ. φώγυνται δὲ ἐν ὀστράκου καινοῦ ἐπ' ἀνθράκων, κινούμενον ὡς φασιν. ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ, οὐκ ἔστι ζιγγίβερι καθάπερ ἔνιοι ὑπέλαβον. ὡς αὐτίκα διηλώσομεν. ἔοικε μὴν ποτὲ κόσῳ ἢ πεπέρει ῥίζα. θερμαίνουσα τὴν γεῦσιν καὶ ὑγρὰ προσκαλουμένη. ταπεινοῖ δὲ ὠλίγα σὺν ὄξει καταπλασσομένη. καὶ πινομένη ἀποφλεγματίζει δὲ μετὰ σαρίδος ἁγρίας μασηθεῖσα.

um cum tremore algores bibitur piper, & inungitur utiliter. Succurrit idem uenenatorum morbus. Fœtus ex utero trahit. Creditur & sterilitatem facere post coitum muliebri uuluę subditum & appositum. Tussientibus, cunctisq; aliis pectoris uitijs, linctu potúq; succurrit. Contra anginas utiliter ex melle inũgitur. Tormina cum lauri teneris foliis potum piper finit. Capitis pituitas per os purgat cum taminia uua commãducatum. Somno idẽ dolores leuat. Somnum & appetentiam cibi conciliat. Concoctionem adiuuat: utunturq; ob id eo ad intinctus. Discutit strumas pice exceptum piper. Vitiligines cum nitro exterit. Crematur piper in noua testa carbonibus imposita, & eodem quo in cremanda lente modo fit, continue miscetur. Non est quod aliqui crediderunt, quem admodum mox ostendemus, zingiber piperis radix. Costo enim non zingiberi similis ea est, sapore feruido, oris pituitosos humores & saliuã prouocans. Eadem ex aceto illita nec minus etiã potа, lienem minuit. Purgat & hæc capitis pituitas per os cum taminia uua, quam pedicularem herbam aliqui uocant, commanducata.

INTERPRES.

CRedebantur quondã poëtæ cum in theatris canerent fore aliquando secula quibus oceanus uincula rerũ laxet, & ingens pateat tellus, typhisq; nouos iam detegat orbes: nec sit terris ultima Thyle ea dicere: quæ ad implendos suspendendosq; nouæ rei expectatione & metu plebis animos ingeniosè abeis excogitata magis, q̃ optanda & speranda sapientibus essent: cum tamẽ docẽtibus musis deoq; pleni euaticinarent: quę nostra ætas à Lusitanis regibus facta iampridẽ sensit, & quotidie fieri adhuc uidet. Quorũ nunq̃ satis laudauerit quispiã pro humana re laborẽ, studiũ, consiliũ, & regiã operã. Longa siquidẽ & difficili in Indiã nauigatione incognitũ, Europã, Asiã, Lybiãq; incolentibus ad hanc diẽ orbẽ nobis aperuerũt. Et quas habet diues illa & beata regio naturæ opes, cõmunes omnibus fecerũt. Licuitq; eorũ auxilio diligẽter naturã nouisse inquirẽtibus, quæ antiqs scriptoribus incognita, aut aliter q̃ nũc inueniantur tractata fuerũt, integre cognoscere. Inter quæ & piper est, cuius natales & omnẽ naturã aliter q̃ Theophrastus, Plinius & hic ipse quondã tradiderunt, reuersi ad nos plures inuenisse se narrant. Fruticẽ enim non arborẽ piper ferre affirmant, albæ uiti, quæ in sepibus plerunq; inuenitur, simile: propinquas scandentẽ arbores, quæ racemosum fructũ ferat, magnitudine ea qua uidẽ, sed uiridẽ: nec aliter q̃ in ligustro coaceruatũ antẽq̃ maturitate nigrescat: lectũq; æstate ante integrã maturitatẽ sub sole in palmeis tegetibus expãdi, caloreq; solis & æstu corrugari & nigrũ fieri. Nec longũ aut albũ piper aliq̃d uidisse illic se dicunt: esse quidẽ arbores alias quę piper piperis aliquid ferant, & inter eas cui conferre in nostro orbe aliquã posse se negant, quæ oblongũ ueluti uillũ inter folia ferat Ponticæ nucis floribus simile, quod illic longũ piper incolæ appellent. Foliũ piperis ipsi uidimus ab eis allatũ, colore pallido magis q̃ herbaceo, lõgitudine quantũ diuaricati pollex & index humani digiti aperiũtur: latitudine qua parte maxime patet quatuor digitorũ, plantaginis figura, prærerq; in summo, cui habet numero pares & figura similes à tergo fibras septẽ, per longitudinẽ extensas, mediam claudentibus utrinq; trinis: non tamen ut in plantagine utrinq; binæ à media nascuntur, sed inæqualibus interuallis utrinq; prodeunt: in summo fastigiatũ & acuminatius q̃ plantaginis extremũ foliũ est: Desinitq; in mucronẽ eodẽ quo in malo medica modo uidetur, non omni, sed in qua foliũ acuminatũ est: idq; in piperis frutice breui pediculo pendet: & qua parte à pediculo incipit, folium paulo minus q̃ rotundum est. Quę omnia dicta longius à nobis sunt, non ut antiquorũ historias damnemus, sed ut meminerint toto hoc opere legentes, quàm difficilis omnibus medicæ materię fuerit & futura semper commentatio sit: præsertimq; ubi parum integra ueterum commentaria totam rem miscent: quale hoc caput est, in quo deprehensum utrium uitij nota illa nostra signatum fuit, ut ea nota scirent legentes, deesse illic aliquid quod ad nigrum piper pertineat. Vbi enim hicait dehiscentem piperis siliquam racemos ex se mittere, granis quæ omnes nouimus, onustos, necesse est desiderari aliquid: quantum autem id sit, non facile conijciat aliquis. Quid uero rem ipsam intuentibus in promptu erit? ex quo enim statim subijcit: Acerbis aliis quæ cãdidum piper sunt, necesse est tradidisse eũ antea de nigris & maturis piperis granis. Est q̃ uitij & mendæ huius non conjectura tantũ, sed necessitas: nunq̃ enim Græci particulã ἂν subijciunt, quin antea μὲν, & cum ea aliquid aliud præmiserint: sequuntur enim particulæ illæ se inuicẽ, habentq; secernendi, distribuendi, & distinguendi rationẽ. Eamq; ob causam uerisimile est dixisse Dioscoridẽ, dehiscẽtibus siliquis illis alia pẽdere matura grana, quę nigrum

nigrum piper sunt: alia uero acerba, quæ candidum. Confirmat id quod paulo post subijcitur, cum de uniuersi piperis uiribus agitur: sumpto enim principio à longo, ad nigrum deinceps & album Dioscorides descendit, cum tamen nigri nunquam antea meminerit. Eam ob causam monemus, restituendas aut cogitandas saltem à legentibus illic uoces aliquas, quæ ut de candido, sic etiam de nigro pipere aliquid constituãt. Obseruauimus præterea in antiquioribus, & melioribus Græcis nõ multo procul à fine deesse σαφ'δι ἀιρίαν, ne passam uuam simpliciter, sed taminiam uuam, quam staphidagriam nominant, locus & remedium habeat: Persuasit q; addendũ illud esse non antiquor; codicum fides tantum, sed hic ipse etiam libro IIII. quo capite de taminia uua agit: quam per os capitis pituitas purgare commandu catã pariter dixit. Accessit & illud, q; in extremo capitis calce hic ait radicem piperis non cum passa uua, sed cum staphidagria, id est cũ taminia uua commandu catã, easdem habere uires, eodem utrobiq; aut non dissimili saltem remedio. Mutatum & illud ex antiquorum codicũ lectione est, quod alij salubre in cibo piper esse dixerunt, ex cõmuni lectione ὑγιῆνον uertentes: nos autem somnum facere, ὕπνον enim nõ ὑγιῆνον in illis legitur: probauimus q; hoc magis q̃ illud, q; res ipsa & sequax sermonis cursus exigere id potius uidebatur. Monemus & illud, quod à principio dicendũ fuerat, piper, zingiber, & aquaticũ piper, tria deinceps descripta hoc loco capita, saporis & uirium similitudine inter olera inueniri: alioquin non erat his nunc locus: siquidẽ inter peregrinas plantas & quas posteriores species dixerunt, numerandæ fuerant: sed feruens earum natura & igneus sapor nasturcio, thlaspi & irioni feruidæ naturæ plantis quasi congeneres coniunxit.

περὶ ζιγγιβέρεως. κεφ. τοή.

Ζιγγίβερις, ἴδιον ὄνομα ὄζει φυτόμ. ῥιζωνώμενον ἐν τῇ τραγλοδυτικῇ ἀραβίᾳ πλεῖστον. οὗ χρῶνται τῇ χλόηι εἰς πολλὰ καθάπερ ἡμεῖς τῷ πεπάνωι ἔφοντες εἰς προπλασμούς. ἔστι δὲ ῥίζια μικρὰ ὡς πρὸς κυπείρου, ὑπόλευκα, πεπλασμένα τῇ γεύσει, καὶ εὐώδη. ἐκλέγειν δὲ τὰ ἀπὸ λιθοδόνισα. ὑπ' ἐνίων μὲν καὶ ταριχεύεται διὰ τὸ εὔσηπτον, μὴ διακομίζεται κοράμιοις εἰς ἰταλίαν. εὐχρήστως εἰς βρῶσιν. λαμβάνεται δὲ μετὰ τοῦ ἴσχου. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, πεπτικὴν, μαλακτικὴν καὶ λίαν. ὠφελεῖ εὐστόμαχον. πρὸς δὲ τὰς ἐπισκοτοῦντας ταῖς κόραις. μίγνυται καὶ ἀνθοδότρις. καὶ καθόλου πρέπει πως τῇ τοῦ πεπέρεως δυνάμει.

De Zingibere. Cap. CXLIX.

ZIngiber Romani pariter Græcis zingiber dicunt. Zingiberis diuersa à pipere & sui generis planta est. Plurimũ in Troglodytica & Arabia nascit: frõde eius ad multa, & in quibus nos ruta, utunt, pulmẽtis potiõibusq; eã miscẽtes. Habet zingiber paruas radices quadrati odorati iũci forma, albescẽtes, odoratas, sapore piperis. Eligito aũt zingiberis radices quę teredinẽ nõ senserint. A` plerisq; q facil lime putrescũt, sale inueterant, fictilibusq; in Italiam deuehunt, in cibo cũ salsamẽtis utiles. Calefaciendi uis & natura zingiberi est. Concoctionẽ adiuuat: aluũ leniter mollit: stomachoq; accõmodatum est. Facit ad ea quæ claritati oculorũ officiunt, & antidotis miscetur. In uniuersumq; piperis uires paulominus q̃ totas æquat.

INTERPRES.

QVi de pipere ex India ad nos reuersi, quæ superiore capite dicta à nobis sunt, retulerunt: ẽdem zingiber gramini simile in India nasci dixerunt, geniculatum, nouasq; subinde radices agens, longius sub terra augeri, inueniriq; ubiq; non aliter quàm & nostrum gramen: bisq; aut ter folia per annum proferre, quæ harundinacea sint, sed non tantæ longitudinis latitudinisq;: nihil eo frequẽtius tota illa regione & copiosius nasci: ingensq; saporis discrimen ex tempore quo lectum fuerit, sentiri: quodq; Galenus & post eum Paulus Aegineta dixerunt, ideo teredinibus tentari, sentiriq; cariem & perforari, quòd crassioris cuiusdam & ineuictæ humiditatis particeps sit: fieri id illi dicunt, cum importune per uer ante maturitatẽ lectum fuerit: esseq; opportunum legendi tempus, cum folia illa aruerint: Idq; in effodiendo zingibere ab Indis obseruari.

περὶ ὑδροπεπέρεως. κεφ. τοθ

Ὑδροπέπερι. φύεται μὲν μάλιστα πρὸς τὰς σιμοὺς ὕλασιν ἢ ἐπὶ ποταμοῖς ῥείθροις. καυλὸν δὲ ἀνίησι γονατώδη. φύλλα ἐοικότα ὑδροθύμῳ. μείζονα δὲ καὶ ἧττον καὶ λευκότερα. σπερμέα ἐν τῇ στάχυϊ ὡς πρὸς τὸ πέπερι. οὗ μὴν ἀρωματίζοντα. καθαρτικὸν δὲ ἐπὶ κλωναρίων μικρῶν ἐκφυόμενον πρὸς τὰ φύλλα. συνέχει καὶ βοηθεῖ κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ καρπῷ. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα σὺν ὄξει καρπῷ

De Hydropipere, id est aquatico pipere. Cap. CL.

HYdropiperi Romani hydropiper siue aquaticũ piper dicunt. Nascit aquaticũ piper prope stãtes aquas aut leniter fluentes. Geniculatũ caulem ex se mittit, solidum, circa quẽ alarum cõcauitates & folia mentæ similia sunt, maiora tãtum, teneriora candidioraq;, sapore ceu piperis acri, nõ tamen odorato. Semen in ramulis fert secundũ folia nascens, acinosum, acre & ipsum. Discutiunt folia cum semine illita

καλαπλασσόμενα, οἱ διῆματα ἢ χρονίους σκληρίας διαφορεῖν. ὑπώπιά τε ἀπραγματεύτως ἐξανθέντα δὲ κοπέντα, μίγνυται ἀντὶ πεπέρεως ἁλσὶ ἢ προσοψήμασι. ῥίζαν ἔχει μικρὰν ἄχρηστον.

illita tumores duritiesq; omnes: sugillata delet. Siccata eadem tusaq; pro pipere sali & obsonijs miscentur. Radicem habet exiguam, sed inutilem.

INTERPRES.

NVlla Plinio Latinisq; aliijs scriptoribus sub hydropiperis titulo & uoce planta hæc est. Nec qualē hic describit prope aquas nascentē, inuenire adhuc licuit. Vidimus tamē in antiquissimo latino Dioscoride & qui Longobardis literis scriptus, sexcentoq; annoq; uetustatē refert, hydropiperis appositā imaginē, diligenti (ut erant ea tēpora) pictura effigiatā: in qua descriptioni huius scriptoris omnia conueniunt, caulis, geniculi, alaq; concauitates, folia, foliorūq; color. Vnū in fructu discrimen tantū est: quod enim hic ait in ramulis secundū folia nasci, & acinosum esse, in ea pictura in summis ramulis est, uasculi potius q̄ folliculi aut siliquæ figura: indicatq; in eo claudi semen, quod hic cū fructu miscet, fructū uasculū, & in eo semen simul appellans. Quod deficientibus cōiecturis alijs, non penitus ab re audisse fuerit: quemadmodū nec inutile etiā ex aliquaq; plantaq; natura cognoscere, quę aliquando nobis in hoc opere alaq; cōcauitates in plantis sunt. Græci translata ab humano corpore appellatione, μαχάλας dicunt caua, quæ aliquādo bina, aliquando singularia, & ex intetuallo semper in plantis uidentur, humanis alis similia, in quibus ueluti lacuna est. Sunt aūt homini alæ, qua parte brachiū humero coniungit ex interiore parte, in quibus nō aliter q̄ in pectore pubes aliqua nascit, uirosi plerūq; odoris. Eaq; similitudine cōcauos geniculos quales in harundinibus & plerisq; aliijs sunt, μαχάλας Græci, Romani alas dixerunt: ab adnatis eo differentes, q̄ ex alis noua semper germinatio prodit: adnata uero nullā habent certā partē unde emergāt. Diximus hoc capite etiam quod in Barbari editione non legit, à librarijs forsan imprudenter relictū, sugillata delere hydropiperis semina: ea significantes, quæ Græci ὑπώπια dicunt, facto ab eis nomine, q̄ frequēter & citissime sub oculis fiunt: cū ex contusione ultimā cutē sic subierit sanguis, ut appareat: Latini à suctu sugillata, quo solēt in amoribus suis uti aliquando homines, amoris & uoluptatis suæ uestigia in alieno corpore eodē modo relinquentes: quo tēpore ut Lucretius cecinit: Quod petiere premunt arcte, faciunt q̄ dolorē Corporis, & dentes illidunt sæpe labellis, Oscula q̄ affigunt. Vtraq; autē gens non tantū quæ sub oculis ex contusione aut suctu fiunt suis uocibus appellauerunt, sed quæ in reliquo corpore etiā & ex quacūq; iniuria nigrescunt, eousq; qui candido colore antea unguis erat, ex contusione uulnere' ue nigricans eadē hac uoce indicetur. Neque aliud sugillata Latinis sunt q̄ liuores, & quæ ex flagellis uibices in humano corpore remanent.

Alaq; cōcauitas.

μαχάλαι.

ὑπώπια.

Sugillata.

περὶ πτάρμικῆς. κεφ. τπ'.

Πτάρμικη. θαμνίον ὅ ἔστι κλῶνας ἔχον μικροὺς πολλούς, πτερεῖς, ὁμοίους ἀβροτόνῳ. πρὸ οὗς φύλλα ἐπιμήκη, ἐοικότα τοῖς τῆς ἐλαίας, πολλὰ, ἐπ' ἄκρῳ ὡς πρὸς ἀνθεμίδος κεφάλιον μικρόν, πτερεῖς, σπέρμα ἢ τὸ ὁμοιοῦν. ἐρεθισικὸν πτάρμικον. ὅθεν καὶ ὠνόμασται. δύναται δὲ καλαπλασσόμενα τὰ φύλλα μετὰ μέλιτος ἀνθῶν ὑπώπια αἴρειν. τὰ δὲ ἄνθη, πτάρμους ποιεῖ σπόμενα κινεῖ. φύεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς καὶ πετρώδεσι τόποις.

De Ptarmice, id est sternutamentaria herba. Cap. CLI.

PTarmicen Romani sternutamentariā dicūt. Breuis frutex sternutamētaria herba est, paruis, multis, teretibus, & abrotano similibus ramulis: circa q̄s folia multa sunt, oblonga, oleaginis similia. In summo habet chamæmali. i. anthemidis figura capitulū rotundū, acre, q̄dq; olfactu sternutamēta proritet: unde nomē inuenit. Possūt folia cū floribꝰ emplastrimō impositā delere sugillata. Flores sternutamēta efficacissime mouēt. Nascit mōtanis et petrosis locis.

INTERPRES.

EX re nomen habet ptarmice: ptarmon enim Græci sternutamentū uocant, in q̄ egregiā necesse est habere uim, ex quo tā præsenti salutis augurio & honore dignata eā Græcia est. In nullo q̄d hactenus sciā herbaq; censu sub hoc nomine Latinis ptarmice est, & si Barbarus in Corollario suo testetē à quibusdā hanc ipsam diptarmicē dici. Meminerunt eius tamen inter Græcos Galenus & Paulus Aegineta, eadē omnia quæ Dioscorides posse eam testati: adijcientes tantū, uiridē sugillata liuoresq; alios discutere.

περὶ στρυθίου. κεφ. τπά.

Στρύθιον οἱ δὲ, κέδρον. οἱ δὲ κάθαρσιν. οἱ δὲ, στρυθοκάμηλος. οἱ δὲ, χαμαίδρυτον. προφῆται χαλλίδρυτος. ῥωμαῖοι δὲ ἐξανάσια. οἱ δὲ, ἐρεθαλασία. αἰγύπτιοι οἰνώ. ἄφροι συρίς. γνώριμόν ὄντι. ὧν οἱ ἐριοπλύται χρῶνται πρὸς καθάρσιν τῶν ἐρίων. ἔστι ἡ ῥίζα δριμεῖα καὶ οὐρητική. βοηθεῖ δὲ ἡ πατικαῖς βηξίν. ὀρθοπνοίαις σὺν μέλιτι, κοχλιαρίου πλῆθος λαμβανομένη, κοιλίαν τε ὑπαγει.

De Radicula siue lanaria herba. Ca. CLII.

STruthion sunt qui cedren, qui à purgādo catharsin, qui struthocamelon, q̄ chamæryton. i. humi sparsam appellēt. Magi chalirryton. Aegyptij æno. Aphri sirin. Romani radiculam, siue herbā lanariā uocant. Nota omnibus lanaria herba est, qua fullones in purgādis lanis utuntur. Habet radix eius acrimoniā: urinā cit: iocinorosis subuenit: succurrit & tussiētib⁹: nec nisi recta ceruice spirantibus, cochlearis pondere cum melle sumpta. Aluum præterea deiicit cum

σὼ ἢ πάνακι μὴ καππάρεως ῥίζῃ λυφθὲμ, λί
θυς θρύπτ. μὴ ἐξ ὕδατος πιῶ. μὴ ὠτολίθα ἐσκι-
ῤωμένον τίκτ. προσεθὲμ ἢ ἔμμηνα ἄγει, ⁊
ἔμβρυα φθείρ ἐνδρῶς. σὼ ἀλφίτῳ ἢ μὴ ὄξ
καταπλασθὲμ, λέπρας ἄίρει. διαφορ ⁊ τὰ
φύματα σὼ ἀλεύρῳ κριθίνῳ μὴ ὄίνῳ ἐψηθέμ.
μίγνυτ ἢ μὴ κονύζοις ὀξυδ ἐρκέσι μὴ μαλά
γμασι. κινῶ ἢ μὴ πταρμούς. ⁊ εἰς τὰς ῥῖνας
διεγχεόμενον λεῖον μετὰ μέλιτ, καθαί
ῤ διὰ σόματ.

cum panace & capparis radice ſumpta lanaria herba. Calculos ueſſicæ frangit & cum urina pellit. Duratos lienes eadem minuit. Appoſita menſes ducit, & in utero fœtus manifeſte enecat. Lepras emẽdat cum polenta ex aceto emplaſtri modo impoſita. Cũ farina hordeacea in uino elixa, panos diſcutit. Miſcetur præterea collyriis quæ ad claritatem oculorũ conficiũtur. Miſcetur & malagmatis. Sternutamenta hæc etiam cit. Conciſaq; naribus cum melle inſtillata, per os purgat.

INTERPRES.

CVm lanas ad cœſypum qui illotus & in ſordes cõcretus ouiũ ſudor eſt, ἀσπουθίσους, & ut nos credimus, μὴ ἰσπουθισμένων, hoc ipſo uolumine idẽ hic ſcriptor laudaret & exigeret, ſatis monuit, quẽ in antiquo lanificio uſum haberet ſtruthion, lanaria herba, ob id quondã à Romanis dicta. Purgabat em̃, & q̃d nunc aptius alumine in pleriſq; fit, ad imbibendos alienos colores, quibus alioquin impedimẽto erat cœſypus ille, præparabat: Eum enim nos credimus eius fuiſſe uſum. Plinius XIX. uolumine capite tertio ad candorem & mollitiẽ lanarũ ſtruthij ſucco uſos fuiſſe antiquos ait: Idem mox tamẽ XXIIII. capite XI. quod nos pauloante diximus, his uerbis teſtat. Tingẽtibus & radicula ramos præparat quã ſtruthion uocari diximus à Græcis, & c. diuiditq; in eodẽ uſu quod in Græcis alioquin unum eſt, & ramulis ſtruthij tribuit quod radicibus illi tribuerunt, quæ ſucco ſaporeq; aſperæ, ad imbibendos colores unguine ſordidas præparant lanas. Poſſunt quidẽ quod Plinius ait, purgatas cœſypo lanas cãdidiores reddere: ſed illud obiter eſt. Quod aũt ab infectoribus primũ, & ut Græci dicunt πρωτοργον à ſtruthio quærebatur, purgatio ſordiũ & cœſypi unguinis erat. Neſcimus q; nos quoſnã Plinius ramulos in ſtruthio appellauerit: radicibus em̃ in tingendo ut diximus utebãtur: oſtẽditq; Latinum nomen, radicũ tantũ fuiſſe uſum. Neq; enim alia ob cauſam radicula, quam ex potiore uſu dicta à Romanis eſt. Quinetiã nihil ferè excepta radice ſtruthion eſt, quã per longitudinẽ & in latera ſub terra non in altum extẽdit, proferentibus ſe ex interuallo graminis modo, & quaſi ex geniculis quinq; in unũ collectis plerunq; foliis, ex quibus coliculi cũ floribus prodeũt. Vulgaris & ubiq; locis inculcis naſcẽs herba, folio ut diximus in ceſpitẽ conferto, & per interualla ex eadẽ radice erumpente: lauri figura, ueꝛ maiore. Latini ab uſu lanariã radicẽ & herbã, & ab eius præcipua & utiliore parte radiculã dixerunt: Vnde aũt Græci ſtruthion nominauerint, nõ ſatis nũc patet: niſi fortè à foliorũ poſitura, quæ auiũ alas quadãtenus imitant, nomen illi fecerũt: ſρουθὸν em̃ & ſρουθίον ea gẽs paſſerẽ, & minores alias appellat aues. Quod ſi in cibos radix hæc tranſiret, crederemus ob caliditatẽ quã in quarto ordine habet, venerẽ ſtimulare, & ob id ſtruthion dictã: Græci em̃ ſρουθὸν paſſerẽ dicũt: & ab eius auis ſalacitate ſρουθὸς quaſi paſſeres ad venerem procliuiores homines: & ex ea ratione id facientẽ herbã, ſtruthion etiã dicere potuiſſent. Sed nihil horũ pro cõperto eſt. Hãc Dioſcorides ait in nares coniectã ſternutamẽta excitare: in quẽ uſum Celſus etiã lib. v. cap. XXII. eam recepit. Receperũt & ueteres Græcorũ medici in iecoris medicina, cuius quoniã ſunt plures cuſtæq; graues affectiones, nõ fuerit ab re quoſnã Dioſcorides aliiſq; Græcorũ medici priuatim ἡπατικοὺς, Lati ἡπατικοί.
ni uero iocinoroſos dixerũt hoc loco certius docere: ne audita in ſcriptore hoc ea uoce pẽdeant animo legẽtes, quodnã iecoris malũ in ea intellexiſſe oporteat, inflammationẽ ne an duritiẽ, an abſceſſum, an exulcerationem, an obſtructionem, an infirmitatem quam græci ἄῤῥωστον dicunt: omnibus enim iis affectionibus uitiatur iecur: nec ueriſimile eſt ex omnibus iis hepaticos à Græcis, à Latinis iocinoroſos dici homines. Galenus in diffinitionibus ſuis hepaticos eſſe dixit, quos diutinus iecoris dolor comitatur, cum tumore ſolidita- Iocinoroſi.
teq; & corporis malo colore: addiditq; æſtuoſam accendi in iis febrem cum ariditate linguæ. Cæteri tamen Græcorũ medici, priuatim hepaticos uocari dixerũt, quibus ἄῤῥωστον debile infirmumq; iecur eſt, quod q; amiſſa aut languente ui ſua, irritas functiones ſuas habet. Duratos lienes ut hoc etiam lanariæ herbæ demus, Durati lienes.
idem Galenus ait lienis tumorem eſſe, cum maior duriorq; lien, & in tumorem ſurgens ſentitur.

Περὶ κυκλαμίνου.
Κεφ. ΤΠΒ'.

De Cyclamino. Quam rapum ſiue umbilicum terræ, & aliqui orbicularem nominauerunt. Cap. CLIII.

Κυκλάμινος. Λέγουσί τινες κισσάνθεμον. οἱ δὲ, κισσόφυλλον. οἱ δέ, χελώνιον. οἱ δὲ, ἰχθυόθηρον. οἱ δὲ, χυλίνδιον. οἱ δὲ, ζωροάστριος ἢ τριμφαλίτης. ἀσθάνης ἄσφω. προφῆται μιάσφω. ἀγύπτιοι δέσκε. ῥωμαῖοι ῥάπρουμ τέρραι. οἱ δὲ, ὀμβιλίκουμ τέρραι. οἱ δὲ, ἀρκάς. φύλλα ἔχει ὅμοια κισσῷ, πρασίᾳ, περικλα. κάτωθεν δὲ μέλαν ἄνωθεν κιλλόσιμον ὑπολεύκοις, καυλὸν δὲ πεντεδάκτυλον. γυμνόν.

CYclaminon ſunt qui ab hederæ flore ciſſanthemon: qui ab eiuſdẽ folio ciſſophyllon: qui à teſtudinis figura quam radix habet, chelonion: qui, q; piſces ea necant, ichthyoteron: qui clinẽ, qui arcara appellãt. Oſthanes aſpho: Magi miaſpho: Aegyptij theſce. Romani rapũ ſiue umbilicũ terræ appellãt. Hederæ folia habet terræ rapũ, purpurea, uaria, ſupra infraq; albicãtibus maculis. Caulẽ lõgitudine quatuor digitorũ profert, glabrum, carentemq; foliis.

ἐφ' ὃν ἄνθη ῥοδοειδῆ πρφυρίζοντα. ῥίζαν μέλανα γογγυλίδι παπλησίαν, ὑποπλατυν, ἣ τις πρόσω μετὰ ὑδρομέλιτος, ἄγει φλέγμα Ϛ ὕδρωπα κάτω. ἡ ἔμπλαστος ἡ κινεῖ πινομένη ἡ προσιδεμένη. φασὶ δέ ὅτι ἂν ὑπὸ βῆ τὴν ῥίζαν ἐγκύμων γυνή, ὀλιγαμβλώτημα αὐτῇ. ἔστι ἡ Ϛ ὀξυτόκιον πρὶν ἀποπεσεῖν. πίνεται ἡ πρὸς τὰ δακάσιμα μετ' οἴνου. Ϛ μάλιστα πρὸς λαπὸν θαλάσσιον. Ϛ ἑρπετῶν δὲ ὅσα μὲν ἀνάφασμα κομᾶται καὶ πλατύσωμά ἐστιν. μεθύσκει τε οἴνῳ μιχθεῖσα. καθίστησι δὲ ἡμιόλιον τριῶν λιτρῶν μιγνυμένων τῷ καὶ πρόσθεν μετὰ γλυκέος ἢ μελικράτου ὑδαροῦς. κατακλίνειν δὲ δεῖ ἐν οἴνῳ θερμῷ τὸν πίνοντα. Ϛ πλείοσιν ἱματίοις περιβάλλειν ὅπως ἱδρώσῃ. ὁ δὲ ἀκριβούμενος ἱδρῶς, χολώδης εὑρίσκεται τῇ χροιᾷ ἐγχυματίζεται τε ὁ χυλὸς αὐτῆς μετὰ μέλιτος εἰς τὰς ῥῖνας πρὸς κάθαρσιν κεφαλῆς. ἡ δὲ δάκτυλίῳ ἐν ἐρίῳ προσίδεται πρὸς κομιδὴν περιττωμάτων. καταχριόμενος δὲ αὐτοῦ ἐπ' ὀμφαλοῦ ἡ ὑπογαστρίου, ἡ ἰσχίου, κοιλίαν μαλάσσει. Ϛ ἐκπρωσμοὺς ἐργάζεται. ἡ πρὸς τοὺς ὑπερεχυμένους ἢ ἀμβλυωποῦντας ὀφθαλμοὺς ἐγχριόμενος ὁ χυλὸς σὺν μέλιτι ἁρμόζει. μίγνυται Ϛ εἰς τὰ φθόρια. ἕλκεσι δὲ πεπεσοῦσι σὺν ὄξει καταχριόμενος ὁ χυλὸς καθίστησι. χυλίζεται δὲ ἡ ῥίζα κοπτομένη Ϛ ἐκθλιβομένη. ἐφθέντος τοῦ χυλοῦ ἄχρι μελιτώδους συστάσεως. ῥύπτει δὲ ἡ χρῶτα ἡ ῥίζα. ἢ δὲ καὶ θήλεα σήψαντα ἢ τραύματα μετ' ὄξους καὶ ἐλαίου τε ἡ μετὰ μέλιτος ἰᾶται. καὶ πλατύσωμα δὲ ἢ ἀπολίπαντα. ἀπροσδόκητα ἢ μὴ ἔφηλα, μὴ ἀλωπεκίας. εὐθετεῖ δὲ ἢ πρὸς στόματα ἢ πρὸς ἄγχας, ἢ τὰ ἐν κεφαλῇ ἑλκύδρια ἢ χύμεθλα τὸ ἀφέψημα αὐτῆς καταντλούμενον. αὐτή τε δὲ ἐλαίου παλαιοῦ ἀναζεσθεῖσα, ἀρύλοις καταχριομένου τοῦ ἐλαίου. ἐγκοιλανθεῖσα δὲ πλησθῇ τοῦ ἐλαίου, ἡ τίθεται ἐπὶ θρομβοδοκᾶς. προσεμβάλλεται δὲ ἐνίοτε ἢ κνησῶν τυρῶδες ὀλίγον, ὡς γλοιῶδες γίνεσθαι κατάχρισμα ἄριστον χυμεθλιῶσιν. ἀποτίθεται ἢ ἐν ἔλατι μνηθεῖσα ὡς πρὸ σκίλλα. ἰσχεῖται δὲ ἢ πρὸς φίλτρα αὐτῶν λαμβάνεσθαι κοπεῖσαν ἀναπλασθεῖσάν τε εἰς τροχίσκους. φύεται δὲ ἐν συσκίοις τόποις. μάλιστα δὲ ὑπὸ τὰ δένδρα.

In quo flores rosæ figura sunt, colore ad purpuram inclinato. Radix illi est nigra, rapo similis, in latitudinẽ se pandens, Quæ in dulci aqua pota, pituitam et aquas per inferna trahit. Mẽses eadẽ pota cit & apposita: Fertq; si prægnans mulier cyclamini radicẽ trãfilierit, abortum fieri. Adligata prægnãtibus partus adiuuat. Bibit & in uino cõtra uenenata oĩa, præcipueq; marinum leporẽ. Aduersat eadem serpentium iniurijs emplastri modo imposita. Vino addita ebrietatem facit. Bibitur cõtra suffusiones fellis utiliter, pondere drachmæ trium in passo aut diluta aqua mulsa: oportetq; bibentes calenti cubiculo reclinare, pluribus stragulis ad sudorem inuoluere, qui colore fellis exudabitur. Instillatur cyclamini caudicis succus cũ melle naribꝰ, ad capitis purgationẽ. Sedi etiã ad ducẽda excremẽta in lana apponit. Vmbilico, pectini, & coxẽdici succus idem ille illitus, aluũ mollit, uerum abortus facit. Inunguntur eodem utiliter ex melle hebetes & suffusi oculi. Abortiuis medicamentis miscetur. Cõpescit procidentem sedem cum aceto inunctus cyclamini succus, qui ex radice exprimitur tusa, & cũ expressus fuerit, ad crassitudinẽ mellis decoquit. Exterit & cutẽ radix. Eruptiones papulæ reprimit: ulceribusq; per se ex aceto aut ex melle medet. Lienes eadẽ minuit emplastri modo imposita. Emendat præterea adusta sole, capilliq; defluuia quas alopecias dicunt. Fouent decocto eius etiã utiliter luxata, podagræ, perniones, & quæ fiunt in capite ulcera. Ipsa etiam radix in uetere oleo inferue facta, ad cicatricẽ perducit quæ oleo illo inuncta fuerint. Excauatur in eundem usum eadem radix, cauũq; illud oleum impletur, tum in feruenti cinere collocatur, adiecta aliquando Thyrrena cera ut lentescat glutinosum'que fiat, pernionibus utilissimum unguen. Seruatur & radix in taleolas secta scilæ modo. Feruntq; ad amoris ueneficia tusam conformatamq; in pastillos, eandem hanc radicem sumi. Nascitur cyclaminus quæ Latinis rapum aut terræ umbilicus est, umbrosis locis, præsertim'que sub arboribus.

INTERPRES.

EST præter numeratas à Dioscoride cyclamini appellationes, ubi nostra ætate porcoꝝ, ubi terræ panis cyclaminus appelletur: nullusq; non audito alterutro nomine, ubiq; ferè inter sepes & uepres nascentem plantã intelligit, quam subulci pecori suo gratã cognouerunt: & ab eo nomen illi fecerunt porcinum panẽ appellantes. Cæteri antiquũ cyclamini nomen ignorãtes, à panis figura sub terra latentem eius radicem, terræ panẽ uocauerunt. Nihil in agro agentibus nunc etiam notius: nigro colore radix, imbem circumacta, non tamen in globũ surgens, sed ueluti pressa pondere in latitudinẽ se explicans, eadem forma qua nunc in quotidiano usu panes uidentur. Qui primi nomen illi fecerunt, circũactam in orbẽ eius circinationem contemplati, ἀπὸ τοῦ κύκλου quasi ab orbe cyclaminon, id est orbicularem dixerunt. Fuitq; hæc prior & antiquior plantæ huius appellatio, Secuta ætas non radicem sed folia eius contemplata, quod hederacea

deracea essent, cissanthemon & cyssophyllon eandē nominauerūt, κιττὸν em̄ Græci hederā dicūt: etsi in prima hac cyclamino lōge maiora q̄ hederæ folia sint, solāq; hederæ figurā in folio referat. Nō defuerūt quondam etiā qui à testudinis forma chelonią eandē dicerēt, quē admodū nō desunt itidē, qui ideo testudinis nomen retulisse dicāt, quoniā ea id animal ueścat: quē admodū cōtra pisces oderūt, qui nō secus q̄ ueneno aliq̄ in aquā cōiecta cyclamino enecant: ideoq; pisciū uenatio dicta fuerit. Plinius tertiā cyclaminū id facere dixit, cuius hic nō meminit. Romani scriptoris huius historiā secuti, rapū terræ, uel umbilicū, uel tuber dixerunt: quoniā hic dixerat radicē esse nigrā rapo similē. vmbilicū aūt, quoniā ut in aliqbus circinata forma umbilicus est, sic & cyclaminus sub terra uideat. Dico aūt umbilicū, nō qualis in hoie cæteris q̄ animalibus media pars est, sed quales in epigrāmate suo Martialis dixit: Iam peruenimus usq; ad umbilicos: extremā uoluminis clausurā, quæ ut nodus aut fibula opus claudebat. Vidimus nos aliquādo cyclamini radicē globo & latitudine amplissimi panis: ex qua folia erūpebant, & inter folia flos breui pediculo potius q̄ coliculo surgens, in quo color erat qualē hic describit: Plinius colossinū uocat. Nec ambigendū de eo colore erit, qui cyclaminum florentē uiderit. Eundē lib. xxv. idem purpureū dicit. Nec uideī tantus scriptor in his sibi constare. Habet ut uideī cyclaminus numerosas et egregias in medendo uires, quas paulo minus q̄ omnes nouit & indicauit ante Dioscoridē Theophrastus lib. ix. de plantarū historia, ostendēs & ipse adalligatā cyclamino partus adiuuare: prodesse ad amores: subdi mulieribus: purgare caput: ulceribus ex melle mederi: & ni longiores simus, nihil non idem in utroq; est. Addidit Theophrastus tantum cremari radicem cyclamini, tum uino restingui, cinerem̄q; eodem quo fex modo in pastillos conformatum seruari.

De altera Cyclamino. Cap. CLIIII.

EST & alterū terræ rapū siue umbilicus, cissanthemō Laut cissophyllon J à foliis floribus ue hederę aliq appellāt. Folia & hęc hederæ habet minora tm̄: Caules crassos, geniculatos, propinqs arboribus palmitū in uitibus mō se inuoluētes. Flores fert cādidos, odoratosq;, fructū acinosū uuæ figura, corymbis hederæ similē, mollē, sapore acrē & glutinosum. Inutilis radix illi est. Nascit asperis locis. Potū semē eius drachmę pondere in uini albi cyathis duobus quadraginta diebus, per aluū urināq; lienes minuit. Bibit idem contra non nisi recta ceruice spirādi difficultates: potumq; effœtas à puerperio purgat.

De maiore Dracunculo, Cap. CLV.

DRacontian maiorē, sunt q aron, q isarō q iaron, q hieraciū, q uiarō, q arinagriō, q cyperida, q sauriariā, q sigingiariā uocent. Romani colubrā siue serpentariā dicūt. Nascit dracūculus maior umbrosis locis circa sepes. Caulē habet rectū, bicubitalē baculi crassitudine, uersicolorēq; innato lēuore ut angui simi lis uideat. Abūdant & euincūt in eo purpureę maculæ. Folia fert rumicis sibi nuicē implicita: semē in summo caule racemosum, cinereo à principio colore: cū maturuit deinde, capillamentoq; croci colore, puniceūq;. Radix maiori dracūculo est grādis, rotūda, cādida, tenui libro uestita. Carpit herba matureścēte iā semine, succusq; ex ea exprimitur, siccaturq; in umbra. Effoditur per messem radix, lotaq; in taleolas secat, quæ funiculo traiectæ in umbra siccant. Calefaciēdi uis & natura maioris dracunculi radici cum diluta uini potione est.

Prodestq;

πριᾶ δὲ ὀπῇ τε ⟨ι ἐφθὴ μετὰ μέλιτος ἐκλεί-
χομένη, πρὸς ὀρθοπνοϊκούς. ῥήγματα. ⟨ω ἀ-
σματα ϭῆχας. κατάῤῥυσιν. πρθῆσα ἢ μετὰ οἴ-
νου, τὰς ἐπὶ σωφροσύνην ὁρμὰς κινεῖ. καθαίρει
ἢ σὺν μέλιτι λειανθεῖσα καὶ ἐπιπλασθεῖσα τὰ
κακοήθη τῶν ἑλκῶν. μὴ φαγεδαινικά. ⟨ι με-
τὰ λευκῆς ἀμπέλου μάλισα. ⟨ι κολλύρια δὲ
ἐξ αὐτῆ σὺν μέλιτι, πρὸς σύριγγας ἀναπλάτ
τετ μὴ ἐμβρύων κομιδήν. πριεῖ δὲ μὴ πρὸς ἀλ
φοὺς σὺν μέλιτι καταχριθεῖσα. πλύσμασ δὲ, ⟨ι κακοήθη ἀπανθᾶ. πριεῖ ἢ ὁ χυλὸς
αὐτῆ μὴ εἰς ὀφθαλμικά. πρὸς νεφέλια. λευκώ
ματα. ἀχλύν. ἡ δ' ἐσμὴ τῆ ῥίζης ⟨ι τῆ πόας τῆ
ἄρρεν σωειλημμένων, φθορίμον ὄσι. μὴ τοῦ καρ-
πῦ λ'. κόκκοι πρθέντες μετ' ὀξυκράτου. ἔνιοι ἢ
ζωῆ χυλῷ τῷ πύρου, μὴ τοὺς ὠταλγοῦντας ἐνε-
χυμάλισαν μετὰ ἐλαίου. τὰ φύλλα δ' ὡς σύ-
φυλα τοῖς νεοτρώτοις ὑπέθεσαν. ἐψημένα ἢ ἐν
οἴνῳ μὴ τοῖς κύμεθλα ἔχουσι. φασὶ δὲ ⟨ι τοὺς
διατρίψαντας αὐτὰ ταῖς χερσὶν ἢ τὴν ῥίζαν
ἀναμεχθέντας, ὑπὸ ἔχεως μὴ δάκνεσθαι.

Prodeſtq; toſta et elixa cum melle in eclegmate non niſi recta ceruice ſpirantibus, ruptis, conuulſis, tuſſi, & à capite in ſubiectas partes deſtillationibus. Pota eadem in uino Venerem ſtimulat. Conciſa & ex melle illita, phagedænica & male fica ulcera, præſertimq; addita uite alba, purgat. Conformantur ex ea etiam addito melle collyria ad fiſtulas, & fœtus ex utero educendos. Ex melle inunctæ ea etiã uitiligines delentur. Polypos nariũ & carcinomata abſumit. Vtilis & ſuccus eius oculorũ medicinæ contra nubeculas, albugines caligineſq;. Abortiuus radicis herbæq; recentis odor eſt. Quinetiã pota ſeminis in poſca triginta grana idem præſtant. Quidã & ſucco utriuſq; contra dolores aurium uſi ſunt cum oleo inſtillantes. Folia etiam ueluti adſtringentia recentibus uulneribus & pernionibus in uino decocta impoſuerunt. Ferunt præterea non uulnerari à uiperis eos, qui manus dracunculi foliis confricauerint, aut radicẽ eius effoſſam manibus geſtent.

INTERPRES.

FRit legentibus & nobis non leue laboris compendium, ſi antequam de maiore dracunculo agatur, tota minoris medicina & hiſtoria pariter reddita fuerit. Sunt enim utriq; paulominus quàm cuncta communia: tamq; in minore incerta mixtaq; cum maiore multa, ut continuato ſermone de utroque utilius dixiſſe fuerit. Aequo animo ob eam cauſam tãtiſper dum hoc agimus, differri ſibi noſtram dracunculi commentationem legentes patientur.

Περὶ Δρακοντίου.

Κεφ. τπδ'.

Δρακόντιον ἔχει φύλλα κισσοειδῆ, με
γάλα. στίλους ἔχοντα λευκούς. καυλὸν δὲ ὀρθὸν, δίπηχυν, πρικί-
λον, ὀφιοειδῆ, διαστόφυρον τοῖς
στίλοις. βακτηρίας τὸ πάχος. κλῆρος ἢ ἐπ'
ἄκρου ϭοῦσ κε. χρῶμα δὲ μὲν πρῶτον χο
λώδ κε. πεπανθεὶς δὲ κροκίζων. ἐπιδάκνων
τὴν γεῦσιν. ῥίζα πρῶτος στρογγύλη, βολβοει-
δ κε, ὅμοια ἄρῳ. φλοιὸν ἔχουσα λεπτόν. φύε
ται σκιερίοις πδιφραγμοῖς καὶ ἀμμασιαῖς. Δύ-
ναμιν ἢ ἔχει ὁ καρπὸς ἐγχυλισθεὶς καὶ ἐγχυ-
μαλισθεὶς μετ' ἐλαίου εἰς τὸ οὖς, ὠταλγίαν
παύει. εἰς ἢ τὰς ῥῖνας προσιθέμενος σὺν ἐρίῳ
πλύσμα δ' ἀπανθᾶ. καταχριόμενος ἢ σέλ-
λει καὶ κακοήθη. πρθέντες ἢ ὅσον λ'. κόκ
κοι μετὰ ὀξυκράτου δαμβλώσκουσι. καὶ τὴν
ὠδῖνα ἢ φασὶ μετὰ σμαραγδίτου τῆς ἀν-
θρώπου, τῆ ἄρρενος συνειλημμένων ἐμβρύων φθο
ρικὸν εἶναι. ἡ ἢ ῥίζα δρασμαϊκὴ οὖσα, βοηθεῖ
ὀρθοπνοίαις. ῥήγμασι. ⟨ω ἀσμασι. ϭηρί. κα-
τάῤῥυσιν. καὶ τὰ σὺν ὄξει ὑγρὰ ἀνάπαυσιν πρι-
ᾶ. ἐφθὴ τε καὶ ὀπῇ μετὰ μέλιτος ⟨ι καθ' ἑαυτὴ
διαθερμοκομῶσιν. ξηρὰ ἢ λεῖα σὺν μέλιτι ἐκλεί
χεται. ἔστι δὲ ὀυρητικὴ. ὁρμάς τε πρὸς σωου-

De minore Dracunculo.

Cap. CLVI.

HAbet dracũculus alter hederę folia, grandia, & in foliis albeſcentes maculas. Caulem rectum, bicubitalem, uario colore, anguiũ modo maculoſum intercurrentibus purpureis lituris, baculi craſſitudine. Semẽ in ſummo racemoſum, herbaceo primũ: cum maturuit autẽ, capillamentorũ croci rutilo colore, guſtumq; erodens. Radix illi eſt rotunda, bulboſa, raphano ſimilis, tenui libro ueſtita. Naſcitur in umbroſis circa ſepes & ſepta. Eſt ſemini ſuccoq; pares uis quæ auriũ dolores finiat: in quẽ uſum auribus cum oleo inſtillatur. Idem naribus in lana appoſitus, polypum abſumit. Inunguntur eo etiam utiliter carcinomata. Pota in poſca ſeminis triginta grana, abortus faciunt. Ferunt præterea odorem cum defloruerint flores, nuper concepti fœtus abortiuum eſſe. Radix calefaciendi ui quam habet, non niſi recta ceruice ſpirantibus ſuccurrit. Succurrit & ruptis, conuulſis, tuſſi, & à capite in ſubiectas partes deſtillationibus. Adiuuat præterea pectoris excreationes elixa toſtaq;, mox cum melle & per ſe in cibo ſumpta. Siccata eadem tritaq; eclegma in eundem uſum cum melle fit. Eſt illi etiam ad ciendam urinam uis & poteſtas. Venerem

ἰαν ἐρεί͂σ͂ πινομέ͂νη μετ' οἴνου. ἢ ἕλκη κακοήθη ἢ φαγεδ͂αίνικα μετὰ βρυωνίας λευκῆς σὺν μέλλι λεανθέ͂σα, ἀνακαθαίρει ἢ ἀπυλοῖ. ἢ κολλύρια δ' αὐτῆς ἀναπλάττεται πρὸς σύριγγας, ἢ ἐμβρύων κομιδήν. φασὶ δ' οἱ ἰατρίνητρίδας τὰς χεῖρας τῇ ῥίζῃ, ἂν πρὸ ἐχίδνης ἄδηκτος μένῃ. σὰ. τὰ δ' φύλλα λεῖα ἐπὶ τῶν νεογιλῶν ἀντὶ μόθεντα δ' οἴνῳ ἢ ἐπιτεθέντα. τυρόν τε φυλάττει νους τῆς φύλλοις, ἄσηπτος διαμένῃ. ὁ δ' χυλὸς τῆς ἀσμάζει πρὸς νεφέλια. καὶ λθνκώματα. ἢ ἀχλῦς. λαχαίνεται δ' ἡ ῥίζα εἰ πρὸς τὴν φυγείαν χθόνιον, ἐφθή τε ἢ ὠμὴ ἐσθιομένη. ἡ δὲ φταῖς γυμνάσιοις νόσοις, καλουμένας ἢ καλλαφῆς σωφέλιμοι, ἀντὶ πλακούντων παρὰ βέασιν. ἀρτίθεσθαι δ' ἡ ῥίζαν φυλαμκτῷ ὀρύξαντας ἢ πλύναντας ἢ καταπόντας. φυεί ξαντας τε λίνῳ εἰ ἐκφάναντας φν σκιᾷ.

rem ſtimulat cum uino potã: ulcera phagedæ nica cum bryonia alba addito melle cõciſa purgat, et ad cicatricẽ perducit. Fiũt et collyria ex ea ad fiſtulas & fœtus ex utero educendos. Ferunt præterea ſi quis radice dracunculi huius manus confricauerit, tutos à uiperæ morſu fieri. Ex aceto inunctas uitiligines emẽdat. Folia in neruorum uulneribus pro linamentis inſerta profunt. Profunt & pernionibus in uino decta & impoſita. Quinetiam foliis eius inuolutus caſeus à putrefactione tutus ſeruatur. Succus radicis contra nubeculas, albugines & caligines oculorum utilis eſt. Eſtur radix dracunculi etiam in ſanitate cruda decocta'que. In Gymneſiis inſulis quas Baleares uocãt, multo melle miſcentes decoctam radicem, pro placenta conuiuijs apponunt. Radicem ſeruari oportet per meſſem effoſſam, lotam, ſectam'que in taleolas, tum funiculo traiectam & in umbra ſiccatam.

INTERPRES.

Miſcuerunt adeò ueteres cum aro dracunculũ, totq; nunc rijſdem, nunc diuerſis notis deſcripta dracunculi genera ab illis fuerunt, ut nhil in re alioquin ſatis nota difficilius aut ipſi fecerint, aut perſe legentibus oſtẽdatur: quodq; anxius diu nos habuit & adhuc habet, nec aliter in partes trahit uarias perq; omnia uerſat, q̃ qui in amoribus Medeæ ab Apollonio primũ deſcriptus eſt, ſolis ex aqua fulgor ſummi feriens laquearia tecti, nunq; ſtabilis, ſed cõtinua uerſatione in omnes diſcurrẽs partes, Dioſcorides eſt: & quæ in cunctis Græcis duo maioris minorisq; dracũculi capita in eo legũtur, nullibi quod egregiam diuerſitatem faciat, uariata eorũ hiſtoria aut medicina: etſi alterũ rumicis, alterũ hederæ folia habere hic dixerit. Multiplex enim huic ſcripiori ſimilitudo eſt, coloris, figuræ, quãtitatis, uiriũ, aliorumq; huiuſcemodi. Fitq; ob eam cauſam ſæpenumero, ut quod totũ diuerſum eſt, in partibus ſimile dictũ, totã ſimilitudinem referre male credatur: Et quod undiq; ſimile eſt, in partibus differre dictũ, totum diſſimile falſò habeatur. Quod in utroq; ſcriptoris huius dracunculo fieri facile potuit: In quorũ altero folia rumici in quantitate & figura, in altero hederæ in colore cõparari potuerunt. Nihil enim nobis excuſſo diligenter utroq; capite inuentum eſt adeò diſſimile diuerſum'ue, ut alterã oportuerit, præſertim tam longã rei & medicinæ ijſdẽ uerbis hiſtoriã cõficere. Auxit q; ſuſpicionẽ noſtram, q; nec Galenus, nec poſt Galenũ Paulus Aegineta diligentiſſimus in Græcis medicinæ autor, & qui ſcriptoris huius dicta ubiq; bona fide retulit, alterũ hunc & minorem dracunculũ nouerũt: nec poſt Græcos Latini ſcriptores Apuleius, Ioãnes Serapion, & quod multi apud nos eſt uetuſtiſſimi Latini codices, in quibus unius tantũ dracunculi caput, alterius ueſtigiũ nullum oſtenditur. Ex eo factũ eſt, ut crediderim & adhuc credã, unum tantũ à Dioſcoride dracunculũ hoc loco deſcribi. Neq; enim uerisimile, ſi alter ille in natura dracũculus eſſet, & ab hoc ſcriptore deſcriptus fuiſſet, relinquendum abillis penitus fuiſſe. Et nihilominus in cũctis & antiquiſſimis Græcorũ codicibus utrunq; hoc caput adhuc legitur. At non eſt eadem utriuſq; hiſtoria & medicina. Concedimus id quidẽ, mo nemus tamẽ uocũ magis q̃ rerũ diuerſitatem eſſe: nec ad cõſtituendũ rei genus ſatis id eſſe. At minori dracũculo aliquid tribuitur quod in maiori nõ legitur, quale eſt: incorruptũ ſeruari foliis eius inuolutũ caſeum. Neq; id etiã diuerſitatis neceſſitatem facit. Potuit enim in noua alterius eius capitis deſcriptione illud addi. Siquidẽ non dracũculo Plinius, ſed aro eam uim tribuit: poſſuntq; eandẽ habere rationẽ quæcũq; alia minori addita magis q̃ alia inueniũtur. Quod nos obſeruauimus: nec leui diligentia collatũ cum antiquis ſcriptoribus in hoc ipſo eſt, præcipuq; utriuſq; uires & natura ſunt: deprehenſæq; eqdẽ facile perſuaſerunt, duobus capitibus unum dracũculum deſcribi: nec duplex genus, ſed duplicẽ eius hiſtoriã eſſe: uterq; enim deſcribitur radice rotunda, tenui cortice, caule recto, bicubitali craſſitudine baculi, maculoſo, angui ſimili, intercurrentibus purpureis lituris, ſemine in ſummo acinoſo, colore primũ uiridi in pallido: quã ob cauſam in altero cinereo, in altero herbaceo legitur: mox cũ maturuit, rutilo croci colore. Vterq; circa ſepes demũ & in umbroſis naſcit. Quod contrà in utriuſq; hiſtoria diſcrepet, folia tantũ ſunt, quæ in altero rumicis, in altero hederæ dicũtur: magna diuerſitate, niſi qua ratione diximus id euenerit. Poterũt uolẽtes quod in hiſtoria factũ à nobis eſt, in medicina etiã facere: collatis q; ſimul tam multis utriuſq; remedijs, ex his etiã nõ duos ſed unũ tantũ Dioſcoridi fuiſſe dracunculũ quondã exiſtimare. In quã partẽ inclinat animus nobis, etſi utrunq; caput à nobis diuerſum fuerit. In tanta eñ ueterum ſcriptorũ & codicum uarietate quæſita diligẽtius re ipſa, unum tãtum dracunculum in orbe hoc noſtro naſci deprehendimus: duobus'que locis inuentam eius plantam toto animo contemplari licuit, maiori in hoc ſcriptore penitus & ubique ſimilem. Quod'que relinquendum non fuerat, ante conceptũ ſeminis, ſagaci naturæ artificio dignum in ſummo cacumine inter folia inuolucrum

& ueluti

& ueluti cucullũ ex se proferentem, cuius maxima longitudo cubitalis erat. Surgebat à principio paulatim cucullus ille, augebaturq; in dies foris herbaceo colore. Dehiscẽs deinde seipsum pãdebat: colore intus purpureo, languensq; in terrã uergebat, relicto purpureo cucullo alio, caprini cornu figura, lõgitudine & mucrone, qui nunq; dehisceret, sed augente se semine, quod ab eo in inferiore parte claudebatur, particulatim ad incrementũ seminis arescens peribat, nec poterat immaturũ nisi disrupto hoc cucullo semen uideri: tam diligens in concipiẽdis & seruandis rebus seminibus natura est. Cætera huius scriptoris picturæ egregiere spondebant, præsertimq; folia, quæ totã acute rumicis figurã referebant, & quod hic ait, fibrjnuicẽ implicabantur, sex septem'ue uno pediculo pendẽtia: Nec aliter q; in hominis manu à brachiali quina diuisione digiti diuidũtur, cũ tamen una manus sit. Sic in dracũculo idem foliũ in tot quot diximus diuisiões quasi partes diuidebatur, sic inter se disposítas, ut altera alterã scãdere & superstare uideret: Pendebãtq; folia illa oia ex uno eoq; crassissimo ut in folijs, & longissimo pediculo. Minimi eñ humani digiti crassitudo: longitudo autem paulominus q; pedalis erat. Comosaq; hæc tot foliorũ in summo nudi glabriq; caulis positura, imaginem frondis eius ostẽdebat, qualẽ pueri Calẽdis Marjs in gente nostra ad indicãdã noui anni lætitiã circũferre soliti sunt. Huius dracũculi oculati testes nos sum⁹. Minoris uero (modo alius à maiore sit) nec nos alijs sumus, nec nobis alij testes fuerũt: relinquimusq; minoris huius quærendam & inueniendã diligẽtioribus plantam. In quo nõ pigebit iterũ monere oẽs, nõ adeo ueterũ historijs deferre, ut res ipsas uidisse & obseruasse utilius fore sibi non existiment. Quis eñ aliũ diuersumq; ab aro dracunculum existimabit, octauo de plantis uolumine de radicibus quæ edendo sint Theophrastũ his uerbis agentẽ audiens? ἡ δὲ τοῦ δρακοντίου ἄρον. λιπαρὸν γὰρ καὶ λεῖον ἔχειν πως πρὸς λίαν. ἅβρωτον δὲ καὶ φαρμακῶδες: quod est: Dracunculi autẽ radix: uocant eñ & aron dracunculũ quendã, quoniã uario caule sit, medicaminibus apta; in cibos non uenit. Videturq; his uerbis Theophrastus omniũ, ut sic loquamur dracunculorũ genus facere aron. Quis etiã ex Plinio certã dracũculorũ historiã collegerit? quã ipse nõ satis notã sibi esse palàm testatur, & aron dicit magnitudinis cũ dracũtio esse. Nos, ut pauloante diximus, unũ tantũ dracunculũ nouim⁹, & qualẽ exceptis foljs Dioscorides in utroq; capite describit. Nouimus & aron, quemadmodũ mox dicemus, facilẽ cognitu omnib⁹, tam frequens umbrosis locis ea planta & olus nascitur. Plures à Dioscoride dracunculi numerãtur appellationes, ab aro ob similitudinẽ & cognationẽ deflexæ: aliquot à draconũ serpentũq; genere factæ etiam sunt. Nam quã hic Romanorũ esse ait luremen, in aliquibus Græcis sic legitur, ut colubrã fuisse uerã lectionem conijcere facile sit. Cyperis uero à similitudine radicis odorati quadrati iunci, quæ cyperis appellat, dictus dracũculus fuit, cui bulbosa radice similis est. Plures in medicina etiã nec dracũculi nomine indignas naturæ uires illi tribuit, quibus inter cætera phagedænicis ulceribus medeatur. Ea solo nominis sui maleficio exigunt ut à nobis certius doceãtur: Quis eñ absumi & comedi ijs aliquid intelligens, non libẽter audiat quale hoc malũ sit: duplex quidẽ & inter grauiores affectiones, & inter cutis ulcera ab antiquis Græcorũ medicis numeratũ, describẽte in diffinitionibus suis Galeno primũ phagedænã hominis malũ, in quo copiosius appetens cibũ, nimiumq; sumens continere eum nequit, sed eo euomito rursus appetit: & quoniã copiosius inutiliter comedat, phagedæna id malum Græci uocauerũt: φαγεῖν enim illis comedere est: non dissimile illi quod βούλιμον eadẽ gens, id est, grandẽ famem uocat, etsi aliter ab eodẽ Galeno grãdis hæc fames describatur: dispositio scilicet, in qua minimas etiam ciborũ reliquias repetũt qui in ea sunt, resoluũturq;: cõcidunt, & malo colore pallescunt: frigentq; eius membrorũ extremæ partes: stomacho torquentur: & tenues illis uenarum pulsus sunt. Quod aũt ad alterũ phagedænarũ genus pertinet, inter ulcera ab eodẽ Galeno eodẽ cõmentario descriptũ, nouisse illud oportet, ex similitudine factũ illi ex prioris illius euẽtu nomẽ fuisse: eíq; in genere ulcerũ phagedænã ulcus propinquas & adiacẽtes sanas partes cõtinue absumens & comedẽs. Quod genus hic aliquãdo phagedænas simpliciter, aliqñ phagedænica ulcera appellat: in q̃ oportebit legẽtes ex ui & potestate remediorũ mali diuersum genus cognoscere: Monet eodẽ hoc capite Dioscorides pro linamẽtis inseri uulneribus dracũculi folia: diximusq; nos linamẽta quæ ille μοτὰς: Sunt aũt Græcis μοτὰς autore Galeno in Isagoge sua, quæ multiplici forma uulneribus imponuntur aut inseruntur linamẽta: quorum quinq; genera seu formas idem Galenus eodẽ loco numerauit, σπειρόν. ξυσόν. πλόκον. ἑλληχνιωτόν. περισπαστόν. Primum à torquendo, tortile: secundum à radendo, rasile: tertium à disserptione filatim facta, filatim discerptum: quartum à funiculorum in lucernis similitudine, funiculare: quintum à genitalis humani forma priapiscum aliquis dicet: & hæc pro dracunculo hactenus dicta satis sint.

φαγεδαίνα: Phagedæna. Phagedænica ulcera. βούλιμος, grãdis fames. μοτὰς. Linamẽta.

Περὶ Ἄρου. Κεφ. τπέ.

Ἄρον δὲ καλούμενον παρὰ σύροις λούφα. οἱ δὲ ἄλιμον. οἱ δὲ θύμον. οἱ δὲ δρακοντίαν. ὅ οἱ κύπριοι καλοκάσιον λέγουσι. φύλλα ἀνίκσιν ὅμοια τοῖς τοῦ δρακοντίου. μακρότερα δὲ καὶ λεπτότερα. καυλὸν ὡς θαμιαῖ). ὑπερπόδιον φυεῖ). ὑπὸ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐφ' οὗ ὁ καρπὸς κροκίζων. ῥίζα λευκὴ πρὸς τὸ τοῦ δρακοντίου. ἣν ἔνιοι καὶ ἐσθίεται ἑφθὴν ἢ ὀπτὸν οὖσα δριμεῖα. ταριχεύεται δὲ τὰ φύλλα εἰς βρῶσιν. καὶ καθ' ἑαυτὰ ἑφθέντα ἐφθὰ ἐσθίεται. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα καὶ τὸ ὡὸν καὶ τὰ φύλλα

De Aro. Cap. CLVII.

ARon, quod Syri lupha appellant, à plerisq; alimon, ab aliquibus thymon dicitur: Sunt etiam qui dracunculum appellẽt. Cyprij colocasion uocãt. Folia dracunculi habet minora tantum, nec adeo maculosa: caulem dodrantalem, purpurascentem, pistillis figura, in quo rutilo colore croci semen est. Candida illi radix ad dracunculi radicem accedẽs: quæ quòd minore acrimonia est, elixa comeditur. Conditur itidem & sale folia ad cibũ: per se etiã ficcata elixa, comeduntur. Habẽt radix, semen & folia easdem

easdē dracunculo uires. Priuatim radix cum fimo bubulo emplastri modo imposita, podagris pdest. Seruat eodē quo radix dracunculi mō: estq; omnino ob minorē acrimoniā in cibis & edēdo utilis.

INTERPRES.

CONfundit Plinius cum dracunculo aron libro XIX. capite V. numeratq; aron inter Aegypti hortensia, his uerbis: Est inter genera bulborū quod in Aegypto aron uocant scillæ proximum amplitudine: folijs lapathi, quæ rumex est, caule recto, duūm cubitorū, baculi crassitudine: radice mollioris naturæ, quæ edatur & cruda &c. Folia enim lapathi, caulis rectus, duūm cubitorū altitudo, & baculi crassitudo, ex maioris dracunculi historia cuncta sunt, nec aro congruunt, cuius caulis semipedalis pistilli figura est: quā formā in nostri orbis aro quotidie licet uidere: Confundendiq; simul diuersa genera nulla maior ut credimus causa fuit, q̄ similitudo primū, mox antiquorū historia, in qua totum hoc genus aron aliquando, nōnunq̄ priuatim illud dracunculus, hoc aron dictū est. Discreuit tamen alterū ab altero natura, & illud procerius, hoc breuius fecit: in illo figura est, qualē superiore capite tradidimus: in hoc ubiq; cognosci potest. Reliquit in hoc etiā Dioscorides inuolucrū illud & cucullū quo inuolutū semen clauditur, pallido magis q̄ herbaceo colore: non ut in dracunculo, purpureū. Numerabat q̄ndā serebaturq; inter olera aron, quod uix credibile fit, tantā habet radix quæ in ciborū usu erat, acrimoniā. Cogitandum q; alterū est, aut aliunde inuectū mitius fuisse, aut culturæ genere aliquo & humano artificio melioresce re nunc etiam posse.

περὶ Ἀρισάρου. κεφ. τπς'.

Ἄρισαρον ὀνομάζουσι μικρὸν βοτάνιον. ἔχει φύλλα ἔχον ὡς ἐλαίας. ἔστι δὲ λειμώνιον τὸ ἄρου. ὅθεν νομίζειν ἴσως κατὰ πλατυασμόν. κολλύρια τε φθινάζει δὲ καὶ αὐξάνεται ζώου ἐντεθεῖσα.

De Arisaro. Cap. CLVIII.

ARisaron Romāi arisarō pariter dicūt. Exigua herbula arisaron est. Radicē oliuæ figura habet, maiore acrimonia q̄ aron: ideoq; fistit emplastri modo imposita quæ pascendo serpunt. Fiunt ex ea etiā collyria contrā fistulas efficacissima. Radix præterea quadrupedū omniū naturalib⁹ illita, in pniciē ea agit.

INTERPRES.

CONgeneres ut uidet plantæ tres hæ sunt, dracunculus, aron, & arisaron: bulbosas enim radices omnes habēt, & in reliquis nō adeò dissimiles, in medicina conueniūt. Plinius lib. XXIIII. cap. XVI. erin, sed ut credimus corrupta ex arisaro uoce, appellat: additq; in historia eius nasci in Aegypto. Et q̄d hic ait, emplastri modo impositā radicē omniū quadrupedū genitalibus, in pernicie ea agere: ab eo aliter & his uerbis dicit: Sed unū miraculū ingens, cōtacto genitali cuiuscūq; fœminini generis animal, in pernicie agi. Hic aūt nō magis fœminini q̄ masculini sexus id malū fore ostēdit. Signauimus hoc, ut suspicari & quærere lectionibus Barbarus, diminutiua ne forma non arisaros sed aris quasi paruum aron uocanda planta hæc sit, quoniam arin Hippocrates herbam sibi tamen ignotam appellauerit: & q; arisaron omnia minora quàm aron haberet. Sed uocandam arisaron esse, Paulus Aegineta libro VI. testatur dicens, multo breuius aro arisaron esse: uocatq; arisaron manifeste, non arin.

περὶ Ἀσφοδέλου. κεφ. τπζ'.

Ἀσφόδελος οἱ μέν φασιν ἀνθερικὸν ἔσεσθαι οἱ δὲ ἀλθαίκιον. φύεται τοῖς πλείστοις γνώριμον. φύλλα ἔχον πρὸς σφόμερα λίφ ὅμοια. καυλὸν δὲ λεῖον. ἔχοντα ἐπ' ἄκρου ἄνθος καλούμενον ἀνθερικόν. ῥίζαι δὲ ὑπάρχουσιν ὠμὰ μικρὰ ἑξῆς γλυκαῖα. ἔσθονται ὡς κρόμμυα, ὀπτώμεναι καὶ ἑψόμεναι. καὶ τὰς ῥεύσεις. καὶ τὰς δυσουρίας. καὶ τὰ ῥήγματα πρόσφατα. ἰῶσιν. καὶ πλυθεῖσαι ἁλείμματος, καὶ ἐγχρισθεῖσαι, καὶ ἀσύματα, καὶ ἕλκεσι χρόνιοις οἴνῳ πινομένης. πρὸς δὲ καὶ ἐνέμεσιν ἔσονται ὅσον ἀσσάταλος βρωθεῖσα. καὶ ἐρπετῶν δήκτοις δίδονται ὠφελίμως ὅσον ⊲ γ'. τὸ δὲ πλίθος. καταπλάττεται δὲ λεῖα τὰ ῥήγματα τοῖς τε φύλλοις, καὶ τῇ ῥίζῃ, καὶ τοῖς ἄνθεσι σὺν οἴνῳ. καὶ τὰ ἐρυσίπελατα. καὶ νεμόμενα ἕλκη. καὶ μασῶν καὶ διαγλύμματα φλεγμονὰς, καὶ φύματα. καὶ σκληρίας. συγκαθεψόμενος.

De Asphodelo, quæ Latinis hastula regia est. Cap. CLIX.

ASphodelon sunt qui anthericon appellent. Romani hastulā regiā & albucū dicūt. Planta est omnibus ferè nota asphodelus. Folia habet grandi porro similia. Leuor toto caule est, qui in summo florē antericū dictū sustinet. Radices illi sunt plures, oblongę, teretes, glandibus similes, sapore acri, ui & natura calefaciēdi. Bibunt radices hæ ciēdis mensibus & urinis utiliter. Lateris dolorib⁹, tussib⁹, cōuulsisq; & ruptis drachmæ pōdere medent in uino potę. Vomitiōes adiuuāt tesseræ quātitate in cibo sumptæ. Dant & cōtra serpentiū morsus utiliter pondere triū drachmarū: Quinetiā folijs oportet radicęq; & floribus ex uino morsus illinire. Illinūt ijsdē sordida ulcera, quæ pascendo serpunt, māmarū quoq; & testiū inflāmatiōes, tubercula, & in carnosis partib⁹ ex crassa materia tumidi absessus, uini

πυγόος οἴνου τὴν ῥίζαν. πρὸς δὲ τὰς προσφάτους φλεγμονὰς μετὰ ἀλφίτου. ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης προσλαβὼν οἴνου παλαιοῦ γλυκέος, καὶ σμύρνης καὶ κρόκου, σμιγθέντα ἐπὶ τὸ αὐτό, ἔγχυσον γίνεται ὀφθαλμοῖς φάρμακον. καὶ πρὸς ὦτα πυοῦσι καὶ ἑαυτόν. καὶ σὺν λιβανωτῷ καὶ μέλιτι καὶ οἴνῳ καὶ σμύρνῃ χλιανθεὶς ἄρμοζε. ὀδόντων τε καὶ ἑαυτὸν μετ' ἐγχυθεὶς ὁ χυλὸς ὦν ἀντικαμένῳ ὠτίῳ, πραΰνει. καῦσα δὲ ἡ ῥίζα τὰ τέρατα τῶν πλατομμάτων, ἀλωπεκίας ἀσαύτως. συνεφθεὶς δὲ ἔλαιον, κεκοιλωμένας ταῖς ῥίζαις ἐπὶ πυρὸς, εἰλκωμένας χιμέτλας καὶ πυϊκὰ ἕλκη παλαιὰ θέρμον ὠφελεῖ. ☾ ὠταλγίαν βοηθεῖ ἐγχεόμενον εἰς τὸ οὖς. ἀλφόν τε λευκὸν προαναξηφέντα ὑπὸ σκίῳ ὑπὸ ἡλίῳ, καταχριόμενα ἡ ῥίζα σὺν ὄξει. ὁ δὲ καρπὸς καὶ τὰ ἄνθη κατ' ὄξος πόσιμα, σκολοπένδραις καὶ σκορπίοις ἀνάφαρμακόν ἐστιν ὑπὸ οἴνῳ πρόσληψις. καταρρήγνυσι δὲ καὶ τὴν κοιλίαν λαμβανόμενος ὑπὸ πυρετοῦ. χρὴ δὲ τὸν λευκὸν ἀσφόδελον τέμνεσθαι κατὰ πλὴν ἰσημερίαν ὑπὸ ἔαρος πρὸ τοῦ τὸν κάρπον αὐξηθῆναι. πλὴν δὲ ῥίζαν πινομένην ἀφροδισίασι. καὶ κρατεύας δὲ ὁ ῥιζοτομικὸς τὰ αὐτὰ εἶπε. καὶ ὅτι διαπνεύσει ἡ ῥίζα πινομένη. μετ' οἴνου δραχμὴ μία πρὸς ἄγρας ἀλγήματα.

fece cum his simul elixa: contra recentes autē inflammationes cū polēta. Radicis succus addito uetere dulci uino, myrrhaq; & croco, simul decoctis omnibus, efficacissimū ungendis oculis medicamentū fit. Per se idem succus & addito thure, melle, uino & myrrha, purulentis auribus utiliter tepidus instillatur. Infunditur etiam per se à contraria aure in dolore dentium. Explet capillorum defluuia, quas alopecias dicunt, crematæ radicis cinis emplastri modo impositus. Prodest inunctum exulceratis pernionibus & ambustis, in excauata asphodeli radice decoctum oleum: surditati idem utile in aurem instillatum. Exterit uitiligines albas inuncto asphodeli radix, linteolo prius sub sole diū cōfricata cute. Scolopendræ scorpionumq; iniurijs egregie aduersantur in uino poti flores et semen: aluum tamen turbāt. ☾ Floret per mes-sem asphodelus. Vere per æquinoctium legitur candidus asphodelus, antequàm semen creuerit. Feruntq; potam asphodeli radicem Veneris fastidia facere. Testatur id etiam herbarius Crateias, & præter hæc finire podagræ dolores drachmæ pondere cum uino potā asphodeli radicem.

INTERPRES.

VIx credat nostra ętate aliquis in cibos & sanitatis usum uenisse quondam asphodelum: tam alienus homini nunc cibus est, tamq; inter medicamenta magis q̄ olera merito censetur, nisi Hesiodum audierit canentem, nescire homines iniuste rem suam augentes, ὅσῳ ἐν μαλάχῃ καὶ ἀσφοδίλῳ μέγ' ὄφελος gratiam poëtam sapientemq;, & cuius carmina in priuata uita pro oraculo à professoribus sapientiæ recepta semper fuerint. Et post Hesiodum Plinium mandi asphodelum semine tosto & bulbo dicentem, & ad temperandam eius acrimoniam ficis misceri iubentem: Tanta rudi nouoq; adhuc seculo aut indiscreta ciborū frugalitas erat, quo tempore, ut Lucretius cecinit: Quod sol atq; imbres dederant, quod terra crearat, Sponte sua satis id placabat pectora donum: aut ea firmitate uirium tunc nascebantur & uiuebant homines, ut nec facile ex æstu neq; frigore caperentur, nec nouitate cibi, nec labi corporis ulla. Fuit enim genus hominū illud in aruis multo durius, ut decuit tellus quod dura creasset: & maioribus & solidis magis ossibus intus Fundatum: & ualidis aptum per uiscera neruis. Quę licet à poëta de nouitate mundi poëtice dicta fuerint, non penitus tamen ratione carent, si antiqua in cunctis scriptoribus medicina & in sanitate uita obseruetur: meminerimusq; omnes, non nocere aliquando alteri, quod alteri præsentem & grauem attulit labem. Nec tam ex rei maleficio, q̄ ex infirmitate corporum nostrorum fieri aliquid noxium: omnesq; quæ fiunt in corporibus nostris labes, ex magnitudine ingruentium causarū & corporū nostrorū dispositionibus, & temperamento curabiles aut incurabiles fieri. Ideoq; non reijciendum statim, quod à nostrę ætatis usu & moribus alienum audiatur. Potuit enim aliquando id fieri, quemadmodū & nunc etiā posset, si ad antiquum habitum illū omnia restituerentur. Testatus lib. VIII. de plantarū historia Theophrastus est mandi asphodelū, quo loco bulbosas radices omnes, earū q; discrimina percurrens, inter eas quæ edendo sunt asphodelū numerauit. Verba eius sunt: ἐλώδη μοι μᾶλλον καὶ οὐ μόνον βολβοὶ καὶ τὰ ὅμοια ζώζιμα, ἀλλὰ καὶ ἡ ῥίζα τοῦ ἀσφοδίλου ῥίζα. quod est: Manducantur autem non solum bulbi & bulbis similia, uerum & asphodeli radices etiam: Quæ ab eodem Theophrasto βολανώδη, id est glandis figura esse dicuntur, quoniam oblongæ sunt. Plinius modicis napis obesse eandem causam comparauit. Numerosæ eæ sunt, coaceruatis ut idē Plinius ait, octoginta simul aliquando bulbis: nos triginta & amplius uidimus humani pollicis crassitudine. Asphodelo foliū idē Theophrastus dedit longū, angustū, & ὑπόγλαυκον. i. lętore aliq; utile & uimineū. Plinius agresti porro cōparauit: hic μεγάλῳ πράσῳ, q̄d est grādi porro: in qua magnitudine nisi capitatū intellexerit aliqs, nescimus nos quale id discrimē, sitne siquidē in porri cēsu nulla huiuscemodi diuersitas inuēta à nobis adhuc est: eāq; ob causam suspicionē tūm legentibus injecimus, ad eruscandā rei ueritatē. Bis florere asphodelū per annū Nicāder in theriacis suis ait. Verū siculus eius est: ἄνθος δ' ἀσφοδίλου λισανθέον ἄλλοτε ῥίζαν &c. Λισανθία uocat ille λὶς κατ' ἐνιαυτὸν ἀνθοῦντα: q̄d est, bis per annū florētē. Caulē omniū quæ bulbosas habēt radices, maximū habere asphodelū testatus eodē loco Theophrastus est, appellatq; antherico: q̄ uox ab hoc scriptore inter asphodeli appellatiōes numerata est: & si nō tot⁹ asphodelus sed caulis eius tm̄ antericos q̄ndā autore Pythagora Theophrastoq;: Dioscoride uero, flos tantū

tantũ diceret. Idẽ copiosum ferre semen asphodelũ dixit, liguosum, figura triquetrũ, colore nigrũ. Romanum in medicina est, ut Romanæ appellationis non multa habẽda sit ratio. Habet in medicina asphodelus ut Plinius testat asphodelon hastulã regiã: caulẽ uero eius, albucũ dixerunt. Sed tam uulgatũ asphodeli no men multiplicẽ & quotidianũ usum: hicq; inter cætera mederi λοβιῶσιν ait. Quod malũ Græcis notũ, ut certius La tinis fiat, nõ pigebit quæ eius uocis in Græcoꝝ medicis æstimatio fuerit, breuiter dicere: præsertim non differãt: appellauerintq; Græci χοιράδας & λοβιῶνας strumas appellante, cũ tñ longo interuallo inter se stinguente Plinio, & sine discrimine χοιράδας & λοβιῶνας duratos adenes, circa collũ, alas & inguina præcipue concretos & surgentes: qui plerũq; eodẽ modo q̃ reliqui corporis durities discutiunt & curant. A quibus quos Græci χοίρους dicunt ideo appellatæ, q̃ frequentes circa ceruicẽ & collũ eius animalis inueniunt: λοβιῶνες autẽ tumores, & cũ tumoribus absessus sunt, qui ex crassis humoribus in carnosis plerunq; partibus fiunt: mites, cũ in solã cute coierunt: malefici aũt nec facile curabiles, cũ ex alto in superficiẽ & summã cutẽ emergunt. Plinius ut obseruatũ in multis est, utrunq; hoc malũ strumã uocat: quia forte in utroq; tumorẽ uideret. Verꝝ ut in Græcis manifeste deprehenditur, ὧν ταῖς χοιράσιν, id est in his quas ea gẽs chœradas nominauit, præcipua mali no ueluti glandulas oriri, nasciq; maxime in ceruice, sed etiã in alis, & inguinibus, & lateribus. Posteriores Græci Latina uoce usi, glandulas etiã uocauerunt: præsertimq; Apsyrtus in ueterinaria medicina, curationẽ earꝝ in equis docens. Alterꝝ illũ tumorẽ nulla propria appellatione Latini nominauerunt: nam quod Celsus sub primũ: altera enim circa collũ, alas, & inguina: alter toto corpore in carnosis partibus fit. In altera duritie magis q̃ tumor: in altero cũ tumore absessus est. Discreuerunt diligenti subtilitate hæc Græci q̃d nõ licuit Latinis, qui aliorũ decreta sequi coacti sunt. Nec mirꝝ, si q̃d non licuit antiquioribus illis, nobis etiã difficile est. Illud tamen cauimus hactenus, q̃d & in reliquo opere etiã fiet, ne misceant̃ simul quæ diuersa Græci diuersis appellationibus nominari uoluerũt: ut chœrades strumæ à nobis semper & ubiq; dicant̃: dothienes autẽ, facto ex diffinitione nomine, in carnosis partibus ex crassa materia tumidi absessus. Nolumus (q̃d obliti à principio sumus) relinquere, non legi in uetustissimis & optimis Græcoꝝ codicibus, q̃d in extremo capitis calce in impressis & plerisq; aliꝝs inuenit̃: Floret per messem asphodelus &c. Neq; ab re fuerit suspicari, accreuisse huic capiti eam partem: nos tamen eam seruauimus, asphodeli historiæ conuenientem.

Glandulæ.

Strumæ.

χοιράδας.

λοβιῶνας.

De Bulbo qui uomitorius dicit. Ca. CLX.

BOlbon etiã Romani bulbũ uomitoriũ dicũt. Bulbꝰ quẽ uomitoriũ uocãt, uitiliũ & corij modo lẽtiora multoq; lõgiora eo q̃ edẽdo est, folia habet. Radicẽ bulbo similẽ, nigro cortice uestitam: quæ in cibo sumpta, per se nec minus etiam poto eius decocto, uesicq; uitiis medetur, & uomitiones cit.

πρὶ βολβῦ. κεφ. τπή.

Βολβὸς ὁ καλούμενος ἐμετικός, ἔχει τὰ φύλλα ἰμαντωλέστερα. ἧ πρὸς μακρότερα καὶ ἐλάσσω. ῥίζαν ἐοικυῖαν βολβῷ. πρὶ ὃν φλοιὸς ὡς μέλας. αὕτη ἐδιομολύνη καθ' αὑτὴν ἢ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον, τὰ ἐπὶ κύσιν ἴατται, ἢ ἔμετον κινεῖ.

INTERPRES.

EXigebat bulborũ historiæ series, de his prius actũ fuisse qui edẽdo sunt: tũ de uomitorio hoc, cuius in medicina tantũ usus est: q̃d cæteri omnes post hũc scriptorẽ fecerunt, Galenus, Plinius, Paulus Aegineta: secutiq; hos per tẽpora plures aliꝝ, de uomitorio hoc in extrema semper historia agẽtes: quoꝝ idẽ in eorũ historia ordo, non leuẽ nobis suspicionẽ iniecit, non esse uomitoriꝝ bulbi ante eũ qui edendo sit, legitimũ locũ: siquidẽ quod in Pluto Aristophanes ait, ὁ μὲν γὰρ βλίτον ἢ βολβοὺς ἢ τοιαῦτ' ἀγούμενος, οὗτος ἀκόλουθος, & con trà q̃ in cunctis aliꝝs fiat, in quibus ordo ex dignitate & honore constitui plerunq; solet, bulboꝝ historiã inchoat, qui claudere debuerat. Quod & suspicari solũ iampridẽ contigerat, pro cõperto habere iussit qui mihi omniũ uetustissimus & probatissimus est Græcus Dioscorides, in quo bulbi qui edẽdo est præcedit: uomitoriꝝ uero, sequit̃ medicina & historia. Nihil tamen cõtra cõmunẽ alioꝝ lectionẽ mutatũ à nobis est: signaq; sic legentibus rẽ satis fuerit. Hunc crediderunt aliqui narcisso eundẽ esse, bulbosæ radicis similitudine decepti. Cognomen illi à uomitu factũ est: quoniã ad ciendas uel adiuuandas uomitiones antiquitas eo uteretur. Nobis haud satis cognitus, quemadmodum & qui edendo est, à nobis iamiam dicendus.

De Bulbo qui edendo est. Cap. CLXI.

BOlbon edodimon Romani bulbũ qui edẽdo est, uocant. Notus omnibus bulbus qui edendo est, stomachõ in cibo utilis. Bonã facit aluum qui colore ruffo ex Africa affert̃: Amarus, & qui ad scillæ figurã propius accedit, stomacho adhuc magis accõmodatus est, & concoctiones adiuuat. Habent bulbi omnes acrimoniã: calefaciunt, & Venerẽ stimulant. Linguã tõsillasq; exasperãt. Nutriũt ĩdẽ magnopere: corpus augent, sed inflationes faciunt. Luxatis contusisq; emplastri modo impositi & extrahendis furculis prosunt. Prosunt &

πρὶ βόλβου ἐδωδίμου. κεφ. τϖθ'.

Βολβὸς ἐδώδιμος. γνώριμος πᾶσιν ὃν ἐσθίομεν. εὐστόμαχος. εὐκοίλιος. πυρρός, ἢ ἀπὸ λιβύης κομιζόμενος. ὁ δὲ πικρὸς, καὶ σκιλλώδης, εὐστομαχώτερος. πεπτικός. πάντες δὲ δριμεῖς καὶ ὀρμαντικοί. ἢ πρὸς συνουσίαν προσμῶντες. πρασκευάζουσαν ἢ προσθήκια. πρὸς δὲ φοι. σαρκῶν γλυκικοί. ἐμπνεύματα ἔχοντες. πρὸς οἳ καταπλασσόμενοι πρὸς σχέμματα. ἕλκη. σκόλοπας. καὶ πρὸς τὰς

πρὸς ἄρθρων ὀδύνας. γαγγραίνας τὲ καὶ πλάγας σὺν μέλιτι καὶ καθ' ἑαυτοὺς καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ὑδρωπικῶν οἰδήματα καὶ καυόδηκτα, ὁμοίως σὺν μέλιτι καὶ πεπέρει λείῳ καταπλασθέντες, ἐπέχουσιν τὰ ἕρπητας. καὶ σομάχου ὀδύνας παύουσι. καὶ πίτυρα καὶ ἀχῶρας ἀποσμήχουσι σὺν ὄπτῳ νίτρῳ. καθαίρουσι δὲ καὶ ὑπώπια καὶ ἰόνθους, καθ' ἑαυτοὺς ἢ σὺν ὠῷ λεκύθῳ. καὶ φακοὺς σὺν μέλιτι ἢ ὄξει. πρὸς δὲ ὤτων θλάσματα σὺν ἀλφίτῳ καὶ πρὸς θλάσεις ὀνύχων. ἀφανίζουσι δὲ καὶ συκᾶς ὀπτηθέντες ἐν θυμοσοδίᾳ. καὶ μετὰ μανίδος κεφαλῶν κεκαυμένων ὠμοτεθέντες. καίοντες δὲ καὶ μιγνύτες ἀλκυονίῳ, ἐφελκίδα καὶ οὐλὰς μελαίνας ἀποκαθαίρουσιν ἐν ἡλίῳ καταχριόμενοι. σὺν ὄξει δὲ ἐφθοὶ βιβρῶσκόμενοι πρόσωπα πρὸς ἐξάνθεμα. φυλάσσεσθαι δὲ αὐτοὺς πολυθρύλητον ἐν τῇ βρώσει δεῖ διὰ τὰ ἄπεπτα ἔχειν τοὺς ὀδόντας. ἔφθοις δὲ σὺν ἁλφίτοις καὶ σέσαμοι χοιρείῳ προσεθείς, οἰδήματα καὶ φύματα σωτόμως ἐκπυίσκει καὶ διαῤῥήσσει.

articulorum doloribus, gangrænis podagrisq; per se & cum melle. Prosunt & cutem subeuntis aquæ tumoribus, & canū morsibus cū melle pariter & trito pipere emplastri modo impositi. Sudores ꝛ̄dē cōpescunt, & stomachi dolores sedant. Furfures præterea & capitis manātia ulcera cum cremato nitro exterunt. Varos & fugilla ta per se, aut addito uitello oui, purgāt. Lentigines ex melle & aceto. Fractis auribus & contusis unguibus medentur cū polenta. Tosti ꝛ̄dē in feruente cinere, & cum cinere capitū mẽnarū ulcera, quos ficos uocant, impositi sanant. Quinetiā cremati admixto halcyonio asperā & discoloré ceu à sole cutē, & nigras cicatrices sub sole inunctas, emendant. Conferūt ruptis in aceto elixi & in cibo sumpti: cauere tñ in cibo copiā eorū oportet, neruis enim nocēt. ⌊Elixus bulbus qui edendo est, mox cū polenta suilloq; adipe appositus, tumores panosq; celerrime ad suppurationem perducit & erumpit.⌋

INTERPRES.

PEregrinos Græciæ diu & Italiæ fuisse bulbos, aut peregrinis quasi ad omnes usus melioribus usas fuisse has gentes, & plura eorū fuisse genera, Græcorū antiqui, & probatioris fidei scriptores omnes testantur: Theophrastus primū VIII. de plantis uolumine, cuius ea de bulbis historia est: Bulborū autē plura esse genera, manifestū: magnitudine siquidē, colore, figura, & sapore differūt. Alicubi enim adeo dulces nascuntur, ut per se sine condimento alio edantur, quales in Taurica chersoneso sunt. Post Theophrastū deinde Athenæus secundo sui Dipnosophistæ libro, inter cætera quæ de bulborū huiuscemodi natura multa dixerat, regios uocari aliquos ait, quos cunctis alijs prætulit: post regios à colore ruffos laudauit, subijciēs statim candidos Libycos q̄, in genere scillarū magis q̄ bulborū esse: Aegyptios omniū deterrimos, quemadmodū contrà autore Nicandro cunctis q̄ alijs Megarenses omniū optimos. Quod genus conseri præcipue Cato iussit, & Columella in carmine suo his uerbis instituit: Iam Megaris ueniāt genitalia semina bulbi, Et quæ scilla uenit Getulis obruta glebis: primū illud ruffum & optimū, mox candidū Libycum q̄, & scillæ magis q̄ bulbo simile genus, describēs. Addidit eodē libro Theophrastus quod & Athenæus pariter retulit, maximā & huic generi propriā bulborū differentiā esse, quā ad maris litora aliquibus locis nascētes bulbi ostendunt. Inueniuntur enim litorales, in quibus intra primas tunicas lanæ sint, inter id q̄d mandit, & extimā tunicam mediæ: tam uera & præsenti natura lanæ, ut uestes ex ea texant: uocari q̄ ob id lanosum bulbū, non quemadmodū in India nascentē capillatū nominant. Hoc genus q̄ ad mare & litora nasci, & cū eo reliquos bulbos omnes, quoniā congeneres inter se sunt, iuniores aliqui marinā cepullā dixerunt: cū tamen lanosum illud genus ad mare nascens, priuatim cognomine illo discerni debuerit. Serebat in hortis diligenter antiquitas hoc olus: eratq; illis in quotidiano usu, irritamentū Veneris potius q̄ uitæ necessarius cibus. Nihil enim ab antiquis aliud in eo laudat, neq; ex alia naturæ ui Columella, q̄d pauloante diximus, genitalia semina bulbi appellauit. Et Martialis in Xenijs suis: Cum sit anus coniux, & sint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis q̄ satur esse potes. Idē tot alijs locis salaces eos uocans, nec aliū uim, nec aliū usum cognouisse in bulbis uidet. Indicant idē in antiquis Græcorū comœdijs sales & dicteria in theatris iactata, quale illud est: βολβῶν χύλαν καταφαγών: quod est: Bulborū pleno fictili satur: contra salaciores dictū: & contra Veneris impotentes, οὐδὲν σ' ὀνήσῃ βολβὸς, ἂν μὴ ἄλευρ' ἔχῃς, id est nihil proderit bulbus, nisi farinā habueris: sesami enim farina, caseo, melle & aceto ad cibū condiebātur bulbi: per se enim amari, nec in cibis grati sunt. Numerauit q̄ Tarentinus Heraclides bulbū hunc inter ea quæ seminis abundantiā faciunt: hic inflare dixit, quæ ad Venerē non minor q̄ illa occasio est. Priuatim ut à principio diximus, totū hoc genus bulbos antiquitas uocauit: alioqn cōmune omnibus his bulborū nomen est, quorū radices sub terra sic crescunt, ut ad nouā quotannis sobolē decerpi aliqua pars possit, ut in lilio, croco, & plerisq; alijs fit. Non sic tñ certa est nominis huius ratio, ut ad alia genera aliqñ etiā nō trahat: à quibus licet non auellat noua illa soboles, sub terra tñ augent. Sed illa est totius bulbacij generis propria nota. Laudauit in primo ad Venerē bulbos Paulus Aegineta, nō simpliciter, sed ex toto hoc gñe ἐρυθροὺς καὶ μικροὺς. i. rubētes & paruos: iussitq; in eū usum sale & oleo cōditos añ alios cibos mādi. Idē eodē lib. capite q̄ agit de radicibus quæ edēdo sint, de bulbis oīa hæc decreuit. Adstringendi uim bulbi hñt: cibi appetētiā excitāt: stomachū firmāt: faciles eorū quæ glutinosa in pectore cōcreuerint excretiōes, adiuuāt: emūdāt em. Breui coctura elixi ꝛ̄dē, magis nutriūt: sed amissa in coctura amaritudine sua, pectoris excretiōes nō amplius adiuuāt. Seminis abundantiā faciūt, & Venerē stimulat frequētior eorū cib⁹. Inflant præterea, torminūq; aliqñ causam habēt. Vtilis eorū usus cū garo & oleo est. Sic em̄ suauius sapiunt: nutriunt: facillime concoquuntur, nec inflant. Quæ paulominus quàm omnia ab hoc ipso breuissime dicta fuerunt.

Bulbosæ radices.

fuerunt. Mederi inter cætera bulbos Dioscorides ait ulceribus quos ficos antiqui Græcorum medici nomina uerunt. Id genus ulceris à Paulo Aegineta in tertio his uerbis describitur: σύκωσι, id est fici nominantur ulcera forma eruptiones rotundæ, cum soliditate aliqua rubentes, quas dolor comitatur. Nascuntur plerunq; in capite: nascuntur tamen & in reliquo corpore. Vtile contra eas alumen &c. Probantur & menarum capitũ cinis elixiq; bulbi, & cinis ex aceto: quod illi commune cum scriptore hoc remedium est. Monuit inter cætera Dioscorides hoc capite, facere inflationes in cibo bulbos. Id uitij genus primo uolumine descriptum in finitiõem docere, quæ ab eo his traditur uerbis: Inflatio est, cum copiosior in stomacho collectus spiritus, stomachum simul & aluum distendit: impeditur q; nutrimenti dispensatio.

Ficus ulcus σύκωσι.

περὶ Σκίλλας. Κεφ. ρξ'.

Σκίλλα. Δώαμεν ἔχει δριμεῖαν ἢ εὐεξωλικήν. πλύχεσος δὲ εἶ νεται ὀπτηθεῖσα. σαυτὶ δὲ ἢ πκταῖς εἰς κλίσμον. ἢ ἄνθρακι ἐκκεύπετη μέ ου πδιαιρεθέντες, εἰμὴ τακηρὰ γένοιτο, ἕπεσθαι ἢ πηλοῦ πδιπλάσαντες, τὰ αὐτὰ ποιήσομεν. ἢ δὲ μὴ οὕτως ὀπτηθεῖσα, βλασα προσφέρομεν. ὀπτᾶται δὲ καὶ ἐν χύτρᾳ λαμβάνεται ἢ αὐτῆς τὸ μεσαίτατον πρῶν ἔξω βεν πδιαιρουμένων. ⟨1 ἔφεται δὲ ἐντμηθέσα ἀπερχομένου τοῦ πρώτου ὕδατος. ἐτέδριμὺ γλύνται τὸ ὕδωρ. ⟨1 ξηραίνεται δὲ ἐν σκιᾷ. τμηθεῖσα, μὴ διαιρεθεῖσα λινᾳρίῳ. ὡς μὴ ἀπόλλυται τὰς τόμους. τῇ μὲν οὖν τμητῇ, εἰς ἔλαιον, μὴ οἶνον, ⟨1 ὄξος σκίλλικόμ χρώμεθα. πρὸς δὲ ῥαγάδας τὰς ἐν πστί, ἐνδομ ὠμῆς σὺν ἐλαίῳ χεθέμ. ἢ σὺν τῇ ῥητίνῃ τηχθέμ. ὠφελίθεται. ἐχει δὲ κρις κατάπλασμα ἐφθεῖσα σὺν μέλ. δὲ ὀπτὸς πρὸς ἔμ μέσθ τῆς σκίλλης. σωεκλεάνει τὰς ἀλῶν μὸπτῶν μέρη ὀκτώ, διδράμια κοχλιάρια ἓν ἢ δύο νήσει. πρὸς μάλαξιν κοιλίας, εἰς πτίματά τε καὶ ✻ ἀρωματικὰς δυνάμεις. ⟨1 ἐφ' ὧν οὐ χρὴ κινῆσαι θέλομεν. καὶ ἐπὶ ὑδρωπικῶν ⟨1 σομαχικῶν. ὅτις ὠφελάς τὰ σιτία. ⟨1 ἐπὶ ἰκτέρου. σφομένων. βηχόντων χρονίας. ἀθματικῶν. ἀναφορικῶν. αὐτάρκης δὲ ὁλκὴ πρωϊβόλου σὺν μέλιτι ἐκλειχθεῖσα. ⟨1 συγκαθέφεται δὲ ζωπλίσα πέψει σωρροῦσα. ἄγει δ', γλοιώδεις κατὰ κοιλίαν. ἐφθὴ δὲ πρὸς τὰ αὐτὰ πρὸς ὁμοίδόσιν δύν. ἐφ' ὧν ἕλκωσίς τις ἔσῖν ἐντός. μὴ πρὸς ἀκροχορδόνας πρὶν μὴ χυμέθλας ἐρθεῖσα ὀπτή. τὸ δὲ ἀπόζεμα αὐτῆς λσον ἀλαλκφθὲν μ' ἰχάδι, ἢ μέλιτι μὴ βεωθὲν, μαπρὸ τῶν θυρῶν κεχυμένη.

De Scilla. Cap. CLXII.

SCillan L. Romani pariter Græcis scillam dicunt. ⌋ Acri feruidóq; tẽperamento scilla est. Plurimos habet cremata usus: ideóq; crusta ex panificio & opere pistorio aut luto inuoluitur, inuolutaq; in furnũ conijcit, aut carbonibus obruit, donec circũlita crusta illa abũde tosta fit. Quod si amota crusta illa nondũ cocta penitus, scilla tenerior facta flaccescet, noua ex panificio & pistorio opere crusta aut luto circũlita iterum cremabit: quæ enim sic cremata non fuerit, graui periculo præsertimq; interaneis, dabit. Torretur hæc ipsa etiã in operculato fictili in furnum coniecta. Sumit ex ea abiectis extimis cũctis partibus quod maxime intimum est. Coquit eadem concisa etiã, effusa priore aqua, nouaq; superinfusa usq; dum neq; amaritudo, neq; acrimonia in aqua sentiatur. Siccat in umbra etiã in taleolas secta scilla, tum funiculo traiecta fic, ne taleolæ inuicem se tangãt, per interualla suspendit. Vtimurq; sic secta & seruata scilla ad oleũ, uinũ, acetũq;, quæ à scilla scillitica nominant. Contra rimas pedum, crudæ scillæ intimæ partes oleo inferuefactę, aut cũ resina subactæ, imponunt. Illinunt uiperarum morsus decocta in aceto scilla. Crematæ eiusdem pars una, tosti salis partibus octo subigit, daturq; ieiunis cochlearis unius duorum ue pondere ad molliendã aluũ. Additur scilla potionibus medicamentisq; quæ rarefaciendo sint. Daturq; his in quibus urinã ciere uoluerimus. Facit ad cutẽ subeuntes aquas: ciboq; in stomacho incontinentiam: & stomacho innatantes cibos. Prodest suffusis felle, torminibus, diutinis tussibus, suspiriosis, ægre reijcientibus, quos Græci anaphoricos dicunt, triũ obolorum pondere cum melle in eclegmate. Coquitur eadem cum melle etiam, sumiturq; in cibo ad eadem, concoctionem præcipue adiuuans. Glutinosa per aluum ducit. Elixa itidem ijsdẽ pariter sumpta prodest: cauenda tamen nec danda his, quibus exulceratum interaneũ aliquod erit. Inunguntur cremata utiliter perniones & uerrucæ. Quinetiam tritum semẽ eius, & cum melle caricis ue coctum, mox in cibo sumptum, aluũ mollit. Amuletũ præter hæc cõtra ueneficia est, tota pro foribus domus suspensa scilla.

COgitabã pauloante Dioſcoridis ſcillã Latinis reddens, uariata eius coctura grauẽ mihi inuidiã facere:nec leuẽ impudentiæ culpã ſubiturũ,qui non cõtra interpretes alios tantũ,ſed antiquiores ſcriptores aliquos,Plinĩũq; præſertim,non adipe,ſed cruſta ex panificio piſtorioq; opere inuoluendam eſſe ſcillã dum cremareẽ, dicerẽ: anceps q; diu quid agerẽ, rationi'ne & uſui,an tãti ut cæteros omittã,ſcriptoris autoritati manus darẽ. Ad rationẽ neceſſitatẽq; facile me trãſtuli, opinatus ſi autoritati omnia cõceſſerint homines,peritura in doctrinis q̃tidie multa, quæ noua & ingenioſa rerũ indagatiõe inueniẽda,aut in melius reſtituẽda à poſteris erunt.Nec uitio daturũ mihi aliquẽ,ſi rationẽ & uſum ſecutus,aptiorẽ eiuſdẽ rei cauſam & euentũ oſtendero: relicta præſertim legẽtibus eligẽdi quæ magis probauerint, poteſtate. Quod ut ſperamus in coctura ſcillæ fiet,in qua conſiliũ huic ſcriptori (ut ex re uideẽ)eſt, quoniã maximam incidẽdi uim habet,& ualidiſſime in tertio ordine calet ſcilla, coctura aptiorẽ minus q; noxiã ad medicinæ uſum efficere:& ut integra in coquendo ſeruata,maiorẽ uiriũ ſuarũ acrimoniam igne amittat: ſic enim quantum cruda nocitura erat,tantũ proderit cocta. Coquenda itaq; ſcilla eſt : Sed ne pereat igne, neq; omnes uires ſuas amittat,iubet manifeſte Dioſcorides claudi luto & inuolui: Et ſi non ſit lutũ creta'ue aut argilla, eiuſdẽ luto naturæ non diſſimili tectorio alio pro illis claudi & inuolui: Neceſſeq; eſt eiuſdẽ naturæ eſſe,quod alterutrũ ad certũ aliquẽ uſum petitur aut præcipitur. Verbi cauſa : ſi noluero nudis pedibus ingredi prudens, ſoleas dari mihi petã, aut crepidas, aut calceos.Nec minus in ſiti ad extinguendũ eius ardorẽ,aquã uinum'ue aut mulſum,quę oĩa ſimilitudine ſua eundẽ habebũt uſum. At ſi petiero ad calceãdos pedes ſoleã aut petaſum: aut ſi ad ſitim extinguendã aquã aut panẽ:importune id egero,neq; immerito ridiculus uidebor.Ex hoc genere eſt quod Dioſcorides ait, inuoluendã ad coquendũ luto ſcillã:aut ſi luto uti nolis,tectorio alio ſimili,& cuius idẽ in igne euentus ſit qui in luto erit,qualẽ nouimus omnes: areſcit enim ad ignẽ,duraturq; in lapidẽ creta lutũq; omne,quemadmodũ quotidie in tegularũ coctura fieri uidemus:idẽ & in tectorio illo alio quærendũ & expectandũ eſt. At in adipe,quod Plinius & alij dixerunt,ignibus admoto aut carbonibus obruto, ut hic ait,nec quæri nec expectari poteſt. Liquatur enim ad ignẽ adeps,ſuoq; unguine flãmas paſcens,contrà q̃ oportet & uſus exigit,ardere & perire ſcillã coget. Non cõgruit itaq; in alterutrius uſu luto adeps, tantumq; abeſt ut pro illo hoc ſumi debeat,ut nihil rei neceſſitati & uſui magis aduerſetur.Non itaq; credendũ aut luto aut adipe ad coctura claudi ſcillã iuſſiſſe Dioſcoridẽ, ſed tectorio alio cuius eſſet luto cõmunis & idẽ in igne euentus:quodq; uſui & neceſſitati non aduerſaretur.Id autẽ erat q̃d Græci ζαῖς dicũt, quotidiana & nota res oĩbus,ſed quã nullus Latinorũ,q̃d hactenus inuenerim, certo nomine priuatim appellauerit: ideoq; longiore rei deſcriptione in ea uti coacti ſumus.Eſt enim Græcis ζαῖς anteq̃ fermenteſcat in panificio macerata aqua farina, manibusq; identidẽ ſubacta,quo tẽpore tenaci lẽtore glutinoſa in longũ ductilis, ueſtiendis quæcunq; uoluerit aliquis,accõmodata eſt. Fuiſſeq; uerã & antiquã huius ſcriptoris lectionẽ credimus nos, ζαιὴ δὲ ὑ πηλὸ πρὸς πλάσεται quod eſt ; cruſta autẽ ex panificio & opere piſtorio,aut luto circũlinitur ſeu inuoluitur:Similitudo uocis quæ in Græcis cruſtę huius & adipis eſt,& antiquorũ codicũ in ea uarietas, facilẽ ad adipẽ à cruſta illa lapſum legẽtibus fecit.Sunt enim adhuc in quibus ζαιὴ, & in quibus ζαίαν legaſ, diuerſo penitus,ut indicauimus ſenſu.Idemq; uitiũ in eryſimo etiã non multo ante deprehenſum à nobis fuit,in quo coquendo eandẽ cauſam & eandẽ rationẽ hic ipſe ſcriptor docuerat.Plinius ut diximus xx. uolumine cap.ix.in coctura hac ſcillæ adipẽ manifeſte recepit.Verba eius ſunt: Coquitur pluribus modis inolla,quę conĩciatur in clibanũ aut furnũ,uel adipe aut luto illita. Quẽ ſecutus Barbarus in hoc ſcriptore itidẽ ait,luto hæc adipe'ue circũlita mittitur in clibanũ &c. Ruellius ex farina aliquid accipiens pollinem uertit. Duo illi contra rei uſum & neceſſitatẽ adipẽ dixerũt:hic rẽ nõ expleuit.Siquidẽ in polline ſolus farinę tenuiſſimus intelligitur puluis,qui in igne,etſi aliter q̃ adeps,periturus tamen omnino erat.At in hoc uſu exigebatur quod in igne duraretur,duratumq; à tota ignis iniuria ſcillam tueretur:quod nec adeps nec pollen præſtare poſſunt.Hancq; rationem & cauſam nos ſecuti, accedente multorum codicum fide, piſtorij operis & panificij cruſtã illam diximus:quàm recte aũt fœliciterq;,legentes uiderint. Quibus non inuidebimus illud etiam,ſi ad cocturam ſcillæ quærẽdus adeps ſit,quod forte ſuſpicari aliquis poterit,ut unguine ſuo acrimoniam & feruorem eius retundat,oportuiſſe uerba & ſenſum aliter concipi:& ,cum adipe:non,aut adipe,legi. Sed omnes tam Græci q̃ Latini Plinius q; ipſe lutum & adipem alternant: deficiente q; altero , altero uti iubent: nec aliter intelligi in eis res poteſt , quàm ſiue lutum ſiue adipem acceperit , pariter coquendam eſſe ſcillam intelligas:quod tamen abſurdum eſt,& rei neceſſitati ut diximus aduerſatur. Longius dicta hæc à nobis fuerunt, uerum ut credimus non inutiliter penitus:quãdo ut ille ait,in ſcriptore hoc multis locis ſemper hic error:in quo ſi neceſſitatem & uſum contemplabitur aliquis, uitioſas aliquando eius uocis ſine periculo & honeſte mutabit. Cur enim contra neceſſitatẽ & quotidianã experientiã ueterũ autoritas aut codicum fides,quæ in unius aut alterius literæ negligentia lubrica eſt , uim habeat? In ancipiti & incerto ualeat utraq;:ſed in quibus neceſſe eſt aliter quidpiã eſſe:idq; rationẽ habet. Nullus tam grauis autor mihi perſuaſerit aliquando, ut neglecta ratione neceſſitateq;, ſola autoritate & exemplariorũ fide abſurdũ aliquid admittã. An non quotidianus hic coquẽdi obſonia nunc etiã modus eſt? qui non aliũde q̃ ex his medicinæ præceptis,quẽadmodũ & multa alia in ganeã irrepſit,uniuerſæ Italiæ plebiq; pariter ac nobilitati iãpridẽ cõmunis. Ex quo poterant facile,ſi ſapiẽtiore guſtu ſuiſſent, Plinius & alij cocturæ huius conſiliũ & uſum in Dioſcoride augurari:qui, niſi primo igne ſatis cocta fuerit ſcilla , iterũ noua cruſta aut luto circũlitã cremari iubet:legitimæq; cocturæ indicium τακερὰν γενέσθαι eſſe ait.Id Barbarus uertit:ſi nondũ probe cõtabuit:Nos,ſi nõdum tenerior facta flacceſcet:ille primam uerbi τήκεσθαι quod minui ſignificat,æſtimationem ſecutus rei nos & uſum:ideoq; contabeſcere diminuendi uerbo ille,nos flacceſcere uſi ſumus,quod coctura tenereſcere eſt: ſic enim alibi ea uoce hic utitur , appellauit'que κρέα τακερὰ non diminuta ſed ui ignis edomita, & ad eam tenecitudinem perducta , ut tracta digitos ſequantur & cedant : id'que nos eam ſignificare uo-

ζαῖς.

ζαίαν.

cem

cem hoc loco credimus. Sequitur non multo poſt quod nobis cum cæteris omnino diuerſum ſit: ἐπὶ πτύματος καὶ ἀραιωμακτικὰς δυνάμεις: quam partem ad odoramenta alij, nos ad ea quæ rarefaciendo ſint medicamenta contraximus, neſcientes quænã aromatica medicamenta priuatim in medicinæ uſu dicantur, memores q; hanc ipſam uocẽ aliquot locis in hoc ſcriptore corrupte legi, in quibus ἀραιωτικὰς quod ad rarefacere uerbũ pertinet, legendũ manifeſte eſt. Competit q; id ſcillæ, quæ in incidẽdo maximam uim habet, & qua fortẽ hic ait mederi ἀναφορικοῖς. Rara hæc in antiquis Græcoq; medicis uox inuenitur: neq; hic niſi ſemel aut iterũ ea uſus eſt. Paulus Aegineta obiter tuſſientibus & raucis eam coniunxit, libro tertio quo capite contra deſtillationes à capite, faucium aſperitatem, tuſſim, & cruẽta ſputa remedia inſtituit. Videtur q; illi id malum ex ea deſtillatione fieri: ſiquidem proponit remedia, φωνὴν ἀπηκισμένοις, βραγχιῶσιν, ἀναφορικοῖς: quod eſt: his qui uocem amiſerint, raucis, & anaphoricis. Verbo etiam ἀναφέρεσθαι idem ſæpius uſus eſt, ſed in communi ſignificatione quam habet, ſurſum ferri, exhalari, & reijci: primum ubi de ſanguinis expuitione agit quo loco his uerbis utitur: ἐὰν δὲ καὶ διὰ ἐμέτων ἀναφέρηται, &c. quod eſt: Si uero ſanguis cum uomitu referatur, id eſt, reijci tur, manifeſtũ erit ex ſtomacho aut ex uentre ferri. Mox eodẽ libro de purulẽtis excreationibus: ἢ καὶ ἀναφερόμενον ἀνοσῶδες ὑπάρχει σφόδρα: quod eſt: & quod ſurſum fertur, id eſt reijcitur, ingrati & mali odoris peniſ tus eſt. Si autẽ ex ui & ſignificatione uerbi nominis eius æſtimatio accipienda ſit, nihil aliud ἀναφορικοὶ ſignificabunt, q̃ à partibus infra fauces reijciẽtes. Verum deſiderabit reiectionis ſubſtãtia & genus: ſanguis'ne, an pus, an pituita: & an hæc tenuior, aut craſſior: quoq; in nomine illo nullũ latet ueſtigiũ, quẽadmodum nec reiectionis eius difficultas, aut ratio quæpiã alia: & nihilominus uerisimile nõ eſt ſimplicẽ reiectionem ſignificare eam uocẽ. Serapion ad ſaniei reiectionẽ ex pectore rẽ cõtraxit: pleriq; alij ad cruẽta ſputa. Nos nullo adhuc rei certiore inuẽto ueſtigio, ad ægrã difficilẽq; reiectionẽ ſimpliciter cõtraximus. Credimusq; ex his quæ in Paulo Aegineta odorari licuit, pertinere eam uocẽ ad ægras difficiles q; craſſioris pituitæ ex pectore reiectiones. Quod tandiu legentes ſeruent, dum quod certius ſit, aut alij aut nos inuenerimus.

Περὶ παγκρατίου. κεφ. τσά.

Παγκράτιον. οἱ δὲ καὶ τοῦτο σκίλλαν ὀνομάζουσι. ῥίζα ἐστὶ βολβῷ μεγάλῳ ὁμοία ὑπόπυρος ἢ ὑπερπόρφυρος. πικρὰ καὶ πυρώδης τὴν γεῦσιν. φύλλα κρίνῳ ὅμοια. μακρότερα δὲ καὶ λινάμμιτα τῶν ἀντῶν τῇ σκίλλῃ. καὶ σκευασίαν καὶ δύσιν προῦσαν ἐπὶ τὴν αὐτὴν παραπλησίως ἐκείνῃ. ἐπιτήδειος μέν τι τῆς σκίλλης ἡ ταύτης μᾶλλον εἰς ἀστίασιν, δι' ὅτι σὺν ὕδατι μελιτώδει καὶ ὑδατώδεσι ὠφελίμως.

De Pancratio uel minore ſcilla. Cap. CLXIII.

PAncration ſunt qui & hãc ſcillã appellẽt. Romani pariter Græcis pãcration & ſcillã puſillã dicũt. Radicẽ habet grandi bulbo ſimilẽ, colore ruſſo purpuraſcente'ue: feruido ſimul & amaro ſapore. Folia illi ſunt lilio ſimilia, longiora tamen. Eaſdem ſcillæ uires habet. Curatur præterea daturq; eodem modo in ijſdem affectionibus, mitius tamẽ q̃ ſcilla pancration eſt: Ideoq; expreſſus ex radice, & erui farinę mixtus, cõformatus'que in paſtillos ſuccus, cũ dulci aqua lienoſis, & contra cutem ſubeuntes aquas.

INTERPRES.

FAndem penitus, non ſimilem ſcillę, pancration hanc noſtra ætate herbarij oſtendunt: confundunt q; ſimul alioquin diuerſa genera: tanta natalium ſimilitudo & mixtura eſt. Nos utranq; ſimul uiſam, prę cerquam colore, & id quidem non ſatis manifeſte diuerſam ſecernere nequiuimus.

Περὶ καππάρεως. κεφ τσβ'.

Κάππαρις. οἱ δὲ, κυνόσβατος. οἱ δὲ, καπρία. οἱ δὲ, κόρακος μῆλον. οἱ δὲ, ὀφιόσκορδον. οἱ δὲ, φυλοσάφυλον. οἱ δὲ, βαλλίωνα. οἱ δὲ, πετραίαν. οἱ δὲ, ὁλόφυτον. οἱ δὲ, ἰωνίτην. οἱ δὲ, ὀλιγόχλωρον. οἱ δὲ, ἀκόνιτον. οἱ δὲ, ἱππομανές. οἱ δὲ, ἐριχομανές. τροφὴν πτέρνα. οἱ δὲ, πεύκεδανον. οἱ δὲ, κρίνον. οἱ δὲ, ἀλλοσκόρδον. οἱ δὲ, κρίνον. οἱ δὲ, θλάσπιν. ξωμαῖοι σίναπι πέρσικον. οἱ δὲ, ἰνδικὸν. ἄφοδοι ἐρεθισμαθοῦμ... θάμνος ὀξὺν ἀκανθώδης. ἐπὶ ῥίζης ἔχων ὡς βάτος. φύλλα σχοινίλα, μηλέᾳ κυδωνίᾳ ὅμοια. καρπὸν δὲ οἷον ἐλαίας. ἀκρισποδίδης ἔχων ὡς βάτος. φύλλα σχοινίλα, μηλέᾳ κυδωνίᾳ ὅμοια. καρπὸν δὲ οἷον ἐλαίας. ὃς ἀνοιχθεὶς λευκὸν πρόϊεται ἄνθος. ὃν πεσόντος εὐρίσκεται ὑπὸ βάλανος ἐπιμήκης. ὅπερ ἀνοιχθὲν ἔχει κόκκους ὡς πρὸς ἐλαίας. μικροὺς, ἐρυθρούς, ῥίζας ξυλώδεις καὶ μεγάλας πλείστας.

De Cappari. Cap. CLXIIII.

CApparin ſunt qui cynosbaton. i. ſentẽ canis, qui caprian, q corui malũ, q ophio ſcorodon, qui phylloſtaphylon, qui petræã herbã, qui olophyton, qui loniten, qui oligochloron, qui aconiton, qui hippomanes, qui trichomães, qui lupi cor, qui alloſcorodõ, qui lilium, qui thlaſpin appellẽt. Magi potera ſiue pẽtheron. Aphri erebiethum. Romani Perſicum ſi napi dicunt. Spinoſus frutex capparis eſt, in gyrum per terram ſtratus. Hamatas habet rubi modo ſpinas: folia rotũda, cotonei mali foliis ſimilia: fructum oliuæ figura: qui dehiſcens, candidum profert florem: eo'que defloreſcente ſupereſt, ueluti oblonga glans: quæ dehiſcens, grana punicæ modo intra ſe oſtendit, exigua rubentiaq;. Habet capparis radices multas, lignoſas & grandes.

Φύεται τραχέσι καὶ λεπτογείοις τόποις. μὴ νάσοις μὴ οἰκοπέδοις. ταριχεύεται δὲ ὁ καυλὸς αὐτῆς καὶ ὁ καρπὸς εἰς ἐδωσμ. ταράττει δὲ κοιλίαν. κακοστόμαχός τε ὀλίγη μὴ δυσώδης. βρωθεῖσα δὲ ἐφθὴ, εὐστομαχωτέρα τῇ ὠμῇ. ὁ μὲν οὖν καρπὸς αὐτῆς σωλίωα τίκτει. ὀλκὴ δυοῖν ⊰ μετ' οἴνου πινόμενος ἐπὶ ἡμέρας λ'. ἄγει δὲ οὖρον καὶ διαχώρημα αἱματῶδες. ἰσχιάδι τε καὶ παραλύσει βοηθεῖ πινόμενος ὁ καρπός. μὴ πρὸς ῥήγματα καὶ ἀπάσματα. ἔμπλωτά τε ἄγει καὶ ἀποφλεγματίζει. ἡδὺ δὲ ὀδόντων πόνον παύει ὁ καρπὸς σὺν ὄξει ἐφόμενος καὶ διακλυζόμενος. τῆς δὲ ῥίζης ὁ φλοιὸς ἐκπρός, πρός τε τὰ προειρημένα ἁρμόζει. καὶ ἀνακαθαίρει πᾶν χρόνιον καὶ ἐξαπορόμ καὶ πυλωμένον ἕλκος. καταπλάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποκαιομένων σὺν ὠμῇ λύσει. διακνομένη τε τῷ προσῶδες ὀδόντα βοηθεῖ. ἀλφοὺς τε λευκοὺς ἁρμόττει σὺν ὄξει λεῖα. τὰ δὲ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα λεανθέντα, σκληρίας καὶ χοιράδας διαφορεῖ. σκώληκάς τε τοὺς ἐν ὠσὶν ὁ χυλὸς ἐγχυματισθεὶς κτείνει. Ἡ μὲν λιβυκὴ κάππαρις, γλυνομένη δὲ κατὰ τοὺς μυγαλίτας λεγομένους, ἐμπνευματοῖ ἰσχυρῶς. ἐμετικὴ δὲ τυγχάνει ἡ ἐν ἀπυλίᾳ. ἡ δὲ ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ λιβύης, δριμυτάτη. φλυκταίνουσα τὸ σόμα. καὶ καταθίουσα τὰ οὖλα ἄχρι γυμνώσεως. ὅθεν πρὸς βρῶσίν ὄξεσι ἀνεπιτήδειος.

Nascitur asperis plerũq; locis, & tenui solo: nascitur & in insulis domoq; areis. Seruatur sale caulis eius & fructus in cibũ. Aluũ turbat capparis: fiticulosus, & stomacho noxius est. Elixus tamen in cibo, stomacho, accõmodatior q̃ crudus est. Minuit lienem semẽ eius, quadraginta diebus pondere drachmarũ duarum cum uino potũ. Excrementa alui & urinã cruenta trahit. Succurrit tamen potũ capparis idem semen coxẽdicis doloribus, resolutisq;, nec minus ruptis conuulsisq;. Mẽses idem trahit, & capitis pituitas per os purgat. Coquit semẽ eius: colluunq; decocto illo utiliter in dolore dentes. Siccatus radicis cortex cõtra prædicta omnia itidẽ prodest: repurgatq; uetusta oĩa sordida, & in callũ durata ulcera. Cũ hordeacea farina hydrelæo subacta, lienosis emplastri modo imponit. Mordetur radix eadẽ, succurritq; dentiũ dolori. Vitiligines albas trita ex aceto exterit. Discutiunt concisa folia & radices durities & strumas. Vermino sas aures instillatus radicis succus enectis uermibus sanat. Inflat uehemẽtissime marmarica Libyca capparis. Facit uomitiones Appula. Quæ à Rubro mari & Libya affertur, omniũ maximam acrimoniam habet: pustulas in ore excitat, gingiuasq; usque ad ossa erodit: eamq; ob causam in cibis omnium inutilissima est.

INTERPRES.

VVlgaris quotidianiq; usus cum suo fructu herba capparis est: & quo cõmunior cunctis ubiq; gentibus & ubiq; nascens, eo plures appellationes inuenit, singulis eam suo nomine indicãtibus. Quo fit, ut exceptis paucis nullum habeant reliquæ intellectum. Cynosbatus tamen, id est, caninus rubus ob hamatos quos habet rubo illi similes aculeos, dicta capparis est: quemadmodũ phyllostaphylõ, q̃ inter folia fructum quasi uuam fert: etsi hic paulo post oliuæ cõparauerit: sic petræa à natalibus suis, quos inter lapides & rudera inuenit. Cur autẽ sinapi Persicum à Romanis hic capparim uocari dixerit, incertum nobis est: quemadmodum contrà notum omnibus, capparim à cunctis rei rusticæ scriptoribus appellari. Vsum eius ante alios cibos in sanitate commendauit Paulus Aegineta: iussitq; sumi ex aceto mulso, aut ex aceto & oleo. Monuit præterea excitare capparim cibi appetẽtiam: iecur lienemq; laxare: & pituitam per aluum deijcere: idq; est quod hic ait, aluum turbare.

Περὶ Λεπιδίου. κεφ. τξγ'.

De Lepidio. Cap. CLXV.

Λεπίδιον. ὃ ἔνιοι γιγγίδιον καλοῦσι. γνώριμον κοτάνιον. ταριχευόμενον εἰς ἁλμαίας μετὰ γάλακτος. Δύναμις δὲ ἐστὶ τῆς φύλλης δριμεῖα. ἑλκωτική. ὅθεν ἰσχιαδικόν ὄζειν ἐπίπλασμα. ἀμυγδαλώδη σὺν ἐλαίου ῥίζῃ ἐπιδεδεμένον πρὸς τέτρωσας. ἡδὺ ἐπὶ σωλιωκῶν ὁμοίως. ἀφίστησι δὲ καὶ λέπρας. ἡ δὲ ῥίζα δοκεῖ ὀδόντων ἀλγήματα παραυτίκα, παυομένη τῷ τραχήλῳ.

Lepidium cui eandem esse hiberida Paulus Aegineta in tertio testatus est, capite de dolore coxẽdicis, in quarto calefacientiũ ordine nasturcio, præterq; q̃ minus eo siccat, simile est. A squamis nomen in Græcis inuenit. Cuti siquidẽ impositum, tam ualide exulcerat, ut à cute squamæ pellantur. Id quod est quod Columella in carmine suo cecinit: Deiectura quidẽ fronti data signa fucorũ. Vimq; suam iccirco profitetur nomine Graio. Quod Plinius pariter dixit lepidium in facie cutem emendare. Eratq; seminis quõdam hic le-

hic lepidũ usus: tẽperabaturq; unguine aliquo ut retunderetur ardens uis eius. Vtebatur eodem antiquitas etiam, quod tota Aegyptus & Syria nũc seruat, ad adiiciendũ lacti acorẽ, conficiẽdumq; id quod oxygala, id est, acidũ lac Græci nominãt. Docuit id Columella lib. XII. capite VIII. his uerbis: Sunt qui satiui uel etiã syluestris lepidij herbam cũ collegerũt, in umbra siccẽt: deinde folia eius abiecto caule, die & nocte muria macerata, expressaq; lacti miscẽt sine condimẽtis, & salis quantũ satis abitranẽ: tunc cætera quæ supra præcepimus faciunt. Nonnulli recentia folia lepidij cum dulci lacte in olla miscent, & post diẽ tertiũ quemadmodum præcepimus serũ emittũt. Quinetiã in carmine suo idem scriptor ait: ponitur & lactis gustus quæ hic pariter retulit, dicens: ταριχεύεται δὲ εἰς ἁλμαίαν μετὰ γάλακτος: quod est: sale condiri alioq; salgamoq; modo, sed cum lacte, quoniã sine lactis dulcedine & unguine ob calorem suum omni usui careret. Barbari ad meridiem ut diximus, lepidio adhuc cogunt aceſcere lac: nec nisi acido in cibis utuntur, gratiore ut uidetur illis usu sapore hoc q̃ dulci. Vulgaris & quotidiani usus ob hanc causam herba hæc erat, ampliore & latiore folio, non longe à uitiginei figura, si tam late pateret, & nisi multo minores haberet incisuras.

περὶ Βατραχίου. κεφ. τϟδ'.

Βάτραχιον, οἱ μέν, χελίνιον ἄγριον καλοῦσι. φύεται πλείονα μέν ὄζη εἴδη. Δύναμις δὲ μία σχιμφα, καὶ ἄγαν ἑλκωτική. ἔχει δὲ τὰ μὲν αὐτὰ φύλλα ὅμοια κορίῳ. πλατύτερα δὲ καὶ ὑπόλευκα καὶ λιπαρά. ἄνθος μήλινον. ῥίζαι πρὸς φυγοῦν. καυλὸν δὲ οὐ παχύν. ὕψος δὲ ὅσον πήχεως. ῥίζαν μικρὰν λευκὴν πικράν. ἔχουσαν περφυάδας ὡς ἑλλεβόρου. φύεται δὲ παρὰ ῥείθροις. Εσι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος χυοσ'έσδρον. καὶ μακροκαυλότερον. φύλλα μὲν ἔχον πλείονα καὶ μείζονα, ἄνθος φύλλων. πλεῖσον δὲν σαρσωνίᾳ γίγνόμενον, ᾧ χρῶνται ἀντὶ τοῦ ἐλαίου. ὃ δὴ καὶ χελίνιον ἄγριον καλοῦσι. καὶ τρίτον μορφὴν ἕν καὶ μικρὸν καὶ λύσσομον. τὸ δὲ ἄνθος καὶ τὸ ἔλαιον χρυσοῦν ὅμοιον. καὶ τέτας τὸ μὲν ἔοικε τῷ ἄνθει καὶ γαλακτίζον. λύνα μὲν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη, καὶ δοκιμώτατον ἐκ τῶν ἀγρίων καὶ παλαιούμενον, ἑλκωτικὸν καὶ πρὸς τοὺς πόνους. ὃ δὲν ὄνυχας λεπροὺς καὶ φύσας ἀφίστησι, καὶ σίγματα ἀξαίνει καὶ μυρμηκίας καὶ ἀκροχορδόνας καὶ ἀλωπεκίας πρὸς ὀλίγον καταπλασθέντα. ἐφόμενα δὲ κατάντλημα χιμετλιώντων ὅσα χλιαρὰ καὶ ῥίζα πεπομμένη ξηρὰ λεῖα προσφερομένη μυκτῆρσι. καὶ ὀδοντολγίας κουφίζει προσαπτομένη. θρύπτει μέντοι καὶ ἀνευρύνει.

De Ranunculo herba. Cap. CLXVI.

BAtrachion sunt qui chelidoniã, id est, harundinariam herbã, qui aquaticũ & qui agreste apiũ uocẽt. Romani batrachiõ et ranunculũ dicũt. Plura sunt ranũculi herbæ genera: una tamen omniũ uis et natura, acris et in exulcerãdo efficacissima. Habet primũ genus coriãdri folia, latiora tãtũ, albescẽtia et pinguia: florẽ luteũ, sed aliquo tẽpore purpureũ: caulem non adeò crassum, altitudine cubitali: Radicẽ paruam, candidã, amarã, hellebori modo adnascẽtes alias habẽtẽ. Nascit prope profluẽtes aquas in humidis. Lanuginosius alterũ genus est, altiore caule, et pluribus foliorũ incisuris: quod plurimũ in Sardinia nascitur, efficacissimæ acrimoniæ: tuocãtq; id incolæ agreste apiũ. Est & tertiũ genus minimũ grauiter odoratũ, aureo flore. Est quartum itidem huic simile, præterq̃ flore quem lacteo colore albicantẽ habet. Habent omniũ folia, flores & caules teneri exulcerandi urendiq; ignis modo cũ dolore uim: ideoq; illiti scabros ungues pellunt: scabies exterũt: stigmata delẽt: formicas, uerrucasq;, & capilli defluuia, quas alopecias dicunt, q̃ primum sanant. Fouentur tepido eorum decocto perniones. Sternutamenta cit ficca radix, tritaq; & naribus admota. Dentium dolores admota eadem sedat: eos tamen frangit.

INTERPRES.

MIserabili maledicto inter gentes quondam infamis ranunculus herba hæc fuit, nõ omnis, sed quæ secundum genus facit, quam hic plures q; alij in Sardinia plurimã nasci dixerunt: ideoq; Sardoniã à poëtis & aliis dictã. Ea siquidẽ in cibo potu'ue sumpta, mentis alienationẽ, & cum labrorum cõtractione eas conuulsiones facit, ut risus speciẽ uidẽtibus præbeat. Ab eoq; affectu tristi & amaro nimis diserio, sardonius risus inter homines quondam iactabatur. Cuius Cicero in epistola meminit, dicens: Sed heus tu σαρδόνιον ridearmus: & poëta cecinit: Immo ego Sardois uidear tibi amarior herbis: saporemq; quem radix habet, infœlix & lamentabile mortis genus una amaritudinis nota describens. Hanc Apuleius in cõmẽtariolo quod sub nomine eius scriptoris quarundã plantarũ passim legit, sceleratã herbã nominauit ut etedimus, quoniã nimis malo euentu constet risus ab ea factus. Græci βατράχιον, Latini ranũculum uocauerunt: quoniam ranis herbæq; in eodem elemẽto natales & diæta sint: aut quòd inter eius frutices frequentes inueniãrur ranæ. Nostræ ætatis herbarij risus apium adhuc appellãt, genus & noxam eius simul indicantes. In apiorũ genere eũ ob similitudinẽ ab omnibus numerata est: Ideoq; hic etiam ait, agreste & aquaticum apium à quibusdam uocari: propterea q; locis incultis & humidis, & ut Plinius ait, humidis limitibus nascitur: facilis inuentu: & si diligentiores simus, ubiq; oculis nostris occurrens: quis à congeneribus alijs suis ob similitudinẽ difficillime discernatur. De quibus satis legen.ibus sint quæ à Plinio libro XXV. capite ultimo, & ab hoc ipso dicta fuerunt. Late quondam patebat sardonij risus dicterium & calamitas: nec tantũ in huius herbę maleficio, & ab ea in his quæ malo euentu riderentur: uerũ in cõtractionibus conuulsio-

Sardonius risus.

conuulſionibuſq; labrorum & oris, quæ ex alijs cauſis fierent, etiam dicebatur: Siquidem Paulus Aegineta uolumine tertio, quo capite de rigore docet, inter eius mali notas præter ſuſpirioſam reſpirationem, humiles & raros uenæq; pulſus, ruborē uultus, & pleraſq; alias, ſardoniū riſum fieri aliquando ait. Contractionem conuulſionemq; labroꝝ & oris à ranūculo hac factis ſimilē intelligens. Inſtaurauimus reſtituimusq; huic capiti nos ex antiquoꝝ codicū fide, quod librarioꝝ incuria illi perierat: Chelidoniā ſcilicet ranūculum hanc, & aquaticū apiū dici: ſiquidē quod prope aquas naſcitur, aquaticū dici recte poteſt: & chelidonium, quod illi ſimile eſt. Hic enim non multo poſt in harundinaria dicet, ranunculo ſimilia habere folia chelidoniam: eſtq; ſimilitū natura, ut ſimilitudinē ſuam inuicē communicent. Quodq; in ſecundo ranunculi genere Barbarus uertit: alterum lanuginis copioſioris, minori caule, etc. nos altiore caule diximus, omniū fere & meliorum codicū fidem ſecuti: in quoꝝ aliquibus μακροκαυλότερον, in aliquibus μεγαλοκαυλότερον eadē fere ſignificatione magnitudinis & longitudinis: & præter eoꝝ fidem Plinium etiam, qui altis caulibus ſecundū hoc genus deſcribit. Diximus præterea in uiribus & poteſtate ranunculoꝝ, habere omnes exulcerandi & ignis modo urēdi uim: quod una ἐσχάρας uoce Græci fœliciter dicunt: uſtionē ſimul & nigri coloris cruſtā abigne relictam ſignificantes. Multa eſt ea huic ſcriptori uox, ideoq; à nobis ſignata, ut ſciant legentes quod ignis modo urendi uerbo additū à nobis eſt, præter uſtionē cruſtam illam nigri coloris etiam ſignificare. Barbarus Græcorum ἐσχάραν ignis puſtulas dixit: nobis quoniā integra aduſtio in eſchara eſt, nō excitatæ tantum puſtulæ ex ipſa magis rem indicare placuit. Dicendum nobis hoc capite etiam, quæ Græcis in uiriorum cutis genere ſtigmata ſint, & quomodo à congeneribus ſimilibusq; alijs uitijs quibuſdā differant. Numerant à Græcorū medicis inter alia cutis uitia leuce, utraq; uitiligo, alba ſcilicet & nigra, tum ſtigmata hæc: quę ab illis in hoc malorū genere & cenſu ultima recenſentur, ſola ſuarum macularū poſitura et aſpectu, ut nos credimus, ab illis diuerſa. Eſtq; illud primo ſciendum, στίζειν uerbum Græcis eſſe, quo illi pungere ſignificant: unde & στιγμὴν in ſermone punctū uocant, minimā notam, qua membra ſermonis in ſcribendo librarij diuidunt: eademq; ratione, quæcunq; continuū aliquid intercedentia anguſtis interuallis diuidūt, diſcernunt, & uariāt. Hacq; ratione in marmorū genere præſertimq; in Numidico, λευκόστικτον aliquod & ἐρυθρόστικτον, id eſt, candidis & rubris punctis diſtinctū & uariatū dicitur: nō ob aliam cauſam, q̄ ob uarietatē illam colorum, qui punctorū quantitate & forma rem uariant. Ex eo factū eſt, ut ſtigmata non tam puncta ipſa, q̄ punctis uariatam ſuperficiē Græci uocauerint. Et ex hoc genere intercutis uitia, ſtigmata in antiqua medicina dicta ſunt: non puncta, ſed maculis, punctorū quantitate & forma, decolorata hominis cutis. Differunt' que quod manifeſte ex antiquis ſcriptoribus & ex nomine ipſo colligitur, ſtigmata à leuce & utraq; uitiligine, q̄ in his ſiue candidæ ſiue nigræ maculæ ſint, maior quantitas & nulla certa forma eſt: In ſtigmatis autem, puncta tantū, & pūctis uariata ſuperficies. Quod magis nouiſſe oporteret, ex eodem' ne illis an alio humore & cauſa fiāt, non ſatis certū nobis eſt. Paulus Aegineta poſt uitiligines ſtatim de his egit, paulo q̄ minus continuata cōmentatione ſubiecit: ſtigmata autem curabis, &c. Cumq; nulla eorū diffinitione deſcriptione q̄ uſus eo loco fuerit, uidetur in eodem uitiliginū ordine & cenſu ea reliquiſſe. Inclinatq; in hanc partem animus, ob eam præcipue cauſam, q̄ cōmunibus ferè remedijs & hęc & illæ curant: legimus q̄ in antiquis Græcorum medicis Critonē antiquiſſimum medicinæ profeſſorē: cuius in epigrammate ſuo de Chione & Phlogide meminit Martialis dicens: Vlcus habet quod habere ſuam uult quiſq; puella: Quod ſanare Criton non quod hygia poteſt: Stigmata hæc curare hoc modo ſolitum: Iubebat confricatæ nitro prius cuti terebinthinā illini reſinā, lineamentisq; colligatā ſex diebus relinqui: ſeptima deinde ſolui, & acu pungi ſtigmata, & ſanguinē qui flueret ſpongia detergi: interiecto q̄ breui temporis ſpatio, toſto ſale confricari locum: tum imponi medicamentū quod haberet thus, calcem, mel, lixiuiamq;: nec niſi poſt quintā diem ſolui: eoq; tempore ſoluto medicamento, inueniri in eo μέλαν, id eſt, nigrum. Quæ omnia longius dicta à nobis ſunt, ut ex colore uitij, curationis q̄ modo, certius mali genus deprehendi à legentibus poſſit.

Eſchara. ἐσχάρα.

Stigmata. στίγματα.

Critō medicus.

Περὶ Ἀνεμώνης. Κεφ. τξέ.

Ἀνεμώνη οἱ μὲν ἀγρίαν. οἱ δὲ μέλαιναν καλοῦσι. καὶ ἀνεμώνη ἡ φοινικῆ. οἱ δὲ ἀνέμιον. οἱ δὲ μηκώνιον. οἱ δὲ τραγόκερω. οἱ δὲ γῆς παρίνη. οἱ δὲ βούβυλον. οἱ δὲ ἀθάνης βηρύλιον. ὁμοίως ὄρνιον καράνιον. πυδαγόρας ἀδδακτυλίς. προφήτης κυνικὸν ἀγρίαν. ξωμαῖοι ὄρκιτρύνικαμ. ἄφροι χούφφοις. Δαλματικὴ. ἡ μὲν ἀγρία. ἡ δὲ ἥμερον. καὶ τῆς ἡμέρου. ἡ μὲν λευκὰ φοινικὰ φέρει τὰ ἄνθη. ἡ δὲ ὑπόλευκα ἢ γαλακτίζοντα. ἡ ποσφυρᾶ. φύλλα δὲ κορίου εἰδῆ, λεπτοκαρδέστερα πρὸς τὴν γῆν. καυλία χνοώδη λεπτά. ὑπὲρ ὧν τὰ ἄνθη ὡς πρὸς μήκωνα, καὶ μέσα κεφάλια μέλανα. ἢ κυανίζοντα. ῥίζα κατὰ μέγεθος ἐλαίας ἢ μείζων. ὁμοίως γόνασι διειλημμένη. ἡ δὲ ἀγρία

De Anemone. Cap. CLXVII.

Anemonē ſunt qui agreſte, qui nigrū papauer, q à colore phœnicida, qui à uētō anemion, q meconion. i. papauerculū, q tragocerota, qui goſparimē, qui barbilē uocēt. Oſthanes beriliō. Pythagoras atractylida. Magi agreſtē cnicū. Aphri cuſſit. Romani orcitunicā dicūt. Duplex anemone eſt: ſylueſtris altera: cultis locis naſcēs altera. Rurſus quæ cultis locis prouenit, multiplex eſt. Puniceos habet alicis flores: albidos aliqua, & lacteſcentes: purpureos aliqua. Folia coriādri oēs habent, tenuiſſimis inciſuris diuiſa, ad terrā inclinata: coliculos lanuginoſos, tenues, in quoꝝ ſummo papauerꝝ flores, & in medio nigri aut cœrulei coloris capitula. Radix illis eſt oliuę magnitudine, aliqñ etiam maior, quibuſdam ueluti geniculis interſecta. Sylueſtris, locis

κατὰ πάντα μείζων τῆς ἡμέρου. ἡ πρὸς φύλλοις πλατυτέρα καὶ σκληροτέρα. τὴν τε κεφαλὴν ἐπιμήκεις ἔχει. ἄνθος φοινικοῦν. ῥιζία λεπτὰ πλείω. ἡ δὲ ὀσμὴν ἔχει φύλλα μέλανα ὁμοίως τέρα οὖσα. Δύναμιν δὲ ἔχουσι ὁμοίαν ἄμφω τραυ. ὅθεν ὁ χυλὸς τῆς ῥίζης αὐτῆς ἐνιεὶς ἐγχυθεὶς, πρὸς κεφαλῆς κάθαρσιν ἁρμόζει. μασηθεῖσα δὲ ἡ ῥίζα, φλέγμα ἄγει. ἐψηθεῖσα δὲ ἐν γλυκεῖ καταπλασομένη, ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς ἰᾶται. καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς οὐλὰς καὶ ἀμβλυωπίας ἀποκαθαίρει. ἀνακαθαίρει δὲ καὶ τὰ ὑπαρχόντα ἕλκη. τὰ δὲ φύλλα καὶ ὁι καυλοὶ σωθέντα ἐσθίονται ὠμὰ, γάλα καὶ σάρκα πρόσθετον ἐμμηνα ἄγει. καὶ ἀποπλανᾷ δὲ λέπρας ἀφίστησιν. ἔνιοι δὲ μὴ ὁμοίως ἀνεμώνης, τὴν λεγομένην ἀγρεμώνην καὶ τὴν ῥοιάδα μήκωνα πρὸς ἣν ὁμόχροων φοινικοῦν μὲν πάρεχον, πλανῶντι τὴν ἀγρεμώνην εὐπατώριον ἐνομάζοντες. πλὴν ἡ ῥοιάδος. ὀψιαίτερον δὲ ἄνθει ἡ ἀγρεμώνη ἀνθοῦσι μὲν ἡ μὲν ἀγρεμώνη ὀπὲρ ἀνέμους κροκίζον καὶ ὁμοίως πρὸς τὸ γεῦσιν ἰσχυρῶς. ἡ δὲ ῥοιὰς λευκότερον καὶ ὁμαλέστερον. ἀμφότερα δὲ μελάξυλα κεφάλια μήκωνι ἀγρίᾳ παραπλήσια ἔχουσιν. πλὴν τὸ μὲν τῆς ἀνεμώνης ἀνωθεν ὑπόπαχυ. τὸ δὲ ῥοιάδος ὑπόστεφες. αἱ δὲ ἀνεμῶναι οὔτε ὀπὸν ἀνιᾶσιν, οὔτε κωφίαν ἔχουσιν. ἀλλ' ὀλίγον ἀποκαίει τε καὶ πλέον ἐκεῖναι φύουσι).

locis cultis nascente, in cunctis maior, latioribus durioribusq; foliis. Capitulum habet oblõgius: florẽ puniceũ: radices tenues & numerosiores. Est & in hoc genere quæ nigris foliis sit, & maiore acrimonia. Habet utraq; acrimoniã: ideoq; radicis earum succus naribꝰ instillatus, ad capitis purgationes facit. Pituitam trahit commãducata earum radix. Decocta in passo eadem oculorum inflãmationibus illita, medetur. Quinetiã hebetes oculos, eorũq; cicatrices exterit, & sordida repurgat ulcera. Cum ptisana cocti earum caules & folia, lactis abundantiã in cibo faciũt. Fœminis appositi, menses trahũt: lepras illiti pellunt. Nescientes autem aliqui à syluestri anemone argemonen & papauer quod rhœada dicũt, de quo mox inter papauera dicetur, separare: ob florum in ambobus eundem puniceum colorem, argemonẽ falsò eupatorium appellant. Alioquin facile discernuntur: argemones enim rhœadisq; papaueris, minus profunde splendet puniceus color: serius utraq; etiam floret. Argemone præterea luteo croci colore liquorẽ, et in gustu acerrimum ex se mittit: Papauer rhœas candidius et acre est. Habet utraq; in medio capitulum agresti papaueri simile: uerũ argemone, in superiore parte crassum: papauer rhœas, angustius: Anemonæ contra neq; liquorem ex se mittunt, nec uasculum papaueris modo habent: sed ueluti asparagi cacumen. In aruis præterea plerunque illæ nascuntur.

INTERPRES.

VAgum cõmuneq; plantis aliquot, etsi congeneres omninò non sint, earq; floribus fuisse quondã anemones nomen testes & indicio sunt Theophrastus, Plinius, hic ipse & bucolicorꝰ insignis poëta Theocritus, modo eius legitimũ poëma sit quod passim legitur, Adonidis epitaphium carmen: Nominisq; inconstantiam & cõmunem hanc, papaueracei præcipue in cunctis his, floris figura fecisse nobis uidetur. Neq; enim satis constat, tam multi' ne diuersis tẽporibus prodeũtes flores, anemonæ omnes dicti quondã fuerint: quòd non nisi spirante uento dehiscerent, & in folia se explicarent: quod manifeste patefactum illi nomen indicat, & Plinius libro xxi. capite xxiii. his uerbis testatur: Flos nunq; se aperit, nisi uẽto spirante, unde & nomẽ accepit. Potuit quidẽ in proferendis floribus eadem omniũ infirmitas esse: uerũtamen quod obseruasse uolentibus difficile non erit, cur anemone omnes dicerẽtur, cõmunis omnibus tota floris figura maxime fecit, pauciora, tria scilicet, & ad summum quinq; in floribus folia: grandia eadẽ, infirma, & quauis iniuria decidua: quodq; non minus obseruandũ fuerit, in cunctaq; mediis floribus inter folia surgens apex, cacumen, capitulũue, aut papaueraceũ uasculũ: quę notæ papaueracei floris omnes sunt. De coloribus nõ agimus, quoniã nullibi magis lusisse uidetur natura: & in anemonis his tã uarij & inconstantes sunt, ut nihil quod certũ & exactũ sit, doceri possit. Tamq; late quondã patuit anemonarꝰ nomẽ, ut q̃d posteriores rubrũ papauer dicũt, in triticea & hordeacea segete Maio mẽse puniceo colore florẽs, de q̃ nũc agitur anemonẽ ueteres etiã dixerint: etsi cõtrà credi posse multa indicio sint. Verꝰ quod à principio dictũ à nobis est, uagũ cõmuneq; multis & plãtis & floribus anemones fuisse quondã nomẽ nunc ostẽdamus. In quo nouisse illud primũ oportet, bifariã ab antiquioribus diuisum totũ hoc genus fuisse, in coronarias scilicet & medicas anemonas. Indicatq; id Theophrastus libro de plantarũ historia sexto, nõ procul à fine, quo loco longius de coronarijs floribus & herbis agẽs, ait: Ex floribus aũt prima prodit uiola, ubi mitior aër fuerit, ab hyeme statim: ubi aũt asperior, postea: alicubi etiã uere ipso: mox statim subiecit: Eæ enim quibus ad coronas utũtur, longo interuallo cæteros flores præueniunt: post hæc floret narcissus & agrestis bulbus. Texũt eñ & hunc in coronas aliqui. Post hos floret œnanthe, nigra uiola, & ex syluestribus helichrysus, et anemona quę lemonia, i. pratẽsis uocat: genꝰq; anemões coronariũ unũ hoc facit in pratis nascẽs, syluestris gñis. Id ipsum Plinius xxi. uolumine xi. cap. ostẽdit, dicẽs: Deinde alterũ genus anemones q̃ lemõia uocat.

Nec mul-

Nec multo post eiusdem libri capite xvi. inter aculeatas sed mitiores, syluestrem hāc aut aliam anemonem numerat: eam describēs, ut credimus, quæ in Adonidis epitaphio à poëta ex lachrymis Veneris Adonidem lamentantis prodijsse ficta est. Versiculi in eo sunt: λάκρυον ἃ παφίη πάσαν χέε, ἕσσατο δ' Ἄδωνις αἷμα χέων· τὰ δὲ πάντα ῥεῖ χθονὶ γίνεται ἄνθος, ἄκμα ῥόδου πίπτει. τὰ δὲ λάκρυα τὰν ἀνεμώναν, syluestrem & aculeatā describens. Siquidē in syluis quoque nascitur, & inter uepres gesta hæc poëtæ & alij finxerūt, ut in rosis dictū à nobis etiā longius est. Idem præterea xxvii. uolumine cap. xii. de othōna agens, anemonē à quibusdā uocari ait, qm̄ flore croci floret: cuius etiā grandia, rara, & decidua folia sunt. Quæ oīa nō longe ab hoc loco ex hoc ipso scriptore in othōna accepta sunt. Siquidē hic etiā ait: ἄνθος δὲ φέρει κρόκινον. πλατύφυλλον. ὄφιν ἔλοξαν ἀνεμώνης ἀπὸ πνεῖν εἶδός ἐστιν, qd est: Croci folium habet latum: ex quo crediderunt aliqui anemones genus & hanc esse: manifesta significatione ex foliorū latitudine in floribus, anemonē præcipue signari. Certissima postremo diuisione anemonarū omniū Plinius usus est eodē libro, sed capite uigesimotertio dicens: Anemonas coronarias tantum diximus, nunc reddemus & medicas: coronarias intelligens limoniā illam, & aculeatam de quibus ante egerat: medicas uero eas, de quibus hoc capite Dioscoridis agitur, à quo accepta omnia Latinis reddidit Plinius: poterūt ig uolentes quod dicimus, collatis duorū scriptorum historijs facile deprehendere. Dicendum nunc breuiter, quibus indicijs non esse anemonē, quod nunc rubrum papauer uocant, ratiocinari aliquis possit. Quorum illud primū est, non facile in syluis inueniri, si rubrū papauer anemone sit, alterū eius genus, quod à cunctis syluestre appellatur. Nascitur enim rubrū papauer cultis, et non cultis locis semper. In syluis uidisse me nunquam aut grarissime memini: & nihilominus si syluestre dicendū erat, oportuit multū & frequēs in syluis inueniri. Præterea satiuæ tria genera ex coloris diuersitate à cunctis fiunt: puniceū, purpureū, & lacteū: cui non nisi puniceū & lacteū in rubri papaueris genere inueniātur. Purpureū enim qui uiderit, nescio. Accedit his, q rubrū papauer maturis tritici & hordei segetibus floret. Theophrastus autē limoniā illam anemonē appetente uere ab hyeme statim florere dixit: Plinius alterā illam aculeatā esse: quæ nota in rubro papauere non inuenitur. Hic etiā cum in extremo capitis calce docet, quomodo anemone ab argemone & erraticō papauere discernatur, inter cætera ait anemonas non κωλίαν, id est, papaueris modo uasculū, sed aspargi cacumen habere: quod in rubro papauere sensus falsum ostēdit, in quo κωλίας, id est, papaueracei uasculi exacta forma est. Quod & Plinius testatur libro xxi. capite xxiii. Præter hæc oīa animaduertisse illud etiā ad hāc rem inutile non fuerit, in historia erratici papaueris, quā libro iiii. hic docet, ῥοιάδα quasi fluidā nominari, dicere Dioscoridē quia citissime folia amittat: prouenire in aruis uere inter hordea per eius frugis messem: folia origani aut erucæ habere: lōgiora tamē & aspera, caulē iunceū, cubitalē, flore puniceo & aliquando cādido, syluestri anemonæ simili, capitulo oblōgo, &c. Quæ oēs rubri papaueris notæ sunt: præsertim q puniceus uel cādidus ille floris color: qui nulli alij papaueri cōpetūt: si quidē omne papauer tam satiuū q erraticum, florē fert colore in albo purpureo: Non tamē quod ad erraticū papauer pertinet hoc loco decernimus: sed quæ dubitādi causam nobis attulerint, simul colligimus: quibus poterāt & alia adijci, ut ostenderemus latius q̄ ad rubrū papauer patere anemonarū nomē. Inclinatq animus nobis, plura uno hoc nomine florum & herbarū genera significari, quorū præcipueq in folijs eadē aut similis figura & fortuna sit. Quales autē illæ & quibus appellādæ nominibus sint, pro cōperto nobis penitus non est. Possemus quidē quæ obseruata hactenus fuerint dicere: sed nō satis certa re breuitati cōsulimus. Illud sine periculo affirmare ausim, si rubrū papauer anemone aliqua sit, erraticū illud, de quo iiii. uolumine agitur, in colore floris fallō describi, ut tūc copiosius dicetur. Anemonē itaq hāc ob similitudinē agreste nigrumq papauer uocari monuit Dioscorides. Licetq adiectiua illa tantū in cūctis ferè legerent, nos tamē ex melioribus codicū lectione papauer adiecimus. Quā deinde uocē hic posuit κρὸς ἀνεμώνην φοινικῆ, nō sic legēdā esse, sed simpliciter φοινικίδα, antiqua Græcorū lexica indicant: in quibus legere licet, φοινικίδα ἤγουν ἀνεμώνην. Solo enim colore floris aliquando indicata est, & nostra gēs & ætas nūc etiā sic nominat. ἀνήμι & hæc ipsa eadē ratione dicta est, qua anemone dicitur, à uēto scilicet, quoniā eo spirāte tantū aperiat: Habet & μηκώνιον, id est, papauerculū eandē quā superiores illę rationē, ab eadē scilicet papaueris similitudine & forma quā præferūt. Orcitunicā hic etiā anemonē à Romanis uocari ait, sed nulla appellationis eius inuēta hactenus causa à nobis est. Cōfīcere tamē possumus, Diti patri, quē ueteres poëtę Orcū dicebāt, in tēplis theatris ue aut pōpa, ex eius floris colore tunicā propriā fuisse. Nō tacebim illud etiā dicere, Seruiū grāmaticū in poëtę nostri Bucolicis carmē illud enarrantem: Puniceis humilis quantū saliūca rosetis, Orci tunicā uulgo dici, quā Maro saliuncā eo loco appellat.

περὶ Ἀργεμώνης. κεφ. τξθ'.

Ἀργεμώνη. Οἱ δὲ οἰνώνη. οἱ δὲ, ἀνδεμίς. οἱ δὲ, ὁμόνοια. οἱ δὲ, ἄνθος ωιδινόμ. ῥωμαῖοι λοβοργία. οἱ δὲ κογκορδιάλις. οἱ δὲ πρηγαλία. γάλλοι κόρνα. ὅλον μὲν ὅτι ὅμοιον ἀγρίᾳ μήκωνι. τὸ δὲ φύλλον ἀνεμώνῃ ἔχει ὅμοιον. ἐχινωμένον. ἄνθος φοινικοῦν. κεφαλὴν δὲ ἐοικυῖαν μήκωνι ῥοιάδι, ἐπιμηκεστέρους δὲ καὶ πλατεῖαν κατὰ τὰ ἄνωθεν μέρη. ῥίζαν στρογγύλην. ὀπὸν δὲ ἀνίσοις κροκίζοντα. δρᾶ μάλιστα. καθαίρει δὲ ἄργεμα καὶ νεφέ-

De Argemone. Cap. CLXVIII.

Argemonē Lsunt qui œnonē, qui anthemida, qui homonœā, id est, cōcordiā, qui cāpestrem florē, qui concordialem, qui pergalion uocent. Romani Liburnicā herbam appellāt. Agresti papaueri similis argemone est. Folia anemones habet, incisuris diuisa: florē in caule puniceū: Capitulū erratici papaueris q̄d rhœada uocāt: oblōgius tamē, & in superiore sui parte latius. Radicem rotundam, quæ diluti aqua croci colore liquorem ex se remittit, ui sua acrem. Purgant oculorum albugines & nubeculas ar-

λία. Ⓒ φλεγμονὰς πῦκνοῖ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα. ⊥ Κράτευας ὁ ῥιζοτομικὸς εἰς τὸ αὐτό. ἀργεμώνη. ἄυτη ἡ βοτάνη κοπεῖσα μετὰ ὄξους Ἰου, χοιράδας ὀναλύει. πρὸς ἀλφοὺς μετὰ νίτρου ἢ θείου ἀπύρου ξηρὰ κοπεῖσα Ⓒ σφόδρα. ἢν βαλανείῳ τοὺς χρωμένους θεραπεύῃ προεκτριβομένους. πρὸς Ⓒ πρὸς φῶρας. ⊥

las argemones folia: leniunt eadem inflammatiõnes emplastri modo impoſita. ⊥ De Argemone hac herbarius Crateias hæc etiam tradidit: tuſam cum axungia ſtrumas diſcutere: ſiccatam'que tuſam & cribratam cum nitro, uiuoq; ſulphure, nigris uitiliginibus prodeſſe: in quem uſum ſiccã in balneo ſine humore confricari oportet. Facit eadem ad ſcabiem etiam. ⊥

INTERPRES.

FVit & adhuc eſt magnæ litis, cũ eupatorio argemone duo ſimul diuerſa genera miſcentibus cunctis: Nec ſatis adhuc cõſtat, nominis'ne an rei cõtrouerſia hæc ſit. Si quã noſtræ ætatis in Hetruria medici argemonẽ circũferunt, contẽpletur aliquis, nihil cum uera eupatorio deſcripta q; hoc loco argemone cõmune uidebitur habere. Si quam iuniores ſcriptores tradiderunt, & nos in antiquiſſimis eor; cõmentarijs pictam uidimus, eupatoriũ mutato nomine argemonẽ appellaſſe merito credenẽ. Eupatorij enim à Dioſcoride traditas in quarto uolumine notas omnes, in hiſtoria & pictura illi aſſignãt: Nec eſt q; demiret aliquis, nos picturar; fide ad hãc rem utentes. Calami enim & penicilli eadẽ penè ratio & uſus eſt: nec alter altero minus incertius'ue noſtri animi ſenſus alijs oſtendit. Veriſimile q; eſt, relictas ab illis medicæ materię picturas, ex his quæ tunc in communi æſtimatione erant, fuiſſe. Quod totum non ſine cauſa à nobis dicitur. Vidimus enim & nunc in manibus habemus ſexcentor; annor; Latinũ Dioſcoridem, regium (ut tunc tẽpora erant) opus: in quo diligentiſſima pictura omnes eupatorij notę argemonæ huic adiectæ fuerunt: quæ ex hiſtoria huius ſcriptoris tribuendæ argemonæ non erant, quam agreſti papaueri ſimilẽ dicit, folio anemones inciſuris diuiſo: flore in caule puniceo, & in flore erratici papaueris capitulo: quor; nihil in eupatorio uideẽ. Miſcuit hæc & ignorari fecit ſimilitudo: quod q; hic ſuperiore capite in anemone ait, neſcientes ſylueſtrẽ anemonem ab argemone hoc ob ſimilitudinẽ diſcernere, imperiti herbarij ſylueſtrẽ anemonẽ & argemonem hanc unam eãdem q; crediderunt, & eſſe tradiderunt. Et ne ocioſum in incognita re uacaret, argemones nomen ad eupatorium tranſtulerunt, argemonẽ q; ſui generis alioquin herbã, eupatorium falſò appellauerunt. De eupatorio copioſius ſuo loco agetur. In argemone hac aũt ſatis illud nouiſſe ſit, ſui generis eſſe herbam, ſylueſtri anemonæ adeò ſimilem, ut diſcerni nequeat: appellatam q; à ueteribus argemonẽ, q; oculor; & lucis uitio, quod Græci argema uocant, illita medeatur. Plinius plures maiores q; q̃ hic & alias fit ut ſuſpicemur, potuiſſe eum ſcriptorem argemones nomine etiam pro eupatorio uti. Nõ tamen hoc cõſtituimus: in eupatorio enim certius tota hæc agetur res.

⊥ περὶ ἑτέρας Ἀργεμώνης. κεφ.

ΑΡγεμώνη ἑτέρα. οἱ ἀργεμώνη. οἱ δὲ, ἀργεμόνιον. οἱ δὲ, σαρκοκόλλα. ξωμαῖοι ἀργεμόνιαμ. Ⓒ ἄυτη πρὸς ἀκεΜ ἀγρίαμ μήκωνι τοῖς φύλλοις. Δύναμιν ἔχει ἄυτη χλωρὰ ξηρομένη λεῖα ἢ ὠὼ ἀθεμμένη, διακοπὰς θεραπεύει. ἢ ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς παύει. ἀρμόζει καὶ δυσεντερικοῖς σὺν ὕδατι πινομένη. κοιλιακὴ δ' ἐστὶ καὶ θαυμάτων ἢ φλεγμονῆς δεῖται ἐὰν θερμὸν, ὁσαύτως ἐπιτιθεμένη, ὠασμάτων ἢ τιλμάτων δεῖ θεραπευτικὴ. ἀρμόζει καὶ ὑγιοδιακρίσεως σὺν οἴνῳ πινομένη. ⊥

⊥ De Altera Argemone. Cap. CLXIX.

ARgemonem alterã ſunt qui artemonẽ, qui arſelam, qui quòd carnes glutinet, ſarcocollã uocẽt. Romani argemoniã dicunt. Agreſtis papaueris & hęc folia habet. Natura illi & uis eſt, ſi uiridis conciſa infricet, præciſiones ſanare. Oculor; inflãmatiões eadem ſedat. Contra inteſtinor; tormina bibit cum aqua utiliter: uulnera glutinat: inflãmationibus utilis eſt, ſedat q; eas: impoſita conuulſis & abſciſſis medetur. Bibitur & contra uenenator; morſus præſenti utilitate cũ uino. ⊥

INTERPRES.

TRia argemones genera Plinius ſua ętate cognoſci & numerari à Romanis tradidit: probari tamẽ unũ tantũ, & id cuius radix thus olet. Antiquiores Græci Galenus ſcilicet, & Paulus Aegineta, unam tantũ Argemonẽ nouerunt. Hic primam & alterã deſcripſit: & medicinæ utilẽ tradidit. Dicimus aũt in hoc duo eius genera legi, ut in impreſſis & qui circunferuntur Græcis codicibus inueniuntur. Nam in uetuſtiſſimis nullũ eſt alterius argemones hoc caput. Nec quẽ nos habemus uetuſtiſſimũ latinũ Dioſcoridẽ, alterã hanc argemonẽ oſtendit. Obſeruauimus q; nos in multis pares uetuſtate Græcũ & Latinum Dioſcoridem, quem tam ſępe citamus, fide pares etiam eſſe: nihil q; aut in altero inueniri, aut deeſſe quod nõ in altero pariter inueniatur & deſit. Quam legitimum itaq; ſcriptoris huius caput hoc ſit, uiderint peritiores. Nobis inclinat animus, ut credamus adulterinũ ſuppoſititium q; eſſe. Vtimur q; ad hanc ſuſpicionẽ non tantũ quas paulo ante diximus rationibus, q̃ q; pleraq; ſunt in eo alienę huic ſcriptori elocutionis indicia. Dubitamus præterea, deeſſe huic capiti aliquid, quo loco ſcilicet, ſanare præciſiones argemone hæc legitur: deſideratur enim, cuius partis præciſiones: Nobis inclinat animus, neruor; intelligi oportere: quoniã hic & alij Græcorum medici διακοπὰς, quæ uox huic ſcriptori eo loco eſt, in neruis priuatim plerunq; appellant. Plinius præfectiões eas dixit undecimo uolumine capite XXXVII. Eius uerba ſunt: Mirumq; uulneratis neruis ſummus dolor: præfectis, nullus.

περὶ Ἀναγαλλίδος. Κεφ. τξγ.

Ἀναγαλλὶς ἡ φοινική. οἱ δέ, ἀδρίλις. οἱ δέ, αὐγῖτις. οἱ δέ, σαυρῖτις. προσφέρεται αἷμα ὀφθαλμῶν. οἱ δέ, χελιδόνιον. ξωμαῖοι μακία. θῶσκοι μασυτίπως. γάλλοι σαπάνα. δακοὶ κηκαφεών. ἀναγαλλὶς ἡ κοινή. οἱ δὲ κόρχορον. οἱ δὲ ἁλικάκαβον. οἱ δὲ ζηλίαυρον. προσφέρεται νυκτρίλωπι. αἰγύπτιοι μικκιέι. ξωμαῖοι. μεκίαρ. ἄφροι ἀσίρριοι. ⌊ Ἡ δὲ ἀναγαλλίδος διπλοῦν εἶδος ὄζει, διαφέρον ἄνθει ἢ μὴ ἡ κυάνεον ἔχουσα τὸ ἄνθος, θήλεα λέγεται. ἡ δὲ τὸ φοινικοῦν, ἄῤῥιζον. βαμνία δέ ἐστι κεχυμένα ἐπὶ γῆς. φύλλα ἔχοντα ἐπὶ τετραγώνων καυλίων μικρά. ὑπερύθρους πρὸς τὰ ἐλξίνης. καρπὸν περιφερῆ. εἰσὶ δὲ ἀμφότεραι πραϋβλωκαί. ἀφλέγμαντοι. σκολόπων ἐνιαυσικαί. νομῶν ἐφεκλωκαί. ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆς ἀναγλυζόμενος, ἀπορρεγματίζει κεφαλήν. μήκιστον ἐγχεόμενος, ὀδόντων πόνου παύει. ἐὰν εἰς τὰ ἀνέκειμενον μυξωτῆρα τῷ ἁλὸς ὑγρὸν ἐμβληθῇ. καθαίρει μὴ ἄγρεμα μετὰ μέλιτος ἀπίκτ. μὴ ἀμβλυωπίας βοηθεῖ. ὠφελεῖ μὴ ἐχιοδήκτους μετ' οἴνου πινόμενος. μὴ νεφρικούς, μὴ ἡπατικούς. φασὶ δέ τινες τὴν μὲν ἔχουσαν κυάνεον ἄνθος, προσπώσεις δακτυλίων σέλλειν. τὴν δὲ τὸ φοινικοῦν ἐξεθίζειν καὶ ἀπλάθεσαν.

De Anagallide. Cap. CLXX.

ANagallida ⌊ sunt q̃ ex altero eius colore puniceam, qui aëritim, qui augitim, qui sauritim, q̃ hirũdinariã, qui corchorũ: qui halicacabum: qui zeliaurũ appellẽt. Thusci masytipos: Galli sapana: Daci ceceraphum: Magi nycterida, & sanguinem oculi: Aegyptii merie: Aphri afirison. Romani pariter Grẽcis anagallida dicũt. ⌋ Duplex diuersõ floris colore anagallidis genº est. Habet eñ altera cœruleos, q̃ fœmina est: altera quæ mascula, puniceos flores. Breues sunt anagallidis frutices, in terra iacẽtes: foliis in quadrãgulo caule paruis, & modice rotũdis, helxines figura. Semẽ habẽt circinatũ. Leniẽdi uis utriq; est. Inflãmatiões arcent. Surculos extrahũt: Cohibent quę pascẽdo serpunt. Gargarissatus eaꝝ succus, capitis pituitas per os purgat. Purgat & naribus instillatus. Idẽ dẽtiũ dolores finit à cõtraria nare instillatus. Purgat cũ melle Attico oculoꝝ albugines. Prodest hebetibus itidẽ oculis. Bibit utiliter etiã cõtra uiperaꝝ morsus cũ uino. Succurrit & renũ cũ urinæ malo aliquo doloribus, iocinorosis, & cutem subeuntibus aquis. Ferunt anagallidem cui cœruleus flos est, procidẽtem sedem compescere: cui uero puniceus, proritare.

INTERPRES.

NOuerunt non tantũ in hortis & aquosis nascẽtem anagallidẽ ut Plinius ait, sed post messem in aruis etiam florentem in Hetruria pueri innuptæq; puellæ, matres atq; uiri, ut Maro cecinit: maxime uero omnium, quæ asperiorem & decolorẽ à natura cutem acceperũt mulieres, ad lẽuorẽ nitoremq; multis succo eius inter nos utentes. Nec quicq̃ huic scriptori certius respõdet: duplex in flore color: quadrãguli caules, ñdemq; per terrã sparsi: & parua, nec toto ambitu rotunda folia. Calcatur ubiq; in aruis: nihilq; despectius nunc anagallide est: cum tamen in antiqua medicina multus fuerit eius usus: numeraritq; eam °Paulus Aegineta inter ea, quibus caput purgat: iusserit q; succũ eius naribus in eum usum infundi. Obquã causam non demirabitur aliquis, in humili & neglecta nũc ab omnibus herba, tam multas appellationes: Plerunq; enim fit, ut ubi maior fortunę & uirtutis gloria splendet, illic etiã numerosius nominũ ambitus auditur. Plinius ex tam multis quæ nunc in scriptore hoc numerantur, unũ tantum retulit, anagallida dicẽs aliquos corchoron uocare: quæ uox antiquissimis Græcis ad maledictũ trãslata est contra eos, qui in humili & indigna fortuna maiores ea honores sibi quærerent. Frequensq; in Græcis dicterium est, κόρχορος ἐγένου, κόρχορον. χάνοις, quod est, Corchorus inter olera: quoniã hæc necessarium, gratũ & utilem usum habent: ille uero mirescet se quidem in horto oleribus, sed ob humilitatem suam sine gratia aut maioris utilitatis spe. Theophrastus tamen libro VIII. de plantaꝝ historia, in prouerbiũ & maledictum trãsisse ob amaritudinẽ testatus est. Corchorus Verba eius sunt: καὶ ἕτερα δὲ πλείω ζύτων, ἐν οἷς καὶ παροιμιαζόμενός ἐστι λιὰ πικρότητα κόρχορος. τὸ φύλλον ἔχων ὁμοιοτάτως &c. Quod est: & præter hæc plura alia, inter quę & corchorus est, ob amaritudinem in prouerbium translatus, folio ocimi figura. Quod si hac ratione intelligendum id erit, prouerbium contra eos dicetur, qui paratam homini uoluptatem & suauiorem rei alicuius usum, tristi & amaro aliquo turbabunt. Fuerunt deinde qui colorem floris anagallidi adñcientes puniceam, & qui aëritim id est aeriam à ceruleo colore nominarent, genera eius potius distinguentes, quàm nouis appellationibus indicantes. Quemadmodum & augitim à fulgore coloris & luce aëris, quam Græci αὐγὴν uocant, alij pariter indicauerunt. A lacertis deinde notissimo insecto, quas Græci σαύρας dicunt, sauritis appellata anagallis fuisse credi potest: quoniam succo eius uiperarum morsibus antiquitas mederetur: quæ lacertis quadantenus similes sunt: uel, quod frequens hoc insectum in aruis inter anagallides inueniatur. Accedit q; sententiæ huic testis Nicander in Theriacis suis, σαύρην herbam appellans contra uenenata utilem. Quam ob causam mutata tantum nominis forma, hic sauritim ab aliquibus appellari dixit. Non tamen ex Nicandro colligi & pro compertò haberi potest, σαύρην ne ille anagallidem, an aliam in olerum genere herbam sic uocet. Nos quę ad hanc rem coniectura magis quàm ratione, aut aliorum autoritate usi sumus. Fecit præterea similitudo, ut hirundinaria & halicacabus alterius generis herbæ sola appellatiõe in anagallidum censum & nomenclaturam uenerint. Et hæc pro tam multis anagallidum nominibus dicta satis sint, Cætera enim incogni-

ta

ta nobis, alijs docēda relinquuntur. Restituimus huic capiti etiam, quod in eo perierat, mederi scilicet, anagallides præterq; iocinorosis, cutem subeuntibus aquis: Id enim in excribendo relictum à librarijs fuerat: Nec nisi in antiquissimis Græcis & Latinis seruabatur.

περὶ κισσοῦ. κεφ. τξά.

Κισσὸς. οἱ δὲ, κίθαρον. οἱ δὲ, κίσσαρον. οἱ δὲ χρυσόκαρπος. οἱ δὲ πρινώδη. οἱ δὲ, κορυμβώδη. οἱ δὲ, κίσσιον. οἱ δὲ διονύσιον. οἱ δὲ, ἰθυθήριον. οἱ δὲ, πέρσης. οἱ δὲ, κῆμος. οἱ δὲ, ἄσπληνος. ῥωμαῖοι σίλβα μάτερ. οἱ δὲ ἕλικα. γάλλοι σισίτης. ἔχει διαφορὰς τὰς κατ' εἶδος, τὰς δὲ χρωματικωτάτας τρεῖς. λευκὴ μὲν ὁ μάλιστα λευκός. μέλας. ὁ δὲ ἕλιξ. ὁ μὲν οὖν λευκὸς, φύσει ἐστὶ κατάκαρπος λευκόκαρπον. ὁ δὲ μέλας, μέλαινα ἢ κεροκίζουσα. ὅθεν καὶ ἰδιώτατα διονύσιον καλεῖται. ὁ δὲ ἕλιξ ἄκαρπός πως ἐστί. καὶ λευκὰ μὲν ἔχει τὰ κλήματα. τὰ φύλλα λεπτὰ καὶ ῥωσυπικός. τὸν σπόρον δοῦναι ἀπτικόν. πρὸς δὲ αὐτὰ τὰ μὲν ἄνθη πρὸς ξηρὰ δακτύλοις ληφθέντα καὶ πρὸς ὄνυξι τρίβοντα ὠφελεῖ. τὰ δὲ καὶ ἡμέρας δεῖ πίνειν. καὶ πρὸς πυρίασις δὲ ἀσμόζεσθαι κηρωτῇ λεανθέντα. τὰ δὲ ἀπαλὰ τῶν φύλλων σὺν ὄξει ἐφόμενα, ἢ ὠμὰ σὺν ἁλφιτομάζᾳ, ἢ λίτρῳ. ἐνεγχυεῖται ὁ χυλὸς τῶν φύλλων, καὶ ἅμα κορύμβων, σὺν ἰρινεώ μύρῳ. ἢ μέλιτι, ἢ νίτρῳ. πρὸς τὰ χρόνια δὲ κεφαλῆς ἀλγήματα ἀσμόζει σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ. ὠταλγίαις δὲ καὶ ὠσὶ ἐπιβρέχεται σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ. ὠταλγίας ἢ καὶ πυορροούσας ὧτα σὺν ἐλαίῳ ἰᾶται. ἢ ἢ μέλανος κισσοῦ ὁ χυλὸς καὶ οἱ κόρυμβοι πρὸς ἕλκη, ἀτρωσίαν ποιοῦσι. καὶ τραύασουσι πολὺ διάφορα κορύμβων δραχμαὶ θέντες. λεῖα δὲ σφαιρία πέντε δίδου καὶ ὠσὶ ἐγχυθέντα εἰς τὸ ἀνῳκειμένον οὖς ἐπὶ ὀδοντάλγιας, τὸ ἄλγημα πραΰνει. μελαίνουσι δὲ καὶ τὰς τρίχας οἱ κόρυμβοι. καταπλάσεις δὲ τὰ φύλλα πρὸς πᾶν ἕλκος ἕψαντα σὺν οἴνῳ καὶ καταπλασόμενα, καταναύματα, κακοήθη, καὶ ἐφίλιδας θεραπεύει ὑπερθέντες οἱ κόρυμβοι λεῖοι. καὶ πρὸ ἕντες δὲ μετὰ πολὺ κάθαρσιν < πλῆθος, ἀτόκιον δίδει. καὶ ὁ μόσχος δὲ τῶν φύλλων μέλιτι δίδωσι καὶ προσεθεὶς τὴν μίτραν, ἐμμηνα ἄγει καὶ ἐμβρυα. ὁ δὲ χυλὸς ὠσὶ χόμενος τὰς ὠδὰς διδοὺς, δυσωδίας καὶ σκωλήκας ἐκκαθαίρει L καὶ ἰᾶται. ⌋ τὸ δὲ δάκρυον αὐτοῦ φιλοῖ τρίχας. καὶ κτείνει φθεῖρας ἐπαλειφόμενον. ὁ δὲ τῶν ὠτῶν χυλὸς σὺν μόξει πρὸς ἀκρίας βοηθεῖ.

De Hedera. Cap. CLXXI.

CIsson L sunt qui cittaron, qui cissaron, q ab aureis corymbis, chrysocarpon: qui & poëtæ ea coronantur, poëticam frondem: qui à corymborum figura, corymbiam: qui cission: qui à Baccho, Dionysion, id est, bacchicam: qui erithranum: qui à gente, Persidē: q cemon: qui asplenon appellent. Galli suibiten. Romani hederam dicunt. ⌋ Plures habet hedera si singulæ numerentur species, differentias: genere uero præcipuas tantū tres. Candida enim quędam, & nigra quædam est. Tertia priuatim helix quasi clauicula appellatur. Candidum fert fructū candida: nigrum crocatum ue, nigra: quam uulgus bacchicam uocat. Sterilis helix est, tenuibus uiticulis, breuibus, angulosisq; & concinnioribus foliis. Natura omnium in medicina acris est. Adstringunt: neruis nocent. Flores cuiuscunq; generis trium digitorum carptu, intestinorum tormina bis per diem cum uino poti, emendant. Quin etiam cera excepti utiliter ambustis illinuntur. Medentur lieni tenera folia in uino decocta: aut cruda cum pane coacta. Infunditur naribus folio rum corymborumq; succus, additis irino L unguento. ⌋ melle & nitro: facitq; ad antiquos capitis dolores. Inspergitur & in eundem usum cum aceto & rosaceo. Infunditur præterea purulentis auribus, & in earum dolore cum oleo. Faciunt nigræ hederæ poti succus & corymbi corporis languorem: turbantq; mentem largius sumpti. Leniunt dentium dolores acini quinq; ex corymbo hederæ decerpti, cum rosaceo in malicorio calefacti & in contrariam aurem instillati. Denigrant illiti capillum hederæ corymbi. Omnium generum ulceribus & quæ cacoëthe etiam, id est, dolosa uocant: ambustisq; in uino decocta folia medentur. Emēdant itidem illita discolorem & ceu sole adustam cutem, ut præmonstratum est, decocta. Cient menses triti & appositi hederæ corymbi. Iidem drachmæ pondere à purgatione fœminis poti, sterilitatem faciūt. Quinetiam foliorum pediculi madentes melle fœminarum naturalibus subditi, mēses & fœtus ex utero trahunt. Tædia narium, graueolentiam, & quæ in naribus exeduntur, purgat L & sanat ⌋ hederæ succus. Depilat hederæ lachryma, pediculosq; inuncta necat. Phalangiorum morsibus succurrit potus cum aceto hederæ succus.

INTERPRES.

NVmerantur à Plinio uiginti hederæ genera, foliis, corymbis, uiticulis, altitudine, humilitate q̃ & usu diuersa, omnia à Theophrasto diuersis locis accepta: Copiosiorq; ille generũ numerus quẽ in ore omnium fuisse quondã uerisimile est, occasionẽ ut nos credimus scriptorẽ hũc excribentibus attulit, ut à principio statim hederæ historię, tam multis tãq; diuersis appellatiõibus nõ una nominaretur plãta, sed unius plura numerarẽtur genera. Licetq; satis legẽtibus futurũ erat, unde tota repetẽda illis res esset breuiter signasse, nihilominus qm̃ plures huiusce modi uoces corruptę in hoc scriptore legebãt, nõ penitus inutile fore credidimus, in integrũ eas restituere, & quatenus licet eas exponere. In quo scriptoris huius ordinẽ seruabimus: qui cũ κίσσον cõmuni appellatione ꝓposuisset, q̃ primũ subiecit κίσσαρον & κίτταρον ab aliq̃bus etiã dici, nullo in diuersis literis illis discrimine: siquidẽ antiquissimi Atheniẽses duas literas σ scilicet & τ. promiscuo usu alternabant: & ut in plerisq; aliꝭ factũ deprehẽdimus, ἐκ τ̃ κίσσου κίσσαρον posteriores fecerũt, nulla significationis, sed sola uocis mutatione. Addidit mox Dioscorides eandẽ à quibusdã χρυσόκαρπον dici: q̃ uox à Plinio ex aureo acinoꝝ colore nigræ hederæ tribuit. Quã deinde hic poẽticã uocat, in eodẽ nigræ hederæ gñe cõstituẽda est. Honoris ꝓrogatiua hęc illi fuit, q̃ ea coronarẽt poẽtę. Sequit̃ mox corrupta uox κορυμβίθρα. κορυμβίας enim autore Theophrasto legenda est. κίσσιον præterea hederã diminutiua forma quasi hederulã uocari hic etiã ait: ueꝝ cõmuni omnibus appellatione illa, certũ genus signat̃, q̃d Plinius rigere ait, & fi ne adminiculo stare. Bacchicã uocari etiã dixit, nulla certi generis ut nos credimus appellatione, sed honoris tantũ causa, q̃ Bacchus ex India in Greciã eam attulerit: & si Plinius maximis omniũ aliaꝝ corymbis hãc esse testet̃. Excipit hãc incerta uox nobis, nisi pro ἰοῦθμόριον, ἐρυθρὸν legendũ sit: q̃d genus erythranũ Plinius à colore appellat. Quinetiã Persida à regione eandẽ uocat. Asplenon uero, nõ quia uere asplenо similis sit, sed & lieni medeat̃. Quæ omnes à principio diximus falsò appellationes dicunt̃: quoniam in diuersis generibus notæ magis q̃ appellationes sunt. Eas ut à principio diximus, ex Plinĩ lib. XVI. Theophrasti uero de plantarum historia tertio repeti à uolentibus & cognosci certius possunt. In eo tantum quod ambo illi & hic helicem appellant, non conueniunt sibi graues autores. Hic ait sterilem helicem esse: uiticulas tenues habere: folia parua, angulosa & rubra: quæ in Theophrasto & Plinio aliter traduntur: sunt q; Theophrasti de helice hæc uerba: καὶ ἡ τὰ φύλλοις πλεῖον διαφέρ. τῇ τε μικρότητι καὶ τῷ γωνοειδεῖ καὶ εὐθυμότερα εἶναι: quæ Plinius Latinis sic reddidit: Plurimas differentias habet helix, quoniam folio maxime distat: parua sunt & angulosa concinniora'que. Ex eo suspicari contigit, quod in hoc scriptore ἐρυθρά, id est, rubra est, εὐθυμότερα, id est, concinniora legi forsitan posse: atteſtaturq; suspicioni huic nostræ in nulla hedera rubens color: auxitq; eam q; in antiquioribus Latinis Serapione scilicet, & uetustissimo omnium Dioscoridis codice quem habemus, pro rubore crassitudo legitur: indicantq; esse hoc genus foliis paruis, angulosis, & crassis: uidenturq; crassa dixisse, quæ Plinius cõcinniora, & Theophrastus εὐθυμότερα dicunt: quando Græci εὔθυμον inter cætera dicunt ὁ καλῶς διακείμενον, quasi ea lætitia lætum, qua Maro lætas in Georgicis suis fruges appellauit. Quas omnes ob causas, præsertimq; quia nusquam rubens color in hedera aliqua usus nobis est, à rubro colore qui passim in cunctis Græcis legitur, ad concinnitatem eam transtulimus uocem. Est præterea non multo post locus pariter nobis suspectus, ubi hic ait nigræ hederæ succum corymbos q; potos languorem facere, ἀδυνίαν in Græcis legitur: quæ uox infirmitatem & ad omnia impotentiam corporis significat. Dubitauimus q;, quoniam Plinius ait hederæ nigræ corymbos steriles etiam uiros facere, non ἀδυνίαν, sed quod ad ἀκμὴν pertineret aliquid, legendum illic esse: quæ uox ut sæpe aliâs diximus, ad sterilitatem pertinet, facili lubrico'que lapsu in una litera ab altero in alterum sensum: non tamen ob eam suspicionem aliquid mutauimus, contenti legentibus eam signasse. Sumpsimus ex Plinio etiam, quod non procul à fine dictum est, tædia narium graueolentiam' que purgare, naribus instillatum hæderæ succũ. Δυσωδίας enĩ & συπιδόνας intelligit Dioscorides ῥαίνας, notissimũ medicis in naribus malum, & quod ab ingrato odore nomen inuenerit, carnis corruptione illic facta: quæ quoniam fere incurabilis est, tædij appellatione eam indicauimus. Siquidem ueteres honesta appellatione hac dixerunt fistulas, uomicas, diuturnaq; ulcera, qualia in cruribus præcipue durant, nullis medicamẽtis cedentia, perpetuis q; doloribus & sordibus hominem uexantia.

Tædia.

περὶ Χελιδονίου τοῦ μεγάλου. κεφ. τσβ'.

De maiore chelidonio, id est, maiore hirundinaria herba. Cap. CLXXII.

ΧΕλιδόνιον μέγα. Οἱ δὲ, παιονία. οἱ δὲ, κρατειά. οἱ δὲ, ἀδδιος. οἱ δὲ, γλαύκιος. οἱ δὲ, πάνδιος ἢ ἴδηα. ἢ δὲ φιλομήδιον. οἱ δὲ, ὀθόνιον. ξωμαῖοι φάβιουμ. γάλλοι δῶνα. αἰγύπτιοι. μοθόθ. δάκοι κεφαλὴν. καυλὸν ἀνίσχει πηχυαῖον, ἢ μείζονα. ἴχνος. ἔχοντα πεφυάδας φύλλα μεσάζ. φύλλα ὅμοια βαχίῳ, ξυφοειδῆ, λαμέν ῥιτὰ τ̃ χελιδονίου ὑπόγλαυκα τῇ χρόαν. ἡ πὸ ἕκασον φύλλον ἄνθος ὡς πὸ τὸ λευκόϊον. χυλὸς δὲ κεφαλῆς, δριμύς. δακτικός. προῶς ὑπόπικρος

CHelidonion maius Lsunt qui Pæoniã, q̃ trateã, qui aũbiũ, qui glauciũ, q̃ pandoniam radicem, qui philomedion, qui othonion appellent. Galli othonam. Aegyptij mothoth: Daci crustanẽ. Romani fabiũ et chelidoniũ dicũt. ⌊Cubitalẽ profert caulẽ, & aliquando maiorem hirundinaria maior, gracilem, adnatis multis foliosis. Folia habet ranũculo herbæ similia, teneriora tantum, & cum cæruleo colore aliquo: iuxta'que singula folia florem uiolæ similem. Succus illi diluti aqua croci colore est, acer, odoratus, cum amaritudine aliqua &

Ἡ δὲ χελιδὼν ἔπεσεν. ῥίζα ἄνωθεν μὲν ὅση μία. κάτωθεν δὲ πλείονες. Κρόκου ῥίζαις. Ἡ δὲ κάρυα ὁμοία ἐστὶ κερατίνῳ μήκωνος. λεπτός. μακρός ὡς κώνος. ᾧ ὁμοία μάλα μείζονα μίσχους, ταύτης ὁ χυλὸς μιγεὶς μέλιτι Ἐφ ἕλκη ἐν χαλκῷ ἐπ' ἀνθράκων, ἀσμός ἐστι πρὸς ὀξυδορκίαν. χυλίζεται τὰ φύλλα, μὴ ἡ ῥίζα, ὁ καρπός, ἀγχομένου θέρους. μὴ ξηραίνεται ἐν σκιᾷ, ἀναπλάσεται. ἡ δὲ ῥίζα πινομένη σὺν ἀνίσῳ καὶ οἴνῳ λύκῳ, ἰκτερικοὺς θεραπεύει ἕξ ἡμέρας. καταπλασσομένη σὺν οἴνῳ ὀδοντα λγίας τὸ παύει θαμασσομένη. δοκεῖ δὲ ὠνομάσθαι χελιδόνιον, ἐπειδὴ ἅμα ταῖς χελιδόσι φαινομέναις ἀναφύεται. λαγοῦσαι δὲ, συμπεπλακμένοι. ζωὸς δὲ ἰσόκνεφος ὤν, ὡς ἐάν τις τυφλώσῃ τὸν νεοσσὸν τῆς χελιδόνος, ἀπτέρους προσφέρουσα τὸν πόαν, ἰῶνται τὸν πήρωσιν αὐτῶν.

& odoris grauitate. Radix in ſupiore parte illi una eſt, in inferiore plures, Lcroci radicibus ſimiles.J Fructus cornuti papaueris modo gracilis, lõgus, pineæ nucis figura, in quo exigua ſemina ſunt, papaueris ſeminibus maiora. Prodeſt oculoꝝ claritati maioris hirundinariæ herbæ ſuccus, in æneo uaſæ in carbonibus addito melle decoctus. Exprimitur aũt ſuccus ex folijs, radicibus & caule, incipiente æſtate: ſiccatuſq; in umbra, cõformaſ in paſtillos. Medeť ſuffuſis felle radix cũ aniſo et uino albo pota. Sanat itidẽ ulcera quæ à ſerpendo herpetas uocant, ex uino emplaſtri modo impoſita. Quinetiã cõmanducata dentiũ dolores finit. Crediť hirũdinaria herba hæc nomẽ ſibi inueniſſe, ꝙ hirundinũ aduentu ex terra prodit: diſcedẽtibus uero iſdẽ, marceſcit. Tradiderũt præterea aliqui, ſi quis ex hirũdinis pullis in nido lucẽ amiſerit, matrẽ hãc herhã oculis admouẽtẽ, ęcitati eiꝰ mederi.

INTERPRES.

FEcit hirundo, quam Græci chelidona uocant, notiſſima auis, notiſſimæ omnibus etiã nunc herbæ nõmen. Vtꝙ id pro cõperto eſt, ſic contrà nõ ſatis certũ, quid ſibi & aui tam cõmune ſit, quid'ue inuicẽ agentes patientes' ue, cõmunicato nomine inter homines cenſeantur. Duas hic tantũ retulit cauſas, quaꝝ altera à tẽpore quo prodit ex terra, redeũti ad nos appetẽte uere, aui huic cõmuni: altera à poteſtate & ui eius, qua oculis & eoꝝ claritati mederi hirũdines credãtur, quã Celſus lib. VI. cap. VI. his uerbis dãnauit: Nihil aũt cõmodius eſt (de imbecillitate aũt oculoꝝ agit) q̃ ſanguine uel colũbæ, uel palũbi, uel hirũdinis ungere. Neq; id ſine cauſa fit, cũ hoꝝ acies extrinſecus læſa, interpoſito tẽpore in antiquũ ſtatũ redeat, celeriméq; hirundinis. Vnde etiã locus fabulæ factus eſt, per parẽtes id herba reſtitui, quod per ſe ſaneſcit. Ariſtoteles etiã IIII. de generatione animaliũ libro, eiuſdẽ ſententiæ antiquioꝝ & grauioꝝ teſtis eſt. Cũ enim de quibuſdã ageret auibus, quæ imperfectos & cæcos excludunt pullos ſuos, poſt multa quæ ad hanc rem dixerat ſubiecit: Quãobrem ſiquis nuper genitaꝝ hirundinũ oculos prępungat, rurſum incolumes reddẽtur. In quo animaduertendũ eſt, nõ aduerſari hoc immutabili naturę decreto, quo ea uoluit à priuatione ad habitum nullibi regreſſum eſſe. Hoc enim aliter ſe habet. Nec eadẽ ratio eſt in his quæ fiunt, & quæ facta iam ſunt. In factis à priuatione ad habitũ nullus eſt reditus: In his aũt quæ fiunt, & ſi læſum corruptumq; fuerit aliquid, fieri & oriri denuo poteſt: tales'q; nuper ex ouo excluſi hirundinũ aliarũq; multaꝝ auiũ pulli ſunt, præſertimq; eaꝝ quæ multos pariunt cæcos, necdum abſolutis oculis pullos ſuos excludentes, quales cornix, pica, paſſer & hirundo eſt: eamq; ob cauſam nos, quod in ſcriptore hoc erat νεοσσῶν, quæ uox auiũ pullos nondum nido expulſos Græcis ſignificat, nuper excluſos in nido diximus, ueteꝝ autoritatẽ & naturæ legẽ hanc ſecuti. Non ideo penitus falſum ſit, læſos ab excluſione ſtatim, & cũ adhuc fiunt, auiũ oculos inſtaurari poſſe. Et quod ad hirũdinariã herbã ptinet, meminiſſe oportebit, quia claritati oculoꝝ profit eius ſuccus, ideo credidiſſe imperitos, quod per ſe ſaneſcit in hirundinũ pullis, ope eius herbæ fieri. Quod totũ nouiſſe Plinius uideť lib. VIII. ca. XXVII. uexatos nã cęcos hirũdinũ oculos, ope hirũdinariæ herbę ad integritatẽ reſtitui dicẽs. Relinquiť itaq;, ut ab aduẽtu eius auis nomẽ hirũdinaria herba inuenerit: & ex q̃ auis & herba ſimul præſentẽ iam anni nouitatẽ indicãt, meminerimus liberalẽ humano generi naturã, alterutra ratione ueris aduentũ mortalibus oſtendiſſe: ut ſicubi forte non naſcereť herba, auis id tẽpus ſignificaret: & ſi quo timens ſibi aut antiquæ iniuriæ & cædis memor, ea auis nõ aduolaſſet, illic proferẽs ſe herba noui anni lætitiã & nouoꝝ operꝝ auſpicia agricolis indicaret. Credimusq; nos quondã ex agro ueniẽtes, prolata hac herba, non minus q̃ urbanos uiſa aue identidẽ dixiſſe quod in Equitibus ſuis Grecoꝝ lepidiſſimus comicus ait: σκίφαδες παῖδες οὐκ ὁρᾶθ' ὥρα νία χελιδόνων: repetita q̃ ſępius auis eius appellatione, cõmune nomẽ factum herbę etiã fuiſſe. De quo ſatis dicta hæc ſint. Nã q̃d ad alias appellationes ptinet, à ſimilitudine Pæonia hęc ipſa dicta eſt, quẽ admodũ & Pandioniam radicẽ facile ratiocinabiť aliquis à Pandione Atheniẽſium rege dictam habẽt intellectũ, eamq; ob cauſam relinquũtur: niſi forte q̃d hic ait philomedion etiã dici, à Prognes ſorore quã Prognes quæ in hirundinẽ conuerſa eſt, patrẽ fuiſſe fabulati poëtæ ſunt. Reliquæ nõ ſatis certũ nobis errore nominis factũ fuerit: q̃d ſi accipiendũ ſit, philomelion legenda tunc uox illa erit. Non relinquemus illud tamen, othonniã ab othonna herba dici, ea ratione quã non multopoſt in othonna dicemus. Nota hirundinaria hæc, & altera de qua mox dicemus. Eam Theophraſtus lib. VIII. de plantaꝝ hiſtoria nõ prodire ex terra, ſed florere in aduentu hirũdinis dixit: eamq; ob cauſam nihil nos de hiſtoria eius ultra agemus. In his uero quæ ad medicinã pertinent, ex quo hic ait acrẽ hirũdinariæ ſuccũ eſſe, ne uicinitate nominis deciptur aliquis, quod acidi & acris ſaporis diſcrimen ſit, breuiter ex euẽtu dicemus. Incidit, diuidit, extenuat, laxat, & ſine calore purgat, acidũ: acre in extenuãdo & purgando, pares acido uires habet: differt tamẽ, ꝙ acidũ refrigerat: acre, calefacit: & præter hæc ꝙ acidũ retũdit: acre extrahit, diſcutit, erũpit, & cruſtas ignis

Acidus ſapor

Acer ſapor

Arquatus morbus
Aurigo
Regius morbus.

Suffusio fellis.

modo facit. Diximus hoc capite suffusis felle mederi hirundinariæ herbæ radicē, quotidianū & notissimū mali genus indicantes, quod interpretes aliq à cœlestis arcus colore modo arquatos, modo à pallore auri, auriginem: modo regium morbū, & elegantiore genere dietæ curari crederēt: modo eadē nobis uoce, fellis suffusiones, toto hoc opere nominauerunt: uarietate illa uocum, quæ omnes latinæ & honestæ sunt, latinam rem augentes & illustrantes. Nobis placuit electam semel in eius mali indicationē perpetuam seruare: & ex tam multis eam eligere, quæ magis ex re & mali natura esset. Siquidem Galenus in diffinitionibus suis icteron ait: sic enim Græci à concolori aue, quę Latinis galbula est, appellauerunt, χολῆς ἀνάχυσιν ἐν τῷ σώματι esse, id est, fellis in extimam cutem suffusionem: qua uiridi in luteo colore, quo auis illa maiore parte corporis, & cœlestis arcus est, summa corporis superficies decoloretur, albescantq; alui excrementa: & hæc proprie Græcis icteros, Latinis uero fellis suffusio est. Antiquiores tamen Græcorum medici, quoniā diffunditur eodem modo etiam aliquādo bilis atra, seruato & in ea icteri nomine, colore eam distinxerūt, nigrum icteron uocantes: quemadmodum in lupino, superiore uolumine diximus.

περὶ χελιδονίου τοῦ μικροῦ. κεφ. ύ.

Χελιδόνιον τὸ μικρόν. οἱ δὲ, πύρινον ἄγριον ἐκάλεσαν. βοτάνιον ὀλίγον ἐκ μόσχου ἀπηρτισμένον. ἄκαυλον, φύλλοις κιττοφύλλοις, περιφερεστέροις δὲ μᾶλλον καὶ μικροτέροις. καὶ ὑπολιπάροις περιεχόμενον. ῥίζας δὲ ἔχει ἐκ τοῦ αὐτοῦ μικρὰς. πολλάς. ὥσπερ καὶ πυρούς σεσωρευμένας. τρεῖς δέ εἰσιν ἢ τέσσαρες αὐτοῦ μακραὶ πεφυκυῖαι. φύεται δὲ πρὸς ὕδασι καὶ τέλμασιν. ἔχει δὲ τὴν δύναμιν θερμαντικήν. ἀποπλησίαν ἀνεμώνῃ. ἕλκωσαν τὴν ἐπιφάνειαν. φώρας τε καὶ ὄνυχας λέπρας ἀφίστησιν. αἱ δὲ ῥίζαι χυλωθεῖσαι, χρίσιμοι εἰς ῥῖνες χυσίαν μετὰ μέλιτος πρὸς κάθαρσιν κεφαλῆς. ὁμοίως δὲ καὶ ταύτης ἀφέψημα σὺν μέλιτι ἀναγαργαριζόμενον, κεφαλὴν καθαίρει γλυκαίως, καὶ πάντα τὰ ἐκ ψύξεως.

De minore Hirundinaria. Caput CLXXIII.

CHelidonion minus sunt qui agreste triticum uocauerint. Exigua herba est, ficne caule, foliis ex radice pediculis pendentibus, hederę figura, rotundioribus tamen, minoribus, teneris & modice pinguibus. Radices habet ex eodem prodeūtes paruas, multas, tritici modo coaceruatas. Earum tres quatuor ue tantum in longitudinem progrediuntur. Nascitur prope aquas & lacus. Acres habet uires, agresti papaueri (quod anemonem uocant) similes, cutem exulcerantes. Scabiem & scabros ungues pellit. Ex radicibus expressus succus ad purgationem capitis addito melle naribus utiliter instillatur. Quinetiam radicibus eius decoctum, mox cum melle gargarissatum, caput cunctaq; pectoris uitia purgat.

INTERPRES.

EMendauimus ex antiquissimorum Græcorum Latinorumq; codicum fide in minore hirundinaria, quod male in impressis uulgatioribus'que πύρινον legebatur: diximus'que agreste triticū, id est, πυρίτην uocari minorem hanc hirundinariam. Nec tantum antiquitatis fide & testimonio id fecimus, quàm ex historia scriptoris huius, qui habere eam ait inter cętera radices tritici modo coaceruatas. Satisq; proca dicta hæc sint.

περὶ ὀθόννης. κεφ. υά.

Ὀθόννα. οἱ μέν φασι τὸ μεγάλου χελιδονίου χυλὸν εἶναι. οἱ δὲ, γλαυκίου. οἱ δὲ, τὸ λατιλλοῦς μήκωνος τῆς ἀνθέων χυλόν. ἔνιοι δὲ μίγμα ἀναγαλλίδος καὶ κυανέας, καὶ ὑοσκυάμου, καὶ μήκωνος χυλόν. οἱ δὲ βοτάνης τρωγλοδυτικῆς ζωός, ἣ καὶ ὀθόννα καλεῖται, εἶναι χυλόν. γυνᾶδες δὲ αὐτὴν ἡγοῦνται κατ' αἴγυπτον ἀσαβία. ἔχει δὲ τὰ φύλλα εὐζώμῳ ἐμφερῆ. πολύτρητα ὡς τὸ σκοτόεσσα. φαφαρά. ὀλιγόφυλλα. ἄνθος δὲ φέρει κόκκινον. πλατύφυλλον. ὅθεν ἔδοξαν ἀνεμώνης αὐτὸ τινὲς εἶδος εἶναι. χυλίζεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, ὅπου δεῖ ἀποκαθαίρειν. δάκνουσα. καὶ πάντα τὰ ἰλυσκοτοῦντα ταῖς κόραις ἀποσμήχουσα. φασὶ δέ τινα καὶ ὑγρασίαν ἀποῤῥεῖν τῆς βοτάνης. ἣν πολλάκις καὶ χωρίσαντες τοῦ λίθου, ἀναπλάσσουσι τροχίσκους πρὸς τὰ αὐτά.

De Othonna. Cap. CLXXIIII.

OThonam Romani pariter Græci othónam dicunt. Sunt qui maioris hirundinarię succum othonnam esse dicunt: qui glaucī herbæ: qui florum cornuti papaueris: nōnulli etiā cœruleę anagallidis apollinarisq; herbæ, & papaueris mixtos simul succos othonnam esse affirmant. Sunt etiam qui Troglodyticæ cuiusdam herbę, quæ othonna uocet, succū esse credant: Nascīq; herbā in Arabia etiā quæ ad Aegyptū est, erucæ foliis, cribri modo foraminibus multis & cōtinuis pforatis, iisdēq; squalidis & paucioribus. Florē fert croci figura, latioribus foliis: quam ob causam crediderunt aliqui sylue-stris anemones genus eam esse. Exprimitur exea succus ad oculorū medicinam, cum purgari aliqd oportet, erodens, & quæ claritati eorum officiūt, omnia exterens. Ferūt pterea destillare ex othonna humorē aliquem: quē lotū, calculisq; omnibus purgatū, in pastillos conformant, ad eadem utilē.

Ferunt

ἔνιοι δὲ φασὶν αὐτὸν λίθον εἶναι αἰγύπτιον ἐν τῇ Θηβαΐδι γεννώμενον, χαλκόχρων, μικρὸν τῷ μεγέθει, δάκνοντα τὸν γεύσιν μετὰ πυρώσεως καὶ σύψεως.

Ferunt præterea aliqui lapidem othonnam esse in Aegypti Thebaide nascētem, calore candidū, magnitudine paruum, gustum erodentem, cale facientemq; simul & adstringentem.

INTERPRES.

QVis audeat ætate hac nostra (cui præteritorū seculorū negligentia & temporū iniurijs, notissima quęq; adeò perierunt, ut quæ in hortis etiā quotidie per se aut humano opere nascūtur, ex antiquis appellationibus signari & ostendi digito nequeant) qualis & quæ quondā othonna fuerit, dicere? Scriptori huic, & post eum cūctis alijs nō satis cognita, & ex aliorū fama historiaq; tantū tradita: quod & magis miremur omnes, in diuersis penitus generibus numerata: alijs succū, & hūc multarū simul & per se herbarū: alijs herbā, cuius lōgior sit historia: alijs lapidē in Thebaide Aegypti nascentē, eam indicātibus. Quò fit ut præter ea quæ à posterioribus tradita de ea fuerūt, nihil nos dicere, & in tāta tot scriptorū unius rei uarietate censere ualeamus. Plinius libro XXVII. cap. XII. herbā tantū credidit. Verba eius sunt: Othonne in Syria nascit, similis erucæ, porro ratis crebro foliis, flore croci: quare quā anemonē uocauerūt. Succus eius oculorū medicamentis cōuenit. Mordet enim leniter & calefacit, adstringitq; siccando. Purgat cicatrices & nubeculas & quicqd obstat. Quidā tradunt lauari, atq; ita siccatā digeri in pastillos. Quæ omnia paulò minus q̄ ijsdem his ex hoc scriptore accepta sunt. Videt q; Plinius relictis de othonna opinionibus alijs omnibus, in herbarū genere eam pro cōperto cōstituisse. Paulus Aegineta de simplicibus sexto uolumine agens, nō herbam hoc nomine, sed herbæ succū in Arabia ad Aegyptū nascētis appellauit. Idē eodē loco retulit & eodē quo mentorū quorundā, othonnā interpretatus est maioris hirūdinariæ succū. Nos illud iāpridē cogitauimus, & in eā partē inclinat animus, ut credamus sui generis herbā omnino esse othonnā: quæ uero alia de ea traduntur, à uirtū & potestatis similitudine ab aliqbus credita dicta q; fuisse: & ex eorū ratione quæ Græci ἀντίβαλανόμενα, id est, ut nostræ ætatis medici uocant, qd pro quo, ad othonnā trāslata fuisse. Quod aūt dicimus huiuscemodi est: Potest othōna oculis mederi: ait q; hic, χυλίζεσθαι εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ὅπου δεῖ ἀπερκαθαίρειν, qd est, expri mi ad oculorū medicinā ex ea succū, ubi purgandum exterendū ue aliquid sit. Quod totū pariter potest hirundinarię succus, de qua hic ait, ἁρμόζειν πρὸς ὀξυδορκίαν, qd est, conferre oculorū claritati. Causa q; hæc, ut nos credimus fuit, ut othonna hirūdinariæ succus esse crederet: nō quia idē illi esset, sed q; idē posset: nec aliunde quā ex eadē hac potestate glauciū esse othonnā, pariter tradidisse aliquos: Siquidē & glaucij (ut hic in eo dicet) χρῆσίν ἐστι πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ, qd est, Vsum glaucij ad oculorū medicinā esse: qbus cornutū papauer etiā anagallis, apollinaris q; herba pariter utiles (ut ex earū historia medicina q; legentibus patebit. Nos em̄ brevitatis causa suis locis dicenda iterū nunc relinquimus) succo suo in othonnæ appellationē uenerūt. Ex his facilis cōiectura est, eius quod paulò ante diximus, quia pro othonna quā non facile omnibus locis inueniri herbā aliarū multarū succū fuisse: qui legitime deficiente ea, in oculorū uitijs ob æquales uires in usū esset. Nec alia ratione Aegyptius lapis othonna etiā creditus est: quoniā ex eo, scilicet, collyria ad eadē oculorū uitia cōficerētur. Eum lapidē Barbarus, æris colore, quasi χαλκόχρουν, secutus quorundā codicū fidem dixit: nos uetustiorū meliorumq; lectionem, λευκόχρουν, id est, candido colore.

Περὶ μυὸς ὤτων. κεφ.

Μυὸς ὦτα. οἱ δὲ, μύωπα. οἱ δὲ, ἀνθύλλιον. οἱ δὲ, ἄλσίνην. οἱ δὲ, μυόσωτον. οἱ δὲ, μυοτόνην). ῥωμαῖοι μοῦριε ἀρίκλα. ἄφρον λαβὰ δὲ λαβάτ. ὠνόμασται ἢ ἀπὸ τοῦ ἔχειν μυὸς ὠτίοις ὅμοια τὰ φύλλα. ἄλσι δὲ, διὰ τὸ σκιερούς τε καὶ ἀμμώδεις φιλεῖν τόπους. πόα ὁμοία ἐλξίνῃ. ταπεινοτέρα ἢ ᾗ μικροφυλλοτέρα. Δώσαμμον ἢ ἔχει ψυχρὰν κύν. ἀφ μόνουσαν πρὸς φλεγμονὰς ὀφθαλμῶν. κατάπλασμα μετὰ ἀλφίτων. καὶ πρὸς ὠτων πόνον ὁ χυλὸς αὐτῆς ὑσανόμενος. καὶ καθόλου δύναται τὰ αὐτὰ τῇ ἐλξίνῃ.

De Muris auriculis herba. Cap. CLXXV

MYosota. Sunt qui myoton, qui anthyllion, qui alsinē, qui myorthocon, q; myotosplenon uocent: Aphri labatholabat. Romani muris auriculā dicūt. A muribus ideo nomē inuenit, qd eorū auribus similia habet folia. Alsine item dicta est, qd lucos quæ Græci ἄλση uocant, umbrosa q; & nemorosa amet loca. Helxinæ herbę similis est, humilior tantū & breuioribus foliis. Refrigerandi uires muris auricula habet. Oculorū inflāmationibus accōmodata: in quem usum cū polenta emplastri modo imponit. Instillat præterea auribus in dolore succus eius utiliter: in uniuersum q; eadē helxinę pōt.

INTERPRES.

SAtis cur myosota & alsine herba hæc quondam dicta fuerit, hic scriptor ostendit: & qui Græcas nouerunt literas, auditis tantum uocibus illis, idem intelligent. Plinius etiam libro XXVII. capite quarto eam describens, ait: cum prorepit musculorum aures folijs imitatur. Cuius animalis uox aliis appellationibus coniuncta eandem causam habet. Siquidem myoton muris aurem pariter significat: & myotosplenon, ex muris aure & aspleno herba composita uox est: quæ ab altera muris

auricula ad priorem hanc translata fuit. Siquidem hic in ea quæ paulo post sequitur, scolopendrio, quæ eadē defectō herba doceri hoc loco sub titulo myosota, iterūq; in quarto sub titulo alsines: esse q; eandē utro biq; historiam eius & medicinam: ideo q; cum semel hic de ea actum fuerit, non esse de ea iterum agendū. Cum eò peruenerimus iterum legentes idem monebimus, illud etiam significasse uolumus, quæ plerung inuenitur, & quam nos aliquando uidimus muris auriculam, altera & quæ statim sequitur, est.

Περὶ Μυοσώτου. κεφ. υϛ'.

Μυὸς ὦτα Ἕτερα. Οἱ δὲ μυὸς ὠτίδα καλοῦσιμ. ἀνίησι καυλοὺς ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πλείονας, ὑπηύθρους τὰ κάτωθεν ἡμῖν κοίλους. φύλλα δὲ ἐωσιμήκη Ⓒ σχιδά. ξᾶχιμ ἐπηρτημένην ἔχοντα, μελανίζοντα, ἀνὰ δύο πεφυκότα ἐκ διασκμάτων. εἰς ὀξὺ ἀπολήγοντα. ἐκφύεταί τε λεπτὰ καυλία ἐκ τῆς μαλῶν. ἐφ' ὧμ ἀνθήλια κυανίζοντα μικρὰ ὡς τὰ τ' ἀναγαλλίδος. ῥίζα δὲ δακτύλου παχος. ἔχουσα πολλὰς ἀπορλαστήσεις. καθόλου δὲ ὅλμ ὁμοία ἡ πόα Ⓒ σκολοπενδρίῳ. λιποτέρα δὲ ἡμῖν ἐλάσσων. ταύτης ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα, ἀγιλώπια ἰᾶται. ἔνιοι δὲ Ⓒ τινὲς ἑλξίνην μυὸς ὠτίδα καλοῦσιμ.

De Altera muris auricula herba. Caput CLXXVI.

Myosota altera. Sunt qui diminutiua forma muris auriculam uocēt. Plures ab una radice caules mittit, aliquatenus ab imo rubentes & concauos. Folia habet oblōga & angusta, dorso elato & eminēte, nigrescētia, p interualla deinceps geminata, & in acutum definentia. Profert & ex alaꝛ cauis tenues coliculos: in quibus flosculi ceruleæ anagallidis colore sunt. Radix illi est crassitudine digiti, multis capillamentis fibrata, in uniuersum scolopendrio similis, minor tamē, & maioris leuoris q̄ illa est. Medet muris auriculæ huius radix oculoꝛ agilopis. Sunt qui helxinē sui gñis herbā myosotida, id est muris auriculā etiā uocent.

INTERPRES.

VNum tantum nos uidimus muris auriculæ genus, alterum, scilicet hoc, & secundo loco à Dioscoride traditum: respondentq; sensui omnes eius notæ. Prioris nullum inuenimus oculatum testem. Antiquissimi etiam Latini Dioscoridis codices posteriorem hanc solam ostendunt. Quinetiam Plinij ætate, siquis uerba eius sagacius odoretur, non satis certa res erat. Ait enim post descriptam alsinen: Sed aliā docebimus, quæ iustius myosotis uocetur. Paulus Aegineta postremo unum tātum genus eius in sexto pariter agnoscit. In omnibus tamen Græcis duo capita hęc leguntur quo uertimus modo ubiq; scripta: eamq; ob causam qualia erant, Latinis reddita.

Περὶ Ισάτιδος ἡμέρου. κεφ. υϛ'.

Ἰσάτις ἥμερος. Οἱ δὲ, αὔγιον. οἱ δὲ, ἔρυθρ. προφῆται ἀσούσιον. ῥωμαῖοι ξοῦταμ. ἰσάτις. Ἣν οἱ βαφεῖς χρῶνται, φύλλον ἔχει ἀρνογλώσσῳ ἐμφερές. λιπαρώτερον δὲ ἡμῖν μελάνθρομ. καυλὸν δὲ ὑπερπήχεα. δύναται δὲ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα πᾶν οἴδημα διαφορεῖμ. Ⓒ φύματα, ἡμῖν ἕλκη τραύματα κολλᾶμ. αἱμορῥαγίας τε ἑλκῶν. ἡμῖν φαγεδαινικά. Ⓒ ἕρπητας ἐρυσιπέλατά τε Ⓒ σκληρόνας θεραπεύει.

De Satiua Isatide. Cap. CLXXVII.

Isatim satiuam sunt qui augion, qui icnen uocent. Magi arusion. Romani luteā dicūt. Herba est qua tingendis lanis infectores utūtur. Plantaginis folia habet pinguiora tantū & nigriora: caulem duobus cubitis altiorem. Tumores panosq; omnes discutiunt illita isatidis folia, cruenta glutinant uulnera: sanguinis eruptiones fistunt: ulcera quæ phagedænica, & à serpendo herpetas dicunt: sacros ignes: & exedentia sanant.

INTERPRES.

NIhil nunc isatide notius: maximumq; sibi uectigal ex ea fecerunt, qui Tiphernates agros ad Tyberim omnemq; regionis eius tractum, neglecta omni alia annona hac tantum herba conserunt, tantus nunc tinctis colore eius lanis honor est. Guadum nostra ætas appellat. Apuleius in commentariolo illo quod de aliquot herbis reliquit, alutam ab Italis uocari ait. Quæ uox q̄ integra in eo scriptore sit, non satis cognitum nobis est: quoniam nihil herbæ huic cum corio. Quæcunq; autem ea futura sit, eam credimus esse, quam hic pariter uitiosa uoce rutam à Romanis uocari ait, commune nihil aut simile illi habentem. Non tamen abre est, ex ruta & aluta uitiosis uocibus, neq; isatidi conuenientibus, tertiam aliquā suspicari luteam, scilicet, quam Romani aliquot scriptores inter colores retulerunt: Vitruuiusq; præsertim ad extremum septimum uolumen dicens, qui non possint propter caritatem chrysocalla uti, herba quam luteam appellant, cœruleum inficere. Barbari quondam tingendis corporibus suis tam uiri q̄ fœminæ ea utentes glastum uocabant. Eratq; in tingendo precipuus eius usus. Antiquiores Græci Latiniq; inter syluestres lactucas eam numerauerunt. Plinius longissime de ea egit xx. uolumine capite septimo.

Περὶ Ισάτιδος ἀγρίας. κεφ υϛ'. De Syluestri Isatide. Cap. CLXXVIII.

Isatim

Ισάλις ἀγρία. Lοἱ δέ, ἔρυθρὰ μικρά. ξωμαῖοι δὲ τὸ μικρὸν μιλόχειν. Ἡ δὲ ἀγρία ἰσάλις ⌋ παραπλησία οὖσα τῇ πρὸ αὐτῆ, φύλλα ἔχει μείζονα πρὸς τὰ τῆ δημήτρακος. καυλοὺς δὲ λεπτοτέρους. πλυχνοειδῆς. ὑπερυθρους. ἔχοντας δὲ ἀκρου ὥσπερ θυλάκια γλωσσοειδῆ πλὴν λὰ ἀπηκες μάμμια. ἐν οἷς δὲ τὸ σπέρμα. ἄνθος κίτρινον. λεπτόν. Δώναται δὲ τὰ αὐτὰ τῇ πρὸ αὐτῆς. ὠφελοῦσα Cl πολυικοὺς πινομένη ἢ καταπλασσομένη.

ISatim agrian L sunt qui icnen paruam. Romani luteam minorem dicunt. ⌋ Satiuæ similis sylueſtris iſatis eſt: folia tantum maiora habet, ad lactucæ folia accedentia: caules tenuiores, diuiſionibus multis, rubeſcētes, in ſummo ueluti folliculos linguarum figura multos pendulosq; habentes, in quibus ſemen eſt. Florem fert luteum & gracilem. Poteſt eadem antedictæ: lienoſis pota utilis, & emplaſtri modo impoſita.

INTERPRES.

ABundabant in ſylueſtri iſatide multa, quæ ab eo quo nos deſiimus loco in alijs leguntur: eamq; ob cauſam curtum minusq; omni ea parte nos fecimus hoc caput: nec ſine ratione ut credimus: quando in antiquiſſimis Græcis quos licuit uidere, nulla ea eſt. Neq; is quem nos habemus longiſſimæ antiquitatis Latinus Dioſcorides id habet: quodq; pluris facere nos decet, q; abſurdū uidetur poſt utriuſq; iſatidis decreta, hunc ipſum ſcriptorem quæ à ſe facta fuerant, damnare: legentesq; his uerbis monere: Cæterum ſcire oportet, falſas eſſe deſcriptiones has &c. Cum liceret quæ male incœpta à ſe fuiſſent, antequā ederentur, in melius & quod uerum eſſet, mutare. Accreuit ea pars ſcriptori huic ab aliquo, qui aut certius de iſatide omnia nouiſſet, aut nouiſſe ſe crederet. Multa huic ſcriptori hac ratione adſcripta à medicis: à librarijs deinde illi cōmixta & inſerta, mala inſitione in unum corpus coaluerunt: quæ niſi diligentius & cautius excutiantur & purgētur, multis locis uſum eius & gratiam dehoneſtabunt. Eſt illud etiam hoc loco repetendum, quod non multo antea in Arabide dictum à nobis eſt, abundare ſcilicet, hoc loco quod iſatidem ſtatim ſequit arabidis caput: de ea enim quęcūq; ea ſit, quod oportebat, dictū hoc ipſo uolumine fuit.

περὶ τηλεφίου. κεφ. υέ.

De Telephio. Cap. CLXXIX.

ΤΗλέφιον. Lοἱ δὲ ἀειζωον ἄγριον. οἱ δὲ ἢ ταύτην ἀνδράχνην ἀγρίαν καλοῦσι. ξωμαῖοι ἰλλέκεβραν. αὐτὴ δὲ τοιάδε. ἄφυλλος ἀνδράχνη. μαχάλας ἔχουσα δύο πρὸ ἑκάστου γόνυ. φύλλα ἐμφυόμενα. ἀφ' ὧν κλωνία ζ. ἀπὸ ρίζης πλήθη φύλλα κυανοειδῶν. πάχεσι τὴν σλίχνην καὶ σκωληδῶν. ἄνθη μέλανα ἢ λευκά. φύεται δὲ ἐν ἀμπελῶσι Cl τόποις ἐργασίμοις ἔδαφος. θεραπεύει δὲ καταπλασσόμενα τὰ φύλλα ἐπὶ ὥρας ἓξ λεύκινα. δεῖ δὲ μετὰ ταῦτα ὠμῇ λύσῃ χρῆσθαι. αἴρει δὲ Cl ἀλφοὺς ἐπιχριόμενα σὺν ὄξει ἐν ἡλίῳ. δεῖ μὴ πρὶ μετὰ τὴν ἀπέχεσθαι αὐτὰ ἀπφᾶν.

THelephion. L Sunt qui agreſte ſedum, & qui agreſtem portulacam uocent. Aegyptij anoth: Aphri atirtopuris: Romani illecebram ſiue telephion dicunt. ⌋ Foliȷs & caule ſimilis portulacæ eſt. Binas habet alas in ſingulis foliorum geniculis excauatas. Ramuli ſex ſeptem'ue à radice prodeūt, cœruleis foliis pleni, craſſis, glutinoſis, carnoſisq;. Flores illi lutei ſunt aut candidi. Naſcitur uere locis cultis inter uites. Sanant folia ſex horis emplaſtri modo impoſita uitiliginem quæ leuce priuatim dicitur. Verum oportet poſt hæc farina hordeacea hydrelæo macerata locum illinire. Quinetiam uitiligines emendant ex aceto in ſole impoſita: ſed ubi inaruerunt, exterendus locus eſt.

INTERPRES.

TElephion XXVII. uolumine, capite ultimo breuius certiusq; ſcriptore hoc Plinius deſcripſit: nihil tamen non acceptum ab eo eſt: quo fit ut ſuſpicemur uitium aliquod in hiſtoria Dioſcoridis eſſe. Sunt enim pleraq; parum certa, nec ſequaci uerborum ſerie tractata. Nos tamen nihil mutauimus: monemusq; tantū, præter ſex horas, quo temporis ſpatio hic iubet leucem telephij foliȷs illini, addere Plinium ternis menſibus id faciendum eſſe: quod in ſcriptore hoc deſiderari poſſe uideē. Manifeſtam tamen cauſam id non habet, longiusq; id tempus merito alicui pro rei neceſſitate uideatur.

Pedacij

ΠΕΔΑΚΙ PEDACII DI

ΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕ ὡς, περὶ ὕλης ἰατρικῆς, ΒΙΒΛΙΟΝ Γ΄.

OSCORIDAE ANAZARBEI De medica materia. Liber III.



ΕΝ ΜΕΝ ΤΟΙΣ ΠΡΟ ΤΟΥΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΦΙΛΤΑΤΕ ΑΡΕΙΕ ΠΕΡΙΕΔΩΚΑΜΕΝ ΜΕΝ ΠΕΡΙ ἀρωμάτων, καὶ μύρων, καὶ ἐλαίων, ΕΙ ΔΕ ΞΥΛΩΝ, ΕΙ ΤΩΝ ΑΠ' ΑΥΤΩΝ ΚΑΡΠΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΔΑΚΡΥΩΝ. ἔτι τε ζώων, καὶ σιτηρῶν, καὶ λαχάνων, καὶ τῶν ἀρίμυτκα κεκτημένων βοτανῶν. ΟΥ̂Ν ΔΕ ΤΟΥΤΟΙΣ ΤΡΙΤΩ ὑπάρχοντι, περὶ ῥιζῶν, καὶ χυλισμάτων, καὶ βοτανῶν. ΕΙ ΣΠΕΡΜΑΤΩΝ. συμφύλων τε ΕΙ φαρμακωδῶν ἐπελθησόμεθα.



RADIDIMVS CHA rissime Aree duobus hacten⁹ libris omnē de aromatis, unguentis, oleo omni, arboribus, earumq; fructibus & lachrymis: animalibus itidē, frumentaceis, oleribus, acrimoniāq; habētib⁹ herbis, rationē. In hoc q tertius ꝓpositi ordinis erit, de radicibus, succis, herbis, seminibusq; tā domesticis, & quę in quotidiano uitæ usu sunt, q̄ his quæ solas medicas habēt uires, agemus.

INTERPRES.

CRedunt facile aliqui, quēadmodum quotidie à multis, quí nolunt aut nesciunt uoluntatis suę certam rationem reddere, iactari audiunt: Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuit uno: cum res exigit, mutantis paucis, posse quēpiam pariter dicere: Scire suum cuiq; est nec sensu uiuit uno: Nō em̄ adeo dissimilis utriusq; ratio illis uidet, ut impetrata hac uenia, nō liceat q̄d senserint in mediū afferre: & si cōtra alioꝝ sententias & decreta id fuerit, cōmuni defensione illa usi, quomodo id scierint, cogitandum alijs relinquere. Fecerunt id ante nos scriptoris huius interpretes alij multis locis, nec minus hoc capite etiā, in quibus nulla eorum quæ dixerunt reddita ratione, cōtraria post se sentientibus non leuē reliquerunt laborem: præsertimq; nobis, qui negligentiæ tarditatis q; nostrę non leues pœnas damus, coacti tam multis locis diuersitatis nostræ ab eis causam reddere: quæ sane multa & in multis est, & si non semper signata fuerit. Quod aūt in rectí uoluminis huius proēmio nō est in illis & nobis idē, ultimū in eo legitur, συμφύλων τε καὶ φαρμακωδῶν quoꝝ alter: quæ cognata his existere medicata q; uideant: alter, quæ & uernacula consuetudine usurpant: quæq; pluribus scatēt remedijs, uertit: nos uero, tam domesticis, & quę in quotidiano uitę usu sunt, quàm his quæ solas habent medicas uires. Nolumus nos, quid quomodo'ue in his illi scierint, ostēdere: eoꝝ enim, aut aliorum pro eis opus & labor hic erit. Nos rem nostrā tantū tuebimur, quæ sic se habet: Proponit hic scriptor, numeratq; quæ tertio hoc sui operis uolumine docēda à se erūt, radices, succos, herbas & semina: & in cunctis generibus his, quæ domestica & in quotidianæ uitę usu sunt, & quæ ad faciendā ratione aliqua hominibus his generibus, quæ deinceps toto hoc uolumine suis locis tractata numerātur. Siquidem in priore illo censu & ordine origanus, mēta, nepeta, satureia, pulegiū, ligusticum, pastinaca, anisum, apium, olusatrum, fœniculum, daucus, plura q; alia: quoꝝ quotidianus in uita usus est, deinceps describūtur. In posteriore agricum, gentiana, centaurium, aloē, stichas, sertula Campana, panax, cyminū, silphium, euphorbium: & ne longiores simus, quęcunq; alia nullū habent in uita & sanitate usum: neq; à nobis ex horto, sed ab herbario medico q;, & ex remedioꝝ uitę thesauris, urgente malo aliquo repetunt. Nec quicq; duplici hoc plantaꝝ censu & ordine in tertio hoc libro certius deprehendere est. Indicat q; hoc primum res ipsa & disciplinæ ratio: sed non minus idem esse ostendunt uoces illæ, & uocū certa significationis æstimatio, quibus & hic & alij usi sunt: Siquidem in proēmio operis hic ait plerosq; reprehendens, τῶν πάσι ξύμφυλον καὶ γνώριμον ὕλην tantū docuisse: quod est: Omnibus domesticā & notam materiam: dico aūt domesticā, qua domi quotidie aut sępius utimur, quales in usu hominis fruges aliquę sunt, & ex horto olera omnia: ex syluestribus aliqua itidē, quæ nos omnia domestica, autore Celso appellauimus. Et in sexto, cū uenenoꝝ omnium censum ageret, numeraret q; animalia, plantas, radices, metallica, ultimo loco subiecit: τῶν δὲ συμφύλων οἴνος ἄφρους &c. quod est: Ex his aūt quæ quotidianū usum habent & domi seruantur, uinum passum, & aqua à balneo celeriorę q; cursu simul uno impetu & sine respiratione pota, ueneni maleficiū habēt. Nihil hac descriptione certius, in qua ex enumeratis in ea rebus sine periculo constituatur σύμφυλα esse qualia nos diximus. Quò magis Barbarum demiror, qui hoc loco aliud significare σύμφυλον crediderit q̄ illic, quē locū apte & fœlicissime uertit, domesticos liquores: uinū alia q; illa appellans. Ex his facile est intelligere, nihil significare aliud q̄ ea quæ proximus σύμφυλα: esse q; quotidiani usus in sanitate quæ appellatione illa indicant: Quēadmodum & quæ φαρμακώδη, quæ solū in medicina usum habent. Notissima enim omnibus uox φάρμακον est, & ab ea factū φαρμακώδη uerbū, nihil significans aliud, q̄ uiolēto remedio aliquo, & quo non nutriatur sed purgetur tantum corpus, medicinam tractare. Testes significationis huius Celsus primo libro pluribus locis, Gręcoꝝ medici omnes, & prę ter eos Theophrastus, q libro nono de plantarum historia regiones φαρμακώδεις Arcadiam & Laconiam dixit, & lac φαρμακῶδες, q̄d ex his uerbis conceptum esset, quæ purgandi uires tantum haberent. Et hoc est quod hic scriptor ait in alterutro genere σύμφυλον καὶ φαρμακῶδες. Significent' ne id autem quæ alij interpretes cognata & uernacula dixerunt, legētes nouerint. Nos quod didicimus & scimus, diximus: censendi locum de tota hac re alijs relinquentes.

σύμφυλα. φαρμακώδη.

De

περὶ Ἀγαρικοῦ. κεφ. υς'.

Ἀγαρικόν. ῥίζα φέρεται σιλφίῳ ἐμφερής. οὐ πυκνὴ τῷ ἐπιφανείᾳ μᾶλλον ἢ τὸ σίλφιον. ἀραιὰ δέ ὅλη ὅλη. ἔστι δὲ τὸ μὲν αὐτοῦ ἄῤῥην. τὸ δὲ, θῆλυ. ὧν διαφέρει τὸ θῆλυ, ἔχον κτηδόνας εὐθείας ἐντός. τὸ δὲ ἄῤῥην περιφερές ὄζει καὶ πανταχόθεν συμφυές. γεύσει δ' ἀμφότερα ὅμοια. κατ' ἀρχὰς μὲν γλυκάζοντα, εἶτα δριμάνασ' ὀσέως ἔμπικρα. γίνεται δὲ ἐν τῇ Ἀρκτικῇ φύσει Σαρματικῆς. λέγουσι δέ τινες, φυτοῦ ῥίζαν εἶναι. τινὲς δὲ ἐν τοῖς σελέχεσι τῶν δένδρων καὶ σῆψιν γίνεσθαι. ὡς τὸ τῶν μύκητες. γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Γαλατίᾳ καὶ Κιλικίᾳ ἐπὶ τῶν κέδρων. εὔθρυπτον μὲν πρὸς καὶ ἀσθενές. τὴν μὲν δύναμιν ὄζει συμπικρόν. δάκνει μανικόν. πρὸς τὰ πνεύματα τῶν ὑποχονδρίων. ῥήγματα. ὀβολῶν δὲ δυοῖν πλῆθος διδόμενον. μετ' οἰνομέλιτος, ἀπυρέτοις. πυρέσσουσι δὲ ἐν μελικράτῳ. καὶ ἡπατικοῖς. καὶ νεφριτικοῖς. καὶ ἰσχιαδικοῖς. καὶ δυσεντερικοῖς. καὶ ὑστερικοῖς. καὶ κακοχροίαις ἀπὸ δι δόμενον. φθισικοῖς δὲ μετὰ γλυκέος. ὠλλωικοῖς δὲ μετ' ἐξυμέλιτος. καὶ σπασμωδικοῖς ὡς ἔστι διαμασώμενον καὶ καταπινόμενον. μηδενὸς ὑγροῦ ἐπιπροσφουμένου. ὁμοίως δὲ καὶ ὀξυρεγμιῶσιν. ἀσθμασι δὲ καὶ ἄιμασι ἀναπωτὰς, ὀλκὴ τριωβόλου μετὰ ὕδατος λαμβανόμενον. πρὸς δὲ τὴ πρὸς τὰ ἰχία καὶ ἄρθρων ἀλγήματα. καὶ ἐπὶ λιθιάσει μετ' ὀξυμέλιτος λαμβανόμενον τὸ ἴσον πλῆθος. ἄγει δὲ καὶ ἐμμηνα. πρὸς δὲ τὰ πνεύματα μέναις ὑστέραις συναγόμενα, ὠφελίμως ἴσον δίδοτ. λύει δὲ καὶ ξίγος πρὸ φύσει ἐπὶ σπασίας διδόμενον. καθαίρει δὲ καὶ κοιλίαν ἄ. ἥ β'. μετὰ μελικράτου πινόμενον. ἔστι δὲ καὶ θανασίμων ἀντίλοπον μετὰ κράματος ἄ. μᾶς ὀλκὴ λαμβανόμενος. πρὸς ἐρπετῶν δὲ πλήγας καὶ δήγματα, ὀλκὴ τριωβόλου μετ' οἴνου πινόμενον παυνὶ βοηθεῖ. καθόλου πρὸς τὰ ὄντες πάντα πάθη ἀρμόζει, πρὸς δύναμιν πρὸς ἡλικίαν διδόμενον, οἷς μὲν μετ' ὕδατος. οἷς δὲ μετ' οἴνου. οἷς δὲ μετ' ὀξυμέλιτος ἢ μελικράτου.

De Agarico. Caput I.

AGaricon Romani pariter Græcis agaricum dicunt. Radix fertur laserpicio æquali agaricum esse: non tamen dẽsa laserpicij modo superficie: tota siquidẽ rara est. Genere differt agaricũ: estq; in eo altera mas, altera fœmina. Bonitate antecedit fœmina, rectas intus pectinũ modo uenas & diuisiones habens. Masculũ in seipsum cõuolutum rotundũq;, & undiq; concretũ est. Eundem habet utrũq; gustum, à principio dulcescentem, mox cũ diffundi per os cœperit, amarum. Nascitur syluestribus & incultis Sarmatiæ locis. Feruntq; aliqui plãtæ radicẽ agaricũ esse: quidam in truncis arborũ ex corruptiõe fungorum modo fieri. Nascitur & in Galatia Asię Ciliciaq; in arboribus: uerum friabile & infirmũ. Habet agaricum adstringendi uim, calefacitq;: facit ad tormina, cruditates, rupta conuulsaq;, obolorũ duorũ põdere: Daturq; in febre cum mulsa aqua: ubi febris absit, cum mulso. Dat idem utiliter drachmę pondere iocinorosis, suspiriosis, suffusis felle, intestinorum torminibus, renum cũ urinæ malo aliquo doloribus quos nephritim uocant, urinæ angustijs, strangulatu uuluæ procidẽtibus, & sine manifesta causa decoloratis & pallidis. Datur & tabidis, cum passo: lienosis, cum aceto mulso: & cibum non continentibus in stomacho, ut est commanducatum & potum, nullo alio addito liquore. Datur pariter & acida ructãtibus. Sistit agaricum sanguinis excreatiões trium obolorum pondere cum aqua sumptum. Facit & ad coxendicis articulorumq; dolores, & comitialem morbum, pari põdere cum aceto mulso sumptũ. Trahit idem menses, & contra muliebrium locorum inflammationes fœminis utiliter datur. Febrium cum tremore algores ante accessiones datum soluit. Aluum unius alterius ue drachmę põdere cũ mulsa aqua potũ purgat. Aduersatur præterea uenenis drachmę pondere in diluta uini potione datum. Serpentium ictibus & morsibus põdere trium obolorum cum uino potum egregie succurrit. Omnibus in uniuersum interioribus uitijs accõmodatum est, pro uiribus & ætate sumentiũ datũ: aliis cũ aqua, aliis cũ uino, aliis cũ aceto mulso, aliis cũ mulsa aqua.

INTERPRES.

SVnt in agarico multa quæ in antigoribus & melioribus Græcis aliter q̃ in impressis legunt: & inter ea quæ nihili & q̃ multifaciẽda sunt. Quę negligi sine periculo possunt, pro συμφυὲς συμπιφυὲς est: eadẽ eñ utriusq; significatio: & pro δένδρων, ῥίζων: quo loco hic scilicet ait, nasci agaricũ in truncis, ut cõmunis habet lectio arborũ: ut meliores codices, radicũ. Diuersitatẽ aũt hanc fecerunt nõ satis noti quondã agarici natales, asserẽtibus alijs radicẽ esse, alijs arboribus fungorũ mõ adnasci. Illa pluris faciẽda & diligẽtius pro hois salute aiaduertẽda: fit' ne post cruditates dicẽdũ mederi agaricũ πλώμασι, q̃ uox lapsum & ex alto casum significat, ut passim legit: an potius σπάσμασιν, i. cõuulsis, ut meliores Græci habent. Sic etiã ubi post suspiriosos

ſpiroſos ἐκτριῶσι, quod eſt felle ſuffuſis, ut in pluribus: an λεντριῶσι, id eſt, inteſtinorũ lẽuori, ut in melioribus legitur. Nos in priore illo maluimus conuulſa dicere: in poſteriore nihil mutauimus, medicis de tota hac re cenſendũ ex agarici uiribus relinquentes: Interim nõ fuerit inutile legẽtes monuiſſe, quas nos in agarico pectinũ modo uenas & diuiſiones dicimus, κτενίδας uocare Græcos, exponereq; λιαφύσεις eſſe, quod tocã rem nõ explet. Pectinis eñ ratio in nomine illo eſt, quẽ Græci κτένα dicũt: à cuius denticulata p lõgitudinẽ ranita te & inſectiõe, Græci in materia κτενίδας dixerũt curſum & directionẽ ei⁹ inlõgitudinẽ, ea forma ut quales in pectine ſunt dẽtes, & inter duos dẽtes peruia ſpatia, ſic in materia recta ferunt in lõgitudinẽ, uelut uenæ & inter eas ceu ſpatia diſtinguntur, quę in multis arboribus naturalis compactio eſt. Plinius in fagis pectines ſic directam materiã uocauit: iterq; inſerta pectinũ modo piceæ & abieti. Eumq; nos imitati, exigente ſic etiã re ipſa, diſcurrẽtes pectinũ modo uenas in agarico diximus. Cruditates uero in morbis cõtrariã coctu ræ cibi in ſtomacho fortunã. Quod uitium quotidianũ ferè & populare eſt, tã imtẽperanter ubiq; agimus. Quod erat deinde κακοχροίαις (quæ uox decoloratã corporis ſpeciẽ ſignificat) ex his quæ ueteres Græcorũ medici tradiderũt, pluribus uerbis reddidimus: ſine manifeſta cauſa decoloratis & pallidis. ἄχροιαν id unũ Paulus Aegineta etiã appellauit: pluraq; numerauit libro primo eius mali remedia. Sciendum & illud, quos nos diximus cum tremore algores, ob eam quę in iride tractata eſt, cauſam. Plinius plerunq; algẽtes uocat, omneq; febris frigus promiſcue ea indicat uoce.

κτενίδες in plantis. Pectines in plantis.

Cruditates

ἄχροιας

Περὶ ῥᾶ. κεφ. υϛ'.

Α. δύο ἐ ἔχον. Ἡδύ ἐ, ῥίζαν ἐωμαῖοι ῥᾶ πόντικουμ. καλοῦσι, γινᾶτ ὧν τῆς ὑπερβοσπορ τόπις. ὅθεν καὶ κομίζεται). ῥίζα μέλαινα. κεντουρίῳ τῷ μεγάλῳ ἐοικυῖα. μικροτέρα μέντοι καὶ ἧσσον βυθεσέρα. ἄοσμος. χαύνη. ὑπόκυφος. ἔστι ἐ αὐτῆς κράσιν δ' ἀτρακώδεσιν. ἔγλιχρόν τε καὶ πεῦσιν μετ' ἀνιμένης σύψεως. διαμάσσεται δέ πως ἐννωχρον καὶ κροκίζον πρῶτος τῷ χρώματι. ποιεῖ δὲ πινόμενον πρὸς ἐμπνευματώσεις σομάχου. ἀρυίαν. ἄλγημα παντῆρος. ὠδάσματα. ὠλκικούς. ἡπατικούς. νεφριτικούς. σφοφυμένους. καὶ τὰ περὶ κύστιν, καὶ θώρακα, καὶ ὑπερχονδρίων αὐτάσεις. καὶ τὰ περὶ ὑστέραν πάθη. ἰσχιάδας. αἵματι πύσεις. ἀδιαθέσεις. λυγμούς. δυσεντερίας. κοιλιακὰς διαθέσεις. καὶ περιόδους. καὶ θηρίων δήγματα. δώσεις ἐ ὁμοίως τῷ ἀγαρικῷ πρὸς ἕκαστα πάθος. τὴν αὐτὴν ὁλκὴν καὶ ὑγροῖς χρώμενος. μετ' οἰνομέλιτος καὶ ἀπυρέτοις. πυρέσσουσιν ἐ μετὰ μελικράτου. φθισικοῖς μετὰ γλυκέος. σπληνικοῖς μετ' ὀξυμέλιτος. σομαχικοῖς ὡς ἔστι διαμασώμενον καὶ καταπινόμενος. μελανούσης ὑγρᾶς ἐπιῤῥοφουμένου. αἷς ἐ καὶ πελιώματα, καὶ λήχηνας μετ' ὄξους καὶ καχεξιοθέν. καὶ φλεγμονὰς πάσας διαχρῶνται σὺν ὕδατι καταπλασσόμενον. ἡ ἐ ἀνωτάτη αὐτοῦ δύναμις, συπτικὴ μετὰ πρώτης θερμασίας.

De Rha. Cap. II.

RHa. Sunt q rheon, qui rhian appellẽt Romani rha Ponticũ uocãt. Naſcitur locis ſupra Boſporũ, unde etiã affertur. Radix nigra, maiori centaurio ſimilis, minor tamen & magis rubens: ſine odore, fungoſa, nec ponderoſa. Probatiſſimũ quod teredinem nõ ſenſit: qd in guſtu glutinoſum cũ leni aſtrictione lenteſcit, cõmanducatumq; palleſcit, & lutei croci colorem aliquẽ refert. Facit potũ ad ſtomachi inflationes, infirmitates, dolores omnes, conuulſa, rupta, lienoſos, iocinoroſos, renum cũ urinę malo aliquo dolores, tormina, pectoris ueſicæq; uitia: præcordiorũ item diſtẽtiones, & muliebrium locorũ uitia: coxendicis dolores itidẽ, cruenta ſputa, ſuſpiria, ſingultus, inteſtinorũ tormina, cœliacos, circulariũ febriũ ambitus, & uenenatorũ morſus. Datur agarico ſimiliter in ſingulis prædictis morbis, eodẽ pondere in ijſdẽ liquoribus, cũ mulſo, ubi febris abſit: in febre, cum mulſa aqua: tabidis, in paſſo: lienoſis, cũ aceto mulſo: nõ continentibus cibum in ſtomacho, quale eſt cõmanducatum & potum: nullo ſuperpoto liquore. Emendat rha Ponticum liuores impetigines q; ex aceto inunctũ. Diſcutit idẽ diutinas inflãmationes ex aqua illitũ. Eſt autem illi maxima & præcipua uis adſtringendi cum calore aliquo.

INTERPRES.

QVi ſupra Pontum & Cimmerium Boſporũ, ad Panticapeum regionis eius metropolim uicinus Tanai in Mæotidem paludem influit, maioris illius fluuij luce & nomine non ſatis in Geographia clarus, quondam Rha dictus fluuius, Põticæ radici huic nomen dedit: & in ripis ſuis naſcentẽ ueluti adoptione quadam in ſui nominis honorem admiſit. Nec alia nominis eius q̃à natali ſolo cauſa & ratio eſt: Ammiano Marcellino hiſtoriæ ſuæ xxii. uolumine his uerbis tradita: Tanais qui inter Caucaſeas oriens rupes, per ſinuoſos labitur circunflexus, Aſiam q̃ ab Europa diſterminans, in ſtagnis Męoticis delitęſcit. Huic Rha uicinus eſt amnis, in cuius ſupercilijs uegetabilis quædam eiuſdem nominis gignit̃ radix, ad multiplices medelaræ uſus proficiẽs. Quod nouiſſe non parum ijs fuerit, qui ſolicitis animis diu fuerunt & adhuc ſunt, Ponticæne huic radici eadem, an alia ſit quam noſtra ætas in quotidiano medicinæ uſu barbaram appellat. Facti enim dimidium, ut poëta cecinit, qui modo cœpit habet. Auditis ſiquidẽ Ponticę huius radicis natalibus, non difficile erit diligenti per mercatores, qui ad nos barbaram illam afferunt, à uenditoribus facta percontatione, nouiſſe an quæ nunc barbara dicitur, Ponticæ eadẽ ſit: & an his quibus locis naſci eã Marcellinus ait, an alibi naſcatur. Nobis pro cõperto hactenus nihil eſt, & ſi diligentiores in quærenda tota hac

hac re fuerimus. Si enim quæ nunc ad nos barbara effertur aliud q̃ Rha fluminis supra Pontū & Cimmeriū Bosporꝝ ripas natale solū habebit, radices duas eodē nomine, sed diuerso patriæ & gentis cognomine tunc esse constituendū erit. Sin contrà, ex quibus Ammianus Marcellinus locis tradidit ad nos afferri, unū tantū radicis huius faciendū erit genus: & in eo ex diuersis notis non eadē bonitas: in quā partē inclinat animus huic scriptori credendum est, sentitur. Nos certe scimus sine odore uisam aliquādo radicē, quæ barbara uideretur & crederetur, non tamen esset: ideoꝙ à medicis in usu damnatam. Quocunꝙ autē modo id fiat, non uidetur hic scriptor siue alia penitus, siue bonitate à Pontica diuersa sit, barbarā cognouisse. Nunq̃ enim ἄνοσμον, id est sine odore eam dixisset. Cæteræ in hoc & in alijs scriptoribus Ponticæ radicis appellationes, ex eo dem principio primaꝙ illa Rha fluminis appellatione fluxerunt: ideoꝙ à nobis & alijs relinquendæ. Relinquenda & quam Plinius dixit rhecomam, sine ratione aliqua nūc in eo scriptore, & incognitam penitus. In medicina illud monemus, quas nos stomachi infirmitates diximus, certum mali in ea parte genus significare: quod Græci ἀσθένειαν & ἀῤῥωστίαν aliquando dicunt, utraꝙ appellatione languorē, debilitatem, & uirium eius partis infirmitatem indicantes: quod malum febribus aliquando superaccedit, aliquando per se morbum facit, quem Græci ἀκράτειαν τῆς προσῤῥοιμβδίων, id est incontinentiam eorum quæ eò demittantur, appellant: non aliter q̃ & manus languens & infirma, quæ cœperit tenere non potest. Stomachi infirmitas.

Περὶ γεντιανῆς. Κεφ. υθ'.

Γεντιανή. Οἱ μέν, κενταύρειον ῥίζαν. οἱ δὲ ἀλόην γαλλικήν. οἱ δέ, νάρκην. οἱ δέ, χειρωνίου. δάρδανοι δὲ ἀλοίτιν. ῥωμαῖοι γε μὴν οἰκεῖον τὴν πρώτην εὕρεσιν ἀναθεῖναι τῷ ἰλλυριῶν βασιλέως. ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχηκεν. ἔχει τὰ φύλλα τὰ μὲν πρὸς τὴν ῥίζαν καρύας ἢ ἀγριοκάστανα ὅμοια ὑπερυθρα. τὰ δὲ ἐν μέσῳ τῷ καυλῷ, μάλιστα τὰ κατ' ἄκρον ἐχόμενα, μικροῦ. καυλὸς δὲ κενός, λεῖος, πάχος δ' ἀσφοδέλου. ῥίζαν μακρὰν, ὑψος δ' ἐπήχεως, γόνασι διηλλαγμένος, ἐκ διαστημάτων μείζονων πρὸς εἰμένος τὰ φύλλα κατὰ τὸν καυλόν. ἄνθος δ' ἐν κάλυκι πλατεῖ, κοῖλῳ), ἀχυρώδη, πρὸς τὸν τοῦ σφονδύλου. ῥίζαν μακράν. ὁμοίαν ἀγριολοχίᾳ τῇ μακρᾷ. παχεῖαν. πικράν. γευσάμενος δὲ ἐν ὑπολοτάταις ἀκρωρείαις, μὴ σωσκίοις τόποις. μὴ ἐν ὑδρόχοις. δώσουσι δὲ ἐκ ῥίζαν βραχεῖαν ἐν οἴνῳ. τοῦ δὲ χυλοῦ θηριοδήκτοις πρόσχυσιν ποιοῦσι. < β'. τὸ πλῆθος μετὰ πεπέρεως, μὴ πικάνθ, μὴ οἴνῳ. τοῦ δὲ χυλοῦ σμαραγδόσον. < ά. μὴ πρὸς ὀδύνας πλευρῶν, πλεύμονος, ῥήγματα πεπτικοῖς, στομαχικοῖς πινόμενον μετὰ ὕδατος. ἐκβάλλει δὲ ἔμβρυα ῥίζα ὡς κολλύριον προστιθεμένη. ἔστι δὲ γραμματικὴ ὡς ἰτιδεμένη ὡς τὸ λύκιον. ὑπὲρ νόμων τὲ ἑλκῶν ἴαμα, πρὸς μάλιστα δὲ χύλισμα ὀφθαλμῶν ἐπιχύσματα φλεγμαινόντων. μίγνυται δὲ μὴ εἰς τὰ σημεῖα τὴν κολλυρίων δὲ χύλισμα ἀντὶ μηκωνίου. ἔστι δὲ μὴ ἀλφῶν σμηκτικὴ ἡ ῥίζα. χυλίζεται δὲ δηλαδὴ σα μὴ βραχεῖα ἐν ὕδατι ἐπὶ ἡμέρας ε'. εἶτα ἑψηθεῖσα ἐν ζέοντι ὕδατι, ἄχρις ἂν ὑποδέχωσιν αἱ ῥίζαι, καὶ μετὰ δὲ ψυγῆναι τὸ ὕδωρ διηθεῖται δι' ὀθονίου. καὶ ἑψεῖται ἄχρις ἂν μέλιτος πάχος τῇ συσάσει. μὴ ἀποδέεται ἐν ὀξυκρατίνῳ ἀγγείῳ.

De Gentiana. Cap. III.

GEntianā. Sunt qui centaureā radicem, qui aloën Gallicā, qui à torpore narcen, qui Chironiā, qui cicendā, qui ciminalē herbam uocēt. Dardani aloitim. Romani pariter Græcis gentianā dicunt. à Gentide Illyriorꝝ rege inuenta primū gentiana esse credit: à quo etiam factū illi nomen est. Folia quæ à radice statim in ea se proferunt, iuglandi nuci aut plātagini similia habet, colore rubescente. A' medio uero caule præsertimꝙ in summo cacumine breuibus incisuris diuisa sunt. Caulis illi est grandis, cōcauus, lēuore nitēs, digitali crassitudine, duūm cubitorꝝ altitudine, geniculis intersectus, maioribus interuallis folia proferens. Semē habet in florum doliolis latū, leue, glumosum, figura ad spondylij semen accedens: radicē longā, longæ aristolochiæ radici similē, crassam, amaramꝙ. Nascitur in altissimis montiū uerticibus, ijsdēꝙ umbrosis & aquosis. Habet radix calefaciendi adstringendiꝙ uim. Succurrit uenenatorꝝ morsibus pōdere drachmarꝝ duarꝝ pota cum pipere, ruta, & uino. Succus drachmæ pondere contra lateris dolores, ex alto casus, rupta, conuulsaꝙ bibitur. Bibitur io cinorosis etiam, & cibum in stomacho non continentibus cum aqua utiliter. Pellit ex utero fœtus radix, collyrijꝙ modo fœminis subdita. Vulneribus eodem lycij modo imponitur. Cuniculosis medetur gentiana ulceribus, præsertimꝙ succus. Inunguntur eo itidem oculorum inflammationes. Misceturꝙ pro meconio, quod opium est, succus acribus collyrijs. Abstergit uitiligines radix: succusꝙ ex ea colligitur hoc modo: Tunditur radix, diebusꝙ quinꝙ madescit in aqua: coquitur deinde in eadem aqua, usꝙdū superstent radices. Cumꝙ gelauerit aqua, per linteum trajicitur, coquiturꝙ usꝙ ad crassitudinem mellis: picatoꝙ uase repositus, seruatur.

PEriſſet tota Gentidis antiquiſſimi Illyrioꝝ regis iampridē cum nomine fama, nec eſſet regię eius fortunæ monumentū aliquod, niſi renaſcens quotannis gentiana, grata inter homines memoria honorē illi identidē augeret: amareq; hominē & laudare poſteros cogeret, qui ut generi humano prodeſſet, in frigidiſſimis regionis ſuæ uentoſisq; montibus, neglecto regiæ poteſtatis honore, herbas quærere, & inuentas nobis indicare ueritus non fuerit: tā innocenter ſibi, utiliter uero alijs tunc reges imperia tractabāt gaudente, ut par eſt, matre omniū terra, augentibusq; uires ſuas herbis, quæ regū manibus foderent: grandē te etiā medicina, quæ reges haberet autores: eorūq; dignitate ſuū & ipſa honorē & gloriā augeret. Quanto Illyrioꝝ regi honeſtius hoc in laudibus ſuis audire, q̄ Cæſari centū & nonaginta duo milia hominū occiſa prælijs, qui maximus fortunæ & gloriæ eius cumulus eſt, in honore ſibi feciſſe? Et quos bello alij perdiderunt, inuentæ à ſe gentianæ remedijs ad ſanitatē inſtruxiſſe. Nota omnibus nūc etiā gentiana eſt. Eam centaurio ſimilē, centauriā radicē aliqui nominauerunt: & ex eo narcē, quoniā narce centauriū etiā dicatur. Fuerunt qui aloēm Gallicā, nulla folioꝝ, ſed radicis ſimilitudine aliqua, quā utrunq; genus rectā ſub terrā agit. Chironia à centauro Chirone dicta itidē eſt, quoniā & centauriū ab eodē Chironia pariter nominetur: credimus præterea quoniam aloē diceretur gentiana, à Dardanis aloitim pariter nominatā fuiſſe. Suſpicamur tandē in extremo capite uitiū eſſe, illic ſcilicet ubi de radicis coctura agitur: quā coqui hic iubet uſq; dū radix illa ſuperſtet & emergat. Qui ſenſus rei non ſatis reſpondet. Neq; enim ponderoſæ radices quanta uoluerit aliquis coctura, coctæ per ſe emergent. Potuit quidē ſic intelleXiſſe, tandiu coquendā gentianæ radicē, donec decreſcente paulatim aqua, deſinat radix ſub ea eſſe: eaq; ratione ſuperſtet. Verꝝ hic nunq̄ cocturę aliquis ſpatiū ſic docuit. Præterea antiquiſſimi Latini omnes pro eo habēt, donec uirtutē ex ſe dimiſerint: manifeſto argumento, aliā fuiſſe quondā eius loci lectionem. Poteſt tamen ut diximus defendi res: ideoq; nos communē alioꝝ omniū lectionē ſecuti ſumus: & nihilominus quod obſeruatū etiā à nobis fuerat, alijs ſigni ficauimus. Non ſunt etiā de gentianæ natalibus Barbaro & nobis eadē omnia. Ille in altiſſimis montiū crepidinibus naſci eam, nos in altiſſimis montiū uerticibus diximus, Dioſcorides ἐν ὑψηλοτάταις ἀκρωρείαις ait: quę uoces nihil aliud q̄ altiſſimos uertices ſignificāt. Siquidē montes omnes à Græcis trifariā diuiduntur, εἰς ῥίζας, ἐις ὑπώρειαν, quod imas partes & radices ſignificat: εἰς ἀκρώρειαν, id eſt montiū cacumina: & εἰς ὑπώρειαν, qua uoce deſcēdentia iam montiū latera indicant. Aitq; hic ἀκρωρείαις & addidit ὑψηλοτάταις, id eſt uerticibus altiſſimis. Cur autē ille crepidines uerterit, quæ fundamenta maioris alicuius molis ſunt, non ſatis uideo. Signaſſe hoc nos oportuit, quoniā contrario ſenſu audiuntur crepidines & uertices. Sic etiā quæ nos cuniculoſa ulcera diximus, ille ſimpliciter profunda, non leui diſcrimine inter profundū & cuniculoſum. Profundū enim q̄d ſimpliciter & plerunq; rectā in altū deſcendit, dicitur: idq; βαθὺ Græci uocant: cuniculoſum autē, quod pluribus tranſuerſisq; itineribus quaſi canalibus per latitudinē putreſcit. ὑπονόμους enim, à quibus hic ὑπονομαῖα ἕλκη dixit, Græci ſubterraneos canales, opertas foſſas, & cloacas uocāt. Sæpiusq; in eoꝝ hiſtorijs uox ea inuenitur, cū aut factis aut inuētis ab hoſte cuniculis, clādeſtinos nocturnosq; in oppida ingreſſus deſcribūt. Latini tocū hoc genus cuniculos uocauerūt: quæ uox noſtra ætate multis locis ſeruat in lepuſculis his, quoꝝ natura eſt ad latebras & perfugiū ſub terra clādeſtina huiuſcemodi itinera ſibi effodere. Cuniculos enim q; in cuniculis agant, omnes appellant. A quaꝝ latebraꝝ canaliū'ue aut itineꝝ ſimilitudine hic cuniculoſa ulcera uocauit: quæ ſi profunda ſimpliciter dici poſſunt, alioꝝ iudiciū ſit: nos uocē noſtrā Græcæ uocis ratione & imitatione tuemur. Adijciemus pro ſtomacho huic capiti etiā, quos toto hoc opere cibū in ſtomacho nō cōtinentes dicimus, eos intelligere quos Græci & ſcriptoris huius interpretes alij ſtomachicos plerūq; appellāt: cōi qdē ut aliqbus forte uidebit, oībus, aut ſaltē pluribus eius partis malis affectiōibus, appell

σα ὠφελιμωτέρα ἡ στρογγύλης. κλωνία λεπτὰ ὡς ἀσφοδελοῦ τὸ μέγεθος, ἄνθος πρὸς φυγὴν, δυσῶδες, ὃ πᾶν δηλαδὴ ἀτοπώτατα πᾶσα πλήσιον γίνεται. ῥίζα δὲ τῆς μὲν στρογγύλης τῇ φλῶμος ὁμοία, ἡ δὲ μακρᾶς δακτύλου. ἔχει δὲ πάχος ἀσφοδελιαῖα ἢ μείζων. ἀμφότεραι δὲ τὰ πρὸς πυξοῦς ἔνδοθεν. πικραίνεται γεύσιμον μὴ βρωμώδες.

περὶ Ἀριστολοχίας κληματίδος. υιά.

ΕΣτι δὲ ἡ μὲν τρίτη μακρά. ἣ ἡ μὲν κληματῖτις καλεῖται. κλωνία ἔχουσα λεπτά. φύλλοις ὑπερστρογγύλοις ἀσθενῶς μικροῖς ἐοικόσι. πᾶν ἱπλεα ἄν θη. ἐοικότα πηγάνῳ. ῥίζας μακροτέρας λεπτάς. φλοιὸν ἐχούσας παχὺν μὴ ἀρωματίζουσας, ἰδίως χρησιμεύσας μυελοῦσιν εἰς τὰς τῶν μήνων συνοχάς. πρὸς δὲ πρὸς μὲν τὰ ἄλλα φάσμακα ἡ στρογγύλη. πρὸς δὲ τὰ ἑρπετὰ μὴ θανάσιμα ἡ μακρά. λάβοντι πινομένη μετ' οἴνου μὴ καταπλασσομένη. μὴ τὰ ἐν μήτρᾳ συνισάμενα πάντα λόχια μὴ ἔμμηνα μὴ ἔμβρυα ἐκβάλλει. πρεσβύτερα μετὰ πεπέρεως μὴ σμύρνης. μὴ ἐν πεσσῷ ἢ προστεθέντα τὰ αὐτὰ δρᾷ. ἡ δὲ στρογγύλη πρὸς μὲν πρὸς ἃ εἴρηται ἡ προσεκμύει. ἐκ πάντων δὲ βοηθεῖ ἄσθμασι. λιγμοῖς ῥίγεσι. ῥιγώσι. ῥήγμασι. σπάσμασι. ἀλγήμασι πλευρᾶς πρόσω μετ' ὕδατος. ἀνάγει δὲ, μὴ σκόλοπας, ἀκίδας, λεπίδας ὀστῶν καταπλασσομένη ἀθρόως. καὶ σκιρρώδεις πρὸς χαράσσει δὲ τὰ ἐν πᾶσι καθαίρει ἕλκη. δὲ τὰ κοῖλα πληροῖ σὺν ῥητίνῃ μέλιτι. σμήχει δὲ δὲ οὖλα μὴ ὀδόντας. δοκεῖ δὲ μὴ ἡ κληματῖτις πρὸς τὰ αὐτὰ πρεῖον. ἐλαττοῦται μέντοι δυνάμει τῶν προειρημένων.

bet hæc q̃ rotunda folia: Ramulos tenues, longitudine fere dodrantali. Florẽ fert purpureũ, grauissime odoratũ: qui cum dehiscere cœperit, pyro similis fit. Rotundę aristolochiæ radix in globum rapi modo rotunda: longæ uero, crassitudine digitali est: longitudine dodrantali, & aliquando maior. Buxeus utriq; intus color est: gustu amaræ sunt, & uiroso odore. Est & tertia quædam aristolochia longa, quæ clematitis quasi sarmentaria uocatur. Ramulos habet tenues, foliis modicæ rotundis, minori sedo similibus, plenos. Habet hæc rutæ flores: radices longissimas, tenues, crasso & odorato cortice uestitas, unguentarijs ad unguentorum spissamenta expetitas. Contra medicamentorũ noxas alias omnes, utilis rotunda est. Contra serpentes uero & mortem facientia, alia quæ longæ cognomen habet, drachmæ pondere utiliter cum uino bibitur, & emplastri modo imponitur. Pellit eadem quæ in muliebribus locis à puerperio supersunt secundas & menses pota, additis myrrha & pipere. Potest eadem subditus ex eadem fœminis pessulus. Facit rotunda itidem ad eadem omnia ad quæ prædicta: amplius q; suspiriosis prodest. Prodest & singultienti bus, ante accessionem febrium cum tremore algoribus, lienosis, ruptis, conuulsis, & lateris doloribus: in quos usus cum aqua bibitur. Surculos præterea & cuspides extrahit, ossiumq; squamas emplastri modo imposita, educit: exedentia circumscarificat ulcera: sordida purgat: concaua, addito melle & iride, explet. Gingiuas & dentes exterit. Creditur & tertia quæ clematitis quasi sarmentaria dicitur eadem præstare, minore tamen efficacia prædictis duabus illis est.

INTERPRES.

DOcent in musicis (quod & plerisq; alijs artibus cõmune est) tam qui in eius artis ratiocinatione, q̃ q̃ in opere occupãtur, non esse eandẽ pro ea ratiõis & sensus fœlicitatẽ: Illa enim quod certũ & undiq; exactũ est, amat: & cum inuenerit, probat: Hic satis habet, si quod propinquũ illi est, inuenerit: gaudetq; eo & utitur. Deprehendit id in pictura & fabrica quotidianus usus, in quibus mathematicorũ lineis & angulis paria aliquãdo respondent, quæ ab architectis & pictoribus ad gratiã sensus tantũ dispositа & confecta fuerunt. Habẽt & bonarũ artiũ studia eandẽ fortunã: est q; ubi artis doctrinæ ue alicuius necessitas q̃d certũ & undiq; exactũ sit, exigat. Est ubi ad gratiã satis sit q̃d propinquũ illi est inuenisse, eoq; uti: qualia sunt quæ ad delectationẽ à poëtis in theatro docentur, & quæ in populo ad plebis adulationẽ ab oratoribus dicuntur: quos sententijs his & rerũ indicationibus uti oportuit, ut Romanus poëta cecinit, quæ belle tãgere possunt aures. Quod non licet his agere, qui grauiora tractantes certũ & exactũ illud quod pauloante dixi mus, quærere: & cum inuenerint, tantũ eo uti debẽt. Nec est ubi magis q̃ in medicina id fecisse oporteat. Interest em̃ salutis humanæ, quæ nisi certa & exacta illa ratione curet, tota facile perit. Nec quic q̃ professoribus eius artis turpius grauius ue fuerit, q̃ certũ & exactũ illud, cũ aliquid in ea docent, neglexisse. Culpandus in hoc genere aliquãdo Plinius est, qui siue festinãs, siue in tanta rerũ mole supra hominis captũ occupatus, multis locis quæ Græcorũ medicinæ & uocibus parũ respondent, Latinis reddidit. Hoc aũt & in aristolochia præcipue, cui grauidas dedisse nomen ait, quoniã esset ἀρίστη λοχευούσαις, cõtrario duarũ uocũ inter se euentu & sensu. Neq; enim grauidæ λοχεύουσαι: nec contrà λοχεύουσαι grauidæ dici possunt: diuersa enim in reno uando per generationẽ homine tẽpora & naturæ euentus in uocibus illis audiũtur. Romani enim grauidas appellauerunt, quæ à concepto fœtu usq; ad puerperiũ uterũ gerunt. Græci uero λοχευούσας, quæ desinentes grauidæ essẽ, aut iam parerent, aut pauloante peperissent. Latinę uocis certa omnibus æstimatio est: nec aliquis grauidã hominẽ audiens, non gerentẽ adhuc uterũ intelliget: in Græca itidẽ non minus q̃ in Romana

præsentis aut pauloante confecti puerperij significatio est. Omittimus nos quæ omnia Græcorum lexica de tota hac uoce docuerunt: quorum ea summa est, ut λοχεύω uerbo & λοχεία nomine significari testentur naturæ euentus hominũ, & præsertim obstetricis ministeria officiaq; illa omnia, quę iure humanitatis puerperis debent & præstant: eousq; ut sellas, in quibus ad faciliorẽ partũ in puerperio mulieres constituunt, ab hoc ipso uerbo λοχαίους Græci dixerint: dico autẽ euentus naturæ, dolores partus, partũ ipsum, & post partũ secundas purgationes q; alias omnes, quæ tunc fiunt: hominũ uero ministeria & officia, auxilij opis q; omne genus, quod tunc obstetrices alij q; omnes parant. Quinetiã quandiu puerpera à partu in stratis quiescit, λεχεύειν toto illo tẽpore dicit: & obstetrix ex eo ministerio à Græcis ex eodẽ hoc uerbo appellata est. Quæ ola in grauidis & uterum adhuc gerentibus nullã necessitatẽ & usum habẽt. Sed quid aliunde uocatis testibus ad hãc rem utimur? Hic ipse scriptor pro cunctis alijs est, non multo post in uiribus aristolochiæ dicẽs, pellere eam quæcunq; in muliebribus locis λοχία id est à puerperio relicta, secundas &c. Ex qua potestate nomen à Græcis inuenit. In q̃ animaduertendũ illud etiam est, si uis aristolochiæ sit pellere ex muliebribus locis quæ pauloante dicta sunt, non grauidis ἀρίστην. i. optima à Græcis & utilis dicta fuisset: nisi abortiuũ medicamentũ, quod credendũ non est, docere & laudare uoluissent. Fuerũt nobis hæ causæ, ut cõtrà q̃ Barbarus ex Plinio, quẽ aliquãdo nimis amauit, grauidas dixit: nos puerperas dixerimus, Græcorũ scriptorum decreta & rei necessitatẽ secuti. Quod q; nos in hoc scriptore cupimus, seruasse cæteros etiã monemus: q̃d certũ & exactum sit, in artibus & doctrinis amare. Nisi em̃ sic fiat, graui periculo docebit & tractabit, q̃d rationi & exacto illi propinquũ tantũ fuerit: Et hæc pro aristolochiæ appellatione satis dicta sint. Plinius malũ terræ: erraticũ uero malũ alij à Romanis uocari dixerunt: omnes q; à radicis globosa forma, quæ pomi crassioris speciẽ, & hic ait, rapi figurã habet. Adiecit hic dactylitim quasi digitalẽ etiã dici. Credimus q; nos, longioris aristolochiæ fuisse hanc propriã appellationẽ. Siquidẽ & hic & Plinius longæ radicẽ contrà q̃ rotundæ sit, digitali crassitudine descripserunt: & si Plinius baculi crassitudine eã dicat, lõgitudine uero quatuor digitorum. Quæ deinde inter alias appellationes teuxinos numerat, corrupta nobis uidet, & à partu τέξιν & instauranda esse, nihil tamen in cõmuni omniũ Græcorum lectione mutauimus: quẽadmodũ contrà, totius capitis extremam partẽ, cuius principiũ in Græcis est, καλεῖται δὲ αὕτη ἀρίσαρα &c. totã nullibi in antiquioribus Græcis inuentã expunximus, inutilẽ, & hoc scriptore indignã. Vidimus enim Græcos codices, in quibus sub titulo herbarij Crateuæ tota ea pars huic scriptori accreuerit. Laudauit aristolochiã, uires q; eius plures numerauit duobus locis, nono de plantarum historia uolumine Theophrastus: primũ q; odore suauẽ ait, tum gustu amarã, & colore nigrã: quæ omnia de radice dicta ab eo sunt: nasci optimã in montibus: folia alsinæ similia habere, sed rotundiora: utilẽ ad multa, præsertim q; contuso capiti: utilẽ alijs ulceribus, & contra serpentes, facere ad somnum, & alia quædã. Mox in usu remediorum eius ait, iuberi ex aqua admoueri & illiniri aliquando in melle & oleũ derasam: contra serpentes bibendã in uino quod acescat, ex eodẽ q; morsibus imponendã: ad somnũ derasam in nigro austero uino bibendã esse. Quæ quoniã non penitus eadem huic scriptori sunt, & ab antiquo eodem q; graui autore traduntur, commentationibus his nostris non inutiliter addi uisa sunt. Erit pro salute hominis, hoc capite multis q; alijs diligentius medicis cogitandum, quosnam hic ubi q; eodem semper singultus et singultientium nomine hoc illo'ue remedio curari iubet. Vna enim eadem q; illi semper singultus index uox λυγμὸς est: nec potest ex ea facti ex multis causis singultus discrimen aliquod intelligi. Sũt enim, ut nouerunt medici, in singultuum genere qui repletione, qui exinanitione, et qui eroso ab acrioribus humoribus stomacho fiunt: et in ijs alijs q; causis, qui maiore, et qui minore periculo hominem torquent. eorum nulla in scriptore hoc priuatim causa deprehendi potest: eam q; ob causam medicinã profitentibus, ex natura et ui remedij cognoscendum id relinquimus.

λοχαίους δ' ἔφροι. λοχεύειν.

λοχία.

Singultus. λυγμὸς.

Περὶ γλυκυῤῥίζης. κεφ. νϛ'.

Γλυκυῤῥίζα L οἱ δὲ, ποντική. οἱ δὲ γλυκήρατον. οἱ δὲ, σύμφυτον. οἱ δὲ, λεοντίκα. οἱ δὲ, γλυκύφυτον. οἱ δὲ, σκύθιον. οἱ δὲ ἄδιψον. οἱ δὲ, συλίθρα. οἱ δὲ, λιβυεστασών. οἱ δὲ, ὁμοιονόμιον. οἱ δὲ, πεντάομοι Θ', ξωμαῖοι δὲ ἡδύλιξ ξάδιξ. L γίνεται πλείστη μὲν καππαδοκία, καὶ πόντῳ. ἔστι δὲ θαμνίσκος, ῥάβδους ἔχων δύπήχεις, πρὸς ὗς τὰ φύλλα πυκνὰ ἐοικότα χίνῳ. λιπαρὰ καὶ κολλώδη ἁπτόμενα. τὸ δὲ ἄνθος ἴον ἀκινθῷ ὅμοιον. κάρπος δὲ πλατάνου σφαιρίῳ μέγεθος τραχύτριχος. λοβοὺς ἔχων μικροὺς φακοῦ, πυῤῥούς, μακρούς. ἑίζαι μακραί. πυξοειδεῖς ὡς γλυκανίδες. ὑπόξυφοι. γλυκίζαι. χυλιζόμεναι ὡς πρὸς τὸ λύκιον. πρίει δὲ χύλισμα πρὸς ἐραχύτητας ἀρτηρίας. δεῖ δὲ ὑπραθέντας τῇ γλώττῃ ἀπρυλίζειν, ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς καῦσον στόμαχον. καὶ πρὸς τὰ ἐν θώρακι καὶ πλαῦ.

De Dulci radice quam Græci Glycyrrhizam dicunt. Cap. V.

GLycyrrhizã L Sunt qui Pontica radicẽ, qui glyceraton, qui symphyton, qui leontica, qui glycyphyton, qui Scythica, qui adipson, qui sylithrã, qui Lybiestason, qui homœnomion, qui pẽtaomion appellent. Romani dulcẽ radicẽ uocant. L Nascitur plurima in Cappadocia & Ponto, breuisq; frutex est, bicubitalibus ramulis, in quibus folia sunt densa, lentisco similia, pinguia, tactuq; glutinosa. Florẽ fert hyacintho similẽ: fructũ pilulæ platani magnitudine, asperiorẽ tamen: filiquas lentis figura breues rufasq; habentẽ. Radices illi sunt longæ, buxeo colore gentianæ modo: sapore leniter acerbo, sed dulci: ex quibus lycij modo succus exprimit asperis faucib⁹ utilis: quẽ linguæ subditũ oportet sensim in fauces saliua diluere. Prodest idem æstuãti stomacho: pectoris uitijs & iecoris: uesicæ itidem sca-

ψωρίασις τὲ κύστεως ⟨1⟩ νεφρίτιδας πινόμενον μετὰ γλυκέως. ἄδηψόν τε ὄξει μὰ πρὸς χυλιζόμενον. ⟨1⟩ τραυματικὸν πρὸς ἐγχριόμενον. ⟨1⟩ σομαχικὸν διαμασώμενον. ⟨1⟩ τὸ ἀφέψημα δὲ τῶν ῥιζῶν προσφάτως πρὸς τὰ αὐτὰ, ἁρμόζει. ἡ δὲ ῥίζα ἡηρὰ λιθοτριβηθεῖσα, πτερυγίοις καταπλασθεῖσα ἐστιμωτική.

scabritijs, renumq; cum urinæ malo aliquo doloribus, in quos usus cum passo bibitur. Arcet idem fitim linguæ subditus, & in ore sensim liquescens. Quinetiam uulneribus utiliter inungitur: & cõmanducatus stomacho prodest. Decoctum præterea radicis adhuc recentis ad eadem facit. Sicca ta tandem radix & in puluerem trita, oculorum pterygijs utiliter inspergitur.

INTERPRES.

SOlo nomine in fingendis componendisq; uocibus suis Romanis fœliciores Græci, amabilẽ omnibus glycyrrhizã fecerunt. Nec aliter q̃ in comœdia glycerium, & in Venusinis carminibus glyceram grato dulcedinis sensu in amorẽq; leporibus poëtæ illi illustrarũt: sic Ponticã, siue ut Theophrastus appellauit, Scythicã radicẽ hanc, grata naturæ eiusdem dulcedinis nota, sola appellatione gens illa commendauit. Nec tantũ ut amarent eam omnes effecit, sed in Scythia & Ponto sub septentrionibus nascentẽ, propriã sibi nouitate & ualetudine tam suaues posset hominiꝝ rependere gratias. Quod nos modo agimus præsenti quotidie ab ea fructu & spe in tussi & exasperatis faucibus: quo malo frigiditate tenuitateq; nostri aëris sæpenumero tentamur. Eam Theophrastus nono de plantarũ historia uolumine nondũ facto illi à Græcis, aut saltẽ recepto ab omnibus glycyrrhizæ nomine, Scythicã radicẽ uocauit. Estq; hoc quod Dioscorides ait, Scythicã ab aliquibus dici: etsi passim in Græcis non Scythicam sed scythion corrupte legatur. Verba eius sunt: γλυκεῖα δὲ ἡ σκυθική, ἔνιοι ὑὐθυγλυκεῖαν ἀυτὴν καλοῦσιν. γίνεται δὲ πρὸς τὰ μαιώτιν: quod est: Dulcis & Scythica radix, quã aliqui euthyglycian uocant. Nascitur circa Meotim paludẽ. Idẽ eodem loco causam reddidit, cur adipsos etiã diceretur: non tam quia sitim simpliciter arceat, q̃ quia Scythæ ea & hippace, de qua diximus superiore uolumine, decẽ, & aliquando duodecim diebus, sine alio cibo durarent. Verba eius sunt: λύονται δὲ καὶ πρὸς λίψαν παύσῃ, ἰσόν τις ἐν ζωῇ σώματι ἔχει, διὸ ταύτη τε καὶ τῇ ἱππάκῃ διαχρῆσθαι φασὶ Σκύθας ἡμέρας καὶ δέκα καὶ δώδεκα. Quorũ sic sensus qui pauloante dictus à nobis est. Eadem ratio fuit, cur Pontica itidẽ diceretur: Cur autẽ symphyton, uirũ similitudo fecit: est enim ut in quarto uolumine certius patebit, symphyti radix dulci & saliuam prouocante sapore. Pectoris & illud uitia emendat: fauciũ asperitati confert: postremoq; sitim cõmanducatum arcet: quæ omnia dulcis radicis propria sunt. Credimusq; nos ἐκ τῶν ἀντιβαλλομένων, id est ex æqualibus & eorũ cõparatione ad dulcẽ radicẽ alterius plantæ translatũ nomen fuisse. Dico autẽ æqualia quæ nostræ ætatis medici quid pro quo appellant. Numerant & aliæ ab hoc scriptore appellationes, glyceraton & glycyphyton, à dulcedine factæ omnes, sola nominũ conformatione diuersæ: quarũ altera dulcẽ plantã, altera quod dulcedine sua amabile fit, significat. Celsus quod hic ipse testatur, libro v. capite xx. dulcẽ radicẽ simpliciter uocauit: quẽ nos imitati, dulcẽ radicẽ: etsi græca uoce Plinius usus fuerit, glycyrrhizã diximus. In cæteris appellationibus non est quod legentes moneamus: barbaræ enim sunt, aut adeò corruptæ, ut à barbaris non differant. In historia foliorũq; eius descriptione non relinquendũ quod non est mihi idẽ cũ Barbaro: ille echinatis foliis, nos lentisci similibus dulcẽ radicẽ diximus esse: nõ leui duarũq; uocũ inter nos discrimine: & quod unius in scriptore hoc literæ diuersitas facere potuit. Siquidẽ post descriptos plantæ huius caules & ramulos, statim Dioscorides subijcit, πρὸς ὃυς τὰ φύλλα πυκνὰ ἐοικότα χίνῳ, sic enim in omnibus Græcis quos hactenus uidere licuit, legitur: estq; eorũ uerborũ sensus, quẽ nos pauloante reddidimus: In quibus folia densa sunt, lentisco similia: nec aliter Serapionis ætate etiã legebatur: siquidẽ in eo est: Habet folia similia foliis mastichi. Lentiscũ autẽ à destillante ex eo mastichẽ ille sic appellauit. Quinetiam qui mihi uetustissimus est Longobardis literis scriptus latinus Dioscorides, similia schino: quę lẽtiscus est, glycyrrhizæ folia facit: Quibus quasi testibus nos usi, lentisco similia diximus: multoq; magis, q̃ hic ἐοικότα dicens, figura magis q̃ notata alia quapiã similia uoluisse ostendere uidetur, quod in echino, siue marinũ, siue terrestrẽ, siue ex castanea arbore accipias, uere dici non potest. Quis enim foliũ aliquod aliquando uidit echinorũ modo globosum? Potest quidẽ inueniri: & quotidie alicubi uidet aculeatũ foliũ, & ut græce loquamur ἐχινῶδες, id est echinorũ modo spinosum: sed figura echini alicuius nunq̃ uidisse aut audisse me foliũ memini: Rationibusq; his usus & Græcorũ omniũ codicũ fidẽ secutus, lentisco similia glycyrrhizæ folia dixi. Qui uero echinata dixerunt, naturã primũ, mox Plinijũ autorẽ habere uidentur, qui libro xxi. cap. xv. inter aculeatos frutices & herbas glycyrrhizã his uerbis numerat: Quędã spinosa foliata, ut carduus, eringion, glycyrrhiza & urtica. Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Iterumq; xxii. uolumine, capite viii. Et ipsa sine dubio inter aculeatas est: foliis echinatis, pinguibus, tactuq; gũmosis: quæ omnia ex hoc scriptore ijsdẽ uerbis reddita sunt, præterq; ubi nunc ἐοικότα χίνῳ legitur, quod est lentisco similia, una tantũ mutata litera, ἐχίνῳ tunc uidetur Plinius legisse. Non possumus nos ætate hac nostra quos legit ille uidere codices: nec censere uolumus, uici nitate ne uocis deceptus, cum aculeatã herbã describeret tota figura, folia eius echino, an spinis tantũ echinorum cõparauerit. Priore enim loco illo exactæ glycyrrhizam nouisse uidetur, inter spinosa foliata eam numerans: uocatq; ille spinosa foliata, quæ Theophrastus ἀκανθόφυλλα pluribus locis appellat, quæ infesta spinis folia habent: Coniunxitq; carduo, eringio & urticæ, quorũ omniũ foliis mordaces aliquæ spinæ sunt. Nec uerisimile est quod semel appositę & ex re ipsa dictum ab eo fuerat, posteriore illo loco aliter doceri. Inclinatq; animus nobis, quæ folia Plinius echinata uocat, non ex figura, sed ex spinarũ similitudine tãtum sic appellata fuisse: nec cum echinata dixit, reddidisse eum quod ab hoc scriptore dicitur χίνῳ ἐοικότα: sed relicta foliĳ figura, spinas tantum eius signasse: quæ quoniam quales in echino sunt, in folio eius essent, ideo echi-

χίνῳ. ἐχίνῳ.

nata appellauit:quemadmodum hic relictis ſpinis de figura tantũ egit. Tota in eo uertitur res, ſit'ne legendum χίνῳ quæ lentiſcus eſt, an ἐχίνῳ quod aculeis toto corpore infeſtum terreſtre & maritimum animal eſt, & in caſtanea arbore primum fructus eius operimẽtum. Nos ea quæ diximus ſecuti, lentiſcum magis probauimus. Barbarus Plinium ſolum amans, multis aliis locis priuatim & hoc, Dioſcoridem penitus neglexit. Cogitauimus etiam, an quod non procul à fine legitur: καὶ σομαχικὸν διαμασώμενον, & nos uertimus, cõmanducatum ſtomacho prodeſſe: non ſic, ſed una tantum mutata litera, σοματικὸν, id eſt quod ori inſeruiat, legẽdum ſit: Siquidẽ in antiquiſſimis ſcriptoris huius Latinis codicibus, ſtomaticis manifeſte adhuc ſeruatur: & antiqua Plinij lectio XXII. uolumine, capite nono: quo loco agitur de hac ipſa glycyrrhiza idem oſtendit his uerbis: Ideo & commanducata ſtomatica eſt. Nec ſine cauſa penitus dubitare in eo contigit: ſiquidẽ dulci radice utuntur paſſim ad tuſſim, raucedinem, & oris alia huiuſcemodi uitia, à quo Græci σοματικὰ φάρμακα omnia dixerunt, quæ ori inſeruiãt: σόμα enim illis os eſt. Qualia autem ea eſſent, Galenus in Iſagoge ſua capite de remediorum diuiſione ait: τὰ μὲν δὴ σοματικὰ ἐστὶ τὰ δὲ πρὸς οὖλα καὶ μασθόμενα, στόμωμα, βρῶμα, καὶ διδόντας καὶ ὅσα πρὸς ἄφθας καὶ ἐχάρας, ὅσα τε πρὸς σαφυλὴν καὶ χαλασμὸν &c. Quod eſt: Sunt autem ſtomatica, id eſt oris medicamenta hæc, quæ gingiuis proſunt cruentis, putreſcentibus, corroſis, dentibus q, & quæcunque contra aphthas, cruſtas & languentem oris columellam accommodata ſunt. Quibus aut eorum aliqui ſi ſuccurrat dulcis radicis huius ſuccus, non penitus ab re fuerit pro ſtomachicis, id eſt quæ ſtomacho: ſtomaticis, quę ori inſeruiunt, mutaſſe. Traxit q nos in eam ſuſpicionem quod hic ait, commanducatam. Siquidẽ ori aptius q̃ aliis partibus inſeruit quod commanducatur: non tamen negamus & ſtomacho poſſe prodeſſe: ideo q nihil mutauimus: relinquimus q medicis de tota hac re certius cenſendi arbitrium.

σοματικὰ.

Stomatica.

περὶ κενταυρίου τοῦ μεγάλου. κεφ. υιγ'.

Κενταύριον τὸ μέγα. οἱ δὲ, νάρκιον. οἱ δὲ, λιμνήσιον. οἱ δὲ, μαρώνιον, οἱ δὲ, πλημυρωνιάδα. οἱ δὲ, χειρωνιάδα. οἱ δὲ, λίμνησιν. προφῆται δὲ αἷμα ἡρακλέους. ῥωμαῖοι φιλύρεον. οἱ δὲ, σύνφερον. οἱ δὲ, φελτρᾶν. καλοῦσι. φύλλα ἔχει καρύας θασιλικῇ ὅμοια. προμήκη. χρώματι χλωρὰ ὡς κράμβης. τὸ δὲ περιφερὲς αὐτοῦ σύντεμνει ὡς πρὸ περίωμ. καυλὸν δὲ ἔχει ὡς λαπάθου δίπηχυν. ἢ καὶ ἐπίπηχυν. πεφυλλάδας ἀπὸ τῆς ῥίζης ἔχοντα πλείας. ἐφ' ὧν κεφαλαὶ ὅμοιαι μήκωνι. ὑπομήκεις σὺν τῷ περιφερεῖ. ἄνθος κυανίζον. καρπὸς δὲ ὅμοιος κυίκῳ. ἐγκείμενος ὡς πρὸ σὺν ἐρεώδεσι τρίχες ἄνθεσι. ῥίζα, πάχεα. σειρά. σπάνια. περὶ πήχεις δύο. μεσηχυλᾶ. δίμιθα μετὰ πρασῆς σύφεως καὶ γλυκήτατος. ὑπερύθρου. φιλεῖ δὲ λιπαρὰν γῆν. εὐήλιον. καὶ δίμιους καὶ τεώλοφα. πλεονάζει δὲ ἐν λυκίᾳ καὶ πελοποννήσῳ. ἐν ἥλιδι καὶ ἀρκαδίᾳ καὶ μεσσηνίᾳ καὶ περὶ φολόην καὶ λυκίαν καὶ σμύρνην. ἀμύζει δὲ ἡ ῥίζα, ῥήγμασι. πάσμασι. πλευρικοῖς. δυσεντερίᾳ. βηχὶ παλαιᾷ. αἱ μοπτοϊκοῖς ἀπυέτοις μετ' οἴνου. πυέουσι δὲ μέθ' ὕδατος <Β'. πλῆθος τῆς ῥίζης λείας διδομένης. πρὸς σφόδρα ὁμοίως καὶ ὑστέρας ἀλγήματα. ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα εἰς χήμα κολλυρίου ξηθεῖσα, καὶ προσεθεῖσα τῇ ὑστέρᾳ. ὅτε χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ. ἔστι δὲ καὶ τραυματική. ὑγρὰ μὲν κοπεῖσα ξηρὰ δὲ προβραχεῖσα καὶ οὕτω κοπεῖσα. σωάγει δὲ καὶ κολλᾷ, καὶ τὰ ἕλκεα δὲ κρέα σωάγει. ἐάν τις αὐτῶν κόψας σωεψήσῃ. οἱ δὲ ἐν λυκίᾳ αὐτῶν χυλίζοντες, χρῶνται αὐτῇ ἀντὶ λυκίου.

De Centaurio maiore. Cap. VI.

CEentauriũ maius ſunt qui narcen, qui limneſion, qui Maroniã, qui Pelethroniam herbã, qui Chironiam appellent. Magi ſanguinẽ Herculis. Romani uneferam & phieri uocant. Iuglandis nucis folia centauriũ habet, oblonga, colore ut in braſſica uiridi, ſerræ modo per ambitũ inciſuris ſecta. Caulẽ rumici ſimilẽ profert, duor trium ue aliquando cubitorũ altitudine, multis à radice adnatis, in quib papauer modo capita ſunt, in rotundo oblonga. Floret centauriũ colore ad cœruleum inclinato: cnicoq; ſimile ſemen, ueluti lanis in flore inuoluitur. Radix illi eſt uaſta, ponderoſa, dura, longitudine ad bina cubita, ſucco plena, ſapore acri cum aſtrictione dulcedineq; aliqua, rubeſcens: & cuius pariter rubeſcat ſuccus. Pingue amat ſolum, aprica loca, fruticibus & arboribus cõſercta, & cumulos. Abũdat in Lycia, Peloponeſo, Helide, Arcadia & Meſſene. Naſcit plurimũ etiã circa Phocaeam, Lycię & Smyrnã. Ruptis utilis centaurij radix eſt, cõuulſis itidẽ, lateri doloribus, ſpiritus anguſtijs, antiquæ tuſſi, cruẽta expuentibus: ſi febris abſit, cũ uino: in febre uero, cũ aqua. Datur q drachmæ duæ põdere in farinã trita. Vtilis itidem torminibus, & muliebriũ locor doloribus. Menſes præterea fœtusq; trahit in collyrij figurã derafa, fœminæq; locis ſubdita. Poteſt eadẽ & ſuccus. Vtilis itidẽ uulneribus: in quẽ uſum recẽs & humida tundit: ſiccata uero, prius aqua madeſcit, tũ pariter tundit. Conſtipat em & glutinat: tantaq; eſt in cõſtipando & glutinando uis eius, ut carnes ſimul elixa etiã cohæreſcere cogat. In Lycia ſuccũ ex ea exprimunt & pro lycio utuntur.

INTERPRES.

PRofeſſus quondam in Theſſalia medicinã Chiron centaurus, à diſcipulis quos multos ſuæ artis hæredes reliquerat, & ab aliis quibus medicinã in ſuis morbis fecerat, profeſſionis ſuæ tã q humano generi neceſſariæ

neceſſariæ artis æternam hanc gratiam, perpetuumq; nominis ſui monumẽtum grata piaq; recordatione inuenit: ut quot locis & quandiu naſceretur centauriũ, quotq; ſurgentibus in homine intrinſecis naturę uel fuit) ornaretur memoria. Quæ una uirtutis & ſapiẽtiæ maxima merces eſt: ſolaq; memoris & officioſi pro beneficio animi gratia. Quid enim prius magisq; uiuens pro labore ſuo optet aliquis, aut quid libẽtius pro beneficio reddat, q̃ quod Chiron in centaurio herba inuenit? ſiue curatus ea fuerit: aut quod uero ſimilius eſt, & ſe & alios medicus homo curauerit. Quæ centauriũ à biformi quã fabulari poëtæ ſunt natura eius dicta fuerit: Chironia à nomine: Pelethronia à Theſſaliæ mõte, in quo Lapithæ quondã equitaudi perita gẽs, frena & gyros ut poëta cecinit, alios docuerunt: inter quos & Chiron cenſebatur. Eandem hic Maroniam uocari ait; nõ amplius ex Theſſalia, ſed ex Thracia, in qua Maronius mons & Maronia ciuitas Homero notiſſima erat: quo loco copioſum fortè aut probatũ naſcitur centauriũ. Limneſion itidem à natalibus ſuis cẽtaurium aliqui uocauerũt, q̃ ſecundũ paludes quas Græci limnas dicũt, & aquarũ ſcatebras naſcit: quod & Plinius teſtatur, libadion eadẽ aquarũ ſignificatione uocari dicens. Quæ deinde Romanæ uoces centurio in Dioſcoride accreuerunt, unefera & phieri, nullã nobis ſignificationem habent. Et quod fel terræ in maiore hoc cẽtaurio legitur, ex minore adiectũ cõtrario ſenſu eſt. Siquidẽ ab hoc ipſo maioris radix dulci ſapore deſcribitur, minoris amaro: præterq; id ſenſus & experiẽtia etiã oſtẽdit: alterius enim dulcior, alterius amarior in guſtu ſapor ſentitur. Quò fit ut fel quod amaro ſapore eſt, minori nõ maiori conueniat. Aperte id Plinius amaritudinẽ ſummã. Ex eo facile fuit ex maiore in minus appellationẽ eam trãsferre. Et hęc pro cẽtaurij appellationibus dicta hactenus ſint: in quo ueluti inutilia, nec huic ſcriptori legitima reliquimus, quæ in extremo capite in impreſſis alijsq; quibuſdã Græcis codicibus legũtur, ab eo loco ſcilicet qui in Græcis eſt: ἐκλήθη δὲ πανάκεια, &c. In nouiſſimis aũt Latinis: cognominata eſt & panacia, &c. Fecimus q; id, uetuſtiſſimorũ Græcorq; & Latinorq; fidẽ ſecuti, in quibus tota ea pars nulla eſt: etſi in Plinianis caſtigationibus hac ſola autoritate nixus, quod in Plinio legebatur, medetur & ouiũ morbis decoctę ſuccus, nõ ouiũ ſed omniũ ſcribi oportere Barbarus decreuerit: propterea q; panaciã dici etiã centauriũ in Dioſcoridis hac parte legiſſet: quę uox omniũ morborq; remedia pollicet. Verq; id nos nõ probamus: & nihilomin⁹ unicuiq; ſuũ ſeruaſ iudiciũ. Perſuaſitq; id præcipue q̃d ultimũ in ea parte ad ſuperſtitionẽ ſolã pertinet, legendũ eſſe centauriũ appetẽte ortu ſolis, caſto tẽpore, q̃ oĩa pleniora & perfectiora ſunt: quę ætate huius ſcriptoris inſueta, & naturã docẽte homine indigna erãt. Scimus quidẽ Theophraſtũ lib. ix. de plantarũ hiſtoria multas huiuſcemodi obſeruationes per currere: & in fodiẽda centaurij radice neſcio quid de triorche accipitre dicere, quẽ tunc cauere oporteat: ſed nihil quod ad ſolẽ & tẽporis obſeruationẽ pertineat, in eo legit: & nihilominus cuncta ab eo ex uulgi opinione referũtur. Et quatenus tutũ ſapiẽti erat contra plebis ſuperſtitiones conari, ab eo dãnatur. Cautius enim eo loco Theophraſtus, ne uideretur religioni obſtrepere, ait: ὁ δ' ἐπιτυχόμενον τίμενον οὐδὲν ἄλλο ἢ πρὸ τοῦ τὴν ῥίζαν ἐκκόψαι καὶ ἐξελεῖν εὐξάμενον τὸν θεὸν ἐξελεῖν: quod eſt: præcedente autẽ precatione aliqua radices fodere, nihil abſurdũ, &c. Verum nos Latinorum omnium & meliorũ Græcorum, in quibus nihil huiuſcemodi legitur, fidem ſecuti, omnem eam partem exemimus: & nihilominus poterunt uolentes ab alijs eam ſi placuerit repetere. Diximus deinde, naſci centaurium, & amare ſtirpibus & arboribus confercta loca, δρυμοὺς ſic appellantes, nõ ſepes, ſed arboribus frueticibusq; denſos montes. Licet enim à quercu quæ δρῦς Græce dicitur, δρυμὸς fieri uideatur, nihilominus in communi ſignificationis æſtimatione ſyluoſus ſtirpe omni locus ea uoce indicatur.

περὶ κεντ αυρίου τοῦ μικροῦ. κεφ. ιδ'.

De minore Centaurio. Cap. VII.

Κεντ αύριον τὸ μικρόν. Οἱ δὲ λιμνήσιον. οἱ δὲ ἑλλεβορίτην. οἱ δὲ ἀμάραντον, πρὸς φῆτ αἱμα ἡρακλέους. ῥωμαῖοι φυγιάμ. οἱ δὲ ἀυξαμουλτιφασ ὃ δὲ ἐνίκμους φιλῆ τόπους. πόα ὑπρικῶ ὀρεγάνῳ παραπλήσιόν βλ. καυλὸν ἔχουσα ὑπέρ ωπ. φύλλα μικρά. ὑπ μίκης πρὸς τὰ ῥ λυχνίδος. φύλλα μικρά. ὑπ μίκης πρὸς πηγάνου. καρπὸς ὅμοιος πυρῷ. ῥίζα μικρά, ἄχρηστος, λεία. Χρεομένῳ δὲ ἐμπρίει πικρίαμ. Αὕτη κοπτομένη χλωρὰ ἡρὴ καταπλασομένη, τραυμάτων ἕσι κολλητική. ἀνακαθαίρει ἕλκη παλαιῶν ἡ ἀπυλωτική. ἀφεψηθεῖσα ὑ ἡ καταπινομένη, ἄγχ ἡ κοιλίαμ χολώδη ἡρὴ παχέα. ἔγκλυσμά τε τὸ ἀφέψημα αὐτ ἐπὶ ἰσχία δύσ, ἀσμόδουν, ἄπον αἷμα ἡ κουρίζομ. ὁ ὑ χυλὸς πρός τε τὰ ὀφθαλμικὰ ἔυχρηστ, ἀπρικαθαίρωμ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις σὺν μέλιτι.

CEntaurium minus. Sunt qui limneſium, qui helleboritem, qui amarantum, uocẽt. Magi ſuanguinẽ Herculis. Daci tulbala. Romani febrifugiã, aut herbã multiradicẽ appellãt. Limneſiõ cẽtauriũ minus à quibuſdã ideo dicit, q̃ ſecus fontes naſcit, & aq̃ſa amat loca. Herba eſt hyperico origano'ue ſimilis. Caulẽ habet altitudine ſupra dodrantem, anguloſum, flores in puniceo lychnidis colore purpuraſcẽtes. Semẽ tritico ſimile. Radicẽ paruam nullius uſus, guſtu amaram. Hæc tuſa uirens adhuc & emplaſtri modo impoſita, uulnera glutinat, uetuſta purgat ulcera, ad cicatricem perducit. Potum decoctum eius per inferna bilioſa trahit & craſſa. Clyſtere idem contra coxendicis dolores utiliter infundit, ſanguinẽ educẽs: eoq; educto doloré leuãs. Vtilis oculoq; medicinę ſuccus eius: purgatq; cũ melle quæ claritati eoq; officiunt.

ἢ ζῶν προσθέτῳ ἐμπλοῦν ἀπαγωγὸς ἢ ἐμβρύων. πρὸς δὲ τὰς πρὸς τὰ νεῦρα πάθεσιν ἰδίως. χυλίζεται δὲ ἡ πόα συλλεγομένη ἐγκύμονα οὖσα ὡς ἔσμαραγος, ἢ ἀπεχομένη ἡμέρας ε. εἶτα ἕψεται ἄχρις ἂν ὑποχόρ τὸ ὕδωρ. ἔπειτα τρύψυχθέντος, ὑλίζεται δ' ὀθονίου θλιβείσης τὰς πόας, ἢ πάλιν ἕψεται μέχρι μελιτώδους συστάσεως. ἔνιοι δὲ χλωρὰν ἐγκύμονα ἀυτὴν κόψαντες, ἐκθλίβουσι τὸ χυλόν. ἢ βαλόντες εἰς κύαμεον μάγειρον ἀκόνιτον, ζῶν ἡλίῳ συσσέφουσι κινοῦντες ἀεὶ ξύλῳ. ἢ τὸ περιγλυφόμενον ἀεὶ ξύοντες ἢ τῷ ὑγρῷ μίσγοντες. σκεπάζουτές τε νυκτὸς ἐπιμελῶς. ἡ δὲ δόσος κωλυκὴ τὸ τῶν ὑγρῶν χυλῶν συστάσεως καθέψημα. ὅσα μὲν ὧν ἐκ ξηρῶν τῶν ῥιζῶν ἢ τῶν βοτανῶν ἐγχυλίζεται ἐφόλυα σκυδάζεται. ὡς ἡ γλυκανίς. ὅσα δὲ ἐκ φλοιῶν ὑγρῶν ἢ ῥιζῶν ἢ βοτανῶν ἐκθλιβομένων ζῶν ἡλίῳ, συσσέφονται ὡς προείρηται. οὕτω καὶ ἡ σταφὶς, ἡ μανδραγόρας, ἡ ὀμφάκη, καὶ τὰ ὅμοια τρύπις χυλίζεται. λύκιον μέντοι καὶ ἀψίνθιον ὑποκιστὶς καὶ τὰ ὅμοια τρύπις ἐφόλυα, συσσέφονται ὅμοιον προείρηται.

Subditus idem fœminis, menſes trahit & fœtus. Priuatim neruorũ uitijs prodeſt. Exprimitur ex herba etiam ſuccus, legiturq; in eum uſum ſemine ſuo prægnãs: tum lecta quinq; diebus in aqua madeſcit: mox coquitur, uſque dum decreſcente aqua ſuperſtet: cum refrixit deinde, aqua per linteolũ exprimitur, abijcituríq; herba, mox expreſſus ſuccus ad craſſitudinem mellis iterum decoquitur. Quidam uiridem ſuo ſemine prægnãtem tundentes, ſuccum poſtea exprimunt: conjectũq; in fictile non picatũ, ſub ſole denſant, lignea rude continue miſcentes: quodq; fictili denſatum dein ceps hæſit, idem identidem deradentes, & adhuc liquido miſcentes, noctuq; diligenter fictile operientes: Prohibent enim nocturni rores liquidos denſari ſuccos. Quicunq; ex ficcis radicibus & herbis exprimũtur ſucci, coctura denſantur, ut gẽtiana. Quicũq; aũt ex uiridibus corticibus, radicibus ue aut herbis, in ſole, ut præmonſtratum eſt. Sic thapſia, ſic mandragoras, ſic acerbæ uuæ ſuccus, quẽ omphacium dicunt, hiſq; ſimilia alia expreſſa, dẽ ſantur. Sed lycium, abſinthium & hypociſtis ſimiliaq; his, coctura, ut præmonſtratum eſt.

INTERPRES.

CVr helleboritem ab aliquibus uocari centauriũ minus in hoc ſcriptore legatur, difficilẽ habet conjecturam. Nihil enim inter eas tam ſimile eſt, ut miſceri & communicari diuerſarum plantarum nomina potuerint. Incertum itidem quę amarãthi nominis in eo cauſa ſit: & ob quas uires Romani ſebrifugiam dixerint, & multi radicem herbam. Cum amaranthus ſpica potius quàm flos ſit, purpurei coloris: quia nunquam marceſcit, ſic appellatus: niſi fortè ex colore floris tantum captata ſimilitudine, ſic uocari ab aliquibus cœperit: Vna' que tantum radice nitatur centaurium, & nullis febribus mederi hic dixerit. Quales itaque in ſcriptore hoc à nobis inuentæ ſunt, tales etiã poſt nos alijs relinquuntur. Nec eſt quod hoc capite dicatur à nobis aliud, quàm non eſſe Barbaro & nobis pleraque eadem, in quibus nec ſibijpſi etiam idem eſt: ſiquidem cum primum uertiſſet quod in ſcriptore hoc erat, ἐγκύμων cum prẹgnans eſt ſemine, idq; apte & uere feciſſet, paulo poſt eandem uocem ἐγκύμονα, non eodem ſenſu, turgentẽ uertit. Differunt enim prægnans & turgens. Non diſſimili ratione etiam ὄμφακα uuam acidam dixit, quam nos acerbam: præſenti & cunctis nota inter acerbum & acidum ſaporem, differentia.

περὶ χαμαιλέοντος λευκοῦ. κεφ. ηι.

De Chamæleone albo. Cap. VIII.

ΧΑμαιλέων λευκός. εἰσὶ δὲ, οἱ μὲν, χρυσίσκην προσαγορεύουσι. οἱ δὲ, ἰξίαν. ῥωμαῖοι κάρδουον σουβίνους. αἰγύπτιοι ἔφιθ. οἱ δὲ, ἐφθόσεχιν. ἰξίαν τοῦτο μὲν ἐκάλεσαν, διὰτὸ ἐν ζωσι τόπους ἰξοῦ εὑρίσκεσθαι πρὸς τὰς ῥίζας ἀυτοῦ. ᾧ μὴ ἀντὶ μαστίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες. ἔχει φύλλα ὅμοια σιλύβῳ ἢ σκολύμῳ. παχύτερα δὲ καὶ ὀξύτερα καὶ ἰσχυρότερα τοῦ μέλανος. καυλὸν δὲ οὐκ ἔχει. ἀλλ' ἀφίσιν ἐκ τοῦ μέσου ἄκανθαν. ὁμοίαν ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἢ κινύρᾳ. ἄνθη δὲ προφύει ἅπαξ ἐκπεπταμένας. καρπὸν δὲ κύκῳ παραπλήσιον. ῥίζαν οὖν μὲν τοῖς εὐγείοις γεωλόφοις παχεῖαν. οὖν δὲ τοῖς ὀρεινοῖς ἰσχνοτέραν. λευκὴν διὰ βάθους. ὑπαρωματίζουσαν. εὐόσμον. γλυκεῖαν. ἣ ὡς πρὸς σα ὀξυβάφου πλῆθος, ἀργυέλμινθα πλατύταν.

CHamæleonem album. Sunt qui erysceptrũ, qui ixiã uocent. Aegyptij epher ſiue ephthoſechim. Romani carduũ minorem appellant. Ixiam deriuata à uiſco appellatione chamæleonem ideo aliqui dixerunt, q uiſcum quibuſdã locis ad radices eius adnatum inuenit: q pro maſtiche mulieres utũtur. Folia habet filybo herbę, carduo'ue, quẽ ſcolymũ dicũt, ſimilia: nigri tamẽ chamæleonis foljs aſperiora acutiora'que. Caulem non habet, uerum ex medio ſpinam marino echino cinarę'ue ſimilem mittit. Flores habet purpuraſcentes, capillorum figura qui in pappos euaneſcant. Semen cnico ſimile. Radicem in pingui & campeſtri ſolo, craſſam, in montibus graciliorem: candidam intus: cum grauitate odoratam & dulcem. Quæ aceratuli pondere pota, latos uentris lumbricos pellit, in quem

λαμβάνειν ὑσὼ οἴνῳ αὐστηρῷ μετὰ ὀξυκράτου ἀργυρίου βάρος. Ἀλυσιτελῶς δὲ ἐπιτηδείως ἔχει δραχμὴ ὅλκη σὺν οἴνῳ. ἰᾶται δὲ αὐτούς, ἢν πρόσφορος ᾖ ἀφέψημα αὐτῆς πίνειν. ἔστι δὲ ἡ θηριακὴ σὺν οἴνῳ πρόσφορα. ἀποκτείνει δὲ καὶ κύνας καὶ ὗς. Ἀλφίτοις σὺν μίσει τῷ πεφυραμένῃ, καὶ ὑσὶ ξηλαίῳ δοθεῖσα.

in quẽ uſum bibit cũ uino auſtero, & origani decocto. Datur & cõtra cutẽ ſubeũtes aquas utiliter drachmæ pondere cũ uino: eaꝝ eñ tumores minuit. Bibit & cõtra urinæ anguſtias decoctũ eius. Cõtra uenenata pro theriace pota cũ uino eadẽ eſt. Quinetiã canes, ſues, mureſq; in polenta ſimul omnibus hydrelæo maceratis, enecat.

INTERPRES.

INlacertaꝝ genere Aegyptus, Africa & India chamæleones paſſim & quotidie uidet: In herbaꝝ Italia regionesq; aliæ, omnibus ferè locis: tam undiq; ſpinis & aculeis fertiles agros, annonamq; ſuam natura omnibus miſcet & turbat. Deſcripſit animal Plinius lõgiſſime octaui uoluminis capite uiceſimotertio, facileq; eſt legentibus nouiſſe, unde facto à leone ferociore grandiq; beſtia nomine, paulominus q̃ integrã lacertam & minori crocodilo ſimile animal, humilẽ & ueluti per terrã ſerpentem leonẽ Græci uocauerint. Deſcripſit idem herbã eiuſdem operis uolumine XXII. capite XVIII. poſſuntq; legentes in eo itidem cognoſcere, unde ab animaliũ genere in herbaꝝ cenſum humi repens leo ille tranſierit: quod non totius aut partium diuerſoꝝ in natura generꝝ, figura, & ſpecies fecit: ſed idem mutationis euẽtus. Vt eñ animal mutabili coloris natura eſt, mutatq; eum ſubinde, & oculis, & cauda, & toto corpore: redditq; ſemper quẽcũq; proximè attingit, præter rubrũ & candidũ (etſi diſcrepẽt in hoc antiqui ſcriptores, excipiantq; aliqui cãdidum tantum) eodem modo & herba cum terra colores mutat, hic nigra, illic uiridis, alibi cyanea, alibi crocea, atq; aliis coloribus. Nec alia nominis huius in herba q̃ à coloris mutatiõe, quam ſimilẽ comumnemq; cum eo animali habet, ratio in Græca appellatione eſt. Alioquin in cenſu carduoꝝ uterq; chamæleon eſt, candidus ſcilicet & niger. Dico autẽ carduos nunc, ſpinoſum omne illud genus, quod ſiue altius à terra erigatur, ſiue humilius ſerpat, ſiue his aut illis, hac ue parte aut illa aculeatũ ſit, ſpinoſum florẽ aliquẽ profert, in quo lanis & pappis ſemina inuoluũtur. Neq; erit difficile diligẽter pinguia inculta loca, præſertimq; rudera mentibus Maio & Iunio obſeruantibus, utrunq; hoc genus & eoꝝ diſcrimina obſeruaſſe: præcipueq; ex floribus, qui ex latiore ueluti pyxide in altero purpureꝰ prodeunt, in altero quo mox colore deſcribẽtur. Fuerũt qui hunc pineã carduum huic ſcriptori additũ legerent. Sed nos quod ſæpe aliâs diximus, adiectas appellationes has non multi facimus: uulgares enim & à uolentibus plerunq; additas ſine ratione exiſtimamus: qualis eryſiſceptri etiã eſt, uaga cõmunisq; aliis pleriſq; plantis, ob eam quã in cypero & aſpalatho cauſam diximus. Cur autẽ ixias à uiſco quod Græci ἶξον uocant, diceretur, hic ipſe ſatis declarauit: quod Theophraſtus & Plinius pluribus locis pariter indicant: tã nota antiquioribus illis appellatione, ut hac non minus quàm chamæleonis ſignaretur. Theophraſtusq; raro non hac appellatione uſus eſt. Romani carduum minorem dixerunt: quoniam comparatus aliis quæ altius cauleſcunt & folia erigunt, nulla ferè altitudine cenſeri debuerit. Exigebat hic locus, ut in albo aut nigro chamæleone dicerem: an qui inter uenena ab hoc ipſo ixias in VI. numeratur, & quod Plinius aliquando uiſcum uocat, letale homini chamæleon hic ſit, an alius. Sed inter uenena de eo certius ſuo loco agetur: Interim de chamæleone nigro ſermo nobis erit.

Chamæleõ ſerpens.
Chamæleõ herba.

Περὶ χαμαιλέοντος μέλανος.
Κεφ. θις'

De Chamæleone nigro. Cap. IX.

Χαμαιλέων μέλας. Εἰσὶ δέ, πάγκαρπον, οἱ δέ, οὐλόφωνον. οἱ δὲ ἰξίαν. οἱ δέ, κωνόμαζον. οἱ δέ, ὠκιμοφθές. οἱ δὲ, κνίδιον κόκκον. οἱ δέ, κυνόζυλον. ἔνιοι δὲ, μαϊοκάνδυλους νίγρα. οἱ δέ, αὐδυνιλαγῶ. ἀλιγύπιοι δὲ, ἐλάτινα μὲν τὰ λεπτότερα καὶ ἀνθεῖ ἔχει ταῦτα. καυλὸν δὲ ἀνίησι δακτύλου τὸ πάχος, ὠθαμιαῖον, ὑπέρυθρον. ἔχει σκιάδιον καὶ ἄνθος ἀκανθῶδες λεπτὰ, ἀκινδύνους ἰόντα, ποικίλα. ἡ ῥίζα δὲ παχεῖα, μέλαινα, πυκνή, ἐνίοτε δὲ καὶ βεβωλώδης. χλοοῦσα δὲ ὑπόξανθος. διαμασᾶται δὲ ἡ ἀκανθώδης φύεται δὲ ἐν πετρώδεσι ξηροῖς καὶ βουνώδεσι τόποις καὶ παραθαλασσίοις. δώσει δὲ ἡ ῥίζα λεία μιγεῖσα αὐτῇ χαλκάνθου ὀλίγου ἢ κεδρίνου ἐλαίου ἢ ὀξυγλύκου ψώρας διαγείρει. σμήχει δὲ καὶ λευκίνας θεῖον καὶ ἄσφαλτον προσλαβοῦσα. ἢ σωφθεῖσα ὄξει ἢ καταχριομένη, διακλυζόμενον δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς

CHamæleonẽ nigrum. Sunt qui pancarpon, qui ulophonon, qui ixiã, qui cynomazum, qui ocymaſtrũ, qui cnidium granum, qui cynozolon appellent. Aegyptij Sobel. Romani carduũ nigrum ſiue uernilagium dicunt. Carduo foliꝭ & hic ſimilis eſt: minora tamẽ tenuiora'que & rubentia ea habet. Caulem digitali craſſitudine ex ſe mittit: lõgitudine dodrãtali: rubentẽ & ipſum. In cuiꝰ ſummo umbella eſt: ſpinoſi'que flores, colore uario cãdido ſcilicet hyacinthino'que. Radix craſſa: nigra: ſolida: & aliquando corroſa: & quæ diſſecta fuluo colore uideatur. Erodit: mordet'que cõmanducata. Naſcit ficcis, cãpeſtribus, cliuoſiſq; & maritimis locis. Poteſt cõciſa nigri chamæleonis radix additis exiguo atramẽto ſutorio: cedrino q; oleo & axũgia ſcabies exterere. Idẽ poteſt admixtis ſulphure & alumine cõtra impetigines in aceto cocta & inũcta. Colluũt decocto eius utiliter in dolore dentes.

ὀδονταλγίας παύει. μετ' ἴσου δὲ πεπέρεως ⟨ι⟩ κηροῦ πρὸς πλασσομένη τοῖς ἀλγοῦσιν ὀδοῦσι βοηθεῖ. μὴ πυριῶντη δ' αὐτὴ οἱ ὀδόντες, καὶ δεψηθεῖσης σὺν ὄξει καὶ καταντληθεῖσης. προσαρομένη τε διὰ γραφείου θλιμμὴ τῷ ἀλγοῦντι ὀδόντι θρύπτει αὐτόν. ἔφελκει δὲ καὶ ἀπὸ καθαίρει καὶ ἀλφοὺς μετὰ θείου. μίσσυται δὲ ταῖς διὰ ἀμέσι ταῖς σκέπαις. καὶ τὰ φαγεδαινικὰ ἕλκη καὶ τὰ τεθηριωμένα καταπλασθέντα, ἀνασκευάζουσα θεραπεύει. ὠνόμασαι δὲ χαμαιλέων, διὰ τὸ περικείλον τὸ φύλλων. ἐνεῖσι κέ) δὲ καὶ λίαν χλωρὰ τὰ τριαῦτα, ἢ ὑπόλευκα, ἢ κυανοειδῆ. ἢ ἐρυθρά. παρὰ τὰς τοῦ τόπων διαφοράς.

dentes. Cum pari item pipere ceraq; dẽtibus in quibus dolor eſt illita, ſuccurrit. Quinetiã fouentur ea dẽtes cum cõciſa fuerit in aceto decocta, & calens impoſita. Librario ſtilo eadem dẽti in quo dolor eſt admota, eũ frangit. Cum ſulphure uitiligines decolorẽq; & aſperam ceu à ſole cutem emendat. Miſcetur medicamentis quę exedẽdo ſunt. Phagedænas, & quæ ad feritatẽ tranſierint ulcera, emplaſtri modo impoſita, ad miorẽ habitũ transferẽs ſanat. Chamæleon dicta eſt, quòd colorẽ cũ terra uariãtibus foliis mutet: quę aut herbaceo colore, aut albeſcente, aut cæruleo, aut rubente uidentur.

INTERPRES.

COmmunis utriq; chamæleoni ixiæ uox & appellatio eſt: falſò tamen & ſine cauſa: quoniã albo tantum adnaſcitur uiſcum, unde ea facta eſt: illius q; propria, cæteras nigro relinquit: quam Plinius duas numerauit: ulophonon, q; ricinos canum necat, iuuencas quoq; anginæ modo perimit, οὐλίον eñ & φόνον Græcis exitium ſignificant. Cynozolon item propter grauitatem odoris, quoniã ὄζειν olere iſidem græcis eſt. Nos illud addidimus, ideo cynomazon dici, q; in pulte nẽ candis canibus detur, quam Græci μάζαν dicunt. In cæteris non eſt quod legentes moneamus, præterq; non uideri integrum quod redditum eſt: Librario ſtilo eadem denti in quo dolor eſt, &c. Neq; enim rationẽ nobis aliquam cur ſic fieri debeat id, oſtendit. Cogit q; id ſuſpicari antiquiſſimus Latinus Dioſcorides in quo nihil eſt quod ad librarium ſtilum pertineat: ſed in carbonibus cõbuſtam radicem chamæleonis, dentibusq; admotam, eos frangere indicat. Communem tamen omnium Græcorum & aliorũ interpretum lectionem ſecuti & nos ſumus: Diximus deinde alter quàm Barbarus uertit: phagedænas, & quæ ad feritatem tranſierunt ulcera: ille enim theriomata, Dioſcorides τεθηριωμένα ait, participio uſus à uerbo θηριόομαι quod eſt in feras mutari, & aſperitatem nocendi quæ multa aſperitate nocent, & à mitiore habitu ad aſperiorem tranſierunt. Significent autem id theriomata quæ Celſo nihilominus ulcera ſunt, qua uoce ille uſus eſt, peritiores iudicent. Nos uerbi rationem & ulcerum genus ſecuti ſumus. Quemadmodum & quod ille ait, confutando fieri: nos, ad mitiorem habitum transferendo, diximus: ἀνασκευάζουσα hic ſcriptor ait: Eſt autem Græcis ἀνασκευάζειν, μεταπιθέναι, trãſmutare ſcilicet: Secutus ille eſt uocis eius in rhetoricis ſignificationem, quibus ἀνασκευὴ confutatio eſt. Verum in cæteris in medicinaq; præcipue, ea eſt uocis illius ſignificatio.

Theriomata. τεθηριωμένα.

Περὶ κροκοδείλιου. κεφ. υιζ'.

ΚΡοκοδείλιον. ὅμοιόν ἐστι τῷ μέλανι χαμαιλέοντι. φύει) δ' ἐν τόποις δρυμώδεσι. ῥίζαν ἔχον μακράν. ἐλαφρόν. ὑπόλευκον. ὀσμὴν ὁμοίαν ἀμφαμῶ. ὁμοίως καὶ διάμω. ἰχνύει δὲ ἡ ῥίζα τεθεῖσα ἐν ὕδατι μὴ πινομένη, ἄγει μᾶλλον αἷμα διὰ ῥωθώνων. δίδοται δὲ μὴ ὠμὰ λιπογείοις ὠφελοῦσα. μὴ τὸ ὠφέλιμα αὐτῆς, διὰ σκληρὰν ὑπάρχει δυνάμεως. πρὸς φθείρας δὲ μὴ διπλοῦς ὠσίς.

De Crocodilio. Cap. X.

CRocodilion Romani pariter Græci crocodiliũ dicunt.] Nigro chamæleoni ſimile crocodilium. Naſcit ſtirpibus & arboribus cõferctis locis: radice longa cũ latitudine aliqua: odoris aſperi naſturcio ſimilis. Coquit in aqua crocodilij radix, potaq; copioſum per nares ſanguinẽ mittit. Dat lienoſis præterea, præſenti & manifeſto remedio. Vrinam cit ſemẽ eius, q̃d circinatũ clypeoli figura duplexq; eſt.

INTERPRES.

DIffert ab utroq; chamæleone crocodilion: quòd eorum alter, albus ſcilicet, ſine caule in medio interfolia ſpinam marino echino ſimilem profert: niger non unam, uerum duas, tres'ue aliquando, coliculis potius quàm caulibus impoſitas oſtendit: crocodilion autem ſingularem mittit caulem, & in caule ſpinoſum echinum. Eſt & alia differẽtia: quòd illi pinguibus, campeſtribus, & maritimis locis naſcuntur: hic inter ſtirpes, & conſertis arboribus locis. Differunt & radice, quæ in illis eſt qualis ab hoc deſcribitur: in crocodilio longa cum latitudine aliqua, alijsq; notis illis, quæ deſcriptæ paulo ante ſunt. Naſci crocodilion Barbarus à Plinio acceptum in fabuletis dixit: quæ uox ῥίζαις δρυμώδεσι, quibus hic naſci eam ait, nulla tenus ut credimus reſpõdet: modo fabuleta illi ſignificẽt, q̃d in ruris diſciplina cunctis alijs ſignificãt. In medicina hoc amplius Græcorũ ueteres medici tradiderũt, prodeſſe crocodilij radicẽ pectoris excreationibus.

Περὶ Λιβάκου. κεφ. υιή.

ΙΒακος. Λοιδὲ, κροκοδείλιον. οἱ δὲ, χαμαιλέων. οἱ δὲ, ὀνοκάρδιον. οἱ δὲ, ἀφροδίτης λουτρόν. ῥωμαῖοι λάβρουμ βένερις. οἱ δὲ, κάρδουμ

De Labro Veneris herba. Cap. XI.

DIpſacon.] Sunt qui hanc etiam crocodilion, qui chamæleonem, qui onocardion, qui Veneris carduum, qui cheiroq; meleta appellẽt, Aegyptij ſeſeneor-

Daci

Daci sciarẽ. Romani Veneris lauacrum aut Veneris labrum uocant. In genere aculeatarum hęc etiam planta est. Caulem habet excelsum, spinosum: caulemq; circũamplexa folia lactucæ similia, in singulis geniculis bina, oblonga, spinosa & ipsa: quæq; per medium dorsum ueluti bullas foris & intus spinosas habent: cõcauo quà se in geniculis coniungunt sinu: quo rores & pluuiæ aquæ cõtinentur, unde & nomen inuenit. Habet & in summis singularum germinationum caulibus singula spinis echinata & oblonga capitula: quæ cum aruerunt, candido colore fiunt. Habent & capitula illa per longitudinem diuisa uermiculos in media medulla quosdam. Rimis fistulisq; sedis medetur impositа labri Veneris radix, in uino decocta, tũtusa, & usq; dum fit ceræ crassitudo, subacta: oportetq; in ænea pyxide seruari medicamentum hoc. Ferunt præterea uerrucis & quas formicas uocãt, mederi. Ferunt itidẽ uermiculi in capitulo eius inuẽti, in aluta clausi, tũ collo brachioue hoĩs adalligati, quartãas finire febres.

INTERPRES.

QVæ in labro Veneris numerantur appellationes crocodilion & chamæleon, ex sola similitudine illi accreuerũt: dum extrema illa naturæ in plantis discrimina parum intelligentes & obseruantes imperiti, quod plures habet similes partes, idem pleruncq; opinãtur: quasi quod in comitijs & popularibus suffragijs fit, numerandæ non expendendæ sint omnes naturæ notę: numeratisq; his ad constituendum plantæ genus, maior pars certiorem uincat. Quæ deinde crocodilion & chamæleonem sequitur onocardion, ignota nobis est, nisi ex Græca & Latina uoce composita à Græco homine fuerit: qui cum forte audisset à posterioribus Latinis chamæleonem nigrum asininum carduum uocari, ex Latina dialecto carduum seruauerit, ex sua autem ὄνον, id est asininum addiderit: quod quale in mẽtem uenit, tale etiam nunc dicitur, & à legentibus accipi uolumus. Tota deinde Romana & antiqua uox est labrũ Veneris, non ab oris humani parte sic dicta, sed ab his labris quæ Maro dixit plena musto in uindemia spumare: Indicatq; id q; Græci Romanam uocem imitati, ἀφροδίτης λουτρὸν eam dixerũt: quod erat in Latinis labrum, Græce λουτρὸν ex usu balneorum transferentes. Sunt enim Græcis λουτρὰ quæ lauandis corporibus parantur, quemadmodum in balneis labra etiam Romanis. Nota res est, latet tamen causa: nec nos hactenus inuenimus cur labrum Veneris spina hæc ab illis quondam dicta fuerit. Videmus quidem quotannis cauos in ea sinus illos in quibus etiam ardentissimo solis æstu ex roribus aut pluuijs aquis ad multos dies seruantur humores: sed quomodo his Venus lauaretur aut se aliquãdo lauisset, ignoramus. Græci à siti δίψακον eam dixerunt: uel ut hic ait, quoniam humorem illum contra eam paratum semper habet: uel, quæ nobis ex natura magis causa uidetur, q; secus fontes, aquarũ scatebras, aquosos limites & fossas nascitur: nec alijs locis raro inuenitur. Egregia est plantæ species, quæ supra hominis altitudinem aliquando crescit: quodq; in ea contemplari aliquis gaudeat, bullantes toto eius corpore spinæ sunt: & ueluti peluem constituentia bina illa folia, intra quę humor semper inuenitur. Cum creuit, in summo singulorum caulium singulos echinos in oblongo rotundos profert: flore, qui purpuream lanuginem refert. Omnem eius speciem diu nos obseruauimus, in echinis autem nascentes uermiculos inuenire non licuit: & nihilominus Græci Latiniq;, quod merito credendum sit, omnes testãtur. In medicina usum radix tantum habet. Nosq; quibus ea medetur rimis, fistulis, formicis & uerrucis, iam pridem diximus qualia mala illa omnia in homine sunt.

De Spina alba. Cap. XII.

ACantham albam. Sunt qui sylueſtrem cinaram, qui donacitim quasi harundinaceam, qui eryſiſceptrũ, qui carduum ramptarium uocant. Romani albam fiue regiã spinã dicunt. Nascit mõtibus & syluosis locis, foliis nigro chamæleoni similibus, angustioribus tm cãdidioribusq;, asperis & spinosis. Caulem altitudine supra duos cubitos habet humani pollicis

μεγάλου ἢ μὴ μείζονος πάχος. ὑπόλευκον, κενὸν ἔνδοθεν. ἐπ' ἄκρῳ δὲ αὐτῷ κεφαλὴ πρόσεστιν ἀκανθώδης, ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἐμφερής. πλὴν ἐλάσσων καὶ ὑπομήκης. ἄνθη πρασόφυλλα. ὧν οἷς δ' ἂν ἕρμα ὦσι κύκλος. σφονδυλώτη δὲ ἡ ῥίζα πινομένη, πρὸς ἀιμοπτοϊκούς. σομαχικούς. κοιλιακούς. οὖρά τε κινεῖ. καὶ ἀποπλάσεται πρὸς οἰδήματα. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς πρὸς ὀδοντάλγιαν πρίεται δριμυ ζόμενον. τὸ δὲ ἄνθερμα πινόμενον, παιδίοις ἀνωμαλίοις βοηθεῖ. καὶ ἐρπετοδήκτοις. φασὶ δὲ ὅτι περιαπτομένη αὐτοῦ δηρία δηλώσει.

pollicis craſſitudine, craſſioremq; aliquando al-
beſcentem, intusq; concauũ: In cuius ſummo acu
leatum capitulũ eſt, marino echino ſimile oblon-
gius tamen & minus. Flores purpureos, in quibus
ſemẽ cnici figura eſt, ſed rotũdius. Pota ſpinę hu-
radix, ſanguinẽ expuẽtibus prodeſt. Prodeſt & ci
bum in ſtomacho nõ continẽtibus, cœliacisq;. Vri
nã cit & cõtra tumores emplaſtri modo imponi.
Colluunt eiuſdẽ decocto in dolore dẽtes. Succur-
rit cõuulſis infantibus potũ ſpinæ huius ſemẽ: ſuc
currit & ſerpentiũ morſib⁹. Ferũt etiã facto ex ea
amuleto & ex collo ſuſpẽſo, fugari uenenata oia.

INTERPRES.

ALia hæc ſpina alba eſt ab ea quæ primo uolumine ab hoc ipſo ſcriptore, & à nobis longius deſcripta fuit: Illa inter ſpinoſas arbores genus ſuum habet, hæc inter aculeatos frutices & cum reliquis carduis, quorũ multiplex genus eſt, numeratur: Illa λευκάκανθα compoſito & cõiuncto nomine, hęc diſcretis uocibus ἄκανθα λευκὴ appellatur: Illa undiq; ſuis ſpinis, & quales in arboribus uidentur, infeſta rigent: hæc præter ſpinas in folijs aculeatũ etiam echinũ in ſummo caule habet: Illa in ſepibus, hæc mõtanis & ſylueſtribus naſcit locis: Illa tãdem ſolidam habet materiã, hæc concauũ & inanẽ caulẽ. Sũt præter hæc in utriuſq; hiſtoria & medicina diſcrimina alia etiam, quæ poterũt uolentes ex hoc ſcriptore & ex re ipſa facillime cognoſcere: nullibi enim nõ nota omnibus hęc ſpina eſt: cuius flore ad lactis coagulũ multis locis in Hetruria paſtores & uillicæ in caſei confectione utuntur. Eam hic ait ſylueſtrẽ cinaram uocari, propterea q; factæ cinarę cõparata, minora aliqua, aſperiora uero omnia habet. Eſt enim cinara altilis cardui omne id genus: quod ſiue in globũ ſquamatis corticibus intus nitentibus tumet, ſiue calathi figura longioribus & in exteriorem partem deſcendẽtibus ijſdem ſquamatis corticibus aperitur, quæ ueluti naturæ mõſtra in ganeam gulæ proceres uerterunt. Meminit utriuſq; huius cinaræ Columella in carmine ſuo dicens: Hiſpida ponantur cinara. Paulo q; poſt: Hæc modo purpureo ſurgit glomerata corymbo: Murciolo modo crine uiret, deinde xa q; collo, Nunc adoperta manet, nunc pinea uertice pungit, Nunc ſimilis calatho ſpinis q; minãtibus horret. Donacitim, id eſt, harundinaceã eandem hanc ſpinã aliqui uocauerũt, q; inani & concauo caule harundini ſimilis eſt. Eryſiſceptrũ uero, ut ſæpe aliàs diximus, ob aculeos & uitiliũ modo lentorẽ quẽ habet. Cęteræ appellationes aut per ſe notæ, aut penitus incognitæ à nobis relinquũtur. Quod deinde poſtremũ in toto capite de amuleto cõtra uenenata legitur, ex priore illa candida ſpina quæ inter arbores cenſeẽt, ad hanc translatum credimus. Eſt illud etiã hoc capite cogitandũ, quod à principio eius legitur, naſci ſpinã albam ὄρεσι καὶ ὑλώδεσι τόποις: quod eſt: in montibus & ſyluoſis locis: non ſic forte legendũ eſſe, ſed una tantũ mutata litera ἐλώδεσιν, id eſt, aquoſis, quod non ab re coniecerit aliquis, quãdo frequẽs ſpinis ijs prope aquas ortus eſt: q̃d paulo poſt hic etiã in poterio ſpina oſtẽdit. Id nos tm̃ ſignauim⁹, nihil ex cõmuni lectiõe mutãtes.

περὶ Ἀκάνθας ἀραβικῆς. κεφ. υκ'. De Arabica ſiue Aegyptia ſpina. Cap. XIII.

Ἀκανθα ἀραβική. Οἱ δὲ, ἀκανθίς. ῥωμαῖοι δὲ ἴνα. ἐοικυῖα τῷ φύσιμ εἶναι δοκοῦσι λευκῇ ἀκάνθῃ. σύφορα καὶ πρὸς ῥοῦμ γυναικομὴ πρὸς ἀναπωγὴν αἵματος ἢ πρὸς τοὺς ἄλλους ῥευματισμούς ἢ ῥίζα, παραπλησίως εὐδετεῖ. Φύεται δὲ τραχώδεσι τόποις.

ACanthan Arabicã. Sunt qui Aegyptiam ſpinam, qui diminutiua forma acanthida quaſi ſpinulam appellẽt. Romani ſpinam Arabicam uocant. Albæ ſpinæ ſimilis eſſe hæc creditur: adſtringit'que ſimiliter: ideoq; contra muliebres fluctiones, ſanguinis excreationes, & in alias corporis partes deſtillationes alias utilis radix eius eſt. Naſcitur aſperis locis.

INTERPRES.

INter congeneres herbarũ ſpinas, nõ inter aculeatas arbores Arabica ſiue Aegyptia ſpina hæc numerata eſt. Eam ueteres Græci utriuſq; gentis nomine indicauerunt: Ideo q; nos inuentã in antiquiſſimis illis aliam illam uocẽ Aegyptiam ſcilicet, addidimus. Maximas etiã in adſtringendo ſiccando q; uires illi tribuerunt. Peregrina quondã Italię ea fuit, nunc quod ſciamus nulla eſt. Tribus malis mederi eam Dioſcorides ait, fœminarũ fluctionibus, ſanguinis excreationibus, & in alias corporis partes deſtillationibus. Narbarus quartũ addidit, liquidẽ ait: Stringit q; guttãtia, menſiũ abundãtias, ſanguinis excreatus & alias fluctiones: Neſcimus q; nos, quæ nã ille guttantia appellet: niſi forte quos Dioſcorides ἄλλους ῥευματισμούς dixit, ipſe ſic uertit. Sed hoc in eo cenſu poſtremũ, non primũ eſt. Videtur q; fluxiones alias id interpretatus eſſe. Illud certe huic ſcriptori nõ reſpõdet, quod menſiũ abundãtias idem uertit, ῥοῦν γυναικεῖον enim hic ſcriptor ait: q̃d mali genus multiplex eſt, deſcriptũ multo ante à nobis: quod licet in eadem parte & eodem ferè modo quo menſes fiat, longe tamen à menſibus diſtat. Nos fœminarum fluctiones ubiq; uocauimus, quoniam aptior & uerior illis quàm menſium uox hæc ſit, ob eam quam diximus cum de his ageremus, cauſam.

De Cara-

περὶ σκολύμου. κεφ. υκά.

Σκόλυμος ⌊οἱ δὲ, φέρουσα. οἱ δὲ, πυράκανθα. ξωμαῖοι σούβολουμ. αἰγύπτιοι κνούς.⌋ φύλλα ἔχει χαμαιλέοντος ἢ τῆς λεγομένης πραχύπερα. καυλὸν ἀνίσους μακρόν. περίπλεως φύλλων. ἐφ' ὃν κεφαλὴ ἀκανθώδης. ῥίζα δὲ ὑπέστι μέλαινα παχεῖα. ἧς δύναμις περιλοιπὴν σῶμα λυσῶδες καταπλασομένη. καὶ ἀφεψηθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ πινομένη. ἄρθρα δὲ ὄζα πρὸς τὰ ⌊ι δυσώδη. ἡ δὲ πόα ἀξυφυὴς οὖσα, λαχανεύεται ἐφθὴ ὡς προάπαρχος.

De Carduo. Cap. XIIII.

SColymon⌊Sūt qui pherulam, qui pyxacātham uocant. Aegyptij cnus, Romani ſtrobilum dicunt.⌋ Chamæleoni nigro, albæq; ſpinæ folia carduus ſimilia habet, nigriora tantū craſſioraq;. Folioſum & oblongum caulem erigit: in cuius ſummo ſpinoſum capitulū eſt. Radicem habet nigram craſſamq;: quæ graueolētes alarum hircos, & reliqui corporis uiroſum odorem emplaſtri modo impoſita, emendat: idem etiam decocta in uino potaq; poteſt. Pota itidē copioſam graueq; olentem urinam pellit. Coquitur præterea eſturq; aſparagi modo non multo ante nata & adhuc tenera carduí herba.

INTERPRES.

VAgum per aculeatas omnes plantas pyxacāthæ nomen eſt, quam primo uolumine lycium uocari etiam diximus: ſuisq; ſpinis tantū non ubiq; ſpinoſis omnibus adeſt. Impudenter quidem, ſed multo impudētius à ſuo genere in aliud ab his translata, qui naturā ignorantes, temere omnia miſcent. Strobilū à Romanis carduū uocari Dioſcorides ait, Græca quidē uoce, ſed tūc forte quotidiana & in uſu populi, quæ à pineæ nucis figura cui ſimile in ſummo carduus capitulū habet, facta eſt: Græci enim στρόβιλον arborē pinū & nucē eius pariter uocant. Quæ quoniā coni figura in pinaſtris & oblōga eſt, quā formā carduí capitulū habet, communicata appellatione, ſtrobilos carduus hic à Romanis aliquādo dici potuit. Siquidē Plinius XVI. uolumine cap. XI. de pinaſtris agēs, ait: Eaſdē arbores alio nomine per orā Italiæ quas ſtrobilos uocant, ut plerique arbitrantur. Ex quo patet, ſcribente etiā Plinio hiſtoriā ſuā, fuiſſe eam uocē in pinaſtris Italiæ populārē. Similē chamæleōi carduū Nicander, Theophraſtus, omnesq; alij fecerunt: ſed Theophraſtus hoc amplius, non ſolū habere carduū radices quæ crudæ pariter & coctæ in hominis cibos ueniant, quod priuatim ſolus hic in ſpinoſo genere habet, uerūq; eas ſdē cum floret optimas habet, quodq; uix credibile uideatur, cum duratæ per ætatē fuerint & quaſi in lignū tranſierint, candidū liquorē ex ſe mittere. Eſtq; hic ſcolymus ſiue carduus is, quo per ſolſtitiū florente, Heſiodus ait in arboribus maxime canere cicadas: acerrimeq; ad Venerē ſtimulari fœminas, uiros autē ignauiſſimos tūc ad eam fieri. Deſcripſit & remedia eius tradidit pluribus locis Plinius, à quo poterunt uolentes multa audire ad omnes carduos pertinētia, priuatimq; ad ſcolymum hunc, qui priuatim carduus ab omnibus dicitur & eſt.

περὶ πτερείου. κεφ. υκέ.

Πτέριον⌊οἱ δὲ, φρύνιον.⌋ ⌊ἴωνες δὲ νευράδα.⌋ ⌊οἱ δὲ, ἀκιδωτὸν καλοῦσι.⌋ θάμνος ὀξὺς μέτρας. κλῶνας ἔχων μακρούς. μαλακούς. ἱμαντώδεις. λεπτούς. ἔμφυλλος τραγακάνθῃ. φύλλα μικρά. περιφερῆ. ὅλος δὲ ὁ θάμνος περὶ ὄγκου λεπτοῦ χνοῦν ἐρεώδη. καὶ ἔσιν ἀκανθώδης. ἄνθη μικρά, λευκά. καρπὸν δὲ γενομένου εὐώδη καὶ ἡδύμορον. ἄχρηστον. φύεται δὲ ἐν ἑλώδεσι καὶ πεδιάσι χωρίοις. ῥίζαι καὶ ὕπτιοι πήχεως δύο ἢ τρεῖς. ἰχυραὶ, νευρώδεις. αἱ δύνασαι πρὸς τὴν γῆν ἀπερμηθεῖσαι, ἀνιᾶσι δάκρυον κόμμεος ὅμοιον. κοπεῖσαι δὲ καὶ ἐπὶ πλαοθεῖσαι νεύροις διακόπτουσι καὶ ξαίνουσα κολλῶσι. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς πινόμενον, ταῖς ἐπὶ νεῦρα διαθέσεσιν ὠφελεῖ.

De Poterio. Cap. XV.

POterion⌊Sunt qui phrynion⌋, qui neurada⌊ qui acidoton appellent. Romani pariter Græcis poterion dicūt.⌋ Grandis frutex poterion eſt. Ramulos habet longos, molles, uitilium modo lentos & graciles, hircinæ ſpinæ ſimiles: folia parua rotūdaq;. Veſtitur idem totus multa, tenui, lanoſaq; lanugine. Totus præterea ſpinoſus eſt. Flores longos & pallidi coloris habet: ſemen in guſtu odoratum & acre, uerum inutile. Naſcitur in aquoſis tumulis. Radices illi ſunt duorum trium'ue cubitorum longitudine, firmæ neruoſæq;: quæ in ipſa terra ſectæ, lachrymam dant gummi ſimilem. Eædemq; tuſæ præcipue ſos neruos & uulnera illitæ glutinant. Quinetiam potum herbæ decoctum neruorum uitijs accommodatum eſt.

INTERPRES.

QVæ poterio in Dioſcoride adiectæ ſunt neurados & phrynij appellationes, in alijs Græcorū & Latinorum ſcriptoribus Galeno ſcilicet, Paulo, Plinioq; præcipue, & poſt ſe illā trahentes, ſunt: Siquidē prior res duo illi neurada tantū uocant: Plinius phrynion: omes tamē poterion ab alijs appellari addūt. A neruorū medicina & ope alterū, à rubetis ranis quibus ea medeť, alterū nomē illi factū eſt. Suntq; Pauli Aeginetæ in VI. hæc uerba: Neuras quā aliqui poterion dicunt. Plinius XXV. uolumine cap. IX. Auxiliatur eis phrynion in uino pota: Aliqui neurada appellant, alij poterion. Deſcribitq; eam Plinius floribus paruis, radicibus multis, neruoſis, bene olentibus. In qua deſcriptione ſibi ipſi non conuenit: ſiquidē hoc loco floribus

paruis eam describit, mox XXVII. uolumine, cap. XII. flore longo his uerbis eã itez effigiat: Poterion, aut ut alij uocant paroënion, uel neuras, large truticat, spinis retorrida, lanugine spissa: Foliis paruis, rotundis. Ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus: Flore longo, herbacei coloris. Seminis nulli usus: sed gustu acuto & odorato. Inuenit in aquosis collibus. Radices habet duas aut tres, binũ cubitoz in altitudine: neruosas, cãdidas, firmas: Circũfodit autũno: & præciso frutice, dat succũ gũmi simile. Radix mira uulneribus sanãdis tradit, præcipue ueruis uel præcisis illita. Decoctũ ꝙz eius cũ melle potũ, dissolutiões neruoz, & infirmitates, & incisuras iuuat. Quæ tota scriptoris eius descriptio nostræ huic ex Dioscoride acceptæ aptius respondet. Quod autẽ non est Plinio duobus locis idẽ, ex diuersa Græcoz codicũ lectiõe fit, quæ tũc etiã erat. Sunt em̃ in quibus ἄνθη μικρᾶ. i. parui flores legit: & in quibus ἄνθη μακρᾶ. id est longi flores: tã diuersum unius literæ mutatio sensum facit. Quod etiã in colore floz cõmunis lectio habet λευκὰ id est cãdidi, ex antiquissimis & melioribus Græcis accedẽte Plinij testimonio, qui χλωρὰ uidet tunc legisse, ut nunc etiã legit: pallidos, quos ille herbacei coloris, diximus: amauimusq; eũ colorẽ magis, propterea ꝙ nõ tã certe χλωρὸν uiride & herbacei coloris significat, ut nõ etiã inter uiridẽ & luteũ pallescentẽ colorẽ indicet: accedente ꝙz hoc magis ad cãdorẽ q̃ uiridi, nõ aliud sed aliter à Plinio in eo colore indicauimus. Cur aũt acidoton hæc eadẽ diceret, ignotum nobis est: nisi quẽadmodũ uulneraria herba est, & p̃cisis neruis medet, sic etiã cuspides quas Græci ἀκίδας dicũt extrahat, & illis etiã medeat. Et hæc qdẽ pro poterij appellatiõibus satis sint. Placuit aũt ex Plinio tã multa addere, ut certior legẽtibus historia simul & medicina eius fieret: intelligerẽtq; oẽs q̃ Plinio medicinã cõmentãdi ratio & disciplina fuerit. Non temere aũt demirabit aliquis, ex q̃ à rubetis ranis quas Græci φρύνους dicũt, φρύνιον poteriũ hoc dicebat, nihil Dioscoridẽ q̃d ad eas pertineret mõstrasse: Pliniũq; eiusdẽ herbæ duplicẽ historiã agentẽ, altero loco phrynion, altero poterion prima appellatione nominasse.

Περὶ Ακανθίου. Κεφ. υκϛ'.

Ακάνθιον, ἐμφερῆ τὰ φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ. ἐπ' ἄκρῳ ὀ ἀκανθώδη ἐξοχάς. οὗ συλλεγομένου ἡ ὑφ' ἓν ἅθροισμα, βαμβακώδης γίνεται. ταύτης ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα, ὀπισθοτονικοῖς βοηθεῖ πινόμενα.

De Acanthio. Cap. XVI.

ACanthion L. Romani acanthiũ dicunt. Spinæ albæ similia habet folia acãthiũ, in summis extremitatibus aculeata * qua collecta simulq; cõposita bõbycinis similes uestes fiũt. Radix foliaq; eius rigentibus in scapulas pota remedio sunt.

INTERPRES.

PEriisse capiti huic aliquid, sermonis paz sequax ductus ostendit. Quid autẽ desiderare & amissum instaurare nos oporteat, Plinius XXIIII. uolumine, cap. XII. manifeste indicat: qui de aculeatis plãtis quibusdã agens, acanthiũ hoc his uerbis descripsit: Huic similis est spina illa quã Græci acanthion uocãt, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis, qua collecta etiã uestes quędã bõbycinis similes in oriẽte fiũt. Ipsa folia uel radices ad remedia opisthotoni bibunt. Et hactenus Plin. Quæ siquis ab eo dicta cũ scriptore hoc cõtulerit, oĩa eadẽ utriq; esse inueniet. Præterea quæ Plinius ait lanugine obductis, in nullis Græcis hactenus inuẽta, uez ad explendã acanthij & scriptoris huius historiã cãnecessaria esse, ut sine eis non possit integer sensus Dioscoridi esse: cõtraq; suo loco instauratis, nihil apius audiatur. Erit ergo hic sermõis ductus. Spinæ albæ similia habet folia acanthiũ, in summis extremitatibus aculeata, araneosa lanugine obducta: qua collecta simulq; cõposita bombycinis similes uestes fiunt.

Περὶ Ακάνθης. Κεφ. υκζ'.

Ακανθα. ἡ ἑρπάκανθα. οἱ δὲ, μελάμφυλλον L. οἱ δὲ, ἀκανθικὸς ὁπία. οἱ δὲ, μαμολάρια. οἱ δὲ, κρηπίδα. L. παιδερωτα. φύεται ἐν πετρώδεσι, ἐν πηγώδεσι χωρίοις. ἔχει δὲ πλατύτερα φύλλα πρὸς μακρότερα θρίδακος. ἐσχισμένα ὡς τὰ τοῦ εὐζώμου. ὑπομέλανα. λιπαρά. λεῖα. καυλὸν λεῖον. σπιθαμιαῖον. πάχος δακτύλου. ἐκ διαστημάτων πρὸς τῇ κορυφῇ περιφυομένων φυλλαρίοις ὡσεὶ μ. οἱονεὶ κιγκλαρίοις. ὑπομίσεσιμ. ὑακινθώδεσιμ. ἐξ ὧν ἄνθος πρόεισι λευκόν. ὡς ἔρμα ὑπόμικες. μίλινον. θυρσοειδὴς ὁ ἡ κεφαλή. ῥίζαι δὲ ὕπερθεν γλίσχραι. μιξοδάφες. ἔμπυροι. μακραί. ἃς ἔνιες πυρικαύσοις ἢ σὺν ἐμμασιμ ἁρμόζουσι καταπλασσόμεναι. πινόμεναι δὲ οὖρα ἄγουσι, καὶ κοιλίαν ἱστᾶσι. φθισικοῖς πε, καὶ ῥήγμασι, καὶ ὠσὶ μασιν εὐθετοῦσιμ.

De Acantho. Cap. XVII.

ACanthan. Sunt qui à serpendo, herpacãtham, qui à nigro colore foliorum, melanphyllon L. qui acantham topiariam: qui mamolariam, qui crepida appellẽt, Romani ⊥ pæderotem dicunt. Nascitur in hortis petrosis q; & humentibus locis. Folia habet multo q̃ lactucæ latiora longioraq;, erucæ modo incisuris diuisa: nigrescẽtia: & cũ molli lẽuore pinguia. Idem & in caule lẽuor, quẽ altitudine duoz cubitoz erigit: crassitudine digitali: per interualla subipsum usq; uerticem foliolis quibusdã oblongis ueluti nucamentis aculeatis uestitum: ex quibus candidus prodit flos. Semen illi est oblongum & luteũ: capitulũ thyrsi figura: Radices lentore molles, mucosæ, longæ, rubentesq;: quæ luxatis & ambustis emplastri modo impositæ, medentur. Porro eædem urinam pellunt: aluum sistunt: tabidis, ruptis, conuulsisq; præterea utiles.

INTERPRES.

Hæc

Hæc est acantha siue acanthus ille (utroq; enim genere à Græcorũ medicis scriptoribusq; & poëtis alijs omnibus dicitur) quæ antiquis in tanto laudũ & honoris ambitu fuit: quæ Marõi pastoralis poculi ansas amplectebat: quæ in hortis crepidines marginũ, assurgentiũq; puluinorũ thoros longioribus & latioribus foliis uestiebat: & in architectura Corinthiæ columnæ capitulũ grato foliorũ amplexu nunc etiã ornat. Quę inter aculeatas non censereẽ, nisi in oblongis foliolis nucamẽti modo caulẽ eius per interualla uestientibus, & ex quibus flos prodit breues aculeos natura illi seruasset. Quod cæteri interpretes cõmuni & uulgari Græcorũ codicũ lectione decepti, ad hyacinthinũ colorẽ retulerũt, cũ ad spinas referendũ esset, ὑακινθώδη λοι legentes q̃d est hyacinthinis, cũ ἀκανθώδη λοιν, id est spinosis & aculeatis legendũ esset, nulla acanthi cũ hyacintho foliorũ coloris in flore, nucamenti, aut spinæ cõmunione similitudine uel. Descripsit acanthũ Plinius XXII. uolumine & eiusdẽ numeri capite, melãphyllonq; & pæderota uocari & ipse ait: sed nullã earũ uocũ causam docuit: præsertimq; cur pæderota eã aliqui dicerent, quæ tota græca uox est: nec aliud q̃ puerorũ amorẽ, aut q̃d à pueris ametur, significat. Quò magis demireẽ aliquis, q̃d in Dioscoride legitur à Romanis pæderota acanthũ dici, cum uocis eius quẽadmodũ & aliarũ illarũ Græci tm autores fuerint. Manifestã habet deinde significationẽ melãphyllon: nota enim & indicatio coloris in acanthi folio uox illa est: significat enim q̃d nigro folio est: haud sane quia nigrũ possit uere & simpliciter folium aliq̃d dici, sed q̃ comparatũ alijs quę dilutius uirent, nigrescere aliq̃d uideaẽ. Herpacantha mox, id est serpens spina acãthus dicta est, q̃ natura illa sit hærere, niti, longiusq; foliis suis serpere: q̃d Plinius indicauit, dicẽs uestire eã crepidines & puluinos. Ab eodẽ topiaria herba acãthus eodẽ loco dicitẽ. Estq; illi topiariũ opus, & plantarũ topiariũ genus, quod historiali opere in omnes formas uirens & uiuens trahitẽ: cũ animalia nauesq; & alia huiuscemodi perpetua uirentia fronde conformantẽ, in quo genere aptissima buxus est. Ex eoq; usu & autore q̃d erat inter has appellationes corruptũ ἀκανθασόπιαν, acanthã, id est spinã topiariã uertimus. Numerat præterea inter acanthi appellationes in Græcis crepula: corrupta uox, & ut nos uertimus, emendanda: quæ ob similitudinẽ ad acanthũ translata est. Siquidẽ foliatũ caulẽ & qualẽ acanthus crepis habet. Nasci acanthũ ὑφ' ἡλίῳ hic scriptor ait, nos hortis diximus: etsi paradisos Græci proprie urbanos & elegãtiores hortos uocẽt. Barbarus nasci eã uiridibus ait, parũ apte, nisi forte pro uiridarijs ea uoce usus ille est. Hoc totũ fœliciter expressit Plinius, urbanã herbã appellans. Idẽ lenẽ dicens, quod Græci λεῖον dicunt significauit: Nos id lẽuiorẽ diximus, quod nulla asperitate, scabricie, aculeis' ue tactũ offendit, indicantes: quo habitu acãthi folia sunt contrà q̃ aculeati generis plantæ aliæ omnes. Habet hæc quidẽ aculeos: sine his enim acanthi nomen amitteret, falsoq; acanthus diceẽ: sed ea parte tantũ qua diximus non multo ante: In qua dicendũ certius nobis est, quid Græcis κύπαρροι & nobis nucamenta sint, alioq; imitatione & exẽplo qui nouissime Theophrastum interpretati sunt, sic appellata: etsi potius principia & quasi uascula quædã nucũ dicenda fuerint. Multas habet in Græcis ea uox significationes. Siquidẽ primo fauorũ foramina κύπαρροι dicuntur: ueluti paruæq; similiq; figura nidi: & quod prius omnibus hic est, τὰ τῆ πεύκης καὶ πίτυος προανθοῦντα σποβίλια. quod est: pinorũ picearũq; ceu præcurrentes & flores præformantes nuces. Idq; omniũ aliorũ certissime indicauit Theophrastus tertio de plantarũ historia uolumine his uerbis, quo loco de arborum floribus agit: ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τῶν ἀνθῶν ὧν ζώντων, ἀλλὰ μὴ τῶν ξύλων, ὥσπερ ἔστιμβλυ, οἱ μὲν οὖν τινες καὶ φασὶν ἄνθειν τοὺς καρύας, καὶ τὴν ἡρακλεώτικὴν καρύαν, καὶ λιβὸς βάλανον, ἔτι δὲ πεύκην καὶ πίτυν. οἱ δὲ οὐδὲν ζώντων, ἀλλὰ μόνα τοὺλοιπὰ τῶν τοιούτων καρύαις, καὶ τὸ βρύον τὸ λεπτὸν καὶ τὸν κύπαρον καὶ πιτύϊνον ὁμοίαν καὶ ἀνάλογον εἶναι ζῴοις προσαπτῶσι ἑρπετοῖς. quorum sensus hic est: Dubitatur & de quarundam arborũ floribus ut diximus: siquidem alij quercum florere existimant, Ponticamq; nucem, & castaneam, piceam itidem & pinum. Alij contrà nullam eorũ florere, sed in nucibus uillum, in quercu muscũ, & in piceis & pinis κύπαρον, id est nucamẽtum hoc quod in his arboribus non flos, sed pro flore est, conspici. Nec Theophrastus in his aliud docet, q̃ esse arbores quæ non uere dici possint florere: ueruntamen aliquid & ipsæ habẽt unde fructus fiat: quod in piceæ pinorũq; genere κύπαρον à Græcis dicitur: à Latinis priuatim certum nomen non inuenit. Quale autem id sit, quotanuis licebit obseruantibus uidere: hisq; comparat Dioscorides foliola quæ acanthi caulem uestiunt, & quæ aculeata non hyacinthi figura aut colore dicit in eo esse. Vulgaris etiam nunc acãthus herba est, sed in nullo honore, ideoq; non omnibus nota. Etsi in Corinthiarum columnarum capitulis, foliorum eius manifesta effigies, ex ueterum in architectura monumentis & disciplina, quotidie oculis nostris se offerat. Quæ enim hũc etiam capitulorum calathos in columnis folia per ambitum uestiunt, acanthi folia sunt, maioris amplitudinis, quatuor incisuris, & quinq; ueluti digitis discreta, ex uetustissima architectorum disciplina ad ætatem nostram seruata. Esseq; acanthi ea folia satis docuit Vitruuius quarto sui operis libro: quod poterũt uobis: nec nostri consilij & instituti est, huiuscemodi omnia prosequi. Quod aũt Maro in Georgicis ait, nec flexi tacuissem uimen acanthi, de caule eius qui multo lentore uiminis rationẽ & naturã habet, intelligẽdum in eo poëta est. Radices eius hic scriptor ait inter cætera mucosas esse: intelligitq; mucoso humore abundãtes. Est aũt mucus Latinis q̃d Græcis μύξα. μύξα aũt Græcis idẽ q̃d κόρυζα: de quibus dictũ longius à nobis 1. uolumine in cinnamomo est: Nunc aũt ex Iulio Polluce 1. onomastici sui libro adijciendũ illis, κόρυζαν Athenienſibus idem esse quod Hippocrati & alijs μύξα, esseq; factam ex frigore à capite in nares destillationẽ.

κύπαρροι.

Nucamẽta.

Mucus.

μύξα.

κόρυζα.

Περὶ ἀγρίας ἀκάνθης. κεφ. ε.

Ἀκανθα ἀγρία, Ῥωμαῖοι αὐτὴν ἀγρέσιν. ἔστι δὲ καὶ ἡμέρα ἄκανθα ὁμοία σκολύμῳ. ἀκανθώδης. θερμοτέρα δὲ ἐν πᾶσι τῆς ἡμέρας. δύναται δὲ καὶ ταύτης ἰᾶσθαι ὅσα καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς.

De syluestri Acantho. Cap. XVIII.

ACantham agrian Romani syluestrẽ acanthum dicunt. Nascitur & syluestris acanthus carduo similis: Spinosa, breuiorq; ea quæ in hortis satiua nascitur. Potest huius itidẽ radix quęcũq; & añdicta potest.

INTERPRES.

NVm merauit duo acanthi genera Plinius etiam XXII. uolumine eiusdē numeri capite his uerbis: Duo genera eius sunt, aculeatum & crispum, quod breuius. sylue stremhanc intelligens, quam Dioscorides ait carduo similem, spinosam, satiuaq; illa breuiorem.

Περὶ Ἀνωνίδος. Κεφ. υκς'.

Ἀνωνίς. οἱ δὲ, ὠνωνίδα καλοῦσι. κλῶνες ὡσὶ δαμαῖοι μὴ μείζονες, θαμνοφυεῖς. πλυγόνατοι. μαχάλας ἔχοντες πλάς. κεφάλια πυρῆνῃ. φυλλάρια μικρά. λεπτά. ὡς πρὸς φακοῦ. πρὸς τὰ τοῦ πηγάνου ἢ λωτοῦ τοῦ ἐγχωρίου κοπτείοις, ὑπράδεια. εὐώδη. οὐκ ἀηδὲς ὄζοντα. ἁλμεύεται ἢ πρὸ τοῦ ἀκανθοφυῆσαι. μὴ ἐσιμήσιν. ἔχουσι ἢ οἱ κλάδοι ἀκάνθας ὀξείας. σκολοπώδεις, ῥεαδὲς. ἑψόμενα ἢ λευκήν. θερμαντικήν. λεπτοῦ λευκήν. ἧς ὁ φλοιὸς πινόμενος σὺν οἴνῳ, οὖρα ἄγει καὶ λίθους θρύπτει. ἐχάρας πυριῶσι. ἀφεψηθεῖσα ἢ ἐν ὀξυκράτῳ μὴ διακλυζομένη, πόνον ὀδόντων παύει. Λ δὲ ἢ ταύτης ἀφέψημα πινόμενον, ἀμορροΐδας θεραπεύει πεπίστευται.

De Ononide. Cap. XIX.

ONonin. Sunt qui anonida appellẽt. Romani pariter Græcis ononin dicunt. Dodrãtales habet ramulos ononis, & aliquando maiores: fruticosos, intercadẽtibus geniculis, & alaꝝ cauis numerosis. Capitula illi sunt circinata, foliola parua, tenuia ceu lentis, ad rutæ pratẽsis ue loti herbæ folia propius accedẽtia, cũ asperitate aliqua: cinereo colore, nec iocundo odore. Sale anteq; spinas proferat, interfalgama seruat: estq; in cibis suauissima. Habẽt ra muli ei⁹ acuminatas spinas solidas surculoꝝ mõ. Radix illi cãdida ẽ, q; calefaciẽdo & extenuãdo sit. Pellit urinã, frãgitq; calculos, & carbũculos erũpit, potus cũ uino radicis cortex. Decocta radice itidẽ in posca colluũt utiliter in dolore dẽtes. Creditẽ pterea sanare hæmorrhoidas potũ idẽ decoctũ.

INTERPRES.

INter aculeatas plantas omnibus facile cognoscenda quotãnis renascit ononis, unice utuax, & in annos ipsa seipsam propagãs: nisi cũ terra imbribus maduerit, totã runcauerit & extirpauerit diligẽs agricola: Frõdet ea uiuitq; in aruis, sed lætior in proscisso iteratoq; agro surgit, labore hominũ ut cæteræ fruges & ipsa proficiẽs: nihilq; aliquibus locis hac peste frequẽtius: quæ nõ solũ pedibus ingredientiũ aculeis suis nocet, sed aratorẽ etiã remorat, aratro inimica, & illi se implicãs. Descripserũt ononin antiqores oẽs q; de medica materia aut de plãtis aliqñ egerũt: sed unus omniũ fœliciſſime Theophrastus VI. de plantaꝝ historia uolumine, cuius uerba hæc sunt: Ononis aũt in ramis aculeata est: annuã fert frondẽ, rutæ folio similẽ: quãto caule profert: facitq; tota ueluti coronæ formã p interualla dispositã. Nascit pingui & glutinoso solo, præsertimq; in segetibus: quã ob causam aratoribus inimica: nec facile perit, cũ semel alto & pingui solo hæserit. Descẽdit enim q; primũ, & quotãnis regerminat, per latera se spargẽs: iteꝝq; in interiora terræ nitẽs descẽdit, sequẽte anno copiosius nascitura. Eruẽda tota extirpãdaq; penit⁹ est: q̃d cũ terra imbribus maduerit, egisse oportet: facile em̃ tũc tota perit. Siqd em̃ ex ea relictũ fuerit, ex eo iteꝝ renouat: æstate germinare incipit, autũno aũt incremẽti sui finẽ habet. Quæ omnia à Plinio diuersis locis à Theophrasto accepta, reddita fuerũt: ea nos parata in eo scriptore oibus sine desiderio relinquimus. Monemus tñ legentes, una tantũ mutata litera binominẽ antiquis scriptoribus esse hanc plantã: sunt enim qui ononim, & qui anonim eam uocent, non Latini solũ sed Græci etiã meliores aliqui, Galenus, Theophrastus, Paulus Aegineta & Plinius: qui licet duas nõ unã aliquãdo descripsisse plantã uideri possint, unã tamẽ eademq; utraq; appellatione indicasse eos pro comperto omnibus erit. Fuerunt in Græcis aliqui, qui ononim ab asinis quos ea gens ὄνους uocat, dici hanc plantã affirmauerint: q; in ea se uolutantes, aculeis eius dorsum libenter scabãt & exterant. Illud postremo animaduertendũ est, q; hic scriptor ait habere ononim folia ceu lentis ad rutæ pratensis ue loti herbæ folia propius accedentia, alteraꝝ ad figurã, alteraꝝ ad quantitatẽ referendũ esse: nec aliter nisi uitiũ illic sit, legi & intelligi rem posse: Theophrastus enim rutæ tantum comparauit. Et quos nos diximus carbunculos erumpere radicem ononis, ab hoc scriptore ἐχάρας dici, ulcus scilicet simul q; relictas ab igne crustas.

Περὶ Λευκακάνθης. υκζ.

Λευκάκανθα. οἱ δὲ πλυγόνατον. οἱ δὲ φύλλ, οἱ δὲ ἰσχιάδα καλοῦσι. ῥωμαῖοι σπιναλβα. τὸ δὲ ἡ ῥίζα ὁμοία κυπείρῳ, πικρά. ἰσχυρά. ἣ λεαινομένη, ὀδόντων ἀλγείας πραΰνει. ἀφέψημα αὐτῆς σὺν οἴνῳ κυάθοις τρισὶ πρὸς ἐμπλευματικοῖς χρονίοις, μὴ ἰσχιαδικοῖς ῥήγμασι, σωζομένοις. μὴ τὸ χυλῶδες δὲ ἢ ῥίζης, τὰ αὐτὰ πρὸς πινόμενον.

De Leucacantha. i. spina alba. Cap. XX.

LEucacanthã. Sunt qui polygonaton, qui phyllon, qui ischiada appellent: Thusci spinã albã. Romani gniã carduũ dicũt. Quadrato odorato iũco similis radix leucacanthe est, amara, solidaq;. Hæc cõmanducata, dentiũ dolores leuat. Medetur potũ cũ uino decocta eius põdere trium cyathoꝝ uetustis lateriũ coxendiciſq; doloribus: ruptis & conuulsis. Potest omnia eadem & radicis succus.

INTERPRES.

VNo eodẽq; breuissimo capite Plinius XXII. uolumine oẽm leucacãthæ huius historiã & medicinã cõplexus est: dicendum ideò nihil nobis aliud supereſt, q̃ ex similitudine aliaꝝ plantaꝝ polygonaton, phyllon

phyllon & ischiada dicta ab aliquibus fuisse, quemadmodum ex earum plãtarum historia cognouisse licebit, in quarum singulis aliquid est quod leucacanthæ huic æquale aut commune sit. Sine caule, sine flore, sine echino spina hæc est: foliis longis, aculeatis, lactucæ similibus.

περὶ τραγακάνθας. κεφ. υκη'.

Τραγάκανθα. ῥίζα ὀζὴ πλατεῖα καὶ ξυλώδης. φαινομένη δὲ ἀπὸ γῆς. ἀφ' ἧς κλάδοι ταπεινοί. ἰχνοί. χέραμοι πολλοὶ μεταξὺ λεπτὰ ἀκάνθας ἔχοντα ἐκπεφυκυίας πρὸς φύλλαις, λευκαῖς, ἰχνώδεσι, ὀρθάς. ἔστι δὲ ἡ τραγάκανθα, ὃ ἀκέραιον τὸ ῥίζης ἀποτμηθὲν ἴσης ὡλοσχιζόμενον, ἧς διαφέρει ἡ διαυγὴς, καὶ λεία, καὶ ἰσχνή, καὶ καθαρὰ, καὶ ὑπόλυσικον. δώσομεν δὲ ἔχι ὁμοίαν κόμμι πρὸς ἔμπλασιν. χρῆσις δὲ αὐτῆς εἰς τὰ ὀφθαλμικά. καὶ πρὸς βῆχας, καὶ πρὸς τὰς παρ' ἀρτηρίαν τραχύτητας. καὶ φωνῆς ἀπροκοπάς. καὶ ἐπισαρμοῦσιν ἐγκλυστῷ σὺν μέλιτι. ἀποχυλίζεταί τε ὑπερτιθεῖσα τῇ γλώσσῃ. καὶ πίνεται ὡς ἀποβρέχουσα γλυκάζει πλῆθος, πρὸς νεφρῶν ὀδύνας καὶ κύστεως λῆξιν. μηνύτου δὲ αὐτῆς κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου καὶ πεπλυμμένου, ἧς συμμετρίας χίσης ὀλίγης.

De Tragacantha. Cap. XXI.

TRagacantham Romani pariter Græcis tragacanthã dicunt. Radix lata lignosa & tragacãtha est, supra terrã emergẽs, ex qua ramuli prodeũt humiles firmiq́, & in longũ spatiũ se spargẽtes. In ijs numerosa tenuiaq́ foliola sunt, inter quę aculei se proferunt foliolis illis operti, colore candido, solidi & ad uulnus infesti. Vocatur tragacantha etiã sectæ radici inhærens lachryma: in qua bonitate antecedit quæ pellucida lẽuorẽ habet, simulq́ tenuis, pura & subdulcis est. Gũmi ęquales uires tragacantha habet: opplet em̃. Vsus eius in oculoꝝ medicina, uetere tussi, aspis faucib⁹, retusa uoce, destillatiõibusq́ in eclegmate cũ melle. Subijcit linguæ, paulatimq́ liquescere cogit. Bibit & drachmæ põdere in passo liquefacta cõtra renũ dolores uesicęq́ erosiones, additis ceruini cornu cinere eloto, & exiguo scissili alumine.

INTERPRES.

IN quotidiano medicinæ usu tragacantha est: utq́ omnes lachrymam passim nouerũt, sic peregrinam Italiæ stirpem, si Theophrasto credimus, pauci nouisse nunc possunt: in Creta, Arcadia, Peloponnesi Achaia & Asiæ Media nascentem: Quò magis Græcos demiretur aliquis, qui natam apud se plantam & plantæ lachrymam corrumpi in hoc scriptore permiserint: periretq́ legitimam & necessariam eius in sole densationem, quo enim loco hic ait: Vocatur tragacãtha etiam sectæ radici inhærens lachryma &c. desunt necessariæ uoces aliquot, quibus doceatur sectam radicem spinæ huius lachrymã mittere quæ in sole densetur. Nos Dioscoridi eas non addidimus, quoniam in nullis Græcis inuentæ à nobis hactenus sunt: & nihilominus, quoniam in lachrymæ huius confectione obseruasse id oportet. Quod seruat adhuc & habet qui nobis est uetustissimus Longobardis literis scriptus Latinus Dioscorides, monere hactenus legentes uoluimus: qui tragacantham composito nomine à Græcis nominatam sciant, quoniã spinosa & tragio quæ Cretæ peculiaris stirps est, congener & similis sit. Vsus eius ad tusses & exasperatas fauces præcipuus quondã fuit, quemadmodum & nostra ætate nunc etiam est. Quam uero nos retusam uocem diximus, Dioscorides φωνῆς ἀπροκοπὰς, quod est amissam uocem, aut extremam raucedinem significans.

Retusa uox. φωνῆς ἀπροκοπή.

περὶ ἠρυγγίου. κεφ. υκθ'.

Ἠρύγγιον. οἱ δὲ, ἠρύγγιον, οἱ δὲ ἐρινὴν, οἱ δὲ κάρυον, οἱ δὲ γοργόνιον, οἱ δὲ ἑρμίον. οἱ δὲ ὀρίγανον χλάνιον. οἱ δὲ μυρόκανθον. οἱ δὲ μῶλυ. αὐτὸ πίθοι κρόβυσος. πρόφητα σίσυρος. ῥωμαῖοι καπίτυλον μάρυγες. οἱ δὲ κάρδοαι. δάκοι σικυόπους. ἱππάνοι κιστοκαπιτά. ἄφροι χάραμβ. οἱ δὲ ὀρείαν χλόην. οἱ δὲ χιόνα. ἀπὸ ἀκανθώδους ῥίζης, ἧς φύλλα λαχανώδη, εἰς ἀλμάδας συνῳθέμενα. ἔστι δὲ πλατέα, ἐχέα πρὸς πέριξ ἀρωματίζοντα τῇ γεύσει, ἀβρεχόμενα δὲ ἀκανθοῦται καὶ πλείονας ἔχοντα καυλῶν, ἐφ' ὧν κατὰ τὰ ἄκρα κεφάλιά ἐστι σφαιροειδῆ, ἀκάνθας πρὸς εἰδυῖα ὡς πρὸς ἀσπίδος ὀξυτάτας κύκλῳ, σκληρὰς, ὧν δὲ χρῶμα χλωρὸν ἢ λευκόν. ἐνίοτε δὲ καὶ κυανοῦν εὑρίσκεται. ῥίζα δὲ ὠμὴ μήκους. πλατεῖα. μέλαινα καὶ ἔξω φάναι, ἔνδο-

De Eryngio. Cap. XXII.

ERyngion. Sunt q eryngũ, q eryngem, q erineren, q caryon, q gorgonion, q hermion, q originũ cloniũ, q myracanthũ, q molly, qui cartere, qui montanã chloën, q chida appellent. Aegyptij crobisum: Magi symertũ. Daci ficupnoex: Hispani centũcapita: Aphri cherda: Romani capitulũ cardui dicunt. In genere aculeatarum plantaꝝ eryngiũ est. Recipiuntur nascentia aliorum olerũ modo in cibos sale condita eryngij folia: ea sunt lata, per ambitum aspera, gustu odorata: In pluribus quas habent per caules eruptionibus crescentia, spinis aculeantur. Spinis horrent etiam in summis caulibus capitula, acutissimis q́ue per ambitum stellæ modo radiatis: Estq́ earum color modo uiridis, nunc pallidus, nunc candidus: idem aliquando cœruleus inuenitur. Radix illi longa, lata, foris colore nigro, in-

θεμ λθυκή. δ ακτύλου μεγάλυ τὸ πάχος. ἡ αὐτὴ εὐώδης καὶ ἀρωματίζουσα. φύεται δὲ ἐν πεδίοις καὶ τραχέσι τόποις. Δώναμιν ἔχει θλαυτικήν. πινομένη ἄγει ὀὖζα καὶ ἔμμηνα. σῴφυσι τὲ καὶ ἐμπνευματώσεις λύει. ἡπατικοῖς δὲ καὶ θηριοδήκτοις, καὶ δυσεντερικοῖς ἐλκηφόσιν, ἀρμόζει σὺν οἴνῳ. πίνεται δὲ πρὸς τὰ πλεῖστα σὺν σαφυλίνου σπέρματι, ⊲ ά. τὸ πλῆθος. ἰσοζυγεῖ δὲ ὀλυπριπομένη καὶ ταπλασομένη, φύματα δι αφορεῖ. ῥίζα δὲ αὐτῆς πινομένη μετὰ ὑδρομέλιτος, ὀπιθοτονικοὺς ἰᾶται καὶ ὠλικπικούς.

tus candido: pollicis craſſitudine & odorata eſt. Naſcitur campeſtribus aſperis locis. Habet calefaciendi uim. Pota menſes & urinam trahit. Tormina & inflationes diſſicit. Bibitur cum uino uti liter iocinoroſis, & contra uenenatorum morſus & epota uenena. Bibitur plerunq; drachmæ pondere cũ ſylueſtris paſtinacæ ſemine. Fertur præterea hæc eadem alligata potaq; panos diſcutere. Quinetiam radix eius in dulci aqua comitialibus & in ſcapulas rigentibus eadem utilitate bibitur.

INTERPRES.

NOndum tota patet, tot ſeculis tractata & excuſſa à ſapientibus natura. Vtinamq; non plura & meliora deprehenſis hactenus adhuc ignorarent: tam multa in maieſtate eius latent, tamq; incertas euentuũ ſuorũq; cauſas & rationes ubiq; ea eſſe uoluit: Nec ratione in nobis id caret, quibus nulla eſt maior q̃ ſciendi cupido. Nec contra minor cura, aut ignauius occulta inueniendi ſtudiũ, præſertimq; ea quæ quotidianis ueluti miraculis anxios nos habent, qualia ſunt quæ ex prægnantiũ appetitionibus conformãtur, in fœtu deſideriorũ illorũ ſigna & notæ: & q̃d in pecuariæ rei diſciplina traditur, ne longiore itinere aut labore boues pedes ſubterant, prius q̃ quoq; aganẽ liquida pice ima ungi oportere eorũ cornua: aut ne in numerandis his quæ penè infinita ſunt, lõgiores ſimus, quã habeat ex natura cauſam, ut ſi eryngij caulẽ ex grege ouis capella'ue aliqua morſu defectũ ore ſuſtulerit, totus ſtatim ſubſiſtat grex: relictoq; paſcendi ſtudio, nouo ueluti ſpectaculo attonitus, non prius admirari rem deſinat, q̃ accedens paſtor caulẽ illũ abſtulerit, abiectoq; longius inutile gregis ſui otiũ ea ratione caſtigauerit. Autores eius rei Ariſtoteles primum, qui in nouis in huiuſcemodi re Plinij ſilentium, qui ſimilia his pleraq; alia de candida eryngi tradiderit. Hic enim herbarium decebat, neceſſarias medicinæ eryngij uires tantum tradere debuit. Cuius numerantur plures ab hoc ſcriptore, modo eius ſint, appellatiões: ſed tam incertæ, & ex alijs plãtis tã obſcure repetitæ, ut nulla hactenus earum coniectura uti potuerimus: id tantum monemus, quæ à prima ſtatim ſequitur, ſolo genere in declinatione à priore differre: neutro enim & fœminino declinatur: Neutro hic & Græci alij uſi ſunt, plinius fœminino xxii. uolumine capite vii. his uerbis de ea agens: Et clara in primis aculeata eryngi eſt, ſi ue eryngion &c. Idem etiam quam hic Hiſpanis centum capita tribuit, Romanam ſuæ ætatis appellationẽ fuiſſe teſtatur: ſed candidam tantum ea uoce uocari ſolitam. Græci etiam eadem ratione ἡμεβοτίφανον à numero capitum dicunt. Quæ deinde myracantha inter alias numeratur, à ui & radicis odore facta eſt: nihil enim aliud q̃ odoratam ſpinam ea ſignificat uox. Cæteræ quales illic leguntur tales alijs relinquuntur. Notum nunc etiam eryngium eſt: pluribusq; locis in Italia antiquum ſeruat nomen & uſum: melleq; ſeruatur radix eius: nec habet ingratum in cibis ſaporem.

περὶ Αλόης. κεφ. υλ'.

ΑΛόη. Λόαι δὲ ἀμφίβιον. οἱ δὲ κεράτιον, οἱ δὲ ἔρμινον. οἱ δὲ βατόκερως. ῥωμαῖοι δὲ ἀλόαμ. πρὸς βδέλλοις δὲ ἀλοέ. φύλλα ἔχει σκίλλης πρὸς πλήσιον, παχέα. λιπαρόν. ὑπόπλατυ, πρὸς δὲς, εἰς τὸ ὑπίσω κλώμενον. πρὸς δὲ ἑκάστῃ δὲ τὰ μέχρι ἔχει τὰ φύλλα ἐκ πλαγίων ἀκανθώδη. ἀραιῶς δὲ ἔχοντα κολοβά. καυλὸν δὲ ἀνίησι μὲν ἀνθρίκῳ ὅμοιον. ἄνθος δὲ λευκόν. καὶ κάρπιμον ἀσφοδέλῳ ἐοικότα. βολβὸς δὲ ὅλος, καὶ ἀπερυθμιώδη τι κεφαλὴν ἔχουσα τὴν ῥίζαν. γυνᾶται δὲ ἐν τῇ ἰνδίᾳ πλείστη λιπαρά. διὸ καὶ ἐλαίου κομίζεται. φύεται δὲ καὶ ἐν ἀραβίᾳ καὶ ἀσίᾳ. εἰ δὲ ἔνιοι πρὸς θαλασσίοις τόποις εἰσὶ καὶ νήσοις, ὡς ἐν ἄνδρῳ, οὐκ εὔχρηστος εἰς ὀπισμόν. πρὸς δὲ κόλλησιν τραυμάτων ὠφελιμώτερος. λεία καταπλασομένη. διπλοῦν δέ ἐστι τὸ εἶδος τοῦ χυλίσματος. τὸ μὲν ψαμμῶδες. ὃ πρὸς ὑποσάβμην καθαρώτατος ἔοικεν εἶναι. τὸ δὲ, ἡπατίζει

De Aloë. Cap. XXIII.

ALoë. Sunt qui amphibion, qui eryngion, qui orminion, qui ab hircini cornu forma tragocerata uocẽt. Romani pariter Græcis aloëm dicunt. Scillæ folia habet aloë, craſſa, pinguia, in rotundo modice lata repandaq;. Habent utrinq; folia ex obliquo ſpinulas curtas, & raris interuallis diſpoſitas. Caulem profert albuco ſimilem: florem candidum: ſemen aſphodelo æquale. Tota grauiſſime olet: & in guſtu amariſſima aloë eſt. Singulari nititur radice, ceu palo in terram defixo. Naſcitur plurima in India, unde & liquor ad nos affertur. Naſcitur & in Arabia Aſiaq;, & maritimis quibuſdam locis & inſulis, ut Andro. Sed ad exprimendum ex ea liquorem inutilis: glutinãdis uero uulneribus accommodata: in quem uſum conciſa trita'ue emplaſtri modo imponitur. Duplex genus liquoris eius eſt: alterum arenoſum, et ueluti puriſſimæ aloës ſedimentum: alterum iocinoris modo coactum.

Eligito

ἐκλεῖγου ἢ τὴ καθ' ἅλμ, μὴ ἄλοπον, μὴ ἄλυθον. σίλδουσαμ. ὑπόξανθον. ἔυθρυπτον. ἡπατίζου σαμ ῥᾳδίως. ὑγραινομένων. ἐπιπλαμβάνω τῇ ποικίλᾳ. τὸ μέν τι μέλαιναμ μὴ δυσκάλακ τον ἀπεκλέπου. δολίζουσι δὲ αὐτὸ κόμμι. ὃ τῆς ἐλέγχεται γεύσει, μὴ πικρίᾳ, μὴ ὀσμῆς ἐπιτάσει. μὴ τε μὴ διαλύεσθαι μέχρις ἐλαχίσου ῥήγματος, θλωμένων ὑπὸ τῶν δακτύλων. ἔνιοι ἢ μὴ ἀκακίαμ μίσγουσι. Δύναμιν ἢ ἔχει. συπτικὴν, ἡπνωτικὴν, ξηραντικὴν, πυκνωτικὴν τῶν σωμάτων, κοιλίας τε λυτικὴν, μὴ σόμαχου ἀρκαθαρτικὴν. κοχλιάριον ϐ'. πλήθει, μετ' ὕδατος ψυχροῦ. ἢ γαλακτώδους πίνομένη. αἷματός τε ἀναγωγὰς ἐπέχει, μὴ ἱκτερομένη ἀρκαδαίᾳ. μετ' ὕδατος τριωβόλου. ἢ ἀόλητος ϛ τροχίσκ. μὴ μετὰ ἐκτίνης δὲ καταπινομένη ἡ ὕδατος ἢ μέλιτος ἐφθοῦ ἀναλαφθῆσα κοιλίαν λύει. δραχμῶν ἢ τριῶν πλῆθος πελείως καθαίρει. μιγεὶς ἢ τοῖς ἄλλοις καθαρτικοῖς, ἧττον αὐτὰ κακοσόμαχα ποιεῖ. ξηρὸν ἢ ἐπιπλάθεν, ἕλκη, τραύματα κολλᾷ. μὴ ἐπὶ λοιῇ ἕλκη μὴ κατασήπει. αὐλοῖα δὲ ἐλικωμένα δι' ὅλου θεραπεύει. καὶ ἐπαγώγια παιδίων ἔχθεντα παρακολλᾷ. θεραπεύει ἢ καὶ κονδυλώματα μὴ δαγάδας κιρσαμένων σὺν ὄλυτρῳ κεῖ οἴνῳ. ἀμορβαγίας τε ἴσχει τὰς ἀπ' αἵμορροΐδων. μὴ πρὸς ὑγρὰ ἀπρουλοῖ. ἄιρει μὴ πελιώματα μὴ ὑπώπια σὺν μέλιτι. φωρφθαλμίας τε μὴ ἀκανθώμκνισμοὺς παρηγορεῖ. μὴ κεφαλαλγίαν μετ' ὄξους μὴ ῥοδίνου, μετώπῳ μὴ κροτάφοις ἐπιχριόμενον, ἐπέχει μὴ ῥεύσας ξὺ χαρσὺν οἴνῳ, μὴ πρὸς παρίδα μία ἢ μὴ οὖλα, μὴ πάντα τὰ ἐν τῷ σόμαλι ἀρμόζει σὺν μέλι. μὴ οἴνῳ. φῶρυν ἢ μὴ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐπὶ καθαρσ. καὶ διαπύρου ὀξάκνου. μεταβαλλόμενον μύρῳ μέχρις ἂν ὁμαλῶς πυρωθῇ. πλύνεται ἢ χωρὶς ὁμένου τ' ψαμμώδους ὡς ἀχρήστου. λαμβανομένου ἢ τοῦ λιπαρωτάτου καὶ λείου.

Eligito pinguem aloëm, ſynceram, & ſine calculis aut arenis, ſplendẽtem, ruffo colore, friabilem, iocinoris modo concretam, facile liqueſcẽtem, & quæ egregia amaritudine ſit. Reprobanda è diuerſo quæ nigro colore eſt, nec facile liqueſcit. Adulteratur gummi aloë: uerum deprehenditur amaritudine in guſtu, & odoris firmitate, quodq; friãta digitis, non reſoluitur uſq; ad minimum ramentum. Miſcẽt illi etiam in adulterio aliqui acaciam. Eſt aloë uis & natura adſtringere, ſomnum conciliare, ſiccare, corpora denſare, aluũ ſoluere, & ſtomachũ purgare. Pondere cochleariũ duorũ cũ frigida aqua aut lactis ſero pota, ſanguinis excreationes cõpeſcit: felle ſuffuſos emendat, trium obolorũ pondere in aqua aut drachmæ unius in ſorbitione pota. Cum reſina eadẽ aqua'ue, aut cocto melle excepta, aluum pota ſoluit: trium uero drachmarũ pondere egregie purgat. Mixta præterea aloë alĩs quæ purgando ſint, ſtomacho minus noxia ea reddit: ſiccata et in farinã tuſa uulnera glutinat: & ulcera ad cicatricẽ perducit compeſcitq;. Priuatim exulceratis genitalibus aloë medetur. Glutinat præterea diſrupta in infantibus

* Medetur cõdylomatis itidem & ſedis rimis cũ paſſo mixta. Quinetiã ſanguinis eruptiones ex hæmorrhoidibus factas cõpeſcit. Digitorũ reduuias ad cicatricẽ perducit. Liuores & ſugillata ex melle delet. Oculorũ ſcabies, & in oculis angulorũ prurigines lenit. Dolores capitis ex aceto & roſaceo finit, fronti tẽporibusq; inuncta. Fluentẽ capillũ ex uino cõpeſcit: & cõtra tõſillas, gingiuas, & omnia oris uitia, cum melle aut uino prodeſt. Crematur aloë ad oculorũ medicinã in pura et cadẽte teſta: rudiculaq; ſubinde uerſatur, uſquedum tota æqualiter candeat: mox lauatur, abĩcitur'que q̃ inutile eſt, ſiquid arenoſum ſubſedit: quod uero pinguiſſimum eſt lẽuorem'que habet, ſeruatur.

INTERPRES.

Difficilis ubiq;, & in cũctis ut uidetur amara aloë eſt: ſiquidẽ non minus in ſatyra q̃ in ſcriptore hoc, cõmentationibusq; his noſtris plus aloës quàm mellis habuit: tam multis locis male habita à Græcorum librarĩs per ſpinas eius ingrediẽtes laborare nos coëgit. Euaſimus tamẽ, ſed quàm fœlix iter hoc noſtrũ fuerit, peritiores cenſebũt: & quæ nõ ſunt in ea nobis cũ cæteris eadẽ, qua ſolẽt humanitate humanitatis profeſſores excipiẽt. A' ſpinis quas cõmunes aloë cũ eryngio habet, eryngiũ & ipſa ab aliquibus dicta eſt: ſed mala ſimilitudine: quãdo in cæteris nihil diſſimilius quàm eryngiũ & aloë uidetur. Fuerũt etiã qui amphibion hãc dicerẽt: quod niſi eadẽ illa ratione dicaĩ, qua in genere animantiũ amphibia à Græcis alĩ qua dicãtur, incertã nobis cauſam habet. Sunt aũt Græcis amphibia quæ cõmunem & ambiguã in utroq; elemento, terra ſcilicet & aquis, uitã degũt: qualẽ hic caſtora ſecũdo uolumine deſcripſit: & quales multæ aues ubiq; ſunt: potuerunt'q; aliqui ſic aloëm uocaſſe, q̃ procul à mari & maritimis locis, ut hic ait, pariter naſcitur: etſi ut amphibios diceretur, nõ ſatis diſcrimen id fore uideri poſſit. Ne q̃ enim diuerſa elemẽto ſunt maritima, & quæ procul à mari diſtãt. Orminion ab aliquibus dicta aloë pariter fuit, q̃ utraq; altiore caule eſt: & quemadmodum aloë in folĩs aculeatas eminentias magis quàm ſpinas habet, ſic & orminium, utrin hiſtoria eius certius patebit. Tragocerota' poſtremo eandem aloëm certiore ſimilitudine aliqui apellarunt, ab hircorum cornibus facta appellatione, quibus folia eius quantitate, longitudine, figura'que appoſite reſpondent; Eſt & inter appellationes has illud animaduertendum, ex antiquiſſimorum

Amphibia.

Græcorum fide non dixisse nos in folioꝝ aloës historia, habere eam utrinque folia ex obliquo spinosa, sed utrinq; spinulas. In melioribus enim legitur ἀκανθώδια, id est, spinulas, non ἀκανθώδη: quod cõmune nobis cum Barbaro est: & si naturæ rei q̃ id nõ magnopere interfit, Obseruauimus illud etiã, pluribus locis toto hoc capite in quibus καθαρὸν legebatur, in melioribus & antiquioribus Græcis λιπαρὸν legi: ideo q̃ non pinguẽ non puram uertimus, concinniorẽ sensum & meliorꝝ codicum fidẽ secuti. Quẽadmodum nõ multo post etiam facere coacti sumus, quo loco hic ait, καὶ ὁμαλόχου ἀπροκαθαρτικὴν κοχλιαρίων δύο πλῆθος, μιθ' ὕδατος & ψυχροῦ ἢ γαλακτιώδους πινομένη: quoꝝ sit sensus is qui dictus pauloante est: habere scilicet aloem uim, ut si duoꝝ cochlearium pondere bibatur cum frigida aut lactea aqua, stomachum purget: &, ut certiore adhuc sensu res pateret, non lactis aquam, sed lactis serum, quod idem lactis aquæ in medicina est, diximus: contrà q̃ alij interpretes uerterint: quorũ alter lacte simpliciter dixit, alter cũ frigida aqua uel quasi lac gelida, id est, tepidiu. scula. Videturq; hic quod est γαλακτῶδες, ad teporẽ transtulisse: quod nescio an in scriptore hoc, aut melio- re alio aliquando inueniatur. Siquidẽ nulla est significationis eius necessitas, quando infinita sunt quæ tepent. Nec uerisimile est quod χλιαρὸν: id est tepidũ simpliciter dici à Dioscoride poterat, tam obscure dicendum fuisse: & addito tepori lacte, cuius multus est in medicina usus, in purgatione hac stomachi legentes ad lac pro aquâ distraxisse. Alter ultra q̃ oportuit lac uertit. Neq; enim lacti idem ac γαλακτῶδες, id est, lacteũ est. Differtq; lactis aqua longo interuallo à lacte: & si in Græcis aliqui inueniantur, in quibus γάλακτ & legitur: uerũ nos cõmuniorem lectionẽ secuti, quod erat γαλακτώδους, aquæ adiectiuũ fecimus: alternauimusq; duas aquas, frigidã aut lacteã, id est lactis serum uertentes: fecimusq; id autoribus Græcorũ medicis, Paulo q; Aegineta in primis, qui libro primo, capite quo agit de his quæ urinã pellũt & aluum deijciunt, aloẽ & ὀρρῷ, id est, sero lactis utitur: haberq; in scriptore hoc id certiorem rationẽ, q̃ si lac simpliciter aut teporẽ in ea uoce aliquis æstimauerit. Videtur Barbarus teporẽ illum ex antiquo Latino Dioscoride & Serapione accepisse: sed nos quas diximus rationes secuti, illud magis amauimus: & nihilominus legentiũ iudicio arbitrium id totum relinquimus. Sequitur deinde locus, in quo nihil q̃ sine certa ratiõe aliquid dicere maluimus. Cæteri interpretes aut nescisse aliquid uideri timentes, aut quã non indicauerũt ratione nixi, quod nos spatium & inane reliquimus, impleuerunt. Vertitq; alter quod in Dioscoride legitur, καὶ ἐπαγωγὰ παιδίων ῥηγμάτα παρακολλᾷ. Disrupta infantibus iungit: alter, & ruptis infantium præputijs. Ille imperfecto sensu: reliquit enim cogitandũ legẽtibus, quæ nam in pueris disrupta ea sint: hic, quod cunctis ætatibus cõmune esse potest, ad solos infantes nulla priuatim adiecta causa, contraxit: præputijsq; rarum, & quod hactenus legisse

Rupta. ῥήγματα. me nõ memini, ruptorũ malũ assignauit: modo Latinis rupta sint, quæ Græcis ῥηχθέντα & ῥήγματα, spõte sua scilicet & per se à continuitate sua discedentia: qualia huic scriptori & alijs passim multa hac uoce hominis mala numerantur. Quod & si fieri etiã possit (nolumus enim in tam multis naturæ malis, eorumq; quotidiana uarietate hoc penitus negare) nulla tamen ostẽditur causa, cur in pueris magis q̃ in cæteris ætatibus curari remedio hoc id malũ debeat. Integritati itaq; sensus ut uidetur obstant: hinc rupta, quæ præputijs simpliciter non cõpetunt: illinc infantes, quibus solis utilẽ aloẽm fecisse naturã, parũ uerisimile est. Nam quod

ἐπαγώγια. ad præputia pertinet, modo integra hoc loco ea uox sit, certa res est: quæ eñ ἐπαγώγια à Dioscoride hoc capite uocãtur, eadem illa sunt præputia, quibus in thapsia utilẽ in apellis, sed nõ ex circũcisiõe eam dixisse à Græcis dicta, quoniã ἐπάγονται, ducũtur scilicet & reducũtur. Quod si me interroget aliquis, quid à Dioscoride agi: nec puerorũ sed oculorũ legi illic oportere: Neq; ἐπαγώγια uerũ ὑπόπυα: Est autẽ Galeno & de decretũ hoc loco fuisse credã, nihil pro cõperto mihi esse respõdebo. Non tamẽ negabo in eam partem inclinare mihi animũ, credereq; de puerorũ præputijs agi hoc loco: non tamen ruptis, sed sectis, siue mallis cæsis, dicere: pertinereq; ad circuncisionẽ quæ Iudæorũ religione in pueris fieret: monereq; hunc scriptorẽ, quoniam glutinãdi uis aloë est, priuatimq; genitaliũ ulcera ad cicatricẽ perducit, secta infantiũ circuncisionis ritu præputia glutinare aloëm. Sed non posse in hoc sensu ῥηχθέντα legi, quoniã hæc uox per se ruptũ significat: circũcisio autẽ sectione & hominis iniuria fit: posseq; duabus mutatis literis τμηθέντα in hunc sensum transferri: quod tamen nos facere noluimus, nec à cõmuni lectione quicq̃ detorquere. Eam q; ob causam relicto inani spatio, explendũ locum, aut hac aut alia ratione peritioribus reliquimus. Non inuidebimus etiam legẽtibus, quod agẽtes hoc diu cogitauimus: nec sine causa, indicantibus id aliquot Græcis co-

ὑπόπυον. dicibus, potuisse hoc loco nõ de ruptis puerorũ præputijs, sed de oculorũ uitio quod Græci ὑπόπυον uocant à Dioscoride agi: nec puerorũ sed oculorũ legi illic oportere: Neq; ἐπαγώγια uerũ ὑπόπυα: Est autẽ Galeno & aliis Græcorum medicis ὑπόπυον, cum totã oculi irim, orbẽ scilicet in eo sic appellatũ, aut eius dimidiũ, pus occu-

πύωσις. Vnguis oculi. pauerit. Idem hoc malũ Galenus in diffinitionibus suis πύωσιν, id est, suppurationẽ & unguẽ uocari ait: sunt q; in diffinitione eius Galeni hæc uerba: Pyosis, id est, suppuratio aut unguis, puris collectio est, quæ cũ inflammatione circa nigrã oculi partẽ ad iridem ungui humano similis coit. De eodẽ hoc malo longius libro in. Paulus Aegineta egit: ait q; & ipse ungui similẽ in oculo suppurationẽ hanc nonnunq̃ altius, aliquando in superficie fieri: & quoniã inter cætera remedia aloë cõtra eam utitur, non ab re penitus fore credidimus: suspicionem hãc nostrã quæcunq; ea est, legentibus significasse: glutinat enim aloë, potestateq; hac ruptis hypopyis his, & unguibus oculorũ, mederi potest. Scio fore ut uideaẽ aliquibus durius hoc esse, pluribusq; q̃ deceret mutatis, à præputijs aut disruptis simpliciter, ad oculos rem trahendã. Sed æquo animo id ferent, si meminerint nihil in incerta re à nobis constitutũ fuisse: licereq; illis quos maluerint interpretes sequi. Diximus hoc capite etiã, mederi aloëm capitis doloribus, cõmuni doloris uoce usi in his quos Græci κεφαλαγούντας dicunt: & in eo malo quod nostræ ætatis medici cephalargiam una tantũ mutata litera, Græci autem κεφαλαλγίαν nominant: quod malũ quoniã multiplex est, diuersasq; habet causas, diuersis ideò appellationi-

κεφαλαλγίαι. Dolores capitis. bus in ea gẽte distinguitur. Nec nos modo de doloribus capitis, qui febribus accidunt, aut alterius malicomites sunt, agimus: eos enim plerunq; aliijs nominibus Græci indicant, κεφαλὰς πόνους siue ὀδύνας dicentes: sed sermo nobis tantũ nũc est de his, quas proprie Græci κεφαλαλγίας uocant, quæ aliquando in nobis ex solo malo temperamento corporis fiunt: aliquando ex nimia humorũ copia: aliquando ex utraq; causa: nonnunq̃ uero

uero ex primitiua & foris accedente causa alia, uerbi causa, solis æstu, frigore, ebrietate, aut ictu, iniuria' ue aliqua capiti illata: ex quibus quæ proprie à Græcis κεφαλαλγίαι nominãtur, tantũ fiunt: Fiunt præter hos & alĳs in eadẽ parte dolores, alĳs (quoniã alias habẽt causas) appellationibus à cæteris discreti: qualis κεφαλαία & ἡμικρανία est, quos omnes medici pariter nouerunt, Græcis uocibus eos adhuc indicantes, cephalæam sci licet & hemicraniam: quæ in genere doloꝝ capitis quidẽ sunt, sed permanẽtes, quiꝯ strepitu, clamoribus, claritate lucis, potu uini, & implentibus caput odoribus augentur & acuũtur. Fitꝯ sæpenumero, ut uidea tur alĳs totum tentari dolore illo caput, alĳs uero altera tantũ pars: nominauerunt ꝯ Græcoꝝ antiquiores medici priorem illũ dolorem κεφαλαίαν à toto capite: posteriorẽ uero ab altera parte, ἡμικρανίαν siue ἑτεροκρανίαν: neq; em aliud utraq; illa uox significat, q̃ cranei & caluæ alterutrũ dimidiũ. Diffiniuitꝯ Galenus in Isagoge sua cephalgeam his uerbis: In genere diuturnoꝝ malorum cephalæa est, intensus capitis dolor: qui aliquando periodice augetur, & ex pituita plerunꝯ fit. Hic idem dolor si in alterã capitis partẽ tantum se insinuauerit, mutato nomine heterocrania siue hemicrania dicit. Quã idem Galenus libro diffinitionũ suarum his uerbis descripsit: Heterocrania est, cum in sinistra dextra' ue capitis parte dolor fit: isꝯ aliquando augetur & acuitur, aliquando remissus languet & minuitur. Descripsit & Quintus Serenus in tertio commentarĳ sui de medicina epigrammate hemicraniam his uerbis: Portio si capitis morbo tentetur acuto, &c. Quæ omnia longius dicta à nobis sunt, ut meminerint legentes, cum simpliciter capitis dolores inuenerint, cephalalgiã illã nos significare: cum uero capitis dolorẽ quem cephalæam dicũt, permanentẽ illum intelligi oportere: eademꝯ ratione in altera capitis parte hemicraniã à Galeno & alĳs, ut indicauimus, descriptam.

κεφαλαία.

ἑτεροκρανίαν. ἡμικρανία.

Heterocrania.

Hemicrania.

Περὶ Ἀψινθίου. κεφ. υλά.

Ἀψίνθιον. * βαθύπικρον. Λἰγύπτιοι σόμι. ῥωμαῖοι ἀψίνθιουμ. ῥούσικουμ. Ἰνωφικος ἡ πόα. ἔστι δὲ αὐτῆ βελτίων τὸ ἐν πόντῳ καὶ παφλαγονίᾳ. ὃν οἱ τῷ καλουμένῳ ταύρῳ γενν ώμενον. διώκει μὲν ἔχει θερμαντικὴν, συπτικὴν, καθαρτικὴν δὲ ὑγρῶν κοτῶν σομάχῳ καὶ κοιλίᾳ χολοδες. ἔστι δὲ καὶ οὐρητικόν. καὶ ἄκρατον πάλιν, προπινόμενον. καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις δὲ ἄρμόζει καὶ κοιλίας καὶ σομάχου ἀλγήματα. πινόμενον μετὰ σεσέλεως ἢ νάρδου κελτικῆς. καὶ ἀνορεξίας καὶ ἰκτερικοὺς θεραπεύει τὸ ἀπόζεγμα αὐτοῦ ἢ δὲ ἀφέψημα, καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβανόμενον εἰς πλῆθος κυάθων ζ ὧν. ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα. πινόμενόν τε καὶ προσθέμενον μετὰ μέλιτος. πρός τε τοὺς ἀπὸ κήτων πνιγμοὺς, ἄρμόζει σὺν ὄξει πινόμενον. σὺν οἴνῳ δὲ πρὸς ἰξίαν, καὶ κώνειον, καὶ μυαλγῆ δήγματα, καὶ δάκοντα θαλάσσιον, σὺν αχροῖς τε διάχρισμα σὺν μέλιτι. ἐπινυκτίδας σὺν ὕδατι. πρὸς δὲ ὑπώπια σὺν μέλιτι. πρὸς ἀμβλυωπίας. καὶ πρὸς ἰχωρώδη τὰ ὅμοίως. καὶ ὁ ὑπατμισμὸς δι' αὐτοῦ τε ἀφέψηματος πρὸς ὠταλγίαν καὶ ὀδοντοφυΐαν. ἀφεψόμενόν τε σὺν γλυκεῖ, καὶ τὰ πλάσματα ὀφθαλμῶν πρὸς ὀδυνηρότητας. κατὰ πλάσεις δὲ καὶ πρὸς ὑπερχύσεις, καὶ ἕλκη, καὶ σὺν μαχομένοις καὶ γαγγραινώδεσι. σὺν ἐκλεαινόμενον κηρῷ τῇ κυπρίνῃ. πρὸς δὲ σόμαχον ῥοδίνῃ. ἄρμόζει καὶ ὑδροπικοῖς. ἐπὶ ἀλωπικοῖς. μηλοῦται αὐτῷ σὺν κηρῷ, καὶ νίτρῳ, καὶ ἀλεύρου. σκληρὰς δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ οἴνου ὁ λεγόμενος ἀψιθίτης. μάλιστα πρὸ τῆς προπυρετίας καὶ ἐξακλυ. ὧν πρὸς τὰ προλεγόμενα χρῶνται ἐν ἀπυρεξίᾳ. ἐπὶ πλεῖστον δὲ, προπίνουσιν αὐτὸ ἔρωτος, ὑγείας ποιητικὸν εἶναι νομίζοντες.

De Absinthio. Cap. XXIIII.

Absinthion, sunt qui à grauitate amaritudinis, barypicron uocent. Aegyptĳ Somi. Romani absinthium rusticũ dicũt. Notum omnibus absinthium est. Antecedit bonitate omne aliud quod in Ponto & Cappadocia monte Tauro nascitur. Est absinthio calefaciendi adstringendiq; uis: concoctiones adiuuat: purgat quæ in stomacho & aluo biliosa hærent. Quinetiã urinam cit: & præsumptũ crapulas arcet. Facit idem ad inflationes, stomachiq; & alui dolores cum seseli aut Gallica nardo potũ. In cibi auersione appetentiã excitat. Sanat suffusos felle dilutum decoctũ' ue absinthĳ, triũ cyathoꝝ pondere quotidie haustũ. Mẽses idem potũ & ex melle appositũ trahit. Bibitur cũ aceto utiliter contra fungoꝝ strangulationes. Bibitur et cũ uino contra ixiam, cicutã, muris araneĳ morsus, et draconẽ marinum. Anginis cũ melle addito nitro utiliter inungitur: et cõtra epinyctidas, cũ aqua: cõtra sugillata, cum melle: et contra hebetes oculos aquo sosq; sanguinis humores, quos Græci ichoras uocant, distillãtes aures eodem modo: Aurium dentiumq; dolores absinthĳ decoctũ uaporis sui suffitu lenit. Idem in passo decoctum, contra oculoꝝ dolores emplastri modo imponitur. Imponit eodem modo et cõtra præcordioꝝ, iecoris et stomachi dolores, diutinasq; eaꝝ partiũ ualetudines, cerato quod ligustrino oleo confectum fuerit coactum: quanquam pro stomacho utilius quod rosaceo subactũ fuerit ceratũ. Cõfert præterea absinthium cutẽ subeuntibus aquis lienosisq;, additis fimulq; mixtis fico, nitro, et loliacea farina. Cõficit præterea ex absinthio uinũ quod absinthite uocant, circa Propontidem præcipue et Thraciã, & ad prædicta, ubi febris nõ sit utunt. Quinetiã æstate bibendũ ex eo dãt, sanitatẽ eo fieri arbitrãtes.

Creditur

Δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς πλανωμένους εἰς τὰς κιβωτοὺς ἄβρωτα τηρεῖν τὰ ἱμάτια. ἀλειφόμενόν τε μετὰ ἐλαίου, κώνωπας κωλύειν ἅπτεσθαι τοῦ σώματος. ὁ δὲ μέλαν ᾧ γράφομεν ὅλως ἀπρεπέστερα αὐτὴ γραφεῖν, ἄβρωτα μυσὶ τηρεῖ τὰ γράμματα. ἔοικε δὲ καὶ τὸ τῆ χυλίσματος ἔργα πρίσμα τὰ αὐτά. πλὴν εἰς τὰς πόσεις οὐδ' ὁκιμάζομεν αὐτό. κακοστόμαχον καὶ κεφαλαλγὲς ὄν. τὸ δὲ χύλισμα ἀμόργῃ ἐφθῇ ἴσῃ καὶ μυρυμένῃ δολοῦσί τινες.

Creditᵗ abſinthiũ ſcriniȷs et armariȷs inditũ, ruſticas & incolumes à tineis ſeruare ueſtes. Creditur & ex oleo inunctũ, culices longe à corporibus arcere. Quinetiã diluto abſinthiȷ dilutum librarium attramentum, incolumes à muribus librorꝝ chartas tuetur. Creditᵗ parᵗ eſt, eadem oĩa hęc ſuccũ facere: In potionibus tamẽ eũ nõ probamus: ſtomacho eñ nocet & capitis dolores facit. Adulteratᵗ hic mixta decocta amurca.

INTERPRES.

QVam facimus quotidie in fortunæ naturæᵗ triſti aliquo ſenſu abſinthio amaritudinis inuidiã, amariorẽ eo (ut cætera relinquamus) mortẽ etiam cenſentes, uno carmine non ſemper bene ſanus ementauit Romanus poëta cum cecinit: Nam ueluti pueris abſinthia tetra medentes, cum dare conãtur, &c. Niſi forteᵗ qui illud cecinit Florentinus poëta, tota abſinthiȷ cõparatione ad mortem uſus, quam hominis ſalutẽ amaritudine ſua olus id faceret, eandem & meliorẽ ſolutis à corpore animis noſtris facere mortem intellexit: nec aliter uitæ laboribus eam q̃ morbis abſinthiũ mederi credidit. Imprudenter enim & impie agunt, qui aut quod in aduerſis iocundũ latet & utile, inuenire neſcientes: aut ob ingratum eoꝝ à principio ſenſum, quod ſaluti & uoluptati futurum aliquando eſt, abiȷcientes, dei naturæᵗ beneficia oderint & damnant. Quod in rebus ſuis & in abſinthio hoc fecerunt ſemper imprudentes, qui nihil in eo priusq̃ amaritudinem cõtemplati, à grauitate & amaritudine barypicron id nominauerũt: cum alioquin plures illi obeam quam reddit corporibus noſtris ſanitatem, laudes deberentur: & ſi non tanti ſalus noſtra nobis eſſet, ut leui amaritudine commutanda fuerit: non inuidendũ ſaltem illi erat, quod à Theophraſto libro nono de plantarum hiſtoria & ab aliȷs iampridem in Pontici abſinthiȷ laudibus decantatũ eſt: pingueſcere in Ponto eo olere pecora, ideoᵗ ſine felle reperiri: & ex tam fœlici poteſtate honeſtiorẽ illi aliquam inueniſſe appellationem. Quę nobis fuiſſe cauſa uidetur, ut quod ab hoc ſcriptore à principio ſtatim dicitur, habere abſinthium uim ἀπηκριθαρτικὴν πρὸς ἐνηρικότων σωμάχῳ καὶ κοιλίᾳ χολωδῶν: quod uerſum à nobis eſt: purgare abſinthiũ quæ ſtomacho & aluo biliоſa inhæſerunt: Barbarus uerterit: fel quod ſtomacho & aluo cohęſerit, purgat: nõ leui inter nos diſcrimine & rei incertitudine, niſi nos interpretationis noſtręᵗ cauſam reddiderimus: quod inuiti quidem & nolentes, ueꝝ neceſſario & coacti facimus. Vtᵗ autore Platone in legibus ſuis, nullam eorum quæ coacti male etiam agimus debemus pœnam: ſic nobis facilem foreᵗ à legentibus ueniam hac parte laborис huius noſtri exiſtimamus. χολωδῶν dioſcorides ait, non χολῶν: quaꝝ uocum prior illa biliſa, poſterior non bilem tantum ſed fel etiam ſignificat. Eſt enim Græcis χολή, id eſt, chole, ad bilem, quæ in multis partibus in corpore noſtro inuenitur, & ad fel, quod propriã habet ſedem in folliculo iecoris, æquiuoca & cõmunis uox. Neᵗ in græcis niſi ex neceſſitate eoꝝ quæ pro ea ſcribuntur aut dicũtur, diſcerni ambigua eius ſignificatio poteſt. Idᵗ tam certum in Græcis eſt, ut autoritatibus ueterum probari non oporteat. Eamᵗ ob cauſam hic plerunᵗ rei ambiguitatem fugiẽs, non χολῶν ſed χολώδη biliоſos humores appellat. Latini contrà, priorem illam toto corpore ſparſam bilem, poſteriorẽ uero hanc in iecoris folliculo conſtitutam, fel dixerunt. Fœliciores ᵗ in hac re Græcis, duabus uocibus loco poſituraᵗ ſaltem diuenas duas res indicauerunt. Eſtᵗ id pariter in Latinis Plinioᵗ præſertim, notiſſimum. Quò fit ut neſciamus, unde probile & biliоſis fel ille uerterit: aut quomodo ſtomacho & aluo fel inhæſiſſe uoluerit. Quod ſi aliquando gratui hominis periculo, aut ſimplici ſaltem aurigine à ſede ſua ſuffunditur ipſum, per ſe ſpargitur, nec rectè dici poteſt inhæſiſſe. Habemus nos interpretationis huius noſtræ autores ex græcorum medicis Paulũ Aeginetam, qui libro ſexto de abſinthio agens, cum longius uires eius deſcripſiſſet, addidit: διὸ καὶ ὧν ὑπὸ κοιλίαν χολώδεις χυμοὺς, διά τε γαστρὸς καὶ διὰ οὐρῶν κινεῖ: quod eſt: Quamobrem biliоſos in aluo humores per ſedem & uri nam purgat. Latinorum uero Plinium, qui libro uicеſimoſeptimo capite ſeptimo ait: Namᵗ adſtringit ſtomachum, bilemᵗ detrahit. Bilem detrahere abſinthiũ, non fel dixit. Quod etſi ſubſtantia flauę bilі idem ſit: ut ſimplex tamẽ nec aliȷs humoribus cõmixtũ eſt, & in folliculo iecoris abũdat, diuerſa ubiᵗ appellatione in Latinis cenſeᵗ. His ᵗ nos autoribus à principio uſi, ȷſdem nunc etiã rem noſtrã tuemur: nec credimus quę Græci χολώδη dicũt, fel à Latinis uere dici poſſe. Credidit ille forteᵗ, quod hoc loco dicebaᵗ eam habere rationem, quã nos ex Theophraſto pauloante diximus: & quia Pontici abſinthiȷ paſtu ſine felle pecora reperiuntur, ſic etiam ſtomachũ & aluum eodẽ illo olere purgatã ſine felle inueniri. quod in medicina deinde hic ait, cõtra ſugillata cũ melle prodeſſe abſinthiũ, à græcoꝝ medicis aliter fiebat: ſpõgȷs eñ in decocto abſinthiȷ madentibus ſugillata hæc liuoresᵗ omnes fouebãt. Non omittemus priusq̃ ab abſinthio diſcedamus, monere legẽtes, maluiſſe nos aliter & lõgius q̃ cæteri interpretes fecerint, uertere quod in ſcriptore hoc eſt, ἰχωροοῦντα ὦτα. Illi aures dixerũt ex quibus ſanies deſtillat: nos, ut legitur, aquoſos auriũ humores, &c. Fecimusᵗ id, neſcientes idemᵗne hoc malum ſit, an aliud à purulentis auribus: Vt enim hoc paſſim in antiqua medicina auditur, nullibiᵗ in Græcis inter auriũ remedia & mala ὦτα πυορροοῦντα, & in Latinis purulẽtę aures non audiũtur: ſic illud rarum, & in cenſu malorum quibus laborãt aures, à nobis quatenus nunc meminimus, nondum inuentum. Ex eo inclinat animus nobis, idem hoc malum purulẽtis auribus eſſe: & nihilominus quẽadmodum nec pus, nec ſaniem illic uertere uoluimus, ob eas quas in ſinapi cauſas diximus: ſic à ſcriptoris huius uocibus diſcedere longius auſi etiã non ſumus. Obſeruabunt ideò medici mali eius omnẽ rationem & euentum: eritᵗ eis id facillimum, ſcientes quid ichoris uoce antiquiores græcorum medici in homine ſignauerint. Quod totum longius in ſinapi dictum iampridem à nobis eſt.

χολὴ. χολώδη. Bilis. Fel.

ἰχωροοῦντα. ὦτα.

περὶ Ἀψινθίου θαλασσίου. κεφ. υλβ'.

Ἀψίνθιον θαλάσσιον. οἱ δέ, σανδονίκλων καλοῦσιν. οἱ δέ, σέριφον. ῥωμαῖοι σανδόνικουν. καλοῦσι δέ τινες καὶ σέριφον, ἀψίνθιον θαλάσσιον. ὃ περὶ πλεῖον ἐν τῷ περὶ ἀιγύπτου. ᾧ αὐτὶ θαλλοῦ οἱ ἀσιανοὶ χρῶνται. ἔστι δὲ πόα λεπτόκαρφος. ἐοικυῖα ἀβροτόνῳ μικρῷ περὶ πληθῆς σπερματίων. ὑποπικρόν, κακοσόμαχον, βαρύοσμον, σύφουσα μετὰ τροφῆς δεσμασίας. ἣ λεῖα ἑφθεῖσα καθ' ἑαυτὴν, ἢ μετὰ ὀρύζης, καὶ λικμᾶσα μετὰ μέλιτος, ἀσκαρίδας καὶ ἕλμινθας σὺν γάλακτι κτείνει. ὑπάγουσα κοιλίαν κούφως. λύεται δὲ καὶ σὺν ἐλαίῳ, ἢ φακῇ καθεφθεῖσα τὰ αὐτὰ τρίβουσι. λιπαίνεται δὲ μάλιστα τὰ πρόβατα νεμόμενα.

De Seriphio siue marino absinthio. Cap. XXV.

ABsinthiũ marinũ, sunt q seriphiũ, qui Santonicũ uocent. Romani Santonicũ dicunt. Seriphiũ qdã uocãtes marinũ intelligũt. Nascitur et in Aegypti Taphosiri, q̃ pro oleaginis ramis Isiaci sacerdotes utunt. Fruticosa herba est, minori abrotono similis, semine onusta, leni amaritudine, stomacho inimica, grauissime odorata, cum caliditate aliqua adstringens. Ea per se uel cum oryza dococta, mox cum melle sumpta, ascaridas et rotundos lumbricos necat, aluum simul leniter deijciens: Eadem potest obsonijs addita, aut cum lenticula decocta.

περὶ Ἀψινθίου σαντονίου. κεφ. υλγ'.

Ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος ἀψινθίου. γινώμενον ἐν τῇ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις γαλατίᾳ πλῆσον. ὃ ἐπιχωρίως σαντόνιον καλοῦσιν, ἐπωνύμως τῇ γινώσῃ αὐτὸ σαντονίσι χώρᾳ. ἐοικὸς ἀψινθίῳ. οὐ μὴν οὕτω γε εὐῶδες. ὑπόωδες δέ, καὶ δριμὺ μᾶλλον τὰ αὐτὰ τῷ σεριφίῳ.

Est et tertium absinthij genus, quod plurimũ in Gallia ultra alpes nascitur, quod'que incolæ gentis suæ uocabulo Santonicum à Santonum gente appellant, absinthio simile, non adeò tamen copioso semine, leni amaritudine, et eadem omnia seriphio potens.

INTERPRES.

TRia diuersis locis à Plinio etiã absinthij genera numerãtur, Ponticum, Santonicũ, & quod seriphion siue marinũ à cunctis uocatur, religione in Aegypto consecratũ, cõmune, & ubiq; proueniens, Ponticum est à regione in qua optimũ nascit, bonitatis magis q̃ naturæ merito inuenta appellatione. Hoc in Dioscoride legitur rusticũ à Romanis uocari, sed nullã habet ea appellatio rationẽ: De Santonico hic certissime egit, quõdam'q; in honore & nota absinthij gẽtis nomẽ id fuit, ut cũ cecinit ille: Santonica medicata dedit mihi pocula uirga. Qua parte aũt Santones in Gallia ultra alpes quõdã fuerint & adhuc sint, omnibus patet. De seriphio quod & marinũ dictũ quondã est, duobus locis Plinius egit, libro XXVII. capite VIII. his uerbis: Est & absinthiũ marinũ, q̃d quidã seriphiũ uocãt, probatissimum in Taphosiri Aegypti: Huius ramũ Isiaci præferre solẽne habẽt. Angusti° priore, minus q; amaro, stomacho q; inimicũ. Iterũ q; lib. XXXIII. capite V. quo loco de eo sic ait: Nascit & in mari absinthiũ q̃d aliqui seriphiũ uocãt circa Taphosirim Aegypti maxime, exilius terrestri. Quæ ideo repetita à nobis hoc loco sunt, ut quę à principio capitis huius incerta aliunde q; repetita & mixta simul difficillẽ habẽt intellectũ, legẽtibus certiora fierẽt: intelligerẽt q; oẽs, ex Pontico absinthio ad seriphiũ siue marinũ hoc trãslata esse, quæ in alijs legũtur. Largissime in Cappadocia & monte Tauro prouenit: quæ põtici sunt & superiore capite e uulgari absinthio in cẽsu bonitatis ab hoc ipso dicta. Cum probatissimũ in Ponto & Cappadocia nasci ait. Miscere eñ diuersa hoc est, intellectum q; rerum adeò cõfundere, ut nullus possit huius scriptoris usus esse. Qui enim potest seriphia herba & ad mare nascens, in Cappadocia & Tauro monte inueniri? ideo q; nos omnẽ eam partem ueluti inutilẽ, omnem q; illic sensum turbantem expunximus. Est illud etiam animaduertendum, quæ illic leguntur: sunt qui Santonicum appellant, &c. tam incerto intellectu huic scriptori & ex eo accreuisse, q; discrepant ueteres & iuniores in notis & descriptiõe seriphij & Santonici absinthij. Seriphium enim hi absinthio quàm abrotono: illi Santonicum, abrotono quàm absinthio similius describũt. Ea q; uarietate à posterioribus factũ est, ut adietis illi his uocibus, non parũ gratiæ decoris q; ei perierit. Sed quod sæpe aliâs dictum à nobis est, hoc loco etiam monemus, non multifaciendas plerũq; appellationes has esse. Credimus etiam quod ad extremum caput legitur: λιπαίνεται δὲ μάλιστα ἐν καππαδοκίᾳ τὰ πρόβατα νεμόμενα: quod est: Pingue scũt autem in Cappadocia magnopere oues illud pascentes, huic capiti abundare: & si seruandũ alicubi sit, in priore & Pontico absinthio instaurandum esse: illi enim competit, & eo Plinius ait pecora pinguescere. Qui uero Isiaci sunt, Mattiati omnes. Est deinde Taphosiris in Aegypto Osiridis taphos, id est, sepulchrum, ciuitas quondam Stephano de urbibus & Plutarcho celebrata.

περὶ Ἀβροτόνου. κεφ. υλδ'.

Ἀβρότονον. οἱ δέ, ἀβούτονον. οἱ δέ, ἀψίνθιον. οἱ δέ, ἡρακλειον. οἱ δέ, χολοπωιόν. οἱ δέ, θλιψιθόριον. οἱ δέ, ἀψινθιόμενον, οἱ δὲ πωγοκάμπιον.

De Abrotono. Cap. XXVI.

ABrotonõ. Sunt qui abutonõ, q̃ absinthium, qui Heraclium, qui cholopæon, qui thelyphthorion, qui absinthiomenon, qui procampylon,

λομ. πρὸ φῆτ νεῦρα φοίνικ. οἱ δ' κωαγχίτην. ξωμαῖοι ἀφίνθιον μπόντικον. διὰ δὲ αὐτὸ θηλύθαμνον. οἱ δ' γλυκὺν ἀγκῶνα καλοῦσιν. ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ μὴ θῆλυ. θάμνος δενδρώδης. ὑπόλευκος, φύλλοις λεπτοχιδέσιν ὡς πρὸ σεριφου. πρὸ τὰ κλωνία πλῆθος ἀνθους. ἐπ' ἄκρου ἔχοντα κορυμβώδεις χρυσοειδές, θερείας γεννώμενον. ἐνῶδες μετὰ πρσοῦ βάρος. πικρὸν τῇ γεύσει, δοκεῖ δὲ σικελιωτικὸν εἶναι πόντ. τὸ δὲ ἕτερον ἄρρεν καλοῦσι. κλιματῶδες. λεπτόκλαρον ὡς ἀφίνθιον. πλεῖον δὲ ἐν καππαδοκίᾳ γίνεται καὶ γαλατίᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀσίαν. ἐν δὲ ἱεραπόλει τῇ κατὰ τὴν συρίαν. τούτων δὲ κλῆσις ἀπεζεννύμενον ὠμοτριβὲς μεθ' ὕδατος πινόμενον, βοηθεῖ ὀρθοπνοίᾳ. ῥήγμασι. πάσμασιν. ἰχιάσι. δυσουρίαις. ἐμμιλύων ἐπιχέσει. θανασίμων φαρμάκων δῶμ ἀντίδοτον. πρὸ δὲ σὺν οἴνῳ σύγκρισμά τριγώνων μετ' ἐλαίου ἐσί. δηλητήρια πεπωκότα ἐπιβαλλόμενον, καὶ δυμιώμενον. πινόμενον δὲ σὺν οἴνῳ ὠφελεῖ τοὺς δηχθέντας. ἰδίως δὲ ἀσμόζει ἐπὶ φαλαγγίων καὶ σκορπίων. βοηθεῖ δὲ καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς σὺν ἐφθῷ κυδωνίῳ μετὰ ἄρτου καταπλασθέν. διαφορεῖ. φύματα μετὰ ὠμῆς λύσεως λίνου ἐφηθέν. μίσυρνη δὲ εἰς τὸν τοῦ ἰρίνου ἐλαίου σκθυασίαν.

lon, qui cynanchiten, qui thelithamnon, qui dulcem ancona appellẽt. Magi neura phœnicos. Romani absinthiũ Ponticum dicũt. Duûm generũ frutex est: altera fœmina, q̃d arboreſcit: albicantibus foliis, inciſuris minimis, ſeriphĩ absinthĩ modo circa ramulos diuiſis: floribus plenũ: comantibus in ſummo fulgore auri ueluti corymbis quibuſdam. Naſcitur ẽſtate odoratũ cũ grauitate aliqua, & in guſtu amarũ: creditur q̃ Siculũ tale eſſe. Mas alterũ uocatur, farmẽtoſum, abſinthĩ modo fruticoſum. Plurimũ naſcitur abrotonũ in Cappadocia & Aſiæ Galatia, & Hierapoli. Succurrit in difficultate ſpiritus non niſi recta ceruice ſpirantibus utriuſq; ſemen decoctũ, crudũq; tritũ & cũ aqua potũ. Succurrit & ruptis, cõuulſis, coxẽdicis doloribus, anguſtijs urinæ & ſuppreſſis mẽſibus. Quinetiã letalibus uenenis aduerſat cũ uino potum. Ex oleo idem in febriũ acceſſionibus cũ tremore algẽtibus inũgitur. Fugat idem ſerpẽtes lectis inſtratũ, & ad ſuffitus incẽſum. Cum uino potum cõtra eorundẽ morſus utile eſt: phalãgijs priuatim & ſcorpionibus aduerſatur. Cõtra oculoꝝ inflãmationes cũ decocto cydonio malo aut pane, emplaſtri modo imponitur. Diſcutit præterea panos abrotonon decoctũ & cum farina hordeacea, quæ hydrelæo ſubacta fuerit, coactũ. Miſcet præter hęc & addit in cõfectione irini unguẽti.

INTERPRES.

QVam in duobus abrotoni generibus differẽtiam ex ſexu hic ſcriptor indicauit, ex locoꝝ in quibus ea naſcuntur diuerſitate Nicãder tradidit: Siquidẽ in Theriacis ſuis de eo ait: καὶ μὲν ἀβροτόνου τὸ ἄρρεν οὐ θάλλει, quod eſt: Et abrotoni quod ſylueſtre in mõtibus frondet: manifeſto argumẽto eſſe quod montano opponitur, cãpeſtre ſcilicet & ſatiuũ. Plinius & hũc & illum autorẽ ſecutus, utroq; diſcrimine diſtinxit abrotonũ, duoꝝ generũ tradi dicẽs: cãpeſtre ac mõtanum: intelligiq; hoc matẽ, illud fœminũ. Theophraſtus alſioſum penitusq; infirmũ ait eſſe abrotonũ: ideoq; æſtate & apricis locis ſeri, notã omnibus plãtam: & quã ab amaritudine quam ſimilẽ abſinthio habet, abſinthion & abſinthiomenon, quaſi abſinthĩ ſapore infectũ, aliqui nominauerũt. Fuerunt & qui Heracliũ ab Heraclea Ponti ciuitate, ad quam toto q; eius agro plurimũ naſceretur, & probatiſſimũ uocauerint: quemadmodũ abſinthiũ Ponticum: quæ à regione bonitatis potius laudes q̃ appellationes ſunt. Procampylon uero & ancona, q̃ in terram ſe flectat, & cacumine ſuo ſe propaget: προκάμπυλα enim in plantis Græci dicũt, quæ cum ſe erexerint, in terrã rurſus ſe inuruãt: & ἀγκῶνας cubitos, quoꝝ ſimilitudine ſe flectit abrotonũ. Thelythamnus poſtremo fœminino genere diſcreta altera eius ſpecies, nõ propria appellatio eſt ex Dioſcoridis uerbis facta, cũ paulo poſt ait: τὸ μὲν θῆλυ, θάμνος, &c. Locus deinde ſequitur, in quo frequens toto hoc opere in Græcorũ codicibus diuerſitas eſt: alternantur enim in eo paſſim uoces hæ duæ, λεπτόκαρπον καὶ λεπτόκαρφον: quaꝝ altera quod tenue ſemẽ habet, altera quod tenues ramulos & fruticoſa eſt, ſignificat. Et in abrotono hoc uarie in græcis legitur. Cęteri interpretes cõmunem ſecuti lectionẽ, tenui ſemine reddiderunt: Nos quoniam abſinthĩ modo λεπτόκαρφον eſſe Dioſcorides ait, quæ fruticoſa herba eſt, fruticoſum uertere maluimus: Fides in uetuſtate & bonitate græcorum codicum penes nos eſt, quam poterũt uolentes ſequi: ſin minus, alterius lectionis autores interpretes & codices alios habere. Cur autẽ æſtate naſci abrotonũ hic dixerit, non multo ante ex Theophraſto reddita à nobis cauſa eſt, q̃ alſioſa herba eſt, frigoribusq; facillime perit. Non relinquemus & illud, quam alĩ interpretes Syriæ Hierapolim dixerunt, nos Aſiæ ex meliorum codicum fide diximus: licet enim Syriæ etiã Hierapolis fuerit: nam multæ diuerſis regionibus hoc nomine ciuitates quondam numerabãtur: neſcio tamen quomodo ad Aſiaticam propenſiores fuimus, quæ inter Phrygiam & Lydiam celebrata quondã à mulieris eſt. Obſeruauimus præterea Græcum Dioſcoridem, qui mihi omnium uetuſtiſſimus & probatiſſimus eſt, Paulum Aeginetam, Galenum, Serapionem & pleroſq; alios in abrotoni decretis legentes, pleraſq; alias uires à cunctis & ab aliquibus eorum abrotono decerni. Quales ſunt, uentris animalia omnia necare: capilli defluuia, quas alopecias uocant, explere, ex tenui aliquo oleo inunctum: crematumq; maiores in ficcando uires acquirere quę in ſcriptore hoc deſiderari forte poſſunt, temporꝝ iniurijs & librariorꝝ incuria amiſſa.

λεπτόκαρπον
λεπτόκαρφον.

Περὶ ὑσσώπου. κεφ. υλέ. De Hyſſopo. Cap. XXVII.

Hyſſopus

ΥΣΣΩΠΟΣ. Lξωμαῖοι ὑασώπυμ. οἱ δὲ, λάτρ. οἱ δὲ, καασίαλα. αὐγύπτιοι πεσαλέμ. ⌋πόα γνώσιμος. διασή. ἡ μὲν γὰρ τίς ὄρειν ὀρεινή. ἡ δὲ κηπευτική. ἀρίσκη δέ ἐστιν ἡ ἐν κιλικίᾳ γλυκομελίνη. δύναμιν δὲ ἔχει λεπτυντικὴν θερμαντικήν. ἀφέψηθεῖσα δὲ μετὰ σύκης ἡδύσαι, μέλιτός τε καὶ πηγάνου, καὶ πνιγμοῦνη, ἀρκεῖ πρὸς πνευμονικοῖς. ἀσθμαντικοῖς. ἐκχεῖ χρονίας. καὶ τὰ ἔρρω. ὀρθοπνοίας. κτείνει δὲ καὶ ἔλμινθας. σὺν μέλιτι δὲ ἐκλειχομένη τὸ αὐτὸ ποιεῖ. ἄγει δὲ καὶ πάχος κοιλίαν τὸ ἀφέψημα αὐτῆς σὺν ὀξυμέλιτι πινόμενον. διαχωρεῖ δὲ ἡ μετὰ χλωρᾶς σύκης λύουσα πρὸς ὑπαρωτὴν κοιλίας. σφόδρα δὲ καθαίρει μιγεῖσα αὐτῷ καρδαμώμῳ, ἢ ἴσον ἐρυσίμῳ. πεπαίνει δὲ καὶ εὐχροιαν. κατάπλασις δὲ μετὰ σύκης, καὶ νίτρου πρὸς ὠλῆν καὶ ὑδρωπα. σὺν οἴνῳ δὲ πρὸς φλεγμονάς. διαφορεῖ δὲ καὶ ὑπώπια σὺν ὕδατι ζεστῷ κατάπλασθέντα. σωλάγχοις δὲ ἀναγκάσιμα μετὰ σύκης ἀφεψήματα ἄρισον. ὀδόντων τε πόνον πρὸς αὐτὸ ἐκβαλλόμενον. λύει δὲ καὶ τὰς πρὸ ὧτα ἐμπνευματώσεις ὑπατμισθεῖσα.

HYssopon ⌊sunt qui lauer: qui cassialã uocent. Aegyptij pesalem. Romani pariter Græcis hyssopum dicũt. ⌋Duûm generũ hyssopus est: montana altera, hortẽsis altera. Probatissima q̃ in Cilicia nascit. Extenuandi calefaciẽdiq; uires hyssopus habet: Decocta hæc fico cũ aqua, melle rutaq;, mox pota, pulmonarijs, suspiriosis, antiquę tussi, à capite in subiectas partes destillatiõibus, & in difficultate spiritꝰ nõ nisi recta ceruice spirantibus, opitulatur: uentris lũbricos omnes necat. Idem præstat & cum melle lincta. Purgat per inferna decoctum eius crassa cũ aceto mulso potum. Estur & cum uiridi fico, aluum deiiciens, multoq; efficacius additis nasturcio, aut iride, aut irione. Commendat eadem cutis colorem. Contra lienem & cutẽ subeuntes aquas cum fico nitroq; emplastri modo imponitur. Cũ uino autem cõtra inflãmationes. Sugillata ex feruenti aqua eodem modo imposita, emendat. In anginis cum ficorum decocto gargarissatur utiliter. Colluunt præsenti remedio decocto hyssopi in aceto in dolore dẽtes. Soluit eadem incensa uaporis suffitu aurium inflationes.

INTERPRES.

SAtis in uulgari nota q̃ omnibus herba, & quæ passim in montanã & hortensem diuideretur, Dioscoridi fuit, bonitatis eius censum per nationes fecisse: neglectis q̃ alijs. Cilissam tantũ cõmendasse, postq̃ Hippocrates in Græcis, Plinius uero in Latinis Pãphiliam & Smyrneam numerauerũt: Cilissam nõ ut ueteres retulerunt, uel q̃ extrema eius pars quę ad mare est, taurino capiti & humeris similis uidet: uel, q̃ antiquissimi Græci maiora omnia & difficiliora à tauris trãslata similitudine, tauros uocauerũt. In eo probatissima omniũ hyssopus nascebat, & si hic tantũ in Cilicia nasci tradiderit. Non negligendi usus in mediri interpretes uerterunt, cardamomo: ut aũt nos, uetex codicũ fide admoniti, nasturcio: Multa em̃, quoniã facilis lubricus q̃ est lapsus à cardamomo ad cardamũ quod nasturcium est, duaq; huiusce modi uocũ inter se in scriptoris huius nouis & antiquis codicibus cõmutatio & alternatio est. Nobis præter melioꝝ codicũ fidẽ aptius ad deijciendã aluum nasturcium q̃ cardamomũ etiã usum est. Siquidẽ in cardamomi decretis, nihil quod ad hunc usum ptineat: in nasturcio aũt legitur, & inter cæteras eius uires numerat, aluũ turbare: quod à delectione eius nõ longe abest. Diximus inter mala qbus remedio hyssopus est, mederi eam pulmonarijs: inflãmationẽ intelligentes in pulmone factã, quã Græci πλευριτιν dicunt: cui simile malũ libro sui operis de re rustica VIII. Columella in ouibus & suibus describit: appellat q̃ eo laborãtes, pulmonarios: fieri q̃ in utraq; illa quadrupede per æstatẽ ardẽtissimo solis æstu, si defuerint copiosæ aquæ, qbus sitim expleant, lauẽtur q̃ & uolutẽtur. Eum q̃ autorẽ nos secuti, pulmonarios diximus, quos Græci πλευριτικοὺς uocãt. Quod morbi genus, quoniã primo uolumine in amygdalis longius descriptũ à nobis est, nõ repetetur hoc loco. Ver. q̃ breuissime licebit, de inflationibus aurium agemus, quæ in ultimo capite ab hoc scriptore incensæ hyssopi suffitu curãtur: quæ nihil aliud sunt, q̃ ut Grecoꝝ medici docent, πνεύμα φυσῶδες, id est, spiritus aut flatus, qualis peditus est. (Id enim φύσα & φυσῶδες Græcis est) qui in auribus erit, quoties sine grauitate sola auditus, distẽtio fiet: nec exitũ inueniẽs, nocebit. Monebimus illud etiã, anteq̃ ab hyssopo discedamus, quod ab hoc scriptore dicitur: Estur & cũ uiridi fico, aluũ deijciens: uiridem nõ à colore, quo à cõgeneribus suis in disciplina ruris & arborꝝ sui generis ficus hęc discernit: ideò uiridis dicta, q̃ matura colore hoc uideatur: sed ut caricæ, uiridis nec siccata ficus opponitur. Illa enim nullũ à cæteris in medicina discrimen habet: hæc aũt recens uiridisq; à caricis multas habere potest diuersas rationes.

Pulmonarij

Inflationes aurium.

ΠΕΡΙ ΣΤΙΧΑΔΟΣ. ΚΕΦ. ΥΛΣ'.

De Stichade. Cap. XXVIII.

ΣΤΙΧΑΣ. Lοἱ δὲ, συγκλίοπα. οἱ δὲ ἀλκιβιάδης. οἱ δὲ παγκράζομ. οἱ δὲ, συφωνία. αὐγύπτιοι σαφλώ. προφῆται ὀφθαλμὸς πύθωνος. ῥωμαῖοι σκιολεβίνα. ⌋γυναῖκες δὲ καὶ ταῖς κοιλίαις γαλατίαι

STichada. ⌊Sunt qui syncliopa, qui alcibiadẽ, qui pãcration, q̃ stryphoniã appellent. Aegyptii suphlo. Magi Pythonis oculũ. Romani sciolobinã, uel Græcis pariter stichada dicunt. ⌋Nascitur in insulis Gal-

ων νήσοις ἀνθικῆ μασσαλίας. καλουμένους ὑσσι
χάσιμ. ὅθεν καὶ τὸ ἐπωνύμιον ἔσχηκε. πόα λεπτό
καυλος ὀξυμ. ὁμοία μὲν ἔχουσα κόμιν θύμῳ. μα
κροφυλλοτέρα μέντοι τε καὶ σκληροτέρα καὶ τῇ γεύσει.
καὶ ὑποπικρος πρῶτον. πρίει δὲ καὶ ἀφέψημα αὐτῆς κα
θὼς ὁ ὕσσωπος πρὸς τὰ ἐν θώρακι. μίγνυται δὲ
καὶ ἀνθυσσὸν χρησίμως. Ἐκφράττει, καὶ λεπτύνει,
καὶ ξύπτει, καὶ ξωννύει τὰ ὠλάρχνα πάντα. καὶ ὅλην
τὴν ζώσιν ἕξιν.

liæ è regione Massiliæ quæ stichades nominãt, unde & nomen inuenit. Fruticosa herba est. Comam similẽ thymo habet, longiore tamẽ folio est: & aspero sapore, cũ amaritudine aliqua. Facit decoctum eius quemadmodum & hyssopi ad pectoris mala. Miscetur antidotis utiliter. Laxat præterea, extenuat, abstergit: & exta omnia, omnem'que corporis habitum confirmat.

INTERPRES.

MAssiliam incolentibus cunctis notissima stichas, eiusq; gentis mulieribus post puerperiũ in quotidiano usu est: siquidẽ incẽsæ stichadis suffitu, à partu statim adhuc confirmant prẽteriti puerperij laxamenta, omnemq; corporis infirmitatẽ: quæ eius uires in Græcis aliquot nõ leguntur: uerumtamen restituendæ huic capiti fuerunt, propterea q; in antiquioribus & melioribus adhuc leguntur ὑποφράττει, λεπτύνει, ξύπτει, καὶ ξωννύει. Quin etiam Paulus Aegineta in vi. has illi uires præcipue tribuit: στόχας ὑποφράττει, ξύπτει, ξώννυσι, τά τε ὠλάρχνα καὶ ὅλην τὴν ζώου πλὴν ἕξιν: quod est: Occludit stichas, abstergit, confirmat interanea & totius animalis habitum: quorum aliqua in impresso non leguntur: ideoq; cum plerisq; alijs à Barbaro relictæ: quoniam quo Dioscoridis codice ille utebatur, nihil huiusce modi habebat: sed ex meliorũ codicum fide, & Paulo Aegineta restituenda erant: quod nos fecimus.

Περὶ Ὀριγάνου. κεφ. υλζ'.

ΟΡίγανος Ἡρακλεωτική. οἱ δὲ κονίλιον καλοῦσι. φύλλον ἔχει ἐμφερὲς ὑσσώπῳ. σκιάδιον δὲ οὐ τροχοειδές. ἀλλ' ὡς πρὸς δίκην μόνον. καὶ ἐπ' ἄκρῳ τῷ βάθει ὠμὸν ἔρεμμα οὐ πυκνόν. ἔστι δὲ θυμώδης. ὅθεν καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς σὺν οἴνῳ πρόσθεν, ἁρμόζει θηριοδήκτοις. σὺν γλυκεῖ δὲ τοῖς κώνωπον ἢ μυκῶνα πεπωκόσι. σὺν δὲ ξυμμέλιτι δὲ τοῖς πεπωκόσι γύπον ἢ ἐφήμερον. πρὸς δὲ τὰ ὠάσματα, καὶ ἕρπητα, καὶ ὑσσῶπος μετὰ σύκου βρεχόμενος κομιδῇ. ξηρὰ δὲ πρόθεσις ὀξυβάφου πλήθους, σὺν μελικράτῳ μέλανι καὶ κοιλίαν ἄγει. ἔμμηνά τε κινεῖ καὶ ἕδρας θλαπεύει σὺν μέλιτι ἐκλειχόμενον. κνησμοὺς δὲ καὶ ψώρας, καὶ ἵκτερον δὲ ἀφέψημα αὐτῆς σὺν λεπτῷ ὠφελεῖ. ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆς χλωρᾶς οὔσης, καὶ πρὸς ὀδόντων ἄλγη, καὶ κονίδας, καὶ ἄφθας θλαπεύει. καὶ διὰ ῥινὸς ἄγει σὺν ἐλαίῳ ἐγχυματιζόμενος. σὺν γάλακτι δὲ καὶ ὠταλγίας παρηγορεῖ. ἐμμελικόμενον τε φάρμακον σκυδάζει δι' αὐτῆς καὶ κρομμύων, καὶ ὄνου τοῦ ἐπὶ τὰ ὄφια, πάντων ἐν χαλκῷ κυπρίῳ. ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν ἡλιαθέντων. ἐπὶ ἡμέρας μ'. ὑπορρωγνυμένων δὲ ἡ πόα, ἕρπετὰ διώκει.

Περὶ Ονιτιδος. κεφ. υλή.

ΗΔὲ ὀνῖτις καλουμένη, λεπτοτέρα τοῖς φύλλοις ἐστί. καὶ μᾶλλον ἐοικυῖα ὑσσώπῳ. καὶ τὸ ἄνθος πρὸς κορύμβοις συνεχέσι ἐπικειμένοις ἔχει. δύναται μὲν καὶ τὰ αὐτὰ τῇ Ἡρακλεωτικῇ. οὐχ οὕτω μέντοι δριμεῖα καὶ δεικτική.

De Omni origano. Cap. XXIX.

ORiganon Heracleoticã, sunt qui Heracliam, qui conilã. Romani cunilam dicunt & origanũ. Folia hyssopi habet, non tamen umbellã hyssopi modo rotę figura, & in orbem circũactam, sed multifidam & ueluti diuisam. Semẽ illi in summis uirgis nõ densum durũq; est. Calefacit origanus, ideoq; uenenatorũ morsibus aduersatur potum cum uino decoctum eius: Cum passo autem his, qui cicutam, aut opium: & cum aceto mulso his, qui gypsum aut ephemerũ hauserint. Estur eadem cum fico ad cõuulsa ruptaq;, & cutem subeuntes aquas. Bibitur eadem siccata & in farinã trita acetabuli mẽsura cũ mulsa aqua, nigrã bilẽ p inferna trahẽs. Mẽses hęc ipsa trahit: & tussim eclegmate cũ melle finit. Prurigines itidem, scabies & suffusos felle emendat his, qui eo lauantur origani decoctũ. Quinetiã uirentis adhuc origani succus tonsillas columellamq; sanat: & oris ulcera quas aphthas uocant: & cũ irino unguento infusus naribus per eas purgat. Cũ lacte idem auribus instillatus, eaq; dolores lenit. Conficitur ex origano cepisq; & obsoniorũ uua quam rhum dicunt uomitoriũ medicamentum: omnibus his in æneo cyprio uase ardentissimo canis æstu quadraginta diebus insolatis. Creduntur & stratis subiectæ origani scopæ longius serpentes fugare. Quę uero onitis origanus dicitur candidiore folio: Hyssopoq; magis similis est: habetq; semẽ cõfertorũ corymborũ modo. Eadẽ Heracleoticæ potest: nõ eadẽ tamẽ efficacia.

Est

Περὶ Ἀγριοριγάνου. Κεφ. υλθ'.

Ἡ δὲ ἀγριοριγανος, ἣν πάνακες ἡρακλεῖον, οἱ δὲ κονύλιον καλοῦσιν. ὧν ὄζει ⟨Νίκανδρος ὁ κολοφώνιος⟩. ἔχει τὰ μὲν φύλλα ὅμοια ὀριγάνῳ. ξαθεῖα δὲ καὶ ὠιθαμιαῖα λεπτά. ἐφ' ὧν σκιάδια ὅμοια ἀνήθῳ. ἄνθη δὲ λευκά. ῥίζα λεπτὴ καὶ ἄχρηστος. ἰδίως δὲ δοκεῖ θηριοδήκτοις τὰ φύλλα ⟨καὶ τὰ ἄνθη σὺν οἴνῳ πινόμενα.

Est & sylueſtris origanus quam aliqui Heracleam panacē, aliqui conilam dicunt: in quorum numero Colophonius Nicander eſt. Origani folia habet: ramulos ſemipedales, graciles: In quibus umbellæ anethi modo ſunt, flores candidi: Radix tenuis inutilisq; Priuatim cōtra uenenatorū morſus folia floresq; eius cum uino bibuntur.

INTERPRES.

Duo ſtatim à principio ſexti de plantarū hiſtoria uoluminis origani genera Theophraſtus fecit: nigrę quā ſterilem: & candidæ, quā fœcundam & ſeminis feracē nominauit: quod manifeſtū, multoq; certius q̄ in ſatureia uideatur. Hic deinde, & poſt eum Columella, Plinius, deinceps q; alij: tā multa diuerſis nominibus & hiſtorijs, tantaq; uarietate & incertitudine origani genera tradiderunt, ut non facile nunc ſit eligere quod dicat, aut quos potius autores ſequatur aliquis. Nec quicq̄ ſi inueniſſe id liceat, optandum magis, q̄ animal quadrupedē ue aliquā dari, quæ certius ſaluti ſuæ cōſulere à natura docta, dum ſibi in periculo neceſſariam origanū quęrit, & inuenta utitur: tam multas eius ſpecies & earū diſcrimina nobis oſtēderet: Quod facere à diligentioribus deprehenſa teſtudo eſt: quæ cū uenenatis carnibus paſta fuerit, origanū quærit, & inuentā uenenis aduerſantē deuorat. Difficillimū enim eſt cōcordem tot uetervm ſcriptorū ori-ganī hiſtoriā facere. Nec nos profiteri id polliceriq; audemus. Liceret ſane quę ab eis tradita ſunt omnia aut ſaltem plura repetere hoc loco: ſed nos nunq̄ pro bonarū artiū ſtudijs id genus laboris amauimus: ſimulq; iniquū uiſum ſemper eſt, ab antiquorū ſcriptorū lectione & laude deuios in admirationē ſui, tam mala ratione poſteros agere: tranſlatisq; in ſua cōmentaria eorū monumentis, laboris ſui fructu omni poſthac eos priuaſſe. Agemus ob eam cauſam rem noſtrā: & quo genere laboris huic ſcriptori hactenus proſeſſe conſi ſumus, eodē in origano etiā proſeſſe cōabimur. Cuius cū notum ſit primū illud genus, quod à cunctis Heracleoticū à gente in qua optimū prouenit, appellat: multis enim locis in quotidiano ciborū & ſanitatis uſu eſt. Duo alia illa genera peritioribus inuenienda & demōſtranda relinquemus. Prima itaq; origanus illa ab Heraclia Ponti ciuitate bonitatis notam & laudem nominis eam inuenit: dictaq; Heracleotica eſt, ut gētis cognomine illo à ſylueſtri & ab onitide diſtingueret, & prima probaret: Quæ itidē cauſa fuit, ut Heraclios eadem diceret, q̄d Plinius xx. uolumine capite xvii. indicat: & ſi hic uideatur tertiū illud & agreſte genus potius Heraclium uocare. Deerat in aliquibus Græcis Heraclij illa uox, nosq; eam ex meliorū codicum fide huic ſcriptori reſtituimus: Fecimusq; id autore Nicandro in theriacis ſuis, qui non tātum πανάκτφον κονίλην eā uocari tradidit, uerum ἡράκλφον ὀρίγανον. Verſiculi eius ſunt: πανάκτφόντε κονίλην, ἤντε κῆδι ἡράκλφον ὀρίγανον ἀμφενέπουσι. Adiecit q; antiquiſſimus eius interpres ex autoritate Dioclis, cunilam ab aliquibus Heraclij uocari & origanū: ab aliqbus aūt ſylueſtrem origanū, & panacē ſiue panactiam, q; omnibus morbis medeat: nihilq; oniti dis eius quæ ſecundū genus huic ſcriptori facit, aut Nicander aut interpres eius meminerūt. Vocauitq; Dioſcorides panacem agreſtem illā tantū, quæ ſibi tertium genus facit: cū tamen Nicander priorē illam ea laude ornauerit. Quæ omnia (quod paulo ante dictum à nobis eſt) indicant, non poſſe in tā diuerſa de origano tradentibus antiquis ſcriptoribus, certū aliquid conſtitui. Nihil etiā in Plinio multis locis minus certū, origanos & cunilas plures q̄ hic Theophraſtus q; & aliter tradēte, Græcisq; aliquādo nominibus, aliquādo Latinis, nulla certa ratione utēte, præſertim q; in cunila, quæ Græcæ uoci κονίλη pene eadē, multis locis legētes merito ſuſpendit. Ob eam cauſam nos nihil cēſere auſi, nihil malumus q̄ quod neſciremus dicere. Eam hic ſcriptor ait μίλανα καὶ κριλίαν ἄγειν: quę ſi uerbū de uerbo uertas, nihil ſignificabūt aliud, q̄ per aluum nigra ducere origanum. Plinius de origani uiribus & medicina libro xx. capite xvii. agens, extenuare eam ait craſſiores pituitas & nigras: eumq; imitatus Barbarus, extenuare per aluū & ipſe pituitas nigras dixit. Nos alios omnes ſecuti, nigra illa ad atram bilē tantum contraximus nullibi pituitam nigro colore tradi ſimplī citer inuenientes: in quo poſterioribus medicis ſubſcribentes, qui omnes melancholicos humore purgare origanum dixerunt, certius rem docere arbitrati ſumus.

Περὶ Τραγοριγάνου. Κεφ. υμ'.

Τραγορίγανος θαμνίσκος ἐστίν. ὀριγάνῳ ἢ ἑρπύλλῳ ἀγρίῳ ὅμοιος τὰ φύλλα καὶ τὰ κλωνία. ἡ μὲν ῥίζα εὐρίσκεται πόρρω εὐθυς ἐστί. πλατύφυλλος. κομμώδης ἱκανῶς. ἡ δὲ ῥίζα λεπτόκαυλος. λεπτόφυλλος, ἥμερος. ἡ χίος, σμύρνη, καὶ κρήτη. θερμαντικαὶ δὲ πᾶσαι καὶ οὐρητικαὶ, καὶ εὐκοίλιοι. πινόμεναι τοῦ ἀφεψήματος. ὑποκαθάζουσι γὰρ τὰ χολώδη. εὐδιερικὴ πινόμεναι μετ' ὄξους. τοῖς

De Tragorigano. i. Hircina origano. Ca. XXX.

Tragoriganon. Romani pariter Græcis tragoriganū dicūt. Breuis & exiguus frutex tragoriganus eſt: origano agreſti ue ſerpyllo foliis & ramulis ſimilis: ex locorū bonitate ſpecioſior & latioribus foliis inuenit: efficaci ad glutinādū poteſtate. Alia frutico ſa & tenuibus foliis inuenit, quā marrubiū pleriq; appellāt. Probatiſſima naſcit in Cilicia, Co, Chio, Smyrna & Creta. Omnes calefaciendi uim habent, urinam cient, bonam faciunt aluum poto earum decocto: deiiciunt enim bilioſa. Vtiles & lienoſis cum aceto potæ: cum uino autem his, qui

ἑξίαμπεπωκόσι μετ' οἴνου. καὶ ἕμμηνα δὲ ἄγουσι. βηξί τε καὶ πρὸς πνευμονίας, σὺν μέλιτι δὲ ἐκλείκτῳ δίδοται. ἔστι δὲ καὶ τὸ πότημα ἐπιεικές. ὕδερι τοῖς ἀσιτώδεσι καὶ κακοσομάχοις καὶ ὀξυοχεγμιώσι δίδοται. καὶ ἐφ' ὧμ ἀλισμός, καὶ ναυτία, καὶ θέρμη ὑπάρχουσι χαλεπαὶ παρακολουθεῖ. διαφορεῖ δὲ καὶ οἰδήματα καταπλασθεῖσα μετὰ ἁλφίτων.

ixiam uenenum hauserint. Trahunt præterea menses: & contra tussim pulmonumq; inflammationem quam peripneumoniam dicunt, cum melle in ecligmate dantur: estq; non ingrata potio. Eapropter cibũ ex repletione fastidientibus, stomacho male affectis, & acida ructantibus, dat. Dat & his qui repletione, nausea, & præcordioꝝ ardore afficiũtur. Discutit præterea tumores omnes cum polenta emplastri modo imposita tragoriganus.

INTERPRES.

POssumus autore Paulo Aegineta de tam multis origanis dicere, quod de tam multis antiquorũ dijs sapientiores quondam dicebant: nominibus tãtum distinguí deos: unam tamen omnium potentiam esse. Simul enim de omnibus lib. VI. is egit, complexus q; cunctas, incidere, extenuare, siccare q; & calefacere in tertio ordine origanos omnes dixit: quod paꝝ ab eo abest, si quis dicat nominibus distinguí origanos, omnium tamen similes & easdem uires esse. Quo sensu intelligenda sunt quæ ab hoc ipso scriptore hoc capite dicuntur: θερμαντικαὶ δὲ πᾶσαι καὶ οὐρητικαὶ καὶ κοιλιοκλυστικαὶ &c. quod est ut nos reddidimus: Omnes calefaciendi uim habent &c. Plinius tamen tragorigano priuatim uires quaspiam alias tribuit, quas poterunt uolentes in eo uidere quo diximus uolumine & capite.

περὶ γλήχωνος. κεφ. υμά.

ΓΛήχωμ. Λοι δὲ βλῆχρομ. δοι δὲ ἀρσένκανθομ. ξωμαῖοι πλείσμ. ἄφροι ἀπλείσμ. γάλλοι ἄλβολομ. δοι δὲ γαλίσοφις. Jπόα γνώριμος. λεπτωλική. θερμαντική. πεπτική. πθύσα δὲ ἕμμηνα καὶ δευτέρα ⟨ἔμβρυα ἄγει. ἀνάγει δὲ ⟨τὰ ἐκ πνεύμονος μετὰ ἁλόης καὶ μέλιτος πθύσα, καὶ στωμυίοις βοηθεῖ. ναυτίας τε καὶ δυσμοὺς στόμαχου μετὰ ὀξυκράτου πθεῖσα παύει. ἄρθρα δὲ καὶ κοιλίαμ μέλαινα. βοηθεῖ δὲ καὶ θηριδήκτοις πινομένη μετ' οἴνου. λιθρυμοιοῦντάς τε ἀνακτᾶται συνεξαιρεῖ ταῖς ἕδραις προσφερομένη. κρατύνει δὲ καὶ οὖλα ἕδρα λεῖα κεκαυμένη. ἐπιπλασθεῖσα δὲ πραΰνει πᾶσαμ φλεγμονὴμ σὺμ ἁλφίτῳ. καθ' ἑαυτὴν δὲ πρὸς αγκοῖς ἀσμόζει, ἄχρι φοινίξεως τὸ ἐπιφανείας. σὺν κηρωτῇ δὲ ἰόνθους σθέννυσιμ. ὠφελεῖ δὲ καὶ στομικοὺς μετ' ἁλόης καταπλασσομένη. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς κνησμοὺς λυόμενον παύει. καὶ εἰς ἐγκάθισμα, καὶ πρὸς ἐμπυηματώσεις, καὶ σκληρίας, καὶ ἀπεσφακὰς ὑστέρας ἀσμόζει. καλοῦσι δέ τινες αὐτὴν βλήχωνα. ἐπεὶ δὲ τὰ γυσάμενα καὶ πλὴν ἄνθεσιμ τῶν πρασίων, βλήχης ὑπερίμπλαται.

De Pulegio. Cap. XXXI.

GLechona. LSunt qui blechona, qui anse nicanhon, qui galisopsin uocẽt. Aphri apoleiũ. Galli aluolũ. Romani pulegiũ dicunt. J Nota omnibus herba pulegiũ est. Extenuat, calefacit, & cõcoctiones adiuuat pulegiũ. Potũ mẽses, secundas & fœtus trahit. Cum melle & aloë pulmonũ uitia excreabilia facit. Cõuulsis succurrit: nauseas & erosiões stomachi potũ cũ posca lenit: nigrã per inferna trahit bilẽ. Cũ uino potũ, uenenatoꝝ morsibus subuenit. Admotũ naribus idem, ex aceto animę defectus excitat. Siccatũ prẽterea crematũq; & in puluerẽ tritum, gingiuas cõfirmat. Inflãmationes omnes cum polenta emplastri modo impositũ, lenit. Per se podagris confert usq; ad ruborem incensa cute. Varos cum cera emendat: lienosis cum sale eodem modo impositum, prodest. Lauãtur decocto eius utiliter prurigines: & eadem utilitate infidentibus fœminis prodest: inflammationes, durities, & mu liebrium locorum conuersiones corrigens. Belechona quidam mutatis literis quasi glechona pulegium uocant: quoniam gustatum à pecore cum floret pulegium, balatum in eis quam primum excitat.

INTERPRES.

MVlto risu theatris aliquando pulegium intulit Græcoꝝ omnium comicoꝝ poẽtarum lepidissimus Aristophanes, cum oporæ meretrici congressus seruus dominum his uerbis alloqueretur: Ἐᾷ νυν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ ὦ δέσποτα, ἢ ὀπώρας κρεπαλήσας; οὐκ ἤδη κυκεῶν ἐπιπίοις βλήχωνίαν, quorum sensus quidẽ hic fit: Nũquid tibi o here uideor oporæ cõgressus noxã corpori cõtraxisse? Nequaq; si pulegij pultẽ super biberis. Iocus aũt in æquiuoca oporæ uoce uersat, qua & meretrix tunc uocabat, & cõmuni significationis æstimatione poma per æstatẽ & autũnum prouenientia omnia intelligebantur: quoꝝ nimio usu quoniã afficiatur sæpenumero stomachus, audito oporæ nomine rudis senex respondit, nõ nocituram illi oporam, si pulegij pultem biberit: Cum tamen ille non poma & ruris oporam, sed urbis meretricem intellexisset: manifesto argumento, quotidianum fuisse quondam pulegij usum: quemadmodum hic decernit in affectionibus & erosionibus stomachi, quas Plinius uigesimo uolumine capite XIIII. de hoc ipso pulegio agẽs, intercisiones uocat: nõ satis certa nobis indicatiõe, priuatim ne labẽ aliquã eius partis, sic appellet, an late patẽtes in hoc scriptore & alijs δηγμοὺς, id est, morsus & erosiões. Intulit cõtrà cõcioni castigationis

Intercisiões

tionis grauí amaritudíne Græcus ſapiens idem pulegium: quo tempore diſſidentibus & laſciuientibus ciui bus ſuis in pulpitum progreſſus, nihil locutus aliud: uerũ ſola prolata pulte, cum ea pulegíj ramulo idem miſcuiſſet, è concione abíit: humili quidem & facile contẽnendo præcepto, niſi intellexerit aliquis, nullas comitari frugalitatẽ ciuium inflãmationes: quod cum polenta pulegium ſtomacho præſtat: nec latiſciue petulanter q̃ aliquid acturos homines, qui paucis contenti, ex horto & agro, nõ ex macello & foro ui tam ſibi quæſierint: & quas pulegium cum poſca ſtomachi eroſiones ſanat, frugi id uitæ genus nihil male cogitantes ciues concordiam & cõmunẽ dignitatem amare coẽgerit. Erat ut ex his conjícere licet, quotidianus in ſanitatis uſu pulegíj cibus: ſeruabãt q̃ id ſale alioꝛ ſalgamoꝛ modo, ut autor ultimo ſui operis uolumine Columella eſt: Neq; immerito: tã multos habet in medicina uſus, quibus & in ſanitate utile etiã eſt. Diximus hoc capite defectibus animæ mederi pulegiũ naribus admotum, ex Græcoꝛ λειποθυμίᾳ reddita Defectus animæ λειποθυμίας
anguſtius rem contraxiſſe, & eos tãtum defectus animæ intellexiſſe, qui in fœminis ſtrangulatu uuluæ cõcidẽtibus fiunt: in quibus obmuteſcendi uerbo plerunq; ille utitur. At latius patet in Græcis λειποθυμίας nomẽ capit q̃ omnes & ex quacunq; cauſa factos animæ defectus: quã rationem nos ſecuti, ex tota Græcę uocis ſignificatione rem indicauimus. Non differemus, & ſi forte notior multis ea ſit, quid poſca antiquis fuerit, Poſca.
breuiter monere: quãdo frequẽs Celſo, Plinio, alíjſq; Latinis ſcriptoribus ea uox eſt: Græci ὀξύκραζον uocãt, ex ipſa nominis compoſitione ſubito cognoſcẽdum. Significat enim ὀξύκραζον, quod aqua & aceto mixtũ & tẽperatũ fuerit: nunq̃ eñ, niſi priuatim aliud addat, κιρνᾶσθαι uerbo Græci niſi in aqua utũtur. Sic uinũ ἄκρατον ὀξύκρατον & ὕδρατον, ſic κρᾶμα, ſic multa alia. Conficiebat quõdam ὀξύκρατον hoc, uendebatur q̃ ad ſanitatis & medicinę uſum, quod in Vitellio Tranquillus oſtendit, cum Puteolis uendẽtem poſcam adoleſcẽtulum ab eo cæſare in compedes conjectũ deſcriberet. Nunc in nullo apparatu & artificio res eſt: nec nos hactenus inuenimus quibus aquæ & aceti menſuris poſca temperaretur.

Περὶ Δικτάμου. κεφ. υμβ'.

Δικταμος ἡμ καλοῦσί τινες γλήχωνα ἀγρίαν. οἱ δὲ βέλιον. οἱ δὲ ἔμβακτρον. οἱ δὲ βελουάκος. οἱ ἢ ἀρτεμεσίιον. οἱ δὲ κρητικήν. οἱ δὲ ἐφήμερον. οἱ ἢ ἐλδίαν. οἱ ἢ βελοτόκος. οἱ ἢ δορκίδιον. ἐλμαῖοι οὐσιλάτρουσικα. ⌋ πόα ὄζει κρητικήν, δριμεῖα. λεῖα. ὁμοία γλήχωνι. μείζων ἢ ἡ γναφαλοδὴς τὰ φύλλα ἔχει. ἡ ἐρεώδη. πρὸς ἢ πάντα ὅσα ⟨ἡ ἥμεζος γλήχωνι. ζῷδρέπτει δὲ πρόβατα, οὐ μόνον δὲ πινομένη, ἀλλὰ καὶ προσβεμμένη, καὶ ὑπαθυμιωμένη τὰ τεθνηκότα ἔμβρυα ἐκβιάζει. φασὶ ἢ καὶ τὰς αἶγας ζῷ κρήτης τοξευθείσας καὶ νεμηθείσας τῆ πόᾳ ἐκβάλλειν τὰ τοξεύματα. ἔχει ἢ καὶ καθαρτικὴν δύναμιν ὁ χυλὸς αὐτῆ, καταχριόμενος ἢ τριβόμενος ὡς πρὸ μετὰ ἁλῶν. καταπλασσόμενον δὲ ἢ βοτάνη τοὺς ὑπὸ πρακτῶν ἢ πρὸ ὥρης ἢ τοὺς λοιπὺς σώματος δύναται σκόλοπας. πρὸς ἢ ⟨ πρὸς πόνους παλαιούς. μάλιστα γὰρ αὐτόν. κνίζουσι δὲ αὐτὰ ὡς δέξει ⟨ φθειροποιῶν. ἡ δὲ ῥίζα αὐτῆ γλυκαίνει θυμαίνει. ἔστι δὲ ⟨ ὀξυτόκιον. βοηθεῖ ἢ ⟨ θηριοδήκτοις ὁ χυλὸς αὐτῆ, μετ' οἴνου πινόμενος. τριαύτη ἢ ἡ βοτάνη ἡ δύναμις, ὡς καὶ ὀσφραινομένη διώκειν, καὶ προσαπτομένη ἀναιρεῖν τὰ ἰοβόλα θηρία. τὸ δὲ αὐτῆ χύλισμα ἐπιχεόμενον πληγῇ σιδήρου ἢ ἰοβολωθὲν μάλιστα, καὶ πρὸς ὕδρωπας ἐπιχυθὲν καὶ λαμβανόμενον πόσει, εὐθέως ὑγιάζει.

Περὶ Θυμοδίκτάμου. υμγ'.

Ὁ δὲ θυμοδίκταμον καλούμενον, φύλλῳ μὲν πολλοῖς τόπος. ἐμφερὲς δὲ τῷ πρὸ αὐτ. ἔλαττον ἢ δριμύ. πρὸς ἢ τὰ αὐτὰ τῷ δικτάμῳ οὐχ ὁμοίως δυνατῶν.

De Dictamno. Cap. XXXII.

DIctãnon ſunt qui agreſte pulegiũ, embactron: Lqui beloacon, qui Artemideſiũ, qui Creticã herbã, qui ephemeron, qui eldiam, qni belotocẽ, qui dorcidion, qui elbunion uocẽt. Romani uſtilagi nẽ ruſticã dicunt. ⌋ Cretenſis herba ſapore acri dictamnus eſt. Habet & leuorẽ: Similis pulegio eſt, maioribus tantũ foliis, tomentoſis, lanoſaq; pube obductis. Nõ florem, nõ ſemen fert. Facit ad omnia ad quæ ſatiuũ pulegiũ, multo tamen efficacius: non eñ pota tãtum, ſed appoſita ſuffitúq; mortuos partus ex utero pellit. Feruntq; in Creta uulneratis telo capris, eius herbę cibo tela cuſpides q̃ oñes ex corpore decidere. Habet purgãdi uim ſuccus eius inuncto, tritus ue cũ polẽta. Illita etiã herba pedũ ſolo & reliquo corpori infixos ſurculos extrahit. Facit & ad lienis dolorẽ: eum enim minuit. Aeſtate & autumno dictamnus carpitur. Calefacit in guſtu radix eius: quinetiã puerperia adiuuat. Succurrit & uenenatoꝛ morſibus dictãni ſuccus cũ uino potus: eſt q̃ tãta herbę uis, ut olfactu ea fuget: & admota, enecet omnia quę ictu aut morſu uenenũ relinquunt, Inſtillatus præterea dictãni ſuccus factis ferro uulneribus, aut ictu morſu ue uenenũ relinquẽtium: & præter inſtillationẽ potu etiã hauſtus, celerrime ad ſanitatem ea perducit.

De Pſeudodictamno, id eſt, falſa dictamno. Cap. XXXIII.

QVam uero falſam dictãnũ uocãt, pluribus naſcit locis: antecedẽti ſimilis, maiore tñ acrimonia. Dictãno eaſdẽ uires habet, nõ adeo tñ efficaces.

περὶ δὲ ἀπὸ κρήτης δικτάμου. κεφ. υμδ'.

Φερεται δὲ καὶ ἀπὸ κρήτης ἕτερον εἶδος δικτάμου. φύλλοις ἐοικὸς σισυμβρίου. κλωσὶ δὲ μᾶζον. ἐφ' ὧν ἄνθος ἐρυγάνῳ ἀγρίῳ ἐοικὸς, μέλαν, μαλακόν. ὀσμὴ δὲ τῶν φύλλων μεταξὺ σισυμβρίου, καὶ ἐλελισφάκου, ἡδίστη. πρὸς δὲ πρὸς ὅσα καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς. ἦσον πλην κτικὴν ὑπάρχουσα. μιγνυται δὲ καὶ ἐμπλάστροις καὶ θηριακαῖς.

De Cretenſi altera Dictamno. Ca. XXXIIII.

Affertur & ex Creta aliud dictāni genus foliis ſiſymbrio ſimilib⁹, ſed ramulis maioribus: in quibus flos eſt agreſti origano ſimilis, niger, molliſq; . Olent folia inter ſiſymbriū & eleliſphacum medium odorem: eſtq; hic ſuauiſſimus. Facit ad omnia ad quæ antedicta: minus tamen ſenſum odor tentat. Miſcetur hæc emplaſtris, remediiſq; contra uenenata, quæ theriaca uocantur.

INTERPRES.

TRia deinceps (quod nunquā antea factum à nobis eſt) nulla intercedente cōmentatione noſtra dictamni capita in ſcriptore hoc reddita pauloante à nobis fuerunt. Non tamen ſine cauſa aut temere id fecimus, ſed mutatæ in ſcribendo rationis grauē ſcriptorē Theophraſtum autorē habemus, qui libro nono de plātarū hiſtoria lōgius de dictamno agēs, duo primū genera eius numerauit: unāq; dictamni & pſeudodictamni naturā eſſe ait: quodq; in eis diſcrepet, natale ſolū tantum eſſe: & quoniam feraciore & pinguiore ſolo altera naſcat, ideo uiribus deteriorē eſſe, quēadmodum pleraq; alia huiuſcemodi: amat em̄ dictānus aſpera loca. Mox eſſe tertiam nomine tantum dictamnū, quę nec figurā nec uires eaſdem habeat, ſed ſiſymbrij folia & ramulos: quæ quoniam longius & certius ab eo docētur, non fore abs re credimus, iſtidē uerbis ex eo autore cuncta illa repetere, quæ huiuſcemodi ſunt: Propria aūt Cretæ inſulæ dictamnus herba eſt: uiribus admirabilis, & ad plura utilis, præſertimq; mulierum puerperia. Foliū pulegio ſimile habet, habet & in ſucco aliquid itidem ſimile, ſed ramulos tenuiores. Foliis non ramulis aut ſemine utunt incolæ. Vtilis quidem ad multa alia, præcipue uero, ut diximus, ad difficiles partus: alterutrum enim præſtare ferē: aut faciliores partus aut in puerperio indolētiam: daturq; in hunc uſum bibenda in aqua. Rara dictamnus eſt, exiguo enim loco in Creta naſcit. Paſcunt eam etiam capræ in cibo eis amabilem & iocundā: Verūq; eſt qđ fertur de ſagittis, quibus ſi uulneratæ fuerint, dictamni paſtu ex corporibus per ſe deciduas dimittunt. Talis itaq; dictamnus eſt, & has habet uires. Quæ aūt pſeudodictamnus, id eſt falſa dictamnus dicitur, ſimili folio, ſed minoribus ramulis eſt: uiribus etiam multo ineffi cacior: liſdem enim auxilio eſt, ſed longe minus & infirmius eo. Eſt dictamni uis q̄primū manifeſta, ori enim impoſitum magnopere calefacit. Seruāt eam incolæ, ne efflato halitu inutilis fiat, inter ferulas & harundines, faſciculos cōponentes: Ignauior enim efficitur odore fit. Ferunt præterea aliqui, unam eandemq; dictamni & pſeudodictamni naturam eſſe: ſed quoniam pinguioribus locis hæc naſcatur, ideò deteriorem eſſe, qualia multa alia ſunt: Amat enim dictamnus aſpera loca. Eſt & præter has alia dictamnus, nec figuram nec uires eaſdem habens: ſiquidem folio ſiſymbrij, maioribus ramulis, præterq; hæc, nec uires, nec uſus eoſdē habet. Et hactenus Theophraſtus. Nihilq; ad rem noſtrā triplicēq; Dioſcoridis dictamnum aptius: ſunt enim in utroq; eadē omnia. Pulegij folia habere dictānum ille ait: hic, ob eam cauſam ſyluęſtre pulegiū à quibuſdā uocari, teſtat: Ille uulneratis capris mederi dictānum, à paſtu eius ſtatim decidētibus telis: hic ex ea poteſtate beloacos, quod eſt telorū remediū, & belotocon ob eandē cauſam, & eò amplius quod partus adiuuet: Ille in Creta naſci, hic Cretica herbam dici: ille non omnibus locis in Creta, ſed rarę in ea inſula eſſe, & paucis locis naſci: hic pſeudodictamū multis locis prouenire: quaſi Creticā tātum in Creta, & illic paucis locis, naſci eam teſtaret: quādo hæc pluribus naſcat: ille tria eius genera, hic totidē facit: tertiūq; illud ſiſymbrio ſimile, ſoloq; nomine dictamnū utriq; idem eſt: ille puerperis opē ferre, & id quidē bifariam: aut celeritate, aut indolētia: hic tātum celeritate. Et ne lōgiores ſimus, ſiqđ illis nō idē eſt, id amplius aut minus, nō diuerſum aut cōtrariū eſt: & ab utroq; ex ſtudio profeſſione q̄ ſua adiectū aut detractū. Hic enim quos habet in reliqua medicina uſus, quod erat ſibi primū conſiliū, docet: ille quoniam hiſtoriā tātum ſcribebat, de odore, quibus locis priuatim naſcatur, & quo modo ab herbarijs ſeruetur, longius proſequit: quæ deſiderari poſſe in hoc ſcriptore uidētur, quæq; nobis prima fuit cauſa, cur omnem Theophraſti de dictamnis hiſtoriā cōmentationibus his noſtris adiceremus: quibus quod ad eius appellationes ptinet addendū adhuc eſt, Artemidion ſcilicet, dici dictānum, à uenatrice dea Diana, quā Græci Artēmida uocant: quoniā uulneratæ ab ea in uenatiōe capræ & ceruę, eius herbæ paſtu ſanarent. q̄d erat numini in primis gratū, ſine maleficio & naturæ iactura, ſtudiū & uoluptatē ſuam amāti. Eademq; de cauſa dorcidion quaſi ceruale: dorcada enim Græci hinnulū, & in ceruoq; genere minores uocant: quod animal Plinius ait dictānum hanc oſtendiſſe, unlneratis eo paſtu ſtatim decidentibus telis. Fœminino genere hic dictānum ueluti herbā: Theophraſtus pluresq; aliį neutro tradiderūt: quæ generis mutatio multa in plātis eſt: nō tam quia ſexu aliquæ à ueteribus diſcretę fuerunt, q̄ quia alterutro genere eas antiquiſſimis appellare placuit: interpoſita q̄ n. litera, dictānus, non dictamus dicenda eſt. Indicant id Græcoq; codices omnes, Theophraſti, huius, alioq; omniū qui forte dictāni meminerūt. Indicat & poēta noſter in XII. Aeneidos ſuæ canens: Tum Venus indigno nati cōcuſſa dolore Dictānum genitrix Cretea carpit ab Ida, Puberibus caulē foliis & flore comātem Purpureo: nō illa feris incognita capris Gramina cū tergo uolucres hæſere ſagittæ. Niſi em̄ producta ſit eius uocis penultima ſyllaba, ſtare uerſus nō poſſit. Quod bene & ex antiqua dictāni appellatione fœliciter dictū, eandē in homine totius naturæ alioquin peritiſſimo diligentiā deſiderare ſæpenumero noscoēgit: & in dictāni pictura, quā ille æternā in ſuo carmine faciebat, tria eius non miſcuiſſe genera. Quod enim in eo eſt: Dictānum genitrix Cretæa carpit ab Ida Puberibus

tribus foliis ex uera ueri dictāni historia est: siqdem in Creta priuatim nascitur: & ut hic ait γναφαλώδη τὰ φύλλα ἔχει, καὶ ἐριώδη τινα ἀπίφυσιν. Quæ enim hic ait tomentosa folia & lanosam adnationē: ille ab hominis lanosa pubertate fœliciſſime indicauit. Quod uero ſtatim ait, caulē & flore comātē purpureo, nō ex ueri dictāni, ſed ex eius hiſtoria eſt, quod Thophraſtus tradidit ſolo nomine dictānum eſſe, ſiſymbrij folio, maioribus ramulis, nec eiuſdē uſus aut poteſtatis: quodq; hic pręter ea ait agreſtis origani flore eſſe, medio inter ſiſymbriū & eleliſphacon odore. Dictānū em Cretēſem herbā omes ſine caule, ſine flore, & ob id ſine ſemine, exceptō Theophraſto deſcripſerūt: qui quo diximus loco, ſemen dictāno tribuere uidet: & ſi ſemen, prius etiā florē: quādo hic naturæ ordo eſt, ut in cunctis ſemē ex flore aliquo fiat. Verba eius ſunt: χρῶνται δὲ ταῖς φύλλοις οὐ ταῖς κλωσίν, οὐδὲ τῷ καρπῷ, q̄d eſt: Vtunt aūt foliis, nō ramulis nec ſemine. Negat Theophraſtus ſeminis uſum, qui negādus nō fuerat, niſi natura illud negaſſet. Cęteri omnes caulē, & florē, & ſemē in dictāno negauerūt. Potuitq; Maro hunc ſequi, & ſi cōtra alioq; hiſtoriā dixiſſe uideat. Non tamē ideo ignorātię omnino dānandus poēta tantus erit, qui alioq; exēplo in fabuloſa re uoluptati magis q̄ utilitati legētium conſuleret. Nec nos aliam ob cauſam locū indicauimus, q̄ ut legētes moneremus, aliā ex profeſſo aliquid ſcribētibus, q̄ poētis in tradēdo rationē eſſe. His enim ſuæ artis priuilegio à gentibus ſibi conceſſo licuit ſemperq; licebit, nō quæ optima & ex re, ſed quæ ſpecioſiſſima ſint, dicere. Eſt & illud in dictāno animaduertendū, quod hic ait facere dictānum quæcūq; & ſatiuū pulegium, non ad omnia omniū maloq; remedia referēdum eſſe, ſed ad menſes, ſecundas, partus: quæ omnia hic pulegiū ducere dixerat. Indicatq; id quod ſequitur ſtatim: Nō em potū tātum, ſed ſubditū & ſuffitū enectos in utero fœtus pellit. Quod itidē ab hoc dicit: habet & ſuccus purgandi uim, à Theophraſto ſic tātum traditur. Habet dictāni ſuccus aliquid pulegij ſucco æquale: nihil intelligens, q̄ quod hic in pulegio dixit, ἄγναλον καὶ κοιλίαν μέλαναν: quod uerſum à nobis eſt, per aluū nigrā trahere bilem. Et hęc ſatis pro dictamnis omnibus dicta hactenus à nobis ſint.

περὶ Ἐλελισφάκου. κεφ. υμέ.

Ἐλελίσφακον. οἱ δὲ ἐλαφόβοσκον. οἱ δὲ σφαγνόν. οἱ δὲ κίσσιμον. οἱ δὲ φάγνον. οἱ δὲ γύπιοι ἔνιοι. ξωμαῖοι ἀπυσί. οἱ δὲ κόσαλον. οἱ δὲ σάλβια.

βάμονος ὄζει ἐπιμήκης. πολύκλονος. ῥάβδους τετραγώνους ἠβῦ πλευκὰς ἔχει. φύλλα δὲ μηλέα, κυδωνίᾳ ἐοικότα. ἐπιμηκέστερα μὲν καὶ ἧσσον ἀραιὰ τῇ ἁφῇ. ὑπόλευκα. σφόδρα δὲ εὐώδη. ἔρωμα δὲ καὶ γεῦσιν ἔχει φύεται δὲ ἐν ἀκρωρείοις. Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ ἀφέψημα τοῦ φύλλου ἠβῦ τοῦ κλάδου οὖσα ἄσηπτον πινόμενον. ἠβῦ ἔμμηνα καὶ ἕμβρυα καταπάσσει. καὶ πρὸς ὄνου πλησμονὰς ἀρήγει. μελαίνει δὲ καὶ ξύεται. καὶ θαυμαστικὴ καὶ ἰσχαιμος. καὶ ἀπραξίαν ἔχει τὸ ἀφέψημα τοῦ φύλλου καὶ ἕλξιν ἕλκων. παύει δὲ σὺν οἴνῳ τὸ ἀφέψημα τοῦ φύλλου καὶ τοῦ κλάδου αὐτοῦ προσκλυζόμενον, τοὺς περὶ τὰ αἰδοῖα κνησμούς.

De Eleliſphaco, quā Romani ſaluiam dicunt. Cap. XXXV.

Eleliſphacon ⌊Sunt qui bechion, id eſt, tuſ filaginē, qui phacon, qui croſmin, q ſphagnon, qui coſalon appellent. Aegyptij beroën. Romani ſaluiam dicūt. ⌋ Frutex eſt oblōgus, ramoſus, quadrangulis uirgis & albicantibus. Folia illi ſunt cotonei mali figura, oblōgiora tantū, anguſtiora, paulocq; craſſiora, exoletæ attritæcq; ueſtis modo aſpera, albeſcētia, uehemēter cū grauitate odorata. Semen in ſummis caulibus agreſtis orminii modo habet. Naſcit aſperis locis. Bibit ad ciendā urinam foliorq; ramorūq; eius decoctum. Menſes & fœtus idem trahit. Paſtinacæ marinæ ictibus ſuccurrit. Capillum denigrat. Vulneribus utilis herba eſt, compeſcendo ſanguini apta. Purgat ulcera quæ ab aſperitate theriode ideſt ferina Græci uocāt. Finit genitalium prurigines foliorum ramentorumq; ſaluiæ cum uino decoctum, ſi eo abluantur.

INTERPRES.

Magnæ litis noſtra ætate eleliſphacos, quam quondā Plinius ſaluiā dici teſtat, cū ſimili & quaſi congenere fruticoſa herba eſt, cui à claritate oculorq; quibus profit, nomen in gente noſtra factū fuit: cēſentibus aliis quā hic ſaluiā uocari à Romanis inquit, alterā illā mutato inuicē nomine eſſe: aliis cōtra nitentibus: in quorq; numero nō pudet nos etiā numerari: Neq; enim turpe nobis fore aliquādo credimus, autoribus Dioſcoride, Plinio, Apuleio, Serapione, totq; aliis credidiſſe id & conſtituiſſe. Siquidē nō ueriſimilē ſolū, ſed paulominus q̄ neceſſariū eſt, teſtantibus idē tam multis antiquā plantæ eius eam appellationē per manus traditam, cōtinua eiuſdem rei ſignificatiōe ad nos peruenisſe. Quid enim ut cæteros omittamus, aliquando Plinius apertius docuit dicens? Noſtri qui nunc ſunt herbarij eleliſphacon Græce, Latine ſaluiam uocāt &c. Aut quis Apuleio nō credat, ſaluiā totidē quot Dioſcorides nominibus indicāti: & in medicina iubēti, ad pruritus uerendorq; decocto eius inferiores partes fouere? quod ultimū hic ſcriptor etiam iubet, dicēs finire genitaliū prurigines foliorq; ramorq; ſaluię cū uino decoctū, ſi eo abluāt. Accedūt his deinde caulis foliorq; tā præſentes notæ, ut ſuſpicari nemo aliud facile poſſit. Frutices nō adeò procera altitudo: Fruticoſus ramoſusq; habitus: Quadrangulæ uirgę, in his & in foliis albicās color: Foliorq; tā multis additis exceptionibus ſimilitudo: & q̄d præcipue cōtemplet & ad hanc rē amet aliqs, attritu ueſtis modo aſperata: quarq; alteri illi aliquæ congruunt, huic ueræ omnes. Egit Theophraſtus libro VI. de plātarum hiſtoria de eleliſphaco hac: ſimulq; de congenere illi alia, quam ſphacelon nominauit. σφάκελος δὲ καὶ ἐλελίσφακος & λιακφίρου

quorum uerborꝝ hic sit sensus: Differunt aũt sphacelos & elelisphacos, ꝙ altera satiua, altera syluestris est: habetq; sphaceli folium maiorem lẽuorem, id est, minorem asperitatem: breuius illo est, & minus squalet: elelisphacos grauiore odore sentitur. Quod nisi sphaceli breuius elelisphaco folium Theophrastus diceret, crederem ego alteram de qua à principio diximus, sphacelon esse: cuncta enim alia satis illi respondent: folium tantum maius elelisphaco est. Sed fallente hac nota, dicendũ illud, congeneres plantas Theophrasto sphacelon & elelisphacon esse, nec nisi natali solo differre, ꝙ altera confitis locis quales horti sunt, altera syluestribus & incultis nascitur. Non sunt nobis tot saluiæ appellationum rationes aliquæ, nisi forte tussilaginem aliquis dicat saluiam appellatam fuisse à foliorꝝ candore, qui in tussilagine ab altera eorum parte uidetur. Plinius etiam phacon uocari elelisphacon dixit: nullam tamen causam eius uocis reddidit.

Περὶ Ηδυόσμου ἡμέρου.. Κεφ. υμς'.

Ἡδύοσμος ⸤ἥμερος⸥. οἱ δὲ μίνθαν. ⸤ἕλληνες μέντα. οἱ δὲ νέπεταν. αὐτίπποι τίς. οἱ δὲ φερεσμάραγδον. οἱ δέ, πέρξεν. οἱ δὲ, μακηδόν. ⸤γνώριμον βοτάνιον. δύναμιν ἔχουσαν ⸤μανικὴν, συπτικὴν, ξηραντικήν. ὅθεν καὶ αἷμα ἵστησι πινόμενος ὁ χυλὸς αὐτῆς μετ' ὄξους. ⸤ἕλμινθας κτείνει σὺν ὑγρᾷ λάσι. ἀφροδισιάζειν τε ἐμποδίζει. καὶ λυγμούς, καὶ ἐμέτους, καὶ χολέραν παύει δύο ἢ τρία κλωνάρια σὺν ῥοᾶς ὀξείας χυλῷ πιθέντα. διαφορεῖ δὲ ⸤ἀποσκήματα μετὰ ἁλφίτου καταπλασθέν. ⸤κεφαλαλγίας παρηγορεῖ ἐπιτεθὲν ἅμα μετώπῳ. μασῶμένη τε παύει στόμωσιν ⸤στάζουσιν παρεῖναι. σὺν ἅλατι δὲ τοῖς κυνοδήκτοις κατάπλασμα. ὠταλγίαις δὲ ὁ χυλὸς σὺν μελικράτῳ ἀγχόνῃ. γωμφίοις δὲ πρὸς τὴν πλησιάζειν προσιεμένοις, ἀσυλλήψιαν ἐργάζεται. γλῶσσάν τε τραχεῖαν παρατριβόμενον λειαίνει. καὶ γάλα ἀτυζωτὸν φυλάσσει ⸤ἀπήκλυστον αὐτῷ τὴν φύλλων. καὶ καθόλου ὄξινον εὐστόμαχον ⸤ἀρτυμάτων ἐστί.

De Menta satiua. Cap. XXXVI.

HEdyosmon. Sunt qui mintham, ⸤qui calaminthen, qui nepetã, ꝙ perxo, qui macetho, ꝙ pherithromõtho uocẽt. Aegyptij tis. Romani mentã nominãt. ⸤Nota omnibus herba est. Calefaciendi, adstringẽdi, siccandiq; uires habet. Sanguinẽ ideo fistit potus cũ aceto succus eius. Rotundos lũbricos necat. Venerem stimulat. Singultus præterea, uomitus, & bilis profluuiũ quod cholerã dicũt, sedãt mentę duo tres ue ramuli, cũ acidæ punicæ succo poti. Discutit præterea abscessus cũ polenta emplastri modo imposita. Leniter fronti imposita, dolores capitis. Mammas quæ à partu tendunt, & lactis abundantia tumentes, mitigat. Cõtra canũ morsus illinit. Opitulat auribus cũ mulsa aqua instillatus mentę succus, dolores eaꝝ mitigãs. Mulieribus ante coitũ genitalibus apposita, cõceptus adimit. Leuigat confricata linguæ asperitates. Coire densariq; in caseũ lac non finit, demersis in eo foliis. In uniuersum stomacho accõmodata menta est, & in condimentorum usum multifariam recipitur.

INTERPRES.

SOlo nomine in Græcis menta cõmendatur: nec quisq; est, qui eo audito, suauitatẽ odoris in notissima omnibus herba non amet: id enim hedyosmus Græcis est: quod ambitiose nescio an molliter ab eis factum fuit, qui antiqua minthes appellatione, quæ hominis in eam conuersæ honorẽ haberet, parum contenti, nouo, & quod uitæ tãtum delicias indicaret, uiginosis locis fœliciter prouenientẽ herbã nomine ornauerũt: quo secuta ætas, uoluptatis suæ magis ꝙ alieni nominis ambitiosa, libẽtius & frequentius ꝙ antiquiore illo usa est. Theophrastus enim non alio ꝙ minthes nomine pluribus locis mentã indicauit: & antea tota Græcia, præsertim ꝙ Arcadia, in qua nõ procul à Pylo nobilis Minthes cognomine mõs fuit: Quã Plutonis pellicem poëtarꝝ fabulæ, & à Proserpina, ut solent pellices semp odisse uxores, in hortensem mentam transformatã fuisse narrant: æterno in æterna planta hominis monumẽto. Quã uocẽ Romani magis amãtes, ꝙ in ea male habitæ ob amorem puellæ memoria seruaretur, una tantum & altera mutatis literis, Græcorꝝ minthem mentã suam fecerũt, quotidiani in sanitate usus, & præsentis in medicina contra tot mala remedij. Quã cum calaminthe, quæ nepeta est, miscere nõ decet: sui enim generis calaminthe herba est. à mentastro stratim à nobis dicenda: quæ ab imperitis alijs mentæ appellationibus importune adiecta est. Nõ erat nobis lõgius & ultra hæc de notissimo olere agẽdũ, nisi nos Barbarus retineret, ꝙ q̃d Dioscodes ait, γυναιξὶ δὲ πρὸς τὸ πλησιάζειν, προσιέμενον, ἀσυλλήψιαν ἐργάζεται, obscure nimis reddidisset: fœminis ante consuetudinem uirginali admota, generationibus resistit. At quanto certius ex Dioscoridis sensu dixisse id licebat, fœminis anteq; uiro congrediantur &c. Id enim πλησιάζειν in re uxoria & Venere est. Nihil ꝑtera hoc loco de uirginibus magis ꝙ mulieribus agitur: commune enim γυναικὸς nomen in toto eo sexu est. Excusandus nondum absoluto toto opere forte ille est: sed uenia omni carent, qui cum curãdam eius operis editionem suscepissent, tam informe & doctissimo uiro indignum prodire permiserunt.

Περὶ Ηδυόσμου ἀγρίου. Κεφ. υμζ'.

Τὸ δὲ ἄγριον ἡδύοσμον, ⸤ὃ ἕλληνες μέντας καλοῦσι, ⸤γίνεται δασύτερον τῶν φύλλων. καὶ πάντα μεῖζον ἰσυμβρίου. εὐοσμότερον δὲ ἕλληνικοῦ ἐστι. ⸤ἅπτεται δὲ καὶ ὑγείας χρήσιμον θετον.

De Mentastro. Cap. XXXVII.

SYluestris uero menta ⸤quam Romani mẽtastrum dicunt, ⸤pilosioribus nascitur foliis: undecunq; sisymbrio maior: odore magis uiroso. In sanitate deterioris usus quàm satiua.

Interpres

INTERPRES.

Syluestris menta mẽtastrum est, in hortensi & rustica re cunctis notissimum, satis à Dioscoride descriptum, & quale passim ab omnibus & quotidie uidetur. Inter cætera maius & procerius sisymbrio ab hoc scriptore dictum fuit: ꝙ multa inter sisymbrium & mentã similitudo est: mutaturq; & degenerat in mentã, neglectum sisymbrium, quemadmodum secundo & quinto uolumine de causis plãtarum testatus Theophrastus est. Quæ fuit huic scriptori causa, ut procerius eo mentastrum esse diceret: ne multæ similitudinis inter se plantæ uidentes fallerent; haberentq; herbarij certam ex proceritate notam, qua mentastrum à sisymbrio discernerent.

περὶ καλαμίνθης. κεφ. υμή.

Καλαμίνθη. ἡ μέν ἐς ὀρεινοτέρα ἐστίν. ἔχει δὲ φύλλα ὅμοια ὠκίμῳ, ὑπόλευκα. κλωνία δὲ τετράγωνα ὡμῶδη. ἄνθος πορφυροῦν. ἡ δὲ ἑτέρα ὁμοίως γλήχωνι ἔοικε. μείζων δέ. ὅθεν καὶ ἑτέραν αὐτὴν γλήχωνα ἐκάλεσαν. διόπερ τῇ ὀσμῇ παρόμοιός ἐστιν. ταύτῃ γὰρ ὁμοιοῦται νεπέταμ καλοῦσιν. ἡ δὲ τρίτη ἔοικεν ἡδυόσμῳ ἀγρίῳ. ἐπὶ μικροτέρα τῆς φύλλοις. καυλῷ καὶ κλάδῳ μείζων τῶν προειρημένων. τετράγωνος δὲ τὰ φύλλα γλυκόμοιά πως πυρεταὶ ἰσχυρῶς καὶ δριμέα. ἕλκεσι ἄγρια. φύεται δὲ ἐν πετρώδεσι τόποις καὶ καθύγροις. πίνομένη δὲ καὶ καταπλασσομένη, ἀσπίδας ἐρπετὰ δάκνει. ἄγει δὲ καὶ οὖρα καὶ ἀφέψημα πινόμενον. βοηθεῖ δὲ καὶ ἡσύχασι, καὶ ἀσθμασι, ὀρθοπνοίαις, σφόδροις, χολέρᾳ, καὶ ῥίγει. καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα προπινόμενη πρὸ συμποσίου, καὶ ἴκτερον ἀποκαθαίρει. ἑλμινθᾶς τε κτείνει καὶ ἀσκαρίδας σὺν ἁλσὶ καὶ μέλιτι πινομένη. ἐφθή τε καὶ ὠμὴ σταφυλῇ τετριμμένη. ὠφελεῖ καὶ ἐλεφαντιῶντας βρωθεῖσα καὶ ἐπιπινομένου ὕδατος γάλακτος. φθείρει δὲ καὶ ἔμβρυα, καὶ ἔμμηνα ἄγει τὰ φύλλα λεῖα καὶ ὑποστρωννύμενα. λύει καὶ τὰ τὰς μελαίνας οὐλὰς ἐξαιρόσα σὺν οἴνῳ καὶ καταπλασθέντα. ἰσχιαδικοῖς τε ἐπιτίθεται ἐν μέλιτι σὺν ὑγρῷ σίλφιον. ὠφελεῖ καὶ οὖσα τὴν ὀσμὴν καὶ σκώληκας τοὺς ἐν ὠσὶ κτείνουσα καὶ ὁ χυλὸς ἐνσταζόμενος.

De Nepeta. Cap. XXXVIII.

CAlaminthen Romani nepetã dicunt. In hoc plantæ genere montana quædã est: habetq; ocimi folia, colore subalbido: maiores, minoresq; ramulos angulosos, & purpureũ florẽ: quędã pulegio similis, maior tantũ, unde & agreste pulegiũ aliqui eã dixerũt, ꝓpterea ꝙ odore illi similis est. Hanc Romani nepetã dicũt. Est postremo & quędã agresti mẽtæ similis, oblõgioribus tñ foliꝭ, caulibus ramulisq; antedictis oñibus maior, sed minꝰ efficax, & ignauior. Oĩm folia feruido sapore & acri gustu sunt: habẽtq; inutilẽ radicẽ. Nascit nepeta cãpestribus, asperis, & aquosis locis. Succurrit pota aut emplastri modo imposita serpentiũ morsibus. Vrinã pellit potũ eius decoctũ. Opitulat ruptis, cõuulsis, in spiritus difficultate nõ nisi recta ceruice spirãtibꝰ, torminibus, bilis profluuio quã cholerã dicunt: & in febriũ accessione cũ tremore algoribus. Cõtra letalia uenena præpota cũ uino utilis est: restituit suffusos felle. Ventris lũbricos & ascaridas cũ sale & melle pota, necat: necat itidẽ elixa crudaq; trita. Prodest in cibo elephãtꝭ, lactis suppoto fero. Fœtꝰ in utero necãt & mẽses ducũt folia cõcisa & appositа. Suffitu eadẽ substrataq;, serpẽtes fugãt. Nigris cicatricibus in uino decocta & emplastri modo imposita, colorẽ reddunt. Sugillata emendant: & in coxendicis dolore ad euocandos ex alto in summũ humores imponunt, cutis superficiẽ inurentia. Verminosas aures sanat enectis uermibus instillatus nepetæ succus.

INTERPRES.

COngenerem aliqui, similem tãtum aliqui mentæ calaminthem, quã nos nepetam diximus, in Græcis fecerũt: subscribitq; illorũ sentẽtiæ nomen, quod cõiunctam sibi habet mẽtam. Habent contrà posteriores illi figurã, qua mẽtæ similem faciũt: Naturam uero & uires, qui sui generis herbã esse dicũt. Triplicem hanc Dioscorides ait: diuersisq; notis inuicem separat, sed non facile cognoscẽdis: tãtã trium genera similitudo est. Plinius unum tãtum cõstituit genus lib. xx. cap. xiiii. nepetãq; id uocat. Nicander in Theriacis suis duo tãtum & aliter calaminthes genera cognouisse uidet: aquaticũ palustreq; alterũ, monexit, proprium signasse genus uidetur, cui diuersum montanum & in siccis nascens sit. Versiculi eius sunt tanũ uero alterũ: haud sane quia montanam calaminthem ille dicat, sed cũ aquaticã & riguis gaudentẽ di-

ἁμῶ δ' ἅ τε ποταμοῖο πολυῤῥαγέος κατὰ λίμνας
καλάμινθον ὀπάζει ἀγαλλομένην ποταμοῖσιν·

quorum sensus est: Sumito tunc circa resonantis fluminis uortices, comosam frondentem calaminthem: copiosa enim prope aquarũ scatebras & circa labra earum nascitur, fluminibus gaudens. Ex quibus pro comperto habendum est, Nicandro duo hęc tantum genera esse locis in quibus nascuntur distincta. Hic tamen ex foliorum, ramulorũ, florum & odoris diuersis notis sua genera separat. nõ facile ut diximus inuenienda & cognoscenda: tanta est natalium mixtura & naturæ cognatio. Apud Græcis dici, à Magis sanguinẽ Ammonis, ab Italis nepetam montanam: Quę uoces scrupulum & suspicionẽ mihi iniecerũt, an in capitis huius principio desiderari aliquam ex huiuscemodi appellationibus oporteat.

Indicãt

Indicant certe quod paulo ante diximus, fuisse quondam qui nepetam siccum montanũq; & aquaticũ pa lustre q; genus: discrimenq; hoc eam ex locis in quibus nascerẽtur, tradiderint: sed quocunq; loco nascatur nepeta, sine discrimine multos in medicina habet usus. Diximusq; nos inter cætera uerminosis auribus ea mederi: antiqua & honesta eius mali indicatione usi, quod Græci ὦτα σκωληκιῶντα dicunt, quasi uermiculantes aures. Fit enim in ea parte tam tetrum mali genus, nec aliter q̃ ex corrupto cadauere prodeuntes illinc uermes aliquando uidere licet. Plinius antiquiores q; alij uerminosas aures dixerũt: fuisseq; antiquis in hac significatione honestam eam uocem Lucretius indicauit libro quinto, primum rudeq; illud seculum describens, in quo nondum inuentis uulnerũ remedijs, infœliciter tabescebãt: Donec eos uitia priuarant uermina sæua Expertes opis ignaros quod uulnera uellent. Obseruauimus q; nos hac uoce plerunq; eos significari uermes, quos Græci sua uoce ἕλκη dicunt, in uulneribus, ulceribus, & corrupto iam animantium cadauere nascentes: colore candidos, nullis discretis membris, nec adeo grandes: quibus in auribus nascẽtibus mederi nepetam hic ait: non totam plantam, sed expressum ex folijs succum & auribus instillatum. Contra nigras aũt cicatrices quas hic nepetam emendare dixit, in uino decocta utebantur antiqui Græcorum medici: & cõtra uentris animalia eiusdẽ nepetæ decocto, q̃d bibendũ dabãt præsertim urgẽte maiore febre.

Vermiculosæ aures.

ἕλκη

Περὶ Θύμου. Κεφ. υμθ'.

De Thymo. Cap. XXXIX.

Θύμος. Λοιὶ δὲ θύμος λευκός. οἱ δὲ κεφαλωτός. οἱ δὲ ἀττικὸς ἢ ἁρπύλλιον. οἱ δὲ θύρσιον. ξωμαῖοι θύμον. αὐτὸ πάντες σεφάνην. δακοὶ μόζυλα. γινώσκεται δὲ πάντα δαμνίσκιον φυγανοειδές. φύλλοις λοιοῖς ἡδυσμένοις πεπιλλημένον. ἔχων ἐπ' ἄκρου κεφάλια ἄνθους πορφυρίζοντα, μάλιστα δὲ φύεται οὐ πεδιάσι καὶ λεπτογείοις τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει πινόμενον μετὰ ἁλῶν καὶ ὄξους, ἀρχὴν φλεγματωδῶν καὶ κοιλιακῶν. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτὸ μετὰ μέλιτος, ὀρθοπνοϊκοῖς καὶ ἀσθματικοῖς βοηθεῖ. ἕλμινθάς τε ἕλκη τε καὶ ἔμμηνα. καὶ ἔμβυα. Ⓒ δὲ αὐτὸ λα. ἔστι δὲ καὶ οὐρητικόν. μιγὲν δὲ μέλιτι καὶ ἐκλειχθὲν, εὐανάπωτα τὰ ἐκ θώρακος πρὸς δυσφορεῖ δὲ οἱ δύσματα πρόσφατα καταπλασθὲν μετ' ὄξους. αἱματος θρόμβους διαλύει. καὶ θύμους. Ⓒ ἀκροχορδόνας αὖξει. Ⓒ ἰσχιαδικοῖς μετ' οἴνου καὶ ἁλῶν ἐπιπιθὲν ἀσμόν ἀμβλυωπῶν τας ἐσθιόμενον σὺν τροφῇ ὠφελεῖ. εὐχρηστεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ οὐρητικὰ χρῆσιν ἀντὶ ἀστύμαντος.

THymon L. Sunt qui addito colore, albũ thymũ: qui cephaloton, id est, capitatũ: qui epithymida, qui thyrsion uocẽt. Aegyptij stephanẽ: Daci mozulã. Romani pariter Græcis thymũ appellãt. Notus cũctis thymus est, exiguus surculosusq; frutex, minutis angustisq; & multis foliis circũuolutus. In summo capitula floris purpurascẽtis habet. Nascit petrosis & sterilibus locis p̃cipue: potestq; cũ sale & aceto potus, per inferna pituitã ducere. Suspiriosis & in difficultate spiritus nõ nisi recta ceruice spirãtibus, opitulat thymi cũ melle decoctũ. Pellit idem alui lũbricos, mẽses, secũdas, & fœtus. Habet & cicendæ uim. Mixtus præterea melli thymus in elegmate, excreabilia facit pectoris uitia. Nouos idẽ corporis tumores ex aceto emplastri modo impositus, discutit. Cõcretos sanguinis grumos dissicit. Vlcera sui nominis & uerrucas tollit. Cõtra coxendicis dolores cũ polenta ex uino utiliter imponi. Hebetibus oculis in cibo sumptus opitulatur. Vtilis etiã pro cõdimento in sanitatis usu.

INTERPRES.

PRima thymo laus in antiqua plantarũ historia Græcis à Theophrasto est, qui à principio statim sexti de plãtarum historia uoluminis longiore descriptione totam eius naturã fortunãq; cõplexus est: postea Theophrastũ Latinis à Plinio, & ante Plinium plerisq; alijs, qui Romanorũ Italiæq; hortos & mellaria nem instruxerũt: Omnium uero maximam & æternã æterno carmine Maro illi fecit cũ in Georgicis suis cecinit: Redolentq; thymo fragrantia mella: Romana breuitate & poëtica dignitate omnem plantæ huius honorem & usum in ruris & apiũ disciplina complexus. Quæ licet præcipui saporis & egregij odoris homini mel dederit, in quo extremam suauitatis lineam natura clausit: nec secus q̃ in humana fortuna totum in regibus autore Pindaro fastigiũ definit: sic mellis extrema in saporibus dulcedo sentiatur: non tamen tanta illi gloria hactenus fuit aut posthac erit, suauitate mellis suauiorem homini feciſſe cœnã, q̃ multiplicis remedio sanitatem eius & uitam instruxisse: cuius nullum obrepit homini quacunq; ætate fastidium. κάρυκος μέλι, ut lyricorũ maximus Thebanus poëta cecinit. Quæ ad thymi historiã facti q; ex eo mellis bonitatem pertinent, Theophrastus quo diximus loco, Plinius ab illa accepta omnia xxi. uolumine capite x. Columella quo loco de apiũ pabulo & cibarijs agit: In mellificio tãdem, ne longiores simus, iãpridem plerisq; alij prosecuti sunt: possunt q; uolẽtes ex tam multis autoribus ea repetere: nobis satis est locos & autores legentibus signare. In quibus monemus quæcunq; à Theophrasto dicta fuerint, à Plinio totidem uerbis recepta ciuibus suis fuisse: nec desideranda Plinium legentibus quæ Theophrastus tradiderit: qui thymum in duo genera diuidens, candidum & nigrum: monuit nos quod in Dioscoride legitur, ab aliquibus candidũ thymum dici, non appellationem, sed alterum genus eius esse, à Theophrasto ad hũc scriptorem importune translatum, qui nulla huiuscemodi diuisione usus est. Coloris aũt discrimen id Theophrastus in folijs tradidit: in altero gñe albicãtibus, in altero nigrescẽtibus: Florẽ em̃ hic πορφυρίζοντα, id est, purpurascentẽ tradi, inter purpurã & candorẽ mediũ, qualis etiã passim uidet. Sunt thymi appellationes alię, epithymis & thymion, solo declinatiõis genere diuersæ, antiquæ & ipsę: siquidẽ Theophrastus gñe neutro thymon dixit: sic fœmineo

fœminino genere epithymida alij, herbã, scilicet, intelligentes. Potuerunt Aegyptij accepta à Græcis uoce, quoniam forte eo coronarẽtur, stephanem, id est, coronam appellasse: quẽadmodũ & Græci thyrsion, qm̃ Bacchicas hastas quas in orgijs eius dei thyrsos uocabant, pro hederis ramulis thymi forte inoluerẽt. Suspiciones tamen, seu malis dicere coniecturæ, hæ sunt. Quod postremo est περαλωτέρα quod capitatũ significat certã ex figura floris capitulorq; eorq; in qbus hic florem thymi purpurascere dixit, rationẽ habere potest. Diximus inter remedia ulcera sui nominis sanare thymum, ea intelligentes, quæ Græcorq; medici in hominis genitalibus & sede plerunq; nascentia sic appellauerũt, quoniã plantæ huius floribus similia uideanẽ: quæ illi hæmorrhoidibus & condylomatis cõiungunt, dicuntq; esse ὑπερχὼν, id est, eminẽtiã à reliqua cute, aliquando rubentem, nõnunq; candidam, & sine dolore plerunq; quẽadmodum in smaride piscículo secundo uolumine dictũ iãpridem à nobis est: quibus adijciemus, Pollucẽ inter uerrucas eam numerare: describere q; fabæ Aegyptiæ magnitudine, scabram, & sanguine subrubẽtem. Celsus libro v. his uerbis eam etiam describit: At thymos nominatur, quod super corpus quasi uerrucula eminet, ad cutem tenuis, supra latior, subdura & in summo peraspera: id q; summũ colorẽ floris thymi repꝛesentat, unde ei nomen est. Ibiq; facile funditur & cruentat: nonnũq; aliquãtum sanguinis fundit: fereq; circa magnitudinẽ fabæ Aegyptiæ est, rarius pedũ partibus. Pessima tamẽ in obscœnis est: maximeq; ibi sanguinem fundit. Diffiniuit Galenus thymum in diffinitionibus suis quẽadmodum tunc diximus: Paulus Aegineta thymum, formicam, & uerrucam quam acrocordona dicunt, remedijs ualide exulcerantibus conuelli ait: erodẽtibus autem inducta loco mortis similitudine, arescere.

Thymos ulcus.

περὶ θύμβρας. κεφ. υμ'.

Θύμβρα, ἣν αὐτὴ γνώριμος, γινομένη ἐν λεπτογείοις. ἐστὶ τραχέσι τόποις. ὁμοία θύμῳ, ἐλάσσω μέν πως ἐστὶ καὶ ἀπαλωτέρα, φέρουσα ἄνθους μεσόμ. ἔγχλωρον. φύλλα δὲ αὐτὰ τῷ θύμῳ ὁμοίως λαμβανομένη. κὴ πρὸς πλὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιμ εὐδετῶ. γίνεται δὲ κὴ σπάρτῃ θύμβρα. κὶ πάντα φύλ ἀγίας ἐλάσσω, εὐχροώτερα δὲ πρὸς βρῶσιμ διὰ τὸ μὴ πεπλῆσθαι πλῶ ὑγρότητα.

De Thymbra, quam Romani thymbram, cunilam, & satureiam dicunt. Cap. XL.

THymbran ⌊ Romani thymbram, cunilã & satureiã uocãt. ⌋ Nota omnibus pariter satureia est. Nascitur tenui & aspero solo, thymo similis: uerũtamẽ minor & mollior. Spicã fert flore plenã: colore uiridi. Potest satureia thymo eadẽ similiter sumpta. Gratũ in sanitate etiã habet usum. Nascit & satiua satureia, agrestri ĩ cũctis min⁹ efficax, ĩ cibo tñ utilior: ppter ea q; nõ adeo efficaci acrimonia & asperitate est.

INTERPRES.

HAbemus antiquissimũ & probatissimæ fidei scriptoris huius codicẽ, in quo plures thymbræ à principio appellationes aliæ legũtur, clinopodion, probation, ageratũ, origanus agrestis: & post barbaras nullius q; intellectus pleraq; alias, à Romanis cunilã rusticam appellari thymbram. Id uerẽ: Latinorq; decretis additũ, facile cõfirmauit q̃d cõstitutũ iampridẽ à nobis fuerat, in cunilarq; genere thymbrã esse. Siquidẽ Columella x. sui operis uolumine de apiũ pastionibus agens, inquit: Eadem q; regio sit fruticis exigui fœcunda, & maxime thymi, aut origani, aut thymbræ, uel nostratis cunilæ, quã satureiã rustici uocant. Plinius itidẽ xix. uolumine capite viii. inter cunilas thymbrã his uerbis numerauit: Thymbram uero quæ sit cunila: hæc apud nos habet uocabulũ & aliud, satureia dicta in cõdimentario genere. Est q; q̃d Columella ait fic intelligẽdum, ut ultima illa disiunctio uel nostratis cunilę &c. nõ herbas frutices q; duos, sed unius duas appellationes alternet: indicet q; autor ille non thymbrã, & pꝛeter eam nostratẽ cunilã, sed hac aut illa appellatione unã tantũ significari: & quã antiquus Dioscorides hic noster à Romanis cunilã rusticã uocari dicit, Columella nostratẽ peregrinitatis ratione in alio genere dixerit: transmarina enim cunila etiã quõdam numerabat. Sic q; bifariam à duobus scriptoribus idem dictũ. A Columella nostrâs, ut eo prono mine à transmarina distingueretur: à Dioscoride rustica, & à satiua separarẽt, inutili & minoris efficaciæ. Fusturciũ: Et satureia thymi referens thymbræq; saporẽ: quæ quoniã multo minore acrimonia q̃ rustica illa esset, ideoq; medicinæ inutilis, mutato nomine à Grẽcorq; thymbra & Latinorum cunila, satureia dicta est: eadẽ quidẽ, sed diuersis locis nascẽs, & ex eo diuersę bonitatis, nõ ijsdẽ ubiq; appellationibus indicata. Quod Plinius aperte ostendit dicens: Thymbrã uero quæ sit cunila: apud nos habet uocabulũ & aliud, satureia dicta in condimẽtario genere. Nihil certius ex his est, q̃ unã & eandẽ thymbram cunilã dici, habereq; in Romana gente id uocabulũ: mox aliud satureiã scilicet, in cõdimentario genere: quod nihil aliud est, q̃ satiuã satureiã dici. Cunila itaq; thymbra sit Columellæ nostrâs, ut à peregrina & transmarina discernat: Dioscoridi uero rustica, ut à satiua separet. Plinio cunila incultis & asperis locis: satureia in hortis nascens & satiua. Hoc nos de thymbra, cunila, & satureia sentimus: quod autoritatibus uerẽq; indicijs alijs multis cõfirmari poterat: sed breuitati cõsulentes, cætera omia relinq̃mus, pꝛsertim uno satureiæ nomine totũ hoc genus ubicũq; nascat, indicãtibus, ętate nostra herbarijs omnibus, quibus nullũ cunilę alicuius nomẽ est. Vtinãq; agrestẽ origanũ, thymbram, & thymũ nõ simul miscerẽt. Nouerũt nũc rura omnia asperis & incultis locis, mõtibusq; plerunq; nascentẽ satureiã, ijsdẽ omnibus notis ab imperitis etiã cognoscẽdam. Omnẽ hãc cognoscendarq; ex antiquis appellationibus plantarq; difficultatẽ nõ tam similitudo, eædemq; multarq; uires & notæ, q̃ insecernendis diuersa appellatione similibus herbarioq; negligentia fecerunt: eoq; res perducta est, ut tres toto genere diuersas plantas una appellatione monstrari aliquando audierimus.

De

Περὶ ἕρπύλλου. κεφ. υνά.

ΕΡπυλλος. Οἱ δὲ, ζυγὶς ἀγρία. οἱ δὲ, πόλιον. ἀιγύπτιοι μῆδυόσμους. ῥωμαῖοι σερπύλλυμ. οἱ δὲ, κορηλαικούμ. ὁ μὲν τίς ὅστι κνπθυτὸς. σαμψυχίζων τῇ ὀσμῇ. ἡ δὲ σεφαιωμαϊκός. ὠνόμασαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἕρπω τε Ο, ἃ ἀμ αὐτῶ μέρος διήκῃ τῆς ῥιζοβολεῖν. ἔχει δὲ φύλλα Ο κλωνία ὀριγάνω ἐμφερῆ. πλείω λεπτότερα. ἀπὸ δὲ ἀιμασιῶν καθιέμενος, εὐαξέστερος γίνεται. Ο δέ τίς ὅστι μᾶζιος. ὃς Ο ζυγὶς καλεῖται. οὐχ ἕρπων, ἀλλ' ὀρθὸς κλωνία ἀνιεῖς λεπτὰ φρυγανώδη. φύλλῳ πλείονα ὁμοίων πηγάνῳ. ὑπόσεια δέ ὅστι Ο ἐπιμηκέστερα. Ο σκληρότερα. ἄνθη εὐωμιλώδη λειμέα, ὀσμὴ ἡδεῖα. ῥίζα ἄχρηστος. φύεται δὲ πέτραις ἀνδρεστέρος καὶ θρυμαϊκώτερος τοῦ κνπθυτοῦ ὑπάρχων. καὶ πρὸς τὰ ἰατρικὰ χρῆσιμ ἐπιτηδειότερος. ἐμμένα δὲ ἄγει καὶ οὖρα κινεῖ πινόμενος. ὠφελεῖ σφόρους. ἐκμαγεῖα. αἱματα. ἕπαρες φλεγμονάς. Ο πρὸς ἑρπετὰ πινόμενός τε καὶ καταπλασσόμενος. κεφαλῆς πόνους ἀναλύει πεπαμυθεῖται ἐφιδεῖς ῥοδίνου μυρρίνης αὐτῷ, σὺν ὄξει καὶ καταβραχείᾳ. μάλιστα δὲ ἐπὶ λιθάργου Ο φρενιτίδας ἀκμάζει. παύει δὲ καὶ ἔμετον αἵματος. ⊲ δ'. πλῆθος μετ' ὄξους πιθεὶς ὁ χυλὸς αὐτοῦ.

De Vtroq; Serpyllo. Cap. XLI.

HErpyllon. Sunt qui agreſtem zygida, qui polium appellẽt. Aegyptij meruopnos. Romani ſerpyllum ſiue cicer erraticũ dicũt. Duplex ſerpyllum eſt, hortenſe alterum, odore amaraci, & coronaria herba. A' ſerpẽdo nomen inuenit: & q̃ q̃cunq; pars eiꝰ quacũq; terrã cõtigerit, radicat. Folia rumulosq; origano ſimiles habet, cãdidiores tãtũ. Ex ſepibus prodiens, auctius & ſpecioſius fit. Eſt & ſerpyllum quoddam ſyluestre, uocaturq; zygis, non ſerpit hoc per terram, ſed rectum ramulos erigit graciles, & cremiorum modo lignoſos folijs rutę ſimilibus plenos, anguſtioribus tamẽ, oblongioribus & durioribus. Flores habet hoc in guſtu aſperos: ſuaui odore eſt, & inutilli radice. Naſcitur in petris efficacius, & maiore calefaciendi ui quàm hortenſe, medicinæq; longe aptius: ſiquidem menſes potum trahit, & urinam: facit ad tormina, rupta, cõuulſa, iecoris inflammationes, ſerpentesq; potum & illitum. Capitis dolorem ſedat addito roſaceo decoctũ, mox cum aceto inſperſum: confertq; præcipue ueterno & phrenetidi. Sedat & ſanguinis uomitus pondere drachmarum duarum potus cũ aceto ſuccus eius.

INTERPRES.

TAm ſuaui quem ex ſe mittit odoris halitu delectat omnes ſerpyllũ, tãq; uno hoc bono ubiq; ſeſe commendat & amabile facit, ut in delicijs uitę hoies id ſibi ſemper fecerint & adhuc faciãt, coronis in cõuiuioꝝ lætitia, & ſi lignoſum ſit, adijcientes: ruſticis pulmentarijs, licet multo calore ferueat, in ore miſcẽtes: quod ruſtica illa Theſtylis fecit, feſſis meſſoribus æſtu, Allia ſerpyllũq; herbas cũ fregit olẽtes, & ex uno huius plantæ nomine infantibus ſuis nutrices & amoribus iuuenes blandiẽtes. Quo uno argumẽto facile intelligat aliquis, ad æternitatẽ ornãdam q̃ nominis & fortunę ſuæ memoriã nihil humanitate, comitate, gratia & delectatione aptius homini & fœlicius fore. Serpyllũ nouerũt quę urbes & agros incolũt gẽtes omnes, pauci tamen ſyluestre à ſatiuo diſcernere didicerũt: tam paratũ ubiq; ſatiuũ eſt, humana operà à ſyluestri & horridiore illius aſpectu ad mitiorẽ & ſpecioſiorẽ habitũ translatũ: quo uno habitu & ramulos infirmitate à ſyluestri differt. Fit em̃ in ſatiuo ſerpyllo, quod in urbanis & elegãtioris uitę hominibus, ut pererigentibus ramis ſtare nequeat: ſed hortoꝝ delicijs & nimia humoris copia uireat quidẽ ſpecioſius, infirmius tamẽ per terrã ſerpat. Qua fortuna in urbibus omnia fere ſunt: quæ cõparata agro, ſanitatis, uiriũ, patientiæ, alioꝝq; uitæ laboꝝ & muneꝝ minus habere ubicũq; deprehẽdunt. Neq; herpyllũ à Græcis & ex coſerpyllũ à Latinis dictũ eſt q̃ per terrã ſimpliciter ſerpit, quæ ſatiui noſtra ætate fortuna eſt: ſed q̃ ut Theophraſtus ait lib. vi. de plãtaꝝ hiſtoria, propriũ quoddã eſt ramulorum ſerpylli incremẽtum: priuatim enim poſſunt in quantã uoluerit aliquis longitudẽ trahi, adiecto illis pedamẽto aliquo: aut ſi prope ſepes plãtẽ, aut ex altiore loco aliquo deorſum demittatur: ſic enim in lõgũ protrahunt, & ab hac plãtę in ramulis eius natura, q̃ in longũ ſerpit, ſerpyllũ Latini & Græci olus hoc nominauerunt. Syluestris cõtrà illius quod zygida hic ait uocari, nulla eſt nominis eius inuẽta nobis ratio: niſi forte à trutina quã Græci zygon uocãt, rectitudineq; eius ad rectitudinẽ ramulorũ in ſyluestri ſerpyllo trãslata ea uox ſit. Aut q̃ ramulis his natiuo ſtore ad uinciendũ & uitiliũ uſum aptis in re ruſtica forte uterẽ antiquitas, zygis hoc ſerpyllũ dictũ fuerit, & q̃ eo iugarẽtur uites, quod ζυγεῖν Græci aliquãdo dicunt in eadẽ ſignificatiõe, in qua ligare & uincire proſim Latini utunt. Syluestris ſerpylli huius, quod tacuit hic ſcriptor, duo genera numerauit Theophraſtus, alterũ thymbræã, quod thymbræ parẽ acrimoniã habet: alterũ quod odoratius & mollius ſit. Hic aũt nullã forte in medicina eorũ diuerſitatẽ ſentiens, unius generis ſyluestre ſerpyllũ dixit: & ex præcipuo diſcrimine à ſatiuo diſcerni monuit. Multa alia Theophraſtus etiã de ſerpyllo dixit, qualia ſunt, lõgiſſime & ſpecioſiſſime frondere ſatiuũ, ſi in puteum deſcendere dimittãt podio eius impoſitum: nec aliud quodpiã genus eius eſt: plantariq; ſerpyllum autumno plerunq; plantari etiam uere: amare domos & hortos: gaudere q̃ aquis & ſtercoratione, præſertim q̃ ex iumentoꝝ fimo: & melioreſcere, ſæpius translatũ. Deſcribit ſit ijſdẽ omnibus notis ſerpyllũ Nicander in Theriacis ſuis, dicens: ἡ ἕρπύλλοιο νομαίου, ὅσσε φιλόζωος νοτερὴν ἐπιβόσκεται αἶαν: ἀγρίοιο δὲ φύλλοισι κατύρηις, νομαῖον appellãs, quòd cõtinue in anteriorem partem progreditur, eorum modo quæ aut

aut in armentis & gregibus, aut in corporibus noſtris paſcendo progrediuntur & ſerpunt: quibus pariter ea uox competit φιλόφρον φ uitã amet: ideoq; ipſum ſeipſum noua continue ſobole & propagatione radicet. Eodemq; pertinet ἐριζοβόλοις φύλλοισιν, id eſt radices agentibus foliis: quod hic ait, qua parte terrã cõtigerit, ſero proſecuti ſumus. Cur aũt cicer erraticũ à Latinis dictũ ſerpyllũ fuerit, ſimilitudo folioꝝ eſt: uideturq; ſylueſtri magis q̃ ſatiuo ea appellatio cõpetere: ſiquidẽ ſtat, & ramulos ſuos ciceris modo ſylueſtre erigit, q̃d in ſatiuo non fit. Quod deinde hic ait, ἀπὸ δὲ ἀιμασιῶν καθιέμενον εὐαυξίστερον γίνεται: quã docuit Theophraſtus raro

Latinos Lucretiũ Maronemq́, & Columellã, eandẽ ſampſucho amaracũ omnes intelligent. Nihilq́ certius Plinij decretis in hac re eſt, primũ libro xxi. cap. ix. quo loco autore Diocle ait, q̃d Aegyptus & Syria ſampſuchũ uocat, Siculos amaracũ appellare. Mox eodẽ uolumine iterꝝ, ſed capite xxii. ſampſuchũ ſiue amaracum in Cypro laudatiſſimũ & odoratiſſimũ. Nec multo poſt: Fit ex eo oleũ quod ſampſuchinũ aut amaracinum uocatur. Maro, quod pueri omnes nouerũt, ſuper alta Cythera per Venerẽ auiã Aſcaniũ tranſtulit: ubi mollis amaracus illũ &c. Lucretius itidẽ, Aut amaracini blandũ ſtactæq́ liquorẽ. Columella etiã in carmine ſuo Romanoꝝ hortos excolens ait: Gratáq́ iam ueniant hilari ſampſucha canopo: peregrina uoce Romanam amaracũ appellans: & ne longiores ſimus, hic ipſe etiã hoc capite in Sicilia amaracũ uocari ſampſuchũ dicit: nec eſſe inter ſampſuchum & amaracum niſi appellationis diſcrimen. Graues contra Græcoꝝ medici illi quos pauloante nominauimus, autores ad hanc rem ſunt: nec noſtrũ eſt, ut in Bucolicis legitur, tãtas cõponere lites. Non tacebimus tamen, uideri nobis aliã hiſtoriæ q̃ medicinæ rationẽ in multis eſſe: fieriq́ poſſe, ut quod idẽ & congener ſit, non tam quia diuerſis locis aliter atq́ aliter nominetur, q̃ q́ diuerſis locis natum diuerſas uires habet, diuerſum in medicina & hiſtoria cẽſeatur: duplexq́ ſampſuchũ ſcilicet & amaracum fecerint Græcoꝝ medici, quod unũ idẽq́ genere eſt: quoniã nõ idẽ uiribus & natura diuerſis locis proueniens eſſet: diuerſisq́ gentiũ appellationibus ad conſtituendas diuerſas eoꝝ uires uſi fuerint: non duas in natura plantas, ſed in una diuerſas nominibus illis uires intelligentes: duplexq́ ſampſuchinũ & amaracinũ unguentũ hac ratione à Dioſcoride in primo traditũ fuiſſe: nunc autẽ in plantæ ſeorſum ab unguentis hiſtoria & medicina, ſolũ ſampſuchũ tradidiſſe: & de amaraco id ſolũ teſtatũ fuiſſe, à Cyzicenis & Siculis amaracum ſampſuchũ dici: q̃d & in amaracino unguento etiã dixerat, in Cyzico probatiſſimũ fieri: quoniã in ea gente, quod alibi ſampſuchũ uocabat, amaracus nominareť. Quod & Plinius fecit lib. xiii. cap. i. ſeorſum de amaracino, & ſampſuchino & ipſe agens. Eſſeq́ idẽ Dioſcoridi ſampſuchũ & amaracũ illud in hoc capite præſertim indicat, quod hic ait: Probatiſſimũ in Cyzico & Cypro. De ſampſucho agebat, & nihilominus in Cyzico, in qua amaracinũ probatiſſimũ unguentũ fiebat, naſci teſtatur: manifeſto argumento, eandem ſampſucho amaracũ, & amaraco ſampſuchũ eſſe: quodq́ Plinius tot locis ait, nihil aliud indicat, q̃ in Aegypto & Syria ſampſuchũ: in Aſia deinde, tota Græcia, Sicilia, & ut in uicino fit in Italia amaracũ uocari. Nec ſi quis ueterꝝ Græcoꝝ Latinoꝝq́ hiſtoriã & medicinã diligẽter eruſcabit, aliter iudicio noſtro de his colligere ratiocinariq́ poterit, præſertim nullã ex profeſſo amaracũ docente Dioſcoride: q̃d relinquendũ in quotidiani uſus planta tamq́ ob odoris ſuauitatẽ amabili diligentiſſimo homini non fuerat. Cui à principio adĉtæ in ſampſucho tã multæ appellatiões, nullã habẽt nobis rationẽ aut cauſam: nec nos ab eo cõmentarijs ſuis additas credimus, ſed per tẽpora illi accreuiſſe: quodq́ hic propoſuerit ſampſuchũ tantũ fuiſſe, tũ in bonitatis cenſu Cyzicenũ & Cypriũ cæteris omnibus ante poſuiſſe: mox ab eo Aegyptiũ laudaſſe, & à Cyzicenis & Siculis amaracũ uocari. Hæc eñ in uetuſtiſſimo quẽ habemus Latino Dioſcoride tũ leguné. Quo fit ut miremur in hoc etiã Barbaꝝ, q à Cyzicenis & Siculis non amaracũ ſed amaranthũ uocari ſampſuchũ dixerit, præſertim docẽte id tã multis locis Plinio. Dicendũ de ſugillatis iterꝝ hoc capite certius & alia ratiõe à nobis eſt, ut quomõ in Græcis æquales ſono, ſignificatiõe aũt diuerſæ uoces duæ ὑπώπιον & ὑπήπνον differãt, intelligañ: & unde in duaꝝ tm literaꝝ diuerſitate tã lõgo interuallo inter ſe differãt. Alterꝝ ex his malũ, prius illud ſcilicet ὑπήπνον, in oculo & in cornea eius mẽbrana fit: & q́ in ea parte coit & ſubeſt πύον, i. pus, ideo ὑπήπνον à Græcis dictũ. Alterꝝ deinde ὑπώπιον, nõ in oculo ſed circa oculos fit: & quoniã ſub ipſo oculo, quẽ Græci ὤπα uocãt, liueſcit: ideo hoc nomẽ in ea gẽte inuenit. Prius illud in Iſagoge ſua Galenus fieri dixit, q̃ties pus totã oculi irim aut eius alterã partẽ occupauerit. Et poſt Galenũ Paulus Aegineta lib. iii. cuiꝰ uerba hæc ſunt: Coit aliq̃n pus & hypopios fit, cornea oculi tunicula: nũc altius, aliq̃n in ſumma ſuperficie, unguj humano ſimili pure illo: quæ cauſa eſt, ut unguis oculi hoc etiã malũ nominet. Idẽ etiã in Chirurgicis ex Galeno aliã educẽdi puris huius rationẽ lõgius docuit. Teſtãturq́ ambo, coëunte in parte illa oculi pure id malũ fieri, & ὑπήπνον appellari. Secundũ illud q̃d per magnũ ω Græcoꝝ ſcribiť, nec niſi ſub oculo ſignificat, liuores illos tm indicat, q in cauis oculoꝝ ex cõtuſione fiũt, & quos Pollux in ſecũdo Onomaſtici ſui eſſe dixit, τὰ ὑπὸ τῇ ὤπα πληγῇ ἴχνη· q̃d eſt: quæ ſub oculis uidenť percuſſionũ ueſtigia: cũ liuet pars illa cutẽ ſubeũte ſed nõ erũpente ſanguine: Ea Latini ſugillata una appellatiõe dixerũt, quacunq́ corporis parte fiant: & his non aliꝫs illis meminerim ſerpyllũ Dioſcorides ait. In quibus oportet diligentiores Græca legentes eſſe: ſæpe enim uocis ſimilitudo fallit. Monemusq́ nos noſtra hæc legentes, quoniã ſæpenumero in Græcis alterꝝ pro altero ſcribit, ex uiribus remediꝝ quod docebitur, & ex uſu eius, circa'ne oculos ex cõtuſione alia' ue eorum iniuria relictis liuoribus, an intra oculos & contra pus quod in eis coierit, uti eo oporteat.

Sugillata.
ὑπώπιον.
ὑπήπνον.

Περὶ Μελιλώτου.

Κεφ. υυγ΄.

De Meliloto quæ à Romanis Sertula Campana dicitur. Cap. XLIII.

ΜΕλίλωτος κράτιστος ὁ ἀπικὸς καὶ ὁ ἐν Κυζίκῳ. Εἶδος ἐστὶ καὶ λότου γλυκύμυρσος. κεφαλίζουσι καὶ εὐώδης. φύεται δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ περὶ νάλαν. μαλίζουσι. καὶ ἄπονος καὶ πλὴν εὐωδίαν. Δύναμιν δὲ ἔχει συπτικήν. μαλακτικὴν πάσης φλεγμονῆς. μάλιστα δὲ τῆς περὶ ὀφθαλμοὺς καὶ μήτραν καὶ δακτύλιον καὶ διδύμους μετὰ γλυκέος ἐφθείς

MEliloton. L. Sunt q̃ zoodetẽ, qui orthanon uocẽt. Romani meliloton: & ſertulam Cãpanã appellãt. ⌋ Probatiſſima Attica & quæ in Cyzico & Chalcedõe naſcit, croci colore & odorata. Naſcit in Cãpania circa Nolã eius regiõis urbẽ colore luteo & odore infirmo. Habet Cãpana ſertula adſtringẽdi uires: mollit inflãmationes oẽs, præcipueq́ oculoꝝ: mu liebriũ locorum, ſedis & teſtium in paſſo decocta &

καὶ καταπλασθείς. ἔνιοι δὲ καὶ ὧδε λεκύθου ὀπῆς πᾶσαμυγείσης, ἢ τηλίνου ἀλεύρου, ἢ λινοσπέρμου, ἢ γύψεως, ἢ κωδίᾳ, ἢ σέσεως. θᾶσσον δὲ καὶ μελικηρίδας προσφάττουσι καθ' ἑαυτὰς ἐν ὕλαις. καὶ ἀχῶρας σὺν γῇ Χίᾳ καὶ οἴνῳ ἢ κνικίνου ἕφθους καὶ ὠμοὺς σὺν ἕλκει τῷ προδεδομένων. καὶ ἀταλρίας παύεται σὺν γλυκεῖ ὠμὸς χυλισθεὶς καὶ ἕλκη χόμενος. καὶ κεφαλαλγίαν πρανὲς ἐμβρεχόμενος μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου.

& emplastri modo impositæ: & additis aliquando oui uitello, fœnogræci farina, aut lini semine, aut tritici polline, aut papaueris uasculis, aut intybo. Sanat & meliceridas per se recentes ex aqua: & manãtia capitis ulcera cum creta Chia uinoq; aut galla inuncta. Lenit & stomachi dolores in uino elixa cruda uel cum aliquo ex prædictis. Finit dolores auriũ crudæ Cãpanæ sertulæ expressus succus, & cũ passo auribus instillatus. Quinetiã capitis dolores leuat cũ aceto aut rosaceo insperſus.

INTERPRES.

CAmpanã sertulã Plinius & Celsus Romani sermonis candidi autores melilotũ appellant. Cato nulla diminutione usus, sertã Campanicã dixit, ab usu & natali solo tota appellatione hac illi facta. Nosq; his autoribus Græco nomini Latinã uocẽ in titulo capitis addidimus. Nec ratiocinantes facile quo referenda uox illa κροκίδων esset, quæ croci aliquid habentẽ significat, ad colorẽ cõtraximus: qui tamẽ nullibi q̃ in flore uideri potest. Virescunt enim folia: fecimusq; id autore Plinio: qui de ea lib. XXI. cap. IX. agens, ait: Odor eius croco uicinus est & flos. Neq; eñ ad odorẽ referri & contrahi uox illa in hoc scriptore poterat: sequebatur enim statim εὐώδης, quod odoratũ significat: nisi forte κροκίδων καὶ εὐώδης eodẽ pertinent: dixeritq; his bis quod ad odorem pertinebat, quod tamen parũ uerisimile est. Quod erat etiam ἐν κρατῆρι quæ uox Carthaginem significat, ad Chalcedonem detorsimus, quoniam in Græcis aliquot & Latinis oñibus sic legit: nisi forte neutrum eorum legendum eo loco sit, sed in Chalcide: si quidẽ Plinius ibidem ait: Est enim in Campania Italiæ laudatissima, Græcis in Sunio: mox Chalcidica & Cretica. Et hæc pro sertula Campana notissima nunc etiam omnibus planta, satis hactenus dicta sint.

Περὶ Μάρου. κεφ. υνδ'.

Ἀφ. Ἡυσόβρι). Λοὶ δὲ ὀριγανίδα καλοῦσιν. Λ πόα εὐώδιμος. φύλλῳ γαμώδης. ὁμοία τῷ ἄνθει ὀριγάνῳ. τὰ μὲν οὖν φύλλα τούτου λευκότερα πρὸς τῷ τὸ ἄνθος εὐωδέστερον. ἔχει δὲ καὶ ὠφελίμην ὁμοίαν σὺν συμβρίῳ, ὑπερύφλ τὴν θρυαῖνον ἡρέμα. τὰ δὲ φύλλα τῷ συγχρισμάτι μίσγουσι. γυναῖκες καὶ μαγνησίαν καὶ πράσιδες πλεῖστον.

De Maro. Cap. XLIIII.

MAron Sũt q origanida Jaut sisymbriõ appellẽt. Romani pariter Græcis maron dicũt. Nota oĩbus herba est, fruticosa, origani flore. Multo tñ cãdidiora folia ei⁹ & odoratiores flores. Sisymbrio pares habet uires: leniter enim adstringit, nec adeo calefacit. Sistit ob eã causam quæ pascendo serpunt: & unguẽtis quæ calefaciẽdo sint, miscet. Plurimum in Magnesia et Lydiæ Trallibus nascit maron.

INTERPRES.

SEmel tantũ mari (modo illud huic idẽ sit) Plinius meminit, XII. uolumine, cap. XXV. tanta q̃ breuitate, ut quale id sibi fuerit, non facile intelligatur: Nihil enim ultra tradidit, q̃ nasci in Aegypto maron peius q̃ Lydium, maioribus foliis ac uariis: illa breuia, minuta, ac odorata. Nihil etiã de maro in censu medicæ materiæ Paulus Aeginera docuit. Et q nobis sunt Græcus & Latinus uetustissimi Dioscoridis codices, nullũ hoc loco neq; alibi maron ostendunt. Ex eo nihil in peregrina planta & ad Meandrũ in Lydia nascente, præter pauciora illa ex Plinio accepta dici à nobis potuerunt. Non tacebimus tamen, uideri nobis in eius historia non satis inter se conuenire scriptorẽ hunc nostrũ & Plinium: Hic herbam omnibus notã, furculosam, flore origani, ideoq; origanida quasi minorẽ origanũ dictã: candidioribus origano foliis, & multo odoratiore flore describit. Inter nostrates præterea, & si ad Magnesiã & Trallis nasci dicat, nostriq; orbis odoratas alias numerat herbas, melilotũ, acinon & baccharẽ. Ex quo credendũ, similẽ & natura congenerem illis esse. Plinius contrà suũ maron inter peregrinos odoratos frutices numerat, ligustrũ & aspalathũ: & ab historia aspalathi statim in Aegypto nasci maron dicit: non absurda penitus suspicione, si quis dubitet non esse Plinij & Dioscoridis idẽ maron. Nobis ob eas quas diximus causas inclinat animus, diuersa esse. Accediteq; opinioni nostræ, q̃ Plinius in Aegypto nasci maron tradit: licet q̃ peius Lydio, in quo poterit Magnesiũ hoc & Trallianũ forte intelligi, quoniã ad Meandrũ in Lydia utraq; ciuitas illa fuit. Hic tamen Aegypti non meminit: quod relinquẽdum in censu bonitatis non erat, sed simpliciter ad Magnesiã & Trallis nasci dixit. Plinius præterea folia Lydij mari: hic flores odoratos esse dixit. Sed quod ratiocinari in tota hac re & animaduertere aliquem oporteat, historia utriusq; scriptoris est: quorum alter inter herbas maron numerat, & origano comparat: alter fruticibus coniungit, nec aliter q̃ de frutice omnia tradit.

Περὶ Ακίνου. κεφ. υνέ.

Ακινος. Ἄκανος. Λοὶ δ', ἄγριον βασιλικόν. ξωμαῖοι ὠκιμάσγουμ. Λ πόα ἐσὶ λεπτόκλαδος. στέφανωμα τέγα δὲ καὶ εὐώδης. πρὸς δὲ φίοις δὲ καὶ κνπευέτη.

De Acino herba. Cap. XLV.

ACinon Sunt qui sylueſtre basilicũ, Romani ocimastrũ dicunt. Coronaria et tenuibus ramulis fruticosa herba est, ocimo similis, hirsutioribus foliis et admodum odorata. Seritur à quibusdam in hortis-

ἵστησι ἡ κοιλίαν ἡ ἔμμηνα πινομένη. φύεται θλά τε ἡ ἐρυσιπέλατα καταπλασσομένη ἰᾶται. Pota menſes et aluum ſiſtit. Panos præterea ſanat et ſacros ignes.

INTERPRES.

QVod hactenus legerim, nulla Theophraſto in plantis ſuis acinos eſt. Plinius pluribus locis acini meminit: ſed ut modo acinon, modo mutatis aliquibus literis, acinoën librarij magis ſcripſerint q̃ ipſe: nihil q̃ certius his, quæ ab hoc ſcriptore accepta lib. XXI. capite XXVII. his uerbis tradidit. Acinon & coronarum cauſa, & cibor̃, Aegyptij ſerunt: eademq; erat quæ ocimum, niſi hirſutior ramis & foliis eſſet, & admodum odorata. Quod ſolum non eſt illi cum hoc ſcriptore idem, menſes & urinæ ſunt: quos hic ſiſtere, Plinius ciere acinum teſtatur. Dioſcoridi tamen ſubſcribit Paulus Aegineta in VI. mediocres adſtringendi uires habere acinon dicens, ideoq; potã menſes & aluum ſiſtere. Nunq̃ florere acinon idẽ Plinius eodem uolumine, ſed cap. XV. ait: qua floris priuatione & nota, non male forſitan ſuſpicetur aliquis, quã Theophraſtus VIII. de plantar̃ hiſtoriã uolumine epimetron uocat, hiſq; uerbis tradit: ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθῆ, καθάπερ πήγανον, quod eſt: quædam etiam omnino non florent, ut epimetron: acino huic eandem eſſe: & quã Plinius eodem loco epipetron dicit, ut in alterutro unius literæ tãtum uitium ſit. Plinij uerba ſunt: Et æquinoctio naſcens aphace: acinos, quam epipetron uocant, quæ nunq̃ floret. Seri in hortis acinon à quibuſdã hic ait, Aegyptios intelligens, qui ad coronas & cibos ea paſſim uterentur. Ocimo notiſſimo cunctis oleri ſimilis acinos eſt: ob eamq; ſimilitudinem à poſterioribus addita huic ſcriptori uox illa eſt, à quibuſdã ſylueſtre baſilicum dici acinon: quoniam quod Græcis & Latinis ocimum fuit, nobis ex multo tempore baſilicum in quotidiano ſermonis uſu eſt: non multi tamen facienda uox ea eſt.

περὶ βακχάρεως. κεφ. υνς'.

Βακχαρὶς βοτάνη ὅτι εὐώδης καὶ στεφανωματική. ἧς τὰ φύλλα τραχέα. μέγεθος ἔχοντα μεταξὺ ἴου καὶ φλόμου. καυλὸς δὲ γωνιώδης. πήχεως ὑψηλός. ὑπότραχυς ἔχων περιφυάδας. ἄνθη δὲ ἐμπέφυκα. ὑπόλευκα. εὐώδη. ῥίζαι δὲ ὅμοιαι ταῖς τοῦ μέλανος ἐλλεβόρου. ἐοικυῖαι τῇ κινναμώμῳ. φιλεῖ δὲ τραχέα χωρία καὶ ἔνικμα. ταύτης ἡ ῥίζα ἐφικθεῖσα οὖλα, βοηθεῖ πρὸς ἀσμασι. ῥήγμασι. πλώμασι. δυσπνοίαις. βηχὶ χρονίᾳ. δυσουρίᾳ. ἄγχῃ ὃ καὶ ἔμμιλυκα. καὶ διηρθρίτικις χρησίμως σὺν οἴνῳ δίδοται. προσεθεῖσα δὲ μία τῶν ἀπαλῶν ῥιζῶν, ἕλκη ἐμβρυα. ταῖς τελεχοῖς εἰσεγκάδισμα δὲ ἀφέχημα αὐτῆς ἀσμός. καὶ εἰς διαπάσματα χρησιμεύει. ἱκανῶς ἔχει σατιὼν εὐωδίαν. τὰ δὲ φύλλα συπτικὰ ὄντα, καταπλασσόμενα, ὠφελεῖ κεφαλαλγίας. ὀφθαλμίαν φλεγμονήν. καὶ αἰγίλωπας ἀρχόμενον. καὶ μασοὺς ἐκτὸς φλεγματύνοντας. καὶ ἐρυσιπέλατα. ἔστι δὲ καὶ ὑπνοτριὸς ἡ ὀσμή.

De Bacchare. Cap. XLVI.

BAccharẽ. L. Romani pariter Græcis baccharẽ dicũt.] Fruticoſa & coronaria herba baccharis eſt. Aſpera folia eius ſunt, magnitudine inter uiolã & uerbaſcũ. Angulоſus illi caulis eſt, cubitali altitudine, aliquatenus aſper, adnata multa habens: Flores habet in purpura albicãtes & odoratos. Radices nigro ueratro ſimiles, cinnamomi odorati proximas. Aſpera nec humida amat loca. Medet decocta in aqua baccharis radix cõuulſis, ruptis, ex alto p̃cipitatis, anguſtijs ſpiritus, diutinę tuſſi, & urinæ anguſtijs. Ducit eadẽ mẽſes, & utiliter cũ uino bibit contra uenenator̃ morſus. Subdita fœminis ex uiridib⁹ radicibus eius una, fœtus ex utero trahit: puerperiſq; decoctũ eius inſidẽtibus accõmodatũ eſt. Vtiliter etiã ficca & in puluerẽ trita, corpori inſpergit odore iocũdo. Folia q̃ adſtringẽdi uim habẽt, contra dolores capitis emplaſtri mõ imponunt. Oculor̃ itidẽ inflãmationes, incipientes ęgilopas, mãmas à partu tumentes, & ſacros ignes: præter hęc omnia ſomnum baccharis odore conciliat.

INTERPRES.

DIximus I. uolumine cum de aſaro ageremus, multa quæ ad Baccharem pertinerẽt: illud q̃ præcipue tunc legentes monuimus, non illic ſed hoc loco priuatim de ea nobis agendum fore: quod reddere modo nos decet: etſi non adeo multum ſit quod in notiſſima omnibus plãta repeti ex antiquis poſſit aut debeat. Satis eã deſcripſit Plinius lib. XXI. cap. VI. Satis & rura omnia uolentibus eã oſtendunt. Nosq; utriuſq; Plinij ſcilicet & ruris auxilio, quod erat in ſcriptore hoc, amare baccharem aſpera loca & ἔνικμα, id eſt uliginoſa & humentia, in contrariũ habitũ detorſimus: diximusq;, rati antiquã fuiſſe lectionẽ ἄνικμα, nec humida: propterea q̃ Plinius ait gracili nec humido ſolo prouenit: & in quibus ea naſcitur locis, aquis & humore omni plerunq; carẽt. Quod non multo poſt deinde à Dioſcoride traditur. προσοθεῖσα δὲ μία τῶν ἀπαλῶν ῥιζῶν, ἕλκη ἔμβρυα: quodq; ab aliis redditũ eſt, ex teneris radicibus &c. à nobis uiridibus, certiore ut creditur ſenſu, dictum eſt: etſi neſcio quid indignũ ſcriptore hoc præ ſe ferre id uideatur. Somnificũ baccharis odorem hic ait eſſe, quod à Plinio pariter dictũ eſt: odor ſomnum gignit. Eius poteſtatis cauſa à nobis ex Plutarcho in aſaro reddita eſt. Diximus etiam in ſuperioribus, quæ nam in odoramentorum genere diapaſmata Græcis eſſent: cuncta illa ſcilicet, quæ ut in agallocho teſtati ſumus, ex ſiccis odoribus conſtabãt: quorum uſus erat, ut trita corpori uel ad uoluptatem, uel ad ſanitatem inſpergerentur. Quo uerbo cum in ſicca & trita materia utemur, ſemper diapaſmata hæc & medendi rationem hanc intelligemus.

περὶ πηγάνου. κεφ. υνζ'.

De Ruta. Cap. XLVII.

Peganon

Πήγανον ὀξύ. οἱ δὲ ἄγριον, οἱ δὲ πήγανον ὀξύνον. οἱ δὲ, ἡμερον. Ῥωμαῖοι ῥοῦτα μοντάνα. πήγανον κηπευτὸν. Ῥωμαῖοι ῥοῦτα ὀρτένσις. αἰγύπτιοι ἔπνου βοῦ. σύροι ἁρμαλᾶ. οἱ δὲ, βησασά. ἄφροι χουζμᾶ. Τοῦ ἡμέρου ἡ κηπευτὸς δριμύτερον, ἡ ἄθετον πρὸς ἕξιν. τὸ δὲ κηπευτὸς ἐδωδιμώτερον τὰ πρὸς ταῖς συκαῖς φυόμενον. Ἀμφότερα δὲ καυστικά. θερμαντικά, ἑλκωτικά, οὐρητικά, ἐμμήνων ἀγωγά, ἐδωδίμενά τε, καὶ πινόμενα, κοιλίαν ἰσῶσι. καὶ πρὸς φθειρικῶν φθοράκων ἐστὶν ἀντίδοτος. ὅσον ὀξυβάφου τοῦ ὠμοῦ ἑματος πρόεντος ἐν οἴνῳ. Ⓒ προεφωδεύσα δὲ τὰ φύλλα καθ' ἑαυτὰ, Ⓒ μετὰ κρίνων βασιλικῶν Ⓒ σύκων ξυρῶν. ἄπεπτα καθίσησι τὰ φαγόσιμα. ἡ πρὸς ἑρπετὰ ἀρμόζει ὁμοίως λαμβανόμενα. τονήν τε σθένους παρέχει ἐδωδίμενον, Ⓒ πινόμενον. ἐφθὰ δὲ σὺν ἀνήθῳ ἐξοπῷ Ⓒ πρόεν, σῴζει παύλ. πρὸς δὲ ἡ πρὸς πλευρῶν πόνον ἡ φύσκας. δύσπνοιαν. βήχας. πρὸς πνευμονίαν. ἀλγήματα ἰχίων. ἄρτα. Ⓒ πρὸς ἐμπνευματώσεις δὲ κώλου Ⓒ ὑστέρας, καὶ ἀποπνιγμοὺς, σὺν ἐλαίῳ ἑφθὰ Ⓒ ἐνεθέν. πίνεται τὸ ὑδρικὰς λεῖον μετὰ μέλιτος. Ⓒ τὸ αἰδοίου ἄχρι δακτυλίου πεσσὸν πρὸ ἐμέτου. ἀναζεσθὲν δὲ σὺν ἐλαίῳ καὶ πρόεν, ἐλμινθας ἐκβυάσεται. καταπλάσεται ἡ πρὸς ἄρθρων ἀλγήματα σὺν μέλιτι. σὺν δὲ σύκῳ πρὸς ὑδρωπας ὑπερασκίους. καὶ πινόμενον δὲ βοηθεῖ πύοις. ἡ καὶ ἐφθὲν ἐν οἴνῳ ἄχρις ἡμισους ἡ πρισμηχόμενον. ἔστι δὲ ἡ ὀξυωπὲς ἐδωδίμενον ὠμὸν καὶ τριχύτομον. ἡ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς πρώας δυσὶ. σὺν ῥοδίνῳ ἡ ἡδυκεφαλαίτου βοηθεῖ. Ⓒ ἀιμορραγίας τὰς ἐκ ῥινῶν μυκτήρων λεῖον πεσσὸν ἴσησι. τὰς δὲ ῥινῶν δι' ὀδμῶν φλεγμονὰς σὺν δ' ἄφυκος φύλλοις καταπλασθὲν ὠφελεῖ. καὶ τὰ ἐξανθήματα σὺν μυρσίνῃ καὶ κυδωνίῳ. σὺν οἴνῳ δὲ καὶ πεπέρει καὶ νίτρῳ πρισμώμενον, λύκιον ἀλφὸν ἰᾶται. ἡ καταπλασθὲν δὲ μετὰ ῥινῶν αὐτῶν, θύμους καὶ μυρμηκίας αἴρει. ὠφελεῖ καὶ λιχῆνας σὺν μέλιτι καὶ συκρίσει πεσσθέμενον. ὁ δὲ χυλὸς πρὸς ὠταλγίας ἐν σιδίῳ θερμαινόμενος καὶ ἐγχεόμενος. καὶ ἀμβλυωπίας βοηθεῖ μετὰ μαράθου χυλοῦ καὶ μέλιτος ἐγχριόμενος. ἐρυσιπέλατά τε καὶ ἕρπητας ἡ ἀχώρας σὺν ὄξει καὶ φιμιδίῳ καὶ ῥοδίνῳ καταχριόμενος ἰᾶται.

PEganon. Sũt qui rhyten. Aegyptij Epnu bu. Syri armala aut besasa. Aphri curma. Romani rutã dicunt. Duũm generũ ruta est, sylueſtris & montana altera: satiua & hortensis altera. Maiore acrimonia sylueſtris & montana, q̃ satiua & hortẽsis est: ideoq; in cibis damnata. Quæ fico arbori adnata ruta in ea uiuet, aptior & melior edẽdo est. Feruẽtis naturę utraq; calefaciunt ambæ, exulcerãt, urinã menſesq; ciẽt. Aluum fiſtunt ſiue in cibo ſiue in potu dentur. Letalibus uenenis aduerſatur & pro antidoto est satiua ruta, poto acetabuli pondere cũ uino eius semine. Quinetiam per se præſumpta eius folia, nec minus additis iuglãdibus nucibus & caricis, ineficacia uenena reddunt. Proſunt & cõtra ſerpẽtes ſimiliter ſumpta. Genitură in cibo potuq; extinguit ruta: finit eadem tormina cũ ſiccato anetho elixa potaq;. Facit ad pectoris & lateris dolores, anguſtias ſpiritus, tuſſim, pulmonarios, coxendicis articulorumq; dolores, & circularium febriũ cum tremore algores, ut præmõſtrauimus, pota. Facit ad maioris inteſtini quod colon Græci dicũt, muliebriũ locorũ, longanonisq; inflatiões in oleo decocta, mox clyſtere infuſo decocto illo. Trita eadẽ & cum melle coacta, tum à naturalibus ad ſe dem toto eo ſpatio fœminis impoſita, ſtrãgulatu uuluæ concidentes excitat. Ventris lumbricos omnes pellit decocta in oleo ruta, mox epoto decocto illo. Cõtra articulorum dolores melle coacta emplaſtri modo imponitur. Imponitur & cũ fico contra reſoluẽtes ſe in aquæ naturam toto corpore ſolidas partes, quod malũ Græci hydropẽ anaſarca uocant. Vtilis ad eadẽ præterea in uino ad dimidias decocta: in quẽ uſum decocto illo ualidius abluuntur: aut id bibunt. Confert oculorum claritati ruta in cibo, ſale ſeruata pariter & cruda: grauesq; oculorũ dolores emplaſtri modo impoſita cum polẽta mitigat. Capitis doloribus cum roſaceo & aceto ſubuenit. Sanguinis ex naribus eruptiones trita illisq; indita cõpeſcit. Teſtium inflãmatiõibus additis lauri foliis, emplaſtri modo impoſita medetur. Papularũ eruptionibus, cum cera myrteo oleo ſubacta. Sanat uitiligines albas cum uino, pipere, nitroq; confricata. Eadem cum ĩſdẽ emplaſtri modo impoſita, ulcera quæ thymos uocant, & formicas tollit. Impetigines ſanat ex melle addito alumine, impoſita. Facit ad aurium dolores ſuccus in malicorio calefactus, tũ auribus inſtillatus. Inunguntur eo additis fœniculi ſucco & melle hebetes oculi. Sanat idem ſacros ignes, ulcera quos herpetas uocant, & capitis manantia ulcera, additis aceto, ceruſſa & roſaceo, inunctus.

τάς πεπηρωσορδωρ καὶ κρομμύων δριμύτητας, παύει ἰωμασκηδέρ. τὸ δὲ ὀξύνον πολὺ βρωθὲν κτείνει. ὑπὸ ἢ τλὼ ἄνθησιμείς τὰς ἁλμεύσεις συλλεγόμενον, φοινίσσει. Cl φυσᾷ τὸ μετὰ σῶν κνησμῶν καὶ φλεγμονῆ σφοδρᾶ. Δεῖ δὲ προαλείφαμένους τὸ πρόσωπον καὶ τὰς χεῖρας, οὕτω συλλέγειν. φασὶ δὲ τὸ χυλὸν ἰᾶσθαι ἕλκη ὀγνιδίοις, ἀπωθύκειν τοὺς αὐλούρους. Σὺ δὲ ἐν μακεδονίᾳ φυόμενον παρὰ τὸν ὄλκιμον ποταμὸν ἀναιρεῖν φασι βρωθέν. ὀξύνει ἢ ὁ τόπος ὑπάρχει καὶ ἐχίδνῶν πλήθεις. τὸ ἢ σπέρμα αὐτοῦ πινόμενον, πρὸς τὰ ἰοδῆ πρίε. καὶ ἀνιδρύσεις μίγνυται χρησίμως. καὶ φρίξας δὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ, δύσι πίνειν ἐπὶ ἡμέρας ζ'. Ὠφελεῖ ἐνυδρεῖα καὶ παύσεται. ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ λέγεται μῶλυ ὀρεινόν. Σὺ οἷς ἄγριον πήγανον ὁμοιοῖ ὡφελεῖ ἡμέρᾳ. πινόμενον ἢ ὠφελεῖ ἰωλιπτικοῖς καὶ ἰχιαδικοῖς. κινεῖ δὲ, καὶ καταμήνια. τὰ δὲ ἔμβρυα φθείρει. δριμύτερον δέ ὅτι τοῦ ἡμέρου. καὶ τῆς ἐνεργείας δωματώτερον. οὐ δεῖ δὲ τοῦ ἀγρίου ἐσθίειν. δύσι ἰωλιβλαβὴς ἐστι.

Emendat ruta grauẽ ceparum alliorumq; halitũ & acrimonias, commanducata. Letalis contrà est montanæ & syluestris rutæ copiosus in cibo haustus. Eadem si cum florere incœperit ad salgama legatur, cum rubore manus exulcerat: corpusq; cum prurigine & inflammatione uehementiore inflat: eã ob causam oportet præunctis oleo facie & manibus eam carpere. Ferunt præterea insperſum gallinaceis syluestris rutæ succũ, feles ab eis arcere. Quæ in Macedonia ad Olcymũ fluuiũ nascitur syluestris ruta, mortẽ in cibo facere statim fertur. Veruntamẽ montanus locus est, & uiperis abundat. Bibitur semen eius ad interaneorum uitia, & antidotis utiliter miscetur. *

Datur & contra urinæ incontinentiam bibendũ, frixum agrestis rutæ semen: finieturq; post septimum diem malum. Vocatur agrestis rutæ radix montanũ moly. Similis satiuæ agrestis ruta est: bibiturq; utiliter comitialibus & in dolore coxendicis. Menses eadem cit, & fœtus in utero necat. Asperior quàm satiua & efficacior syluestris ruta est. Vitanda ideò in cibis: nocet enim.

INTERPRES.

GRadum nobis ad rutã ficus faciet: & quod uix credat aliquis, noua insitionis adoptione maioris arboris trunco adnasci, & adnata melioreſcere docebitur, fruticosa & in hortis plerunq; nascens herba Rutæ, & quod scia nostra ætate nullũ spectaculũ, & in rutis disciplina præceptũ: ideoq; repetendum præsertim docentibus testantibusq; id melioribus tam Græcis q̃ Latinis scriptoribus. Laudauit antiquitas & egregio quodã honore inter æstatis & autumni poma ficũ extulit, nullibi liberariorẽ naturã, q̃ in hoc pomo ostendens: quæ tam multa eius genera homini dederit, tam uario colore, tam multiplici sapore, & omni dulci: tam longo tẽpore urbanã & rusticã familiã pascentẽ: qui recẽs comedat: siccus in hyemẽ perennet, & id quidẽ multifariã: calcatus in massam, integer, diuisusq; in sole siccatus: clibanis tostꝰ: ficulneis foliis inuolutus: orcis & fidelijs seruatus: & quæ multa in uillici cura & opere à rusticæ rei scriptoribus agenda in hoc pomo numerantur. Eo in caritate annonæ gentes pro fruge usæ aliquando sunt. In obsidione tamem tolerabiliorem fecit ficus. Hoc unũ pomũ Athenis sycophantas ostendit: nec licuit sine pœna quondã tam gratum necessariumq; nobis, ad alienos transferre. Inuenit & alias arbor hæc etiã laudes, quas nos in extremo primo uolumine ex melioribus & antiquioribus Græcis de ea agẽtes, retulimus. Sed non minor illi debuerat esse ex eo, quod hic ait aptiorẽ meliorẽq; edendo fieri rutã, quæ fico arbori adnata in cortice eius uiuat: quod post Theophrastũ Latini scriptores aliqui tradiderũt: non tamen ex scriptoris illius sententia totam aperuisse rem hic noster uidebatur, quod nos agemus, Theophrasti uerba ipsa, & qualia in eo sunt, omnia repetentes. Ea sic se habent v. de plantarũ causis uolumine: ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τι ἕτερον ἐστὶν ἑτέρῳ καθάπερ πήγανον ἐν συκῇ. δοκεῖ δὲ καλλιεργεῖν γίνεσθαι. φυτεύεται δὲ πρὸς τὴν φλοιόν, πρὸς πηγνύμενον, καὶ τῇ γῇ κατακρύπτεται. ἐμβαίνῃ δὲ τὸν ὀπὸν ἅμα τῇ ῥιζοῦσθαι ῥᾳδιότητα βούλεσθαί τινα ἔχειν ἴδιον ὥσπερ καὶ τὴν τίφρην παλιούριον, εἴ τ' οὖν πρὸς τὸ μὴ σκωληκοῦσθαι τὰς ῥίζας εἴ τι πρὸς τὸ μὴ ἅλμη. ἔχει γάρ τινα ὁμοίαν θρυμότητα. Quod totũ sic uertat aliquis: Similiter & si quid in altero seritur, quẽadmodũ ruta in fico. Optima enim & probatissima sic prouenire creditur. Plantatur ea cortici inserta: mox terra obruitur. Fitq; ut accedens rutæ nutrimento ficulneũ lac calore suo illi opẽ ferat: quemadmodũ & cinis insperſus: siue id fiat, ne radicibus uermes noceant: siue ut cineris salsugo nutrimentũ adiuuet. Habet enim similẽ aliquã caliditatem. Ex his autoreq; hoc constituisse oportet, non πρὸς ταῖς συκαῖς, id est prope ficos ut hic ait, sed ut ille ἐν τῇ συκῇ, quod est fico insertam, meliorem nasci & molliorem prouenire rutam. Discrepant in hoc magni nominis autores Theophrastus & Dioscorides, habentq; ambo quos sibi eadem dicentes ueluti ad ambiguam rem testes uocent: Dioscorides Plinijũ lib. XIX. cap. VII. de rutæ natura hac his uerbis dicentem: Amicitia est ei cum fico, & intantũ, ut nusq̃ lætior proueniat q̃ sub hac arbore: Palladiũ itidẽ in Martio mense, seri rutã eo tempore iubentẽ: statimq; adijcientẽ, sub fici arboris umbra libẽtius eam acquiescere. Theophrastus Plutarchũ lib. v. sui Symposii cap. IX. qui cum longius de fico arbore egisset, de ruta arboris eius beneficio melioreſcente sic ait: ὃ λέγουσι τὸ πηγάνου τὸ φυόμενον ὑπ' αὐτῇ καὶ πρὸς φυόμενον ἥδιον εἶναι καὶ ἧττον χυμῶδες καὶ τρυφερὸν & c. quorum is sensus sit: Quod uero de ruta dicunt, quæ sub ea nascitur & illi adnascitur, suauior & succo melior est: duplici participio utens ut nos credimus, ut utranq; sententiam confirmaret. Omnes ut uidere licet, quod aut idẽ, aut non adeo diuersum sit, aperte dixerunt. Nullus tamen excepto Plutarcho eodẽ loco, causam reddidit, etsi quæsiisse magis q̃ reddidisse uideri possit. Dubitat enim, an dulcedinem ex fico aliquam contraxerit ruta: an extinctum in ea fuerit, quod usq; ad satietatem graue habet: an potius contra-

ria ratione ficus nutrimẽtum ad se trahens, acrimoniam eius simul absumpserit. Quæ sanè parꝝ certa sunt: nec nós ad eam naturæ maiestatem hoc agẽtes accessimus, ut quod alij dicere dissimulauerunt aut neglexerunt, docere audeamus. Illud tantũ testabimur, esse oleris huius cum ea arbore pro humana salute egregiam ueluti conspirationem, qua contra uenena coniunctæ sociatæq; simul arbor & hortensis herba, efficacissimam uim habent. Fuitq; pro incolumitate nostra naturæ maternũ hoc studium, ut eodem loco contra uenena nobis paratũ semper antidotũ esset. Caricis q; duabus intrita uiginti rutæ folia, additis iuglãdibus nucibus & sale, ne quid timendũ homini à ueneficis esset, effecerũt. Potuit & illud naturę studiũ fuisse, ut cõmunicato inuicem contrario habitu, quantũ suauioris succi ex fico rutæ adijceretur, tantum rutæ acrimonia minueretur, quod in fico usq; ad satietatẽ suauioris succi abundat. Multa quondã fuerunt quę in ruris & hortoꝝ disciplina alijs inserta aut condita seri iubẽtur: quæ à Theophrasto & Plinio diuersis locis numerata sunt. Erant enim quæ iuncis, quæ scillis, quæ alijs in rebus ueluti insitione quadã inserta & clausa fœlicius nascerentur. Inter ea ut diximus & ruta à Theophrasto numeratur. Græci πήγανον dicunt, si uerũ sit quod à Plutarcho libro tertio sui Symposii refertur, à uerbo πήγνυσθαι quod concernere & quasi in glaciẽ solidare est, facto nomine. Sunt q; eius hæc uerba: φασὶ δὲ καὶ τὸ πήγανον ἀπὸ τῆς δυνάμεως ὀνομάσθαι. πήγνυσι γὰρ ἐμποτῶν διὰ θερμότητα τὸ ἀπύρημα, καὶ ὅλως τραλίμιον ἐστι ταῖς κυούσαις: quæ sic uertat aliquis: Ferunt præterea peganon, id est, rutam à potestate & uiribus suis sic appellatam fuisse. Cõcernit enim & siccitate indurat ob calidatẽ suam hominis semen: in uniuersum q; gerentibus uterum aduersatur. Ob quas uires tàm multas numero & in uitæ remedijs tam necessarias, integra & incolumis in hoc scriptore ad nos peruenire debuerat. Sed nihil à negligentia & imperitia tutũ, quæ nihil aut male agendo, bonis artibus semper nocuerunt. Cogimur q; modo omnes quæ à principio capiti huic addita, mixtà & inuersa pleraq; fuerũt, difficili coniectura & multorum Græcoꝝ codicum collatione instaurare: Repetitas q; semel bis ue aut ter easdem rutæ appellationes, & generę eius diuisiones non paruo labore suis locis reddere & instaurare: Quæ omnia antiquissimi & probatissimi mihi græci codicis ope in eum quo leguntur in nostra editione ordinem restituta sunt. Meminimus q; id agentes, cum diceret Dioscorides rhytem ab aliquibus uocari rutam, Nicandrũ poëtam & Peloponnesi incolas indicari. Siquidẽ Iolaus antiquissimus Græcorum scriptor, & cuius nomen nunc tantũ auditur, ut testati alij sunt, in Peloponnesiacis suis retulit: quã tota Græcia peganon uocabat, Peloponnesum rhytem appellare. Nicander certè in Theriacis suis in trifolio, quod menyanthes græci uocant agens, χαίμανιφὲς λαχανῷδες ῥυτῇ μὲν εἴκελον ὅλμῳ habere dicebat, id est, comam quidẽ loto, odorem uero rutæ similem. Ex ijs manifestum est, rutam ab aliquibus Græcis ῥύτην dictam fuisse. Nec dubitandũ alicui à Peloponnesiorum rhyte Latinos rutam suam fecisse. Frequens enim græcæ y literæ in Latinam u mutatio est, quoties seruatis cæteris transferendum à græcis ad Latinos aliquid est. Monuit idem nos græcus codex, & suspicari coëgit, quod ultimũ in hoc capite & ab eo loco, quem nos relicto inani spatio signauimus, legitur, huic scripto ri inutiliter accreuisse, nec legitimã Dioscoridis prolẽ esse: nulla eñ in eo pars illa est: nec Serapion & quem nos antiquissimũ Latinum Dioscoridẽ habemus, aliquid huiusce modi ostendunt: omnes enim totum illic caput claudunt. Ex eo credimus nos, nihili faciendũ id esse: & q; adulterinũ est, ex hoc scriptore eñciẽdum: Nobis tamen ne contra cõmunem lectionem & aliorꝝ omnium editiones audacius nouare omnia uideremur, satis fuit uitiosum fignare locũ: & in eo legentes monere, quẽadmodum & in his quæ mox dicemus, contra præterue scriptoris huius decreta & sensus ab alijs in hoc capite tradita agentes. Quoꝝ id primum erit, deceptos similitudine & uicinitate nominis antiquiores quosdam, non sub fico sed propè cucumeres satam rutam fœlicius nasci dixisse: quod contra antiquoꝝ omnium historiã est, ut ex Theophrasto, Plinio, Hutarcho Palladioq; nos pauloante ostendimus. Fecit duoꝝ nominum συκῆς & σίκυος multa uicinitas & similitudo: quoꝝ alterum arborem ficum, alterum cucumeres inter hortensia notissimos significat. Quod deinde à Dioscoride dicitur, ἄπρακτα καθίστησι τὰ θανάσιμα: quod est: inefficacia facit letalia omnia: letalia intelligens, quæ ueneni rationem habẽt. Barbarus contra medicamenta omnia uertit, nullo discrimine eoꝝ medicamẽtorum adiecto. Idem quod erat nõ multo post ὕδρωπας ὑπερσαρκίους, Celsum secutus, tumores hydropicorum inæquales, reddidit: cum tamen eius hydropis genus, ut nos credimus, aliter ob eo indicari & certius debuerit. Non sunt hæc eadem nobis: & quoniã possunt legentes remorari, ideò à nobis docentur, qui ex antiquis græcoꝝ medicis ea accipientes, qualia illi tradiderunt, talia à nobis quo certius & breuius possunt, traduntur: quod in hydrope hoc factum est, quod malũ Galenus in diffinitionibus suis esse dixit, cum totum pariter tumet corpus, & aquoso humore diluitur. Rursus q; in Isagage sua, cũ de omni hydrope age ret, de hoc his uerbis tradidit: ὁ δὲ ὑπερσαρκίδιος καὶ πᾶν ἐστι σῶμα ἀνάλυσις τοῦ κατὰ μικρὸν ἐκ τῶν σωμάτων εἰς ὑδατώδη φύσιν: quod sic uertat aliquis: Hyposarcidius autem hydrops, solidaq; partium in aquę naturam toto corpore resolutio est. Nec Paulus Aegineta aliter rem docuit, cuius ad hanc rem uerba sunt: πάσης τῆς σαρκὸς τὸ σῶμα ὅλον ἐξυδατοῦται ὑγρῷ ὑδατώδει τὸν τρόπον τοῦτον: ὥστε λευκὸν καὶ φλεγματῶδες τὸ σῶμα φαίνεσθαι, νεκρῷ παραπλήσιον. Quæ aliquis Latine doceat: fieri in hunc hydropem tota corporis aquescente carne: usq; eò, ut corpus candido & pituitæ colore uideatur cadaueri simile. Ex his nulla tumoꝝ inæqualitas in hoc hydrope colligitur: etsi Celsus tertio suæ medicinæ libro, capite XXI. in hoc hydrope corpus inæquale esse tumoribus aliter aliterq; per totum id orientibus: q̃d quale in eo fit, uidebunt medici. Idem leucophlegmatiã, à colore scilicet uocari etiam ait, idem quod Pausanias indicans: Eamq; ob causam nos seruata græca uoce, quo licuit breuius, tota eius mali descriptione usi sumus. Diximus sæpe hactenus & adhuc dicemus, longanonis uitio alicui mederi hoc aut illud: intestinum id intelligentes, quod græci à rectitudine ἀπευθυσμένον, Latini rectum dicunt: quod q; Pollux in secundo Onomastici sui dixit, crassiori intestino quod græci κῶλον dicunt subesse, excipere q; illud & in sedem & anum desinere.

Hydrops anasarca.

θανάσιμα.

Longanon. ἀπευθυσμένον

περὶ πηγάνου ἀγρίου. κεφ. υνιί. De syluestri Ruta. Cap. XLVIII.

ΠΛεganon agrion. Sunt qui hypericum, qui androſemum, qui corion, qui chamę pityn, id eſt, humilem ſiue terreſtrem pinum appellent, Aphri curma: Romani inguinalem uocant. Hæc quòd reſinæ pineæ odorem ſemen eius habet chamæpitys, id eſt, terreſtris & humilis pinus dicta eſt. Folia habet rutæ æqualia. Surculoſus frutex & exiguus eſt, colore rubeſcente: luteo flore: qui digitis tritus, ſanguineum humorem ex ſe remittit: eam'que ob cauſam androſæmos dicta eſt. Ramulos habet hirſutos: folliculos in rotundo oblongos, in quibus hordei figura ſemen eſt, colore nigro, odore reſinæ. Naſcitur cultis & aſperis locis. Apoſita menſes & urinam cit: & cum uino pota, quartanas finit. Medentur ambuſtis folia cum ſemine illita. Sanat agreſtis ruta itidem coxendicis dolores quadraginta diebus pota.

Vocant & aliqui agreſtem rutam quod in Cappadocia & Aſię Galatia moly appellaſ. Eſt'que frutex, plures ab una radice uirgas proferens, multo longioribus & tenerioribus foliis quàm reliqua. Omnis ruta graui odore: Florem candidũ: & in ſummo capitula paulo maiora quàm ſatiuæ rutæ, tribus maiori ex parte partibus conſtituta: in quibus triquetrum ſemen eſt, ſubruffum, præcipuæ in guſtu amaritudinis: cuius tantum uſus eſt. Matureſcit autumno ſemen: contra hebetes oculos utile: in quem uſum cum melle tritum, additis uino, gallinaceorum felle, croco, & fœniculi ſucco, inungitur. Vocant quidam agreſtem hanc rutam armala: Syri beſaſa. Cappadoces uero moly, quoniam illi ſimilis aliquatenus ſit: radice nigra, & cãdido flore. Naſcitur in tumulis & fœcundis agris.

INTERPRES.

Obliti ſuperiore capite ſumus legentes monere, non eſſe ſatiuæ rutæ ſed ſylueſtris appellationes armala & beſaſa: & ex ſyluestri ad ſatiuam importune ab imperitis trãslatas fuiſſe, barbaræ eñ ſunt, & in cunctis Græcorũ Latinorumq; codicibus & medicinæ ſcriptoribus & his quidẽ uetuſtiſſimis, in ſyluestri tantũ hactenus ſeruatæ. In quibus non habet ſyueſtris ruta hæc etiam idem quod in impreſſo Dioſcoride & alijs qui circũferuntur principiũ: nec tam multa in illis leguntur, ſed quęcunq; ab eo loco quẽ nos relicto ſpatio ſignauimus, uſq; ad illud: Vocant quidã agreſtẽ rutam, &c. nulla in uetuſtiſſimis Græcis & Latinis legũtur: Nec ſi qui ea expunxerit iudicio noſtro huic ſcriptori aut rei magnopere nocebit. Inanẽ enim quæ media toto hoc ſpatio legenda ſe offerunt ueluti ſaburram habent: nec ſcriptore hoc digna aliqua ſunt. Quale illud eſt, ὡς ἀνουρούντι λὸς κυὴ παίζεται. Nunq; enim hic euẽtum remedij à ſe inſtituti iactare his uerbis conſueuit. Quædã præterea repetita inutiliter ſunt: in quo genere eſt: οὐ λέγ ὰ τὴν ἀτρίαν ἐλάτην, λιόπ ἐστὶ ἐλαΐνη ἐστίν: ſiquidem non multo ante dixerat, εἶναι ἄτριον πήγανον ἄθικτον πρὸς ἔρωσιν. Tam multæ illæ etiam numeratæ à principio appellationes hypericon, androſæmon, corion, chamæpytis, & eaꝝ uocũ enarrationes abundare nobis uidẽtur: ex quo non procul à totius capitis fine hic armala tantũ & beſaſa à Syris uocari dixit: quod non erat illi agendum, ſed adijciendæ adnumerandæq; illis & hæ etiã fuerant. Obſeruauimus præterea, ſiquis eiectis omnibus his, quæ ultima ante relictũ inane illud à nobis ſpatiũ leguntur, quæ huiuſcemodi ſunt: Potum uero ſemen eius interaneorũ uitijs prodeſt: & antidotis utiliter miſcetur: illis cõiunxerit: Vocant & agreſtem rutam aliqui, quod in Cappadocia & Aſię Galatia moly appellatur: integrã uero & dignã hoc ſcriptore, & in qua primis ultima reſpondeãt, hiſtoriam & deſcriptionem fecerit. Hic enim ueluti is qui cogitarat de omni ruta ſimul agere, à principio ſtatim ſatiuam & hortenſem, tum ſyluestrem & mon-

& montanam proposuit. Cumq; de utriusq; in sanitatis usu aliquid egisset, longius omnem satiuæ, & post eam sylvestris medicinā prosecutus est. Eaq; absoluta priuatim de Macedonica ad Olcymum fluuium nascēte etiā egit, letalē homini dicens, q; in mōte uiperis pleno nascat: à quibus cōtracta ueneni ui, noxiū habeat usum: sentiēsq; nondū totā sylvestris rutæ historiā se absoluisse, quoniā aliquibus locis alia haberetur & aliter uocaretur, adiecit: Vocant & agrestē rutam aliqui, quod in Cappadocia & Asiæ Galatia moly appellatur, &c. Hæc nos in tanta ueterum codicū uarietate & multa multis locis utriusq; alicuius suspicione cogitauimus. Eratq; animus unum de omni ruta caput in hoc scriptore facere, quale & nos ob eas quas dixi-mus causas à principio fuisse etiam opinamur. Sed maioris inuidiæ quàm subire hominē tam multa in re-ceptis iampridem nouantem deceat, metus ab eo consilio nos reuocauit: & qualia in impresso Dioscoride autem semper, fide, quodcunq; nobis pro hoc scriptore in mentem uenerit, alijs ostendere: nec legētibus in-uidere qualiacunq; ea fuerint, si non uera, quæ saltem opinamur antiquæ lectionis uestigia.

περὶ μώλεως. κεφ. υνθ'.

Μωλυ. Οἱ δὲ, λευκοΐον ἄγριον καλοῦσι. Τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἀγχούσῃ ὅμοια. πλατύτερα δὲ ἐπὶ γῆν ὄντα. ἄνθη λευκοΐοις ὅμοια. γαλακτόχροα. κάυλον δὲ πρὸς τὰ πόδια. καυλὸν δὲ λευκὸν. πήχεως πεντάχωρον. ἐπ' ἄκρου δὲ ἔπεσι μῶς σκορδοειδές. ἡ ῥίζα δὲ μικρὰ βολβοειδής. αὕτη σφόδρα ἀγαθὴ πρὸς ὑστέρας ἀνασομώσεις. πεῤῥιμμένη μετὰ ἰρίνου μύρου ἢ προσδεμένη ἐν πανῷ.

De Moly. Cap. XLIX.

MOly, Sūt qui sylvestrē leucoion. i. uiolam uocēt. Romani pariter Græcis moly appellāt. Graminis folia moly habet, latiora tantū: per terrā sparsa. Flores uiolæ similes, colore lacteo: minores tñ et ad purpureæ uiolæ magnitudinē accedentes. Caulē cādidū, lōgitudine quatuor cubitorū: in cuius summo alij simile qddā ē. Radix illi parua bulbosa q;, aperiēdis muliebrib⁹ locis utilissima: in quē usum terit, additoq; irino unguēto in pessulo subijcit.

INTERPRES.

QVod in Græcis & Latinis poëtis passim auditur & celebratur moly, Homericū illud est, quo contra Circes uenefica Vlyxem Mercurius armauit: & in quo describēdo poëta ille plures decima Odysseæ Rhapsodia cecinit uersus: ὡς ἄρα φωνήσας πέρι φάρμακον ἀργεϊφόντης ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν ἀνέδειξεν, ῥίζῃ μὲν μίλυ ἔσκε, γάλακτι δὲ εἶκελον ἄνθος, μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν, ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. Quod q; Naso in trāsformationibus suis dixit: Pacifer huic florem dederat Cyllenius albū: Moly uocant super nigra radice retentum: Et quod in Priapeis carminibus auditur. Hinc legitur radix de qua floslacteus exit, Quā cur moly uocant, mētula moly fuit: omnia nullā habent nisi ex Homerico illo figmē to causam & rationē: quā tamē graues Græcorū & Latinorū scriptores, honorē hunc principi omniū poëta rū, ut nos credimus, habētes tāti fecerunt, ut Theophrastus lib. ix. de plantarū historia moly describēs, Homero præterq; in radice subscripserit, testatus in Phæneo & Cyllene Arcadiæ nasci quale Homerus cecinit, radice rotūda ceposa q;: folio scillæ: Vsumq; eius cōtra ueneficia & excātationes esse: nō tamē difficulter, ut Homerus dixerat, ex terra effodi: Et post Theophrastū Plinius lib. xxv. cap. iiii. omnia à Theophrasto dicta Romanos docens, hæc amplius tradiderit, nigro colore radicē eius esse: nec candido flore, sed luteo ab aliquibus Græcis describi: Nasciq; in Italia, & ab herbarū peritis medicis sua ætate allatū sibi ex Campania inter difficultates saxeas natū, radicis triginta pedū, quæ nec tota effosa esset, sed abrupta. Ex his tam multis tantæq; autoritatis ad hanc rem testibus, ratiocinari colligereq; necesse est, proprium habere genus inter herbas moly: nomineq; hoc non sylvestrem rutā, sed sui generis herbā cōmuniter indicari: in Galatia tamen & Asia priuatim sylvestrē rutam eo appellari. Quod manifeste in sexto Paulus Aegineta indicat de eo his uerbis agens: Moly quod agrestem rutam aliqui, &c. Et præter Paulum in Græcis & Latinis omnes fere alij in agresti ruta hoc nomine utentes, non aliam ob causam q; q; in Cappadociæ & Asiæ Galatia sylvestris ruta, ut hic paulo ante testatus est, eo indicabatur. Neq; ætate hac nostra moly aliud q; sylvestrem rutam significat, eam scilicet quā Plinius in Galatia nascentē in antidotis præcipue laudauit, Galatiam appellās. Dioscorides tamē aliud à ruta moly esse intelligēs, cum de agresti ruta testatus esset, moly à quibusdā uocari: de eo quod priuatim moly ab Homero & Theophrasto dicitur, egit, ex proprijs notis eū legētibus ostendēs. Vidimus nos undiq; scriptoris huius historiæ præterq; in flore respondētem plantā: quē luteo non candido, & ut hic ait, lacteo colore ostēdebat: ex quo nō penitus uanū opinati sumus, quod à Plinio dicit, tradidisse quosdā luteo flore moly esse: Veruntamen contra Homerū & Theophrastum temere quispiā aliquid dixerit: neq; ego id ausim, cum similitudo naturæ in huiuscemodi late pateat: & ea multiplici uarietate solita sit suos diuersis locis flores effingere. Non relinquendum illud etiam, quod parum uerisimile est, proferre moly hoc caulem altitudine cubitorum quatuor: suspicamurq; nos in cubitorum numero uitium esse: neq; enim herbæ fruticis' ue, quale moly nunc ostenditur, sed arboris legitima altitudo ea est.

περὶ πάνακος. κεφ. υξ'.

Πανακες ἡρακλειον. ἧς οὗ ὁ ὀποπάναξ συλλέγεται. πλῆσθαι γίνεται ἐν βοιωτίᾳ καὶ ἐν ἀρκαδίᾳ τῆς ἀρκαδίας.

De Panace Herculeo. Cap. L.

PAnaces Heraclion, Romāi Herculeū panaces dicūt. Est panaces ex q; opopanax, id est, panacis liq; r colligitur. Nascitur plurimum in Bœotia & Arcadiæ Psophide: quibus

ὥς π, ⟨ἐπίτηδες κηπεύεσθαι διὰτὴν ἐκ τοῦ ὄρους πρόσοδον. φύλλα δὲ ἔχει βαχέα. χαμαιπετῆ. χλωρὰ σφόδρα πρὸς τὰ τῦ συκῆς. ἐν ᾧ δὴ διφεῖ ἐπεχισμένα πεντάμορφως. καυλὸν ὃ ὡς πῆχυ νάρθηκος ὑψηλότατον. ἔχον λαχνοῦ λευκόν, ⟨φύλλα περὶ αὐτὸν μικρότατα. σκιάδιον δὲ ἐπ' ἄκρου ὡς ἀνήθου μακρόν. ἄνθος ὃ μήλινον. σπέρμα ἐνῶδες ἢ πυρωτικόν. ῥίζας πλείονας ἐκ μιᾶς ἀρχῆς. λευκάς. βδυόσμους. παχὺ ἐχούσας τὸν φλοιόν. ὑπόπικρον τῇ γεύσει. φύεται δὲ ἐν κυρήνῃ τῆ λιβύης ἢ ἐν μακεδονίᾳ. Ὁπίζεται δὲ ἡ ῥίζα, ἐπὶ πεμνομένη ἀρχομένων ὄντων τῶν καυλῶν. ἀνίσχει δὲ λευκὸν ὀπόν. ὃς ἐκχυθεὶς καὶ τὸ ἐπιφάνεια μικρὸν ἐξέχονται δὲ τὸ ῥέον εἰς φύλλα προυπορριθέντες εἰς κεκοιλωμένον ἔδαφος. ἀναξηνθὲν δὲ ἐκχυθὲν τὰ. ὀπίζουσι δὲ καὶ τὸν καυλὸν ἐπιτέμνοντες εἰς τὸν πυραμικτόν ὁμοίως δὲ χόμενοι τὸ ἀποῤῥέον. εἰσὶ δὲ τῶν ῥιζῶν βελτίους αἱ πλαναὶ, ⟨λευκαὶ, ⟨ἐκραὶ, ἄβρωτοί τε ⟨πυρώδεις ἐν τῇ γεύσει, ⟨ἀρωματίζουσαι. κάκεῖνος δὲ ὁ ἐκ μέσου, τοῦ νάρθηκος. ὁ δὲ ἐκ τῶν παραφυάδων ἐστὶν ἀδοφώτερος. τοῦ δὲ ὄρους διαφέρει ὁ πικρότατος τῇ γεύσει. ἔνδοθεν μὲν λευκὸς ⟨ὑπόκιρρος. ὁ ἔξωθεν δὲ κροκίζων. λεῖος. λιπαρός. εὐθυπόρος, εὐθετος, ταχέως δὲ ἐμένος, βδυόσμος. ὁ δὲ μέλας φαῦλος ⟨μαλακός. ὀλοῦται δὲ ἀμμωνιακῷ, ἢ κηρῷ. δοκιμάζεται δὲ ὕδατι διαβρεχόμενος πρὸς δακτύλοις, ὁ δὲ ὅλος ἀνίεται δὲ γαλακτοῦται). Δύναμις δὲ αὐτοῦ ἐστι θερμαντικὴ. μαλακτικὴ. λεπτυντικὴ. ὅθεν ἁρμόζει πρὸς πυριάσεις, καὶ ῥίγη, ὠτάσματα, ῥήγματα, πλευρᾶς ἀλγήματα, βῆχας, στόφους, στραγγουρίας. ψώρας τὰς ἐν κύστει σὺν μελικράτῳ, ἢ οἴνῳ πρόζομενος. ἐμμιγνύμενον δὲ ἄγει. ⟨ἔμβρυα φθείρει. καὶ ἐμπνευματώσεις τὰς ἐν ὑστέρᾳ. ⟨σκληρίας διαφορεῖ σὺν μέλιτι ἀνεθείς. ἔστι δὲ ⟨σύγχισμα ἰσχιάδος, μίγνυται δὲ καὶ πρὸς κεφαλικαῖς διυνάμεσι. πυρέσσοντι δὲ ἢ ἀνθρακας. ἁρμόζει καὶ πρὸς ἀργικοῖς μετὰ σαφίδος ἡμέρου καταπλασσόμενος. παραιτεῖται δὲ καὶ τὰ τῶν ὄντων ἀλγήματα, ἐνιθέμενος τοῖς θερώμασιν. ὀφθαλμῶν τε ἐστὶ δυσερκὲς εὐχρηστον. μιγεὶς δὲ ὠσὶ ἐμπλαστρόν ὅτι πρὸς τοὺς λυασθήκτους ἀρίστη. καὶ ἡ ῥίζα δὲ ξυσθεῖσα καὶ προσεθεῖσα μέλιτα, ἄγει ἔμβρυα. πρός τε ἕλκη πρὸς παλαιά. καὶ τὰ ἐφιλωμένα τῶν ὀστέων σαρκοῖ. λεῖα καταπλασσομένη καὶ σὺν μέλιτι ἐγχριομένη. ὁ δὲ κάκεῖνος αὐτοῦ σὺν ἀφιν θίῳ λαφθεὶς ἄγει ἔμμηνα. σὺν ἀρίστολοχίᾳ δὲ πρὸς τὰ ἰσχιάδα ἁρμόζει. καὶ πρὸς τὰς δυσουρικὰς πίνεται, σὺν οἴνῳ πρόζομενον.

quibus locis ad uectigal & ex eo liquore quæstum in hortis seritur. Folia habet aspera, per terrã sparsa, herbacei coloris ad siculneoꝝ figuram & quãtitatem accedẽtia, quinꝯ per ambitum diuisuris scissa. Caulem ferulæ modo altissimũ, in quo lanugo alba, & folia prædictis illis minora circa eum sunt. Vmbellã in summo fert anethi modo. Florẽ luteum. Odoratũ semẽ & feruidi saporis. Radicem habet ex uno principio numerosas: colore candido: odore graui: cortice crasso, et in gustu cũ amaritudine aliqua. Nascit & in Cyrene Libyę & Macedonia. Colligit̃ꝯ liquor secta radice nuper germinãtibus caulibus. Candidũ ea mittit liquorem: qui deinde ficcat̃, in summa superficie luteo croci colore uidet̃. Excipiũt eũ substratis in excauata terra foliꝭ: ficcatũꝯ tollũt. Colligunt & secto per messem caule, q̃d destillat pariter accipiẽtes. Antecedũt in radicibus bonitate quæ rugis carentes distẽra cute sunt, colore cãdido, arẽtes, quę cariem & teredines nõ senserint: in gustu feruidæ, & aromatũ modo odoratæ. Semẽ ex medio caule utile: quod enim ex adnatis lectũ fuerit, infirmius est. In liq̃re antecedit bonitate qui in gustu amarissimus: intus cãdido subruffo'ue, foris luteo croci colore: qui lẽuorẽ habet, pinguisꝯ et friabilis est, q̃ꝯ celerrime diluit̃, & grauẽ ex se mittit odorẽ. Damnatur contrà niger & mollis. Adulterat̃ ammoniaco aut cera, sed deprehendit̃ in aqua digitis cõfricatus: resoluit̃ em̃ syncerus, & lacteo colore fit. Habet panaces calefaciẽdi uim, mollit, extenuatque: ideo cõtra circulariũ febriũ in accessione cũ tremore algores, accõmodatũ est. Conuulsa iridẽ, rupta, lateris dolores, tussim, tormina, urinæ stillicidiũ, uessicę scabies cũ mulsa aqua uino'ue potũ. Menses idẽ trahit, fœtus enecat, muliebriũ locoꝝ inflatiões duritiesꝯ cũ melle liquefactũ, discutit. Inungũtur eo dolores coxendicis. Miscet̃ acopis, et his quæ ad medicinã capitis dolores̃ꝯ eius conficiunt̃. Carbunculos erũpit. Podagris cum passa duua utiliter emplastri modo imponit̃. Dentiũ dolores cauis eoꝝ inditũ mitigat. Inũgunt̃ eo oculi ad claritatẽ. Pici mixtũ, contra rabidi canis morsus utilissimam facit emplastrũ. Quinetiã acumenata panacis radix fœminarũ locis appositа, fœtus ex utero trahit. Vetustis ulceribus eadem utilis: deficientes in ossibus carnes explet: in quem usum aut cõcisam emplastri modo imponũt, aut cum melle inungunt. Trahit menses panacis semen cum absinthio sumptũ: cũ aristolochia uero contra omnia quę ictu aut morsu uenenum relinquunt, accommodatũ est. Quin etiam strãgulatu uuluæ procidentibus cum uino utiliter bibitur.

INTER-

INTERPRES.

Libenter in Herculeo panace hoc & alijs quæ ſtatim ſequuntur, Aſclepio ſcilicet & Chironio, ut in bonorum uirorũ arbitrijs quotidie fit, tertium aliquẽ dari mihi uelim, qui diuerſa cõtraria q̃ de omni panace ſententibus duobus maximis autoribus, ſcriptore hoc & Theopraſto, alteri accedens non leuẽ dirimeret litem, & certiore aliqua nota ex tam multis unum ſaltẽ panaces nobis oſtenderet. Turpiter eñ, nec ſine graui iactura ignoratur, quod ſolo audito nomine, maloꝝ omnium medicinã & remedia hominũ pollicetur. Liceret ad hãc rem Plinio uti: ſed alienæ potius hiſtoriæ interpres q̃ ſuæ aſſertor ille eſt: miſcẽsq̃ duorum ſæpenumero ſimul ſcriptorũ dicta, difficiliora omnia & minus certa legentibus facit: nunc peregrinam Italiæ plantam, & ungentis utilem, in Syria naſcentẽ: nunc in hortis noſtris conſitam, & in uitæ quotidiano uſu receptã: nunc ex tam multis eius generibus unum tantũ docens, modo multa & plura q̃ hic et Theophraſtus numerans. Quò fit ut in tanti nominis apud ueteres planta, noſtra uero ætate non ſatis nota, difficiliora omnia futura ſint. Nec nos aptius ad hanc rem quam agimus quicq̃ fore exiſtimauimus, q̃ collatis inuicem Theophraſti & Dioſcoridæ dictis, quæ eadem & diuerſa in omni panace illis ſint, breuiter oſtendere. Nec nos ab hoc ſcriptore dicta repetemus: Ex hiſtoria eius enim legentibus parata ſunt. Quę autem alter ille de omni panace retulit, nono de plantarũ hiſtoria uolumine ſic habent: πανάκιον δὲ καλοῦσι πρῶτον μὲν ἐν συρίᾳ, περὶ οὗ μικρῷ πρόσθον εἴρηται. ἄλλο δὲ γένος, ὃ μὲν χειρώνειον καλούμενον, ὃ δὲ ἡρακλήειον, ὃ δὲ ἀσκληπιεῖον. ἔχει δὲ ὃ μὲν χειρώνειον, &c. Quæ quoniã longius ab eodem dicuntur, ne bis idem repetatur, Latine à nobis reddentur: ea huiuſcemodi ſunt: Panaces autem uocãt primum quidẽ quod in Syria naſcitur, de quo non multo ante dictum eſt. Sunt & tria alia, quod Chironium uocãt, quod Herculeũ, & quod Aſclepiũ. Habet q̃ Chironium rumici ſimile folium, ſed maius & hirſutius: florem colore aureo: radicẽ longam: pingui ſolo prouenies. Vtitur eo contra uiperas, phalangia, chalcidicas lacertas & ſerpentes alias, bibendũ in uino dantes, & ex oleo inungentes. Priuatim uero contra uiperæ morſus aceſcenti uino miſcentes & bibendũ dantes. Quinetiã mederi ulceribus in uino & oleo, panis q̃ cum melle dicunt. Aſclepium radicem habet longitudine dodrantali, candidã, craſſam, craſſo cortice & ſalſo. Caulem undiq̃ geniculatũ, thapſiæ ſimilem, craſſiorẽ tamẽ. Laudant q̃ contra ſerpẽtes, tritum q̃ in uino bibi iubent: & ad lienẽ, in mulſa aqua: & ad capitis dolores, ex oleo inungi: & ſiqua corporis alia parte ſine certa cauſa dolor ſit. Bibi præterea contra alui dolores in uino tritũ. Poſſe præter hæc & longas ualetudines finire: & in ulceribus quæ humida ſunt, ſiccum inſpergitur, uino tamen prius abluto loco: quæ uero ſicca, uino humidũ & coactũ imponitur. Heracliũ poſtremo grãde latũ folium habet, & in omnes partes ternis dodrantibus longum. Radicem craſſitudine digitali, bifidam triſſ. dam' ue: guſtu ſubamarã: odore puri thuris: Vtilem comitialibus cum coagulo phocæ quadrantibus potã: utilem & doloribus alui in uino dulci. Prodeſſe ulceribus: humidis quidem ſiccam, ſiccis uero cum melle. Has itaq̃ differentias & has uires panaces habent. Sunt & alia panacis genera & diſcrimina, tenuifolium, & latifolium: Vires tamen eædem. Et hæc Theophraſtus: qui multis alijs locis huius aut illius panacis obiter meminit. Quæ ſi quis cum Dioſcoridæ hiſtoria & medicina contulerit, in pluribus eadem, in aliquot diuerſa inuenietꝫ: poterunt q̃ diligentiores collatis inuicem utriuſq̃ ſcriptoris in utraq̃ parte decretis, quæ conueniant illis & diſconueniãt, certius ratiocinari. Inter quæ in Heraclio panace illud primum erit, quod Dioſcorides radices eius πλείονας ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, id eſt, ab uno principio numeroſas: Theophraſtus bifidas trifidas' ue tãtum dixit: multa q̃ his ſimilia alia, quæ diligẽtioribus cognoſcenda relinquimus. Fuerunt ex Latinis alii qui, qui totum hoc genus uno liguſticæ radicis nomine indicarẽt: quoniam quod priuatim liguſticum Romani dixerunt, de quo mox agetur, congener panaci eſt. Græci inuentoribus honorem habẽtes, ab illis nomina ſingulis generibus fecerunt, Chironium uocantes, quoniam primus in Pelio monte Chiron centaurus id inueniſſe dicitur, teſtis Nicander in Theriacis ſuis eſt: πρώτιν μὲν χειρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἐλεῖσθαι, κενταύρου πρόσθεν ἀπὸ κορυφῆς ἀνελόντος, ἣν ποτε χείρων πυλίῳ ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο λειρῇ: quorum ſit ſenſus: Primam quidã Chironis medicam radicem ſumito, Saturnij centauri nomen habentem, quam Chiron quondam in niuoſo uertice Pelij mõtis inuentam oſtendit. Aſclepion ab Aeſculapio, quod idem Nicander eodem libro Phlegyeium uocauit: ἄρχῃ δὲ καθ' πάνακλος φλεγυήϊον ὃ ῥέξατε πρῶτ' παιήων μίλαν' ποταμοῦ πλὸς χείλος ἄμυδρον, ἀμφὶ βυωνιόεσσαν ὅθι ῥέων ἰφιτληΘ ἔρυθ' ἑὸν κῦτος σὺν ἡρακλῆϊ κακὴν ἐπυρόκτειν ὕδρην: quod eſt: Accipe & panaces phlegyeiũ, quod primus circa labra Meſi'que id non in Phocide Arcadię ait, ut plerunque in cunctis Græcis legit, et ut alij interpretes ueterunt, ſed in Pſophide. Nulla enim Phocis in Arcadia eſt, Boetiæ pars in cunctis geographis nota. At Pſophis Arcadiæ ciuitas antiquiſſima fuit, à Pſophide Lycaonis filio conditore appellata: quo nomine in Acarnania & Achaia ciuitates duæ etiam fuerunt. Sed hic Arcadicam dixit: quod & Plinius indicauit in Pheneo Arcadiæ naſci panaces hoc teſtatus. Sunt præterea toto hoc capite multa alia, quæ cum alijs eadem no bis non ſunt: Quale eſt illud in cenſu bonitatis radicum, quod hic ait, inter cætera τιτανὰς laudari: quam uocem rigentes & rigidas alij interpretati ſunt, cum tamen de inflexibili earum duritiæ, quam rigor proprie in Latinis ſignificat, nihil iudicio noſtro Dioſcorides tunc agat, ſed eas iubet panacis quęri radices, quę non ſint rugoſæ: rugoſo enim opponitur τιτανὸν: faciem' que hominis τιτανὸν Græci dicunt, quæ tenta & plena humore cutis ſuperficie nitet, lęuorem habet, & nullis aratur rugis. Multa enim ſignificatiõe hãc ea uox in Græcis auditur: hic ipſe etiam alibi ea ſic uſus. Multa etiam aliquibus locis interpretationi ſuæ addidit Barbarus, quæ nullibi in Græcis leguntur: qualia ſunt: Folijs ſubſtratis, & area circumpauita & pului-
lis incluſa. Nihil enim DIOSCORIDES aliud ait, quàm excipi ſuccum εἰς φύλλα προϋποστρῳθέντας εἰς κεκοιλωμένον ἴδαφος, quod eſt: folijs antea ſubſtratis in excauata terra. Sunt & pleraq̃ alia quæ poterunt uolẽtes cum Græcis

τιτανὸν. Rugoſum.

Græcis conferre: Et inter malorum remedia certius nouisse, sit'ne ad capitis dolores simpliciter, an priuatim ad cephalæam, de qua longius in aloë diximus, referẽdum, quod ab hoc scriptore dicitur: Misceri Heraculei panacis liquorem acopis, καὶ κεφαλικαῖς δυνάμεσιν. Nos enim obseruauimus aliquando, simpliciter à capite adiectiuum id fieri, aliquando à capitis permanente dolore, quem priuatim cephalæam Græci uocãt: nec scimus utrum potius recipiendum sit: Inclinat tamen animus in alteram partem, credimusq; significari ea uoce permanentes cephalææ dolores illos: eamq; ob causam dolores capitis, generis appellatione in eo remedio uertimus: quod quale sit, medicinam quotidie tractantes certius uidebunt.

περὶ πάνακος ἀσκληπιοῦ. κεφ. υξά.

Πανακες ἀσκληπιὸν. ἀνίσημον τῆς καυλὸν λεπτόμ. πηχυαῖον, γόνασι δυ ἢ λημμένον. περὶ οὗ τὰ φύλλα ὅμοια μ ἀθῳ. μείζονα ἢ, ⊂ ἀσύτ ῆλα, εὐώδη. ἢ ἐ ἄκερᾳ σκιάδιον. ἐφ' οὗ τὰ ἄνθη χρυσοειδῆ, δ ῖμέα, εὐώδη. ῥίζα ἢ μικρά. ⌊ λεπτή. ⌋ δώσαμιν ἢ ἔχ εὔδετον τὸ ἄνθος ἢ ὁ κ ὸς πρὸς ἕλκη, ἢ φύμαλα, ἢ φαγέδ αινα, μ ῖος σὺν μέλ ἐ ἢ δέμενος. ἢ πρὸς ἕρπετὰ πινόμενος σὺν οἴνῳ. καὶ ἢ σὺν ἀλειφόμενος σὺν ἐλαίῳ. καλοῦσι δ ἕνες πάνακες ἢ τὸ ἀγ ίαν ὀρίγανον. οἱ ἢ, κοινίλιον περὶ ἧς εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ὀριγάνου.

De Panace Asclepio. Cap. LI.

Panaces Asclepion, ⌊ Romani pariter Græcis panaces Asclepiũ dicunt. ⌋ Caulem ex terra profert gracilem cubitalemq; Asclepium panaces: circa quem folia fœniculo similia sunt, maiora tantum hirsutioraq; & odorata: habet & in summo umbellam in qua flores aurei sunt cum acrimonia odorati. Radix breuis illi est & candida. Contra ulcera, panos, & phagedænas concisi flores & semen ex melle imponuntur. Contra serpentes cum uino bibuntur & ex melle inunguntur. Vocant agrestem origanum quidam etiam panaces, alij uero cunilam: de qua inter origanos dictum à nobis est.

INTERPRES.

Quæ hic Asclepium panaces folia fœniculo similia habere dixit Theophrastus libro nono de plantarũ historia, thapsiæ nulla diuersitate cõparauit: siquidẽ thapsia fœniculi folio est, ut hic in eius historia non multo post dicet. Idem radicem panacis huius crassam & candidã esse dixit. Verba eius sunt: τὸ δ ἀσκλήπειον πλὴν ῥίζαν μ ἀθῳ μᾶλ ἐστὶν ὡς ἀσιβάμιον, λευκὴν δ καὶ παχέιαν σφόδρα. Eiusque nos accedente testimonio, probauimus quod in uetustissimo & omnium probatissimo mihi codice legebatur, ῥίζα δ μικρὰ λευκὴ, quod est: breuis & candida. Multus & paulominus q̃ ubiq; in impresso codice hic error est, ut λεπτὸν & λευκὸν, quorum alterꝝ tenue, alterꝝ candidũ significat, inuicem cõmutentur: Quam q; alij tenuem uerterũt, nos Theophrasti & melioris codicis fide adiuti, candidam diximus. Nõ posse autẽ tenuem legi idem Theophrastus indicat, dicens: σφόδρα παχέιαν, id est, ualde crassam esse. Supereſt ut de longitudine eius etiam aliquid dicamus. Theophrastus ἀσιβαμιαῖαν, id est, dodrantalem dicit: hic μικράν, id est, paruam, etsi in melioribus Græcis μακράν, id est, longam legatur: Cogitandum q; in radicis longitudine est, breuis ne an longa dicenda sit, quę dodrantalis fuerit. Est autẽ spithame Græcis & Latinis autore Plinio libro septimo capite tertio, dodrãs: longitudo, & quod capit spatiũ humana manus in summo pollice usq; ad summum minimũ digitum extẽta: quæ mensura quoniã in tres quartas humani pedis partes incurrit, dodrans dicta est. Sic enim ueteres Romani nouem in libra uncias appellauerunt. Variant Plinius & Plinium secuti in hac mẽsura, nunc pedalem, nunc semipedalem, & aliquando palmarem uocantes: quæ etsi uideatur descripto à nobis dodranti & spithame congruere, nihilominus utendum ea non est, ne concurrat cum antiquo palmo quæ quatuor digitorum in hominis manu ut sunt coniunctorꝝ, sine pollice, mẽsura est: quæ sexies repetita, cubitum Romanum constituit, qui ex uiginti & quatuor huiuscemodi digitis conficiebatur. Nobis in radice herbæ qualis panaces est, dodrãtalis mensura longior potius quàm breuior uidetur: & nihilominus mutare aliquid auſi non sumus: quoniam non est facile certum aliquid in ijs constituere.

ασιβάμιον. Dodrans.

Antiquus palmus. cubitus Romanus.

περὶ πάνακος χειρωνίου. κεφ. υξβ'.

Πανακες χειρώνιον. φύεται μάλισα ἐν τῷ πηλείῳ ὄρει. φύλλα δὲ ἔχει ἀμαράκῳ ἐμφερῆ. ἄνθη χρυσοειδῆ. ῥίζαν λεπτήν, ⊂ οὐ βαθεῖαν, γευομένῳ δὲ δριμεῖαν. δώσαμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα πρὸς ἑρπετὰ πινομένη. καὶ ἡ κόμη δὲ ἐπιπλατομένη πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ.

De Panace Chironio. Cap. LII.

Panaces Chironion, ⌊ Romani pariter Græcis panaces Chironium dicũt. ⌋ Nascitur in Pelio mõte Chironium panaces præcipue. Folio amaraci est. Aureos habet flores. Radicẽ gracilem, nec profundam, & in gustu acrem. Bibitur contra serpentium uenena radix & frondes in eundem usum eadem utilitate emplastri modo imponuntur.

INTERPRES.

Discrepant toto genere in historia foliorum Chironij panacis Theophrastus et hic scriptor: ille enim lapatho, quæ Latinis rumex est, ea comparauit: ἔχει δὲ τὸ μὲν χειρώνιον φύλλον ὅμοιον λαπάθῳ, μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον: quibus uerbis nisi uitiosa sint, certius aliquid audiri nõ potest: hic, φύλλα δ ἔχ ἀμαράκῳ ἔμφερῆ: quæ id indicant quod nos pauloante diximus, folio amaraci est: quod in tam grauibus antiquisq; scriptoribus merito aliquis demiret: multoq; magis, quòd uterq; habet antiquos alios scriptores, idem in cõmentarijs suis

rijs suis testatos. Hic scriptor Nicandrum in Theriacis suis, qui de Chironio panace hoc agens, ait: πρώτην μὲν χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἐλέξω κωτούρου κρονίδαο φλόωνυμον, ἣν ὅτε χείρων πτελέῃ ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσατο δηρῷ. τὸ μὲν ἀμαρακῷ nobis fuit, idq; amplius: Quod amaraco similis fusa circũuoluitur coma: ἀμαρακόεσσαν enim ille amaraco similem dixit. Ille Plinium qui lib. xxv. capite iiii. de Chironio panace ait: folium eius lapatho simile, maius tamen & hirsutius. Quæ licet ijsdem uerbis ex Theophrasto reddita ab eo fuerint, nec maior ob id fides historiæ accedat, antiquam saltem Theophrasti eam fuisse lectionem testantur. Graues utrinq; scriptores stant, nec leui autoritate utrinq; pugnatur: & in re non satis nostra ætate certa difficillimum est censere aliquid: inuenisse q; quomodo rumicis & amaraci foliis, quorum grandius alterum, alterum breuius est, comparari eodem tempore folium aliquod possit: Nisi forte dixerit aliquis, in altero figuram, in altero quantitatem in comparatione æstimari. Verz in tanto discrimine parũ ueri simile id est. Solent enim cognomines plantæ quales hæ sunt, maiore sui parte inuicẽ sibi similes esse: id q; in origanis, uesicarijs, utroq; elleboro, alijsq; huiusce modi manifeste deprehẽditur. Nec q; ego is sum, qui facile persuadear: Si Herculeũ panaces q̃d hic ait folia habere πρὸς τὰ τοῦ σύκου, quod est ad ficulnei folij figurã multo q; magis magnitudinẽ: & Theophrastus: φύλλον ἔχει μέγα, καὶ πλατύ, καὶ διασθμον παντα χῆ, quod est, habere Herculeũ panaces foliũ grande, latum, & in omnes partes trinis dodrantibus. Chironium hoc ob similitudinem panaces itidem appellatum folio amaraci esse. Inclinat ob eã causam animus in Theophrastũ, qui rumicis folio Chironij huius panacis folia comparauerit, quæ grandia, panacum omniũ foliis magis congruent. Quod q; à Nicandro & scriptore hoc de amaraco dicitur, odoris, coloris, aut figuræ tantum rationem habere. Legentibus tamẽ & herbarum peritioribus liberum & arbitrarium hoc, quemadmodum & multa alia, relinquitur.

Περὶ Λιγυστικοῦ. Κεφ. νβγ΄.

Λιγυστικόν. Οἱ δέ, παιάνιδιον καλοῦσιν. οἱ δὲ, πάνακες. Φύεται μὲν πλεῖσον ἐν λιγυρίᾳ. ὅθεν καὶ τὴν προσωνυμίαν ἔσχηκεν, ἐν ὄρεσι ἄλπεσι, πάνακες ἢ αὐτὸ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι οὐκ ἀλόγως. ἐπεὶ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς ἔοικε τῇ τοῦ ἡρακλείου πάνακος. καὶ ἡ δύναμις ὁμοία καθέστηκε. φύεται δὲ ὡς τρὶς ὑψηλοτάτοις καὶ τραχυτέροις καὶ συσκίοις ὄρεσι. μάλιστα δὲ περὶ τρίς δυσμάς. καυλίον δὲ φέρει λεπτόν. ὁμοιοπαλάθῳ. γονατωμένον. περὶ δὲ φύλλα ἔοικότα τρίς τοῦ μελιλώτου. ξυφοειδῆ δὲ καὶ εὐώδη. ἰσχνότερα δὲ τὰ πρὸς ἄκρῳ τῶν καυλῶν. καὶ μᾶλλον ἐπεχισμένα. ἐπ' ἄκρου δὲ σκιάδιον. ἐφ' οὗ καὶ τὸ σπέρμα. μέλαν. νασόν. ὑπόμικες. πρὸς τὸ μεθύσκεσθαι. ῥυσαμμένῳ δὲ ὁμοίως τρὶς ὀξυπόροις καὶ ταῖς πεπτικαῖς δυνάμεσιν. ἱκανῶς δὲ εὐσομόν ἐστιν. ὅθεν καὶ ἀντὶ πεπέρεως αὐτῷ χρῶνται οἱ ἐπιχώριοι. μίσγοντες τρὶς προσοψήμασι. λοιδοῦσι δὲ σπέρματί τινι προμοίῳ ὁ διακρινεῖς τῇ γεύσει. πικρόν τε ὄν ἐστιν. ἔνιοι δὲ καὶ σπέρμα μεθύσκεσθαι ἢ σπερμέλεως συμμίγοντες, ὁλοῦσιν αὐτό.

De Ligustico. Cap. LIII.

LIgysticon. Sũt qui panaciam siue panaces uocẽt. Romani pariter Græcis ligusticum dicũt. Plurimũ in Liguria nascitur ligusticũ, unde & nomẽ inuenit, in monte qui Apenninus dicitur, alpibus contermino. Neq; ab re panaces incolæ id uocant, quando & radix, & caulis, & uires Herculeo panaci similes sunt. Nascitur in altissimis, asperis, umbrosisq; montibus, & prope profluentes aquas plerunq;. Coliculum ex se mittit gracilem, anetho similem, geniculatum, circa quem folia sunt Campanæ sertulæ similia, teneriora tantũ & odorata: graciliora continue, quo summo cauli propiora, pluribusq; incisuris diuisa. Habet in summo caule umbellam, in qua semen nigrum, solidum, oblongum, ad figuram fœniculi seminis accedens: sapore acri, & aromatum modo odoratum. Radix illi candida est, Herculeo panaci similis, & odorata. Est semini radicíq; calefaciendi uis. Concoctiones adiuuant. Interaneorum doloribus accommodata sunt. Tumoribus itidem inflationibusq; & stomachi præsertim, uenenatorumq; iniurijs. Pota eadem menses et urinam pellunt. Apposita etiam idem præstant. Oxyporis utiliter miscetur radix et semen, et his quæ adiuuandis concoctionibus conficiuntur. Stomacho utilissimum ligusticũ est: ideoq; pro pipere ad obsonia et pulmentaria utuntur eo Ligures. Adulteratur semine quodam simili, sed amaritudine in gustu deprehenditur. Quidam præterea fœniculi seselisq; admixtis seminibus, ligusticum adulterant.

INTERPRES.

PRo pipere ligustici semine utebatur ubiq; antiqua & rustica plebs, ferebat q; in hortis suis: licet non adeo efficax ut in montanis Liguriæ per se nascens: non tam quia piperis eam nondum copiam misera-

rat India, quã noſtra ætas peragrato omni Indico mari habet: q̃ quia perigrinis mercibus libenter abſtinentes, non minus ſibi q̃ aliꝭs in obſoniorum condituris liberalẽ fuiſſe naturam indicare uoluerunt: ideoq; quibus regio hæc noſtra abundat, libenter utebantur. Sentiebant etiam quas habet nimias piper in calefaciendo & ſiccando uires: parcentesq; illi, ex montibus hortisq; ſuis ad cœnam ſaporem uiresq; eius alias quærebant. Præſtabant id multa quondam in herbarum & ſeminum genere, ſed liguſticum præſertim, quo Columella ultimo ultimi libri capite ad oxypora uti docuit. Frequens peculiarisq; Apennini montis ad alpes plãta hæc eſt, à gente inuento nomine: quod etiam à Græcis omnibus receptum fuerit: idq; ex Galeno, ſcriptore hoc, cunctisq; aliꝭs patet, in Liguria naſci teſtantibus: etſi ut pauloante diximus, in hortis ſeri poſtea coperit: ne ex India longinquisq; locis repetendum eſſet, quod ſapore piperis obſonia & pulmentaria eorum temporũ cõmendaret. Credimus' que nos, eſſe hoc quod Columella lib. XII. panacis nomine autumno & uere ſeri iubet leni & ſubacta terra, raris interuallis, quo magis incremẽtum capiat. Idem quo diximus pauloante loco oxyporis miſceri liguſticum iubet, & qualia antiquis oxypora eſſent, & quo modo conficerentur, longiſſime etiam docuit: ſic dicta, q̃ aceto condita ad intinctus ſeruarentur.

περὶ Σταφυλίνου. κεφ. υξδ'.

Σταφυλῖνος ἄγριος. Λοι ὴ, κ Βλασκόμην. ῥωμαῖοι κ Βόταμ. οἱ ὴ, φασιάνα κ ἔδεσικα. αὐτύπιοι ἔαβιβυζό. ἄφροι σιχάμ. φύλλα ἔχ. ὅμοια σιγιδίῳ. πλατύτερα ὴ κὴ ὑπόπικρα. καυλὸν ὴ ὄξθιον, ἔαχὺμ, σκιάθομ ἔχοντα ἀνήθῳ παπλήσιον. ἐφ' ὅυ ἄνθηλεύκα. ἐν μέσῳ ὴ πρᾶφυξοειδές τι μικρόν. κὴ οἱονεὶ κροκίζομ. ῥίζα ὴ δακτύλου πάχος, ὠφιθαμιαῖα, εὐώδης, ἐδώδιμη ἐφθή. τότου ὁ κλὴρ πιθεὶς ἢ προσεθεὶς, ἔμμιλωα κινεῖ. ἀρμόζει κὴ δυσουρεῖσι, κὴ ὑδρωπικοῖς, κὴ πλευριτικοῖς ἐν πόμασι. κὴ πρὸς δηγμα ὴ δήγματα κὴ πληγάς. τοὺς ὴ προλαβόντας φασὶ μὴ ἀδικεῖσθαι ὑπὸ θηρίων. σωληγᾶ ὴ κὴ συλλήπτη. ἡ ῥίζα κὴ αὐτὴ οὖσα καὶ οὖσα σωφρονεῖν τε προσμᾶ κοιλὴ ἔμβρυα ἐκβάλλει προσιεμένη. τὰ ὴ φύλλα λεῖα μετὰ μέλιτος ὠφελεῖ ἐμένα, τὰ φαγεδαινικὰ ἕλκη ἀνακαθαίρει. ὁ δὲ κνπόθυτος σαφυλῖνος ἐδώδιμότερος ὢν, ἁρμόζει πρὸς τὰ αὐτὰ ἐνδεέστερον ἐνεργῶν.

De Paſtinaca erratica. Cap. LIIII.

Staphylinon agrion. Sunt qui ceras, q̃ cornen uocent. Aegyptij babibyron. Aphri ſicham. Romani erraticã paſtinacã dicũt. Folia gingidij habet, latiora tantũ & ſubamara. Caulẽ rectum aſperq;, & in eius cacumine anethi umbellã, in qua flores ſunt, exiguum quid purpuræ in medio habentes: quod tamen in croci colorẽ uariet. Radix illi eſt craſſitudine digitali, dodrãtali longitudine: odorata, & quæ cocta edẽdo eſt. Ducit menſes potum appoſitum'ue ſemen eius. Vrinæ anguſtijs: ſubeuntibus cutẽ aquis, & laterali dolori, quem pleuritim dicunt, ſubuenit. Contra uenenatorũ morſus ictus'ue utile eſt. Ferunt præterea nõ ledi à uenenatis, qui id præſumpſerint. Conceptus idem adiuuat. Quinetiã radix ipſa urinam cit, & Venerem ſtimulat. Fœtus extero trahit appoſita. Repurgant ulcerum phagedænas conciſa & ex melle impoſita folia. Magis edendo eſt hortenſis ſtaphylinus, quam ſatiuam paſtinacam Romani dicũt. Ad eadem omnia, ſed minore efficacia, utilem.

INTERPRES.

SI liceret in plantis & in medicæ materiæ diſciplina quod in rep. & gentibus quotidie fit, quas mutato nomine legentes fallere uoluiſſe deprehenderemus, ſine honore in commẽtationibus his noſtris relinquere: nunq̃ enim ſine ſuſpicione fraudis homini fuit, modo hũc modo illũ appellari uoluiſſe: exiguus aut nullus in utraq; paſtinaca labor modo nobis eſſet: præteritã' que peritioribus à dauco ſecernendã trademus: qui non multo poſt priuatim ab hoc ſcriptore deſcriptus, propriũ genus & in eo propriã hiſtoriam, quoniã à paſtinaca alius ſit, nec ſola conſitione differat, inueniſſe uidetur. Sed cogunt diuerſæ gentiũ in plãtis appellationes, & ob diuerſas uires neq; eaſdẽ penitus notas, earq; diſcrimina quod alioquin unũ idẽq; eſt, nominibus augeri: multiplexq; credi, quod in eodẽ genere unũ alterum'ue diuerſum, cuncta uero alia eadẽ habet. Quæ nos in antiqua plantarũ earumq; nominũ ratione ignorãtes, dubitare cogimur idem' ne hoc illi ſit: & quid diuerſo nomini cauſam in antiquis fecerit: idq; in ſtaphylino quã Romani paſtinacã dicunt, maxime fit. Cuius duplex genus, ſatiuũ ſcilicet & agreſte: rurſus' que agreſtis multiplex poti⁹ diuiſio q̃ genus, ſuſpicionẽ q̃rundã merito auxit, ſit' ne agreſti paſtinacæ idẽ daucus, an alterius generis herba: pſertim duobus capitibus diuerſisq; locis de utroq; tradẽte ſcriptore hoc. Verũ ex his quę in Græcis & Latinis obſeruata diu à nobis fuerũt, ſciendũ illud eſt, ſtaphylinũ à Græcis ſimpliciter paſtinacã dici olus, & oleris notiſſimã & q̃tidiani uſus radicẽ: nullaq; adiecta nõta alia, ſatiuã ſemp intelligi. Sic Columella in carmine ſuo cecinit: Læteq; mollẽtq; ſinũ ſtaphylinus inũbret: Serẽda eſt in hortis tunc numerabat. Idẽ libro X. cap. IIII. Tunc agreſtis paſtinaca & eiuſdẽ nominis edomita quã Græci ſtaphylinũ uocant: edomitã ſatiuam intelligens. Sic rei ruſticæ & hortenſium ſcriptores aliꝭ. Plinius quoniam utriuſq; quotidianus eſſet uſus, ſatiuæ agreſtis'ue addito diſcrimine, alterutram plerũque indicat. Habet ſatiua hæc, ut ferè in plantarũ genere omnia, diuerſam ſibi ſylueſtrem naſcentem ubique: multi uſus & ipſam, & in medicina præſertim. Nam ſatiua illa præcipuum habet in ſanitate inter olera uſum. Sylueſtris uenit & ipſa quidem in quotidianos cibos: ſed ob multas quas habet medicas uires, à medicis celebratur & expetitur magis. Hanc Græci nunquàm niſi addito ſylueſtris diſcrimine appellant, σαφυλῖνον ἄγριον uocantes, id eſt paſtinacam ſylueſtrem: intelligunt'q; eam quæ

locis incultis nascens, satiuæ pariter frondeat & floreat: sed minore radice & magis fibrata sit. Sylvestrē hāc rjdē Græci ut certiore uocis discrimine à satiua illa separaretur, daucū dixerunt. Testis pluribus locis Galenus, qui de utroq; staphylino agens, ait: ὁ μὲν ἥμερος ἀστάκης ὁ δὲ ἄγριος, ὃν καὶ λαύκον καλοῦσι. quod est: Satiua quidem pastinaca ignauior: agrestis uero quā daucū uocāt &c. Agrestē staphylinū daucum tanti nominis autor uocari tradidit. Testis Paulus Agineta libro VI. de simplicibus agens: λαῦκος ὁς καὶ σταφυλῖνος, quod est: daucus qui & staphylinus. Sed manifestius primo uolumine capite de his quæ edendo radices habent: in quo cum plures alias numerasset radices, σταφυλίνου καὶ λαύκου ait, quod est: staphylini autē & dauci, satiuam & syluestrē pastinacā intelligens. Plinius præterea multis locis & ipse congenerē duarē radicum discrimina aperte indicauit. Nec dubitandū cuipiā est, quin staphylinus Græcis & pastinaca Latinis simpliciter dicta, in hortis consitam non significet: longiorem, crassiorem, nec fibris capillamentis'ue tot quot syluestris in terra hærentē: Daucus uero illis, nobis agrestis pastinaca, syluestrē illā significet, in aruis, pratis, & incultis locis per se nascentē: cuius radix per hyemē satis grata in cibis etiā fit. Estur enim cruda in acetarijs: sed cocta suauius respondet & sapit. Rura nostra satiuā illā pastinacā, syluestrem non multo diuersa uoce, mutatis'q; tantū aliquot literis appellant, ut ex hoc etiā congeneres herbas esse conijcere liceat. Supereſt modo ut dicamus, si satiua tantū & agrestis pastinaca sit: illa'q; simpliciter pastinaca, hæc daucus quondā aut syluestris pastinaca dicta fuerit: cur duobus capitibus diuersis locis, primū'q; sub titulo agrestis pastinacæ, mox sub dauci uoce de eadē planta hic scriptor egerit: quod ex Theophrasto Plinio'q; nouisse difficile non fuerit. Neq; enim hic, quia diuersi omnino generis sunt syluestris staphylinus et daucus, duobus locis et duplici historia de eis egit: sed q; uariāte in diuersis gentibus earē herbarē natales et uires natura, testari in medicina seorsum id oportebat. Plura eñ daucorē genera numerauit antiqtas, non genere sed natali solo diuersa. Indicat'q; id Plinius lib. XIX. cap. III. qui cū agrestē satiuā'q; pastinacā numerasset, mox'q; tertiā quā ille hibiscū nominat, statim subiecit: Est & quartū genus in eadē similitudine pastinacæ, quā nostri Gallicā uocant, Græci uero daucon. Ex quibus conijcere facile est, quondā in Græcis non omnē syluestrē pastinacā daucon, ut postea factū est, sed propriū priuatim'q; aliquod id eius genus uocatū fuisse: quale Theophrastus lib. IX. de plātarū historia his uerbis indicauit: λαῦκον ὃ ποθὲν ἡ ἀσαρωτικὴ τὴν ἀχαΐας λιαφέρει. θρμαντικὴν φύσει ῥίζαν ἔχει μέλαιναν: id est: Egregia bonitate autē daucus in Achaiæ Spartensi agro: Calefacit natura, & nigrā habet radicē: q color in satiua & agresti pastinaca nescio an in Italia uisus aliqñ fuerit. Ex eo non fuerit in hoc scriptore absurdum, bis de eadē planta diuersis'q; nominibus actū fuisse: Primum, ut quas habet in medicina uires agrestis omnis pastinaca ubi'q; nascens, indicaret: mox dauci appellatiōe Cretica, ut ille in dauco ait, & certis locis nascens doceretur: cuius propriæ uires propriā sibi etiā historiā exigerent. Potuit & illud in causa esse, q; quo tempore hic medicinā suā cōmentabatur, dauci appellatio non omnibus syluestribus pastinacis respondebat, sed Creticæ tantū. Quos enim nos testes citauimus, Galenū & Paulū Aeginetā, cū ostenderemus paulo ante eundē illis esse daucū & syluestrē staphylinū, huic scriptori posteriores fuerunt: & q̄d certæ rei ante eos æstimationē habuerat, mutata (ut cæteris humanis rebus fit) uocū fortuna, aliud significare potuit. Quoties die enim fieri uidemus (quod Flaccus ait) perire multas, renasci multas subinde uoces, si uelit usus: Quē penes arbitriū, ius est, & norma loquendi. Nobis ut tā multa colligamus, pro cōperto est, agrestē staphylinū & daucū Græcis eandē radicē ex multo tēpore esse, & à Latinis erraticā pastinacā uocari: & in hoc scriptore non damnandā ei usdē plantæ duplicē historiā. Factū enim id est, uel ob diuersas uires & notas quas Cretensis & in Achaia nascens daucus haberet, ob quas hic à cōmuni staphylino hac uoce separauit: uel in quam partē nos propensiores trahimur, quoniā dauci uox antiquiore illa ætate priuatim inter syluestres staphylinos aliquā indicans, à posterioribus ob similitudinē ad totū eorē genus trāslata fuerit: pertinet'q; eò quod Plinius ait: Est & quartū genus in eadē similitudine pastinacæ nascens, quā nostri Gallicā uocant, Græci uero daucon. Ex his enim ratiocinari licet, daucū simile pastinacæ erraticæ esse, non eundē: & à Romanis nomine gentis distingui, quē admodū in Græcis à staphylino agresti alio nomine distinguebat. Hunc siue syluestrē staphylinū siue daucon appellet aliquis, hic κέρας, id est cornu uocari ait, quod & Græcorē lexica testantur, in quibus legitur: σαφυλίνος ἄγριος ὃν ἔνιοι κέρας καλοῦσι. Credimus'q; nos quod pauloante dictū est, à cornu forma & longitudine sic dictū à Græcis fuisse: potuit tñ & alia ratione sic uocari à fibrata & capillata radice quā habet: κέρας enim ut testat Plutarchus in libello cui titulus est, Vtrobi, in terrestribus scilicet an aquatilibus maior prudētia sit: antiquis Græcis κόμη, id est capillū significabat: cuius significationis indiciū est κειροῦς λόπισις: id est qui in ornanda coma occupatur. Quæ sententia melior & probāda magis uidetur ob id quod statim sequitur: Sunt qui & comam staphylinum agrestem, ob eandem scilicet causam uocent.

περὶ σεσέλεως μασσαλεωτικοῦ. κεφ. υξέ.

Σεσελι δὲ μασσαλεωτικόν. Λοιὸν, σφάγνον. φύλλα ἔχει ἐοικότα μάθῳ. παχύτατα καὶ πολὺ ἐνδρυέστερον ἔχει ἔχει δὲ σκιάγονον ἀνήθῳ ὅμοιον. ἐφ' οὗ ὁ κάμπης ὠμιμένος, ἀμύνεται διδασκόμενος ταχέως. ῥίζα μακρὰ εὐώδης. δύναμιν δὲ ἔχει ὁμοίαν τῇ ἡδυόσμῳ θερμαντικήν. πινόμενα δὲ σφακελίζοντα

De omni Seseli, et primum de Massiliensi. Cap. LV.

SEseli Massiliense. Sunt qui spagnon, qui platycyminon, id est latum cyminum uocent. Romani pariter Græcis seseli dicūt. Fœniculi folia habet, caulem tamen crassiorem: et umbellam anetho similem, in qua semen est anguloſum, longum, et in cibo acre. Radice longa est et odorata. Calefaciunt radix et semen, bibuntur'que utiliter contra uessicæ stillicidia,

ρίαν ἴαται, καὶ ὀρθόπνοιαν. ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑς ἱκὰς πίγας καὶ ὠλιγοπληθικούς. ἔμμηνά τε ἄγει καὶ ἔμβρυα. ἁρμόζει πρὸς τὰς ἐν ἕδραις πάντα πρηΐ. καὶ βῆχας ἴαται παλαιάς. πινόμενός τε μετὰ οἴνου ὀκτάδραχμος, πεπτικός ὅστι, καὶ στόφωμ λυτικός. ἠπιάλοις τε χρήσιμος. καὶ πρὸς τοὺς ἐν ὁδοῖς κειμοὺς σὺν ὄξει πίνεται καὶ οἴνῳ πίνεται. δίδοται δὲ καὶ αἰξὶ μὴ τῆς λοιπαῖς κτηνέσι πρὸς εὐτοκίαν πρόμ.

Περὶ Σεσέλεως αἰθιοπικοῦ.

Κεφ. υξ'.

Τὸ δὲ αἰθιοπικὸν λεγόμενον σέσελι, ὃ οἱ αἰγύπτιοι κύονον φρίκιον καλοῦσι. φύλλα μὲν ἔχει ὅμοια κισσῷ. ἐλάσσονα δὲ καὶ ὠλιμίκη πρὸς τὰ τῆς πηκλυμηνίου. θάμνος δὲ μέλας ἐστί. κλήματα ὡς δίπηχυ ἔχων. ἐφ' οὗ κλάδοι δίτριθαμαῖοι. κεφάλια δὲ ὡς ἀνήθου. σπέρμα δὲ μέλαν πυκνὸν ὡς πυρός. ἁρμύτερον δέ, καὶ εὐωδέστερον τῆς μασσαλεωτικοῦ. κάτω ἰσχυρῶς.

Περὶ Σεσέλεως πελοποννησιακοῦ.

Κεφ. υξ'.

Τὸ δὲ ἐν πελοποννήσῳ γινόμενον, φύλλα ἔχει κονείῳ παπλήσια. πλατύτερα δὲ καὶ παχύτερα. καυλὸν μείζονα τῆς μασσαλεωτικῆς. νάθηκοφόρον. ἐπ' ἄκρῳ δὲ τούτου σκιάδιον πλατύ. ἐν δὲ τούτῳ κόκκος πλατύτερος καὶ εὐώδης καὶ σπερμωδέστερος. δύναμιν δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει. φύεται δὲ τόποις τραχέσι καὶ ἐφύγροις καὶ γεωλόφοις. φύεται δὲ καὶ ἐν ἴδῃ.

cidia, & in ſpiritus difficultate nõ niſi recta ceruice ſpirantibus. Proſunt ſtrangulatu uuluæ concidentibus. Proſunt & comitialibus. Menſes & fœtus ex utero ducunt. Faciunt ad interaneorum uitia omnia: & diutinis tuſſibus medentur. Adiuuat concoctiones potum cum uino Maſſilienſis ſeſelis ſemen. Soluit tormina. Febribus quas Græci epialos dicunt, utile eſt. Viatores contra frigora cum pipere & uino utiliter id bibunt. Datur ut partus adiuuet capris quadrupedibuſq; aliis bibendum. Quod uero Aethiopicum dicunt, & Aegyptij cyonophricem appellant, hederæ folia habet, minora tantum oblongaq;, ad periclymeni longitudinem accedentia. Grandis frutex eſt. Viticulas fere bicubitales habet: in quibus dodrantales ramuli ſunt, et anethi figura capitula. Semen denſum tritici modo, nigrum, amarum, Maſſilienſiq; acrius & odoratius. Quod poſtremo in Peloponneſo naſcitur, cicutæ folia habet, latiora tantum craſſioraq;. Caulem Maſſilienſi maiorem, ferulæ figura: in cuius ſummo lata umbella eſt: & in ea ſemen latius, odoratum & carnoſius. Vires habet eaſdem. Naſcitur aſperis uliginoſiſq; locis & tumulis. Naſcitur & in inſulis.

INTERPRES.

ἠπίαλος πυρετὸς. Epialus febris.

A Seminis figura latũ cyminum in Græcis Maſſiliẽſe ſeſeli aliqui ut uidetur, appellauerunt. Ea uox in antiquis eorũ codicibus adhuc ſeruatur: nec nos eam negleximus, dicente Plinio optimum Maſſilienſe: lato enim grano & fuluo eſt. Mederi id febribus hic ſcriptor ait, quas Græci epialos dicũt: quæ proprium inter quotidianas genus & cauſam habent: etſi poſteriores aliqui epialos febrium cum tremore algores ſignificare tantum crediderint. Nos ut tota res certius pateat, ex Græcorum medicis, Paulo quidem Aegineta in primis, rationem nominis, mox genus & cauſam dicemus. Eius de nominis cauſa uerba hæc ſunt: λέγεται δὲ ἠπίαλος, ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἅλως. λέγω δὲ τῆς θαλάσσης, ἠπίας μὲν φαινομένης, χαλεπῆς δὲ κατὰ τὰς ἀρχὰς αὐτῆς ὑπαρχούσης. ἢ ἀπὸ τοῦ ἠπίως ἁλιαίνειν, ὅπερ ἐστὶ θερμαίνειν. Quæ ſic uertat aliquis: Dicta autem epialos febris eſt, aut per translationem à mari, quod à principio tranquillum, difficillimum ſit: aut quoniam blande & leniter calefacit. De origine uero & cauſa longius & in hæc uerba ab eodem libro ſecundo agitur: ὁ ὑγρὸς φλέγμα ψυχρόταζον ὑπάρχον ἅπαντος φλέγματος, ἔπειρ ἀσαπὲς ἔτι μᾶλλον ἐν ὅλῳ πλεονάσῃ τῷ σώματι, τὰ ἀνενθέρμαντα ἐν ἀρχαῖς ῥίγη, ἄνευ πυρετοῦ. ἐπὶ γὰρ τοῖς ἐπὶ χυμοῖς ἀπομάδων πυρετὸς, ἢ σῆψις ὡς μάλιστα πλὴν πυρικτικῆς ἀνάπτει θερμασίαν. εἰ δὲ σαπείη ὅλον μὲν ἑαυτοῦ σηπομένου, ὁ πρὸς ἐσχάτοις. διὰ πᾶν ἄμετρον σῆψιν ἀμφημερινοῦ πρόσκαιρον γίνεται. ἡμισαπὲς δὲ γινόμενον, οὐδὲ δὲ ὅλης αὐτοῦ τῆς οὐσίας ὁμαλῶς, ἀλλά τινων μὲν μορίων σηπομένων, τινῶν δὲ μὴ μόνων ἀσαπῶν, ἐν ἠπίαλον ἐργάζεται πυρετὸν, καὶ ἔστιν ἅμα ῥιγοῦσί τε καὶ πυρέσσει. τὰ μὲν ἀσαπῆ μόρια τοῦ χυμοῦ δὲ ὅλων ἐκπασμῶν τοῦ φλεβῶν, ἢ καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος, ἐν ῥίγεσι, τὰ δὲ σεσηπότα ἐν πυρετῷ ἀνάπτει. Quorum ſenſus hic ſit: Si uitrea pituita omnium aliarum pituitarum frigidiſſima, nondum putrefacta toto abundauerit corpore, inexpugnabiles, & qui calore nullo euincei poſſint, ſine febre, cum tremore algores facit: in febribus enim quæ in humoribus accenduntur, putrefactio maxime caliditatem febrium accendit. Quod ſi tota pituita hæc putruerit (quod tamen raro fit) ob immẽſam putrefactionem quotidianæ febris cauſa eſt. Cum uero non tota æqualiter, ſed dimidium eius, aut aliquæ partes putruerint, aliquot uero non putruerint, epialum febrem hanc facit: in qua ſimul cum algore tremor & febris caliditas eſt. Quę enim partes humoris eius non putruerunt, omnibus uenis aut reliquo corpori commixtæ & ſparſæ, cum tremore algores faciunt: quæ uero putruerunt, febrem accẽdunt. Et hoc febris genus epialon medici tantum uocauerunt. Poſteriores & quibus non fuit præcipuum medicinæ ſtudium, febrium frigora intellexiſſe hac uoce plerunque uidentur. Eſt illud in extremo Maſſilienſis ſeſeleos capite

capite cogitandum, an legendum in hoc scriptore sit, κρὸς ἢ ἐν ὁδοῖς κρυμοῦς, quod est itinerum frigora &c. & à nobis uersum est: Viatores contra frigora &c. an potius πρὸς ἢ ἐν πυρετοῖς κρυμοῦς, id est circularium febriũ frigora: πυρετοὶ enim Græcis, ut Galenus libro diffinitionum suarum docuit, certum est incrementi & decessionis in morbo tempus: priuatim quoq; ea uoce Græcorum medicina in tertianis, quartanis, aliisq; huiusce modi usa est. κρυμοὺς autem frigora, & κρυμώδεις πυρετοὺς, id est febres (si fic licet dicere) frigidas, Galenus eodẽ libro descripsit: quæ mixtam cum tremore algoribus caliditatem habent: ut dixerit Dioscorides epialis meminit: in quam partem inclinat nobis animus. Nihil tamen in communi omniũ lectione mutauimus: frigoribus q; in itinere prodesse diximus. Barbarus id ad niuem tantum contraxit, dicens: per niuem ituris bibere id cum uino & pipere præcipiunt: quasi pruina, glacies, uenti, gelicidia q; alia non pariter ac nix in itinere homini noceant. Nec eadem omnium in nocendo uis & ratio sit. Quinetiam in Græcis κρυμὸς non magis niuem q̃ glaciem aliaq; huiusce modi & ex his factum frigus significat.

πυρετοὶ ἐν πυρετοῖς. κρυμώδεις πυρετοί. κρυμοί.

περὶ τορδύλου. κεφ. υξή.

Τορδύλιον. Lδοι ἢ τόρδυλον. Jἔνιοι δὲ σεσελι κρητικὸν καλοῦσι. φύεται δὲ τῷ Jκιλικίων ἀμανῷ. ἔστι δὲ βοτάνιον φρυγανῶδες. ἔχον φύλλα μάλιον πρίφρὲς, δὶ πλοῦν, ὅμοιον μύρτῳ πρὸς δύσουσίαν. καὶ ἐμμιλύνων ἀνωκήν. ἢ ὃ ἐν χυλὸς ἢ καυλὸς καὶ ἢ τὰ ἔρματα ἕλκη χλώρου ὄντα, ὅσον τριώβολον πιθεὶς σὺν γλυκεῖ ἐν ἡμέραις δέκα, νεφρίτικοὺς ὑγιάζει. ἢ ὃ ῥίζα πρακτική. ἀνάγουσα καὶ τὰ ἐκ θώρακος ἑκλεχόμενα μετὰ μέλιτος.

De Tordylo, id est Cretico seseli. Cap. LVI.

TOrdylon. Sunt qui tordylium. qui Creticum seseli uocẽt. Romani pariter Græcis tordylen dicunt. Nascit in Amano Ciliciæ mõte breuis & fruticosa herba, paruo in orbẽ circũacto, duplici, & clypeolis similis semine, modice acri, & aromatũ modo odorato. Bibit contra urinæ angustias. Ducendis mensibus prodest. Sanat cũ urinæ malo aliquo renũ dolores potus in passo decẽ diebus triũ obolorũ põdere, ex caule semineq; adhuc uiridi expressus succus. Efficax etiam & radix adiuuatq; pectoris uitiosæ excreationes in eclegmate cũ melle.

INTERPRES.

NOn habet certum in antiqua medicina tordylon hoc nomen, nec certam penitus historiam, alitẽ aliis id appellantibus & de eo tradentibus. Plinius non satis cognouisse rem uidetur, diuersas antese scriptorum sententias tantum referens. Paulus Aegineta in VI. gordylon non tordylon uocat, facili tamen & lubrico in una tantum litera ad uitium lapsu: quo loco easdem huic scriptori uires illi adscribit. Alij fœminino genere tordylem uocauerunt, alij seselis semen hoc nomine censeri uoluerunt, alij sui generis herbam græciæ et Italiæ peregrinam, ideoq; parum notam. Nec nos quod pro ea dicamus aliud habemus, q̃ seselis genus esse credere nos, ex quo hic statim ab omni seseli eam descripsit: propriumq; et præcipuam uim ab illis aliud à gente in qua nasceretur nomẽ sibi inuenisse. Fecit rei incertitudo hæc etiam, ut in fine capitis ab aliquo qui deprehendisset tordylon se crederet, accreuerint aliqua quæ in impresso et plerisq; aliis leguntur, ab alijs interpretibus continuata sermonis serie reddita. Nos ea reliquimus, indigno huic scripto riuerborum ductu tractata, & in uetustissimis Græcis Latinisq; nusq̃ inuenta.

περὶ Σίσωνος. κεφ. υξθ'

Σίσωρ. Lδοι δὲ σίσωνα. Jἔνιοι δὲ σισώρυμον, ἄγριον κόσον σέλινον, ἐπίμηκες, μέλαν, πυρωδικόν. πικνόμυρον πρὸς ὠλῶα καὶ δυσουρίαν, καὶ ἐμμιλύνων ἐπέχλυ. χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ ὠμὸν χόρτοις ἀστόμαλα μετὰ κολοκύνθης ἑφθῆς σὺν ὄξει λαμβάνοντες. ἔχει δὲ ὡς κόκκια πρὸς ἑπτὰ ἄκανθαν.

De Sisone qui & sinnus dicitur. Cap. LVII.

SIsona. Sunt qui sinnon uocẽt. Romani pariter Græcis sinnona dicũt. Exiguũ semẽ in Syria nascens sison est, apio simile, oblongum, nigro colore, & feruidæ in gustu naturæ. Bibitur ad lienem, urinæ angustias, & suppressos menses. Vtuntur eo incolæ ad condimenta cum elixa cucurbita ex aceto sumentes. Habet in cacuminibus exigua ueluti grana.

INTERPRES.

COgnouit Hippocrates sinnon, sic enim eum appellat: cognouit & Paulus Aegineta, qui calidum & subamarũ esse testatus est: ideoq; cõcoctiones adiuuare, mẽses pellere, & interanea quæ Græci ἀπολύχνα dicunt, laxare. Latini scriptores quod hactenus legerim aut meminerim, nihil de eo egerunt. Hic etiam exiguum semen in Syria nasci dicens, importune relicta herba, historiam eius incœpit. Fuisse rem & usum eius satis Hippocrates, Paulus, Græciq; omnes & Latini huius scriptoris codices testantur. Quod nos remoratur & suspendit, capitis & historiæ tantum à semine principium est: oportebat enim à planta describi. Fuerunt ex posterioribus aliqui qui quoniam apio simile hic esse dicat, syluestre petroselinon esse dixerint: quod parum uerisimile est: cum hic in Syria tantum nasci testetur.

περὶ Ανίσου. κεφ. υό.

De Aniso. Cap. LVIII.

Ανισον Οἱ δὲ σῖον. ξωμαῖοι ἄνισον. Ὠφελεῖ μὲν συρίᾳ γλυκύμυρον. ἐοικὸς σελίνῳ. περίμηκες. μεγά. πυροειδές. πινόμενος δὲ πρὸς ὠλίγα. ἢ δυσουρίαν ἢ ἐμμήνων ἔπρχλώ. χρῶνται δ' αὐτῷ οἱ ἐπιχώριοι ἀρτύμασι μετὰ κολοκάσθης ἐφθῆς σὺν ὄξει λαμβάνοντες. τῶν δ' ἡ τὸ ἄνισον, τὸ μετὰ καθόλου διάφορον ἔχει θερμαντικόν. ξηραντικόν. εὐπνουν. ἀνώδυνον δ' ἀφεκτικόν. οὐκτικόν. διαχυτικόν. ὑδρωπικοῖς ἅδυφον πινόμενον. ἔρεθιζει δὲ πρός τὰ ἰσθόλα τῆς ζώης ἢ πρὸς ἐμπνευματώσεις. κοιλίαν τε ἵστησι. ἢ λευκὸν ἕδον. ἢ γάλα καθαίρει. ἢ συνουσίας πρόσφορον. ὑπνωτικὸν δὲ ταῖς ὄσφρησι κεφαλαλγίαν παύει. ἢ τὰς ἕξεις δὲ τῶν ὠτων, λεῖον σὺν ὄξει ἐνσταζόμενον ἰᾶται.

ANisum Romãi pariter Græcis anisum dicũt. Naſcit notũ omnibus aniſum. Probatur quod recens, incremẽto ſuo integrũ & ſpecioſum, egregio efficacique odore, nec furfuroſum eſt. Primã ex gentibus bonitatis ęſtimationẽ habet Creticũ, mox Aegyptiũ. Calefaciẽdi ficcandiq; in uniuerſum uires habet omne aniſum. Oris halitũ cõmendat. Somno dolorẽ leuat. Vrinã cit, & hærẽtia diſſicit. Bibi ẽt utiliter in ſubeũtibus cutem aquis: arceteq; ſtim. Contra omnia quæ ictu morſu'ue uenenũ relinquũt, accõmodatũ eſt, Inflatiõibus confert. Aluũ & fœminarũ albas fluctiões ſiſtit. Lac proritat, & Venerẽ ſtimulat. Suffitu capitis dolores naribus hauſtũ ſedat. Quinetiã auriũ rupta cõcisum, & cum roſaceo inſtillatum, ſanat.

INTERPRES.

COaluerat importuna ſed facile cognoſcẽda inſitione cum aniſo totus, de quo ſuperiore capite priuatim à Dioſcoride & à nobis dictum fuerat, ſiſon: nihilq; non in utroq; pariter legebatur. Nos quoniã miſceri ſimul in medicæ materiæ diſciplina diuerſa non poſſunt: & ſi imprudenter ab aliquo mixta fuerint, ab his qui eam tractant ſecerni debent: non parum in inſtaurando hoc capite laborauimus: tam uarie in antiquis Græcis legebatur: alijs hoc illud'ue, in fronte: alijs in extremo calce conſtituentibus: Secutiq; in hoc officij genere meliores & probatiores codices ſumus: nihil quod nõ in pluribus ſaltem legeretur adijcientes auferentes'ue, aut mutantes: præterq; id totũ quod ex ſuperiore ſiſonis capite ad aniſum trãſierat. Quantumq; id ſit, poterunt ex aliorum editionibus uolentes cognoſcere. Notum omnibus aniſum eſt, cuius in uſu ſemen ſolum ſit: eamq; ob cauſam à nobis relinquendum.

Περὶ κάρου. Κεφ. νοά.

Κάρον. σπερμάτιόν ἐστι γνώριμον. οὐρητικόν. θερμαντικόν. εὐστόμαχον. εὔστομον. πεπτικόν. μιγνύμενον ταῖς ἀντιδότοις καὶ ὀξυπόροις χρησίμως. ἀναλογοῦμαι σίσῳ. ἡ δὲ ῥίζα ἐφθὴ ἐδώδιμος ὡς παστινάκη.

De Caro. Cap. LIX.

CAron Romani caron uel careũ dicũt. Exiguũ notũq; omnibus ſemẽ eſt. Calefacit, urinã cit, ſtomacho accõmodatũ, & in cibo gratũ eſt. Cõcoctiões adiuuat. Vtiliter antidotis & oxyporis miſcet. Aniſo, proportiõe rñdet. Radix elixa paſtinacę mõ edẽdo eſt.

INTERPRES.

MEdicinam pluribus ſubinde remedijs inſtruẽs hic ſcriptor, cari ſemen præcipue cõmendauit. Atheneus contrà, ganeã cibosq; dipnoſophiſtas illos ſuos nono ſui operis cõmentario docens, radicem celebrauit, maiorẽ paſtinacã appellans, uulgari hac & quotidiana meliorẽ. Idẽ Paulus Aegineta libro 1. capite de radicibus quæ edendo ſunt, tres has ueluti congeneres his uerbis coniunxit: σαφυλίνου δὲ, καὶ λαύκου, καὶ κάρου ἀιμφὶ ῥίζαι ὀλιγοδεφῶδαι τ' γονυλίδων εἰσί. θρμαι δὲ καὶ ἀρωματίζουσαι σαφῶς, καὶ οὐρητικαὶ &c. quod eſt: Paſtinacæ uero, agreſtis paſtinacæ itidẽ, & cari radices, minus q̃ rapa nutriunt: calent tamen odoratæq; ſunt, & manifeſte urinã cient. Ex quibus ratiocinari & colligere licet, aut paſtinacis cõgener, aut illis nõ diſſimile caron hoc eſſe. Nihil de eo nos ultra monemus: non paruifaciendũ tamen eſt, duobus illis Græcæ rei antiquis autoribus genus & radicis cũ figura uſum inueniſſe. Erit eñ poſthac forte aliquis, q̃ exigua hac ueluti luce ſibi porrecta, cari certiorẽ docere alios in ſcriptore hoc poterit hiſtoriã. Inter radices eñ quæ edẽdo ſunt, & paſtinacæ congener aut ſimile ſaltẽ eſt: peregrinũ forte Italiæ, alijs locis copioſum & frequẽs. Ex his enim quæ de eo docet Paulus Aegineta, uulgarẽ & quotidiani uſus radicẽ fuiſſe, pro cõperto habendũ eſt.

Περὶ Ἀνήθου. Κεφ. νοϛ.

Ἄνηθον τὸ ἐσθιόμενον. οἱ δὲ, πόλγιδος. οἱ δὲ, ἀνήκητον. προφῆται γόνος κυνοκεφάλου. ὁμοίως τρίχες κυνοκεφάλου. οἱ δὲ, γόνος ἑρμοῦ. αὐτύπτιοι ἀραχνοῦ. ξωμαῖοι ἀνήθουμ. ἄφρον σικκία. δ' ἀκοὶ πόλγρυμ. Ἀνήθου ἔκλυσις ὁ κόμης μὴ τοῦ κάπρου ἀφέψημα πινόμενον, γάλα καθαίρει. σφόδρα τε μὴ ἐμπνευματώσεις παύει. κοιλίαν τε μὴ ῥύσεις ἐπιπλαίους ἐμμένους ἵστησι. οὐρά τε κινεῖ. λυγμοὺς

De Anetho. Cap. LX.

ANethon Sunt q polgidon, q̃ aniceti uocent. Aegyptij arachu. Aphri ſcyria. Daci polpum. Magi cynocephali genituram, ſiue cynocephali capillum, aut Mercurij genituram. Romani anethum pariter Græcis dicũt. Proritat lac ficcati anethi comæ & ſeminis decoctum. Tormina & inflationes finit. Aluum atq; ex alto ſurgẽtes uomitiones ſiſtit, Vrinam cit: ſingultus leniť

παρηγορεῖ. ἀμβλύνει τὲ τὰς ὄψεις. τὴ γονὴ σβέννυσι συνεχῶς πινόμενον. χρήσιμον ἡ ῥὰ ἀφέψημα αὐτῆ ἢ γυναιξὶν ὑς δικαῖς ἐις ἐγκάθισμα. τὸ ἦτρος ἐς μα καὶ ἐν ⟨ι καταπλασθὲν κονδυλώματα αἴρει.

lenit. Oculoꝝ claritati officit: & genituram extinguit, continue potũ. Fouentur decocto eius infidẽtes utiliter fœminæ. Tollit condylomata illitus cremati seminis anethi cinis.

INTERPRES.

QVæ anisõ sisonẽ pauloante miscuerat aut librariorꝝ incuria, aut medicorꝝ aliquorꝝ imperitia, eadem anetho totum caron superiore capite tractatũ, in aliquibus melioribus Græcis inseruit: ijsdemꝙ uerbis cõmunes utriꝙ easdẽ uires fecit: Notũ omnibus anethũ dicens urinã ciere, stomacho accõmodatũ esse, ori gratũ, cõcoctiones adiuuare, antidotis oxyporis additũ, anisõ proportione respõdere, elixãꝙ radicem eius ueluti pastinacæ edẽdo esse, quæ omnia cari sunt, & anetho cõgruere nequeũt. Neꝙ enim anethi radix pastinacæ modo in cibos uenit. Et ex uiribus illis alijs sunt etiã quæ anetho paꝝ conueniãt. Ea oĩa nos ex anetho expunximus aliena, & male in hoc caput recepta. Fecimusꝙ id confidẽtius contra alterius interpretis iudiciũ, qui in editione sua codices illos secutus, ea seruauit, antiquissimorꝝ Græcorꝝ & Latinorꝝ ope adiuti, in quibus nihil huiusce modi legitur: mox monẽte rei necessitate, quæ diuersa duo simul misceri non patiebatur. Vtꝙ importune & turpiter aliena illa in hoc caput irrepserant, sic etiã legitima & propria illa aliqua perijsse suspicamur. Neꝙ enim uerisimle est, quæ alij omnes præternumerata in hoc capite anetho in uiribus tribuerũt, ab hoc scriptore relicta, aut ei incognita fuisse. Siquidẽ Plinius ait ciẽdi fructus præcipuam illi uim esse: cuius rei hic nusꝙ meminit, nisi forte cũ decreuit finire anethũ inflationes, cõmuni ea inflatiõis uoce cõplexus hoc fuerit. Idem epiphoris radices illini ex aqua & uino: quod in hoc scriptore nõ legitur. Cruditates itidem sanare: nisi forte quos hic ait, ὑπὲρ παλαίους ἐμέζους, id est, in superficie & ex summo stomacho surgẽtes uomitiones eò pertinẽt. Et ne ex Plinio plura colligamus, cinerẽ eius uuã in faucibus leuare: quoꝝ nihil in hoc scriptore palàm legitur. Paulus Aegineta itidem ὑπνωτικὸν pluribus locis, id est, somnificum anethũ esse, dixit: præsertimꝙ in VI. quo loco maturare etiã dixit crudos tumores, & humẽtibus ulceribus utiliter illini: uideꝙ quoniã humidius fit, minus calidũ & minus maturare: etsi obseruationẽ hanc docuisse hic uideatur cum iusserit siccati anethi comæ & seminis decocto utendum esse. Idem præterea Paulus secundo uolumine capite de uigilia, ad conciliandũ somnũ anethino oleo ex uiribus herbæ uti iussit. Poterant his multa alia addi, sed satis fore hæc credimus, ut intelligãt legentes nõ carere ratione suspicionem nostram: desiderariꝙ iuste in hoc scriptore, quæ alij tã aperte docuerint. Anicetũ uocari hic anethũ ait cõmune omnibus alijs, quæ cibi appetentiã faciũt, appellatione: sic emꝫ Græci ea dixerũt. Hoc ipsum anethum, nisi corrupta in eo uox sit, Paulus Aegineta in VI. anemion uocari ait, ἄνηθον ἢ κοὶ ἀνήμιον, id est, anethũ ꝙd & anemion, &c. Inter cæteras uires anetho oẽs tribuerũt ut genituram extinguat: uocatꝙ hc γονὴν: Plinius genituram uertit, nõ in anetho hoc tantũ, sed in pluribus alijs quæ eadẽ potestate sunt. Pro quo libet addere hoc loco, quod Galenus libro diffinitionũ suaꝝ docuit, quomodo γόνος qui idẽ τῇ γονῇ est, genitura hæc scilicet, ἀπ' τὸ σπέρματος, id est, à semine differat. Quod etsi nõ satis certũ nobis in eo scriptore sit, (nescimꝰ emꝫ in eo quẽ Galeni diffinitionũ eius codicẽ habemus, ꝙ integer is locus & incorruptus legat) qualecũqꝫ tamẽ est, à nobis dicetur. Verba eius ad hãc rẽ ea sunt: διαφέρει σπέρμα γόνου. ὅτι σπέρμα μὲν ἐστὶ τὸ ἐν ζῴοις σπέρματικῆς πρόοδος ὄν. Et hactenus ille ut Græci dicũt ἀφοριστικῶς enũciauit: significatꝙ eo, differre semẽ à genitura, ꝙ semẽ est in seminarijs meatibus adhuc existens. Decretoꝙ hoc genitura reliquit in eo, quod aut nondũ in meatus hos trãsierit, aut ꝙd iam excretũ fuerit. Sed probandũ prius illud magis est. Adiecit mox idem Galenus antedictis, dicere & appellare semẽ aliquos, quod iam excrementum est: & ex Asclepiadis sententia semen in his etiã dici, qui per ætatem nondũ generare possunt. Genituram uero semen nondũ concoctum. Quæ omnia ut pauloante diximus, non satis certa in eo scriptore sunt: qualia tamen nos legimus, ea legentibus tradimus, ut ex his sallem sciant legentes, fuisse quondam inter semen & genituram discrimen: ratiocinariꝙ ingeniosiores possint ex ui potestateꝙ remediorum & rei necessitate, quo tempore, quo' ue loco seruatum alterutro nomine dicendum in homine sit, quod ad hominis generationem excernendum aliquando fuerit.

Anicetum.

γόνος. γονή. σπέρμα.

περὶ κυμίνου ἡμέρου. κεφ. νογ'.

De Cymino satiuo. Cap. LXI.

Κύμινον τὸ ἥμερον ἕυσομον. ἡ πρύτυ μᾶλλον δὲ αἰθιοπικὸν, ὅπερ ὁ ἱπποκράτης βασιλικὸν ἐκάλεσε. δεύτερον τὸ αἰγύπτιον. εἶτα τὸ λοιπὸν. φύεται δὲ γαλατίᾳ, καὶ ἀσίᾳ, καὶ κιλικίᾳ, καὶ τερεντίᾳ, ⟨ι ἐν ἄλλοις πλείοσι τόποις. Ἐστὶ δὲ θερμαντικὸν. συπτικὸν. ἐκκοπτικὸν. ἀρμόζον πρὸς σφόδρας, καὶ ἐμπυθματώσεις. ἐγκλυζόμενον ἐφ' ὅμ σὺν ἐλαίῳ καὶ καταπλασόμενον σὺν ὠμῇ λύσει. δίδοται δὲ ⟨ὀξυδοπιοῖκοῖς σὺν ἐξυκράτῳ. δκριοδήκτοις δὲ σὺν οἴνῳ. δυσὶν τὲ φλεγμοναῖς ἀρήγει σὺν σαφίδι ⟨ι αἰγίνῳ ἀλεύρῳ, ἢ κηρωτῇ ἐπιτιθέμ.

KYminon Romani pariter Græcis cyminum dicunt. Ori gratũ suaueꝙ cyminũ est: & in eo Aethiopicũ magis, quod Hippocrates regiũ appellauit. Secundæ bonitatis laudẽ habet Aegyptiũ, tum reliquũ omne. Nascit in Galatia Asiæ, Cilicia & Terentia, pluribusꝙ alijs locis. Calefaciendi siccandiꝙ uires habet. Contra tormina inflationesꝙ, decoctũ cũ oleo clystere utiliter infundit. Cũ hordeacea farina hydrelęo macerata, pari utilitate foris etiã emplastri modo imponit. Dat in spiritus difficultate nõ nisi recta cerui ce spirãtibꝰ cũ posca: & cõtra uenenatorꝝ morsus, cum uino. Testium inflammationibus cũ passa uua & fabæ lomento aut cera impositum, opitulatur.

ἐπέχει ὑ ἢ ῥοῦμ γυναικῶσμ. ἢ τὰς ἐκ μυκτήρωμ ἀι μοῤῥαγίας, σὺν ὄξ ι λέωμ προσενεχθέν. ξέπι ὑ ἢ χῶ λα ἐπὶ τὸ ὠχρότ ζομ πινόμενόν τε ἢ συνεχιόμενομ.

Siſtit fœminarꝫ fluctiões, & ex naribus profluuia ſanguinis, tritũ et ex aceto inditũ. Potũ idẽ inũctũ'ue corpori, pallorẽ inducit.

INTERPRES.

MElioreſcere fœlicius ꝙꝫ prouenire cyminũ libro octauo de plantarꝫ hiſtoria teſtatus Theophraſtus eſt, ſi in ſerẽdo maledicant imprecẽturꝙꝫ illi mala qui id ſerunt: nec minus gaudere maledictis his & imprecationibus, q̃ laudibus & blanditijs in ſpem honoris erigantur homines. verba eius ſunt, nequis forte id demiretur: ἥδιον δὲ καὶ ὑ λέγουσι κατὰ νοῦν. φασὶ δ' αὐτὸν καταρᾶσθαί τι καὶ βλασφημεῖν ἀπείροντας, ἐμάλλον καλὸν ἴσιθαι καὶ πολύ. Ruſticæ uanitatis id eſt, qualia rudi ſeculo inuenta multa in agris adhuc ſeruantur. Notum omnibus cyminum eſt: nec nos in hiſtoria eius medicina'ue habemus quod legẽtes moneamus: illud tantum ſignificamus, mutaſſe nos loliaceam farinã, quam alij & ex cõmuni lectione reddiderunt, in fabæ lomentum: quo loco hic ait teſtium inflammmationibus cum paſſa uua, & c. ex melioꝝ Græcoꝝ codicum fide, in quibus non legitur σὺν σαρίδι καὶ ἀιρίνῳ ἀλεύρῳ, quod eſt cum paſſa uua & loliacea farina, ſed σὺν ἐρίγμῳ ἀλεύρῳ, id eſt, fabacea & fabarꝫ lomento: id em̃ ἔρεγμον Græcis eſt. Eoꝙ libentius id fecimus, quo et Serapion fabæ farinam uertit: & qui mihi eſt antiquiſſimus Latinus Dioſcorides, cum fabæ polline habet. Ex quibus ueluti ad eandem rem concordibus teſtibus, ſine periculo fieri id poſſe uiſum eſt. Oportet enim uerã & antiquam fuiſſe lectionem, quę tam multis pariter indicetur. Suſpicamur eodem hoc loco prꝫterea quod eſt cum paſſa uua, fabę lomento, aut cera, quod ſcilicet hic ait, ἢ κηρωτῇ: quod aut cera ſignificat, non diſiunctiue ſed copulatiue legi cũ alijs illis oportere: neqꝫ ἢ quod eſt uel, ſed καὶ quod eſt &, legendũ eſſe. Multis enim locis in toto hoc opere hic error eſt: & ratio rei neceſſitaſqꝫ exigere uidetur, ut ex cymino, uua paſſa, fabæ lomento & cera emplaſtrus fiat, qùæ teſtium inflãmationibus impoſita, medeatur. Veruntamen quoniam in cunctis eodem modo id legitur, nihil mutatum à nobis eſt.

περὶ κυμίνου ἀγρίου. κεφ. υοδ'.

Κύμινον ἄγριον. Ἕλληνες κύμινον ἀγρέσεμ. οἱ δ', κύμινουμ σιλβάδκουμ. Ἀφύεται μὴν πλεῖσον ἢ ἐν Λυκίᾳ καὶ Ἀσίᾳ δ' καὶ Γαλατίας. καὶ ἐν Καρχηδόνι τῇ ἐπ' Ἰβηρίας. ἔστι δὲ θαμνίον ἔχον καυλὸν ὡς θαμναῖον. λεπτόν. ἐφ' οὗ φυλλαρία δ'. ἢ ἑ. λεπτά. ὁ ἰονεὶ πεπρισμένα. πλὴν κατάχισιν ὡς γνώδιον. κεφάλια δ' ἔχει ἓξ ἢ ἑπτὰ ἄκρου ἑ ἢ ς'. σπογγύλα. μαλακά. ἐν οἷς ὁ κύμινος ἀχυρώδης. τενομένῳ δ' ὀσμὴ μύζοις τοῦ ἡμέρου. φύεται δὲ ἐν γεωλόφοις. πίνεται δὲ τὸ σπέρμα πρὸς σφοφους καὶ ἐμπνευματώσεις σὺν ὕδατι. συμπόζει δὲ λυγμοὺς παύει. πρὸς δὲ τὰ ἰοβόλα καὶ πλάδομ σομάχου σὺμ οἴνῳ. ἄιρει δὲ καὶ ὑπώπια μασσηθὲμ καὶ καταπλασθὲν σὺμ μέλιτι καὶ σαφεῖ δ'. φλεγμονάς τε δυσύμωμ ἰᾶται μετὰ τοῦ αὐτοῦ καταπλασσόμενον. ἔστι καὶ ἕτερομ γένος ἀγρίου κυμίνου ἐμφερὲς τῷ ἡμέρῳ. δι' ἑκάστου δ' ἄνθους ἀφίεσι κεράλια μετέωρα. ἐν οἷς ὁδὶ σπέρμα ὅμοιον μελανθίῳ. τοῦτο πινόμενον, πρὸς ἑρπετοδήκτους ἄρισον ἀλέξημα. βοηθεῖ καὶ σφακελιζομένοις, καὶ λιθιῶσι, καὶ αἵματος θρόμβους οὐροῦσιν. ἐπιπινέτωσαν δὲ σελίνου σπέρμα ἀπὸ ζεσθέν.

De Syluestri Cymino. Cap. LXII.

CYminon agrion. Romani ſyluestre cyminũ dicunt. Plurimũ & efficaciſſimũ naſcitur ſyluestre cyminũ in Lycia, Galatia Aſiæ, & Hiſpaniç Carthagine. Exiguus frutex eſt, caule dodrantali, gracili, & in eo quaternis quinis'ue foliolis gingidꝫ modo ſeratis. Habet prætera in ſummo caule quina ſenue capitula, rotunda, mollia, in quibus glumoſum ſemen eſt. Maiore in guſtu acrimonia q̃ ſatiuum ſyluestre cyminũ eſt. Naſcitur in collibus. Bibitꝫ contra tormina & inflationes ſemẽ cum aqua. Finit idem cum aceto potũ ſingultus. Bibitur prætrea cum uino contra omnia quæ ictu aut morſu uenenum relinquunt: & humẽtem ſtomachum. Commanducatum idem, mox'que cum melle & paſſa uua illitum, ſugillata delet. Teſtiũ inflammationibus cũ ꝛſdem emplaſtri modo impoſitũ, medetur. Eſt & alterꝫ ſyluestris cymini genus, ſatiuo ſimile, quod ex ſingulis floribus corniculatas filiquas ſublimes profert, in quibus nigellæ ſimile ſemen eſt. Potum hoc contra ſerpentiũ morſus efficaciſſimum eſt. Quinetiam ueſſicæ ſtillicidio, calculis, & ſanguinis concretos grumos cum urina reddentibus, ſuccurrit: ſuperbibendum tamen his eſt elixum apij ſemen.

INTERPRES.

LEgenda quo nos diximus modo loca, in quibus ſyluestre cyminum naſci Dioſcorides ait: nõ ut alter è nouiſſimis huius ſcriptoris interpretibus uertit, in Galatiæ Aſia. Neqꝫ em̃ Aſia in Galatia eſt: nec magis dici id poteſt, quàm ſi in parte totum aliquis conſtituat & numeret. Seipſam ſatis res indicat: & in antiqua geographia terrarumꝙꝫ & orbis cenſu, nihil certius. Siquidem ut Stephanus Byzantius in commentario de urbibus & populis ait, Galatas ad meridiem Paphlagonibus finitimos ſic dictos quondã fuiſſe, ꝙ Celtæ ad ſeptentrionem habitantes, quos proprie Galatas dicunt, diu iactati, regionem eam occupauerunt: ſeruatoꝙꝫ gentis ſuæ nomine, Galatæ in Aſia dicti ſunt, quemadmodum Celtæ illi, qui à noſtris Galli dicuntur, in antiquis hiſtorijs ſemper Galatæ ad alpes, ad ſeptentrionẽ, ad Rhodanum: nam hoc in Gallia flumen

flumen præcipue Græci nouerant, appellati fuerunt. Fuit q̃ antiquis ſcriptoribus ſemper hic mos, ut Galatas nominantes, ne quis in æquiuoca gentis appellatione hæreret, quam illi incolerent regionem, addere Aſiæ galatas, aut ad alpes galatas dicentibus. Quod ſæpe hactenus in his & alijs gentibus fecit & hoc loco etiam hic ſcriptor, non in Aſia galatiæ, ſed in galatia Aſiæ naſci ſyluestre hoc cyminũ dicens: ne ex gallia Celtis q̃, ſed ex Aſia peteretur. Quale autẽ in eo nos glumoſum ſemen ἀχυρῶδες ſcilicet dixerimus, ſatis nouiſſe poterunt qui ex rei ruſticæ ſcriptoribus nouerunt, quas frugum in ſpicis glumas illi appellant: illis enim ſimile eſt, ſine pondere & ſoliditate. Medeť cyminũ, ut ex hoc ſcriptore patet, pluribus: nec ijs quidẽ leuibus in homine malis: ſed quod nunc certius oſtendere decreuimus, teſtiũ inflammationibus: quæ in qua parte fiant, ſatis & per ſe patet: quomodo aut à factis in ſcroto coniuncta teſtibus parte differãt, ex antiquorum Græcæ gentis medicorũ decretis nouiſſe inutile non fuerit, præſertim dicente in Anatome ſua Galeno: Διὰ μοι δοκῶ ὄφρ ἐιν ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν ὀνομάζονται, quod eſt: teſtes autẽ foris & intus appellantur: cum tamen pauloante diciſſet, ſcrotum quod ille oſcheon uocat, foris ambientem & claudentẽ teſtes pelliculã nominari. Prius tamen ex eodẽ Galeno cõmunem inflammationis quam græci phlegmonẽ dicunt, diffinitionẽ oſtendemus, quæ huiuſcemodi eſt: Inflãmatio tumor cum rubore & ſoliditate eſt: dolores calẽtes q̃ dolorũ pulſus, quales in uenis ſentiuntur, afferens: ex eo phlegmone dicta, q̃ uideatur inflãmari locus. Et hæc quidẽ Galenus. Alij breuius, nec ultra quicq̃ dixerunt, q̃ tumorẽ cum dolore eſſe tactui non cedentẽ rubentem q̃ ſine febre. Nec aliud ut uidetur græcorũ medicis phlegmone eſt, q̃ calens omnis cũ dolore & inflãmatione tumor. Latini Plinius q̃ præſertim totũ hoc genus, ut ſunt multæ eius notæ & euentus, nunc inflãmationes, nunc ardores, aliquãdo collectiones, nõnunq̃ tumores, ſæpe etiã quæ coierũt, uocãt: non ob aliã cauſam, q̃ ut Celſus libro III. docuit, quoniã inflãmationes notę quatuor plerũq; ſunt, rubor, tumor, calor, & dolor: cõmuniter q̃ accepta inflãmatio ois huiuſcemodi eſt. Differt deinde locis & partibus in quas ſe inſinuarit: habet q̃ tunc priuatim & ad eam partẽ contractã diffinitionẽ ſuam, qualis teſtiũ hoc loco eſt. Quæ quoniam fallere poteſt, & pro facta in ſcroto credi ob eã quã pauloante diximus ex Galeno cauſam, foris & intus teſtes nominari dicẽte, breuiter utriuſq; notas numerabimus, quæ autoribus alijs græcorũ medicis hæ ſunt. Factam in ſcroto inflãmationem cognoſci dolore illi dixerunt: qui ſi leui contactu manus grãdis excitabitur, ſentietur q̃ partis eius feruor & durities, in ſcroto factã inflãmationem indicabit: ſin cõtrà nullus ex leui tactu ſentieť dolor, ſed impactis ualidius tantũ digitis dolor aderit, rubor q̃ & durities nulla in ſuperficie, ſed altius impreſſis digitis durities tantũ ſentieť, in teſtibus inflãmationem factã ſcire oportet: & hæc ueterũ discrimina & notæ utriuſq; inflãmationis obſeruatæ ab antiquioribus medicis fuerũt. Quæ lõgius ex eorũ decretis repetitę à nobis fuerũt, ut illis etiã autoribꝰ nouiſſent, quales huic ſcriptori teſtiũ inflãmatiões eſſent.

Inflammatio. φλεγμονή.

Notæ inflãmationes.

Inflãmatio ſcroti.

Inflãmatio teſtium.

Περὶ Ἀμμιοῦ. Κεφ. νοέ.

Ἀμμι. Ἕλληνες μὲν ἄμμιν καλοῦσιν· ἔνιοι δὲ καὶ τοῦτο ἀλεξανδρίνον. ἔνιοι δὲ καὶ τοῦτο ἀιθιοπικόν. οἱ δὲ βασιλικὸν κύμινον καλοῦσιν. ἔνιοι δὲ ἑτέρας φύσεως εἶναι τὸ ἄμμι τοῦ κυμίνου. καὶ ἑτέρως μὲν τοῦτο ἀιθιοπικὸν κύμινον ἔφασαν εἶναι. καὶ ἑτέρως τὸ ἄμμι τοῦ κυμίνου. καὶ ὀρίγανον τὴν γεῦσιν ἐκλέγου δὲ τὸ καθαρὸν καὶ μὴ πιτυῶδες. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, πυρωτικὴν καὶ ξηραντικήν. πρὸς τοὺς ὄφεις, καὶ θηριοδήκτους πίνομενον σὺν οἴνῳ. ἀγεῖ δὲ καὶ ἔμμηνα. μίγνυται καὶ τοῖς διὰ καυθαρσίου καὶ ἐκδορίοις πρὸς ἀναπάχειν ταῖς ἐπιγινομέναις δυσουρίαις. καὶ ὑπώπια καταπλασθὲν σὺν μέλιτι αἴρει. τρίπτει δὲ καὶ χόαμ πινόμενον καὶ συγχεόμενον ἐπὶ τὸ χλωρότερον. καὶ μετὰ σαρίου καὶ ἡ ἐκτὶνης ὑπὸ δυμμωμένων ὑστέραν ἀπρακαθαίρει.

De Ammi. Cap. LXIII.

Ammi, Romani pariter Græcis ammi dicunt: ijdẽ Alexandrinũ ammi aliquãdo uocãt, quidam Aethiopicũ, quidã regiũ cyminũ nominãt. Sunt prẽterea qui alterius naturæ Aethiopicũ cyminũ, & alterius eſſe ammi teſtẽtur. Exiguũ ſemen ammi eſt, omnibus notũ, multo exilius q̃ cyminũ: origani ſapore. Probať quod purũ nec furfuroſum eſt. Calefacit hoc etiam: feruidę naturæ eſt, & ficcat. Bibitur cum uino contra tormina, anguſtias urinæ, uenenatorũ morſus. Menſes idem trahit. Miſcetur & his quæ à deſquamando Græci ecdoria cantharidibus facta appellant, ut urinæ difficultatibus, quæ ex illorum uſu ſuperaccedunt, aduerſetur. Sugillata emplaſtri modo impoſitum cum melle emendat. Mutat hoc etiã potũ inunctum ue cutis colorẽ, & pallorẽ facit. Suffitu præter hæc muliebres locos purgat cum paſſa uua aut reſina incenſum.

INTERPRES.

Peregrinũ ſemper græciæ & Italiæ fuit, ſiue ſui generis herba & ſemen, ſiue cymino congener ammi ſit: meliuſq; & efficacius in Aegypto naſcatur. Eamq; ob cauſam uſa eo antiqua medicina eſt, aliunde inuecto. Fuit in Aegypto quondã domeſticus ammeos huius & quotidianus uſus: panibus enim conſpinſebant & alimẽtis miſcebant. Calefacere ficcareq; in tertio ordine ueteres græci id dixerunt: maioreq; in extenuando ui q̃ cyminũ eſſe. Quæ aũt à principio ſtatim legũtur, uocare quoſdã hoc Aethiopicũ & regiũ cyminũ, ex aliorũ opinione nõ huius ſcriptoris decreto intelligẽda ſunt. Neq; enim ipſe id probat: ſed à quibuſdam ſic uocari tantũ teſtatur: ſiquidẽ Aethiopici & regij uoces bonitatis à gente in cymino notæ ſunt, non generum diuerſitates. Credimus nõ procul à capitis huius fine ſatis aperte dixiſſe quod ad corum pertinet, qua uoce illi medicamenta ea omnia indicauerũt, quæ cutis continuitatẽ ſoluunt: urẽdiq; ui & poteſtate cutis eius aliquã partem auferunt. Indicatq; ea uox quæ à uerbo ἐκδέρειν facta, quod eſt in arboribus

ἐκδόρια. ἐκδόρια Græ

arboribus decorticare deglubere'ue: in animalibus autem, ut ſic loquamur, excoriare ſignificat, qđ exulceratam cutem auferre eſt. Ea multifariam adhuc fiunt: poſſuntq; id inter cætera cantharides: quibus ſi ad hanc neceſſitatē aliquis utatur, quoniam eſt illis cum reliquo maleficio uis urinæ difficultates anguſtiasq; facere, ut hic in ſexto docebit, poterit ut emendetur malefica cantharidum uis, ad urinæ anguſtias miſcere medicamentis illis ammi hoc: quod contraria ui quantum cantharides adſtrinxerint, tantū caliditate ſua laxet. Id barbarus anguſte nimis uertit, dicens emendaturis ita cruciatum eum qui ueſſicam urinasq; ſtringit. Nos ſententiam uerbaq; Dioſcoridis & rem ipſam ſecuti, qua legitur forma reddidimus.

Περὶ κορίου. κεφ. υος'.

Κόριον ἢ κορίαννον. Λἀιγύπτιοι ὄχιον. ἄφροι γοίδ. Γνώσιμον. δύναμιν ἔχον ψυκτικήν. ὅθεν καὶ πλασσόμενον μετὰ ἀλφίτων ἢ ἀλφίτοις, ἐρυσιπέλατα Ϲ ἕρπητας ἰᾶται. σὺν μέλιτι δὲ καὶ σαφίδι ἐπινυκτίδας. καὶ διὰ ὑμῶν φλεγμονὰς Ϲ ἄνθρακας θεραπεύει. μετὰ ἑρεγμοῦ δὲ χοιράδας καὶ φύματα διαλύει. τὸ δὲ σπέρμα ὀλίπον μοὶ πρόσμετα γλυκέος Ϲ ἔλμινθας ἐκβάλλει. καὶ σπέρματος ὄζει γυναικόμορφον. πλὴν δὲ λιπαρὲν κινεῖ τὴν διάνοιαν ἐπωφελῶς διύνασ. ὅθεν δεῖ φυλάττεσθαι τὴν πλείονα Ϲ σωρεχῆ χρῆσιν αὐτοῦ. ὁ δὲ χυλὸς σὺν μιλτίῳ ἢ λιθαργύρῳ Ϲ ὄξει Ϲ ῥοδίνῳ καταχριόμενος, ὠφελεῖ τὰς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν φλεγμονὰς τὰς πυρώδεις.

De Coriandro. Cap. LXIIII.

COrion, ſunt qui coriannon uocēt. Aegyptij ochion. Aphri goēd. Romani coriandrum dicūt. Notum uulgo coriandrū eſt. Refrigerādi uires habet, ideoq; cum pane polenta'ue illitum, ſacris ignibus & ulceribus quæ ſerpūt, medetur. Sanat cum melle itidem paſſaq; uua epinyctidas, teſtium inflammationes & carbūculos. Cum lomēto fabæ ſtrumas difficit & panos: lumbricos pellit ſeminis coriandri paulum cum paſſo ſumptum. Semen augeat maiore tamen copia ſumptum, mentem non leui periculo tentat: eapropter copioſiorem continuum'que eius uſum cauere oportet. Succo eius cum ceruſſa aut argenti ſpuma additis aceto & roſaceo feruentes in ſumma cute inflāmationes utiliter inunguntur.

INTERPRES.

CRediderunt coriādro aliqui in Græcis nomē feciſſe cimices, quos folia eius & caules olent. Et quoniā inſectū id Græci corin uocēt, ideo olentē eos plantā corion nominauerint. Sunt cōtra qui q; coriannon Græci frequētius q̄ corion, coriandrū uocent, nō à cimicibus, ſed quaſi coriamblon, id eſt, hebetantem oculoꝝ pupulas dictū fuiſſe uelint, κόρην enim oculi pupulā & ἀμβλύνειν hebetare ĩdem Græci dicūt: quod q̄ ueꝝ ſit, peritiores intelligēt. Ab hoc em̄ nihil quod ad oculos pertineat priuatim in coriādro decernitur. Omniū eius appellationū prior illa in hoc & alĳs medicinę ſcriptoribus frequētior eſt. Alterā illam in cōmuniore ſermonis uſu fuiſſe indicat in Equitibus ſuis Ariſtophanes. Quocūq; autē nomine uocetur, nota omnibus plāta eſt, ſemen'q; præcipue: ideoq; non ultra à nobis tractāda. Numerat ab hoc ipſo ſcriptore VI. uolumine inter uenena: odore'q; præſertim deprehendi, qui ſimilis uiuenti coriādro toto corpore ſentiat. Meminit & Nicāder in Alexipharmacis ſuis: quo loco interpres eius ſylueſtri coriandro ueneni maleficium ineſſe ait: quod ab eo deſcribitur latioribꝰ lōgioribus'q; foliĳs, multis adnatis, & numeroſa radice copioſo'q; flore. Quod neſcio an uerū ſit, teſtātē Plinio XX. uolumine eiuſdē numeri capite, nō inueniri inter ſylueſtria coriādrum. De eo iteꝝ in VI. agēdū nobis erit: interim nō pigebit de ſtrumis iteꝝ agere, & ĳs quæ in aſphodelo dicta iampridē de ĳs ſunt, ex Galeno diffinitionē eaꝝ addere, quæ breuis & huiuſcemodi eſt: Chœras, (ſic enim quā Latini ſtrumā dicunt, Græci appellāt) ſicca & quæ difficillime diſiicitur, caro eſt. Fiūt ſtrumæ eæ in pluribus, ut tunc dictū eſt, partibus, ſed plerunq; in collo, eius'q; anteriore aliquādo, poſteriore aliquādo parte, nōnunq̄ ex altero, ſępe ex utroq; eius latere: nec una tantū, ſed altera, plures'ue ſinguląq; priuatim proprĳs tuniculis, nō aliter q̄ in abſceſſuū genere ſtearomata & acheromata ſuis inuolucris ſeorſum continentur. Eas nunc à ſcrophis, quę Græcis ſues ſunt, gentes aliquot ſcrophas & ſcrophulas uocāt. Pollux in ſecundo Onomaſtici ſui in meſenterio fieri etiā dixit. Quod addere placuit, ut eaꝝ ſpecies & ratio certior legētibus eſſet: Illic enim cōſpicue & certius uidētur. Strumas has etiam in iumentis Abſyrtus in ueterinaria medicina glandulas uocari ait: Romana tamen ea uox eſt, commercio & maieſtate eius gentis à Græcis ſcriptoribus recepta: quæ tamē ipſa ab antiquiore Romana uoce fluxit: glandia enim Latini Græcoꝝ ades nes uocauerūt. Quid autē glandia ſint, præter Plautū certiſſime oīm Plinius docuit, primū XVI. uolumine, capite XXXIX. quo loco de materia arboꝝ quarundā agens: Quibuſdam ait rectas à natura uenas & pectines datos eſſe: ideoq; facillime findi: alĳs tortā & nodis cōciſam materiā. Quibuſdā ineſſe etiā tubera, ſicut ſunt in carne glandia: ĳſq; nec uenā, nec pulpā eſſe, quodā callo carnis in ſe cōuoluto. Paulo'q; poſt XVII. uolumine, capite VI. cum de generibus terræ agēs, inquit: Eſt autē quidam terræ adeps ac uelut glandia in corporibus: ibi dēſante ſe pinguitudinis nucleo. Idem poſtremo certiꝰ adhuc VIII. uolumine, capite I. in ſuum hiſtoria & natura dicens: Neq; ex alio animali numeroſior materia ganeę. Quinquaginta prope ſapores: cū cæteris ſinguli. Hinc cenſoriarum legum paginæ: interdicta'q; cœnis abdomina, glandia, teſticuli, &c. Ex ĳs ut uidetur ratiocinari facile eſt, Plinio in corporibus animantium, præſertim'q; ſuum, & accepta ab ĳs ſimilitudine, in alĳs glandia eſſe concretam & in ſeipſam conuolutā, durioremq; quàm in reliquo corpore carnem: ſignificari'q; ea uoce à Plauto & alĳs Græcoꝝ adenas: qui quoniam ſuauius in cibis & obſonĳs ſapiūt, ideo cenſorĳs legibus quondam accepti fuerunt. Diximus de ĳs etiam in paliuro primo uolumine: ſed hic copioſius, & ea quæ tunc feſtinantibus nobis dici non potuerunt.

Chœrades. χοιράδες.

Glandia.

Adenes.

περὶ ἱεράκιου τοῦ μεγάλου.

κεφ. νοζ'. *

Ἱεράκιον τὸ μέγα. Οἱ δὲ, σογχίτιδα, ἕνα μαῖοι λαμπροῦκα. ἄφρον σιβιλέας. καυλὸν ἀνίσου, τραχύν. ὑπέρυθρον. ἀκανθώδη, ὑπόκωμον. φύλλα ἔχει ἐκ διασκάτων ἐπεχισμένα ἀραιῶς. σόγχῳ ἐμφερῆ τὴν περιφέρειαν. ἄνθη μίλινα ἐν κεφαλίοις ὑπομίκεσι. δύναμιν ἔχει ψυχρὰν μετρίως ὑπερύφουσαν. ὅθεν σὺν ὀμάχῳ καυσουμένῳ φλεγμονὰς καταπλασσόμενον ἀσμόζει. ὁ δὲ χυλὸς καταξηροῦται, δάκνων πρᾶϋ. ἡ δὲ πόα σὺν τῇ ῥίζῃ καταπλαθεῖσα, σκορπιοπλήκτοις ἀρήγει.

περὶ ἱεράκιου τοῦ μικροῦ.

κεφ. νοη'. *

Ἱεράκιον τὸ μικρόν. Οἱ, ὃ μὴ τὸν σογχίτιδα καλοῦσιν, οἱ δὲ, ἕνα μον ἄγριον. ἕνα μαῖοι ἵνα βουμάτα ἔσεμ. σιβιλέσατα δὲ. φύλλα ἔχει αὐτὸ ἐκ διασκμάτων ἐπεχισμένα τὴν περιφέρειαν. καυλία δὲ ἀνίσου ξυφοειδῆ. χλωρά. ἐν οἷς ἄνθη μίλινα. κύκλον περιγράφουσα. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τῷ προειρημένῳ.

De maiore Hieracio, id est lactuca erratica. Cap. LXV.

HIeracion maius. Sunt qui sonchitẽ. Romani lactucã erraticã. Aphri theleas uocant. Aspero, rubente, spinoso et concauo caule est maius hieraciũ. Folia habet per interualla raris diuisuris per ambitũ scissa, betæ similia: in oblongis capitulis flores luteos profert. Refrigerandi uires hieraciũ habet, et leniter adstringit: ideoq; æstuãti stomacho et inflammationibus utiliter emplastri modo imponitur. Succus in sorbitione stomachi erosiones lenit. Succurrit postremo scorpionum ictibus herba ipsa cum radice emplastri modo imposita.

De minore Hieracio, id est, erratica lactuca. Caput LXVI.

HIeracion minus. Sunt qui & hanc sonchitem dicunt: quidam agreste intybum: quidam sitheſſade. Romani minorem lactucam. Folia habet & hæc per interualla diuisuris per ambitum incisa. Coliculos ex se mittit uirides et teneros: in quibus flores lutei sunt, circulum describentes. Vires habet antedictæ easdem.

INTERPRES.

ACcipitres quos Græci hieracas dicunt, hieracio quondam nomen fecerunt: scalperites eam si Plinio credimus, succoq; oculos tingentes, ut eorum obscuritatem cum sibi obrepsisse eam senserunt, discutiãt. Apuleius quod fabulosum uideatur his addidit: Aquilam in altum alis se tollẽtem, ut rerum naturam certius contempletur, lactucæ syluaticæ (hieracium hanc intelligens) folia euellere, succoq; sibi oculos tingentem, optatam eorum claritatem acquirere. Sed quodcunque id sit, ab his auibus Græci hieracium dixerunt. Sæpe enim à brutis naturæ necessitate impulsis ignotum aliquid nobis fit: in quo eorũ sensus ignari homines, quod uero similius, non quod uerum sit, comminiscuntur: quemadmodum longius in utroq; echino dictum secundo uolumine à nobis est. In lactucarum sponte nascentium censu ab omnibus propter similitudinẽ hieracion hoc numeratur. Plinius xx. libro capite septimo ultimam hanc in eo genere describit, foliis rotundis & breuibus. Apuleius in agresti lactuca hieracisconuocari dicens, meminit eius. Hic lactucam erraticam dici à quibusdam tradit: quæ uox & appellatio quoniam in scriptore hoc perierat, ex melioribus Græcis à nobis instaurata est. Non meminit eius in medicæ materiæ censu Paulus Aegineta: credimus q; nullas hanc forte intelligeret diuersas ab agresti lactuca uires habere. Multa siquidem in lactucarum censum & nomen uenerunt: tithymallus, quæ ab aliquibus caprina, ab aliquibus marina lactuca dicta est: utraq; isatis, quam glastum siue luteam uocari diximus: hieracia postremo hęc. Omnium eadem ratio & causa fuit: q; latiore scilicet & ampliore folio, quali lactuca est, omnes sunt, & omnes lactis liquorem aliquem sectæ reddunt. Et nihilominus quoniã priuatim aliquid singulæ habent, quod lactucæ & alijs non congruat, alijs appellationibus dictæ, & in alijs generibus constitutæ fuerunt. Sonchitem maius hieracium uocari à quibusdam hic ait, manifesta ratione: quoniam & hæc & illa concauo & lacteum succum remittente caule est: foliorum enim quãtitate longo interuallo distat sonchus ab agresti lactuca, & ex eo ab hieracio hoc: eamq; ob causam inuenientes in melioribus Græcis, quo loco hic ait habere folia hieraciũ per interualla incisuris diuisa soncho, ἀμφοῖ, id est, æqualia non soncho quæ nostris cicirbita est, sed πύτλῳ, id est, betæ, naturã & rem secuti, betæ folio non sonchi, hieracij folia cõparauimus. Lactucæ enim beta uerius q; sonchus in folioq; quantitate cõparatur: quemadmodũ & minus hieraciũ illud quod sequitur, agresti intybo in folioq; quantitate exæquatum pariter est. Omnia enim eò pertinent, ut lactucæ simile hieracion sit. Eius unum tantũ caput, maioris scilicet, in melioribus Græcis legitur: nec Plinius nisi unius meminit: quò fit ut suspicemur alteq; hoc & minus hieraciũ priori illi accreuisse ab aliquo, qui inuentum fortè breuius, & ut cœli terreniq; uis potest huiuscemodi uariare, alteq; crediderit à superiore illo esse: indicatq; id, quod neq; in historia, neq; in medicina posterius hoc à superiore illo diuersum aliquid habet. In cẽsu & genere syluestriũ & sponte nascentiũ lactucarũ, siue unum siue duo sint, hieracia hæc numerãda sunt. Ostenduntq; id Paulus Aegineta, qui nihil de his in medica materia egit. Indicant & Latini omnes, in quibus hieracij nulla historia est: & quẽ nos habemus antiquissimũ Dioscoridis Latinũ codicẽ, nihil quod ad hieracia hęc pertineat ostendit, cui in huiuscemodi antiquatis uestigijs & uerę lectiõis cõiectura, ob uetustatẽ suã nos multũ deferimus.

περὶ Σελίνου. κεφ. νοθ'.

De Apio satiuo, Cap. LXVII.

Selinon

Σελινον κηπαῖον. ἁρμόζει ἡ πόα πρὸς ἃ καὶ τὸ κόριον. καὶ πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς μετὰ ἄρτου, ἢ παιπάλης ἀλφίτου καταπλασόμενον. ⟨ καῦσον σομάχου παρηγορεῖ. μασώμενος τε χονδριῶντας ἀνίησι. κινεῖ τε οὖρα ἐφθόν τε καὶ ὠμὸν ἐσθιόμενον. καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ τε ⟨ πίνω ῥιζῶν πινόμενον, ἀνυπάρχῃ θανασίμοις φαρμάκοις, ἐμέτους κινοῦν. κοιλίαν τε ἐπέχει. τὸ δὲ ὠτέρεμα ὄξει μιγὲν οὐρητικώτερον. βοηθοῦν ⟨ δρακοντίοις ⟨ ῥιζαις. ⟨ τοῖς λιθάργυρον πεπωκόσι. πνιγμάτων τε ὄξει θαλυκόν. μίγνυται δὲ ⟨ ἀνισοῦσι ⟨ δρακοντίαις ⟨ βηχικαῖς χρησίμως.

SElinon satiuũ, ⌊Sũt qui melissophyllon uocent. Magi sanguinem ori, Romani apiũ dicũt.⌋ Omnibus quibus & coriandrũ accõmodatum hortẽse apiũ est. Contra oculoꝝ inflãmationes cũ pane aut polẽta imponitur. Stomachi ardores mitigat. Mammaꝝ cõcreto in grumos lacte durities difficit. Vrinam cit crudum elixã ue in cibo sumptũ. Aduersat uenenis potũ folioꝝ radicũq; eius decoctũ, uomitiones ciẽs. Aluũ idem cõpescit. Semẽ efficacius urinã cit. Succurrit & uenenatoꝝ morsibus, & his qui argẽti spumã hauserint. Soluit inflationes: misceturq; præsenti utilitate his quæ somno dolorẽ leuãt, & his quæ contra uenenata & tussim conficiuntur.

INTERPRES.

QVæcũq; à Plinio de apijs lib. XIX. cap. VII. eoꝝq; foliis, caulibus coloribusq; dicunt, multo ante à Theophrasto de plantaꝝ historia VIII. uolumine dicta fuerãt: Differre scilicet apioꝝ inter se genera foliis & caulibus: esseq; hoc denso crispoq; & hirsuto folio, illud raro & lato: hoc maiore caule, illud minore: Et in hoc genere rursus aliud cãdido, aliud purpureo, aliud uersicolore: totumq; hoc genus syluestri simillimum esse. Rursusq; eodẽ libro: Quod grande, palustre, mõtanumq; appellatur, inter se & à satiuo differre: quoniã palustre prope aquaꝝ riuos & in palustribus nascat, raro folio, nec hirsuto: simile tamen apio esse odore, succo, & figura. Quod grãde, folio palustri simili, hirsutũ, & altiore caule: radiceq; raphani crassitudine, colore nigro, semine itidem nigro, maiore q̃ erui: duoq; hæc cõtra urinæ angustias calculosq; credidum habere in albo dulci uino pota. Nasci hoc ubiq;, cõcrescereq; in eo lachrymã myrrhæ odore, quã uerã esse myrrhã aliqui crediderũt. Montanũ maiores adhuc & certiores habere differẽtias: cicutæ em̃ folio est, radice tenui, caule anethi, ueꝝ minore. Vsum huius esse ad muliebria, id est, menses in uino austero. Et hæc Theophrastus quo diximus loco: quæ oia à Plinio qua cætera breuitate cõsueuit, antedicto uolumine numerata & descripta fuerũt. Columella lib. XII. in hortoꝝ prosa folioꝝ discrimina hæc quæ à Theophrasto natiua numerãtur, cultura & artificio humano facere his uerbis docuit: Apiũ quoq; possis plãtis serere: nec minus semine. Aqua præcipue lętat: & ideo secundũ fontes cõmodissime ponit. Quod siquis id uelit latiꝰ facere, quantũ possint tres digiti seminis cõprehendere, raro linteolo illiget: & ita in areolas dispositũ rariter in linteolis ligatũ obruas. Potest etiã citra hãc operã fieri crispũ, qualitercũq; satũ, si cũ est natũ, incremẽtum eius superuoluto cylindro coërceas. quę oia de satiuo intelligẽda in eo scriptore sunt: ideo lõgius à nobis repetita, ut sciãt meminerintq; legẽtes, si natiua folioꝝ apij Theophrasto discrimine illa sint, licere speradumq; homini labore diligẽtia q̃ sua nõ imitari, q̃d multæ aliæ possunt artes, sed in ruris disciplina naturam etiã æquare, quæ egregiã uulgo gratiã apio dedit: tã multos habet in sanitate & morbis usus: quorum nulli nobis in hoc opere præterq; ad medicinã pertinẽtes, docebũt. Primũq; illud, q̃d nã sit q̃d hic ait, μετὰ ἄρτου ἢ παιπάλης ἀλφίτου: quoꝝ prius illud per se patet, oẽs em̃ panẽ nouerũt: alterũ ad polentã pertinet, quæ qualis quondã fuerit iam pridẽ dictũ à nobis est. Nũc aũt quid παιπάλη, & q̃d ἀλφίτοις addita significet, dicẽdum.

ἄλφιτα. Polenta. Sunt ita q; græcis ἄλφιτα farinæ: neq; in cõmuni eius uocis æstimatione aliud intelligit: priuatim tamẽ medicina hordeaceã tantũ significauit, aqua humoreue alio maceratã. Quæ proprie polẽta est: audita q; in morborũ remedijs ἀλφίτου uoce, hordeacea farina recens humore aliquo macerata intelligit: nullo q; adiecto pertinente hæc uox in scriptore hoc sola hac significatione sæpius inuenit. Inuenit & μετὰ παιπάλης ἀλφίτου: Nec Plinius

παιπάλη. aliq; antiquiores scriptores eas uoces ex græcis uertẽtes aliud q̃ polentã dixerũt, cũ tamẽ παιπάλη propriam habeat significationẽ quæ indicet q̃d in farina tenuissimũ est: A qua uoce fœlici trãslatione Demosthenes in oratione sua Aeschinẽ παιπάλημα uocauit, hominẽ acrimonia & subtilitate ingenij quotidie multa meditantem mala, quibus sibi utilis, alijs noceret: neq; aliud est μετὰ παιπάλης ἀλφίτου, q̃ si dicas, cũ tenuissimo farinæ polline. Ex quo credimus significari ab hoc scriptore nõ omnẽ polentã, sed quæ ex tenuissima hordeacea farina, & quasi ex polline eius facta fuisset. Nihil tamẽ nos mutauimus, Pliniũ alioq; in ea re secuti, qui cum pane uel polẽta simpliciter mederi oculorũ inflãmationibus apium posituũ dixerunt. Quos deinde

μαθοὶ χονδριῶντες. hinc μαθοὺς χονδριῶντας dixit, omnesq; uerterunt ex Plinio mammarum duritiem: nos eandem duritiem seruantes, ex causa addidimus concreto lacte. Hanc enim duritiem & ex hac causa factam ea uox significat: χόνδρους enim Græci quod ex continuo aliquo seorsum concreuerit, proprie dicunt.

Περὶ Ἐλαιοσελίνου. κεφ. υπ'.

ΕΛεοσέλινον. ⌊οἱ δὲ, πετροσέλινον. οἱ δὲ, ὑδροσέλινον ἄγριον. ῥωμαῖοι ἄπιον μοῦσικουμ.⌋ γεννώμενον ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις, μεῖζον τοῦ ἡμέρου σελίνου, πρὸς δὲ ὅσα καὶ τὸ κηπευτόν.

De Palustri apio. Cap. LXVIII.

LEoselinon, ⌊Sunt qui pedinon, et qui hydroselinon uocẽt. Romani rusticũ apium et palustre dicunt.⌋ Nascit palustre apiũ aquosis locis, satiuo proceriꝰ, eadẽ omnia potens quæ satiuum.

INTER-

INTERPRES.

SAtis ex Theophrasto superiore capite dictum est quale hoc apium sit, & quæ à satiuo & ab aliis discrimina habet: caules scilicet, & profluentes aquas prope quas nascitur: rarius folium, sed non hirsutum: satiuo apio odore, succo, & figura simile. De eo Palladius in Aprili sic ait: Eleoselinon molli folio & caule tenero, quod nascitur in lacunis.

περὶ Ὀρεοσελίνου. κεφ. υπά.

Ὀρεοσέλινον. Οἱ δὲ πετροσέλινον ἄγριον. ῥωμαῖοι. ἄπιουμ ἀγρέστε. ἄπιοι ἀνώνυμ. ⌋καυλός ὀδὺ θαμιαῖος εἰς ἐνιαυτὸν λεπτὸς. περὶ δὲ αὐτὸν κλωνάρια ⟨ι κεφάλια μικρὰ περὶ ἐμφερῆ. λεπτότερα μέντοι καὶ ἀσθενέστερα. ἐφ' ὧν ὁ καρπὸς ἐπιμήκης. σπερμάτιον. λεπτόν. εὐώδης. ἔοικε κώνειον κυμίνῳ. φύεται δὲ καὶ τόποις πετρώδεσι ⟨ι ὀρεινοῖς. δύναμιν δὲ ἔχειν κάρπου καὶ ῥίζαν οὐρητικήν. πιθέντες γὰρ οἴνῳ. ἀπὸ δὲ μὴ ἔμμηνα. μίσγουσι δὲ καὶ ἀνθρώποις μὴ ταῖς διαφανέσταις μὴ θρασυτέραις δυνάμεσιν. οὐ δεῖ δὲ πλανᾶσθαι νομίζοντας τὸ ὄρεος ἑλίνου εἶναι τὸ ἐν πέτραις φυόμενον. ἄλλο γάρ ὀδὺ τὸ πετροσέλινον.

De montano Apio.
Cap. LXIX.

OReoselinon. ⌊Sũt qui hoc agreste petroselinon uocẽt. Aegyptij anonim. Romani montanũ apium dicũt.⌋ Dodrantalis ex gracili radice prodiens singularis caulis est: circa quẽ ramuli & in summo similia papaueri capitula, multo tamẽ tenuiora: in qbus claudit semen lõgum, acre, tenue, odoratũ, cymino simile. Nascitur saxosis & mõtanis locis. Cient urinam pota in uino radix & semen. Menses apiũ hoc trahit: miscetuŕq; remedijs quę calefaciendo sunt, & ad ciendam urinam conferunt. Cauendũ illud in hoc apio est, ne fallamur, quod in petris nascitur, montanum apium existimantes.

INTERPRES.

DIximus in satiuo apio quæ Theophrastus in montano discrimina ab omnibus alijs numerasset: Ea superuacaneum & inutile repetere nunc fuerit. Illud ab re monuisse non est, folio cicutæ hoc apium ab illo describi: ab hoc aũt nihil de folijs agi, sed ab tenui radice singularẽ prodire caulẽ, circa quẽ ramuli sunt & capitula, ut in cunctis ferè Græcis legitur, μικωνίῳ παρεμφερῆ: quod si uerbũ de uerbo uertas, meconio quod opiũ est, æqualia: nullo ad hanc rem sensu: quando cõparantur plantæ eo loco inter se capitu quod est, folio cicutæ simili, capitulis cicutæ uertit, ratus corruptũ locum, & pro κωνίῳ quæ cicuta est, male lis à Dioscoride illic ageretur: quæ duo lõgissime inter se differunt. Siquidẽ capitulũ in summo plantæ semp quã passim omnes nouerunt. Videtuŕq; nobis non posse, quod Theophrastus de folijs docet, ad capitula Dioscoridis referri: nisi ramulorũ, foliorũ in ramulis, capitulorṹq; simul tota ad cicutã referat cõparatio: quæ tamen nulla ad semen capitula sed fœniculi modo umbellã habere describit. In angusto itaq; constituta re, nihil nos mutauimus, præterq̃ quod seruari non poterat. Vertimuśq; nõ meconiũ, quod papaueris liq̃r est, sed papaueris: cuius proprie uasculũ ad semen & capitulũ est. Persuasit́q; id q̃d statim seq̃t in mõtano apio hoc, capitula illa papaueraceis multo tenuiora esse, & in illis cõtineri semẽ: q̃d folijs à natura negatũ est.

περὶ πετροσελίνου. κεφ. υπε'.

Σέλινον τὸ μὴ πετροσέλινον τὸ φύεται ἐν μακεδονίᾳ. ἐν ἀπρικεί μνοις τόποις. ὠτέγμα ἔχον ἐοικὸς ἄμμι. εὐωδέστερον δὲ καὶ δριμύ, καὶ ἀρωματίζων. οὐρητικόν. ἐμμηναγωγόν. ἀφιστᾷ δὲ ⟨ι πρὸς σομάχου καὶ κώλου ἐμπνευματώσεις ⟨ι σφόφους. πρὸς πλευρᾶς πόνους, ⟨ι νεφρῶν, ⟨ι κύστεως ἐν ποτῷ λαμβανόμενον. μιγνυται δὲ καὶ ταῖς οὐρητικαῖς ἀνθρώποις.

De Petroselino, id est, saxatili apio. Ca. LXX.

PEtroselinon. ⌊Romani in petris nascẽs siue saxatile apiũ dicũt.⌋ Nascit hoc in Macedonia præruptis locis. Semẽ habet ammi simile, odoratius tamen, acre, & aromati simile. Trahit menses, & urinã cit. Stomachi & crassioris intestini quod colon dicunt, inflationibus torminibuśq; medetur. Medetur & lateris, uessicæ renuḿq; doloribus in potione sumptum. Miscetur antidotis etiam quæ ad ciendam urinã conficiuntur.

INTERPRES.

INdicat uox ipsa in petris & saxis natũ apium petroselinon à Græcis quondam dictum fuisse: hic tãtum in Macedonia natale solum illi assignat. Palladius in Latinis nihil aliud de eo quàm locis asperis maxime prouenire ait: Nec nos credimus alia quàm natalium ratione à satiuo differre. Mederi inter cætera saxatile apium crassioris intestini quod colon dicunt inflationibus, hic scriptor ait: non totam, neque ex quacunque causa factam colicam affectionem intelligens: sed quæ priuatim ex crasso & quali peditu efflatur, non transeunte illac spiritu, sæpe fit.

περὶ Ἱπποσελίνου. κεφ. υω'.

De Grandi Apio quod Græci hipposelinon, Romani oluſatrum dicũt. Cap. LXXI.

Ἱππροσέλινον. οἱ μὲν, γρίκλον. οἱ δὲ, ἀγριοσέλινον. οἱ δὲ, σμύρνιον καλοῦσι. Ῥωμαῖοι δὲ, ὅλους ἄτρουμ. ⌋ ἕτέρου τε κυρίως λεγομένου σμυρνίου ὑπάρχοντος ὡς αὐτίκα ἱστορήσομεν. ἔστι δὲ μεῖζον καὶ λευκότριχον τὸ κηπευτὸν σελίνου. καυλὸς κοῖλος. ὕφηλός. ξυφοειδής. διονεὶ γραμμὰς ἔχ̄. φύλλα πλατύτερα. ὑποφοινισσόμενα. ᾧν ὅσιμος ὡς λιβανωτίδους κόμη μεσὴ ἄνθους. κὴ κορύμβους πρὶμ ἀζανθῆσαι σωτεσῶσα. σπέρμα ὃ μέλαν. ὠμὸν μικρὸν. νασόν. ῥιζωμ. ἀρωματίζον. ῥίζα εὐώδης. λευκὴ. εὔστομος. οὐ παχέα. φύε⁷) ᾗ συσκίοις καὶ πηγαῖς ἕλεσι. λαχανεύε⁷) ὃ ὥσπερ τὸ σέλινον. καὶ ἡ ῥίζα ὃ ἑφθὴ ⟨ωμὴ ἐσθίε⁷). τὰ πέφυλλα καὶ οἱ καυλοὶ ἐσθίονται ἑφθά. καθ' ἑαυτά τε καὶ μετὰ ἰχθύων σκευάζε⁷). καὶ ὠμὰ ὃ τρίχευε τὴ εἰς ἁλμαίας. Δύναμιν ὃ ἔχ̄ ὁ πίνων τὴν ὀνομέλιτι, ἐμμίνων ἀπωρόν. θλαίνει τὲ τοὺς ἰγνύντας πινόμενος καὶ συγχριόμενος. σπαγγείας τὲ βοηθεῖ. ⟨ ἡ ῥίζα δὲ τὰ αὐτὰ πρίσ.

HIpposelinon sunt qui grielon, q̄ agreste apiū, qui smyrniū uocent. ⌊Romani olusatrū dicūt. ⌋ Aliud ab eo quod smyrniū dicit, ut mox ostendet, hortensi apio maius cādidiusq; est olusatrū. Concauū habet caulē, excelsum, tenerq;, & ueluti lineis intersectū. Folia latiora cū puniceo colore aliquo, in q̄bus libanotidi similis coma est: flore plena corymboq; modo ante q̄ floreat cōcreta. Semen illi nigrū est, longū, solidū, acre, aromatū modo odoratū. Radix illi itidē odorata: intus cādida, foris nigra, ori & in cibis grata, nec adeo crassa. Nascitur umbrosis locis & prope palustria. Estur oleq; modo ceu apiū. Estur & radix eius elixa & cruda: Quinetiā folia colicu liq; elixi in cibo eduntur: & per se & cū piscibus condiuntur. Cruda itidem duo hęc inter salgama sale seruantur. Ducit menses semen eius in mulso potum. Bibitur idem inungiturq; contra febrium in accessionibus cum tremore algores. Vesicæ stillicidio opitulatur. Potestque radix eadem omnia.

CRediderunt ut uidet nostra ætate aliqui, equapiū hipposelinon uocātes, fieri in plātis à natura posse, quod fabulose à poētis aliquādo ad delectationē fictū est; utq; illi in Thessalia hippocētauros equis insitos hoies duplici natura, ut Lucretius ait, & corpore bino, ex alienigenis mēbris cōpactos finxerūt, nō dissimili ratione & nos in hortis etiā nascētes aliquot plātas equis insertas audiētes, saltē admiremur: Crederemusq; hippomarathrū, hippolapathū, hipposelinonq; hoc ab equis aliqd habere, unde porrō toso, & ut in hippocētauris, admirabili nomine in utraq; gēte indicarent: essentq; Græcis quasi equites plātæ illæ: nobis uero equestre fœniculū, equestris rumex, & equapiū hoc. Quod si humiliores fuerint hæ plantæ, nec supra cōgeneres sibi altius à terra se erexerint; nō male forsitan, si iocari aliq̄n liceat, ex tractata aptius Venere, eā sui noīs notā, licet ex turpi re, inuenisse aliquis dixerit. Siquidē Martialis nō semp pius uates, nec ubiq; Phœbo digna locutus, in epigrāmate suo iussit paruas & breui corpore amicas ad Venerē uehi equo: subiecitq; statim, q̄ erat lōgissima nūq̄ Thebais Hectoreo nupta resedit equo: sed q̄n cōgeneribus suis oēs grādiores sunt, nullāq; more hominū Venerē exercēt: Nec possunt diuersi gēnis duo simul in natura coalescere: cogitandū cōstituēdūq; quia grādes sint, & cōparatæ cōgeneribus suis, lōgo interuallo eas superēt, ideo sic quondā appellatas fuisse. Cōiuncta em̄ illis hippo Græca uox, quæ in cōmuni significatiōis æstimatiōe equū indicat, nō id animal, sed ab eo magnitudine q; eius proceriorē in illis altitudinē significat. Nec ga hipposelinon, hippomarathrū, hippolapathum & siqua alia huiusce modi sint, cōmune, simile, cōiunctū ue aut necessariū equis aliqd habeant, sic dicta ab antiquissimis Græcis fuerūt: ueq; quia altitudine cōgeneres sibi plātas superarēt, id nomē inuenerūt. Significare aūt proceriorē habitū & maiorē altitudinē hippo Græcoq; uocē præter rē ipsam Aeschylus in tragœdijs suis autor est: qui ad augendā req; & carminis sui maiestatē, hippaëtos hippalectryonas aliaq; huiusce modi multa finxit, grādes aquilas, grādesq; gallos tantū uocibus illis indicās. Testis Aristophanes in fabula quæ inscribit Ranæ, ῥήματ' ἱππόκρημνα dicēs, id est, uerba rupiū mō grādia: & ῥήματ' ἱππιβάμονα, q̄d est uoces equestres & ideo grādes, ob id scilicet, q; qui uehunt equis, altius se à terra extollunt. Testis itidē Sophocles in furioso Aiace: is enim tragœdiæ titulus est, in qua chorus μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσι ἡμᾶς ὡς δυσκλείᾳ σὺν ἱππομανεῖ &c. qua uoce grandē hoīs furorē significauit, & supra modū furentē hoiem: id enim ea uox pōt. Quā uim uidet nobis habere etiā Maronis in Georgicis & Theocriti in Pharmaceutria hippomanes: nec aliter q̄ adiectiui nominis mō, q̄d grādē furorē faciat, indicare. Ex qua significatione nos grāde apiū hipposelinon hoc diximus, monēte id etiā re ipsa. Siquidē cōparatū enim erraticū id satiuo, paulo minus q̄ ad arboris altitudinē ascēdit: Habētq; id cūcta huiusce modi alia q̄ in suo gēne syluestria & erratica maiora satiuis & proceriora plerūq; sunt. Et hęc ratio nominis in Græcis est, nō ab equo deriuata ut Gaza in plātis Theophrasti credidit, q equapiū id dixit, sed à lōgitudine & proceritate, quæ tā multis anteà numeratis eadē cōpositiōe nomē in græcis fecit. Et hæc nos de cōpositis huiusce modi græcoq; uocibus sentimus, & si Plinius xx. uolumine cap. xii. de hippophye & hippophæsto dixerit, debent accōmodatæ esse equoq; naturę, neq; ex alijs causis nomē accepisse &c. Videt enim nō satis causam eoq; nominū cognouisse, ex quo debent esse, ait: id enim nihil cōstituere est. Latini à radicis colore nomen hipposelino fecerunt, olusatrū uocātes: quēadmodū omnes smyrneū à similitudine ut mox dicemus: qui agreste apiū id etiā nominauerūt, nō alia ratione q̄ quæ dicta paulo ante à nobis est, id fecerūt: quoniā scilicet, quæ agrestia & erratica sunt, in aliquibus generibus altius satiuis extollūtur. Deerat Dioscoridi in radicis descriptione aduerbiū ἔνδον quod intus significat, sensu & re ipsa id indicātibus: foris enim nigro, intus candido colore grādis apij radix est: unde & Romani olus atrum eam uocauerunt.

Hippo.

Hippomanes.

περὶ Σμυρνίου. Κεφ. υπδ'.

Σμύρνιον ὄπῤῥιζαν κιλικία πετροσέλινον καλοῦσι γλυκώμυρον πλεῖσον δὲ τοῖς λεγομένοις ἀμανῷοις. ἡ δὲ καυλὸν μὲν ἔχει ὅμοιον σελίνῳ. τὰ δὲ φύλλα ἔχοντα πρὸς ἄκρα. φύλλα δὲ πλατύτερα πρὸς τὴν γῆν. μὴ ὑπερπικλᾶται. ὑπερλίπα. ἐωμαλέα μὴ εὐώδη σαὼ δὲ σιμύτητα. φαρμακώδη τε μὴ ὑπερμιλίζοντα τῇ χροᾳ. σκιάδιον ἐπὶ δὲ καυλῷ ἀνηθοειδές. σπέρμα στρογγύλον, ὅμοιον δὲ τῷ κράμβης. μέλαν. δριμὺ τὴν ὀμφὴν ὡς σμύρνης, ἐμ ἀνδ ἑνὸς πρὸς ἕν. ἡ δὲ ῥίζα δριμεῖα. εὐώδης. ἁπαλή. πλύχυλος. δάκνουσα τὴν φάρυγγα. φλοιὸν ἔχουσα, ἔξωθεν μὲν μέλανα. ἔνδοθεν δὲ χλωρὸν ἢ ὑπόλευκον. φύεται δὲ ἐν πετρώδεσι τόποις μὴ γεωλόφοις, μὴ ἀνίκμοις, μὴ σκιώδεσι χειμαζομένοις. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα) δὲ μὴ εἰς τὰς ἀλμαίας τὰ φύλλα. κοιλίαν τε ἴσχει μ. ἡ δὲ ῥίζα πνιγμὸν ἐρεθισμὸν κριθῆς ἀσμὸ ῥίας ἰᾶται. καὶ ἁπλασταμένη δὲ τὰ πρόσφατα οἰδήματα, μὴ φλεγμονὰς, μὴ σκληρίας διαφορεῖ. τραύματα τε ἄχρις ἐπουλώσεως ἄγει. ζεσθεῖσα δὲ μὴ προσδεθεῖσα δὲ ἁλμυρώσκει. μὴ τὸ σπέρμα δὲ αὐτῆς, πρὸς νεφρούς, μὴ στραγγουρίαν, μὴ πρὸς πλευρῖτιν ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ δεύτερα. πρὸς πλειάδας μετ' οἴνου πινόμενον ἀσμὸν ἔχει. μὴ σπλάχνου ἐμπνευματώσεις πραΰνει. ἔστι δὲ καὶ ὑδροποτικόν. ἐρεθικὰ. κονδυλίωσις πινόμενον πρὸς ὑδρωπας μὴ πηδιόδους.

De Smyrnio. Cap. LXXII.

SMyrnion L. Romani pariter Græcis ſmyrnium uocãt. ⌋ Smyrnion quod Cilices petroſelinon, id eſt, in petris naſcens apiũ dicũt, plurimũ naſcit in Amano mõte. Caulẽ apij habet, adnatis in eo multis. Folia apio latiora, ad terrã infracta, pinguia, firma, cũ acrimonia aliqua medicatoq; odore odorata, colore ad luteũ inclinato. Habet & umbellã anetho ſimilẽ. Rotundũ & braſſicæ ſimile ſemen, nigrũ, ſapore aſpero ceu myrrhæ: ideoq; pari & promiſcuo alterutrius uſu. Habet itidem radix in guſtu acrimoniam: odorata eſt, mollis ſuccoſaq;: fauces in cibo lædit. Cortice foris nigro, intus pallet albeſcit'ue. Naſcitur petroſis tumulis, & humentibus incultis locis. Calefaciunt radix, folia & ſemen. Condiuntur inter ſalgama folia etiam, fiſtuntq; aluum. Succurrit ſerpentium morſibus pota ſmyrnij radix. Lenit eadem tuſſim: anguſtijſq; urinæ, & in difficultate ſpiritus non niſi recta ceruice ſpirantibus, medetur. Tumores non ueteres quidem, ſed recentes. Inflammationes duritieſq; omnes emplaſtri modo impoſita diſcutit. Vulnera ad cicatricem perducit. Elixa eadem naturalibusq; ſubdita, abortus facit. Renibus, lieni & ueſſicę prodeſt ſmyrnij ſemen. Menſes ſecundasq; trahit: & contra coxendicis dolores utiliter bibitur. Stomachi inflationes mitificat. Ructus & ſudores cit: priuatimq; contra cutem ſubeuntes aquas & circulares febres utiliter bibitur.

INTERPRES.

SEntiebat iam tum cũ hæc ſcriberet Dioſcorides à grauiſſimis plantarũ & hortẽſiũ ſcriptoribus confundi cũ oluſatro ſmyrniũ: miſcericq; ſimul cõmunicata inuicẽ appellatione ſimiles quidẽ & cõgeneres, nõ tamẽ eaſdẽ plãtas: ideoq; in oluſatro, cuius ſupiore capite tractata hiſtoria & medicina eſt, apte omẽs monuerat, aliud eſſe oluſatrũ ab eo quod proprie uereq; ſmyrniũ diceret. Et in ſmyrnio eas numerauit nata liũ, utriũ, ſeminis foliorũ aliarũq; partiũ notas, ut his qui oluſatrũ nouerũt, nihil facilius poſthac ſit, q̃ altero ab altero ſecernere: præſertim q; ex myrrhæ guſtu: ideoq; pari & promiſcuo alterutrius uſu: quod in nostri orbis oluſatro ſentiri deprehẽdiq; nequit. Miſcuiſſe aũt ueteres inuicẽ ſimiles & cõgeneres plantas, in Latinis Columella teſtis eſt lib. XII. cap. III. ſcribẽs: Atrũ olus, quod quidã Græcorũ uocãt hippoſelinon, nõnulli ſmyrnion. Teſtis Theophraſtus IX. de plantarũ hiſtoria uolumine, hippoſelinũ nominans quod hic ſmyrnion: & quæ ſmyrnij in hoc ſcriptore ſunt, hippoſelino tribuẽs. Locus eſt ubi de excipiendis plantarũ liquoribus ille agit, inter quas hippoſelinon numerat. Sunt q; eius hæc uerba ἐνίων δὲ ἐντοῖς ῥίζαις ὥσαυτως τὸ ἱπποσέλινον καὶ σμύρνα. καί τινες ἀκούσαντες ὡς ἐντεῦθεν ἡ σμύρνα, ἡγοῦνται βλασταίνειν ἐν αὐτοῖς ἱπποσέλινον. Quorũ ſenſus eſt: Hippoſelini aũt lachryma myrrhæ ſimilis eſt. Audientesq; aliqui hinc eſſe myrrham, naſci apud eos hippoſelinon exiſtimãt. Ex quibus facile ratiocinari eſt, à Theophraſto hippoſelinon dici, quod ab alijs ſmyrnion uocatur: peregrinamq; Græciæ fuiſſe plantam: & lachrymam odore & ſapore myrrhæ habere: quod hic ſemini tribuit. A myrrha enim quam Græci ſmyrnem uocant, ſmyrnio nomen Græcia fecit. Teſtis Nicander etiam in Theriacis ſuis, qui ſmyrnion uocat. εἰδ' ἀγρὶ καὶ σμυρνιεῖον ἀφβρυὶς &c. adiectiua forma σμυρνιεῖον defectis hippoſelino ſimile eſſe ſmyrniũ: uocariq; ſmyrniũ quoniã myrrhã odore refert: uocari & coptiũ autore Anacreonte in cõmẽtario de radicum ſectione. Similitudo hæc miſcet, & in ueterũ hiſtoria confundi cogit: alioquin diuerſa ſunt, ut hic & alij Græcorũ medici docent: poterunt q; qui certius nouiſſe id cupient, collatis inuicẽ duobus capitibus, duarum plantarum multa inueniſſe diſcrimina: Nec natali ſolo tantum differre, quod ad faciendam naturæ diuerſitatẽ magnas habet uires: ſed ex uniuerſæ plãtæ notis & partibus congeneres quidem, diuerſas tamen penitus cognoſcere.

Περὶ Ελαφοβόσκου. κεφ. υπέ.

Ελαφόβοσκ). Λοί ἢ, ἐλαφικόν. οἱ ἢ, νέφριον. οἱ ἢ, ὀφιογένιον. οἱ ἢ, ὀφιοκτόνον. οἱ ἢ, ἕρπυζιν. οἱ ἢ, λύμη. ξωμαῖοι κερδοκέφαλον. αἰγύπτιοι χημίς. ἄφροι ἀσκαυκαού. Καυλός ὅστι λιβανωτίδι ἢ μάραθρῳ ἐμφερής, γεννιωμένος. φύλλα δὲ ἀκτυλα τὸ πλάτος. ἱκανῶς ἐπιμήκη ὡς τερέβινθου. πρικεκλασμένα. τραχέα πρόσω. ἔχει δὲ παφυάδας ἱκανὰς ὁ καυλός. σκιάδια ἐχούσας ὅμοια ἀνήθῳ. ἄνθη ὑπερμήλινα. Τὸ σπέρμα ἀνήθῳ ἐμφερές. ῥίζα ὡς τρίδακτυλος δὲ μῆκος. πάχος δακτύλου. λθνκή. γλυκεῖα. εὐῶδες. ἡ ὁ καυλὸς ἢ λαχανεύεται ἀχρὶ φυκῶν ὥρ. ταύτῃ φασὶ τὸ πόαμ τὰς ἐλάφους νεμηθείσας, ἀντέχειν τοῖς τῶν ἑρπετῶν δήγμασι. ὅθεν καὶ σπέρμα δίδοται τοῖς ἑρπετοδήκτοις σὺν οἴνῳ.

De Elaphoboſco quaſi ceruorũ pabulo, herba. Cap. LXXIII.

ELaphoboſcon. Sunt qui elaphicon, qui cebriũ, qui ophigeniũ, qui ophioctonon, qui herpizen, qui lymen uocẽt. Aegyptii chemin. Aphri aſdruachu. Romani cerui ocellũ dicũt. Libanotidi fœniculo ue ſimilis elaphoboſci caulis eſt, & geniculatus. Latitudine duûm digitorũ folia habet: lõgitudine multo maiora, terebinthi figura, inflexa cũ aſperitate aliqua. Habet adnata aliqua caulis etiã, & in his umbellas anetho ſimiles. Flores ad luteũ colorẽ inclinatos. Semen anetho ſimile. Radicẽ lõgitudine triũ digitorũ, uniꝰ craſſitudine, cãdidã, dulcẽ, & q̃ edẽdo fit. Prima germinatiõe erũpẽs elaphoboſci caulis inter ſalgama ſale ſeruat. Ferũt herbę huius pabulo ceruos ſerpẽtiũ morſibus reſiſtere: ideoq; ſemẽ cõtra eorũ morſus in uino utiliter bibendũ dari.

INTERPRES.

QVæ elaphoboſci, id eſt, ceruiocelli (modo id Romani ſic appellauerint) à principio tam multæ numerãtur appellationes, unã eandẽq; cauſam & originẽ habent: & eam quã hic ipſe non procul à fine capitis & Plinius XXII. uolumine eiuſdẽ numeri capite indicauerunt. Quoniã ſcilicet, fama fit hoc pabulo ceruos reſiſtere ſerpentibus. Eò ſiquidem pertinet quæ prima illic auditur elaphicon, id eſt, ceruina herba. Mox nebrium ex eodẽ euentu: νεβρούς enim ceruorũ hinnulos Græci uocant. Ophigeniũ itidẽ & ophioctonon, quarũ altera ab enectis ſerpentibus manifeſtã habet ſignificationẽ: altera q̃ ſerpentes aliquo huiuſcemodi malo uexet. Corrupta enim eſt: nec licuit eam inſtaurare: quẽadmodũ & eam quæ ſequitur herpixem: ſuſpicari tamen in ea licet ἕρπετα quæ Græcis reptilia & ſerpẽtes ſunt, in ea aliquid fuiſſe. In Romana etiam ceruiocelli uoce certũ aliquod non eſt. Credimus q̃ Græcarũ illarũ modo corruptã eſſe: ſiquidẽ oſtendit: quod nomen animal illi fecit: paſtu eius cõtra ſerpentes ſe muniens. Non adeo antedictis oluſatro ſmyrnio q̃, & mox dicendis fœniculo & grandi fœniculo diſſimilis ea eſt. Vmbellas enim & in umbellis ſemina earum omnium modo habet: & præter umbellas radices quæ edendo ſint: & inter ſalgama caulis cõditurã. Folia diſcrepant magnopere, quę in elaphoboſci lauri figura deſcribuntur: longiora tantũ & acutiora. Eſt illud in comparatione caulis eius ut nos uertimus ad libanotidem animaduertendum: non pertinere eam ſimilitudinem ad coronariam roſmarinum, ſed ad libanotidis certũ genus quod hic non multo poſt deſcribet: in quo caulis & in ſummo umbellæ figura erigitur, quæ alieni orbis ut tunc dicetur propriuſ tex eſt.

Περὶ Μαράθρου. κεφ. υπς.

MΑραθρον. αὕτη ἐθιομένη ἡ πόα, δύναται γάλα καταπάσσειν. ἡ δὲ σπέρμα ἢ πινόμενον ἢ σωφόμενον πιάσαν. τὸ ἢ ἀφέψημα τὴν κόμην ὑπερθεν, νεφριῶσι τοῖς πρὸς κύστιν χρήσιμον. διουρητικὸν ὑπάρχει. ἀφεψόμενὴ ἢ ἑρπετοδήκτοις σὺν οἴνῳ πινόμενον. ἡ καταμήνια ἄγει. ἐν πυρετοῖς τε ναυτίαν μὴ καῦσον σομάχου παραιτεῖται μετὰ ψυχροῦ ὕδατος πινόμενον. δοκεῖ ἢ ῥίζαι λεῖαι σὺν μέλιτι καταπλασθεῖσαι, κυνόδηκτα θεραπεύουσιν. ὁ ἢ χυλὸς ἐκθλιβεὶς τοῦ καυλοῦ ἢ τοῦ φύλλου ἐν ἡλίῳ ξηρανθεὶς, εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, ὅσα πρὸς ὀξυδοκίαν σκεδάζεται χρήσιμος. χυλίζεται δὲ τὸ σπέρμα πρὸς τὰ αὐτὰ χλωρόν. ἔτι σὺν τοῖς φύλλοις καὶ τοῖς ἀκρέμοσι. καὶ ἡ ῥίζα κατὰ πάν παρόντων ἐκβλάστησιν. ἔστι δὲ τῆ πρὸς ἐσπέραν ἰβηρία, καὶ ὁ σπόμ

De Fœniculo. Cap. LXXIIII.

MArathron. Romani fœniculum dicũt. Facit copiã lactis fœniculi herbæ cibus. Poteſt idẽ & ſemen potũ & lo aliquo doloribus & ueſſicę uitiis utiliter bibit. Confert & ſerpentiũ morſibus cũ uino potũ. Mẽſes idẽ ducit. Nauſeas in febribus & ardores ſtomachi lenit cũ frigida aqua potum. Sanãt rabidoꝝ canum morſus conciſæ radices & ex melle emplaſtri modo poſitæ. Ex foliis caulibusq; expreſſus tum in ſole ſiccatus ſuccus, oculorum medicinæ & remediis utilis, quæcunque ad eorum claritatem conficiuntur. Exprimitur & ex uiridi ſemine ſuccus cum foliis ramulis'que ad eadem omnia. Radix præterea eodem modo in prima foliorum germinatiõe exprimitur. In occidentali Iberia gũmi ſimilẽ ex ſe liquorẽ mittit

ἀνίκα σιμόμοιον κόμμι. ἀπὸ θιζόντ ̃ ων τ ̃ ὴν ἄνθη σὺν μέσον τ ̃ ὸ καυλὸν τ ̃ ὸ ἐπιχωρίων, ἢ πυρὶ πρὸς αὐ-ξόντων, ἵνα ὑπὸ τ ̃ ῆς θερμασίας ὁἰονεὶ ἀφιδρῶ σαρ ἐκβάλῃ τὸ κόμμι. ἔστι δὲ ὠφελητέον τοῦ χυλοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ τοῦτο.

mittit fœniculum, medium cũ floret demetentibus incolis caulem, igníq; admouẽtibus, ut ui caloris ueluti exudatũ gũmi illud ex se mittat. Estq; in oculorum medicina multo quàm succus liquor hic efficacior.

INTERPRES.

FOeniculũ, si Nicandro in Theriacis suis, quæ mox subijciemus, scribenti credimus, nobilitauere serpentes, gustatu eius, senectã exuendo, oculoq; aciẽ succo eius reficiendo. Versiculi poëtæ eius sunt. τῦ μοι ὅτ' ἀναλίων φολίδωνἀπεδύσατο γῆρας μῶλυς ἐπισέχων ὅτε φωλεὸν ἔαρι φεύγων, ὄμμασιν ἀμβλώσῃ, μαράθου ὑ ἐνὶ χυλῷ ζωρὸν ἐσοκυβὲς ὠκύτατα καὶ αὐγήεντα τίθησιν. Quoq; sensus ille est: Quo tẽpore relicta arescentium squamaq; sene ctute, torpidus & segnis ingrediens, uernaq; tẽpestate cauũ suum fugiens hebetibus oculis cæcutit: Veraq; dã uiridi, sicco seruatoq; sale: totaq; mensa non ut nostra ætate fit, in secunda & ad augendã sitim tantũ: nec semine solũ, sed coma & caulibus utentes. Neq; immerito: tam multæ in sanitatis & medicinæ usu dotes illi sunt, quas hic scriptor prosecutus labori huic parcere alios uoluit. Nos tamen illud legentibus significabimus, comam in plantis humilioribus ab hoc scriptore dici totã alicuius simul decerptã frondẽ, non per singula folia discerptã: sæpe enim & in pluribus fit, aut quia breuissima folia eius sunt, aut quia eandẽ habent foliis utilitatẽ partes aliæ, ut separare à reliquis partibus illis folia facile nõ sit: aut si separent imprudenter, quod utile pariter est abijciatur. Quod in fœniculo hoc fieret, in quo capillata folia non possunt figillatim à suo caule pediculoq; auferri. Eamq; ob causam oportet tota manu apprehẽsam comã eius omnẽ simulq; crassiores imas eius partes caulem amplexas, distringuere: totũq; hoc herbã & comã eodem intellectu hic dixit, & nos uertimus. Cætera in quotidiani usus olere satis nota sunt, & ideo nõ ultra tractãda. Nolumus tamen quod penè nos effugerat, non significare legentibus, quæ Dioscorides & hic & alibi κυνόλυκτα simpliciter uocat, & nos rabidorũ canũ morsibus nũc uertimus, nõ simplex eius animalis uulnus significare, sed cũ rabit, & in rabie illatã homini suo dẽte noxã: siquidẽ non rabidi canis morsus ab aliis alioq; animalũ morsibus & uulneribus non differt. Neq; hũc oportebat priuatim de eo in radicibus fœniculi aliquid docere: cõmuni enim alioq; uulneq; curatione nõ rabidi canis morsus curandus est: eamq; ob causam nos rabidorũ hocloco adiecimus: monemusq;, ficubi simpliciter canũ morsus audiẽt, de rabidis ob eã quã dixim⁹ causam intelligi oportere. Nõ erit postremo legẽtibus difficile, q̃s hic scriptor in febribus nauseas dixerit, nouisse: si meminerit aliqs quos ad uomitũ conatus & impetus stomachi, & post eos uomitiones mare primũ ingressus graui dolore senserit. A nauibus enim & nauigatione ναυτίᾳν uerbũ & ναυτίαν nomen Græci fecerũt, qbus uomitiones & ad uomitiones conatus illos indicarent. Secutiq; eos Latini eodẽ modo & ex eadẽ causa suam & ipsi nauseam fecerũt, eadẽ significatione & rei æstimatione: nec cõtenti in nauigio & mari eam cõstituisse uocẽ, ad reliq̃s uomitiões rẽ trãstulerunt: uocarũtq; Græci ναυτίαν, Latini uero nauseã in: reliqua uita uomitiones, & ad uomitiões conatus. Quæ qm̃ in aduersa ualetudine fiũt, quotidieq; in ægrotis uidẽt, ijsq; præsertim qbus male affectus stomachus sit, coguntmedici subinde uomitiones, & ad eas irritos etiã conatus obseruare: quos nec Græci nec Latini appellationibus secreuerunt, utrũq; euentũ eadẽ nauseæ appellatione indicãtes: & si obseruatũ in antiquis scriptoribus Græcis pariter & Latinis diu fuerit, nauseas conatus potius & impetus illos q̃ uomitiones dici: Sic Celsus primo libro, si sine uomitu nausea fuit &c. Sic Græcorũ medici ναυτιώδεις διαθέσεις pro irrito ad uomitũ eodẽ conatu sæpe dixerunt: Quod legentes monuisse placuit, ut certiorẽ nauseæ rationem ex mari primũ factam scirent: & quoniam frequẽtiores, diuturniores & ualidiores ad uomitum in mari conatus q̃ uomitiones in pluribus fiant, præcipuam eius uocis eam esse significationem, quæ possit sine uomitu etiã esse: quẽadmodũ contrà uomitus nunq̃ sine præcedẽte impetu & conatu illo fiet: nec conuerti cum uomitione nauseam, sed præcedere nauseam, sequi uomitionem: & illam sine posteriore aliquando esse, posteriorem uero nunquam sine priore.

Nausea.

Περὶ ἱππομαράθρου. Κεφ. υπζ'.

Ἱππομάραθρον. ⌊ οἱ μὲν γὰρ θῆλυ, οἱ δὲ μάραθρον ἄγριον. αἰγίπυροι σαμψῶς. πρὸ φύτευθυμ ἔνιον. ῥωμαῖοι φαινίκουλουμ ἰδίως κουμ. οἱ δὲ, φαινίκουλους. οἱ δὲ, κουίνους. οἱ δὲ, μύρμ. ἄλλοι σισάμεος. ⌋ μάραθρόν ἐστιν ἄγριον μέγα. φέρει δὲ ὡς ἔρμα κάρδῃ ὅμοιον. ῥίζα δὲ ὑπέσιμ εὐώδης. ἣ ὡς πινομένη σπαργούσας ἰᾶται. ἔμμηνά τε ἄγει προσιδεμένη. τὸ δὲ ὡς ἔρμα κοὴ ἡ ῥίζα κοιλιαν ἴσχει πινόμενα. ἀκρισθ ἄκρις τε βοκδᾶ, καὶ λίθους θρύπτει, καὶ ἱκτερον ἀπακαθαίρει. τῶν δὲ φύλλων τὸ ἀφέψημα πινόμενον γάλα ἄγει. καὶ τὰς ἐκ τοκετῶν γυναῖκας ἀποκαθαίρει. καλεῖται καὶ ἕτερον

De Syluestri siue erratico fœniculo.
Caput LXXV.

HIppomarathron. ⌊ Sunt qui fœminino genere marathrida, qui agreste marathrũ, qui myum appellẽt. Magi thimaricolinũ. Galli fistrameor. Romani erraticum fœniculum dicunt. ⌋ Grande est erraticum fœniculum. Semen fert cãchry simile. Radix illi est odorata: quæ contra urinæ stillicidia utiliter bibitur. Menses apposita eadem trahit. Sistunt alum pota semen & radix: serpentium morsibus subueniunt: uessicæ calculos frangunt: & suffusos felle purgant. Bibitur nutricibus in defectu lactis foliorum erratici fœniculi decoctum. Puerperas à partu purgat. Vocatur & alterum erraticum

ἱπποµάραθρον. φύλλα ἔχων σεσελεως, µικρά, πρόµικη. κλῆρον δὲ στρογγύλον, πρὸς τὸ µῆκος ὀξύµαλον. εὐώδη. δριµαντικόν. ἀναλογεῖ δὲ αὐτοῦ ἡ δύναµις τῇ προειρηµένῃ ἀσθενέστερον δὲ καὶ δριµύτερα.

fœniculũ, foliis anguſtis exilibus: & oblõgis: ſemine rotundo, coriandri ſeminis eadẽ pene figura, acri, odoratoq́, & quod calefaciẽdo ſit. Reſpondet proportione ſimiles antedicto uires eius: infirmiores tamen & minus efficaces ſunt.

CRedebamus dixiſſe nos in hippoſelino quod Romanis oluſatrũ eſt, quæ ad oſtendendã huiuſcemodi uocũ in Græcis rationẽ ſatis eſſent: ſed appellat in hippomarathro nos Nicander, qui in Theriacis ſuis, non cõpoſita uoce hac utitur, ſed ab equis adiectiua forma ἱππίου illi adiecit. Verſiculus eius eſt ἢ καὶ ἱππείου µαράθου πλουσίη ῥίζα ἕλιξαν, quod eſt, ſi uerbũ de uerbo aliquis uertat: aut equeſtris & etiam marathri multi incrementi radicẽ: qua uoce contra ea quæ paulo ante dicta à nobis ſunt, ſuſpicetur forte aliquis, nõ ſimpliciter grãdia dici quæ hippo uocẽ cõiunctam ſibi in cõpoſitione habẽt, ſed quod ad equos pertineat, latere in his plantis aliquid. Verũ nihil ſuſpicari oportet huiuſcemodi. Potuit enim poẽta cõpoſitionis in nomine illo rationẽ laxius exprimere, & q̃d alijs ſatis fuerat ſimplici hippo uoce augere, ab eodẽ animali adiectiuũ ipſe facere. Neq; nos ſimpliciter negauimus, ſignificare equũ in his plantis eam uocẽ, ſed non reſpondere in Latinis equũ ſignificationi Græcæ uocũ: ideoq́ eorũ rationem in fingendis uocibus ſequi nõ oportuiſſe. Illi enim proceriorẽ altitudinẽ, & qualis in his eſt qui equis uehunt, in plantis his oſtendere tm̃ uoluerunt: ex eaq́ ratione Nicander ἱππεῖον µάραθον dixit: non equeſtre fœniculũ, ſed grande: tantũq́ ſatiuo procerius, quantum equites altitudine pedites ſuperant. Significareq́ eam uocẽ ſolã proceritatẽ hic ipſe indicat, qui erratici fœniculi hiſtoriã incipiens, ait: Grande eſt erraticũ fœniculũ. In cuius appellationibus quæ fœminino genere marathris dicta eſt, ſolã habet ex ſexu à ſuperiore illo diſcriminis cauſam: qualia in hoc opere multa alia audiuntur, quẽadmodum agreſte marathrum eandem hippomarathro ſignificationẽ. Ferre erraticũ fœniculũ hoc ſemẽ cãchryi ſimile Dioſcorides ait, cãchry id intelligẽs, q̃d ab eo in libanotide mox deſcribet, & q̃d in umbella eius fruticis concipitur & maturat: cui erraticũ fœniculũ hoc ſimilẽ ſuã habet.

ἱππίου. µαράθου.

περὶ Δαύκου. κεφ. υπή.

Αὖκος, οἱ δὲ, δίεκαιον καλοῦσιν, ὁ µὲν ἄγριος κρητικός. µεγάθει ἔχων τὰ φύλλα ὅµοια. µικρότερα δὲ καὶ λεπτότερα. καυλὸν ὑπιθαµιαῖον. σκιάδιον ὅµοιον κοριάννῳ. ἄνθη λευκά. ᾧ ἡ πύξις ὁµοία. δίεκαιον. λευκός. δασύς. ᾧ ἅµα δια µασᾶσθαι εὐώδης. ῥίζα δακτύλου τὸ πάχος. τὸ δὲ µῆκος σπιθαµῆς. γίνεται δὲ ἐν πετρώδεσι τόποις καὶ εὐκλίοις. Ὁ δὲ ἄγριος αὐτῶν ἐστι σελίνῳ ἀγρίῳ πλατυλήσιος, ἀρωµατώδης, δριµὺς καὶ εὐώδης εὐωµένῳ καὶ πυρώδης. διαφέρει δὲ ὁ κρητικός. τὸ δὲ σπέρµα εἶδος κορίῳ τὰ φύλλα ἔοικε. καὶ τὰ ἄνθη λευκά. κεφαλὴν δὲ ἔχει καὶ κλῆρον ὅµοια ἀνήθῳ. ἐφ' ᾗ σκιάδιον ἐµφερὲς σαφυλίνῳ. σπέρµατι ἐπιµήκεσι πλήρεσιν ὡς κυµίνου δριµέως. τὸ δὲ σπέρµα πάντα δύναµιν ἔχει θερµαντικὴν πινόµενον. ἐµµηνῆ, ἐµβρύωµα καὶ οὖρα κωλύει. καὶ στόφωσι παλαιὰ κόπους. ἐγχριόµενον χρονίους πραῦνει κόπους. ἀφίστησι δὲ καὶ φαλαγγιώσεις πρὸς θερµὸν σὺν οἴνῳ. διαφορεῖ δὲ καὶ οἰδήµατα καταπλασθέν. ἡ δὲ χρῆσις τοῦ µὲν ἄγριου τοῦ σπέρµατος µόνον. τοῦ δὲ κρητικοῦ καὶ τῆς ῥίζης. ἅ ἐστι µάλιστα πρὸς τὰ θηρία πίνεται µετ' οἴνου.

De Dauco. Cap. LXXVI.

DAucon, ſunt qui daucion uocẽt. Romani pariter Græcis daucũ dicũt. Creticus in hoc genere quidã eſt, fœniculi foliis, minoribus tãtũ exiliorib́usq́, caule ſemipedali, coriandri umbella, floribus cãdidis, & poſt hos ſemine acri, candido, hirſuto, & in cõmanducãdo odorato: radice digitali craſſitudine, & dodrantali lõgitudine. Naſcitur hic petroſis & apricis locis. Alter agreſti apio ſimilis eſt, aſper, aromatũ modo odoratus, ſapore feruido. Antecedit alios bonitate Creticus. Eſt & tertiũ dauci genus coriãdri folio, flore candido, capitibus & fructu anethi. Erraticę paſtinacæ umbellã habẽt, prælõgo ſemine, cymini figura & acri plenã. Calefacit potum daucorum omnium ſemen. Menſes, fœtus & urinã trahit. Finit idem tormina, tuſſes diutinas lenit. Succurrit & phalangioſæ morſibus cũ uino potum: diſcutitq́ emplaſtri modo impoſitũ tumores. Ex alijs ſeminis tantũ uſus eſt: ex Creticorã dicis etiã: quæ præſenti & egregio remedio cõtra uenenata cum uino bibitur.

NOn ſemper quod Flaccus ait, decies repetita placebũt: ſunt enim quæ itereq́ tantũ dicta faſtidiũ afferunt: & ſiquam habuerunt gratiã, amittant. Siquidẽ ſumus hoc ingenio omnes, ut nihil unq̃ tãgratuũ aut nouũ ſit, ut nõ ſtatim placere deſinat, & exoleuiſſe credat. Ob eã cauſam nihil nos in dauco de dauco agemus, nõ multo ante in agreſti paſtinaca tã lõge tractata omni eius hiſtoria & ratione: ex quapoterũt uolẽtes quæ in dauco exigi à nobis poterant, nouiſſe omnia. Neq; enim cõgener, ſed idẽ illi eſt, & nomine tantũ diuerſus, ſi Galeno melioribusq́ Græcis credendũ eſt. Maſculino genere & neutro daucũ dici in antiquis obſeruauimus. Nos hũc ſcriptorẽ ſecuti, maſculino eum ſemp indicauimus. Quodq́ inter appellationes eius male dirẽon legebat, ex Nicandro in Theriacis daucion emendauimus, ſic enim ille appellauit. Δαύκιον, ῥίζαι τε βρυωνίδος, quod eſt, dauciũ & bryoniæ uitis radices. Fuerunt etiam in antiquis qui daucũ ſcriberent, duoq́ eius tantũ genera facerẽt, Creticũ & Aſiaticũ: hic tñ tria: Plutarchus uero plura daucoq́ fecit genera. Illud etiã à principio ſtatim quod hic ait habere Creticũ daucũ fœniculo ſimilia folia, µικρότερα καὶ λεπτότερα: quoq́, niſi uitiũ ſit, ſenſus eſt, minora tamẽ & tenuiora, Plinius & Pliniũ ſecutus Barbarus, cãdidiora dixerũt, quaſi λευκότερα nõ λεπτότερα legẽdũ ſit. Nos & ſi multis locis mutatas inuicẽ duas illas uoces in

in hoc scriptore deprehenderimus, in re tamen incerta nullius Græci codicis fide & ope adiuti, mutare ausi eã non sumus: & qualẽ inuenimus, talẽ eam reddidimus uocẽ. Præterea quod Barbarus in meridianis locis nasci daucũ dixit, nos apricis, Dioscorides ὑπαλίοις ait: quæ uox soli expositũ & bene solẽ excipientem locum significat: quæ tota apricæ appellationis ratio & summa est. Habent enim meridiana ex mũdi parte & aspectu indicationem: a prica ex colore solis, cuius tepore fœlicius calentibus locis daucus hic prouenit. Et hęc pro dauco dicta hactenus à nobis fuerint.

περὶ Δελφινίου. κεφ. υπδ'. *

Δελφίνιον. Οἱ μὲν διάχυσις, οἱ δὲ διάχυτος, οἱ δὲ παράλυσις, οἱ δὲ κάμηλος, οἱ δὲ ὑάκινθος, οἱ δὲ δελφινίας, οἱ δὲ νηρίον, οἱ δὲ νηριάδιον, οἱ δὲ σώσανδρον. οἱ δὲ κρόνιον. ῥωμαῖοι δὲ κόκκινος μίνος. κλῶνας ἔχει ἰσοπληθεῖς ἢ μείζονας ἢ μικρὰς ἐπὶ γῆς. περὶ οὓς φυλλάρια ἐπίοχισμένα λεπτὰ, ἐπιμήκη. δελφινοειδῆ, ὅθεν καὶ ὠνόμασται. ἄνθος ὅμοιον λευκοΐῳ. ἐμπόσφυρον. σπέρμα ἐν λοβοῖς κέγχρῳ ἐμφερές. ὁ βοηθῶν πρὸς ἐπὶ οἴνῳ σκορπιοπλήκτοις, οὓς οὐδὲν ἕτερον. φασὶ δὲ καὶ τοὺς σκορπίους πρὸς ἀπειθείσης φωνὴ πόας παραλύεσθαι. ἀπεράκρυς τε καὶ ὑπώδεις γίνεσθαι. ὑφαιρουμένης δὲ εἰς τὸ αὐτὸ καθεσάναι. φύεται δὲ ἐν βαχέσι τοῖς ὑπαλίοις τόποις.

περὶ Δελφινίου ἑτέρου. κεφ. υς'. *

Δελφίνιον ἕτερον. οἱ δὲ ὑάκινθον. ῥωμαῖοι βουκίνας. καὶ αὐτὸ ἐμφερὲς τῷ πρὸ αὐτοῦ. τοῖς δὲ φύλλοις καὶ τοῖς κλωνίοις ἰσχνότερον πολλῷ. δ' ὑακινθος. οὐχ οὕτω δὲ ἐρυθραίς.

De Delphinio. Cap. LXXVII.

DElphinion. ⌊ Sunt qui diachysin, qui diachyton, q paralysin, qui chamarõ, qui hyacinthũ, q delphiniada, q neri on, qui neriadiũ, qui sosandrum: qui croniũ uocent. Romani buccinũ minorẽ dicũt. ⌋ Ramos ab una radice lõgitudine duoꝝ dodrantũ & aliquando maiores delphinion profert: circa quos foliola sunt tenuia, candida, prælonga, incisuris diuisa, delphinoꝝ figura, unde & nomẽ inuenit. Florem fert uiolæ simile, purpureo colore. Semen in siliquis habet milio æquale. Potum cum uino scorpionum ictibus, ut quoduis aliud succurrit. Ferunt præterea admota herba contractas scorpiones langueſcere, torpidosq; & ad nocendum inefficaces fieri: amotaq; statim in antiquam redire naturam. Nascit delphinium hoc asperis, sed apricis locis. Est & alterum delphinium quod hyacinthum aliqui, Romani uero buccinum pariter uocãt. Antedicto simile id est: foliis tantum ramulisq; multo graciliori-bus: habetq; pares antedicto uires, non adeo tamen efficaces.

INTERPRES.

QVam nostra ætas senã, officinis omnibus & uulgo notã uocat, antiquitas ut opinati aliqui sunt delphinion appellauit. Posterioris & quo nũc medicina utitur nominis incerta ratio nobis & causa: annõ folia à se uocari & indicari gaudẽtes: ut nõ tantũ maris honor delphinus esset, sed haberet nutrix & patrẽs omniũ terra quod ex eo piscẽ in suis opibus etiã numeraret. Vtq; in mari beneficus homini semp delphinus fuit, multisq; salutẽ humanitatis nostræ sensu quodã attulit: sic etiã in plãtis aliqua esset, q̃ delphinoꝝ figura repandoq; filiquaꝝ suaꝝ inflexu salutẽ homini faceret. Eiusq; beneficij merito sosandros etiã diceret: Id em̃ ea uox significat. Dictũq; delphiniũ hoc sosandros est, q̃ τὸν ἀνδρεῖαν σώζει, id est, uiriũ & roboris firmitatẽ seruat. Fuerunt qui mutata tantũ declinationis forma, delphiniada, scilicet herbã uocarẽt: & qui à floris figura hyacinthũ: ὑακινθῶδες em̃ à Græcis, id est, hyacinthinus flos eius describit̃. Legit̃ postremo inter appellationes has à Romanis delphiniũ hoc buccinũ minus dici, quod nullibi hactenus cõpertũ nobis est: Facilis tamẽ nominis cõiectura. Vt enim Græci à delphinis & ex mari nomẽ illi fecerũt: sic posteriorrs etiã Latini potuerũt ex eodẽ elemẽto, sed ab alijs piscibus eam indicasse. Sunt enim buccina in purpuraꝝ genere, sed nõ repãdo dorso, ut delphini. Quod miret aliquis in delphinio hoc, illud est: Nihil agere de eo Plinio: nec delphinij aut sosandri, quod hactenus legerim, in totã eius historia sub his nominibus unq; meminisse. Nihil etiã Paulũ Aeginetã: qui cũ medicã omnem materiãlib. vi. per capita numeraret, quotidiani in medicina usus herbã remediũq; relinquere nõ debuerat. Dubitamus ob eam causam, latere in antiqua etiã medicina delphiniũ hoc sub appellatione aliqua alia. Auxitq; suspicionẽ nostrã, q̃ is quẽ uetustissimũ habemus Lõgobardis literis scriptũ Latinũ Dioscoridem, nullũ hoc loco sosandrũ aut delphiniũ ostendit. Monemus hęc legentes, & eruscãdæ ueritatis has ueluti ansas illis porrigimus: ut & ipsi ingenio, labore, diligẽtiaq; sua humanę saluti aliquid conferãt. Cęteræ delphinij appellationes nõ satis certã nobis habent significationẽ: nisi forte nerion & neriadiũ à Nereidibus nymphis ex eodẽ mari factæ sunt. Demirabit̃ aliquis etiã, neq; immeriteo, in multiplici senę potestate, nihil à Dioscoride in delphinio dictũ, quod ad faciendã homini medicinam, præterq; in scorpionis ictu pertineat. Nos ex figura filiquaꝝ senæ quæ totũ delphinoꝝ formã referũt, & posteriorꝝ quorundã autoritate usi, senã delphinium & sosandrũ antiquis dictã fuisse testati sumus: ingenue tamen fatemur, pro cõperto aliud nihil de ea nos habere. Animaduertendũ & illud, in delphinij historia dicere Dioscoridẽ, folia eius delphinoꝝ figura esse, cũ tamẽ aliter sensus indicet: & quod delphinis simile in delphinio est, filiqua tãtũ sit. Eamq; ob causam nõ male forsan suspicet̃ aliqs, perũsse aliqd eo loco q̃d ad has siliquas pertineret, facili librariorꝝ lapsu, cũ plura sigillatim & per se similiter definẽtia scripturi sunt.

Delphinion

Περὶ Πυρέθρου. Κεφ. υσά.

Πυρεθρον. Οἱ δὲ, δορύκνιον. οἱ δὲ πύρινον. οἱ δὲ, πύρωθρον. οἱ δὲ, ἀγρὸς πυρίτης. προφῦται πυρίτης. ῥωμαῖοι σαλιβάριε. πόα ὀζὶ καυλὸν ἀνιθῶσα μὴ φύλλα ὡς πῆ δαῦκος ἄγριος μὴ μάραθρον. σκιάδιον δὲ ὡς ἀνήθου τριχοειδές. ῥίζα δακτύλου μεγάλου τὸ πάχος μακρά. γλυσαμμύῳ πυρωδικωτάτη. φλέγματός ὀζυτ ἐπισασική. διὸ καὶ ταῖς ὀδονταλγίαις βοηθεῖ μετ' ὄξους ἑψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη. ἄγει δὲ καὶ φλέγμα διαμασηθῆσα. συγχριομένη δὲ μετ' ἐλαίου, ἱδρῶτας κινεῖ ποιοῦσα πρὸς τὰ χρόνια ῥίγη. μὴ πρὸς ἐψημένα δὲ ἢ πεπτμένα μέρη τοῦ σώματος, ἄκρως ἀρμόζει.

De Pyrethro. Cap. LXXVIII.

PYrethron. Sunt qui dorycniũ, qui pyritrũ, qui pyrotum, qui pyrithen appellent, Romani ſaliuarem herbã dicunt. Caulẽ foliáq; agreſtis Dauci & fœniculi modo ex ſe profert. Vmbellam anetho ſimilem & rotundam habet: Radicem pollicis craſſitudine, longã, ſapore maxime feruido. Abundat commanducata hac herba in ore ſaliua: eapropter dentium doloribus ſubuenit, cum aceto elixa: in quem uſum decocto illo colluuntur dentes. Commanducata etiam pituitã trahit. Vnguntur ea ex oleo ad cientes ſudores. Facit ad longos in acceſſionibus febrium cum tremore algores. Facit & ad ea quæ frigoribus perfrixerunt corpora & torpent: quibus egregie accommodata eſt.

INTERPRES.

Si Theophrastũ, Strabonẽ, Plinĩ, Columellã, Solinũ, Græcorumq; medicos & herbarios omnes de laserpicio tradentes diligentius aliquis audiat, omnemq; eius in antiquis scriptoribus his medicinã & historiam contempletur, non erit ut credimus laserpicij ferula hæc balsami arbuscula illi uilior: nec liquore liquor etiam inutilior. Siquidem peregrina Græciæ & Italiæ, ideoq; in maiore dignitate utraq; semper fuit: Vtraq; certos priuatim q; sibi à natura traditos natales locos, quod omnibus eas fecit optabiliores, accepit: illa conuallẽ ad Syriã, hæc ad Cyrenẽ latiores cãpos, etsi postea extinctũ omne illic laserpiciũ fuerit. Vtraq; ad excipiendos liquores cęditur. Vtraq; materia, semine, & liquore commendatur: nec numero pauciores, nec uiribus & potestate ignauiores in uitæ uoluptatibus, & in corporẽ uitijs aut morbis necessitates utraq; habet & usus. Et ne longiores simus, utraq; ob raritatem, & quas habent ad utranq; ualetudinẽ egregias utilitates gentibus ad spectaculum, & in deorũ templis ad religionẽ & anathemata proposĩtæ diu fuerunt. Ostenderũt post deuictã Iudæã Vespasiani imperatores ciuibus suis balsami arbusculã: doluerunt q; omnes contra eam sęuitum in obsidione sua à Iudæis fuisse. Et Cyrenæi Delphis Apollini quotannis silphij caulem ex agri sui opibus offerebant: ferulamq; hanc suã tantopere amauerunt, ut Cyrenes conditori Batto perpetuum cum ea honorẽ habuerint, in gemma qua publice in signandis epistolis ciuitas utebatur, Battũ gentis suæ autorem ostendentes: cui mulier quo decebat corporis ornatu & habitu, laserpicij caulem porrigebat, fortunæ simul naturæq; pro suis opibus gratias agens: gloriã fœlicitatemq; suã grata utriusq; beneficij memoria sic ostentantes. Id certe maximum pretij & honoris in ferula hac argumentũ fuerit, q; egregium, rarę, amabile, pretiosumq; aliquid significantes Græci, non aliter q̃ ut in prouerbio fit, Batti silphiũ iactabãt: Neq; immerito: tanta fuit quondã utroq; tempore morborũ & sanitatis ex ea generi humano uoluptas simul & necessitas: tamq; quotidianus & amabilis cunctis usus. Ob quam causam longissime omniũ Theophrastus de ea in vi. de plantarũ historia egit. Licetq; Plinius & præter Pliniũ plures alij plantã partes q; eius omnes longiore historia illustrauerint, nihilominus quoniã cuncta alij ab eo acceperunt, singuliq; aliquid quod dixisse oportebat, reliquerunt, operæpretiũ erit ex eo scriptore ijsdem uerbis omnia semel reddidisse, quæ huiuscemodi sunt: Habet Silphiũ numerosas radices & crassas: caulẽ qualis in ferula est, & crassitudine illi æqualẽ: Foliũ quod maspeton uocant, apio simile, semen latũ foliaceumq;. Caulẽ non ultra annũ prorogat, quemadmodum & ferula. Vereq; primum folia & maspetum hoc profert, quo oues mirifice purgantur & pinguescunt, egregia odoris suauitate carnes commendans. Post hæc caulem profert cibis quocunque modo aptum: tostus siquidem & elixus estur. Feruntq; quadraginta diebus corpora purgare. Destillat dulcem liquorem silphium, à caule alterũ, ab radice alterum: uocantq; hunc à caulibus caulĩã: illũ à radicibus rhiziam. Habet radix nigrum corticem, auferuntq; in usu eum. Sunt & radicum sectionis q; mensuræ quædã, quibus quantum oportet cedunt: reliquum ad sectiones seruãtes. Neq; enim in secando errare, neq; ultra q̃ constitutum sit, secare oportet: corrumpitur enim putrescitq; si aliter fiat. Curant autẽ in pyræum Athenas ferentes silphium hoc modo: Cum in uasa coniecerint, farinã illi miscent, multoq; tempore conmouẽt: eaq; tractatione colorem contrahit: rationeq; hac curatum, incorruptũ permanet. Quæ igitur in secando curandoq; silphio seruanda sunt, sic se habent. Lybiæ latos occupat campos: siquidem spatio ultra stadiorum quatuor milia nascitur: copiosumq; prouenire ab hesperidum hortis ad syrtim. Proprium illi est cultos odisse locos: & si colatur, in deserta fugere, uelut id quod ferum sit, & cultura non indigeat. Narrant Cyrenæi septem ante conditas Cyrenas annis apparuisse. Ex quo autem ædificata urbs est, trecenti interfuerunt anni, magistratũ gerente Athenis Simonide. Et hæc quidem sic ferũt aliqui. Alij radicem silphij ferunt cubitalẽ paulo' ue ampliorem nasci: tumereq; in medio ueluti caput, quod sursum sublime fertur, paulo q; minus q̃ supra terram emergit: ex qua erumpit quod lac uocatur: Tum caulis, & post hunc quod magydaris & foliũ dicitur, quod semen est. Cumq; ualidus spirauerit auster, post caniculares dies uento id spargi: ex eoq; nasci silphium: eodemq; anno radicem fieri & caulem. Verum non est hoc silphij proprium: Habent enim & alia, nisi hoc forte dicunt à sparso semine statim nasci. Quod uero priuatim & ab alijs diuersum silphium habet, illud narrant: Oportere annum fodi: si enim relinquatur semen totum, caulemq; proferre: deteriusq; ea ratione fieri, & hoc & radicem eius. Narrãt præterea fieri meliores circumfossas radices: quoniam renouetur terra. Sed hoc contrarium illi est quod dicitur, odisse culturam silphium. Narrant & comedi radices recentes in acetum concisas: & folium colore auri esse. Contrarium his etiam purgari oues foliũ comedentes. Ferunt enim hyeme & uere in montem exire oues, uesciq; eo & alio quod abrotono simile sit: & quod utrunq; calefaciendo est, non purgare, uerum siccare & cõcoctionem adiuuare: ideoq; fieri, si morbosa maleq; affecta ouis aliqua accedat, conualescere statim aut mori: ueruntamẽ sæpius cõualescere. Hæc autem utro modo se habent considerandum est. Quæ uero magydaris dicitur, aliud à silphio est, rarius, & minore acrimonia, succoq; carens: discernitur à peritis solo aspectu. Nascitur in Syria & Cyrene. Narrant & in Parnaso nasci copiosam: & hanc silphium esse. Si uero culta fugit loca uelut silphium, considerandum erit. similiterq; an simile æquale' ue aliquid in folio & caule habet: In uniuersumq; si lachrymam destillat. Et hæc Theophrastus longius forte quàm legẽtium aliquis æquo animo ferre potuerit ab eo & à nobis dicta:

ſed non inutilia, ut quæ à Dioſcoride dicuntur certius intelligi poſſint. Siquidem & ille de foliaceo femine, de maſpeto, magydari, aliiſq; omnibus pariter egit: & ut tunc ferebat fama, totam laſerpicij hiſtoriã tradidit. Quod Cyrenaico agro probatiſſimũ naſcebatur, tantumq; illi ex eo laudis & honoris accreuerat, ut Catullus una hac nota Cyrenẽ illuſtrauerit, laſerpiciferas in epigrammate ſuo Cyrenas uocans. Nouerant eũ tunc omnes quod ubiq; nunc ignoratur. Erat q; in quotidiano cibo⁊ uſu laſerpicium: quos grato ſapore & odore commendabat. Miſcebatur id, ut indicat Columella, oxyporis: & ut plures alij teſtantur, laſerpiciatũ acetum in multo uſu erat. Longior erit commentatio hæc noſtra, ſi quot uſus laſer habuerit, (ſic enim Plinius etiam uocat) numerare uoluerimus. Illud dixiſſe ſatis ſit, quod Martialis de ſimila ait: Nec laſeris dotes poteris numerare nec uſus. Cum medico toties cum ſit & coquo toties aptum. Vtebatur eo paſſim antiquitas ob egregiam calefaciendi uim quam habet: nunc autem tantum abeſt ut noſtro⁊ tempo⁊ laſerpicio uti ganea aut medicina poſſit, ut rem ipſam utraq; ignoret, nec coniectura ſaltem oſtendere poſſit. Nouerunt quidem noſtræ ætatis medici opon Cyrenaicũ, ſed nomen tantum: & in eo nomine quod longiſſime ab antiquo opo Cyrenaico differat. Idem enim opos Cyrenaicus & laſerpicium hoc quondã fuit: nunc aũt in fœtida aſa ea uoce utuntur, quæ tetri & ingrati odoris ſenſu tantũ à laſerpicio differt, quantum uerißime eſt quondam diſcrepaſſe eo⁊ uſus. In medicina ſane infinitus pene fuit eius uſus: indicant q; Græco⁊ medici omnes qui adhuc ſuperſunt: indicat Plinius XXII. lõgiſſime q; omniũ hic ſcriptor. Ex cuius remediis nostantum ſignabimus quæ nobis non ſunt cum Barbaro eadem, duo q; præſertim, quo⁊ id primum eſt, quod ille ait mederi laſerpicium neruorum contractionibus: contractiones neruorum uertẽs, quod Dioſcorides tetanicos dixit, longe ab illis diuerſos: qui quales ſint, in ſampſuchino unguento dictũ longius à nobis eſt. Alterum uero quo loco uertit, dari laſerpicium his qui lactis coagulũ biberint. Quod γάλακτος θρομβωθέντων hic ſcriptor uocat: in uenenorum cenſu ab eo libro VI. numeratum. Nec enim ea uoce lactis coagulum Græci

θρομβοῦσθαι. uocant, ſed in grumos concretũ in ſtomacho lac: id q; θρομβοῦσθαι uerbum ſignificat, ut certius eo loco patebit. Tantum q; abeſt ut coagulum id dici poſſit, ut coagulo huic malo ſuccurrendum ſit. Dioſcorides γάλα πυτιασθὲν tunc uocat, id eſt cui fuerit admixtum coagulum: cum quo potum in grumos concreſcit: facitq; ſtrangulationes uenenis ſimiles: datur q; coagulum, quoniã natura illi eſt ſoluta denſare & denſata reſoluere. Nos rei euentum magis q̃ cauſam ſecuti, cõcretum in grumos lac ſimpliciter diximus. Nolumus anteq;

Lac concretum in grumos. à laſerpicio diſcedamus non breuiter dixiſſe pluribus eandem rem quoniam appellationibus fuiſſe dictã, ſilphiũ, laſerpiciũ, laſer, lac Cyrenaicũ, opon Cyrenaicũ, maſpeton & magydarim: licet q; priuatim folia, aut radix, aut caulis hac illa' ue uoce ſignarentur: nihilominus quoniã una erat ferula, quæ omnia ferebat, miſcebantur hæc ab imperitis: mox cum inoleuiſſet alicubi, ſic laſerpiciũ, uocari cœperũt ſcriptores, & illis uocibus Eſt & illud in laſerpicij hiſtoria animaduertendum, inueniri adhuc Græcos codices, in quibus ſeorſum à reliquo laſerpicio, priuatim q; ſub titulo περὶ ὀπὸς φύλλων: id eſt de liquore foliorum, tradatur quod ulicum in hoc capite ad folia foliorum q; ſuccũ laſerpicij pertinet: quaſi à reliqui corporis liquore diuerſum,

Carbunculus. nec cum eo miſcendum id fuerit. Mederi inter cætera carbunculis ſilphion à Dioſcoride traditur. Vlcera ea ſunt, non hac magis q̃ illa corporis parte erumpentia: toto enim corpore pariter naſcuntur. Sentiunt oculi etiam priuatim hoc malum: ſunt q; autore Galeno in diffinitiõibus & ſagoge ſua ulcera, in quibus aduſtorum igne modo cruſtæ fiunt: deſtillant, & ſerpendo paſcunt, ſuperaccedunt q; illis aliquando febris & inguina. Fieri eos Græcorũ medici dixerunt, cum reſerbuerit ſanguis copioſiore atra bile abundans, & in aliquã partem ingruerit: conſueuiſſe q; à puſtula plerunq; incipere, quæ ambuſtis igne ſimilis ſit: aliquando etiam ſine ea fieri, prurire q; tantum à principio locum, mox unam, aliquando etiam plures ſequi puſtulas minimas, milij magnitudine: diſruptis q; ijs cruſtoſum fieri ulcus, non diſſimile ijs quæ cauterio aduſta fuerint: cinereo nonnunq̃ colore, aliquãdo autem nigro. Fit etiam quæ circa ulcus caro eſt, colore nigro, cum uehementiſſima inflammatione: nitet q; bitumini aut pici ſimiliter: Et hæc plerunq; carbunculorum ratio & ortus

Callus. eſt: Fiunt etiam in peſtilentia: quod totum nouerunt medici. Contra clauos & callos opẽ ſibi ex ſilphio hominem feciſſe teſtatus eodem hoc capite Dioſcorides itidem eſt: quorum alter ſolida, candida, & ſine humo

Clauus. re caro eſt: non uenis, non neruis ad eam pertinentibus. Clauus autem rotunda forma concreſcens callus candidus, clauorum capiti ſimilis, omnibus corporis partibus ſurgens: præcipue tamen in digitis pedũ, & imo ſolo: quo loco dolorem & ingreſſus impedimentum facit.

περὶ Σαγαπηνοῦ. Κεφ. φά.

Σαγάπηνον. ὀπός ἐστι πόας νωθροειδοῦς γλυκωμένης ἐν μηδίᾳ. διαφέρει δὲ αὐτὸ τὸ διαυγές. ἔξω θεν μὲν κιρρόν. ἐκ δὲ τῶν ἔντὸς λευκόν. ὄζον μεταξὺ ὀποῦ σιλφίου καὶ χαλβάνης. δριμὺ ἐν τῇ γεύσει. πρὸς δὲ τοῖς θώρακος καὶ πλευρᾶς πόνους. ῥήγματα. ὠδίνας. βῆχας χρονίους. πάχη τὰ ἐν πνεύμονι ἀνακαθαίρει. δίδοται δὲ καὶ ὠλικηπικοῖς. ὀπισθοτονικοῖς. ἀπλητικοῖς. ἁλιευτικοῖς. καπνυσμένοις. πλευριτικοῖς πυρετοῖς ἐν πτίσμασι. καὶ ἐν συγχύσμασι δὲ ὠφελίμως προσάρεται

De Sagepeno. Cap. LXXXVI.

SApagenum. LRomani pariter Græcis ſagapenum dicunt.]Naſcentis in Media ſerulaceæ herbæ liquor ſagapenũ eſt. Antecedit in eo bonitate quod lucem tranſmittit: quod foris ruſſum, intus cãdidum: medio inter laſerpicium & galbanum odore, & acri guſtu eſt. Facit ad pectoris & lateris dolores, rupta, cõuulſa, diutinam tuſſim. Purgat quæ in pulmonibus craſſa hærent. Datur comitialibus, in ſcapulas rigentibus, lienoſis, reſolutis q; , & circularium febrium perfrictionibus, in potione. Vnguentis præter hæc utiliter miſcetur.

Menſes

ἄγει ☉ ἔμμηνα. ☉ ἔμβρυα φθείρει πινόμενον μετ' ὑδρομέλιτος. ἀφήγγ ☉ ἀκρισθ κινεῖς μετ' οἴνου λαμβανόμενον. διεγείρει ☉ νον. οὐλάς πρὸς μήκει τὰς ἐν ὀφθαλμῷ ☉ ἀμβλυωπίας ☉ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ☉ ὑπῤχύματα. διαλυέτη δὲ ὥς πρὸς πόρ. πυγάνῳ ☉ ὕσσωπῳ ☉ πικρογλώσσῃ μυγδάλαις ἢ μέλιτι ἑκάστῳ δ' ἡμῶν.

Mẽses idem trahit: & cum dulci aqua potum fœtus enecat. Contra anguium morsus præsenti remedio cum uino bibitur. Datur ex aceto olfactandum strangulatu uuluæ procidentibus. Oculorum cicatrices exterit. Iisdem hebetibus medetur. Suffusionibus & his quæ claritati eorum officiunt, subueniens. Resoluitur laserpicij modo, ruta, aqua, amaris amygdalis, aut melle, aut calido pane sagapenum.

INTERPRES.

TEstati sunt ueteres Græci, ferulã sagapenum ferentẽ nullos habere in medicina usus: quodq; in ea expetitur, liquorẽ solum esse: nec ultra id historiæ eius aliquid addiderunt. Hic etiã Græciæ peregrinam fecit in Media nasci dicens: & ex quo ferulaceam herbã dixit, genus, formã, partesq; eius ignorasse uidetur. Plinius in Italia nasci sagapenũ testatur dicens XX. uolumine capite XVIII. Sagapenũ quod apud nos gignitur, in totũ transmarino alienatur: neq; ipse etiã ferẽtis id fruticis aut herbæ naturã tradidit. Ob eam causam nec nos longius de eo agemus, etsi Plinius, ut pauloante diximus, sagapenum Italiæ plantã dixerit: & præterea quæ pauloante ex eo citauimus libro XIX. capite VII. in hortis, sed medicinæ tantum seri dicat. In qua separarunt alij interpretes perfrictiones à circularibus febribus: cum tamen ab hoc scriptore dicatur dari sagapenum contra perfrictiones quas circularium febrium accessiones faciunt.

περὶ Εὐφορβίου. κεφ. φπ'.

ΕΥφόρβιον. δένδρον ὄζει νβθηκοειδὲς λιβυκόν. γεννώμενον ἐν τῷ ☐ μαυρουσιάδι τμώλῳ. ὀπὸν μεσὸν δ' ἐκμυτάτου. οὗ δὲ οἱ κότες οἱ τῆδε ἄνθρωποι τιτλέγουσι διὰ τὸ ἐπιπλαμβάνον τὸ πυρώσεως, κοιλίας χοῦν προβατίας πεπλεκμένας πρὸ δὲ ἁπάντων τὸ δένδρον, μακρόθεν ἀκόντιοις διαιροῦσιν αὐτὸ ἐμβαλόν. εὐθέος δὲ ὡς ἐκ ζωῦ ἀγγείου πρὸς ἀπχῆτη ὀπὸς εἰς τὰς κοιλίας, ☉ ἀπῤῥαίνεται δὲ ☉ εἰς πλὴν γῆν ξακουλιζόμενον. ἔσι δὲ δύο γένη τοῦ ἀπροῦ. τὸ μὲν, διαυγὲς ὡς σαρκοκόλλα, ☐ μέγεθος ὀροβόου. τὸ δὲ ἐν ταῖς κοιλίαις ὑελῶδες μὴ σωρεύεσθαι. ὀλοῦται ὑπὸ μὴ τῆς σαρκοκόλλης μὴ κόλλης μυγυμμύαις. ἐκλέπτου δὲ πλὴν διαυγῆ μὴ δ' ἐμύρ. δύσοσμος δ' ἐστὶν ὁ τῆς γεύσει λαμβανόμενον. διὰ τὸ ἅπαξ δηχθεῖσης τῆς γλώττης ὡς μηδὲν ἂν πύρωσιν ἐφ' ἱκανὸν χρόνον, ὥς τε πᾶν τὸ προσαγόμενον ἐυφόρβιον δοκεῖν εἶναι. ἡμύρι ἔνεστις αὐτοῦ ☐ ἰόβαν τὸν βασιλέα τῆς λιβύης ἐπεγνώσθη. δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς, διαφορικὸν ὑπχυμάτων ἐγχριόμενον. πυροῖ μὲν ἡμύρι δ' ἰόλης τῆς ἡμέρας πρθείς. ὅθεν μέλλει μίγνυται. καὶ κολλυρίοις ☐ ἀναλογίαν τῆς δριμύτητος. ἀρμόζει ☉ ἰσχίων ἀλγήμασι. μιγὲς ἀρωματικῷ πρτίμαλ ☉ πινόμενον, ἀφίστησι τὴν λεπίδας αὐθημερόν. δ' ἐμέν ἡμύρι χρωμένους ἀσφαλίζεσθαι τὸ πρικμένῳ τῆς ὀσοῖς σάρκα μοτοῖς ἢ κηρωταῖς. ἰσοῤῥοῦσι δὲ ἄνευ μηδὲν παρακολουθεῖν δυσχερὲς τοῖς ἐρπετοδήκτοις, ἐάν τις ἐκκόψας ἄχρις ὀστέου ἐπιθῇ τὸ τραῦμα τῆς κεφαλῆς, ἐγχέηται δὲ ὁ ὀπὸς λεῖον, ☉ ἐκβάλῃ τὸ τραῦμα.

De Euphorbio. Cap. LXXXVII.

EVphorbion. ☐ Romani pariter Græcis euphorbiũ dicũt. ☐ Ferulacea est in Libya ar bor euphorbiũ, in Maurusioꝝ Tmolo na scens, acerrimo liquore plena: Quẽ ob nimiũ eius feruorẽ incolę timẽtes colligunt, excipulas ex ouillis lotis uẽtriculis factas in arbore suspẽtes: tũ eminus supra excipulas illas hastilibus eã uulnerantes: qua percussa statim ueluti ex rupto uase aliquo copiosus profilit in excipulas liq̃r: in terrã aliquãdo etiã (tãtus est impetus) idem eiaculatur. Duo eius genera sunt. Trãsmittit alterũ sarcocollæ modo lucẽ: cõcrescitq; in frusta, magnitudine eruí. Alterũ q̃d in uentriculoꝝ excipulis in massam cõcreuit, uitreo colore est. Adulteraẽ euphorbiũ admixtis sarcocolla: ea est Persicæ arboris lachryma thuri similis: aut glutino. Probaẽ q̃d lucẽ transmittit acreq; est. Sapore gustuq; nõ facile euphorbiũ probaẽ: propterea q̃ linguæ semel admotũ, permanẽte ad aliquod tẽpus feruore eiꝰ, linguã adeo incendit, ut euphorbiũ, quodcunque aliud illi admotũ, uideatur. Inuentũ euphorbiũ in Libya regnãte Iuba est: habetq; liquor eius calefaciendi uim. Contra oculoꝝ suffusiones inungiẽ, dissicitq; eas. Potus hic feruore suo integrã diem urit: eamq; ob causam melli in usu miscẽt. Miscetur & collyriis acrimoniæ suę habita ratione. Coxendicis doloribus medetur in odorata potione potus. Pellit idem ossiũ squamas eadẽ die impositus: Verũtamẽ oportet eos qui euphorbio utunt, carnẽ circa ossa omnem inditis linamẽtis & cera munire. Fertur à quibusdã præterea, nullã sentiri noxam à serpentiũ morsu, siquis incisa usq; ad caluam capitis cute, dilutũ euphorbij liquorem infuderit: tũ uulnus & cutem futura coniunxerit.

DEbuerunt quondam Augusti Cæsaris salutē Romani, totoq; orbe gentes omnes Antonio Musæ medico, cum destillationibus iocinore uitiato ad desperationē redactus, contrariā & ancipitem rationem medendi necessario subijt: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari autore quem diximus medico coactus. Debet & Iubas Mauritaniæ rex, posteriorq; omnis medicina Euphorbio fratri eius salutem suam: & præter eam inuentā diligentia hominis in Atlante monte euphorbiū arborem: cuius liquore toto orbe gentes omnes ad medicinā uterentur: celebraretur q; posthac æterno regij nominis & inuenturis monumento euphorbiū, quod modo à nobis tractatur. Fœlix duoꝝ profecto fratrum copula, qui humanam rem uiuentes tantopere illustrauerint, fecerint q; ambo quod æternum laudent & meminerint posteri: Ille restituta principi, cui uolētes toto orbe omnes parêrent, salute, qua nihil fœlicius ad pacem & gloriam tunc erat: hic pluribus morbis nouo & ad eam diem incognito remedio quod inuenit, certiore nobis oblata salutis spe. Et mirabitur aliquis quod Homerus cecinit, pro multis inter homines medicū hominem censēri oportere. Laudantur à poëtis Castores, q uiuentes uirtute sua Græciæ gloriā in bellis & certaminibus auxerint, q q in tempestate maris adesse quondā nautis solerent: posita q illis templa, erecteq; aræ, instituta sacra, diuini q honores famam eoꝝ & gloriam auxerunt. Sed medicoꝝ fratrum Euphorbij & Antonij Musæ non cōparanda laudibus omnia illa sunt, quas alter in Romana, alter in medicæ materiæ historia inuenit: illa enim iampridē perierunt, hæc uero quandiu Romanæ dignitatis fortunæq; nomē seruabitur, & curari in morbis homines oportebit, quotidianis laudū incrementis augebūtur. Quemadmodū modo à nobis fit, qui euphorbiū in scriptore hoc tractantes, medicoꝝ fratrum Euphorbij q; præsertim antiquā renouare famam coacti sumus: & in inuenta ab eo euphorbio arbore legētes monere, quod à principio capitis in hoc scriptore statim legitur: λίνδλρόν ἐσι καρθηκοειδὲς, λιβυκόν: significat q; ferulaceā Libycā arborem: in antiquioribus aliquot Græcis non λιβυκὸν Libycam, sed λευκὸν, id est, candidam legi: quod absurdum penitus non uidetur. Siquidem antiquissimus quem habemus Latinus Dioscorides, non Libycā sed albam habet. Et præterea Dioscorides ipse non multo post in Mauritaniæ Tmolo nasci ait, quæ Libyæ pars est: quod superfluū uidebatur. Seruauimus tamē & nos cōmunem lectionem, ne tam multa ubiq; nouare uideremur. Dubitamus etiam male legi Tmolum montem: Siquidem nullus in Libya hoc nomine mons à geographis describitur. Et Plinius duobus locis in Atlante monte inuentum euphorbium dixit: primum quinto uolumine, capite primo: tum libro uicesimoquinto capite septimo: quod signasse legentibus satis sit. Suspicamur etiā in euphorbij uiribus & potestate calefaciendi urendiq; uim deesse. Ab antiquioribus enim tribuūtur illi hæ uires etiam: & in antiquis codicibus altera illa calefaciendi scilicet adhuc legitur. Et Paulus Aegineta contra coxēdicis dolores ad exulcerādum euphorbio utitur. Quæ deinde hic scriptor Græce μοτὰ uocat, & nos linamenta uertimus, illic scilicet ubi docetur, quomodo ossium squamulæ & assulæ ducendæ sunt: à Græcis diffiniuntur, τὰ πληροῦντα τὰ κοίλην τοῦ τραυμάτων ῥάκη: quod est: Implentia uulnerum concauitates linteorum fragmenta, & quasi filatim discerpta linamenta.

περὶ χαλβάνης. κεφ. φγ΄.

ΧΑλβάνη. ἐστὶ ὄξιμ νάρθηκος ἐν συρίᾳ γεννωμένου. ἣμ ἔνιοι μετώπιον καλοῦσιμ. ἔσι δὲ αὐτὴ ἀρίστη λιβανωτὶς ἡ. χουσῤῥώδὴς. καθαρά. λιπαρά. ἄξυλος. ἔχουσα δέ τι τοῦ κέρατος μὴ τοῦ νάρθηκος μιγνυμένου. ὀσμὴ βαρεῖα. οὔτ' ἄγαν ὑγρὰ, οὔτε πάλιν κατάξηρος. ὁλόσι ἢ αὐτὴ μιγνύντες ξητίνην. ἢ ἔρεσμόν τινα ἢ ἀμμωνιακόν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν. πυρωτικήν. ἐπισπαστικήν. διαφορητικήν. πρόσιθεμένη δὲ ἢ ὑπερθυμιωμένη, ἔμπλοκα μὴ ἔμβρυα ἄγει. φακούς τε αἴρει μετ' ὄξους μὴ νίτρου ἐπιπλαθεῖσα. καταπίνεται ἢ πρὸς παλαιὰν βῆχα. Δύσπνοιαν. ἀόθμαλα. ῥήγματα. σπάσματα. ἀνάπαχή ἢ μὴ ῥεῖκῳ σὺν ὄξει μὴ σμύρνῃ πρόσφατα. ἐκβάλλει μὴ πεπυκνόσα ἔμβρυα ὁμοίως ληφθέντα. ἐπιτίθεται ἢ μὴ πρὸς ὀδύνην πλευρᾶς. μὴ πρὸς ὀθιλίωνας. ἐπιλήπτικούς τε μὴ ὑστερικὰς πνίγας μὴ σκοτωματικούς. ὀσφραινομένη διεγείρει. θερία τε θυμιωμένη διώκει. φύσας τε συγχωνεύουσα ἀφίκνυται τῆς κύστεως. σὺν σφονδύλῳ δὲ μὴ ἐλαίῳ πεπιεσθέντα, ἑρπετὰ κτείνει. ὀδόντας τε πόνον πεπιλαθέντα ἀνατιθεῖσα εἰς τὸ βρῶμα, παύει. ὀκεῖ δὲ

De Galbano. Cap. LXXXVIII.

CHalbanen, LRomani galbanū dicūt. Nascētis in Syria ferulæ quā metopium aliqui uocāt, liquor galbanū est. Probatissimum quod thuri maxime simile est, grumosum, puræ, pingue, minimeq; lignosum: & quod ferulæ seminisq; aliquid admixtum habet, odore graui, nō adeo liquidū, nec contrà adeo aridum. Adulterat admixta resina, lomento fabæ, & ammoniaca gutta. Calefaciēdi uires habet galbanum. Natura illi ferues est. Extrahit: discutit. Mēses fœtusq; subditum & suffitu trahit. Inungitur ex aceto & nitro ad delendas lentigines. Deglutitur idem contra ueterē tussim, anguſtias spiritus: suspiria, rupta, cōuulsaq;. Toxico aduersatur cum uino & myrrha potum. Pellit eodem modo sumptum fœtus in utero mortuos. Imponitur contra dolores lateris, & in carnosis partib⁹ ex crassa materia tumidos abscessus, quos Græci dothienas uocant. Comitiales & strangulatu uuluæ procidentes, uertigines q; olfactu emendat. Suffitu uenenata fugat: tutos q; à morsu eorum peruncto seruat. Cum uerticillo herba ex oleo impositum, tactu tantum serpentes necat. Dentium dolores finit illitum aut cauis eorum inditum. Creditur et con-

Ὀλυσουρεῖν πρίειν. λύει δὲ ἡδέως μὲν τὰ πτίσματα, πικροῖς ἀμυγδάλοις ἢ ὕδατι, ἢ πηγάνῳ, ἢ μελικράτῳ, ἢ ἄρτῳ θερμῷ. ἄλλως δὲ μηκωνείῳ, ἢ χαλκῷ κεκαυμένῳ, ἢ χολῇ ταύρου. καθαίρει δὲ καὶ αὐτὸ ἰὼ βουλόμενος, κάθες εἰς ζέσον ὕδωρ. τακείσης δὲ αὐτῆς, ἀλλ' ἐπιπλεύσῃ τὸ ῥυπαρόν. ὅπερ χωρίσῃς οὕτως, εἰς ἐθύϊνον καθαρὸν ἀγγεῖον ἐκχέας ἀποκρέμασον εἰς χαλκοῦν πυξίδα ἢ ὀστράκινον ἀγγεῖον. ὡς μὴ ἅπτεσθαι τοῦ πυθμένος τοῦ ἀγγείου τὸν ἔνδεσμον. μὴ πω μάσας, εἰς ἀναβρασὸν ὕδωρ κάθες. οὕτω γὰρ τὸ μὲν νόσιμον ἀποκαλακίσεται ὡς ἐπὶ πολύ. τὸ δὲ ξυλῶδες ἐν τῷ ὀδόντι μένει.

& contra urinæ anguſtias prodeſſe. Reſoluit & hoc ad potiões amaris amygdalis, aut ruta, aut aqua, aut aqua mulſa, aut calido pane. Reſoluitur & papauere succo quod meconium dicunt, aut cremato ære, aut liquido felle. Purgatur autẽ hoc modo: In feruẽtem aquam conĳcito galbanũ. Id cum calore aquæ liquefactum fuerit, ſupra ſe, quod eſt in eo inutile, omne aget: fluitabuntq; in ſummo ſordes omnes, quę facillime hac ratione ſeparabuntur. Eſt et alius purgandi modus. In raro puroq; linteolo colligatum galbanum in ænea pyxide picato'ue fictili ſuſpendito: ſic tamen ne fictilis fundũ glomer et inuolucrũ illud tã gat: operculatũq; in feruentẽ aquã demittito: ſic eñ quod utile in eo eſt, in uas quaſi per colũ liquabit: q̃d uero lignoſum in eo fuerit, in linteolo hærebit.

INTERPRES.

VBiq; ut ſuaui carmine cecinit Lucretius, ſurgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat: Neq; habet natura aliquid tam amabile, aut fortuna tam lætum & hilare, ut non contiguũ, coniunctum, hęrens' ue aut mixtum illi ſit, quod ingratũ corpori aut animo triſte, malo doloris ſenſu hominẽ torqueat: Magno argumento nullã, nec naturæ etiã purã eſſe uoluptatẽ: quæ aut cõtrarĳs rerũ euentibus ipſa gaudens, aut homini ſuas inuidens opes, triſti ueneno aliquo omnia infecit: Quoq; aliquid ſuauius futurũ erat, eò fœdius aliquid & triſtius illi coniunxit. Omittimus ex diſciplina ruris quæ poterant multa ad hanc rem afferri exempla. Satis enim fore legentibus credimus, quod in galbano ea oſtendit: quod in Syria nascens odoramentorũ omnium fœcunda genitrice, ut autor Theophraſtus eſt, ingrato odore tetrũ regionis eius hãc fœlicitatẽ turbauit. Niſi fortè quę in agẽdo ſagax natura eſt, galbanũ balſamo, caſię, cinnamomo, odoratiſq; calamo & iunco ideo miſcuit, rĳſdemq; locis naſci uoluit: ut quantũ ingrati odoris ex terra galbanum in ſe traxiſſet, tantũ purioris odoris illis relinqueretur: dãnaretur'q; una galbani ferula, ut fœlicius cętera agerent: quod illi & hortos conſerẽtibus conſilium aliquãdo eſt: male & grauiter odoratis plãtis eodem loco conſitis, aliarũ odores augere. Nihil tamẽ ſic etiam à natura damnatũ inutile homini penitus genitum eſt. Habet enim, ut cætera relinquamus, ſuas uires & laudes galbanũ, ſolum autore Theophraſto grauiter odoratum in Syria naſcẽs. Poteſtq; præter alia quæ illi in morbis ab hoc ſcriptore & ab alĳs tribuuntur: ingrato agitare graues nidore chelidros: ut Maro cecinit & Nicander. καὶ μὴν καὶ βαρύοδμον ἐπὶ φλογὶ μοιρυθεῖσα. Potuit quondã etiam ne bellorũ & fortunæ gloria & honoribus careret, oppida expugnare: illitis'q; liquore ſuo facibus, Hiſpanię oppidũ fruſtra diu oppugnatũ, ſuccẽdere: eaq; uictoria Romanis ciuibus gẽtile nomen ex ſe dare: quod non multo poſt à Domitĳ Neronis turpi & funeſto principatu inter cæſares coleretur: Eſſentq; à galbano, quo uſi in incendio oppidi in Hiſpania fuerãt, galbæ Romana gens per Cæſarẽ ſuum toto orbe clari. Ex eo non paruum galbano honoris acceſſit incremẽtum. Nosq; hactenus à fortunæ gloria laudatũ, ad naturã transferimus: primumq; illud legẽtes monemus, non thuri tantũ ſed ammoniaco liquori ſimile galbanũ cæteros dicere, Pliniũq; præſertim: quo fit ut deeſſe huic ſcriptori id ſuſpicemur. Quod præterea in impreſſo Dioſcoride legebatur, toxicis mederi σὺν ὄξει, quod eſt: cum aceto: ex ueterũ meliorũq; codicũ fide, cum uino uertimus: perſuaſitq; id Plinius lib. XXIIII. cap. v. aduerſari uenenis maximeq; toxicis cum myrrha & uino dicens. Fecit eiuſdem ſcriptoris autoritas etiam, accedente ueterũ codicũ eadem fide, ut quod erat λοκεῖ δὲ καὶ λυσουροῦσι πρίειν: ſignificareq; uidebãtur facere ad urinæ anguſtias: ad contrarium ſenſum deflecteretur, indicaretq;, urinę nocere & eius anguſtias facere. Plinius enim eodem loco ait: Nocere urinæ exiſtimatur: & meliores Græci codices his uerbis rem docent: λοκεῖ δὲ λυσουρίαν πριεῖν, quod eſt: credi urinæ anguſtias facere galbanũ. Oſtendebãt præterea ĭdem antiquiores Græci, non legi ῥυπαρὸν quod eſt ſordidũ, ſed una tantũ mutata litera λιπαρὸν, quod eſt pingue, quo loco hic de galbani purgatione agit, docetq; in feruentẽ aquam conĳci, & cum liquefactũ fuerit fore ut in ſummo fluitent, &c. Nos communem lectionem ſecuti nihil mutauimus: Et nihilominus ſignaſſe id legentibus inutile & abre penitus non fuerit. Quando deſcendunt ſordes: fluitat autẽ in ſummo quod rarius magis aërium & leuius eſt. Cumq; hic nihil de grauitate aut leuitate ſordiũ illarũ dixerit, ueriſimile eſt graues in alterã partẽ inclinat animus: credimusq; non ſordes in ſummo fluitare dicere Dioſcoridem, ſed quod in galbano pingue eſt. Perſuaſitq; id qui ſequitur ſtatim alter purgãdi modus. Sed nos ut dictũ paulo ante eſt, integram legentibus rem, & in ambiguo ſuum unicuiq; arbitriũ relinquimus. Signauimus uitĭ nota etiã in hoc capite locũ, illic ſcilicet ubi de reſoluẽdo uarĳs liquoribus galbano agitur. Inter quæ & illud eſt: ἄλλως δὲ μηκωνείῳ ἢ χαλκῷ κεκαυμένῳ quarũ uocum ſenſus ille eſt qui à nobis redditus fuit: Reſoluit & papauere liquore, aut cremato ære: cõmunisq; in cũctis Græcis lectio ea eſt: ob quã cauſam nos nihil mutauimus. Dubitaui tamẽ, quoniã parũ apte reſpõderet crematũ ęs tot alĳs quæ illic numerantur, aliter quondã potuiſſe locũ eũ legi: neq; aut diſiunctiuã particulã legi eo loco oportere, ſed præpoſitionẽ in: ut eſſet ſenſus, reſolui galbanum papaueris liq̃re in æneo uaſe cocto: in q̃ etſi uideat aliquibus nõ ſignificare χαλκὸν q̃d æs eſt, ęneũ uas: meminerint

meminerint tamen in hoc ſcriptore & opere multis locis metallũ pro facto ex eo metallo uaſe accipi. Non decernuntur hæc, ſed ut tota in ſcriptore hoc certior res ſit, à nobis ſignantur.

Περὶ Ἀμμωνιακοῦ. Κεφ. φϟ'. De Gutta ammoniaca. Cap. LXXXIX.

Ἀμμωνιακόν. LἸόασί τινες. ὅθεν τὸ ἀμμωνιακὸν θυμίαμα. οἱ δὲ ἀγασύλλιον, οἱ δὲ κριόθρεος, οἱ δὲ ἡλίου γάλα. ξωμαῖοι γόνυα.J Φύεται δὲ ὁ τοῦτο ὀπὸς ὅτι νάρθηκι, ἀγχυλωμένου φ τῇ κεφαλῇ κυρηνίῳ λιβύῃ. καλεῖται δὲ αὐτὸ ὅλον ὁ θάμνος σὺν τῇ ῥίζῃ, ἀγασύλλις. ἐγκριτέον δὲ αὐτοῦ τὸ ἔυχροον, καὶ ἄξυλον, καὶ ἄληθες. λιβανωτίζον τοῖς χόνδροις. καθαρὸν Φ πυκνόν. μηδὲ μίαν ἔχον ξυπαρίαν. κατοῤῥίζον τῇ ὀσμῇ. πικρὸν δὲ τῇ γεύσει. καλεῖται δὲ τὸ τοιοῦτον, θραῦσμα. ἃ δὲ γεῶδες ἢ λιθώδες, φύραμα. χρυσῖτις δὲ ἡ λιβύη καὶ ἄμμωνα. χυλὸς ὠφελεῖ ἐν λεβητικοεδοῦσι. Δύναμιν δὲ ἔχει μαλακτικὴν. ὠτορασικὴν. θερμαντικὴν. Διαφορητικὴν σκληρωμάτων τε καὶ φυμάτων. κοιλίαν τε ὑπάγει πρὸς ἔμβυα καταττᾷ. σπλῆνα τήκει μετ' ὄξους ἁπρὸς ἔμπλαστρα. καὶ ἄρθρων, καὶ ἰσχίων ἀλγήματα παραιτεῖται. βοηθεῖ δὲ καὶ ἀθμαλικοῖς. ὀρθοπνοϊκοῖς. ὠτακηπικοῖς. καὶ τοῖς ὑγρασίαν ἐν θώρακι ἔχουσιν, ἐκλεχόμενον μετὰ μέλιτος, ἢ πισσάκης ξοφοῦμενον χυλῷ. ἄγει δὲ καὶ οὖρα καὶ ματώδη. σμήχει δὲ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς λευκώματα. Φ τραχύτητας βλεφάρων τήκει. λιθωδῆ δὲ σὺν ὄξει Φ ὠτικτῆ, παύει τὰς ἐπὶ ὠτίνα Φ ἅπας σκληρίας. λύει Φ τοὺς πρὸ τὰ ἄρθρα πόρους μετὰ μέλιτος καταπλασσόμενον. ἢ μὴ πίσσῃ μιγέν. πρὸς Φ πρὸς κόρυζας Φ ἰχιάδας συγχριόμενον. μιγὲν ὄξει Φ νίτρῳ Φ κυπρίνῳ ἐλαίῳ ἀντὶ ἀκόρου.

AMmoniacon. LSunt qui agaſyllum, qui criotheũ, qui eliuſtrũ appellent. Romani guttã ammoniacã dicunt.J Ferulæ in Libya ad Cyrenẽ naſcentis hic etiã liquor eſt: uocaturq; totus cum radice frutex agaſyllis. Probatur in eo quod bonitate coloris nitet, nec ignoſum calculoſumq; eſt: quod thuris modo in grumos cõcreuit, puræ, denſum, ſine ſordibus, odore caſtorei, & amaro guſtu eſt. Vocatur quæ talis ammoniaca gutta eſt à fragmentis in quæ diuidi tur, thrauſma, quod eſt fragmentum & fruſtum: quæ uero admixtã habet terrã aut harenas, à cõprehẽſis intra ſe calculis & terra, phyrama, quod cõmixtio eſt. Naſcitur in Libya ad Ammonis Iouis tẽplum ferulaceæ arboris, ut diximus liquor. Molliendi uires habet in medicina gutta ammoniaca. Extrahit eadẽ, calefacit, duritiesq; & panos diſcutit. Bibitur ad deijciendã aluũ. Fœtus ex utero trahit. Minuit lienem drachmæ pondere cum aceto pota. Articulorũ coxendicisq; dolores lenit. Subuenit præterea ſuſpiriioſis. In eadẽ ſpiritus difficultate nõ niſi recta ceruice ſpirãtibus, comitialibus, & quibus in pectore humores hæſerunt: In quẽ uſum in eclegmate cũ melle dat, aut cũ ptiſanæ cremore ſorbet. Cruentã ducit eadẽ urinam. Oculorũ albugines exterit, & genarũ ſcabrities minuit. Quinetiã trita & ex aceto impoſita, lienis & iecoris durities finit. Soluit quæ in articulis cõcreuerunt lapidoſa quæ Græci poros dicunt, ex melle pice'ue illita. Facit præterea ad laſſitudines & coxendicis dolores: in quẽ uſum pro acopo inungitur additis aceto, nitro, & liguſtrino unguẽto.

INTERPRES.

HAbet ſalem, habet liquorem medicina ammoniacũ: utrunq; ab harenis, ſed diuerſa ratione dictum: illum quod ſub harenis concreſcat & inueniatur: hunc q; in harenoſa Libya ad Ammonis Iouis templum ex ferula in harenas deſtillet: & ut in thure fit, concretis grumis inter eas inueniatur. Græci ab harenis quas ἄμμους dicunt, utrunq; indicauerunt: ſed illum ſalem, hunc liquorẽ ammoniacum quaſi harenoſum uocãtes: graui periculo miſcendi ſimul diuerſa: niſi eorũ exemplo diſcrimen aliquod ex rei ſubſtãtia addatur. Quod nos timentes, ut illum ſalem ſuo loco uocabimus: ſic hunc autore Dioſcoride guttam uocauimus: quaſi & hic quemadmodũ thus ſtagonias aliquãdo dictus fuerit: quæ uox in Græcis ſtillicidiũ, & guttam ſignificat. Plinius ammoniaci lachrymã eiuſdem rei ſignificatione appellat. Græci ammoniacon ſimpliciter, ut tunc erat eius uocis æſtimatio, uocant. Fugientesq; nos æquiuocæ appellationis periculum, guttam ammoniacã diximus, lachrymã liquoremq; ſignificãtes ferulæ, quæ priuatim in Libya ad Ammonis Iouis tẽplum tunc naſci ferebatur: quę ſiue ab harenis, ſiue ab Ammonis Iouis tẽplo uocari dicatur, eandem rationẽ habet: quoniã & deus qui inter eas harenas colebatur, mortalibusq; reſpõdebat, ab ijſdem harenis nomen à Græcis inuenerat. Ideoq; criotheos à forma eius qui arietino capite pingebatur, eadem hæc ferula, liquorq; eius pariter dictus eſt. Satisq; hic natale ſolum illi aſſignauit, dicẽs primũ naſci in Libya ad Cyrenem, mox in Libya ad Ammonem, Iouem illum intelligens, qui in tẽplo inter Libyæ harenas colebatur. Cæteræ eius appellationes barbaræ ſunt, ideoq; nunc omnibus incognitæ. Poſteriores Græci inter odoramenta & quę ad odorem uaporarentur numerantes, ἀμμωνιακὸν θυμίαμα uocabant. Sic Paulus Aegineta in ſexto, ſic poſteriores alij uocauerunt: Hic tamen in genere liquoris ſimpliciter, & ut Græce loquamur ὑγρῶν numerauit: & plantã ex qua deſtillaret, ferulã eſſe dixit. Quod in antiquis uariet in ammoniaco hoc, odor eſt: quem caſtorei Dioſcorides ſentiri ait: Galenus κορίου, id eſt coriandri: niſi ex uicinitate uocis in alterutro uitium

uitium fit. Paulus Aegineta thymiamatis nota odoratũ ſimpliciter indicauit. Vtebatur hoc remedij genere multum antiquitas cõtra durities, panos, furũculos, & inguina. Patet́ id ex eo quod nõ procul à fine hic ait: λειωθὲν δὲ σὺν ὄξει καὶ ἐπιτιθὲν παύει τὰς πρὸς τὰ κατὰ νοσυρίας: quod eſt, ut nos uertimus, finire tritũ & ex aceto impoſitũ ammoniacũ lienis & iecoris durities: manifeſto remedij apparatu & uſu: niſi antiquiores & meliores Græci codices nõ ἐπιτιθὲν quod eſt impoſitũ, ſed πρὸς πότον quod eſt potandũ datũ, haberẽt. Nos cõtra communẽ alioq́ lectionẽ nihil mutauimus: relinquimuśq́ medicis de diuerſo remedij eius uſu cõſendum.

περὶ Σαρκοκόλλας. κεφ. φέ.

Ἡ δὲ σαρκοκόλλα, ἔστι δάκρυον δένδρου. ῥυνώμενον ἐν πισσίδι. ἐοικὸς λιβανωτῷ δὲ λεπτῷ. ὑπόκιρρον. ἔμπικρον τῇ γεύσει. Δύναμιν δὲ ἔχει κολλητικὴν τραυμάτων. ἐφεκτικὴν τῶν ὀφθαλμοῖς ῥευμάτων. μίγνυται δὲ ἐμπλάστροις. δολοῦται δὲ κόμμεως αὐτῇ μιγνυμένου.

De Sarcocolla. Cap. XC.

SArcocollã. ⌊Romani pariter Græcis ſarcocollam dicunt.⌋ Naſcentis in Perſide arboris lachryma ſarcocolla eſt: thuris pollini ſimilis, colore ſubruffo cũ amari tudine aliq̃. Eſt illi uis & natura glutinare uulnera. Oculorum deſtillationes ſiſtit: miſceturq́ emplaſtris: & admixto gummi adulteratur.

INTERPRES.

INter gummi genera numeratur à Plinio ſarcocolla: eodemq́ nomine arbor, & ex ea deſtillans gummi appellatur: quod ex ui poteſtate eiq́ ſua nomen inuenit: carnes enim quas Græci σάρκας dicunt, in uulneribus glutinat: quod eiuſdem gentis uerbũ κολλᾶν ſignificat. Pictoribus idem Plinius utiliſſimũ etiã dixit.

περὶ Γλαυκίου. κεφ. φς'.

Γλαύκιον. χυλός ἐστι βοτάνης ἱερᾶς Συρίας πλησίον συείας ῥυνωμένης. ἔοικε δὲ αὐτὸ τὰ φύλλα τῇ κραταίδος μήκωνος. εὐόσμα καὶ πικρότερα δὲ τὰ χαμαίζηλα. ἔχει πλατὺ κεροειδὲς τῇ γεύσει. χυλὸν δὲ λούτες οἱ ἐπιχώριοι εἰς χύτραν, θερμαίνουσιν ἕως κλιβάνοις ἠμιψυγέσιν ἄχρι μαρασμοῦ. εἶτα ἐκπιέσαντες ἐκθλίβουσι τὸν χυλόν. ἔστι δὲ ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικά, ἕως ἀρχῇ ψυκτικοῦ ὄντος.

De Glaucio. Cap. XCI.

GLaucion. ⌊Romãi pariter Græcis glaucium dicũt.⌋ Naſcẽtis ad Hierapolim Syriæ ſuccus herbæ glaucion eſt. Habet ea cornuti papaueris folia pingui ora tantũ humiliaq́, odore tetro, et in guſtu amara. Succo eadẽ abũdat qui croceo colore eſt. Eius folia incolæ in fictile coniecta in furnis nõ adeo calentibus uſquedum calore inareſcant, calefaciunt: mox tundentes ſuccum exprimunt: utuntuŕque in oculorum medicina à principio: habet enim refrigerandi uires.

INTERPRES.

SVnt Plinio & Dioſcoridi in Glaucij medicina & hiſtoria eadem fere omnia. Hic ad Hierapolim Syriæ: ille in Syria & Parthia naſci tradit: ambo humilẽ herbam: Sed ille ſimpliciter foliis papaueris: hic cornuti papaueris priuatim deſcribit: Hic pinguioribus q̃ papaueris, Plinius ſordidioribus dixit, magno diſcrimine inter ſordidum & pingue. Diuerſitatis ea potuit eſſe cauſa, ut quod nunc legitur λιπαρώτερα, certa pinguedinis ſignificatione, tunc ῥυπαρώτερα, id eſt, ſordidiora legereẽ, facillimo & lubrico ut in Galbano pauloante diximus, in uniuslitereq́ figura & ſenſu ad contrariam & alterutram ſignificationem lapſu. Locus in Plinio eſt XXVII. uolumine capite X. Nobis aptius uiſum eſt Dioſcoridem quam Plinium ſequi. Nouiſſe illud deinde utile erit, plures quondã fuiſſe Hierapoles, in Creta, Syria, Caria, & inter Phrygiã & Lydiã omniũq́ toto orbe celeberrimam fuiſſe ultimam hanc, multis & medicamentoſis calidis aquis abundantem: ſed hunc Syriacam intelligere, ad eamq́ naſci glaucium herbam, & eiuſdem nominis colligi ſuccum. Variat à Dioſcoride Plinius etiam: quod hic ſuccum crocei coloris eſſe dicit, ille granum. Eſt illud præterea animaduertendum, in extremo capite à Barbaro uerſum eſſe: Algentis naturæ in ſummo: A nobis autẽ, in oculorum medicina à principio. Dioſcoridis uerba ſunt: ἔστι δὲ ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐν ἀρχῇ ψυκτικοῦ ὄντος: quorum ſenſus ille quem nos diximus aptior nobis uiſus eſt: ſignificat́que utilem oculis glaucij ſuccum eſſe: non cum iam inualuit uitium in eis, ſed à principio. Perſuaſit́q́ id Paulus Aegineta, qui in ſexto refrigerare glaucium manifeſte, eáque ui ἐρυσιπέλατα θεραπεύειν τὰ μὴ ἰσχυρά: quod eſt: ſanare ſacros ignes non adeo ualidos, qualia à principio uitia maláq́ omnia ferè ſunt, cum nondum per longas conualuẽre moras. Hierapolis.

περὶ Κόλλης. κεφ. φζ'.

Κόλλα, ἤτ ἔνιοι ξυλοκόλλαν καλοῦσιν, ἢ ταυροκόλλαν, καλλίστη ἐστὶν ἡ ῥοδιακή. ἐκ τῶν βοείων βυρσῶν σκυτικὴ ζωμένη. ἔστι δὲ λευκὴ καὶ διαυγὴς ἢ πρίαύτη. ἡ δὲ μέλαινα ἧττον. Δύναμιν δὲ ἔχει λυθεῖσα ὄξει, λειχῆνας καὶ λέπρας

De Glutino. Cap. XCII.

COllã. ⌊Romãi glutinũ dicũt.⌋ Hãc pleriq́, q̃ in ferruminãda materia eius uſ, xylocollã quaſi ligni glutinũ uocãt: aut q̃ ex boũ coriis excoquit, taurocollã quaſi taurinũ glutinũ. Probatiſſimũ Rhodiũ eſt: Ex boũ coriis cõficit: eſtq́ hoc colore candido, & lucẽ trãſmittit: nigrũ deterius. Poteſt ſolutũ aceto glutinũ hoc impetigines & ſummæ cutis le-

pras

πρὰς τὰς ἐπιπλαίους ἀθισάνεμ. πυρίκαυτά τε οὖκ ἐᾶ φλυκταινοῦσθ μεθ ὕδατος θ μοῦ ἐνεθεῖσα μὴ καταχριομένη. ἔστι δ μὴ ξαυμαλκή. διεθεῖσα μέλιτι μὴ ὄξει.

pras exterere. Non finit idem in ambustis excitari pustulas, si calida aqua in qua resolutum fuerit, inungãtur. Habet idem in uulneribus usum melle & aceto solutum.

INTERPRES.

CElebratur, & in magno honoris ambitu in antiqua historia poëtarꝝ omniũ carminibus Dædalus est: ingeniiꝫ eius in pictura & fabrica id maximũ indiciũ omnibus erit, ꝙ quæ in artibus elegãtiora & speciosiora uidenť, dædalmata à Græcis adhuc uocãť: Et Latini terrã naturãꝫ ab homine laudare non ueriti, dædalã utrãꝫ passim appellãt. Debet illi pictura, debet statuaria, debet fabrica multũ. Nec fabulosos labyrinthos & uolatus eius modo tractamus, sed quæ ille utiliora uitæ multa in artibus inuenit, incœpit, absoluit, & in melius restituit. Pro quibus nulla maior hoĩs laus est, nec pro quo magis debeat illi humana res, q̃ ꝙ ferrã, ascĩã, perpẽdiculũ, terebrũ, & de quo nũc agimus glutinũ inuenit: Quo tenaci nexu hæ
Glutinum. rerent simũl, quæ alia ratione coniũgi aptius non poterãt. Inuenit ille q̃d diximus glutinũ: sed quod ex cõmentarijs eius modo extet, conficiẽdi glutini rationẽ nõ nouimus: nec cur ex boum corijs aptius meliusꝫ q̃ ex alioꝝ animaliũ fiat. Sed quod ab eo cognosci nõ potest, ab Aristotele audieť, qui libro tertio de animaliũ historia his uerbis rem docuit. ἴνεσι δ' ἐν ζῴοις λίθμασι πᾶσι γλυχρότης μυξώδης, ἐν μὲν ζῴοις ἐλαχίστων, ἐν δὲ ζῴοις πλείων, οἷον ἐν ζῴοις τ βοῶν, ἐξ ὧν ποιοῦσι πίττ κόλλαν. ἐνιαχοῦ δὲ κ ἐξ ἰχθύων ποιοῦσι κόλλαν: quoꝝ sensus sit: Est aũt in corijs omnibus mucosus lentor, in aliquibus minor, in aliquibus contrà maior & copiosior, ut in bubus: ex quo collã, id est, glutinũ hoc faciunt. Faciunt & ex piscibus ubiꝫ collã &c. Plinius tamen libro XXVIII. capite X. præstantissimũ glutinũ fieri ex auribus tauroꝝ & genitalibus ait: laudauitꝫ ipse in primis Rhodiacũ, quod præcipuo candore esset: Sed nihil æque adulterari, quibusuis pellibus inueteratis, calceamẽtisꝫ etiam decoctis idem testatus est: quod à Dioscoride non traditur. Cætera ambobus omnia eadem sunt.

περὶ ἰχθυοκόλλης. κεφ. φή.

ΗΔε ἰχθυοκόλλα λεγομένη, καλλία ὅστιν ἰχθύος κητώου. διαφέρει δ οὐ πόντῳ γινωμένη οὖσα λεπτή. ὑπότραχυς. οὐ φωρώδης. τάχιστα τηκομένη. ὠφελεῖ δὲ εἰς τὰς κεφαλικὰς ἐμπλάστρους καὶ λεπρικὰς διαμάξας. καὶ εἰς τετάνωθρα τῶν προσώπων.

De Ichthyocolla. i. piscĩ glutino. Cap. XCIII.

QVæ uero à piscibus ichthyocolla, id est, piscosum glutinũ dicitur, cetaceoꝝ piscium aluus est. Probatur natione Ponticum, colore candido, modice pinguе, nec scabrũ, quodꝫ celerrime liquescit. Vtile hoc emplastris quæ in usum capitis, & his q̃ cõtra lepras, & his quę ad nitorẽ lẽuorẽꝫ uultꝰ cõficiũť.

INTERPRES.

NOtum cunctis piscium glutinũ est. Indiget enim eo uita quotidie & utiť: nec possunt sine ope eius fœliciter in artibus tractari multa. Ob eam causam nihil ultra de eo agetur. Monemus tãtum quod passim legiť, κόλλα ἐστὶν ἰχθύος κητώου, quod est: Aluus seu uenter cetacei piscis: in aliquibus Græcis nec postremæ fidei legi, κόλλα ἐστὶν, id est, colla cetacei piscis. In priore illa lectione sensus est, materiã glutini huius aluum piscis esse: quod q̃ uerꝫ sit, peritiores eius rei censebũt: in secunda facile omnibus intellexisse erit, nihil aliud ichthyocollã esse, q̃ cetacei piscis glutinũ. Multa sunt quę ad utrãꝫ partem dici possent, sed nos ea legentiũ censuræ relinquimus: Quẽadmodũ & quod sequiť statim: ὑβρεῖ δ εἰς τὰς κεφαλικὰς ἐμπλάστρους q̃d est: Vtile glutinũ hoc cephalicis emplastris: intellexisse ne oporteat simpliciter capitis, an contra cephalæa permanentẽ capitis dolorẽ confectis emplastris. Potest enim adiectiuũ illud à capite simpliciter, quod cephalen Græci dicunt: & à cephalęa certo capitis dolore duci. Nobis quoniã in capitis emplastris nihil certi est, in alterã illã partẽ inclinat animus, & si aliter locus redditus fuerit: censebũt de hoc medici. Quæ aũt nos
τετάνωθρα. ad nitorẽ lẽuorẽꝫ uultus diximus, Dioscorides uero una uoce τετάνωθρα dixit, ea sunt quæcunꝙ ad leuigandã et erugandã hominis cutem, præsertimꝫ in uultu cõficiunť. Eadẽ forma facto nomine qua in eadẽ gente & psilothra facta sunt. Non relinquemus illud etiã, quod ὑπότραχυ manifesta asperitatis significatione in cunctis ferè codicibus legiť, in melioribus ὑπόπαχυ, à crassitudine bonitatis illi assignata nota, ut credimus, melius legi: facileꝫ id nos admisimus, nõ tã ueterꝫ codicum fidem secuti, q̃ quia non uidebatur simul probari posse, quod asperitatẽ aliquam haberet, nec scabrũ esset, ut mox subĳcitur, οὐ φωρώδης: fecimusꝫ id libẽtius, miscẽri duas has uoces, alteramꝫ pro altera in hoc scriptore inueniri sæpius uidentes.

περὶ ἰξοῦ. κεφ. φθ'.

ΙΞὸς καλὸς ὄστιν ὁ νέος μὴ πρασίζων τῷ χρώματι μηδὲ τὰ φύλλα, ἐκπρὸς δ ὑπόξανθος. μηδεμ ἔχ ξαυθὴν πιτυρώδη. εἰ νεὸς δ ἐκ ξύλου πρόσφυσις γεννωμένη ὑπὸ ὄρνιθος, τῇ ἐχόσῃ τὰ φύλλα ὅμοια πύξῳ. κόπτεται δ ὁ καρπός. εἶτα πλύνεται. εἶτα φύλλα ἕψεται. ἔνιοι δ μασώμενοι αὐτὸν ἐργάζονται. γίνεται δ μὴ ἐκ μηλέας, μὴ ἀπίου, μὴ δρυὸς ἄλλων δ' ἑνδρων. εὑρίσκεται δὲ μὴ πρὸς βίαιος δά-

De Viſco. Cap. XCIIII.

IXon. LRomãi uiscũ dicũt. JProbať in q̃ leuor est, q̃d porraceo colore intus uiret, foris flauescit, & in q̃ nihil asperꝫ furfurosum ue occurrit. Fit æstate ex fructu quodã in quercubus acinoꝝ figura nascẽte, buxi folio. Tunditaũt fructus is, tum lauať, post hæc in aqua decoquiť. Quidam etiam acinos illos cõmanducantes, uiscũ conficiunt. Nascitur præterea uiscũ in malis, pirisꝫ & alĳs arboribus. Inuenitur et quorundam fruticum ra-

μνωμ ζηῶμ. Δώμαται δ διαφορᾶμ. μαλάσσμ. ὠλωτᾶδη. συμπέπ|μ φύματα. πρωτίλας. ἡ τὰς ἄλλας ἀπρασίας. μιγεὶς ἐκτί|νη ἡ κηρῷ ἴσῳ. ὠ|νυκτίδας τε ὠ|τα λίῳ ἰάτη. συν λιβανωτῷ δ ἕλκη παλαιὰ ἡ κακοη|θῆ ἀπρασίας μαλάσσ|. ἡ ὠ λῶνας τίκ| σὺν ἀσθέσῳ, ἢ γαγάτη λίθῳ, ἢ ἀσίῳ ἐφθεὶς ἡ ἐπιπαθείς. ἕλκ| δὲ ἡ ὄυχας σὼ ἀρσενικῷ ἢ σανδαράχ|η ἐπιπλασθεὶς. μιγεὶς δ ἀσβέσῳ ἡ τρυγὶ, ἐπιτείν| τὼ δύναμιμ αὐτῶ.

cum radicibus adnatum. Discutiendi uis et natura illi est. Mollit: extrahit. Panos post aures, quas parotidas uocant, abscessusq; alios, resinæ pariq; cerę mixtū, maturat. Epinyctidas sanat in splenio impositus. Cum thure uetusta ulcera, maleficosq; abscessus mollit. Cū calce idē gagate'ue, aut asio lapide decoctū, mox impositū, lienes minuit. Leuigat præterea ungues cum trito auri pigmento sandaracha 'ue illitum. Idem calci feciq; mixtum, uires acquirit et auget.

INTERPRES.

QVale solet syluis brumali frigore uiscū Fronde uirere noua, quod non sua seminat arbos, tale & suum Dioscoridi describitur, nulla appellationū eius addita diuersitate, quales in secundo de causis planta rum numerauit Theophrastus, hyphear, stelida, & ixon siue ixian eandem rem aliter aliis in Græcia uocantibus. Etsi non deessent tunc etiā qui in diuersis arboribus nascens uiscū, diuersa appellatione ostē derent: nasciq; hyphear & stelida in abiete & picea dicerent: uiscū uero in quercu, terebintho, aliisq; multis. Fuerūt etiā qui in diuersa parte eiusdē arboris nascens, diuerso nomine indicarent: hinc q; hyphear, illinc uiscum & stelida natū appellarēt: quæ nos nouisse ea uolentibus, legēda in Theophrasto relinquimus: & præmnia tuerunt. Nos interim significabimus, non legi in melioribus & antiquioribus Græcis κρανὸς ἐστὶν ὁ νέος: qđ non tam nos traxit eoq; codicū fides & autoritas, quæ tamen multi apud nos est, q̄ Plinius libro xxiiii. cap. iiii. dicens: Optimū quod sine cortice est: quodq; leuissimū, extra fuluū, intus porraceū, sine cortice: Leuissimum intelligens, quod hic λεῖος ait: & nos, cui lēuor est, diximus. Quæ omnia eadē huic scriptori sunt, & ab eo iisdē uerbis reddita. Ex iisdē melioribus & antiquioribus Græcis etiā quod erat, γίνεται δὲ ἔκ τινος καρπῦ πδῶδους γονυωδοῦς, significatq; Fit autē uiscum ex fructu quodam rotundo nascente &c. Non πδῶδους, sed πδῶδ|δίρ, id est per ætatem uertimus: Persuasitq; id Plinius idem, codicum illorum fidei accedens antiquus testis libro xvi. cap. xlv. de ratione cōficiendi uisci agens: quo loco uerba eius sunt: Viscum fit ex acinis qui colligūtur messium tempore immaturi: quod nihil aliud est, q̄ ætate. Scio fore ut uidear aliquibus diligentior in his q̄ res ipsa exigat: possēq; rotundū legi fructum hoc loco: neq; oportuisse ubi nihil repugnet, à cōmunis lectione deuios noua ratione legentes agere. Sed nos à consilio nostro ob id non discedemus, nec cessabimus quacunq; ratione licebit, scriptori huic & eius amatoribus prodesse.

Περὶ Ἀπαρίνης. κεφ. φί.

Ἀπαρίνη. οἱ δὲ ὀμπελόκαρπ. οἱ δὲ, ὁμφαλόκαρπ. οἱ δὲ, φυλλάνθρωπ καλοῦσιμ. οἱ δὲ, ἑρμ. κλῶνες πολλοί. μικροί. πεζάπωνοι. πραχεῖς. φύλλα δὲ τὰ ἐγυθρὸς ἄνθ. ἄνθη λευκά. ὠτέρμα σκληρόν. λευκόμ. σπερμύλομ. ὑποκοίλομ ἐκ μέσου ὡς ὀμφαλός. πρόσεχε δ ἡ ἱματίοις ἢ πόα. χρῶντ τὰ πρὸς ἕλκη μ|ρ πρὸς ὠ|τὰ τριχῶμ. ταύτης τὸ σπέρμα ἡ δ καυλοὶ ἡ τὰ φύλλα χυλισθέντα, φαλαγγιοδήκτοις ἡ ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ πιόμ|μομ μετὰ οἴνου. ἡ ὠταλγίας ἰᾶται ὁ χυλὸς ἐγχυμαλιζόμ|μος. ἡ δ πόα ἀναληφθεῖσα ὀξυγγίῳ λείῳ, διαφορεῖ χοιράδας.

De Aparine. Cap. XCV.

Aparinen. Sunt qui omphalocarpon, qui uiscū appellent. Romani pariter Græcis aparinē dicūt. Ramulos habet aparine multos, paruos, quadrangulos, hirsutosq;. Folia ex interuallo per ambitū rubiæ modo ramulis circūposita. Flores cādidos. Semen durum, candidū, rotundū, concauū, in medio umbilici figura. Vestibus tenaci nexu herba adhæresci t. Vtunt pastores ea uice coli, pilos ex lacte auferētes. Bibit cōtra phalangiorum & uiperarum morsus utiliter cum uino expressus ex aparines semine caulibus & foliis succus. Auribus in dolore idem eadem utilitate instillatur. Herba ipsa etiam cum concisa axungia coacta strumas discutit.

INTERPRES.

COgnitu & inuentu facilē inter legumina & in frumentaria segete aparinē sua descriptione Theophrastus & Dioscorides fecerunt: ipsa etiā tenaci nexu prætereuntiū uestibus hærēs: & quale hic descripsit semen ostendens, in medio umbilicatū: ad cognoscendā se suiq; contēplationē nolentes etiā conuertit. Persequunt eā quotannis Maio & Iunio mensibus manu messoriaq; falce agricolæ, pestē satis suis eā sentientes: nihilq; apricis & pinguibus agris frequētius nascit. Copiosior tamē inter legumina q̄ inter frumēta inuenit. Nouerūt calamitatē suā rustici: nomē tñ & maleficij eius causam ignorāt: & ut in similibus fit, quorū ignorēt nomen, lappā uocāt. Qua uoce nō in aparine tm, sed in cunctis quorū matura semina uestibus prętereuntiū inhærēt, ignari utunt. Quæ sanè multa sunt, & inter alia eupatoriū etiā, de q̄ suo loco dicemus. Ex q̄ factū est ut non ætate nostra tantū, sed antiquis etiā tēporibus parū certa in huiusce modi uerit nominum

ratio: arcionq; lappã tantũ aliqui dixerint, alii aparinem hanc, alíj plures alias: quarũ semen, aut quia aspe rum hamatum' ue, aut cuspidatũ est, uestibus hæret: quasi ad faciendũ genus & nomen, una hæc nota satis esset. Vidimus nos, & quotannis licebit uolentibus uidere aparinẽ tota figura, qualẽ hic describit, in sum mo tantũ singulorũ cauliũ quaterno quino' ue semine prolato, qđ cuspidatũ magis q̃ hamatũ est, figura or bis circumacti, & in medio descendentis quasi lacunæ: inuentãq; protinus extirpabit caulibus per terrã ser pentẽ: ne satis noceat, lentibusq; præcipue. Est enim huic legumini, si Theophrasto & alíjs credendũ est, apa rine, qđ tritico loliũ, hordeo auena, & eruis orobanche: quibus propria nocendi alíjs illius uis & natura est: simulq; nascẽtia cũcta hæc quẽadmodũ & pleraq; alia, quæ ab eodẽ Theophrasto lib. v. de plantarũ cauliș numerantẽ, incrementũ & uitã earũ impediũt. Siue aũt id fiat strãgulatione, siue prærepto alimẽto, siue impe dito solis & aëris accessu, alterius quæstiõis & contẽplatiõis est. Nullibi q̃ nũc meminerim descripsit Theo phrastus aparinẽ. Cunctis eñ nota & agris omnibus cõspicua herba illi erat: quẽadmodũ & nũc etiã est lap pæ nomine, ex eo qđ diximus ubiq; in agro & ab omnibus indicata. Eã Dioscorides & Plinius omphalocar pon primũ, mox philanthropõ quondã uocari dixerũt, factis ex figura seminis & foliorũ tenaci adhæsu ap pellatiõibus. Neq; eñ omphalocarpon aliud significat q̃ umbilicatũ semẽ, & ex umbilico hominis concauã descendentẽq; lacunã in medio seminis eius. Qua pictura nihil aptius excogitari poterat. Qualẽ enim in me spilis nos umbilicũ pomorũ descripsimus, talẽ & aparine in semine habet. Altera uero illa uox philãthropos scilicet, humanitatis amoris & comitatis nomen est, quasi blãda, comis, & hospitalis herba hæc sit: nec aliter prætereuntiũ uestes apprehendens eos sequatur, q̃ solent hospitaliores aliqui discedentes à se amicos appre hensa ueste reuocare: aut si id nequeãt, aliquãdiu sequi. Superest ut dicamus etiã quale sit qđ hic ait uice co lii aparines foliis in purgando à pilis lacte pastores uti: Quod nõ sic intelligendũ est, ut credat aliquis per fo lia illa quasi per cribrũ aut laciniã, quæ duo rationẽ coli habent, transfundi & trajci lac: sed animaduerten dum, dicere hunc simpliciter pro colo uti his foliis pastores: Cogitandumq; legentibus reliquisse, circũactis per lac foliis illis purgari à pilis: Sua enim asperitate, quæ tanta est ut & ipsa uestibus aliquãdo hæreant, præ sertim in ultima siccitate, pilos omnes ob id sibi facile hærentes secum auferant: non aliter q̃ contacta uiico id sequuntur: ob quam causam & uiscum aliqui eam dixerunt.

Περὶ Αλύσσου. κεφ. φιά.

Ἄλυσσον. Οἱ δέ, ἀσπίδιον. οἱ δέ, ἁπλόφυλλον. οἱ δέ, ἀκκύσκυον. οἱ δέ, ἀσπέρετον. μονόκαυλον. φυγάνιόν ὄξιμ. ὑπόπραχυ, φύλλα ἔχον στρογγύλα. πρὸς ὃις ὁ κύνες ὡς ἂν ἰσκιάσῃ ἁπλᾶ. ἐν οἷς δ' ἂν ἕρμα ὑπόπλατυ. φύεται δ' ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι τόποις. Ταύτης δὲ ἀφέψημα πρὸς λυγμοὺς πρὸς ἰχᾶ πυρετοῦ λύει. καὶ κραθὲν ἢ πόσφαθεν, ἢ αὐτὸ σὺν μέλιτι ἢ λεῖον, φακοὺς καὶ ἐφηλίδας καθαίρει. Δοκεῖ δὲ καὶ λύσσαν κωνὸς ἰᾶσθαι, σὺν κοπὲν μὲν ἐσμαῖ καὶ σθέν. καὶ κρεμάμενον ἐν οἰκίᾳ, ὑγιεινὸν λέγεται εἶναι καὶ ἀνθρώπῳ καὶ ζώοις ἀβάσκανον. πρὸς ἀφθὰς δὲ ἢ φοινικοῦν ῥάκος, ἢ ἐλεμμάτων νόσους ἀπελαύνει.

De Alysso herba. Cap. XCVI.

Alysson. Sunt qui aspidion, id est clypeolũ, qui haplophyllon, q̃ accisetũ, q̃ adeletõ uocẽt. Romani pariter Græcis alyssum dicũt. Exiguus frutex alysson. Singulari caule à terra surgit, asperitate aliqua óblitus & hirsutus. Folia habet circinata: secundũ quę fructus exigui sunt, duplicis clypeoli figura: in qbus semen est in latitudinem se æqualiter explicans. Nascit montanis & aspe ris locis. Finit singultus, in quibus febris abfit, potũ decoctũ eius. Præstat idẽ manu gestatũ, aut naribus admotũ alysson. Lẽtigines, asperãq; & discolorẽ ceu à sole cutẽ exterit cõcisum & ex melle inũctũ. Credit & canũ rabiẽ sanare cõtusum & in cibo datũ. Quietiã domi suspẽsum, sanitatẽ credit facere: fascinatiõesq; oẽs ab hoĩbus pecoreq; omni auertere: & in punicea lacinia collo adalligatũ, pecoris morbos oẽs arcere.

INTERPRES.

Fecit sibi ex re nomen alysson: & ex pluribus quas habet in medendo uires, eã unde uocaretur elegit, quæ grauiori hominis malo succurreret. Et quoniã rabidi canis morsus sentire non patit, ideo alysson passim dicta est. Celebrauit eã sympositi sui tertio uolumine Plutarchus: numerauitq; inter eas quæ so lo contactu halitu'ue aut aspectu prodesse homini possunt: non tamen contra rabidi canis maleficiũ, sed contra singultũ. Verba eius sunt: πλὴν ἄλυσσον καλουμένην βοτάνην καὶ λαβόντες εἰς πλὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες ἀπαλλάττονται λυγμοῦ. λέγεται δὲ καὶ πρὸμνίοις ἀγαθὴ καὶ αἰπόλιοις πρὸς φυτευομένοις ταῖς μάνδραις. Quę uerbũ de uerbo sic uer tat aliquis: Quinetiam herbam quam alysson uocant, alij in manus accipientes, alij conspicientes solum, à singultu liberantur. Ferẽ eadẽ ouillo & caprino pecori salutaris esse prope caulas & septa eorũ cõsita. Quod ab hoc ipso primũ & ultimũ inter uires & remedia eius numerat. Quẽadmodũ quod ad rabidi canis morsus pertinet, à Paulo Aegineta in v. traditur: quo loco cataplasma cõtra rabiẽ canis quoddã institutum: iubetq; de cocto eius uti his uerbis: μὴ ἀφεψήματος ἐλελισφάκου, ἢ τοῦ ἡρακλείας, ἣν καὶ ἄλυσσον καλοῦσί τινες. Quorũ sensus est: Cum decocto saluiæ aut heraclię sideritidis, quam aliqui alysson uocant. Ex quo dubitari contigit, sit'ne hæc sui generis herba, an sideritidi re ipsa eadem, nomine uero tantum diuersa. Hic propriũ genus habere alysson separata ab illa eius historia & medicina ostendit. Plinius hoc ipsum libro XXIIII. cap. IX. cõ firmat, rubiæ simlẽ his uerbis describẽs: Distat erythrodanus ab eo quę alysson uocat, foliis tantũ & ramis minoribus. Veruntamen huic non conuenit qui folio rotundo contrà quàm in rubia est, alysson describit: & præter folia singularem caulem alysso tribuit. Fruticosa autem rubia est: alysso semen est in latitudinem se ex-

se explicãs: rubia rotundũ habet. Et ne longiores simus, nihil quod certã similitudinem faciat, nobis in rubia inuenitur. Credimus ob eam causam posterioribus his scriptoribus non satis certas fuisse alysli huius historiam & notas, ex quo alij sideritim eam crediderunt, & alij rubiæ præterq; in foliis & ramis similẽ fecerunt. Nos Dioscoridis descriptione & Plutarchi testimonio contẽti, sui generis herbã antiquis fuisse dicemus, qua contra rabidi canis morsus præcipue uterentur: etsi hic rabido cani tantũ, non rabido homini succurrere dicat: eadem tamen utriusq; ratio est: eamq; ob causam alysson Græci eam uocauerint: in qua uoce rabiei negatio est. Relinquemus q; montanis & asperis locis peritioribus inueniendam, ut homini & pecori contra fascinationes omnes amuletum saltem sit. Nobis fascinationes placuit dicere: quoniã ἀβάσκαντα tantũ Dioscorides ait, Græcis q; βασκαίνειν quod Latinis fascinari est. Sic Theocritus, sic multi alij usi sunt. Animaduertendũ illud etiam, uariare antiquos scriptoris huius codices in eo quod nos uertimus: Finit sing ultus in qui bus febris abfit potum decoctum eius: sunt enim in quibus legitur nõ herbæ sed seminis decocto finiri singultus: ταύτης δὲ σπέρμα ἀφιλγεῖν καὶ πρὸς, nos id medicis cognoscendum relinquimus. Præterea quod hic ait, clypeoli figura esse, non semen sed ἐπικάρπιον est. Dico autem epicarpion communi appellatiõe quodcunq; semen aliquod continet: & hinc aspidion id est clypeolum hic uocari alysson etiam ait: quemadmodum apophyllon à foliorum in caule positura, in quo deinceps adnata pendent. Fascinationes.

Περὶ Ἀσκληπιάδος. κεφ. φιβ.

Ἀσκληπιάς. Οἱ δὲ, κισσίον, οἱ δὲ κισσόφυλλον καλοῦσι. Κλωνία ἀνίκσι μακρά. ἐφ' ὧν φύλλα μακρὰ κισσῷ ὅμοια. ῥίζας πλατείας καὶ λεπτὰς εὐώδεις. ἄνθος βαφυοειδὲς, σπέρμα δὲ ὡς πελεκίνου. φύεται ἐν ὄρεσι. βοηθοῦσι δὲ αἱ ῥίζαι ἐν οἴνῳ πινόμεναι, σφοῦμμωσις καὶ διηθητικὰ κριῶν. καὶ τὰ φύλλα καταπλαττόμενα, ἀχμάζει πρὸς τὰς ἐν μαστοῖς καὶ μήτραις κακοηθείας.

De Asclepiade herba. Cap. XCVII.

ASclepiada. Sunt qui cission quasi hederulã, qui cissophyllõ, id est hederæ foliũ appellent. Romani pariter Græcis asclepiadẽ dicunt. Ramulos habet Asclepiadas longos, in quibus hederę folia sunt. Radices numerosas, exiles & odoratas. Florẽ graueolentem. Semen securidacæ herbæ seminis figura. Nascit in montibus. Subueniunt torminibus & uenenatorum morsibus radices cum uino potæ. Folia uero maleficis mammarũ & muliebriũ locorũ uitijs utiliter emplastri modo imponuntur.

INTERPRES.

HAbent cissios & cissophyllos aliæ Asclepiadis appellationes manifestam ex foliorum forma, quemadmodum & nos diximus, causam: omnes enim qualis & ea est, hederæ folio describunt. Cur autẽ Asclepias primum dicta sit, coniecisse etiam difficile nõ fuerit. Vt enim ab inuentoribus suis plures aliæ nomen inuenerunt: sic & ab Asclepio faciendæ homini medicinæ antiquo autore, Asclepias nominata hæc est: non parum hoc uno argumento laudanda & in honore habenda: Cui præter ea quæ à Dioscoride dicta hoc capite sunt, plures in historia notas & in medicina uires Græcorum herbarij alij tribuerunt, nepetæ similem caule & toto frutice esse dicentes: & hederæ quidem folia habere, uerum longiora & lanugino in aquosis montibus. In medicina autẽ tradiderunt posse radicem eius tantum derasam, ut nihil asperitatis habeat, in fistulas demissam, callos earum absumere & implere: nec folia tantũ, uerumetiã flores maleficis mammarũ & muliebriũ locorũ uitijs prodesse. Quinetiã eandẽ radicẽ siccatã, mox q; in puluerẽ tusam & cũ axungia coactam, malagmatis modo impositam inflammationes discutere & neruos mollire. Flores præterea foliaq; siccata, mox trita, in summa cute uulneribus utiliter inspergi. Sordida purgare ulcera, & ad cicatricem perducere: genitalium q; uitijs egregie mederi. Quæ omnia ex antiquis Græcis collecta à nobis historiæ & medicinæ huius scriptoris libenter addita sunt, nequid relinqueretur quod legẽtibus prodesse aliqua ratione posset. Quam deinde nos securidacam diximus, cuius semini simile Asclepiadis semen hic ait, ea est quam Theophrastus plures q; alij pelecinum à securis forma dixerunt.

Περὶ Ἀτρακτυλίδος. κεφ. φιγ'.

Ἀτρακτυλίς. Οἱ δὲ, ἄγριον μυζον. οἱ δὲ, κνίκος ἀγρία. οἱ δὲ ἀστίδιον. προφῆται ἄφεδρος. αἰγύπτιοι χνῶ. ῥωμαῖοι πρεσέπιουμ. οἱ δὲ φουσούγγιον, οἱ δὲ κλόνουκα ῥάβδικα. Ἄκανθα ῥάβδοις ἐοικυῖα κνίκῳ, μακρότερα δὲ πολλῷ, φύλλα ἔχουσα ἐπ' ἄκρου τὴν ῥαβδίωμ. ἃ δὲ πλεῖον γυμνὸν ἔχει. ᾧ μὴ αἱ γυναῖκες χρῶνται ἀντὶ ἐρίου. ἔχει δὲ μὴ κεφάλια ἐπ' ἄκρου ἀκανθώδη. ἄνθος ὠχρόν. Ἐν οἰνίοις δὲ τόποις πρεσφυεσίμ. Ῥίζα δὲ λεπτή. ἄχρηστος. ταύτης τὰ φύλλα, μὴ ἡ κόμη, μὴ ὁ καρπὸς πλθέντα

De Colo rustica, siue fuso agresti. Cap. XCVIII.

ATractylida. Sunt qui ascyron, qui agreste cnicũ, qui aspidion, qui androsæmõ, qui theliatrisum uocẽt. Magi aphedrõ. Aegyptii cheno. Romani præsepiũ, fusum agrestẽ, & colũ rusticã appellant. Spina est cnico similis, multo tñ in summis uirgis minoribꝰ foliis: nudo & fine foliis reliquo caule: quo mulieres ad fusos utũtur. Habet agrestis fusus aculeata capitula, florẽ pallidũ, aliquibus uero locis purpureũ. Radix illi tenuis & inutilis est. Cõcisa eius folia, coma semen'que, contra scorpionum ictus

σὺν πεπέρει Ⓒ οἴνῳ, σκορπιοπλήκτους ὠφελεῖ. ἔνιοι δ' ἰσοξύσι τοὺς πληγέντας, ἄχρι πᾶν ἀνιατῶσι τὸ πόαμ ἀνωδύνους εἶναι. ἀπαλγεμίους δὲ ἀλγεῖν.

cum uino pipereq; utiliter bibunt. Sunt præterea q dicãt à scorpionibus uulneratos, & ex uulnere dolorem sentiẽtes, q̃diu agrestẽ hũc fusum manu teneãt, non sentire dolorem: depositio autẽ statim dolere.

INTERPRES.

Dederũt primæ quondã fœminis ad lanificiũ fusos & colum syluæ: quas q; in hunc usum aptiores natura produxerat sturpes: eas ut erant informes sibi eligentes mulieres, castius fœlicius q; q̃ buxeis & eburneis postea factũ est, lanas telas q; suas illis obierũt: diu q; sine opere humano q; artificio aliquo nascentibus quotannis ad lanificiũ instrumentis his usa ubiq; uita est. Natæ mox & tractatæ in urbibus matrones, omnia urbanis elegantiora fecerunt: neglectis q; rusticis fusis & colo, buxus, ebur, & argentũ in matronali lanificio amari cœptũ est: & ad uitæ delicias fortunæ q; opes translatũ, quod solã sedulitatẽ sibi exigebat. Non tamẽ excluſa penitus & in muliebri opere damnata natura est: sed antiquũ retinet in agro honorẽ adhuc sæculo, nec exculta artibus uita ab omnibus fiebat, fusoq; genere hoc natura tantũ eos porrigente alij quibus locis utitur. Vtinã qui eburneã Milesiã colũ, scripto priuatim carmine Theagenidi amici Niciæ uxori laudatã donauit Theocritus, pastorali & bucolico carmine aliquo idẽ agrestẽ hanc descripsisset: & quam ipse humano opere factã tanto opere celebrauit, in syluis inuentã Amaryllidi à pastore donatã finxisset. Gratius enim Musis, & legentibus utilius id carmen nunc etiã illo esset, quo pastorẽ spina eius uulneratũ describens cecinit: ὡς δὲ βαθεῖαι τὰ ἀζακτυλίδες ὦπι. Nihil enim ex eo aliud audimus, q̃ spinã atractylidẽ, id est agrestem hunc fusum siue rusticã colũ esse: Cogimur q; ex Theophrasto pluribus locis de plantarũ historia certius eam nouisse: qui primũ inter genera agrestis cnici eam numerat: dico autẽ cnicũ, quem nunc medicinæ carthamũ & rura nostra crocũ Saracenũ uocant. Sunt q; post multa de atractylide libro VI. uerba eius hæc: ἀζακτυλὶς δέ τις καλεῖται καὶ λευκοτέρα ζύτων. ἴδιον δὲ ἔχει φύλλον, ὅτι ἀφαιρούμενον τῆ σαρκὶ προσφέρόμενον, αἱματώδη ποιεῖ ἐν χυλόν. διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὸν ἄκανθον ταύτην. ἔχει δὲ τὸν ὁμοίως λιγνὺν καὶ φονώδη. ὀφὶ δὲ καὶ τιλφοῖ ἐν κεφαλῆ πόρῳ μετόπωρον. quod est: Vocatur & quædã atractylis, candidior his, cuius folium priuatim id habet, ut anullum carni q; confricatũ, sanguineum reddat succum: eam q; ob causam phonon, id est cædem aliqui spinã hanc uocant. Habet præterea grauẽ & sanguinis in cæde odorem. Sero nec nisi per autumnũ fructũ absoluit. Idẽ libro IX. de plantarũ historia à principio statim de liquore succo q; plantarũ & eius diuersitate agẽs, sanguineum succum atractylidi tribuit. Quæ causa fuit, ut à quibusdã androsæmos uocaretur: quoniã & illa sanguineo succo est, ut certius in ea docebitur: quemadmodum & cnicos agrestis: quod à Theophrasto dictũ lib. VI. paulo ante testati sumus. Cur autem præsepium (modo integra ea uox sit) Romani eam uocarent, incertum nobis est. Cur autem colum rusticã & agrestẽ fusum, ex herbæ figura factum est: quæ glabro nudoq; penitus caule surgens, & cum aruit inflexili duritie rigente, aliquando cubitali altitudine, plerunq; autem minor, nec nisi in summo foliosa & aculeata, in maiore illa altitudine colum, in minore fusos rusticis fœminis ad lanificium dedit. Vidimus nos, licet q; omnibus per æstatem uidere locis incultis & nemoribus nascentem spinis suis in summo sic dispositis, ut impositos lanarum peniculos sine uinculo nexu' ue alio quopiam sustinere facillime possint. Numerauit eam Paulus Aegineta libro primo inter olera, carduis q; his uerbis conjunxit: τὰ δὲ ἀκανθώδη πάντα οἷον σκώλυμος, καὶ ἀζακτυλὶς, καὶ τὰ ζιαῦτα. quod est: Aculeata uero omnia, quales carduus & atractylis est. Credimus q; nos atractylidis nomine hoc satiuum cnicũ intellexisse, in cuius genere Theophrastus eam numerauit, & natura præsenti similitudine constituisse uidetur: ob quã ut pauloante diximus agrestem cnicum hanc aliqui uocauerunt, & inter eos Theophrastus quo diximus loco.

Περὶ πολυκνήμου. Κεφ. φιδ'.

Πολύκνημον. Οἱ μέν, κλινοπόδιον, οἱ δὲ πλευρόνατον, οἱ δὲ ἀγὼς ἡλακάτη, οἱ δέ, ἐχεώνυμον, ῥωμαῖοι πυραλοπουθεία. θάμνος ὀζὶ φυτανώδης. ἔχων φύλλα ὀρίγανῳ ἐμφερῆ. ἄνθος δὲ καυλὸν πλευρόνατον ὡς πᾶν γλίχωνος. οὐκ ἔχει μὴν τὸ σκιάδιον, μικρὰ δ' ἐπ' ἄκρῳ κορύμβια μετ' εὐωδίας ἁπαλῆς. ποιεῖ δὲ καταπλασσόμενον χλωρὸν ἢ ἐκπιὸν μεθ' ὕδατος, πρὸς ῥαύματα κοιλίας. δᾷδι δὲ πεμπταῖον λύμφ. πίνειν καὶ πρὸς σπαργοδρίαν καὶ ῥήγματα σὺν οἴνῳ.

De Polycnemo. Cap. XCIX.

Polycnemon. Sunt qui clinopodion, q polygonatũ, q Iouis colũ, qui echeonymon appellẽt. Romani putealogõthrimon appellãt. Romani putealogõthriam dicunt. Surculosus polycnemum frutex est, foliis origãi, geniculis toto caule multis, pulegii semine: nõ tamen umbellã habet, sed in summis caulibus exiguos corymbos, acri simul & suaui odore odoratos. Facit uiride siccũ ue ex aqua impositum ad uulnera, glutinans ea ita tamẽ ut quinto die soluatur. Bibitur præterea cum uino ad rupta & uessicæ stillicidia.

INTERPRES.

Accreuerat polycnemo inutiliter in extremo capite, quod alij interpretes non eodẽ modo reddiderunt: Sed ab altero ad lymphationes pertinere creditũ est, ab altero ad affectus qui uiolentiæ ab eo uocant: nullo aut morbi aut uitij certo genere. Nos q; id sentientes, quoniã in antiquissimis Græcis nulla esset ea pars, nec qui uetustissimus mihi est Latinus Dioscorides id haberet, & q; ad nouã religiõis nostræ superstitionẽ pertineret, intrepide totã eã partẽ negleximus: inutilẽ q; & hoc scriptore indignã penitus reliquimus. Ea aũt est, quo loco in Græcis legitur: ἁλίλαξον ἡ πεῖρα &c. in interpretibus aũt: Vsu siue experientia compe-

compertũ eſt &c. Non habet polycnemũ certã in Latinis hiſtoriã. Plinius cunilæ bubulæ, quæ inter origanos numeratur, ſimilẽ herbã tantũ dixit: cætera ex hoc ſcriptore ijſdẽ uerbis ab eo reddita ſunt: Semine pumãducata imponatur, quinto die ſoluatur. Quæ tota eſt in ſcriptore hoc polycnemi hiſtoria & medicina. Nicander in Theriacis ſuis contra uenenata eam laudauit: ἄλλοτ' ὀμόρξῃς ἡψίγμα πραπήμινον καὶ ὀρίγανον &c. quo loco trãſmutatione literæ, ut ſolent poëtæ, uſus eſt: polycmenũ dicens, quã alij polycnemũ uocant. Meminit eiuſdem Apollonius in cõmentario de herbis, nec diſſimilẽ origano fecit. Hanc inter alias appellationes polygonaton dicit à quibuſdã audimus: non quia uere poligonato ſimilis ſit, ſed quoniã geniculato per totum caule eſt. Quã credimus etiã fuiſſe cauſam, ut polycnemũ Græci eã uocauerint, quaſi frequentibus ſuris, κνήμαις enim ſuras illi uocant, quæ in ſurculis herbæ huius interualla erunt, quibus folia inter ſe diſtant.

περὶ κλινοποδίου. κεφ. φιε'.

Κλινοπόδιον. Ἔστι δὲ, κλεωνικὸν. ὅτι δὲ ὠκιμοειδὲς, ὅτι ὃ, ζωπυρὸν καλοῦσι. Θαμνίον ὄζοις ἐστὶ τοῦτο φυγγωνώδεσι πωθαμον. φυόμενον ἐν πέτραις. ἔχον φύλλα ἑρπύλλῳ παραπλήσια. ἐστὶ τὰ ἄνθη ὅμοια ὡς κλινης πρὸς ἱμάτων ἐμφερῆ πρασίῳ. πίνεται ὃ ἡ πόα ἐστὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς, πρὸς θηρίωμα δήγματα καὶ φάρμακα, καὶ σφακελισμούς, καὶ ἔμπυα καὶ ἀκροχορδόνας ἀποβάλλει ἐφ' ἡμέρας πέντε νόμιμον.

De Clinopodio herba. Cap. C.

Clinopodion. Sũt qui cleonicũ, qui ocimoides, id eſt ocimaſtrũ, qui zopyren uocẽt. Romani pariter Græcis clinopodiũ uocãt. Surculoſus & hic frutex eſt. Naſcitur in petroſis: altitudine quantũ bis patet à ſummo pollice ad extremũ minimũ digitũ explicita humana manus: folio ſerpylli: floribus pedũ lecti ſpeciẽ referentibus, per interualla marrubij modo diſpoſitis. Bibitur herba decoctum eius contra uenenatorũ morſus, cõuulſa, ruptaq; & uri nę ſtillicidia. Trahit eadem menſes fœtusq;: & uerrucas, pota diebus aliquot, excutit.

INTERPRES.

Extriclinijs ſuis quondã in agrũ exeuntes Græcorũ herbarij, pedumq; lectorũ ſuorũ imaginẽ animo ſeruantes, facile inter alias quærentiũ oculos fallentẽ clinopodion herbã inuenitebant. Quod q; illis quotidianũ fabrica ſpectaculũ fecerat, diligentius & ſpecioſius elaboratũ natura locis incultis oſtendebat. Nunc mutata artiũ & fabricæ ratione, ſiquis nouiſſe id cupiat, herbã inueniſſe prius oportebit: tum ex floribus eius in antiquorũ lectis pedũ quibus fulcirentur formã didiciſſe. Veruntamen ut illud ratione careat: natura enim artibus exempla in cũctis ex ſe propoſuit: neq; ab artibus ad naturã motus eſt. Sic noſtra ætate difficillimũ in tam multa florũ naturæ uarietate, tam multisq; eorũ formis, hoc uno argumento herbã deprehendere. Etſi Plinius XXIIII. uolumine, cap. XXV. non parũ ad hanc rem contulerit, orbiculato florum ambitu eam deſcribens: cuius formæ adiectione ſatis deſcripſiſſe rem uidetur: omnes enim nouimus quid orbiculato, quid florũ, & quid ambitu ſignificetur: plures ſcilicet ſimul ſurgere flores, circulũ per ambitum facere, & ex eo orbiculũ deſcribi: in quo relictis inter eos flores mediis ſpatijs, inane aliquid & uacuũ relinquatur: quã pedũ in antiquis lectis fuiſſe formã facile conijcere eſt. Siquidẽ his exemplis pictores, ſtatuarij, architectiq; ſua opera adhuc exornant. Nihilq; non una hac ratione inuentũ ab illis & tractatũ ſemper eſt. Sunt clinopodio aliæ etiã appellatiões: cleonicõ, quã credimus parũ integrã eſſe: ſiquidẽ Plinius non cleonicon, ſed clinopicton uocat, ab ijſdẽ lectis facta appellatione: Ideoq; clinicon forte legendam eſſe. Ocimoides deinde ab ocimaſtro cui ſimilis eſt, dici ab aliquibus potuit. Abũdabat & in extremo clinopodij capite quod in Dioſcoride legitur: κοιλίαν δὲ ἴσιον ἐν ἓξ &c. In Gallica autẽ interpretatione: Aluũ ſiſtit decoctum ad tertias: in Veneta uero: Multis experimentis confeſſum &c. In quo non leuiter diſſident: in illa ſiſti aluũ &c. in hac deſuroris medicina agit. Differentiæq; manifeſta eſt cauſa: alter enim interpres impreſſum Dioſcoridis codicem ſecutus eſt, alter quod ſuperiore capite tanq; inutile damnatũ à nobis fuit, cum in Dioſcoridis codice qui in priuata Pontificis bibliotheca eſt, in polycnemo legi inueniſſet, ubiq; id reddidit: primũ ſub lymphationis, mox ſub furoris nomine. Poterunt q; uolentes facile id cognoſcere. Neq; enim re differũt quæ in polycnemo his uerbis à Barbaro reddita ſunt: Vſu compertũ eſt, ramulis huius cõtritis, in uino albo datis, magnũ præſidiũ afferre lymphationibus: ab his quæ in clinopodio ſic uerſa ſunt: Multis experimentis cõfeſſum ſuper hoc frutice eſt: Ramulos eius ad tertias decoctos ex uino albo mederi correptis furore. Nouam uocem βιασμοῖς & antiquis nullam, uaga interpretatione exprimere conatus ille eſt. Damnauit q; quod nos etiam fecimus, quod ad ſiſtendam aluum in clinopodio legitur: ad quã cenſurã nos traxit uetuſtiſſimorum in Græcis & Latinis Dioſcoridis codicum fides: quod q; de eo agens in VI. Paulus Aegineta calefaciẽdi ſiccandiq; uires clinopodio tantum aſſignauit: de ſiſtenda autem aluo uerbum nullum.

περὶ λεοντοπεταλου. κεφ. φις'.

Λεοντοπέταλον. Ἔστι δὲ, λεοντοπόδιον. ὅτι δὲ λευκόϊον, ὅτι δὲ λεόντιον. ὅτι δωρὶς. ὅτι δωρικτερὶς. ὅτι λυχνὶς ἀγρία. ὅτι δράκαινα. ὅτι θερμώνη, ῥωμαῖοι πατάβελκλον. ὅτι δὲ ἔμεν

De Leontopetalo herba. Cap. CI.

Leontopetalon. Sunt qui leontopodion, qui leucetion, qui leontion, q dorida, qui dorictenda, qui agreſtem lychnidẽ, qui pardalium, qui therybethrũ, qui rapeiũ, qui cornutum papauer, qui anemonem uocant. Romani papauerculum aut ſemen leoninum dicunt.

καυλὸμ ἀνίησι πηδαμιαῖον ἢ καὶ μείζονα. ἔχουσα μαχάλας πλείσας. ἐφ' ὧν ἄκρων λοβοὶ ὅμοιοι ἐρεβίνθοις. ἐν δὲ τούτοις δύο ἢ τρία σπερμάτια. ἄνθη φοινικά. ἐοικότα ἀνεμώνῃ. φύλλα ὁμοια κεράμβῃ. ἐντετμημένα ὡς τὰ τῆς μήκωνος. ῥίζαι μέλαιναι ὡς πρὸς γογγύλη. ἀλλοχὰς ἔχουσαι καθάπερ κονδύλους ἑνάς. φύεται δ' ἐν ἀρόσεσι καὶ ἐν τοῖς σίτοις. ταύτης ἡ ῥίζα σὺν οἴνῳ πινομένη, βοηθεῖ ἐρπετοδήκτοις. ταχέως ἀπόνους ποιοῦσα, μίσγεται δὲ καὶ εἰς τοὺς ἰσχιαδικοὺς κλυσμούς.

cũt. Caulẽ habet altitudine quãtũ à summo pollice ad extremum minimũ digitum patet explicita humana manus, & aliquando maiorẽ: cauis alarũ multis, in quarum summo siliquæ ciceris sunt: & in his duo tria'ue semina. Flores profert puniceos anemonæ similes. Folia brassicę papaueris modo incisuris diuisa. Radices nigras, rapis similes, in quibus condylorũ modo tubercula quædã excrescũt. Nascitur in aruis & inter segetes. Bibitur radix eius contra serpentium morsus, dolorem quãprimum auferens. Miscetur & his quæ contra coxendicis dolores clysteribus infunduntur.

INTERPRES.

DEscripsit leontopetalon lib. xxvii. cap. xi. Plinius ijsdẽ uerbis, rapeion alijs uocari dicens, folio brassicæ, caule semipedali, alis multis, semine in cacumine in siliquis, ciceris modo: radice rapo simili, grandi & nigra. Nasci eam in aruis, & omniũ generũ serpentibus in uino potã radicem aduersari: nec quicq̃ celerius proficere. Quæ omnia ab hoc ipso scriptore multo antea dicta fuerãt. Nomen à ferocissimo & generosissimo omniũ animali in antiquis Græcis inuenit. Quid autẽ illi cũ leone conueniat, non satis certum nobis est. Si nominis origo expendatur, nihil leontopetalon erit q̃ leonis foliũ. Sed quã leonis partem, uerbi causa, pedẽ, aurẽ, linguã, aliam'ue huiuscemodi foliũ referat, non satis pro cõperto nobis est: præsertim uariantibus alijs appellationibus, leontio scilicet leontopodio, & leonino semine: quæ omnes à leone causam nominis, sed non eodẽ modo habẽt. Siquidẽ leontion, lenunculus est: leõtopodion, leonis pedẽ significat: & leoninũ semen, causam nominis in semine, non in folio esse ostendit. Cur autẽ agrestis lychnis diceretur, floris figura in causa est: quę anemonẽ & syluestre papauer dici etiã leontopetalon fecit: omnes enim hi flores magnitudine, colore, totaq̃ figura similes aut non dissimiles saltem inter se sunt.

περὶ τευκρείου. κεφ. φιζ'.

Τεύκριον. οἱ δὲ ἢ τὴν χαμαίδρυν [οἱ δὲ τευκρίδα.] καλοῦσιν. πόα ἑβδομηκοντάκις ἐοικυῖα χαμαιδρύι. λεπτόφυλλος. ἔχουσα ἐρεβίνθου πέταλον ὅμοιον. φύεται δὲ πλῆσον ἐν κιλικίᾳ τῇ κατὰ ῥυάδα καὶ κηπίδα καλουμένῃ. δύναμιν δὲ ἔχει χλωρὰ μετ' ὀξυκράτου πρόσφατα ἢ ξηρὰ ἀποβρεχθέντα καὶ πινομένη, σπλῆνα τήκειν ἰσχυρῶς. καταπλάσεται δὲ μετὰ σύκων καὶ ὄξους ἐπὶ σπληνικῶν. ἐπὶ δηριοδήκτων δὲ μετ' ὄξους μόνου χωρὶς σύκων.

De Teucrio herba. Cap. CII.

TEucrion, sunt qui chamædryn, id est trixaginem, [& qui Teucrida appellẽt. Romani pariter Græcis Teucriũ dicunt.] Virgata herba est Teucrion, trixagini similis, tenui folio ciceris figura. Nascitur plurima in Cilicia eiusq̃ partibus quas Gentiadẽ & Cissadem uocant. Lienes egregie minuit uiridis cum posca pota. Decoquit ficca etiã: bibiturq̃ in eundem usum decoctũ eius. Lienosis etiam ex aceto additis ficis illinitur. Contra uenenatorum uero morsus ex aceto tantum.

INTERPRES.

VEnerunt quondã ad Troiã Telamonij fratres Aiax & Teucer, ut non eadem belli gloria, sic totius uitæ inæquali fortuna: ambo tamen naturæ & medicinæ aliquid contulerũt. Sed alter lamentis plenũ fecerem, si in Transformationibus suis canenti Nasoni credimus, Rubefactaq̃ sanguine tellus, Purpureũ uiridi genuit de cespite florẽ, Qui prius Oebalio fuerat de sanguine natus. Litera cõmunis medijs puerorũq̃ uirorũq̃ Inscripta est folijs, hæc nominis, illa querelæ. Alter Teucrion herbã hanc, inuentori suo cognominẽ, qua lienibus omnis mederetur ætas. In quo non cõparauerit nec cõtulerit aliquis Aeacios illos flores Teucrij tam præsentis remedij uirgis potius q̃ iuncis: Ex qua figura nos uirgatã herbã diximus, autoré hũc secuti, qui ῥαβδοειδῆ eam describit, non ut Plinius, tenues spargentẽ iuncos. Inuenit (ut ex historia nominisq̃ indicatur) eam Teucer: nec minus illi medicina ob Teucriũ, q̃ Achilli Chirõis discipulo ob Achilleã debet: inuentãq̃ ab eo sic constat: Cum exta in sacrificio super eã proiecta fuissent, ferunt adhæsisse lieni, eumq̃ exinanisse: & quod casus ostenderat, obseruatũq̃ à Teucro fuerat, ad æternũ humani beneficij decus & famam illi accreuit. Miscent confundunt q̃ aliqui Teucriũ hanc cũ aspleno & hemionitide: non ob aliã ut credimus causam, q̃ quia eadẽ potestate sunt: omnes enim lieni medentur: sed nullas habent cõmunes alias notas, ut ex earũ historia cognoscere omnibus facile est. Diuersa sunt nomina: discrepant partes: seorsumq̃ ueteres Græci de singulis tradiderũt. Plinius, q̃d pauloante diximus, uirgas Teucrij iuncos uocauit, lentorẽ & tenacẽ flexurã uirgarũ in Teucrio contẽplatus: & ex pluribus iuncorũ notis eã elegit, quæ multis alijs in plantarũ historia cõgrueret, nec priuatim proprietq̃ iunceũ genus faceret. Quod eñ iuncũ indicat, nomẽq̃ & genus illi facit: Nudus glaberq̃ surculus est: cætera eñ cõmunia illi cũ pleriſq̃ alijs sunt. Sed hoc primũ illi, moxq̃ eũ alijs natura dedit: dico aũt foliorũ totis caulibus & uirgis eius priuationẽ, quæ in Teucrio sunt, in uirgis eius pendẽtia natiuo lentore uitiliũ modo flexilibus. Ob quã naturã & formã non defuerunt, qui Teucrium hanc

hanc agresti sedo & portulacæ similem dicerent: & eorum nominibus etiam indicarent. Volumus & illud legentibus significare: quod ab hoc remedium lienosis instituitur cum ficis ex aceto illini Teucrion, &c. credere nos non simpliciter ficos, sed caricas intelligendas esse.

περὶ χαμαιδρύου. κεφ. φιή.

Χαμαίδρυς. οἱ δὲ χαμαίδρυον. ἤλινος δρυς. Ἐρωμαῖοι τριφάγο μίνως. Ἰδιὰ ἢ ἀσώδη ζυὰ ἐμφέρειαν τῆς πυκερίου, καὶ ταύτην πυκερίον ἐκάλεσαν. φύεται ἐν ἐσχέσι καὶ πετρώδεσι, τόπριος. ἔστι ἢ θαμνίσκος ὠφέλιμαῖος, φύλλα ἔχων μικρὰ τῆς χήμαλι ἢ τῇ χίσει δ' ἐοικότα ὅμοια. πικρά. ἄνθος ὑπόφυσον μικρόν. σπέρμα δὲ ἔχει λευκὰ ἀφεψηθέντα σὺν ὕδατι καὶ πολυπόμενα, ὑγιεῖς ποιεῖ πάσμασι. ὄξει. καὶ λιθιῶντας ἐκπυοῖ μῶσι. δυσουρικοῦσιν. ὑγροπικοῖς δὲ ἐν ἀσχαῖς. ἄρμενα καὶ ἐμέσεως. καὶ λεπρὰ τήκει σὺν μόξῃ πρεῖσα. πρὸς δὲ τὰ θηρία σὺν μόνῳ ποτιομένη καὶ καταπλασσομένη. λεία δὲ δύναται καὶ εἰς καταπότια ἀναπλάσασθαι πρὸς τὰ ἐρυσιπελάτα. καὶ ἀνακαθαίρειν ἕλκη παλαιὰ σὺν μέλιτι. αἴρει δὲ ἀχλῦς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς σὺν ἐλαίῳ λεία ἐγχριομένη καὶ ἀλιφομένη. ἔστι ἢ θερμαντική.

De Trixagine. Cap. CIII.

CHamædryn sunt qui chamæropa, qui li nodryn dicunt. Romani trixaginē uocant. Sunt etiā qui & hāc propterea ꝙ Teucrio similis sit, Teucrium pariter appellēt. Nascit asperis & petrosis locis: estq; breuis frutex, altitudine quantū à summo pollice ad extremū minimū digitū patet explicita hominis manus: foliis paruis, figura diuisuris q; quernis similibus, gustu amaris: purpurascēte flore, & ipso etiā exiguo. Carpēda est suo semine prægnās herba. Decoquit uiridis in aqua, bibitq; utiliter cōuulsis decoctū eius: Tussientibus itidē, duratis lienibus, urinæ angustijs, & cutē incipiētibus subire aquis. Mēses eadē trahit & fœtus. Lienē minuit cū aceto pota. Contra uenenata cum uino bibit. Potest idem emplastri modo imposita etiā. Quinetiam concisa trita'ue contra prædicta in pilulas cōformari potest. Purgat uetera ulcera ex melle. Contra oculorum caligines trita inspergit, & ex oleo inungitur. Est autem illi calefaciendi uis.

INTERPRES.

COactæ breuitatis quercus quædā trixago est: & inde illi in Græcis nomē: neq; em̄ chamædrys aliud q̄ humilem & terrestrem quercū significat. Ab eadem breuitate aliud chamæropis nomen illi ab aliquibus factū est: Sic enim ex ueteꝝ Græcoꝝ & Latinoꝝ fide legendū esse existimamus, etsi hic chamædropa uocari tradat: Plinij enim codices omnes ante Barbari castigationem chamæropē, non chamædropem uocari trixaginē dicebant. Eam uocē scriptoris huius lectione ille emendauit. Is etiā quē nos habemus Longobardis literis scriptū Latinū ueterē Dioscoridē, chamæropa non chamædropa trixaginem dici testatur. Nec nos rationē aut causam habemus, cur hoc magis q̄ illud dici oporteat: etsi excogitanda alitqua sit, nulla uero similior erit, q̄ quoniā humi serpat, sic dicta quondā fuerit. Et si id recipiatur, tunc chamærops dicenda potius erit. Nos in ambiguo plures ueluti testes secuti, chamæropem potius diximus. Cur autem Teucrion hæc etiā diceretur, causam hic ipse ostendit: ideoq; à nobis relinquenda est: qui multo labore quęsitam Romanæ appellationis originem, nondū inuenimus. Nihil enim Plinius aliud inquit, q̄ trixaginē latine dici chamædryn herbā. Descripsit tamen eam, & quæ hic folia parua dixit, ille mentæ magnitudine: & quæ hic figura & incisuris quernis similibus, ille colore & diuisura quercus. Adiecit præterea serratā ab alijs hanc herbā dici: & ab ea, id est, ab incisuris illis quas per ambitū habet, eodem quo nunc modo in serra uidentur dentes, inuentā fuisse serrā. Theophrastus cū libro IX. de plantaꝝ historia eius meminisset, de nouis partibusq; ei⁹ breuiter egit. Sed quas habet in medicina uires multas numerauit alias ab hoc scriptore: ideoq; repetēdas hoc loco à nobis, quæ huiusce modi sunt: Trixaginis autem folia ruptis uulneribusq; profert idem oculis: oportetq; tritū foliū ex oleo illis admouere. Habet trixago quernis similia folia: totumq; eius incrementū dodrātale est: quod à nobis in Dioscoride expansæ manus mensura significatū est. Adiecit præterea Theophrastus odoratā suauemq; trixaginem hāc esse: facilē inuentu, & ubiq; ex his notis cognoscendam herbā. In cuius mensura à Barbaro nō leuiter nos & alij discrepamus. Ille enim quatuor digitoꝝ altitudine eā describit: Nos, ut solemus, semper ubi spithame sit, quantū tota hominis explicita manus patet: id em̄ obseruauimus eā significare uocē. Quatuor uero digiti, quos ille in spithame numerat, palmi mensura sunt, quæ lōge minor q̄ dodrās est: qua uoce priuatim Plinius græcā spithamen in VII. manifeste conuertit. Sic etiā quē ille florem exilē dixit, nos simpliciter paruū uertimus: μικρὸν em̄ hic ait. Quod præterea Dioscorides ait, ἄρμενα ἔμβρυα, ad abortus pertinēs, ille ad partus facilitatē pertinere opinatus, partus ciere dixit.

Spithame.

Dodrans.

περὶ λευκάδος. κεφ. φιθ'.

Λευκὰς ὀρθυή. πλατυφυλλοτέρα τῆς ἡμέρου ἐστί. δριμύτερόν τε καὶ πικρότερον ἔχουσα τὸν καρπὸν καὶ ἀσομώτερον, δρασικαυ-

De Leucade herba. Cap. CIIII.

LEucada. Romāi pariter Græcis leucada dicūt. Mōtana ī hoc gñe latiore q̄ satiua folio ē. Semine p̄terea acriore, amariore, & in gustu minus grato, maiore tñ efficacia q̄

τέρα μὲν τὸ πυγχάνον τῆς ἡμέρου. ὠφελοῦσι πλασσόμεναι δὲ ἀμφότεραι ἐπὶ πινόμεναι, ἁρμόζουσι μετ' οἴνου ἐπὶ τῶν ἰοβόλων, καὶ μάλιστα τῶν θαλασσίων.

cia satiua quę est. Imponunt emplastri mō ambę: bibuntur q; utiliter cum uino contra morsus animalium, quæ ictu aut morsu uenenum relinquunt: marinorum q; præcipue.

INTERPRES.

SVspecta nobis in hoc capite omnia sunt, nec sine causa: siquidē Plinius nihil certū de leucade hac tradidit: nec dubitasse tantū, sed sub hac appellatione ignorasse eā uidet. Hic ipse etiā parū certè historiā ex his quæ modo legūtur eius tradit. Fuisse q; quondā certiorē eius descriptionē, indicio est Latinus Dioscorides, & eius præcipue qui apud nos uetustissimus codex est: in quo à necessaria diuisione caput hoc & his uerbis incipit: Leucæ duo sunt genera, una est mōtana & altera hortiua. Mox sequitur quod nūc in Dioscoride legit: Montana latiore q; satiua folio est. Videtur q; hic ordo necessitatē habere, ut facta prius diuisione, alterius generis historia & uires tractētur. Sunt præterea in medio capite quæ manifeste in impresso Dioscoride & alijs Græcis desint, quæ poterūt uolentes facile inuenire. Nobis paulominus q; pro comperto est, nullibi in colume esse hoc caput: & q; restitui in integrū nō potest, quasi desperatū ulcus relinquitur.

περὶ λυχνίδος στεφανωματικῆς. κεφ. φκ'.

ΛΥΧΝΙΣ στεφανωματική. Οἱ δὲ, ἀθάνατος. οἱ δὲ, ἀκυλώνιον. οἱ δὲ, βαλλάριον. οἱ δὲ, γερανοπόδιον. οἱ δὲ, κορύμβιον. οἱ δὲ, ταύριον. οἱ δὲ, σκῆπτρον. οἱ δὲ, μαλόϊον. ἀἰγύπτιοι σεμεόν. προφῆται αἷμα ἀποκαθημένης. ῥωμαῖοι στεφανουλάριον. οἱ δὲ, βαλλάριον. ἄνθος δὲ ὅμοιον λευκοΐῳ. ἐμπορεύεται δὲ πλεκόμενον εἰς τὰ στέφανα. εἰς τὸ ὠφέλημα βοηθεῖ σὺν οἴνῳ πρὸς ἐμσκορπιοπληκτους.

De coronaria Lychnide. Cap. CV.

LYchnida stephanomaticen, id est, coronariam. Sunt qui athanaton, id est immortalem, qui acylonium, qui ballaryon, qui gruis pedē, qui corymbū, qui tauriū, qui sceptrum, qui maloion appellent. Magi apocathemenes sanguinem. Aegyptij semeon. Romani genicularem siue bellariam dicunt. Violæ similis flos est, sed purpureo colore. Texit in coronis. Bibuntur cum uino semen & flores: & per se utrūq; contra scorpionum ictus.

INTERPRES.

QVo argumento nautis in mari sæpe uisum piscem lucernā ueteres Romani appellauerūt, ignea per os exerta lingua tranquillis noctibus relucentē: eodem in humidis nascentē magnitudine uiolæ, sed figura rosæ florē lychnida, ut fertur, ueteres Græci dixerūt. Noctibus enim hic etiā fulgere creditur: & ut nomē ex re illi factū indicat, ignis fulgore quodā uidentiū oculos in se cōuertere: non aliter q; & feliū oculi flammarū modo in tenebris fulgent: & putres in humidis caudices eodē tēpore igneā speciē quandā uidētibus afferūt. Quor; & si diuersa materia sit, cōmunis tamē omnibus causa humoris copia est: nisi fortè in felibus, quod ab Aegyptijs obseruatū fuerat, nō in humore, sed in lunæ luminibus lucis eius causa sit: ad quor; quotidiana incremēta augeātur dilatētur q; in eius animalis oculo pupulę: & cum toto orbe mortalibus fulget id sydus, tunc etiā copioso lucis fulgore intra domesticos parietes animalis eius nobis oculus splendeat, quēadmodum secūdo uolumine in mustela longius testati sumus. Verūtamen alterius quæstionis est & huius & eor; quæ pauloante dicta à nobis sunt, causas & rationes inuenisse. Nunc q̄d herbarū & scriptoris huius interpretē deceat, floris omnē naturā dixisse satis sit. Nascit locis humētib⁹ hic flos, à Theophrasto ad extremū sextū de plantar; historia uolumē, primus inter æstiuos flores numeratus. Habet enim hæc naturæ pars sua discrimina. Nec difficile est in ea eius q; scriptoribus neruos, æstiuos, autūnales, & hyemales obseruasse flores: & in æstiuis lychnidē hanc, quā Plinius flāmeam aliquādo ex eo quod diximus argumēto, aliquādo à gente Græcā rosam nominauit: colore purpureo, quinq; foliis tantū: etsi in satiua obseruauerint quidā, senis florere aliquādo foliis, agrestē quinis semper. Magnitudo illi est uiolæ, quā hic nō multo post matronalē uocat: eā scilicet quæ prima uer nuntiat, omnes q; alios præuenit flores: & quod proprium eius est, multa uno pediculo pēdet: figura rosæ est, foliis rosar; modo dispositis & pēdentibus. Nullū habet odorē, quod demireť aliquis, ex quo coronarius flos est, & coronarij nominis honore ab agresti distinguitur: deficiēte q; eo, uerisimile est solā floris speciē in coronis amatā fuisse. Ob quā causam in magno nominū & appellationum ambitu in gētibus fuit: alijs athanatū, id est, immortalem appellātibus: q; lōgissime à prima æstate ad extremū autumnū floret: alijs bellaryon: quæ uox licet incertā modo habeat in Græcis significationem, antiquā tamē fuisse in lexico suo Hesychius indicat, balarin trifoliā herbā esse dicēs, nec ultra quicq; de ea testatus est. Plinius libro XXI. capite XXVI. radicē lychnidis, nō coronariæ & satiuæ, sed agrestis Asianos bolitē appellasse tradidit. Potuerunt q; hæc simul misceri, & in duabus uocibus quæ principij similitudinem aliquam haberent, in diuersam penitus librariorum incuria finem euasisse. Verum ut sæpe aliās testati sumus, non multifacienda hæc sunt: eam q; ob causam cætera à nobis relinquuntur.

περὶ λυχνίδος ἀγρίας. κεφ. φκά.

ΛΥΧΝΙΣ ἀγρία. Οἱ δὲ ξεράνθεμον. οἱ δὲ, ἀτόκιον. οἱ δὲ, ἱεράκοπόδιον. οἱ δὲ, λαμπάς. ἀἰγύπτιοι σεμοῦσα. προφῆται ἀποκαθημένης ταῦρος. ῥωμαῖοι ἄγριον βουμ ἀγρέ-

De agresti Lychnide. Cap. CVI.

LYchnida agriam, id est, agrestem. Sunt qui tragonaton, qui atocium, qui hieracopodium, qui lampada appellent. Magi apocathemenes taurū. Romani agreste in-

σεμῶδες ἢ, λαπάθου. καθαρουίνα. ὁμοία δὲ ἢ, σέριδος. ὁμοία τῇ ἡμέρῳ καλαπάυλα. τὸ ἢ ὠφέλημα αὐτῆς, ἀπὸ δ'. πλῆθος πρὸς ἀρχὴν κολλίαμ χολώδη. μὴ σκορπιοπλήκτοις ἀσμόζειν. φασὶ δὲ καὶ τοὺς σκορπίους ναρκώδεις μὴ ἀπεράκρους γίνεσθαι παραπεθείσης αὐτοῖς τῆς πόας.

ste intybum uel serin uocant. Satiuæ in cunctis agrestis hæc similis est. Per inferna bilẽ trahit potũ semẽ ei⁹. Prodest cõtra scorpionũ ictus. Ferũtq; admota his herba hac, torpidos & inefficaces ad nocendum fieri.

INTERPRES.

COmmunes satiuæ coronarieq; lychnidis agresti & rusticæ appellationes similitudo fecit. Et quã hic agrestem hieracopodion, id est, accipitrinum pedem uocari ait, illic satiuam gruinum nominari diuerat, nulla aut exigua diuersitate: Credimusq; nos foliorũ herbæ, non floris notã hanc esse. Quẽadmodum certa floris est, quam hic lampada dixit, manifesta significatione à luce fulgoreq; illo, de quo in sequentibus dictum longius est. Foliorum itidem non floris notam habent agreste intybum & seris. Cæteræ à peritioribus docendæ relinquuntur. Agrestis lychnidis tantum in medicina usus est. Nec refert q; hic satiuæ semen scorpionibus aduersari dixerit: id enim primum & efficacissime agrestis potest. Nec Plinius aliter decreuisse creditur: & ante eum Nicander in Theriacis suis, ὅσα τε λυχνὶς ἐνήρυν, &c. Quo loco interpres eius de agresti hac intelligi tantum iubet: unamq; hanc ὀφιοδήκτοις καὶ σκορπιοδήκτοις mederi.

Περὶ κρίνου. κεφ. φκϛ'.

Κρίνον βασιλικόν. Οἱ δὲ, κρινάνθεμον. οἱ δὲ, καὶ λείριον. προφῆται αἷμα ἄρεως. ὀδάξης αὖχα κροκοδείλου. αἰγύπτιοι συμφαφού. οἱ δὲ τίαλον. Σύροι σάσα. ἄφροι δὲ βλαβορ. Τοῦτο τὸ ἄνθος σεφωμαϊκόν ἐστι. καλούμενον ὑπ' ἐνίων λείριον, ἀφ' οὗ καὶ τὸ χρῖσμα κατασκευάζεται ὃ λιβυες λείριον, οἱ δὲ, σουσινιον καλοῦσι, μαλακὰ κοιλίας ὄν. τὸ δὲ νεῦρον, καὶ ἰδίως τὸ ἐπὶ μηρὸν σκληρῶν. τὸ δὲ πόας τὰ φύλλα κατάπλασσόμενα, ἕρπητα σκληρὰ βοηθεῖ, πρὸς δὲ τὰ πρὸς τὰ καύματα ἰάσεις ἐνθέντα. τὰς χειρὸς ἐνθέντα ἢ ἐν ὄξει ἕψημα ἐφθεὶς πρὸς χαλκώματα ὑγρὸν γίνεται φάσματον πρὸς τὰ παλαιὰ ἕλκη, καὶ πρόσφατα ξαύματα. ἢ ῥίζα ὀπὴ καὶ λεία σὺν ῥοδίνῳ, πυρίαυτα ἰᾶται. Καὶ ὑσέραν μαλάσσει καὶ ἔμμηνα ἄρθρα καὶ ἕλκη ἐρυσιπελατώδη. σὺν μέλιτι δὲ λειωθεῖσα, νεῦρα διακοπὰς καὶ σχέσματα ἰᾶται. ἀλφούς πεπυκασμένους καὶ λέπρας, καὶ πίτυρα, καὶ ἀχῶρα σὺν ὄξει δὲ λεία καὶ σὺν μυοσκιάμου ῥοδίνῳ πρίσμα. σὺν ὄξει δὲ λεία καὶ σὺν μυοσκιάμου φύλλοις, καὶ ἀλεύρῳ πυρίνῳ, ὄγκους φλεγμονὰς παραιρεῖται. τὸ δὲ σπέρμα ἕρπητα σκληρὰ μασᾶται καὶ ἀφροδισιακὸν ποιεῖ. ἐρυσιπελάτῳ δὲ καταπλασσόμενον σὺν οἴνῳ λειωθὲν τὸ σπέρμα. Καὶ τὰ φύλλα. φασὶ δέ τινες καὶ πρόφυξιν ἂν θῆναι κρίνου γίνεσθαι. ὧν δὲ γεύσασθαι ἢ γυνὴ ἐν τῇ συνουσίᾳ καὶ πιοτέρα τῆς παμφυλίας πρὸς τοῦτο τὸ χρῖσμα καὶ σκευάζουσιν.

De Lilio. Cap. CVII.

CRinon. Sunt qui regiũ florem, Lqui crinanthemon, qui callirio, qui lirion, qui susinon dicunt. Magi sanguinem Martis. Osthanes auram crocodili. Aegyptij symphephu: pleriq; etiam tialon. Syri sasa. Aphri ablibabum. Romani liliũ, siue Iunonis rosam appellant. Coronarius hic flos est: ex quo unguentum fit quod lirinum susinum'ue dicunt, mollien dis neruis aptum: priuatimq; cõtra muliebrium locorum durities utile. Serpẽtium morsibus subueniũt emplastri modo imposita herbæ folia. Medentur ambustis eadem decocta. Quinetiam sale in aceto condîta uulneribus prosunt. Expressus præterea ex foliis succus, decoctusq; in æneo uase additis aceto & melle, liquidum contra uetusta ulcera noua'que uulnera medicamentum fit. Cremata radix etiam & cum rosaceo coacta ambustis medetur: Muliebres locos mollit: menses trahit & ulcera ad cicatricem perducit. Coacta eadẽ cũ melle, luxatis & pręcisis neruis medet. Vitiligines, lepras, furfures'que exterit. Manantia capitis ulcera abstergit. Faciem emendat & erugat. resticulorum inflammationes concisa ex aceto additis Apollinaris herbæ foliis & triticea farina compescit. Contra serpentium morsus semen utiliter bibitur. Imponuntur præterea sacris ignibus ex aceto concisa semen & folia. Ferunt quidam & purpureo colore fieri liliorum flores. Efficacissima autem ad unguenti confectionem in Syria & Pamphyliæ Pisidia nascuntur lilia.

INTERPRES.

EX Veneris sanguine natam inter spinas rosam fabulati ueteres Græcorum poëtæ sunt: idq; nos longius in rosis prosecuti sumus. Iidem quoniã in lilio candidus color esset, ex Iunonis lacte natũ alium hunc florẽ finxerũt: ne uoluptatũ leporumq; omniũ numini in ruris & hortorum honore cederet Iouis & soror & coniux. Natumq; finxerunt, cum dormiente dea admoto uberibus eius Hercule, uago pueri & incerto suctu diuinum lac in terram decidisset: eamq; ob causam Iunonis rosa lilium aliquibus dictum fuit: non floris, sed potestatis æqua duarum dearum inter se comparatione. Fecit deinde floris ob hanc causam nobilitas, ut regius ab alijs flos diceretur: quoniam nulli flori excelsitas maior, trium aliquãdo cubitorum.

Candor

Candor eximius: & ab angustijs in latitudinē se aperiens calathus: quę omnia Plinius XXI. uolumine cap. v. ambitiosa descriptione post se legēda uolētibus reliquit. Adiecit hic etiā lirion & callirion dici, eadē rei significatione: fuissetq; Græcis liriū q̄d Romanis liliū, testes poëtæ oēs ferè sunt: à qua uoce una tantū mutata litera, ut fit in his qui balbutiētes pro r, l enuntiāt, Romani liliū fecerūt. Nec aliud callirion ijsdē Græcis est, q̄ speciosum liliū. Idem & crinanthemon significat, lilij scilicet florē: quę solæ ex tam multis appellationes cer tam aliquā habēt rationē. Exigebat floris maiestas, ut lōgius de eo ageremus: sed tam certa in Plinio Theophrastoq;, & in his qui eos scriptores cōmentationibus suis miscuerūt, historia est, ut nihil dicendū nobis relictum fuerit. Non tacebimus tamen, quod hic ait liriū à quibusdā liliū dici, à Theophrasto uolumine VI. de plantarū historia nō magis lilio q̄ Narcisso tribui. Verba eius sunt: ὁ δὲ νάρκισσος καὶ τὸ λείριον. οἱ μὲν οὖν τοῦτο, οἱ δὲ κρίνον καλοῦσιν: quod est: Narcissus uero aut liriū: hi em̄ sic, illi eo nomine uocāt. uerū certius suo loco Narcissi tractabitur historia. Meminisse illud etiā legētes uolumus, dubitare nos quo loco à Dioscoride dicit: ὁ δὲ χυλὸς αὐτοῦ μετὰ μέλιτος: quod ab alijs & à nobis uersum est: Eorū uero succus aceto aut melli mixtus, &c. Nō alternari duo illa oportere, sed unā integrāq; fuissē quondā lectionē μετὰ ὀξυμέλιτος, id est, aceto mulso mixtus, &c. Distāt enim inter se, diuersasq; habēt uires acetū & mel: nihil tamē nos mutauimus, locū tantū signantes. In quo genere diligētiæ nō pigebit nos præter operā in Dioscoride hāc nostrā Plinio etiā adesse, qui XXI. uoluminis cap. XIX. de lilio sic agēs: Succus qui flore expressus est, ab alijs mel uocat, ab alijs firiū: legi aliter potuisse nobis uidetur, id scilicet, quod hic ait: quod alij liriū alij susinū uocāt. Licetq; à Dioscoride de unguento ea dicant, in unguento tamen succus floris est: uocisq; potius q̄ rei discrimen uidet. Testatus præterea in extremo capite Dioscorides est, dicere aliquos fieri purpurea lilia, artis nō naturę opus intelligens: Nec fieri eo loco simpliciter pro nasci, sed pro eo euentu, qui arte & humano opere fiat, intelligendū est. Docuitq; Plinius eiusdē libri capite v. cōficiendi eius in hoc flore coloris rationem. Quod miretur aliquis, nec naturā contēplari desinat, tanto pere homini morigeram, ut tinctum ab eo aliquid etiam infectum nascatur.

Περὶ Βαλλωτῆς. κεφ. φκγ.

Βαλλωτή. ἡ μέγα πράσιον. Λ ἡ μέλαν, ὁ ἢ, νοφθάν. οἱ ἢ, νοζανοσκέμιν. οἱ ἢ, νόστραγον. οἱ ἢ, νωθερᾶς. οἱ ἢ, νοχελίς. οἱ ἢ, νωστελίς. οἱ ἢ, νῶφρυς. οἱ δὲ, γνώθουρις. οἱ δὲ, γνωτέρα. ῥωμαῖοι ἄπιν θμ. οἱ ἢ, μέσ λαμ. οἱ ἢ, οὐλικράτια. οἱ ἢ, μαρούβιουμ. οἱ δὲ, καυθουρίνουμ. ἀσπάλιοι ἄσφοδ. οἱ ἢ, ἔσκε. προφῆτ ἅιμα ἰσίων Θ. καλοῦσιν. καυλοὺς ἀνίστησι τετραγώνους. μέλανας. ὑπρ άσεις. ἐκ μιᾶς ῥίζης πλείονας. φύλλα δὲ πρασίῳ ὅμοια, μείζονα ἢ σφογγυλότερα καὶ σ άσεα ἐκ διασκημάτων τῶν καυλοῦ, παραπλήσια μελισσοφύλλῳ. σ υσώ σ κ. ὅθεν καὶ τοῦτο μελισσόφυλλον ἐκάλεσαμ. καὶ τὰ ἄνθη ἢ ἅμα πτίκ τῃ λευκοῖς περὶς καυλοῖς βοτρυ σ ῶς. Ταύτης τὰ φύλλα καταπλασσόμενα μετὰ ἁλῶν, πρὸς πρὸς τὰ κυνό σ κα. μαραυθένια ἢ ῥυθμοστοδῶν, κονδυλώματα σελλ. ὑπαρά τε ἕλκη σὺν μέλιτι ἀπὸ καθαίρει.

De Ballote, id est, Marrubio nigro. Cap. CVIII.

Balloten aut marrubiū nigrum. L Sūt qui & hāc alterā, id est, secundū marrubium uocent: qui notianoscemin, qui nosprasium, qui notherā, qui nochelida, qui nosthalida, q nophryn, q gnoterā. Aegyptij asphos. Magi Ixionis sanguinē. Romani apnium siue medatam, siue ulceratiā herbam, siue cantherinum marrubium appellāt. Caules ex se mittit marrubium nigrum quadrangulos, nigros, hirsutos, abuna radice numerosos. Folia habet marrubij, maiora tantum, hirsuta, per interualla in caulibus dispositā, pene rotunda, apiastro similia et graueolē tia: ex quo apiastrum plerique id dixerunt. Quinetiam simul cum foliis candidi flores in orbem dispositi, caules amplectuntur. Medentur rabidi canis morsibus impositā emplastri modo cū sale folia eius. Reprimunt eadem in feruenti cinere cocta, usquedum inarescant, sedis condylomata: & ex melle sordida purgant ulcera.

INTERPRES.

Deprehenderunt iampridē & alij turpē Plinij in ballote lapsum lib. XXVII. cap. VIII. porrum nigrum eam appellantis. Diuq; iactatus contra eum scriptorē hic error est: qui nulla ratione excusari in homine potest, tam apertā culpam & ex culpa facilē criminationem habet. Id nos relinquim⁹ quod sē mel in iudiciū delatū fuerit, ad nouā reuocare censurā asperius existimātes: Nec aliud bonarū artium præceptoribus Græcarūq; literarū cupidos monemus, q̄ nullā fore unq̄ satis in earū professione illis diligentiā, ex quo in uniustantū literę mutatione, adiectione, detractione ue tantū uersatur periculū, ut pro marrubio porrum aliquis alios doceat. Nota omnibus modo etiā ballote est, à foliorū similitudine marrubiū, à coloris diuersitate nigrum dicta. Siquidē candidus marrubio, ballote uero niger caulis est, reliqua omnia similia & equalia habentibus, ut ex utriusq; historia cognouisse facile est. Hanc marrubiū, alterum marrubiū, id est, secundum aliqui manifesta indicatione dixerunt: quoniam illud prius, hoc posterius sit: non naturæ ordine, sed hominum honore & appellatione. Habet & ulceraria appellatio alia certam ex usu & uiribus causam, quēadmodum & marrubium cantherinum à Romanis dici potuit, q̄ eo pascerētur cantherij. Sunt autem rusticis cantherij, iumenta mulicq; præcipue, qui ad uecturam pascuntur, à quibus in re rustica & cātherinum hordeum quondam dictum fuit. Est illud in floribus postremo animaduertendū, non dicere Dioscoridem ut alij interpretes uerterunt, caules albos per ambitū & in orbē amplecti flores, sed flores albos caules amplecti. Is enim florum color est: cauliū autem niger: qua sola coloris nota à marrubio distinguitur: nisi enim sic legatur, primis non respondebunt ultima.

De Apiastro.

περὶ μελισσοφύλλου. κεφ. φκθ'.

De Apiastro. Cap. CIX.

ΜΕλισσόφυλλον. οἱ μὲν μελίτταν, οἱ δὲ μελίφυλλον, οἱ δὲ ἐρυθράν, οἱ δὲ μέλισσαν καλοῦσι. Γαλλοὶ δὲ μεριτεμέριον. Ῥωμαῖοι δὲ ἀπιάστρον ἢ καὶ τραγίνην καλοῦσι. ὀνομάσαι δὲ οὕτω διὰ τὸ ἥδεσθαι τῇ πόᾳ τὰς μελίττας. ἔοικε δὲ αὐτῇ τὰ φύλλα καὶ τὰ καυλία, τῇ προσηκμακυίᾳ βαλλωτῇ, μείζονα δὲ ταῦτα καὶ λεπτότερα. οὐχ οὕτως δασέα. ὀζουλᾶ δὲ καὶ ξυμπλέκεται. ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα πρὸς ὀμμάτων ὀίνῳ, καὶ καταπλασσόμενα πρὸς σκορπιοπλήκτους καὶ φαλαγγιοπλήκτους. καὶ κυνοδήκτους. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καταντλούμενον πρὸς τὰ αὐτὰ πρήσεις τε ἐγκαθίσμασι, πρὸς ἐμμήνων, ἀπωλείᾳ εὐθετεῖ. ὀδοντολογίαις τε διὰ κλυσμάτων. ἔγκλυσμά τε δυσεντερικοῖς. βοηθεῖ δὲ καὶ πνιγμονώδεσι πνιγομένοις σὺν ὄξει τὰ φύλλα πινόμενα. καὶ σταφυλῇ ἐκλείχειν δὲ πνοϊκοῖς. καταπλασσόμενα δὲ σὺν ἁλσὶ, διαφορεῖ χοιράδας. καὶ ἕλκη ἀναξηραίνει. τάτε ὠὰ τῶν ἀσθενούντων ἀλείφει. ἀλγήματα παραυτῆτα καταπλασθέντα.

MElissophyllon. Sunt qui melittæũ, qui melittænã, qui meliphyllon, qui erythram, qui demele appellẽt. Galli meritemerion. Romani apiastrum siue citraginem dicunt. Nomẽ apiastro factũ est quòd apes eo delectantur. Folia & caules habet antedicto marrubio nigro similia, maiora tantum teneriora q̃, nec adeo hirsuta, odore citri. Bibunt cum uino, & ex eo imponuntur utiliter apiastri folia contra phalangiorum, serpentium et rabidi canis morsus. Fouentur præterea eorundem decocto eadem utilitate mala eadem. Vtile & fœminis insidentibus ad ducendos menses. Colluuntur eo etiam in dolore dentes: & intestinorum torminibus clystere infunditur. Succurrunt & folia strãgulationibus à fungis factis: In quem usum addito nitro bibuntur. Succurrũt & torminibus. Dantur in eclegmate in spiritus difficultate nõ nisi recta ceruice spirantibus. Strumas præterea discutiunt addito sale emplastri modo imposita. Vlcera purgant: & articularios dolores eodem modo imposita auertunt.

INTERPRES.

OMmnes apiastri in Græcis appellationes, exceptis barbaris Latinisq̃, à melle & ab apibus sunt: satisq̃ indicandis his, ne tot alios numeremus, Nicander in Græcis, Maro in Latinis est: Quorum alter cis suis longius descripta re, cecinit: τλὼ ἄρα μελίφυλλον ἀμικλέουσι βοτῆρες οἱ δὲ μελιπαίναν, τῆς ἢ πόδες φύλλα μίλιαι ἀμῷ, βιλγώσσωσι, μίλτῳ δ' ἐοικότα πάντα. Quinetiam Plinius uicesimoprimo uolumine & capite uicesimo melitenam uocari apiastrum dixit. Omnibus, ut testati pauloante sumus, mellis aut apium ratio & significatio coniuncta est. Neq̃ enim melissophyllon aliud q̃ apium folium significat, quo insecta illa magnopere delectantur. Melittæum quasi à melle, melleũ dici posset. Idem & melittæne nomen significat. Meliphyllon mel li folũ indicat, qua uoce Nicander usus est. Citraginem ab odore citri Latini dixerunt. Cur autem apiastrũ. pro comperto nobis non est. Quærendum ideo, ab apibus ne, an ab apio qui primus sic melissophyllon interpretatus, uerq̃ Romanos uocauit Higinus indicauerit. Dubitandũ etiam, an quod hic ait succurrere apiastri folia strãgulationibus à fungis factis, idem illi fit quod Plinius dixit, contra uuluarũ strãgulationes prodesse. Vterq̃ enim strangulatus, uerũ in diuersa parte & ex diuersa causa factos, curari apiastro hac dixit.

περὶ τραγίου. κεφ. φκέ.

De Marrubio. Cap. CX.

ΠΡαζιον. οἱ μὲν, εὐπατώριον, οἱ δὲ, φυλλόφορες. οἱ δὲ, τριπέδιλον, οἱ δὲ, καμηλοπόδιον. οἱ δὲ, φιλόφαξες. ἀιγυπτιοι ἀστερόπτ. προφῆται αἷμα ταύρου. οἱ δὲ, ἀφεδρος γόνος ὥρου. Ῥωμαῖοι μαρούβιουμ. οἱ δὲ, λαβρεώνια. ἄφρον ἀλλεργέσιον. βάμνος ὀζώδης πολύκλαδος. ὑπόπασυς. λβυλῳ δ' ἀκπίλῳ ἴσον. ὑπερφόρωνι. δασύ. ἔριος). πικρὸν τῇ γεύσει, ἐκδιασκμάτ δὲ ἐπὶ τῷ καυλῷ ὠέρμα. οἱ δὲ ἄνθικ οἱ δὲ ὠοὺς ὑλοι ξαχέα. φύεται περὶ τὰ οἰκόπεδα, μὴ ἐρείπια. τούτου τὰ φύλλα ἐκθὰ σὺν ἄρτῳ ὠέρμαλα ἐφόμενα σὺν ὑδρομέλιτι ἢ χυλιζόμενα χλωρὰ, δι' ὅλου μετὰ μέλιτος φθισικοῖς, ἀδρομελικοῖς, βηχασουσίν. ἀνάργυρος ἢ πάχος ἐκ θώρακος ἰσχιάδος ἐκθὰς μιτείσκις.

PRasion. Sũt qui eupatorion, qui phyllophares, q̃ tripedilon, q̃ camelopodion, q̃ philopœda, qui labeonẽ appellent. Aegyptij asterion. Aphri atyrberſia. Magi tauri sanguinẽ uel aphedron, uel hori genituræ. Romani marrubiũ dicũt. Frutex est ab una radice ramosus, hirsutus, albescens, quadrangulis cauli bus, foliis humano pollici similibus, paulomin⁹ q̃ rotundis, hirsutis, rugosis, sapore amaro. Semẽ per interualla in caulib⁹ illi est: flores asperi uerticillor figura. Nascit circa areas domor, & inter rudera. Dantur cum melle tabidis, tussiẽtibus, suspiriosis'que siccata marrubij folia et semen, tum in aqua decocta, aut ex uiridibus expressus succus. Cassas pectoris excreationes eadem adiuuant, siccatæ iridis admixta farina.

Dantur

δίδοται καὶ ταῖς μὴ καθαιρομέναις γυναιξὶ πρὸς ἀναστολὴν ἐμμηνῶν καὶ δυσεντερίαν. καὶ δυσοσμίαν. καὶ θηριοδήκτοις. καὶ τοῖς θανάσιμα πεπωκόσι. κύστει μὲν οὖν καὶ νεφροῖς ἄθεσι. τὰ δὲ φύλλα καταπλασσόμενα σὺν μέλιτι, ξυπαρὰ ἕλκη ἀνακαθαίρει. πτερύγιά τε καὶ νομὰς ἀφίστησι. καὶ ὀδύνας πλευρᾶς παραιτεῖται. καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ δὲ σκυβαλόμενον χύλισμα ἐκθλιβόμενον τοῖς φύλλοις, καὶ συσσηφόμενον ἐν ἡλίῳ, πρὸς τὰ αὐτὰ πρίει. ἔστι δὲ καὶ ὀξυδερκὲς σὺν οἴνῳ καὶ μέλιτι ἐγχριόμενον. ἀρκαθαίρει δὲ καὶ ἴκτερον διὰ τῶν οὔρων. ὠφελεῖ δὲ τὰ περὶ ἕδραν ἐγχυματιζόμενα καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ ῥοδίνου.

Dantur & mulieribus quæ nõ purgãtur, ad ducendos menses secundasq; . Dant & in difficili partu. Serpentium morsibus, & his qui letale aliquid hauserint: ueſſicæ tamen & renibus nocẽt. Folia itidem tantũ ex melle illita, ſordida purgant ulcera. Cohibent digitorũ pterygia, & quæ ſerpẽdo paſcunt. Lateris dolores leniunt. Facit ad eadẽ etiam ex foliis expreſſus & in ſole denſatus ſuccus. Cõfert idem oculorũ claritati additis uino & melle inunctus. Emendat & ſuffuſos fel le, naribus infuſus. Auribus etiam præſenti utilitate per ſe & cum roſaceo infunditur.

INTERPRES.

FEcit Theophraſtus libro ſexto de plantarũ hiſtoria marrubij duo genera: alterũ q̃d magis herbaceum, magisq; inciſuris diuiſum foliũ haberet: quo, qui pharmaca & morborũ remedia tractãt, in aliquibus uterentur: alterũ quod rotũdiore & ſqualidiore folio eſſet, quale in altero ſaluiæ genere, quod ſphacelum nominant, uideẽt, & in eo tenuioribus inciſuris. Videtq; diuiſio hæc in hoc tantũ marrubij genere facta ab eo fuiſſe. Quã uero Plinius autore Caſtore in nigrũ & candidũ tradidit, ballotem pauloante deſcripſit & hoc manifeſte cõplectitur: Niſi forte q̃d hic colore tantũ diſcreuit Theophraſtꝰ, inciſuris foliorũ indicauit, & præter inciſuras herbaceo colore & ſqualore: ut ex his niger color & cãdidus intelligereẽ. Siquidẽ nigredo in plantarũ foliis, plenior & obſcurior uiredo intelligenda eſt: & in ſqualore cinereus & albicans color in plãtis plerũq; uideẽ: in quã partẽ inclinat animus nobis: nec aliud, ſed aliter à Theophraſto & Plinio dictum fuiſſe de utroq; marrubio exiſtimamus. Fuit hoc olus multo nominũ honore apud ueteres, quemadmodũ multus in medicina etiã uſus: præſertim q̃ in laxãdis liene & iecore, curãdisq; tot alijs morbis & uitijs, quæ hoc capite à Dioſcoride numerãtur. Paræ certæ tamen eorũ nominũ rationes modo ſunt: etſi Plinius aliq̃t ex eis numerauerit, philopeda ſcilicet & phyllophares: quã uocẽ tñ philochares multi in eo ſcriptore legunt. Apuleius oẽs à Dioſcoride numeratas & ipſe numerauit: ſed quã hic aſteropẽ, ille aſterion dixit: nosq; eã magis probãtes, aſterion nominari marrubiũ diximꝰ. Nihil cũ eupatorio cõmune aut idem marrubiũ habet, eamq; ob cauſam nihil afferri ad eã rẽ poteſt: nec cur camelopodion aut tripedilon dicat: quæq; in his fortuna eadẽ & in cunctis alijs eſt. Vtebat quondã in medicãdis fœminibus, quoniã amaro ſapore eſſet, marrubij ſucco Græcia pariter & Italia. Obſeruationisq; huius teſtis adhuc carmine ſuo Columella eſt, dicẽs: Prófuit & plãtis latices infundere amaros, Marrubij multoq; ſedi cõſpergere ſucco. Quod ante eum & Maro in Georgicis ſuis præceperat cũ cecinit: Semina uidi equidem multos medicare ſerẽtes, Et nitro prius & nigra perfundere amurca. Et ante oẽs hos Theophraſtus quinto de cauſis plantarũ uolumine, quo loco de præparandis ad ſementẽ artificio aliquo ſeminibus agit, & hæc melle aut lacte antea macerari ut dulciora proueniãt: illa nitro, ut facilioris cocturæ ſint, iubet. Pertinetq; q̃d Maro ait, Et nitro prius, &c. ad cocturã: q̃d uero nigra perfundere amurca, ad auertẽdas enecãdasq; labes illas & ſeminũ peſtes quæ ſub terra naſcũt, aut per eã ad ſemina deſcendũt. Ex hoc genere marrubiũ etiã fuit, ſua q̃ amaritudine ſata ab his noxis defendebat.

περὶ Στάχυος. κεφ. φκς'.

De Stachy herba. Cap. CXI.

Στάχυς. θάμνος ἐμφερὴς πρασίῳ. ὑπομήκεσι δὲ καὶ πλείοσι φύλλοις ἀραιὰ ἔχων. ὑπόλευκα. σκληρά. εὐώδη. λευκά. ῥαβδία δὲ πλείονα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης. λευκότερα τοῦ πρασίου. φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι χωρίοις. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν. θερμαίνει. ὄδεμα δὲ ἀπόζεμα τῶν φύλλων ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα ἄγει πινόμενον.

STachyn. Romani pariter Græcis ſtachyn dicunt. Marrubio æqualis frutex ſtachys eſt, oblongior tantum, numeroſioribus, uerum raris foliis, hirſutis, duris, odoratis & cãdidis. Plures ab una radice ramulos mittit marrubio candidiores. Naſcitur montanis & aſperis locis. Calefaciendi uires & acrimoniam habet. Ideoq; potum foliorum eius decoctum, menſes & ſecundas pellit.

INTERPRES.

SI nominis in ſtachy hac ratio expẽdatur, ſpicatus credetur frutex, quales plerique alij & herbæ quotidie uidentur: In frugibus enim primo ſtachyn Græci adhuc ſpicam uocant: ſed nullum ſpicæ ueſtigium in eo deprehenditur. Hic nihil quod eò pertineat dixit. Nec Plinius libro xxiiii. capite xv. de eo agens, ſpicæ aliquid ſimile in eo oſtendit. Græcorum medici nihil addiderunt, præterquam amaro ſapore eſſe ſtachyn: Tertiũ in calefaciendo ordinẽ habere: nec ſolũ menſes & ſecũdas pellere, ſed abortiuã etiã eſſe. Quod uero omnibus cõmune ſit, marrubio ſimilẽ omnes fecerũt: qua una ſimilitudinis ratione nullam in eo ſpicam conijcere licet. Habet quidem Græcorũ ſtachys præter primã illam ſpicæ ſignificationẽ pleraſq; alias: Nam & in medicina nexus uinculiq; modus & ratio quædam ſtachys dictus eſt. Et in nauiũ fabrica alijſq; aliquot artibus nomen hoc inuenitur: ſed ubiq; à ſpicis trãslatum. Fecit rem minus certam Plinius etiã, qui contra hunc ſcriptorem colore in luteum inclinato folia deſcribit, quæ hic candida tradit.

De Phyllí-

περὶ φυλλίτιδος. Κεφ. φκζ'.

Φυλλίτις. Οἱ δὲ φυλλίδα, οἱ δὲ ἄκαυλον, οἱ δὲ λάπαθον ἄγριον καλοῦσι. φύλλα ἀνίσοις ὁμοια λαπάθῳ. ὠμοκρέσπα δὲ καὶ εὐθαλέσπατα. ὀφθαλμῶν ἕνεκα τῶν ἐμπροσθεν. ἐκ τῶν ὀπισθεν δὲ καθάπερ σκώληκας ἔχουσα. ἀπηγμένους, λεπτούς. φύεται δὲ παλισκίοις καὶ ὑγροτόποις. γλυκαμμώδη συφυῆ. οὔτε δὲ καυλόν, οὔτε κάρπον, οὔτε ἄνθος φέρει. ταύτης τὰ φύλλα μετ' οἴνου πινόμενα, πρὸς ἑρπετῶν δήκτους πιεῖν. ἐπὶ τετραπόδων τε διὰ σώματος ἐγχυματιζόμενα βοηθεῖ. πίνεται καὶ πρὸς δυσεντερίαν καὶ διάρροιαν.

De Phyllitide quasi folioſa herba. CXII.

PHyllitin. ⌊Sunt qui phyllida, qui acaulõ, qui agreſtẽ rumicẽ uocent. Romani pariter Græcis phyllitida appellant. ⌋Rumicis folia habet, oblongiora tantũ ſpecioſioraq; , quinq; numero aut ſex, recta, interiore ſui parte natiuo lẽuore nitentia, foris pendentes ueluti tenues uermiculos habentia. Naſcitur hortorum umbroſis locis, ſapore acerbo. Non caulem, non florem, nõ ſemen fert. Bibuntur folia eius in uino cõtra ſerpentiũ morſus. Quadrupedibus per os infuſa etiam in eodem periculo medentur. Bibuntur & contra inteſtinorum tormina, fluoresq; alui quos diarrhœan uocant.

INTERPRES.

FOlioſus ceſpes potius q̃ planta phyllitis eſt, ubiq; ad parietum radices naſcens: ob quam cauſam ex antiquis Græcis & poſterioribus Latinis aliqui non phyllitida tãtum à foliis, ſed pyrgitim à turribus etiam, q̃ ad radices earum naſcitur, eam dixerunt. Viret diu herba, cõtra gelicidia hyemis cõtumax, nullo unq̃ prolato caule, ex quo acaulos etiã dicta fuit: id enim ea uox Græcis ſignificat. Fœliciq; ſimilitudinis comparatione uſi ſunt, qui rumici eam, ut eſt, ſimilem uidentes, ſylueſtrem rumicem appellauerunt. Rigent recta in altum ſurgentia eius folia. Ex quo hic interiorem eius partẽ appellauit, eam ſcilicet qua ſe inuicem folia ſpectant, multo lẽuore nitentia, extrinſeca autem qua parietes & terram. Negauit hic ultra caulem, flores & ſemen ferre phyllitim: nec nos aliter obſeruauimus. Dubitandum tamen & quærendum de ſemine eſt, cum copioſa & quibus locis antea non fuerat, naſcatur. Paulus Aegineta nihil de ea aliud tradit, q̃ acerbo ſapore eſſe: ideoq; potam fluores alui compeſcere.

περὶ φαλαγγίου. Κεφ. φκή.

Φαλάγγιον. Οἱ δὲ φαλαγγίδιον. οἱ δὲ ἢ ταύτῃ λευκάκανθαν καλοῦσι. κλῶνές εἰσι δύο ἢ τρεῖς ἢ πλείονες, διεσπῶτες ἀπ' ἀλλήλων. ἄνθη λευκά. σπαπλήσια κρίνῳ. ἐντομὰς πλατὰς ἐχούσας. σπέρμα ὃ παχὺ μέλαν, ὡς πὸ φακοῦ λεπτόν. χλωρὸν ἄμα τῷ ἐλκυσθῆναι ἐκ τῆς γῆς· ὕστερον δὲ σπυέλκεται. φύεται δὲ καὶ πεδιάδι. ταύτης τὰ φύλλα ἢ τὸ σπέρμα μετὰ τὸ ἄνθος πινόμενον μετ' οἴνου, σκορπιοπλήκτοις βοηθεῖ, καὶ φαλαγγιοδήκτοις, λύει δὲ καὶ σπόφους.

De Phalangio herba. Cap. CXIII.

PHalangion. Sunt qui phalangitẽ, qui leucanthan uocent. ⌊Romani pariter Græcis phalangitem dicunt. ⌋Ramuli phalangitæ ſunt duo tres ue, & aliquãdo plures in diuerſa tendentes. Flores habet cãdidos, lilio ſimiles, inciſuris pluribus ſectos. Semen nigrũ, craſſũ, dimidiatæ lentis figura, multo tñ gracilius. Radicem exiguã, breuẽ, cũ ex terra fodit uiridẽ: erutã deinde cõtrahentẽ ſeipſam. Naſcit in tumulis. Succurrunt ſcorpionũ ictibus & phalangiorũ morſibus pota cum uino folia, ſemen, & flores eius. Finiunt eadem & tormina.

INTERPRES.

EGregia hoïs laus & amabilis fortuna eſt, æterno beneficii maioris alicuius inter gẽtes noïe & monumẽto cognoſci: quales q̃ndã Euergetę, Soteres, Pĳſq; reges aliq audiunt: q̃rũ poſt tot ſecula iocũdo ſenſu q̃tidiana hiſtoriarũ lectiõe, in animis legẽtiũ memoria renouaẽ: nec aliter q̃ benefactorib⁹, patrib⁹, & pro cõi ſenti re laborãtibus principibus oës afficiunt. Dignũ natura etiã nomẽ, & honeſta inter alias plãtæ alicuius appellatio eſt, quę aut factã aliq̃n, aut faciendã ſalutẽ homini cõtinue polliceť: qualis phalãgites hæc eſt, q̃ Græcorũ Latinorũq; omniũ teſtimonio, q̃ phalãgiorũ morſibus medeť, nomẽ inueniſſe ferť. Omittimus quæ Paulus Aegineta lib. vi. de ea dixerit: φαλαγίτης ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τῶν ζώων φαλαγιοδήκτοις βοηθῶν: Plinius eñ ſatis unus eſt, idẽ teſtatus lib. xxvii. Huius folio, uel flore, uel ſemine, cõtra ſcorpionũ phalãgiorũq; & ſerpẽtiũ ictus auxiliant &c. Tantaq; illi & tã præſens cõtra phalãgiorũ morſus uis eſt, ut uno hoc ſalutis humanæ auxilio, clara inter alias plãtas ſemp fuerit. Nec tantũ illi ad gloriã nominis profuit lilio ſimilis & candidiſſimus flos, ob quẽ leucãthemos & leucãtha dicta etiã eſt: cãdorẽ eñ floris utraq; ea uox indicat: quantũ a ueneno inſecti illius p eã ſeruata homini ſalus. Habet phalãgites notas ubiq; & adhuc oës illas quæ à Dioſ. & ab alĳs in hiſtoria eius illi tribuunt: nec difficile eſt locis incultis eã inuenire. Nosq; ex obſeruatiõe eius non ſine ratione perſuademur, q̃d nũc in Dioſcoride legiť, flores multas habere inciſuras, nõ de floribus, uerũ de foliis rectius intelligi poſſe: plures eñ quales in quercu foliũ eius inciſuras habet: idq; mediocris betæ quãtitate eſt: nihil tñ in cõi Græcorũq; omniũ lectiõe mutatũ à nobis eſt. Eodẽq; mõ q̃d παχὺ .i. craſſum in cũctis legiť, πλατὺ .i. latũ legi debere: Plinius eñ lato ſemine eã deſcribit: & hic dimidiæ lẽtis quãtitate dicit eſſe: paulo q̃ poſt lẽte gracilius, q̃d craſſitudini non reſpõdet. Monemus illud etiã legentes, nõ dimidiatæ ſentis quãtitate ſemẽ phalãgitæ huius forte legendũ eſſe, ſed ut in uetuſtioribus Græcis aliq̃t legiť lentis, & aliquãdo maius:

habet enim cõminis lectio, ὥσπερ φακοῦ ἥμισυ, quod significat dimidiatæ lentis &c. uetustior autem illa ὥσπερ φακοῦ ἢ μεῖζον, quod est, ceu lentis, uel maius. Quod ab re forte non fuerit, dicente Plinio simpliciter semine lato esse: ea enim lentis seminis figura est: quod signasse tantum legentibus satis sit.

περὶ τριφύλλου. κεφ. φκδ'.

Τριφυλλον οἱ μὲν ὀξύφυλλον. οἱ δὲ μηνιανθές. οἱ δὲ ἀσφάλιον. οἱ δὲ κνίκιον. Ῥωμαῖοι δὲ τριφόλιουμ. οἱ δὲ τριφόλιουμ ἀκόστουμ. ὀνομάζεται. καλοῦσι. θάμνος ὀργὴ πήχεως μείζων. ῥάβδους ἔχει λεπτὰς μελαίνας. χιονώδεις. παραφυάδας ἐχούσας. ἐφ' ὧν φύλλα ὅμοια λοτῷ τῷ δένδρῳ, τρία καθ' ἑκάστην ἐλάσκιον. ὀσμὴ δὲ αὐτῷ ἀρωμάτων πικάνου. αὐξηθέντων δὲ ἀσφάλτου. ἄνθος δὲ ἀνίσοις πρόσφυες. σπέρμα δὲ ὑπόπλατυ μὴ ὑπόδασυ. ἐκ δὲ ἑτέρου πέρατος ὥσπερ κριὸς ἔχει. ῥίζα δὲ λεπτή. μακρά. ἰσχυρά. βοηθεῖ δὲ σπέρμα μὴ τὰ φύλλα πινόμενα ὑδάτι πλυντικοῖς. δυσουρεῦσι. ἐπιληπτικοῖς. ἀρχομένοις ὑδρωπιᾶν. ὑστερικαῖς. ἄρτι δὲ μὴ καταμηνία. δεῖ δὲ δύο ὀβολοὺς σπέρματος ⊰γ'· τοῦ δὲ φύλλου ⊰δ'· ἀρκεῖ δὲ μὴ θηριοδήκτοις τὰ φύλλα λεῖα σὺν ὀξυμέλιτι πινόμενα. ἰσοῦσι δὲ ἔνιοι ὅλῃ τῇ ἀφέψημα ὅλοι τὸ θάμνῳ μὴ τῇ ῥίζῃ μὴ τῷ φύλλῳ καταντλούμενον ἐπὶ τὸ ἕρπητος πρὸς τῇ πόνους. ᾧ δ' ἂν θραπευθῇ ἀρχὴ ὑδρωπικὸν, τὰ αὐτὰ πάσχει τοῖς δηχθεῖσι. πτίζουσι δέ ἔνιοι ἐπὶ μὴ τριταίῳ ξηρὰ φύλλα ἢ ξηρὰ σπέρματα σὺν οἴνῳ. ἐπὶ δὲ πεντεταίου δ'. ὠφελοῦντα τὰς πηδήσεις. μίσγουσι δὲ αὐτῷ καὶ ῥίζαν Ἀνδρόμαχος.

De Trifolio. Cap. CXIIII.

TRiphyllon. Sunt qui oxytriphyllon, qui meniãthes, qui asphaltion, qui cnicion appellent. Romani trifoliũ acutũ, odoratumq;. Frutex est trifoliũ cubito maior. Virgas habet tenues, nigras, solidas, multis undiq; iũceis adnatis, in quibus folia loti arboris sunt, in singulis pediculis tria. Rutã mox nata olent: cã deinde creuerũt, bituminis odore sentiunt. Florẽ ex se trifoliũ mittit purpureũ: semen modice latũ & hirsutũ: ex altero cacumine longiorem ueluti apicẽ suspendens. Radix illi gracilis est, longa, tenax q;. Bibuntur semen & folia utiliter contra lateris dolores, urinæ anguſtias, comitiales, mulierũ locorũ strãgulatus, & cutem incipientes subire aquas. Menses eadem trahũt: Oportet q; semis tres, foliorũ quatuor dare drachmas. Succurrunt & uenenatorũ morsibus folia trita & in aceto mulso pota. Retulerunt quidã, si totius fruticis, radicis scilicet & foliorũ decocto foueant, factos ex serpentium morsibus finiri dolores. Sed post curationem hanc, si quis ulcus habens eodem illo decocto foueatur, eadẽ pati quæ patiebant, qui ũ uenenatorũ morsu curati eo antea fuerant. Dant quidam etiã in tertianis bibenda cum uino folia eius tria, aut totidẽ semina: in quartanis uero quatuor, ueluti earum febriũ circuitus finientia. Miscetur antidotis præterea trifolij radix.

INTERPRES.

QVæ in scriptore hoc à principio capitis huius statim numerantur trifolij tres appellationes, oxytriphyllon, menianthes & asphalthiõ, non satis certã in antiquis scriptoribus rationẽ habent: nec constituisse ex illis facile est, sintne diuersorũ trifolij generũ diuersæ notæ, an eiusdẽ plantæ diuersarũ gentiũ diuersæ tantũ appellationes. Nicander in Theriacis suis unũ esse trifoliũ quod pluribus nominibus censeatur, his indicat uerbis: καὶ μὰν κοὐ τριόφυλλον ὀπάζεο &c. πὰν ἤδοι μηνιανθὲς, ὃ δὴ τετράτιλον ἐνίασιν, καίτοι μὴν λωβᾶται ἑνὸς μέλος ἄκρον ὀδμωῇ. Quod est: Sumito & trifoliũ quod menianthes aliquis, aliquis uero tripetalõ uocat. Pro quibus interpres eius à Dionysio herbario trifoliũ meniãthes uocari ait: habereq; loto simile foliũ: odorẽ uero rutæ cum nondũ creuit: postq; uero exoleuit, defluentibus iam foliis, odore bituminis sentiri. Quæ omnia huius scriptori eadẽ sunt: Qui, modo integra in eo pars illa sit, non aliter de trifolio sentire uidet, q; unũ idẽq; omne esse: diuersisq; his nominibus ob diuersas cẽseri causas. Nec aliud Paulus Aegineta etiã lib. vi. de trifolio tradidit, τριφυλλον dicẽs, οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ ὀξυτρίφυλλον, οἱ δὲ μηνιανθὲς, q̃d est: Trifoliũ quod alij asphaltiõ, alij oxytriphyllon, alij menianthes uocant. Plinius contrà xxi. uolumine cap. ix. diuersa genera his uocibus indicari tradidit: Folio coronat & trifoliũ. Tria eius genera: menianthes uocant Græci, alij asphaltion maiore folio quo utuntur coronarij: alterũ acuto, oxytriphyllon: tertiũ ex omnibus minutissimũ: manifesteq; menianthes & asphaltion illi idẽ est: oxytriphyllõ aũt diuersum. Columella grauis & ipse autor lib. vii. cap. xv. de trifolio hæc ait: Vel simonianũ trifoliũ, quod inuenitur fragosis locis, efficacissimũ traditur: odoris grauis, neq; absimilis bitumini, & iccirco Græci asphaltion appellãt: nostri autẽ propter figurã uocant acutũ trifoliũ: nam longis & hirsutis foliis uiret, caulẽq; robustiorẽ facit q; pratense. Quæ Plinio contraria sunt. Ille enim menianthes & asphaltiõ idẽ facit: hic asphaltion & oxytriphyllon. Theophrastus semper ferè menianthes trifoliũ omne uocat. Ex his non facile censere in trifolio est, quæ nã eius genera & generũ appellatiões quondã fuerint. Nobis ex his quæ diu obseruauimus in eã partẽ inclinat animus, ut duo sint trifolij genera: cõmune & pratense hoc, omnibus notũ: & acutioris folij alterũ, quod Græci oxytriphyllon dixerunt. Et hoc menianthes & asphaltiõ uocari: factamq; illi primam appellationem, q; flore suo se indicet: id enim ea uox significat: Secundam uero cum iam ab integra ætate dilabi cœperit, & bituminis odorem contraxerit, inuenisse. Suum tamen unicuiq; iudicium & arbitrium erit. Est illud etiam in trifolio hoc animaduertendum, non dicere Dioscoridem habere trifolium uirgas tenues, nigras & iunceas, sed adnata iuncea: quod enim

χοινοδῆ

χονώδη, illic est, πλευράσι coniungendũ. Res ipsa & melioris fidei codices eam lectionẽ indicant. Nec illud rei linquendum, quæ trifolij folia loti arboris folijs in hoc scriptore comparant, uideri nobis pratensi potius cõparari debuisse: Vt enim illud huic cõparatur, sic etiã & hoc illi cõparari oportebat. Accedit his etiã, q̃ quẽ paulo ante ex Nicandri interprete citauimus herbarium Dionysium, loto simpliciter simile trifolium dixit. Nihil tamen mutauimus, suspicione hac nostra legentibus fecisse satis existimantes.

περὶ πολίου ὀρίνου. κεφ. φλ'.

Πολιον. ⊥ τὸ ὀρίνον. οἱ δὲ τεύθριον. οἱ δ' φυλλαντίδιον. οἱ δὲ ἀχαμενίδα. οἱ δ' ἐβενίτας. οἱ δὲ μέλισμον. οἱ δὲ βέλιον. οἱ δὲ λεοντόχαρον. ⊥ καλοῦσι δὲ μέν, ἔστιν ὀρίνον. ὃ καὶ τεύθριον καλεῖται. οὗ ⊙ ἡ χρῆσις. θαμνίον δέ ὂν λεπτόμ. λευκόμ. ἀνθαμιαῖον. καρπὸν πλήσεος, ἔχον κεφάλιον ἐπ' ἄκρου κομβοειδὲς μικρὸν ὡς πλείονα ξύλα. ⊙ βύσσμον μετὰ προσῆς εὐωδίας. τὸ δ' ἔτερον θαμνῶδες ὂν. οὐχ οὕτως εὔπνουν τῇ ὀσμῇ. καὶ ἀδρανέστερον ⊙ ⊥ τὸ δ' ἀάμμιν. Δώνασι δ' αὐτὸ ἀπόζεμα πινόμενον, θηριοδήκτοις ἀρήγειν. ὑδρωπικοῖς. ἰκτεριώδεσι. ἀνλωικοῖς δὲ σὺν ὄξει. ἔστι δὲ καὶ κεφαλαλγὲς καὶ κακοστόμαχον. ἄγει δὲ καὶ κοιλίαν καὶ ἔμμηνα. ὑπισχνούμενον δὲ καὶ θυμιώμενον, θηρία διώκει. καὶ πλασσόμενον δὲ τραύματα κολλᾷ.

De Polio. Cap. CXV.

POlion. ⊥ Sũt q teuthrion, q pheuxastidiõ, q achamenida, q ebeniten, q melosmon, qui belion, qui leonthocaron uocent. Romani poliũ dicunt. ⊥ Montanũ in polio alterũ genus est q̃d teuthrion uocant: eoq̃ tantũ utunt. Exiguus & gracilis frutex est, colore cãdido, altitudine quantũ à summo pollice ad extremũ minimũ digitũ explicita patet humana manus, semine plenus. Habet in summo corymbi figura capitulũ paruũ, cano hoïs capillo simile, grauiter cũ suauitate aliq̃ odoratũ. Fruticosi° alterũ, sed nõ tã ualido odore & uiribus, min° efficax genus est. Bibit cõtra uenenatorũ morsus utiliter utriusq; decoctũ. Medet suffusis felle & cutem subeũtibus aquis: lienosisq; cũ aceto succurrit: capitis tñ dolores facit, & stomacho nocet. Aluũ mensesq; idẽ trahit. Quinetiã uenenata instratũ pariter & incensum fugat. Postremo emplastri modo impositũ uulnera glutinat.

INTERPRES.

NOn potest poliũ cũ tripolio diuersi generis plantas tã multis locis miscens defendi Plinius: nec eius scriptoris autoritate excusari, qui cõmentationibus suis dissimulato hominis errore, eadẽ illa ut erant adiecerunt. Contra Pliniũ enim scriptor hic Theophrastus q̃, & quod pluris merito faciendum est, res ipsa stant. Poliũ siquidẽ uidere passim licet, nullas tripolij notas habens. Obseruauit multo ante hæc tẽpora in Plinio quod dicimus, & cõmentario quodã suo declarauit Leonicenus, uir nostra ætate huiusce rei imperitis nouisse fuerit, canicie polio nomen fecisse: quæ in summo plantæ cacumine pendens, canos hominis capillos præsenti quadã imagine ostendit: Cõsueuisse q̃ Græcos scriptores cũ maioris amaritudinis indicatione aliqua uti uellent, à polio hoc rationẽ & exemplũ sumere: semper q̃ βαρύοσμον quod est graue olens, appellare. Theophrastus 1. de plantarũ historia uolumine, q̃d ad seruandã rem domesticã pertinebat, polio tribuit ut uestibus interpositũ, ab insectis quæ eas erodendo dehonestant, incolumes seruet. Verba eius sunt: τῶν δὲ καὶ πρὸς σῆπας ἃ ἐν ἱματίοις ἀγαθόν. Meminit eius & Nicander in Theriacis suis: ἠ πρόλιον βαρύοδμον ὃ λιθάργυρον ὄλλυσιν. Laudauit q̃ præcipue contra uenenata. Animaduertendum illud etiam, plures à Serapiõe polio adscribi uires q̃ nunc in Græcis scriptoris huius codicibus leguntur. Quæ an quondam eius fuerint, an illi ex alijs addita accreuerint, considerandum erit. Græcorum medici certius in his aliqua docuerunt, quale est, uiride glutinare uulnera: & siccum maleficis ulceribus mederi.

περὶ σκορδίου. κεφ. φλά.

Σκορδίον. ⊥ Sũt q scorbiõ, q pleuritida, qui dysosmõ, qui nepetã syluestrẽ, qui chamædryn. i. trixaginẽ, q mithridanion appellent. Magi sanguinẽ Podotis. Agyptii apho. Romani palustrẽ trixaginẽ uocãt. ⊥ Nascit montanis humentibus locis, folio trixaginis, uerum maiore: nec per ambitũ tantopere incisuris diuiso: odore aliquo allii, amaro simul & adstringente sapore. Caules habet quadrangulos, in quibus rubescens flos est. Calefacit palustris trixago. Bibit ficca eadẽ in uino decocta cõtra serpentiũ morsus, stomachi erosiones, intestinorũ tormina, urinæq; angustias cũ dulci aqua pondere

<Β'. σὼ ὑσ῾ρομέλιῳ. καθαίρ῾ι ἢ πάχος πυῶδες ἐκ θώρακος. πρὸς ἢ πρὸς παλαιὰν ϐῆχα ἢ ῥίγμα τα, ἢ ὠτάσματα, σὺν κ῾ρόμῳ ἢ μέλιτι ἢ ῥίζῃ μυγδα ξηρὰ ἐν ἐκλ῾κτῷ. ἢ ὕπ χόνδ῾ρι χρονίως φλεγμαῖν), ἀναλκφθ῾σα κηρωτῇ πρόκειται. πρὶς ὀ ἢ πρὸς πό᾽αγραν μετ' ὄξους σ῾ριμέος πρὶ χριόμενον. ἢ μεθ' ὕλατος καταπλασσόμενον. προσεδ῾σα δὲ ἔμπλωσα κινεῖ. ἢ ϐαύματα κολλᾷ. ἕλκη παλαιὰ ἀνακαθαίρ῾ι. ἐπ᾽ἀπυλεῖ σὼ μέλιτι. ἐκ ϐὰ δὲ ὑπ῾σκώματα σείλ῾ι. πίνεται ὀ ἢ τὸ ὀξὺ αὖ χύλισμα πρὸς τὰ εἰρημένα πάθη. ἐν᾽γέσατον δὲ ὅτι ὁ πνῦκόν ἢ τὸ κηκικόν.

drachmæ duæ. Purgat quæ crassa purulenta in pectore hæserunt. Facit ad uetere tussim, rupta conuulsaq; additis nasturcio, melle & resina in eclegmate arescens. Cũ cera aũt coacta, uetustas præcordiorũ inflãmationes lenit. Inũgitur eadem podagris utiliter ex acri aceto, aut ex aqua impositum. Menses apposita trahit, uulnera glutinat, uetusta purgat ulcera, & cũ melle ad cicatricem perducit. Carniũ excrescẽtias siccata reprimit. Bibitur præterea ad prædicta omnia eiusdem succus. Efficacissima omnium Pontica & Cretica trixago paluſtris est.

INTERPRES.

HAbet certas & cum scriptore hoc cunctis alijs eadẽ quibus inueniri & inuenta cognosci possit paluſtris trixago notas: odorẽ, q illiberalis nec allio absimilis illi est: & post odorẽ serratã folioꝝ formã, quibus primo & per se dictã totã trixaginẽ refert. Habet & quæ numeratæ à Dioscoride nõ sunt, in summis caulibus roseos flores: & in quibus uarient antiqui scriptores, proprios & natales eius locos: censente hoc in montanis, Plinio aũt in cãpestribus nasci herbã. Cuius ob diuersas multasq; has notas plura fuerũt quondã nomina: Scordion, quæ uox ab allijs facta illi est, cuius odore sentiẽ, scorodon enim Græci allium uocant: quò etiã scordotis pertinet à Plinio dicta: & ab hoc dysosmon, mali & ingrati odoris sensum indicans, quẽadmodũ agrestis nepeta: à Plinio aũt mentastrũ dicta, generis nota magis q̃ appellatio alia est. Siquidẽ Plinius xxv. uolumine cap. vi. ait: Est & alterius generis, latioribus foliis mẽtastro similis. Ex quo factum est, ut quæ diuersi generis nota quondam fuit, inter appellationes ab imperitis numerata fuerit. Vt autẽ trixago appellaretur similitudo fecit, & Mithridatis, Ponti rex medicinæ tantopere fauens, ut inuentionẽ eius Crateias herbarius illi adscripserit. Habet post omnes paluſtris trixago Romana uox certã ex superioribus causam: trixagini enim similis, eodẽ nomine dicta est: Paluſtris uero, quoniã ut Plinius & hic dixerunt, humentibus locis nascit. Conueniunt q; in hoc omnes: discrepãt aũt in reliquis: hic enim ὀρεινοῖς. i. montanis, Plinius cãpis humidis pinguibusq; nasci dixerũt: non leui discrimine inter cãpestre & montanũ terreni genus. Nobis in Plinij sententiã magis inclinat animus. Vidimus em̃ in incilis margine cãpestri agro natã rubente roſaceo flore, certissimo allioꝝ odoris sensu. Multi in medicina usus paluſtris trixago hæc quõdã fuit: Nosq; inter cætera diximus purgare quæ in pectore hæserũt crassa purulenta: non purulẽtas excreationes illas intelligentes quas Græci empyemata nominant, sed pituitã crassosq; humores, qui frigore gelicidioq; aliquo in pectore puris modo albescentes concreuerint. Id enim significare nobis uidetur πάχος & πυῶδες.

περὶ ϐηχίου. κεφ. φλϐ'.

ϐηχιον. Λέγουσι δ῾ῖνες ὀ ἢ πετρίνην, ὀ ἢ δὲ πήγανον. ὀ ἢ πίθιον. ὀ ἢ δὲ, παγόναπον. ὀ ἢ χαμαιλεύκην. ὀ ἢ πρόχετον. ὀ ἢ ἀκρόφυλλον. ὀ ἢ δὲ χαμαίγηρυν. αἰγύπτιοι σαρθά. ῥωμαῖοι φυσιλλάγω. ὀ ἢ φαρφάριαν. ὀ ἢ πνευμολάγω. βέλτιστον ἁπάντων. φύλλα ἔχ῾ι ὅμοια κισσῷ. μείζονα δὲ ς'. ἢ ζ'. ἀπὸ τῆς ῥίζης. ἐκ μιᾶς δ῾ὲ πρὸς τὰ ἄνω χλωρὰ. ἐκ ἢ τ῾ῆ πρὸς τὰ κάτω λευκά. γωνίας πλείους ἔχοντα. καυλὸν ὠσὶ δαμιαῖον. ἄνθος ὠχρὸν κ῾ὶ δ᾽ἔαρος. ὀξέως δὲ ἀποβάλλ῾ι τὸ, τε ἄνθος ἢ ἐν καυλόν. ὅθεν λείας ὑπέλαβον ἄκαυλον κ῾αὶ ἀναθῆναι ὑπάρχειν τὸν πόαν. ῥίζα λεπτή. ἄχρηστος. φύεται πρὶ λιβάδας κ῾αὶ ἐν῾υδ῾ρους τόπους. ταύτης τὰ φύλλα λεῖα σὼ μέλιτι καταπλασσόμενα, ἐρυσιπέλατα κ῾αὶ πᾶσαν φλεγμονὴν ἰᾶται. ὑπερδυμιώμενα δὲ ξηρὰ εἰς ἀρκαπνισμὸν, τοὺς ὑπὸ ξηρᾶς ϐηχὸς κ῾αὶ ὀρθοπνοίας ὀχλουμένους θ῾ῶπεύει. ὅταν χανόντες, τὸ μ καπνὸν ἕλκωσι σώματα. κ῾αὶ καταπίνωσι, ῥήγνυσι δὲ ἢ τὰ ἐν θώρακι ἀποσήματα.

De Tussilagine. Caput CXVII.

BEchion. Sunt qui bechicon, q̃ petrinen, qui peganon id est rutã, qui pithion, qui pagonaton, qui chamæleucen, qui procheton, qui acrophyllon, qui chamęgirõ uocent. Aegyptij suartha. Bessi asa. Romani tussilaginẽ siue farfaꝝ dicũt. Folia habet tussilago hederæ, maiora tantũ, sex septẽ ue ab radice statim prodeuntia: superne à terra candicãtia, inferiore aũt sui parte uirentia & angulosa. Caulẽ altitudine quantũ à summo pollice ad extremũ minimũ digitũ explicita patet humana manus. Flores uere tantũ pallidos profert, quos unà cũ caule q̃primũ amittit: ideoq; crediderũt quidã sine caule & sine flore tussilaginẽ esse. Radix illi gracilis & inutilis est. Nascit prope aquarũ scatebras & aquosis locis. Medent ignibꝰ sacris & inflãmationibus cunctis cõcisa tussilaginis folia, & ex melle empla stri modo imposita. Sanant eadẽ ficca mox incensa siccas tusses: & in difficultate spiritus, non nisi recta ceruice spirãtes: in quem usum aperto ore, exceptoq; & hausto fumo infumari oportet. Erũpunt hoc ipso absessus q̃ in pectore cõcreuerint.

Suffitu

τὸ δ' αὐτὸ πρίεσθαι ἡ ῥίζα ὑπερθυμιωμένη. ἔμβρυόν τε πεφυκὸς ἐκβάλλει ἐν ὑδρομέλιτι ἐφθὴ πινομένη.

Suffitu idem præstat & radix. Decoquitur eadem in dulci aqua, bibiturq; utiliter decoctum id ad eiiciendos emortuos in utero fœtus.

INTERPRES.

HAec est tussilago illa quã hic in totius operis procœmio dixerat falsò credidisse quosdã nec caulem, nec florẽ, nec semen ferre: Et quã ignorantiæ eorũ causam tunc reliquerat, legendã uolentibus hoc loco tradidit: ferre quidẽ illa aliarũq; plantarũ modo testatus, sed tam breuis uitæ cuncta esse, ut obseruari facile non potuerint: quodq; obseruatũ non fuerat, negatũ naturæ imprudenter fuisse. Quæ si ad Hypanim fluuiũ, qui ab Europæ parte in qontũ influit, in animaliũ censu bestiolas genuit quæ unũ diẽ uiuũt: in plantis multò facilius eandẽ potuit ostendere fortunã: herbasq; aliquas esse, quæ prolato caule statim de caulescerẽt: & pandente se flore, defloresceret: qualis tussilago hæc est, à Græcis bechion ideo dicta, q; tussi & tussientibus medetur: non omnibus, sed his qui tantũ tussiãt, nihil autẽ pituitosi excrementi simul extussiant: quod genus hic siccã tussim dixit: Plinius ueterẽ nominauit: ex quo factũ est, ut Plinij uerba excribens in Dioscoride Barbarus, quod ξηρὰν ἔμφασιν, id est siccã siue aridã tussim hic dixit, ueterẽ ille dixerit. Sit autẽ ficca & uetus tussis eadẽ, an inter se discrepent, medici censebunt. Nobis à scriptoris huius uerbis eorũq; communi æstimatione discedere uisum non est. In adiectis primæ alijs mox appellationibus corruptæ legi credimus βήχιον quæ statim sequitur, & pro ea legendum βηχικὸν, ab eadẽ tussi alio facto nomine. Monuitq; in eo nos Paulus Aegineta lib. VI his uerbis eam describens: Βήχιον δ' πρός τινων ἡ χαμαιλεύκη, οἱ δὲ βηχικόν. Significãt aũt: Bechion quæ chamæleuce est: sunt qui bechicon uocẽt &c. Eadẽ chamæleuce & chamægiros à foliorum figura dicta est, qua nigrã & albã populũ refert: tanta similitudine, ut quod Paulus Aegineta testatur hanc, illã esse Plinius etiã lib. XXVI. cap. VI. dixerit. Qui duobus locis, primũ quo diximus modo capite & libro, tum XXIIII. uolumine capite XV. chamæleucem & tussilaginẽ miscet: utrobiq; eiusdẽ herbæ eadẽ remedia docens: cum tamen in scriptore hoc diuersis locis diuersaq; historia utraq; tractetur. Sin aũt sibi inuicẽ eædẽ tussilago & chamæleuce an diuersæ, pro cõperto non est: tussilaginis enim folia hic hederæ, non albæ populo similia dicit. Chamæleuce aũt humilis & coactæ ad terrã breuitatis alba populus, ex sola foliorũ simili tudine dicta est. Aegineta contrà eandẽ dicit non negligendæ autoritatis scriptor: quæ causa etiã fuit, ut farfarus hæc ipsa diceretur: q̃ nomine Plautus uocari solitã populũ ostendit cum in Pœnulo ait: Prosterne farfarus hæc ipsa diceretur: q̃ nomine Plautus uocari solitã populũ ostendit cum in Pœnulo ait: Prosterne bam eos ut folia farfari, quæ leui pulsu uenti alicuius autumno uniuersa aliquando cadũt. Et hæc de tussilaginis tam multis appellationibus satis dicta sint: in quibus meminisse illud semper oportebit, fallere simili tudinẽ, eaq; deceptos sæpenumero herbarios, naturæ hanc partẽ adeo miscuisse, ut nihil his eius exẽplarib⁹ minus certũ nobis modo sit. Eamq; ob causam nihil homini medicã materiã nouisse cupiẽti tutius fore, q̃ ubiid fieri possit, naturã eiusq; exẽplaria diligẽtius contẽplari. Habet enim certas ea in cũctis notas, quibus singula inter se genera dispescant, qualis in tussilagine hac est: contra alioꝝ foliorũ naturã candicans supne, & qua parte cœlũ spectãt in folijs color: qua parte uero terrã, uiridis & herbaceus, q̃d nulla populus habet: & in alijs quæ bicolori folio sunt, olea scilicet, salice, & pleriscq; alijs, supna semp uirẽt: terrã uero spectantia, albescũt. Videbimur forte aliqbus, ut sæpe aliàs fecimus, altitudinẽ caulis in tussilagine longius descripsisse: & cũ Græcorũ spithamæ Latinorũ dodrans respõdeat, dodrãtali altitudine simpliciter dici potuisse. Sed nos certitudini consulẽtes, sermõis angustias, nec satis certã dodrãtis mensurã libẽter fugimus. Neq; eñ omnes dodrantẽ in quãtitatis mẽsura nouerũt, q̃ in diuidendo asse iureconsulti utunt. Et q in Columella dodrãtales sulcos, & in scriptoribus alijs dodrãtalẽ quantitatẽ aliquã audierũt, dubitare soliti sunt quãta ea sit. Neq; enim dodrans ut pes cubitus q; per se certã habet mensuræ rationẽ: sed alterius quantitatis dodrãs est, uerbi causa pedis, cubiti, aliarũq; huiuscemodi quantitatũ. Capit autẽ dodrãs totius alicuius tres quartas partes, qualis nouẽ numerus in duodenario est. Licetq; ad plures quantitates dodrans referri hac ratione possit, certam tamen ex legibus institutis q; antiquorũ mensurã habebat, quæ triũ palmorũ, id est digitorũ duodecim numerũ caperet: quæ pedis, cuius sexdecim digitorũ, id est quatuor palmorũ mensura erat, tres quartæ partes sunt. Oportetq; in spithame Græcorũ Romani pedis dodrantẽ intelligere. Nam si cubiti dodrantẽ intelexeris, non respondebit Latina ea uox Græcorũ spithamæ. Esse autẽ spithamen diuaricatæ in extremos digitos manus spatiũ, Pollux his uerbis manifeste ostendit: ἡ δὲ ἢ διακτύλους ἀπετείνας ἀπὸ τοῦ μεγάλου πρὸς τὸν μικρότατον μετρεῖται, σπιθαμὴ δὲ μέζων &c. quod est: Si autẽ protensis digitis à maiore ad minimũ metiris, spithame mẽsura hęc est. Idem cubitum mensurã descripsit quantũ à flexura cubiti usq; ad summũ mediũ digitũ patet. Credimusq; nos extrinsecam cubiti flexuram intelligendam. Sic enim Romanorũ cubito certius respondet: quæ addere hoc loco placuit, ut siue dodrantem, siue longius descriptam rei quo diximus nunc modo mensurã dixerimus, certum sit quod à nobis dicetur. Diximus sæpe aliàs hactenus in hoc opere sacros ignes: intelleximusq; & intelligemus posthac semper quæ Græci ἐρυσιπέλατα dicunt, à Galeno in diffinitionibus descripta, Ignitas rubedines cum inflammatione, quæ febres & horrores aliquando afferant.

Dodrans.

Spithame.

Cubitus.

Sacriignes.

ἐρυσιπέλατα.

Περὶ Ἀρτεμισίας πλυκλώνου. φλγ'.

ΑΡτεμισία Πολύκλωνος. οἱ μὲν μονόκλωνος. οἱ δὲ πρέκτησία. οἱ δὲ ἔφεσία. οἱ δὲ ἀνακτίριος. οἱ δὲ σώζουσα, οἱ δὲ λεία. οἱ δὲ λευκόφρυξ. προφῆται αἵμα ἀνθρώπου. οἱ δὲ χρυσάνθεμον. ξωμαῖοι οὐλκυτία. οἱ δὲ σπερμίλλουμ.

De Artemisia. Cap. CXVIII.

ARtemisiã. Sunt qui genera eius discernentes, monoclonon alterã, id est singularis ramuli, alterã polyclonon, id est fruticosam appellẽt. Sũt etiã q toxotim, qui thyada, qui Ephesiã, q anactorion, q sozusam, qui læan, qui leucophryga, qui traganthen uocent.

ὁι ὑ ἕρβα ξέγια. ὁι ὑ ξαπίσυμ. ὁι ὑ, τρλανάγετα. ὁι ὑ ἀρτεμίσιαμ. ράλλοι πνέμ. δ' ακοὶ ζουόσκ. ⌋ φύεται ὧν πρὸς θαλασσίοις τόποις ὡς ὁ πρλύ. πόα θαμνοδ' ὴς πρόμοιος ἀψινθίῳ. μείζο δὲ Ϛ λιπρώπερα τὰ φύλλα ἔχουσα. καὶ ἡ μλύζης ἔσιν αὐτῆς εὐοδμὴς πλατύτερα ἔχουσα τὰ φύλλα καὶ τὰς ῥάβδους, ἡ δὲ, λεπτοτέρα. ἄνθη μικρὰ, λεπτὰ, λθυκὰ. βαρύοσμα. θέρους δὲ ἀνθῶ. Ενιοι δὲ ὁ ὧν μεσογείοις λεπτόκαφον βοτάνιον ἁπλῶν ζῷ καυλῷ, σφόδρα μικρόν, ἄνθους πρίπλεων, κιβδηλὸς ἐς τὴν χροιᾶ, λεπτόν, ὃ καλοῦσιν ἀρτεμισίαν μονόκλωνον. ἔσι δὲ εὐωλεστέρα ἡ πρὸ αὐτῆς. Αμφότεραι δὲ θλιμαίνουσι καὶ λεπτύνουσιν. ἀρζωνύμεναι δὲ ἁρμόζουσιν εἰς γυναικεῖα ἐγκάθισμα. πρὸς ἀγωγλὼ ἐμμλίωμ καὶ δυτέρων καὶ ἐμβρύων. μύσιν τε καὶ φλεγμονλὼ τῆς ὑστέρας ἡ θρύψιν λίθων, καὶ ἐπιχλὼ οὖρων. ἡ δὲ πόα καὶ τὸ ἄνθος καταπλασθεῖσα πρλὶ, ἐμμλια κινεῖ. ὁ δὲ χυλὸς λειωθεὶς σμύρνῃ καὶ προσθεὶς, ἄρδει ἀπὸ μήτρας ὅσα καὶ τὸ ἐγκάθισμα. ἡ πρίζεται δὲ ἡ κόμη πρὸς ἀγωγλὼ ὧν αὐτῶν, πλῆθ Ϛ γ'.

Magi hominis sanguinẽ. Galli ponẽ. Dací zuoſtẽ dicunt. Sũt prẽterea qui chryſanthemon, q̃ ſerpyllũ maius, q̃ rapiũ, qui herbã regiã. Romani pariter Græcis Artemiſiã ſeu ualentinã appellãt. ⌋ In maritimis plerũq; naſcit Artemiſia: fruticoſa herba, abſynthio ſimilis: maiora tantũ & pinguiora folia habet. Eſtq; in Artemiſiæ genere ſpecioſior altera & pinguior, latioribus foliis & craſſioribus ramulis: altera tenuior, exiguo flore, tenui, cãdido, & graueolenti. Floret hæc æſtate. Quidã in mediterraneis naſcentẽ herbulã exilẽ, ſingulari ramulo, breuiſſimã, flore abũdantem tenui, & colore rutilo, monoclonõ à ſingulari ramulo, Artemiſiã dicunt. Vincit hæc odoris ſuauitate antedictã. Cale faciunt ambæ & extenuãt. Inſidentes fouent decocto eaꝝ utiliter fœminę, ducendis menſibus, ſecundis & fœtibus, utili. Prodeſt idem prẽcluſis inflammatiſq; fœminaꝝ locis, frangẽdis calculis, & ſuppreſſæ urinæ. Quinetiam herba ipſa imo ueri copioſior emplaſtri modo impoſita, mẽſes trahit. Coactus cũ myrrha etiam ſuccus eius & impoſitus, ex fœminaꝝ locis trahit quæcũq; & inſidentibus trahuntur. Datur & coma eius bibenda ad educenda eadem drachmarũ triũ pondere.

INTERPRES.

CErtarunt pro Artemiſia quondã tota Græcia & Aſia gẽtes aliquot, nec aliter minore' ue ſtudio, q̃ pro Athenis fœlici quondã ingenioꝝq; & doctrinaꝝ genitrice ciuitate pelagi arbiter Neptunus & mille operꝝ dea Pallas fecerant, in uulgaris herbæ nomine gloriã affectauerunt: Contendentibus Caribus Halicarnaſſoq; præſertim, reginæ ſuæ adoptione notã gentibus Artemiſiã eſſe: quæ non contenta Mauſoli coniugis ſui fortuna & regno, quod ante ſe reges aliqui fecerant, glorioſo adoptionis genere in nomen & gloriã ſuã olus hoc traxerit: ut eſſet in mediæ materię hiſtoria etiã poſt diruta in uacuo aëre pẽdentia mausolea, & quæ uictrix Rhodi trophæa mulier erexerat, diuturnius & naturæ æquæuũ nominis ſui in æterno olere monumentũ. Contrà uero nitentibus aliis tota Græcia gentibus, quę aut mulieris gloriæ inuidentes, aut quod uero ſimilius eſt, pia religione ſalutis ſuę numini gratias habentes, non à regina Halicarnaſſi Artemiſia, ſed à Diana quæ Græcis Artemis dicebat, factũ herbæ nomen teſtabant. Salutaris parturientibus deæ illa eſſe credebat, ideoq; quotidianis precibus & multo religionis ritu prægnantes & puerperæ numen eius colebant. Vt ſine interioꝝ locoꝝ noxa liceret illis quẽ in utero gererent fœtũ excludere: & quoniã idẽ eius deæ beneficio præſtaret hoc olus, æqua numinis poteſtate parẽ illi nominis honorẽ etiã fecerunt: q̃d enim Artemis dea uotis & precibus uocata tunc poterat, idẽ adhuc Artemiſia herba poteſt, menſes, ſecundas, fœtusq; trahẽs: & præter hæc eiuſdẽ partis præcluſionibus inflammationibusq; utilis. Ob quas uires in multo nominũ ambitu & honore fuit, parthenis, id eſt uirginalis primo dicta, q̃ uirgo dea ſcilicet nomen illi dederit: mox βασιλικὸν λάχανον, id eſt regiũ olus: tum ex eadẽ cauſa anactoriũ: anactas enim reges Græci uocãt. Epheſia à regiõe dicta eadẽ eſt: quẽadmodũ à præſenti remedio & ope ſozuſa, i. ſalutaris Romani regiã herbã Græcoꝝ exẽplo: et ſi recipiendũ id ſit, à ſimilitudine ſerpyllũ maius dixerũt. Et hæc antiqoribus Artemiſiæ nomẽclatura fuit. Ex poſterioribus aliꝝ in cãnabis genere Artemiſiã numerauerũt: cõgenerẽ illi faciẽtes, & eodẽ illi nomine eã indicãtes. Aliꝝ matricariã, notũ oibus olus eſſe Artemiſiã teſtati ſunt. Quod nõ aliũde, ut credimus, q̃ ex duplici eius genere factũ eſt: quę eã ab hoc ſcriptore monoclonos, à Plinio aũt ſimplicis caulis nominat, nõ diſſimili penitus figura, præſertimq; ob ſingularẽ quẽ profert caulẽ, à cãnabe deſcribit. Quę cõtrà abſinthiꝝ modo fruticoſa ab hoc & ab aliis traditur, facile ob quas habet uires, ad noſtri orbis & noſtræ ætatis matricariã transferri potuit: q̃d etſi Græcoꝝ de Artemiſia hiſtoriæ omnino non reſpõdeat, nec certo aliquo autore cõfirmari poſſit, nõ reiiciendũ tñ penitus eſt: Egregia eã in muliebribus (dico aũt nũc muliebria quæ Græci γυναικεῖα uocãt, lõgius in acoro à nobis tractata) Artemiſiæ uis eſt. Credendũq; non aliunde q̃ à matricibus poſteriori matricariæ nomẽ feciſſe poſteriores. Matrices enim nũc paſſim medicinæ uuluas & muliebres intelligit locos, ἀιδοῖον ut Galenus ait κυνητήριον .i. uas gerẽdo fœtui inſtitutũ: quondã nõ hoc, ſed in armẽtis, gregibus, pecoreq; omni, & uillatica paſtione boues, equæ, ſues, oues, gallinæ, anſeres, aues q; aliæ, quæ ad fœturã tantũ paſcerent, matrices fuerũt: matricũq; nomine animalia hæc tm̃ & ex hoc uſu ſolũ cẽſebant. Appellata deinde à toto aiali ea pars eſt, q̃ p̃cipuũ in eo haberet uſum, & ex qua tm̃ matres fierẽt quadrupedes & aues hæ. Trãslata deinde ad hominẽ paulatim ea uox eſt: adeoq; inualuit, ut nihil fœminaꝝ matricib⁹ mõ noti⁹ ſit. Eius partis mala multa ſunt: ea à Dioſc. tractata, nullã exigũt operã noſtrã. Eãq; ob cau-

Matrices.

ob causam cum dixerimus quid nobis sit imus uēter, cui impositam Artemisiam ciere fœminis mēses Dioscorides ait, ad alia quæ nos expectant festinabimus. Eam in homine partem cęteri interpretes pubem uel ctenus inuenerim certum non dederunt Latini nomen. A Iulio Polluce Onomastici sui secundo uolumine pluribus ea in homine pars descripta potius q̄ nominata est. Eius uerba hæc sunt: τὸ μὲν ζωὸν ὑπὲρ ὀμφαλὸν πᾶν ἄχρι τοῦ ὑπερ αἰδοίας ἰσχίων, ἧβον τε καὶ ὑπογάστριον καλεῖται: quorū hæc summa est: Quod autem ab umbilico descendentibus usq; ad pilosas genitalium partes totum spatium iacet, itron & hypogastrion quasi subuētrale uocatur. Vocetur autem hic locus à Latinis pubes an aliter, aliorū iudicio relinquimus. Eam nos alteram Græcorum uocem imitati, imum uentrem appellauimus, non hic tantum sed alijs locis etiam.

Pubes. ἧβον.

Imus uēter.

περὶ Ἀρτεμισίας λεπτοφύλλου.

κεφ. φλδ'.

Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος, ἥν ἕλληνες ἀστερίσκον καλοῦσι, ῥωμαῖοι δὲ ἀβροτόνον, φύεται περὶ ὀχετοὺς καὶ φρεάτων στόμια καὶ εἰς χώρας ὑγρὰς καὶ σκιερούς. τὸ ἄνθος καὶ οὖν καὶ τὰ φύλλα τρίβόμενα, ὀσμὴν ἀφιᾶσιν ἡδεῖαν καὶ εὐώδη. εἰ οὖν τις πνιγμὸν στόμαχου ἔχοι, ἢ ἀπεψίαν, ἢ ἀνορεξίαν, ἢ ἐμέτους, ἢ δυσεντερίαν, ἢ ἀκράτειαν κοιλίας, ἢ ἀκράτειαν οὔρων, ἢ ἰκτερικὸς εἴη, ἢ ὑπὸ σπληνὸς πάσχοι, ἢ ὑπὸ ἥπατος, ἢ ὑπὸ νεφρῶν, ἢ ὑπὸ κύστεως, ἢ ὑπὸ μήτρας, ἢ ὑπὸ ἕδρας, ἢ ὑπὸ αἰδοίων, ἢ ὑπὸ μηρῶν, ἢ ὑπὸ γονάτων, ἢ ὑπὸ σκελῶν, ἢ ὑπὸ ποδῶν, ἢ ὑπὸ ὀφθαλμῶν, ἢ ὑπὸ ὤτων, ἢ ὑπὸ ῥινῶν, ἢ ὑπὸ στόματος, ἢ ὑπὸ τραχήλου, ἢ ὑπὸ ὤμων, ἢ ὑπὸ βραχιόνων, ἢ ὑπὸ χειρῶν, ἢ ὑπὸ δακτύλων, ἢ ὑπὸ ὀνύχων, ἢ ὑπὸ μαστῶν, ἢ ὑπὸ πλευρῶν, ἢ ὑπὸ νώτου, ἢ ὑπὸ ὀσφύος, ἢ ὑπὸ ἰσχίων, ἢ ὑπὸ μηρῶν, ἢ ὑπὸ γονάτων, ἢ ὑπὸ κνημῶν, ἢ ὑπὸ ποδῶν, ἢ ὑπὸ δακτύλων, ἢ ὑπὸ ὀνύχων, ἢ ὑπὸ τριχῶν, ἢ ὑπὸ δέρματος, ἢ ὑπὸ σαρκῶν, ἢ ὑπὸ ὀστέων, ἢ ὑπὸ μυελοῦ, ἢ ὑπὸ νεύρων, ἢ ὑπὸ ἀρτηριῶν, ἢ ὑπὸ φλεβῶν, ἢ ὑπὸ καρδίας, ἢ ὑπὸ πνεύμονος, ἢ ὑπὸ ἥπατος, ἢ ὑπὸ σπληνός, ἢ ὑπὸ νεφρῶν, ἢ ὑπὸ κύστεως, ἢ ὑπὸ μήτρας, ἢ ὑπὸ ἕδρας, ἢ ὑπὸ αἰδο

Nobis inclinat animus, ut peregrinam noſtro orbi peculiarem q̃ Cappadociæ herbam exiſtimemus: nam quæ à noſtris herbariſs hoc nomine oſtenditur, uulgaris & ubiq; naſcens, inuentu facillima eſt: præſertim q̃ ex capitulorum racemis quos habet pappis plenos, nunquam à nobis florere uiſos.

Περὶ Βότρυος. κεφ. φλς'.

Βότρυς. πόα ὀξὶμ ὄλη. μηλίνη. βαμνοφιλής. διακεχυμένη. πρὸς ἔχουσα μαχάλας. ἃ δὲ ὠφέλιμα ὅλοις τοῖς κλωνίοις περιπέφυκε. φύλλα κιχωρίῳ ἐμφερῆ. ἡδὺ τὸ σύμπαν ἐνῶδες ἱκανῶς. διὸ καὶ ἱματίοις σωτίθεται. φύεται δὲ μάλιστα περὶ χαράδρας καὶ χειμάῤῥους. Δύναμιν δὲ ἔχει σὺν οἴνῳ πινομένη ὀρθοπνοίας παρηγορεῖν. καὶ ταύτῃ ἀμβροσίαν καπτάδοκαι καλοῦσι. ἄλλοι δὲ ἀρτεμισίαν.

De Botry herba. Cap. CXXI.

Botryn. Romani pariter Græcis botryn dicũt. Lutei coloris herba eſt, fruticoſa, per latera ſeipſam ſpargens, multis alagauis. Semẽ totis ramulis adnaſcit. Folia habet cichorio æqualia: totaq; ualde odorata eſt: eãq; ob cauſam ueſtibus intermiſceẽt. Naſcit præcipue circa profluẽtes aquas & torrentes. Vires habet leniendi in ſpiritus difficultate non niſi recta ceruice ſpirantes. Ambroſiam & hanc Cappadocæ nominant: pleriq; autem artemiſiam.

INTERPRES.

TOtidem ijſdemq; uerbis genti ſuæ quondã Plinius cognoſcendã botryn tradidit, quot quibuſq; antea Græcis Dioſcorides eam deſcripſerat. Verba eius ſunt: Botrys fruticoſa herba eſt, luteis ramulis. Semẽ circa totã naſcitur. Folia cichorio ſimilia. Inuenitur in torrentiũ ripis: Medetur orthopnoicis. Hoc cappadoces ambroſiã uocant, alij artemiſiã. Quæ collata Dioſcoridi eandẽ in utroq; medicinã & hiſtoriam faciunt. Poſteriores etiã Græcoq; medici, qualis Paulus Aegineta eſt, nihil ab hoc ſcriptore traditis addiderũt. Eius uerba ſunt libro VI. Βότρυς, οἱ δὲ ἀμβροσίαν, οἱ δὲ ἀρτεμισίαν. φυόμενον ἐν ἐνῶδεσι ἱκανῶς, σὺν οἴνῳ γοῦν πινόμενον ὀρθοπνοϊκοὺς ὠφελεῖ quod eſt: Botrys quam aliqui ambroſiã, aliqui artemiſiã dicũt, planta eſt ualde odorata. Hæc cum uino pota orthopnoicis medetur. Sunt de botry hac totidẽ & eadẽ à cũctis dicta: nec nos habemus quod eorum decretis & hiſtoriæ addamus. Id tantũ monere poſſumus, ſignificare Græcis Βότρυν uuam, non acinum: ſed in racemũ conferctas coacerua tasq; plures uuas: Nec botryn herbam hanc dictam fuiſſe, q̃ uuæ acinis aliquid ſimile habeat: ſed q̃ plura eius ſemina totis caulibus ſic cõfercta pẽdeant, ut racemi in uua imaginem faciant. Vtuntur eñ hac translatione Græci in multis: & aduerbiũ illis Βοτρυδὸν eſt, quo Homerus utitur in apibus, cum confercto examine alicubi pendent. Nec aliud ſignificat quàm ſtipari aliquid ſimul, & mutuo contactui inuicem hærere: à quo botrys planta hæc dicta etiam eſt.

Βότρυς. Racemus. Βοτρυδὸν.

Περὶ Γερανίου. κεφ. φλζ'. De utroq; Geranio, id eſt, Gruina herba. Cap. CXXII.

Γεράνιον. Οἱ δὲ, πελωνιτίς. οἱ δὲ, ξίνκα. οἱ δὲ, γερανογέρων. ὁμοίως οὐχινάσσουμ. ἄφρον ἱέσκε. Ἃ μὲν φύλλον ἔχει ὅμοιον ἀνεμώνῃ. ἐχινωμένον. μακρότερον. ῥίζαν δὲ ὑπερσώφυλον. γλυκεῖαν ἐσθιομένην. ἣν ἂς πόσια ἐν οἴνῳ ἄχρι πλήθους, ὑσέρας ἐμπνευματώσας λύει. καλεῖται δὲ καὶ οἰνίον καὶ ἕτερον γεράνιον. Οἱ δὲ, ξυφύλλον, οἱ δὲ, μυῤῥίς. οἱ δὲ, κασσάμωμον. οἱ δὲ, ὀρίγανον. προσφῦται ἰσοβύρκαις, ὁμοίως πυλμονία. οἱ δὲ, κικουτρία. οἱ δὲ, τρουΐνα. ἄφρον. Ἔχον καυλία λεπτὰ χνοώδη. διακίδαμα, φύλλα μαλάχῃ ἐμφερῆ. ἡδὺ ἐπ' ἄκρων τῶν μαχαλῶν δίχοα ἕνα ἀνὰ ἀνὰ νενευμίας ὡς γεράνου κεφαλὰς σὺν τοῖς ῥάμφεσιν. ἢ κυνῶν ὀδόντας. χρῆσις δὲ αὐτοῦ ἐν ἰατρικῇ οὐδεμία.

GEranion. Sũt qui pelonitin, qui tricanis, qui geranogerontẽ uocẽt. Aphri ieſce. Romani echinaſtrũ appellant. Habet geranion anemonæ ſimilia folia, inciſis diuiſa, ſed longiora. Radicẽ modice rotundã, & in cibo dulcẽ. Hæc drachmæ pondere in uino pota, muliebriũ locoq; inflationes ſoluit. Eſt & alterum geranion, quod quidam oxyphyllon, aliqui mertyga, nonnulli myrrhida, pleriq; cardamomon aut origanõ uocãt. Magi hierobricas. Aphriec. Romani pulmoniã, cicutariã & gruinã herbã appellãt. Sunt etiã qui alterũ geranion uocare ſatis habẽt. Coliculos habet tenues, lanuginoſos, altitudine duoq; dodrantũ. Folia maluę ſimilia, & in coliculoq; cacuminibus annuẽtes apices ſtudã ſimilitudine gruini capitis cũ roſtro, aut caninoq; dentium. Nullũ habet hæc in medicina uſum.

INTERPRES.

LAudata quondã in cõponendis req; nomnibus à cunctis Græcia diu fuit: nullosq; in hoc genere laudis fœliciores ea gente fuiſſe teſtatus Quintilianus eſt. Nec nos Græcoq; cõmentaria quotidie tractantes aliquid in eis magis admiramur, q̃ aptas in cõpoſitis eoq; uocibus ſignificationes, & præter eas insignandis rebus excogitatas ingenioſe ab ijſdem nouas nominũ rationes, qualis geranion hæc eſt, in qua gruini capitis imaginẽ in ſummo eius plantę capitulo contẽplati, nulla ſimilitudine aptius rẽ indicare potuerunt. Vidimus nos alteram geranion paucis ſtatim à radice prodeuntibus maluæ foliis, ut hic deſcribitur, tum nudo ſurgente caule, dimidij cubiti altitudine, craſſoq; in caulis illius cacumine, folioſo inuolucro tumentẽ: ex quo per longitudinẽ ex altero latere dimidiati digiti longitudine acutus procedebat apex. Erãtq; in folliculo illo cũ uiridi colores alij plures, præſertimq; cinereus: tam præſenti totius colli capitisq; & roſtri gruini

gruini imagine, ut aptiore pictura ostẽdi à peritissimo pictore animalis eius tota ea pars nõ potuisset. Asteram quæ cicutæ foliis est, ipsi nõ uidimus. Obseruauimus tamẽ in antiquis scriptoribus Plinio q̃ præsertim, utriusq; huius herbæ misceri historiã. Nec satis cognosci in eo posse gruino' ne collo & capite utraq; sit, an altera tantũ. Id certe ex Dioscoride collegisse facile est, cicutæ foliis alterã earẽ esse: ideoq; cicutariã dici: & myrrhida, quoniã & myrrhis cicutæ folio sit: quẽadmodũ hic III. uolumine docebit. Cur aũt priorẽ Romanã ex foliorẽ & gruini capituli forma factæ appellatiões. Lõgissime de utraq; Plinius uolumine XXVI. cap. XII. agit: poterũt q̃ in eo uolẽtes uidere, quã nos pauloante diximus in utriusq; geranij historia, uarietatẽ.

περὶ γναφαλίου. κεφ. φλή.

Γναφάλιον. Οἱ μέν, ἰρέας. οἱ δέ, ἀμπέρακος, οἱ δὲ, ἀνάξιτον. οἱ δὲ ἀναφαλίδα. αἰγύπτιοι σεμεώμ. γάλλοι γελασονέμ. ῥωμαῖοι κεντουλλμ. οἱ δέ, τσκόλλιος. οἱ δ, ἀλέβιονες. Τούτου τῆς φύλλοις ὁμαλακοῖς. πρὸς δὲ σὰν οἴνῳ ἀυσκεῷ πρὸς ὀμφακίαν πρὸς ὑσεντερίαν.

De Tomento siue Centunculo herba. XXIII.

GNaphalion. Sũt qui iren, qui ampetocos, qui anaxiton, qui anaphalida appellent. Aegyptij semeon. Galli gelasinen. Romani centunculũ siue centũcularẽ herbã uocant. Sũt etiã qui à cãdido foliorẽ colore albinũ dicũt. Tenuib⁹ et mollibus cẽtunculi hui⁹ foliis pro tomẽto aliq utũt. Bibunt tñ hęc ipsa in austero uino utiliter cõtra intestinorẽ tormina.

γναφαλον. Tomentũ.

INTERPRES.

ANteq̃ corruptis amplioris fortunæ ueneno moribus cœpissent homines molliter & lasciue agere, nõ auiũ plumis aut ouiũ lanis strato cubili dormiebãt, sed q̃d Lucretius ait: Et frutices inter condebant squallida membra, Circũ se foliis & frondibus inuoluẽtes: Eranteq̃ illis pro culcitrarẽ tomento, quas æstas aut autũnus herbas & frõdes passim strauerãt, præsertim q̃ gnaphalion hoc à græcis ab eo usu sic appellatũ. Quò uerisimile est, rusticã plebẽ diu usam fuisse, quemadmodũ & adhuc in alpibus, ubi frondium copia est, fieri passim uidemus. Græci em̃ γναφαλον inter cætera tomentũ uocãt. Est aũt Latinis tomentũ omnẽ id, q̃ culcitræ ad molliorẽ & calidiorẽ quietẽ infarciuntur: siue id lana sit, siue pluma, siue q̃d uoluerit aliquis, excipiẽdis molliter & fouẽdis calore corporibus nostris aptũ. Sic Suetonius, sic in re Latina plures alij indicauerũt. Græci etiã, ut hic ipse in dictamno dixit, γναφαλώδη quasi tomẽtitia huiusce modi omnia appellant. Quã ob causam nos tomentũ herbã diximus: & præter tomentũ autore hoc ipso cẽtunculũ: etsi diuersum quadãtenus usum cẽtones & tomẽta habent. Vulgaris herba hęc est, candicãs semper præsertim q̃ in maturitate. Folia eius nõ adeo magna sunt. Flores minimi, & ipsi albescentes: cũ creuit sternit̃ per terrã. Nascit̃ pingui solo, præsertim q̃ in marginibus itinerẽ, in hortis & inter uites. Nullus nostra ætate usus eius est: nec quicq̃ in herbarum censu uilius modo & neglectius uiret: & cum aruit, minus cognoscitur.

περὶ τύφης. κεφ. φλθ'.

Τυφη. φύλλον ἀνίκοι κυπέρῳ ὅμοιον. καυλὸν, λεῖον. Λευκόν. Ὁμαλόν. ἐπ' ἄκρῳ τῷ κεφαλῷ ἄνθος πυκνὸν ἐκπαρυμένον, ὃ καλοῦσί τινες ἀνθήλιον. ταύτης δὲ ἄνθος ἀναλφὲς σὰν παλαιῷ ὑείῳ, πεπλυμένῳ, καλακαύματα θεραπεύει. φύεται δὲ ἐν ἕλεσι καὶ ὑδρόσιμοις τόποις.

De Typha. Cap. CXXIIII.

TYphen. Romani pariter Græcis typhã dicunt. Foliũ ex se profert typha cyperidi simile. Caulẽ cũ lẽuore albũ, lenodem, in cuius summo flos est dẽsus, qui deinde in pappos resoluitur, quem quidam paniculam uocant. Hic flos uetere suillo elotoq; adipe exceptus, ambustis medetur. Nascitur in paludibus & stagnantibus aquis.

ἀνθήλιον.

INTERPRES.

PAlustrem esse plantã typham satis unus testari posse uidebatur Plutarchus capite II. de naturalibus causis, inter pleraseq; alias palustres his uerbis eam numerans: ἀλλὰ ἕλεια καὶ λαίμαργον, ὅπου καὶ τὰ λιμναῖα φυτὰ πρόσω φύεται καὶ φλοιὸν, καὶ ξύλον, ἀναυξῆ καὶ ἀβλαστῆ ὄντα. Quærebat enim cur cœlestibus aquis magis q̃ profluentibus proficerent ad generationem & incrementũ semina. Disputãsq; contra Laitũ quendam, qui diceret cadentibus pluuijs aperiri terrã: pulsuq; illo apertã citius ad radices per se aquã transmittere. Contraria ratione à paluſtribus his plantis ratiocinabat: ad quarẽ radices nõ transit aperta terra imber. Numerabatq; eas quas pauloante diximus. Esse aũt paluſtrẽ & præter id caulẽ habere eiusdem Theophrastus indicat, qui primo uolumine de plantarẽ historia de fruticoso & sarmentoso genere docens, & quales in caulibus ramulis q̃ suis differẽtias hoc genus habet, totã his uerbis rem docuit: πρῶτον δὲ τὰ φρυγανικὰ καὶ θαμνώδη, καὶ ὅλως τὰ κλήματα, καὶ ἄλλας τὶς ἂν λάβοι διαφοράς. ὁ μὲν γὰρ κάλαμος γονατώδης, ὁ δὲ βάτος καὶ ὁ παλίουρος ἀκανθώδης. ἡ δὲ τύφη καὶ ἴτέα τοῦ ἑλείου καὶ λιμναίου, ὁμοίως ἀδιάφρακτα καὶ ὁμαλῆ καθάπερ χοΐνος. quorum sensus hic sit: In surculosis aũt & fruticosis, in uniuersum q̃ uiticulis alias cõstituere differẽtias aliquis poterit. Harundo em̃ geniculata: rubus & paliurus aculeati: typha aũt & aquatico rẽ paluſtriũq; aliqua, nullo intercedente nodo qui partes dissepiat, per totũ æqualia sunt, qualis iuncus est. Folia postremo anguloso odorato iunco similia hic fecit, qualia ea etiã sunt. Intelligit q̃ in iuncorẽ genere cyperẽ, de quo primo uolumine longius actũ est: quẽ genere fœminino cyperida hoc loco uocauit: quoniam eo nomine radix eius appellatur, ut in commentationibus nostris tunc lõgius dictũ fuit. Non aliã ob causam, nisi quia radicis eius tantũ usus est. Et quemadmodũ Latini iunci radicẽ plantã uocãt, sic Græci cyperida ex radice genere fœminino iuncũ ipsum aliquãdo nominauerũt. Quẽ deinde florẽ hic ait paniculã uocari, & in pappos resolui, manifestũ habet intellectũ. Græci em̃ ἀνθήλιον, Latini

Panicula. Pappi. Latini uero paniculã in frugibus aliquot primum panico milioq; ſcilicet, tum in plãtis aliquibus dixerũt ſa-
noſum florẽ, qualis in ſumma harundine per autumnũ floret: & qualẽ in aruis plures herbæ & in paluſtri-
bus plures iunci habent. Ex quoꝝ genere hic typham ait eſſe. Sunt aũt Græcis & Latinis pappi lanoſæ uilli-
ſitates caudaꝝ in animalibus forma: quæ decidentibus floribus, in plantis aliquot remanent, ut in utraque
ſoncho, in carduis, multisq; aliꝭ fit: quos ſolent aliquando pueri ludentes ſpiritu oris per aërem pellere leui
tate ſua uolucres, & quantũuis minimo uenti flabro diffluẽtes. His etiã ad uentoꝝ tempeſtatumq; præſa-
gia in agro agentes quaſi certiſſimis nunciꝭ utuntur. Et ex hoc genere typha eſt, omnibus aquoſis locis
frequens: differt tamen à cypero, q in cypero folia porracea ſunt, in typha in mucronem deſinentia.

περὶ κιρκαίας. κεφ. φμ΄.

Κιρκαία. οἱ δὲ, κιρκαίαν καλοῦσι. τὰ μὲν φύλλα ἔχει σχύνῳ ὅμοια κνπαίῳ. παχαφυάδας ἢ πλάς. ἄνθη μέλανα μικρά. πλλά. καρπὸν ἢ κεγχροειδῆ ἐν ζωμῷ διονεῖ κρατίοις. ῥίζας πιθαμιαίας γ΄ ἢ δ΄. λευκάς. εὐώδεις. δεῖ μαινικάς. μάλιστα ἢ ἐν ὄρεσι πετρώδεσι φυείσ τόπις μὴ εὐπνόαις εὐκλίοις. ταύτης ἡ ῥίζα ὅσον μναῖ δ΄. θλασθεῖσα μὴ βαχεῖα ἡμέραν μὴ νύκτα ἐν οἴνου γλυκέως κοτύλαις ς΄. μὴ ποθεῖσα ἡμέρας γ΄. ὑστέραν ἀπροσθαίρετ. ὁ ἢ καρπὸς γάλα καταστᾷ ἔνδοφήμασι λαμβανόμενος.

De Circæa. Cap. CXXV.

CIrcæan. Sunt qui dircæan. Romani pa-
riter Græcis circæã uocãt. Folia habet
ſatiuæ ueſſicarię quã ſtrychnon uocant
ſimilia. Habet adnata etiã multa. Florẽ
nigrũ, puſillũ, copioſumq;. Semen ut milij, in qui-
buſdam ueluti corniculis. Radices dodrãtales tres
quatuor ue, candidas, odoratas, quę calefaciendo
ſunt. Naſcitur petroſis præcipue locis & apricis.
Huius radix põdere libraꝝ quatuor cõtuſa, inte-
grãq; diẽ & noctẽ in ſeptẽ dulcis uini heminis ma
dens, mox tribꝰ diebus pota, fœminaꝝ locos pur-
gat. Prouocat uero lac ſemẽ in ſorbitiõe ſumptũ,

INTERPRES.

SVnt in Græcis qui neutro genere circæon hanc uocent, notam ut ex cõmentariis eoꝝ ratiocinari licet,
tunc omnibus herbã: nunc quòd uiderim aut audierim, nulli niſi in ueteꝝ Plinij q; præſertim cõmenta
rijs auditã: qui uolumine XXVII. capite VIII. non iiſdem omnibus cũ ſcriptore hoc in hiſtoria notis: neq;
in medicina obſeruationibus eam deſcripſit. Et inter cætera quod hic dixerat, ὁ δὲ καρπὸς γάλα καταστᾷ: quod
eſt: Semen proritat lac: cõtrario ſenſu lac minuit, reddidit. Sumusq; nos in uerbo καταστᾷν hoc loco, quẽad-
modum multis aliꝭ certo rei & uocis intellectu uſi. Ex alto enim in ſuperiorẽ exteriorem ue partẽ uellere
καταστᾷν. aliquid & attrahere καταστᾷν eſt: id aũt in lacte abundantiã eius facere eſt. Quinetiã Græci paſſim hoc uerbo
utuntur in his, quibus ieiunis corã ueſcẽtibus aliꝭ ſaliua in os ſubit, plenoq; ore eam deglutiũt: qui motus la
ctis etiã naturalis eſt à reliquo corpore in mãmas. Nec aliud ut nos credimus Græcis eſt γάλα καταστᾷν, q ex
aliꝭ partibꝰ in mãmas id protrahere: idq; abũdare, nõ minui eſt. Accedit his q toties hoc uerbo hic ſcriptor
manifeſte uſus in copia lactis, legem ſignificationi & intellectui eius neceſſariã conſtituiſſe credendus eſt.
Poterunt uolentes collatis ſimul duobus ſcriptoribus, quę nõ ſint ambobus eadẽ, alia certius adhuc cogno
ſcere. Nos interim monebimus, credidiſſe quoſdã à Circe uenefica homine factũ circææ nomen: nihil tamẽ
ex plantæ hiſtoria colligitur, quod ad ueneficia pertineat. Nec nos quod teſtari ualeamus aliud habemus,
niſi forte quoniã hic ait petroſis apricis locis eam naſci, non à Circe ſed à Circęis notiſſimo in Tyrrheni ma
ris Italia maritima promontorio, quod apricum petroſumq; eſt, appellatam aliquis opinetur: ſuſpicio ta-
men & coniectura id ſit. Eſt illud etiam animaduertendum, non dicere Dioſcoridẽ calidi guſtus circææ ra-
dices eſſe, ut Barbarus uertit: ueꝝ θερμαντικὰς, quod calefaciendi uim habere eſt. Indicat id cõmunis in ea uo
ce ſignificationis æſtimatio: confirmatq; Paulus Aegineta libro ſexto his uerbis circæam deſcribens: κιρκαί-
κι ἡ μὲν ῥίζα θερμαντικὴ ἢ, ἐνώδους ἐστί: ſignificatq;, circęę radix quidẽ calefaciẽdo eſt & odorata. Semẽ uero, &c.

περὶ οἰνάνθης. κεφ. φμά.

Οἰνάνθη. Λοι δὲ, κραδασκόμιον. οἱ δὲ, λευκανθεμον καλοῦσι. τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὡς πὸ σαφυλῖνος. ἄνθη δὲ λευκά. μὴ καυλὸν παχύν, πιθαμιαῖ. καρπὸν ὡς πὸ ἀ βαφάξιος. ῥίζαν μεγάλην. κεφαλὰς ἐχούσαν πλείονας. σρογγύλας. φύει δὲ πέτραις. ταύτης ὁ καρπὸς, μὴ ὁ καυλὸς μὴ τὰ φύλλα πρτίζει πρὸς δυτερῆ ἐκβολὴν σὺν οἰνομέλι ζ. ἡ ῥίζα σὺν οἴνῳ πρὸς σφαγιασίας ἁρμόζει.

De Oenanthe herba. Cap. CXXVI.

OEnanthen. Sũt qui ceraſcomen, gleu
canthon. Romani œnanthem uocãt.
Paſtinacæ folio œnanthe eſt. Florẽ cã
dido, caule craſſo dodrãtali q;. Semine
ut triplicis. Radice grãdi, in qua numeroſa ſint
rotũda capita. Naſcit in petris. Bibunturq; utili-
ter ſemen caulis & folia in mulſo ad efficiendas
ſecundas. Radix præterea cum uino contra ueſ-
icæ ſtillicidia pari utilitate bibitur.

INTERPRES.

ALia hęc œnathe eſt ab ea de qua quinto uolumine agetur. Illa in uitiũ genere labruſcæ flos eſt: hæc
in herbaꝝ cenſu à Theophraſto inter coronarias plantas & flores, qui ſecundi per uer florent, nu-
meratur. Illa primo & per ſe œnanthe eſt, uinũ & florẽ ipſo nomine indicans: hęc, ut fit deficiẽtibus
propriis, indicationẽ & nomẽ floris & odoris ſui ſimilitudinẽ ab illa facile impetrauit. Nec ideo œnãthe di-
cta eſt, quia labruſcæ flos ſit: ſed q candidus illi flos racemi, ut in labruſca ſpecie ſit: & præter racemoſum
florem

florem illum, odor qualis in pubescente uite floreq; eius sentitur. Amat hæc lepidiora loca, quondamq; ad coronas in hortis etiã serebatur: in quibus non tantũ odore, sed longiore flore suorũ uita placebat. Hanc Dioscorides ait cerascomen uocari, qua uoce staphylinũ, id est, pastinacã à quibusdã nominari dixerat, cui quoniam hæc folio similis est, ideo & nomine illius etiã indicabatur. Quid autẽ cerascome significet, in staphylino & pastinaca quærendum est. Eandem leucanthum uocari hic ait, manifesta à florum candore significatione. Neq; enim alia eius uocis uis est: Quæ deinde hic dixit habere œnanthem hanc in radicibus numerosa & rotunda capita, tubera sunt, & ueluti tumores quibus ea inæqualiter tumet. Plinius ad radicum copiam id retulit, radice magna numerosa dicens: cum tamen grandi radice hic œnanthem dicat, & in radice illa multis rotundis capitibus: quæ ad radicum copiosiorem numerum referri posse non uidentur.

Περὶ κονύζης. κεφ. φμβ'.

Κόνυζα μεγάλη. οἱ δέ, κυνοζεματῖτιν. οἱ δέ, Δαναΐδα. οἱ δέ, ταναχίον. οἱ δέ, φύκος. οἱ δέ, ἰσχύν. οἱ δέ, δεινόσμον. πρὸς φθορὰς θερμοκτόνος. οἱ δέ, ἀνουβίαδα. οἱ δέ, ἀδεμίαν. ἀγυπτίοις κέδρος. ἑωλιάριον. οἱ δέ, φεβροφύγιον. οἱ δέ, φθειρομόσιον. οἱ δέ, πισάν. Κόνυζα. ἡ μὲν μικρὰ καλεῖται. ἐνοδωδέστερα οὖσα. ἡ δὲ μείζων. ὑπόπυρον ἔχουσα τὸν θάμνον. ἡ δὲ τοῖς φύλλοις, πλατύτερα καὶ βαρύοσμος. ἀμφότεραι δὲ πρόσκεινται τοῖς φύλλοις ἐλαίας. ἔστι δὲ ἀσταχυῖα καὶ λιπαρά. ὕψος δὲ τὸ καυλοῦ ἢ μικρὸν μεῖζον, δύο πήχεων ἔχει. ἡ δὲ ἐλάττων πρόσκειται. ἄνθος φαφάριον. μήλινον. ὑποπίπερον. ἐκ παπύρου. ἐξίζαται δὲ ἄχρηστοι. Δύναται δὲ ὁ θάμνος ὑπερχωννύμενος συμπεῖν φύλλοις καὶ θυμιώμενος, θηρία διώκει. καὶ κώνωπας ἀπελαύνει. κτείνει δὲ καὶ ψύλλας. καταπλάσεται δὲ τὰ φύλλα ὠφελίμως ἐπὶ ἕρπητος δηκτῶν καὶ φυμάτων. καὶ ἕλκη πίνεται σὺν οἴνῳ τὸ ἄνθος καὶ τὰ φύλλα πρὸς καταμηνίων ἀποπτώσεις καὶ ἐμβύων ἐκμετ' ὄξους δὲ ἐπιλήπτικους ὠφελοῦμενα ὠφελεῖ μᾶλλον θεραπεύει. ὁ δὲ χυλὸς προστεθεὶς ἐκ ξυσμοὺς πρὸς πρὸς δὲ καὶ πρὸς ἕλκη συγχριόμενος ἡ πόα μετ' ἐλαίου. ἡ δὲ λεπτὴ καὶ κεφαλαλγίας καταπλασσομένη ἰᾶται. Κόνυζα ἑτέρα, οἱ δέ, κόνυζα μικρά. οἱ δέ, πάνιος. οἱ δέ, λιβανωτίς. πρόσκειται κρόνος. Τίνες καὶ τρίτον εἶδος κονύζης, ἔστι δὲ καυλῷ παχυτέρα καὶ μαλακωτέρα. τοῖς δὲ φύλλοις μείζων τῆς λεπτῆς. ἐλάσσων δὲ τῆς μείζονος. οὐ λιπαρά. βαρυοσμοτέρα δὲ πρὸς καὶ ἀκαθέστερα καὶ ἀτραπωτέρα. φύεται δὲ ἐν ἐφύδροις.

De Conyza quæ multis pulicaria est. Cap. CXXVII.

CONyzã. Sũt q cynozematitin, q Danaida, qui tanachion, qui phycos, q ischyn, qui dinosmon, qui anubiã, qui eedemiã, qui militarẽ herbã, qui dellarion, qui febrifugiam, qui phragmosan, qui musterũ, qui pissan. Magi brephoctonon. Aegyptij ceti. Romani intybum uocãt. In conyzæ genere parua uocatur altera, quæ odoratior est: altera maior, frutice foliisq; minorem superans: latiore ambitu, & graui odore. Vtraq; foliis oleę similibus est, q̃ pinguia & hirsuta habet. Bicubitalẽ habet maior caulem: minor uero pedali altitudine erigitur. Florem habet infirmum, luteũ, subamarũ, qui in pappos euanescit. Radices inutiles. Potest tamẽ frutex cum foliis substratus incẽsusq; pariter suffitu serpẽtes fugare. Culices idem eodẽ suffitu pellit. Pulices præterea enecat. Imponũtur præterea emplastri modo folia utiliter cõtra serpentiũ morsus, panos & uulnera. Bibũt folia & flores ad educẽdos mẽses, fœtus eiectiones, uessicæ stillicidia, tormina, & fellis suffusiones. Pota cũ aceto eadem comitialibus prosunt. Sanat eorũ decoctũ insidentiũ fœminarum locos. Abortiuus etiã appositus conyzæ succus est. Facit & herba ad febriũ in accessione cum tremore algores: in quẽ usum ex oleo inungitur. Quæ uero gracilis conyza uocatur, capitis doloribus emplastri modo impositа medet. Hanc quidam alterã conyzam uocant, aliqui paruã illã esse dicunt. Sunt eñ qui panion & qui libanotida appellent. Magi hanc panion nominant. Est & tertium conyzæ genus, quæ crassiorẽ molliorem q̃ caulem habet: foliis tamen q̃ gracilis illa maioribus: minoribus autem quàm maior. Pinguis hæc non est: multo tamẽ grauiore odore iniocundior & inefficacior, humentibus locis nascens

INTERPRES.

CONfundit miscetq; Plinius pluribus locis cum origano conyzam. Nec facile est eodem nomine duas diuersasq; que plantas ab eo sæpius appellatas, in historiæ medicinæ ue gratiam & usum secernere. Longior fuerim, si omnia quæ tam multis locis de conyza, cunilagine, & cunila ab eo dicta sunt, coaceruare hoc loco cogitem. Superuacaneum id etiam fuerit: quoniam signanda non multo post & repetenda à nobis omnia aut plura saltem ex illis erũt. Aliud itaq; prius agemus, & ut nouerint omnes non esse conyzam origano eandẽ, neq; è diuerso utriusq; proprias numerabimus notas, ut propositis his quæ à Plinio miscentur certius pateant. Incipiemus autẽ ab origano quã hic ait foliũ hyssopo simile habere: umbellam non comosam, uerum diuisam & in summis uirgis semen. Et quod ad alia origani genera pertineat,

onetida candidioribus foliis, sed magis hyssopo similibus esse. Semine uero corymbo modo: & quã agre stem origanũ dicũt, folia priori origano similia habere. Virgas dodrãtales, in quibus anethi modo umbellæ sint, & cãdidi flores. Et hæ omniũ origano in hoc scriptore notæ sunt. Conyzæ uero quas pauloante diximus, foliũ oleaginũ nõ hyssopi hirsutũ pingue: caules hic bicubitales: flores lutei, fragiles, subamari, et qui in pappos euolẽt: quo nihil habet origanus aliqua. Plinius aũt libro XIX. capite VII. autore herbario Crateia, ligusticũ primo seu panaces cunilã bubulã uocari tradit: cæteros hanc conyzam Græce appellare, & ab eodẽ cunilaginẽ dici. Idem non multo post uolumine XX. capite XV. Cunilæ præter satiuam plura sunt in medicina genera: quæ bubula appellatur, semen pulegij habet: utile ad uulnera cõmanducatum impositum q, ut quinto post die soluaẽ. Cõtra serpentes quoq in uino bibit, ac tritũ plagis imponit. Vulnera ab his facta cõfricantur. Item testudines cũ serpentibus pugnaturæ hac se muniũt. Hic ipse Plinius sequenti capite etiam ait: Est alia cunila appellata à nostris, à Græcis origanũ Heracleoticũ. Totoq hoc capite nihil nisi multiplex cunila ab eo tractat: manifeste q conyza hæc cunilæ nomine cẽsetur, cũ ait: Pulices etiã contritæ cũ aqua sparsæ necãt: qd priuatim conyza habet. Poterant & alia repeti, sed ad eam quã cogitauimus rem satis hæc sunt. Nec nobis aliud modo propositũ est, q monere ex his quæ pauloante dicta sunt, toto genere differre inter se origanũ omnẽ, & conyzam omnẽ. Plinioq cunilæ nomine in utraq passim uti. Omittimus quod primũ ille ait, ligusticũ seu panaces cunilã à quibusdã dici: falsum enim non multo post esse id ipse testatur. Quod aũt libro uicesimo cap. decimoquinto ab eo dicit: cunilæ præter satiuã plura sunt genera, &c. ad origanũ manifeste pertinet: præsertim q quod de testudinibus cũ serpentibus pugnaturis eo loco tradit: Si Plutarcho credimus in naturalibus causis dicenti: ἡ ὑπὸ χελώνη φαγοῦσα πρῶτα σάρκα τῆς ἔχεως, ὀρίγανον ἐπεσθίει: quod etsi idem penitus nõ sit, eandẽ tamẽ rationẽ habet. Quæ deinde statim ab hoc loco descripta ab eodẽ sunt: Est & alia cunila, à nostris appellata, à Græcis origanũ Heracleoticũ, ad origanũ similiter pertinẽt. Cũq plura cunilæ genera feciſſet, uni ex his omnia conyzæ huius tribuit: tamq uagus in hoc cunilæ nomine incertus q est, ut nihil nos ex decretis eius certũ afferre audeamus. Quod aũt cõijcimus huiusce modi est: Origanum Græci uocant notã omnibus herbã: et ut fit in gẽtibus, quibus semper & ubiq nõ fuerũt eadẽ rerũ nomina, eandẽ conilã uocauerũt. Testis q hic ipse in origanis, sed multo certius in Theriacis suis Nicander dicẽs: κόρχορον ἡμυόεντα πανάκτειόν τε κονίλῳ, ἧν τε κ, ἡράκλειον ὀρίγανον ἀμφιέπουσι. quo sensus est: Et corcho clauso folio, & oia sanantẽ conilã, quã Herculeã origanũ appellãt. Nihil antiquo duo scripto ut uideẽ certiore fide cõfirmari poterat. Pro cõperto q est, conilã antiquis Græcis origanũ fuisse. Potuit q Plinius eo autoritate origanũ conilã uocare. Nescimus tamẽ an cunilã, quæ si Latinis est quæ Græcis conyza, misceri toties ab eo non debuerat. Suspicamur q nos, quod est minimũ inter duas has uoces discrimen (una siquidem litera uariant) causam Plinio dedisse, ut diuersas plantas eiusdẽ cunilę nomine toties misceret: cum tamẽ origani Græca uox conila per o, Latina uero conyzæ, modo hæc illi respõdeat, per u, scribẽda sit. In Græca illa uoce certa omnia sunt: in Latina facile est ratiocinari, cunilã siue malis cunilaginẽ appellare, conyzã hãc, aut illi similẽ fuisse: est enim non Plinio tantũ, uerum Columellæ alijs q scriptoribus frequẽs hæc uox: Plinius q priuatim Græco conyzã, cunilã manifeste appellauit libro decimo capite septuagesimo cũ ait: Nõ potest petris auelli polypus. Idem cunila admota ab odore protinus resilit: Acceptum id ab Aristotele est lib. quinto de historia animaliũ, his uerbis idem docente: καὶ ὅτι τε πολύπλοις ὄντων μὲν προσίέχονται, ὧν μὴ ἀπρακτοῦσιν, ἀλλ' ὑπομένειν ἀπρεπεμόμενοι, ἐὰν δ' τις κόνυζαν προσενέγκῃ, ὥς φασιν ἐνθυς ὀσφρανόμενοι ἀφιᾶσιν. Quod ab hoc scriptore relictũ, alterius autoritate & testimonio addere placuit. Et ut meminissent legentes, non posse conyzam teterrimi & grauissimi odoris herbã cum origanis misceri: neq si diuersarũ gentiũ uoces fortuito concursu eundẽ sonum reddant, ideo eandẽ in illis rerũ esse significationẽ. fiunt enim in Græcis & Latinis multa huiusce modi: suum tamen in sua gente intellectũ oẽs habent. Dicimus id, quoniam si Latinis cunila est quæ Græcis conyza, nõ debuerat uinicitate nominis ad origanũ quę conila græcis est, trãsferri, & cũ illa misceri. Nec dicimus pro cõperto habere, Latinã cunilã Græcã conyzam esse. Verũ illud testamur, ex quo tam multis ea uox in usu est, in eam partẽ propensiores esse: & per u, in principio scribendã, quemadmodũ cũ origanũ ostendere uolemus, per o: illã cunilã, hanc conilã dicentes. Pulicariã simpliciter in Aristotele quo diximus loco conyzam uertit Theodorus Gaza, facto ex euentu illi hoc nomine, quia scilicet pulices enecet: alioquin in nomine nulla est pulicũ ratio. Nobis conyzã hanc magis placuit uocare: ut IIII. uolumine descriptã, & psyllion appellatã herbã certius ex græco nomine pulicariã appellemus. ψύλλα eñ græcis pulex est, & ψύλλιον herba pulicibus uocatur: q insectis his similis semina habet parua, nigra, & tota pulicũ figura. Erit ob eã causam duplex in hoc opere nobis pulicaria: altera præcedente conyzæ nomine signata, altera simpliciter à pulicibus nominata. Quẽadmodum tunc etiã iterũ à nobis dicet. Habet conyza hæc pulicaris quo in græcis mõ leguntur, numerosas appellationes: fere q oẽs incertas, ideo q nõ tractãdas à nobis, præter q dinosmon: quę uox à grauitate odoris illi facta est: & pissam, quæ pix græcis est, à glutinoso lentore dicta: qd Plinius significauit dicens: Trita mellis odorẽ habet, digitis tactu eius cohærentibus. Tria eius genera Dioscorides numerat, maiorẽ minorẽq, & tertiã inter utranq mediã: crassiore, molliore q caule, foliis maioribus minoribus uero maiore. Theophrastus alijs nominibus duo genera tantũ conyzæ facit VI. de plantarũ historia uolumine his uerbis: κονύζης δὲ μᾶλλον ἄρρεν, δὲ ὑ θῆλυ, διαφορὰς ὑ ἔχει καθάπερ τὰ ἄλλα τὰ ὄντα διαιρούμενα. δὲ μᾶλλον λεπτοφυλλότερον καὶ ξυνεικὸς μᾶλλον, καὶ δὲ ὅλον ἐλαττον. δὲ ὑ ἄρρεν μεῖζόν τε καὶ παχυκαυλότερον, καὶ πρωϊκλωνότερον, καὶ δὲ φύλλον μᾶλλον καὶ λιπαρώτερον ἔχον. ἔτι δὲ ἄνθος λαμπρίτερον, καρποφόρα ὑ ἄμφω. δὲ δ' ὅλον ὀφελασεῖ, καὶ ὀφιανθεῖ. πρὸς ἀρκεῖν δὲ καὶ μᾶλλον ἀρκοῦν λαμβάνει. Βαρεῖα ὑ ἡ ὀσμὴ τῶ ἄρρεν. ἡ ὑ τῆς θηλείας πριμιτίρα, διὸ καὶ πρὸς τὰ θηρία χρησίμη. Quæ à Plinio pauciora dominus q ijsdem uerbis reddita sunt libro XXI. capite X. Ea sic uerbũ de uerbo uertat aliquis: Conyzæ duo genera, mas altera, fœmina altera. Differẽtias inter se habẽt quemadmodũ & alia, quæ sic diuidũtur. Fœmina tenuiore folio & constrictiore est, in uniuersum q minor. Mas maior est, crassiore caule, ramosior, & folium maius pinguius q habet: & præter hoc florẽ magis splẽdentem. Semẽ fert utraq. In uniuersum q sero

germinat

germinat & floret. Nec nisi circa aut post arcturū grauis masculæ odor, fœminæ acrior. Quā ob causam cō tra uenenata utilis. Et hæc à Theophrasto dicta sic se habent: quæ cōmentationibus his nostris placuit addere, ut duorū scriptorū cōcors eadēq; historia conyzæ cognoscere tur: & si non ijsdem uerbis neq; eodem modo ab utroq; omnia dicta fuerint. In Dioscoride aūt quod ad floris colorē ptinet, qui duplex in cōmuni Græcorū lectione legit, μήλινον ἢ ὑπόκιρρον luteus & subruffus, mutatū à nobis est. secundāq; illā uocē ὑπόκιρρον qd est subamarū fecimus, luteū & subruffum diuersos colores male cōiungi & misceri sentiētes: mox monentibus uetustissimis Græcis & Latinis codicibus, in quibus amarū adhuc manifeste legitur.

περὶ Ἡμεροκαλλίδος. κεφ. φμϛ'.

De Hemerocalli quæ syluestre lilium est. Caput CXXVIII.

Ἡμεροκαλλίς. Lοἱ μέν, ἡμεροκατάλακτον. οἱ δὲ κρίνομαρίαγιον. οἱ δὲ κριάνθεμον. οἱ δὲ πορφυρανθές. οἱ δὲ βολβὸς ὀρειμαλικός. οἱ δὲ ἀντίπαθοι ἰοκρεῖοι. ῥωμαῖοι βούλβαμ. οἱ δέ, ἐλίσμα μαρίνδμ. ἄφροι ἀβίβλαβον. ⌋ φύλλα ἔχει ὡς καυλόν ὅμοια κρίνῳ. χλωρὰ δὲ ὡς πρὸς πράσα. ἄνθη δὲ ἐν αὐτῷ καθ' ἑκάστην ἀπόφυσιν γ'. ἢ δ'. τὸ χίσιμ ὅλῳ κρίνῳ ὁμοιότατα ὅταν ἄρξηται χαίνειν. τὸ δὲ χρόαν ἴσχυει ὠχρὰν μέλανι ὁμοίαν βολβῷ εὐμεγέθει. ἡ ῥίζα λεία πρόσθεν ἡ σὺν μέλιτι ἐν ἐρίῳ προσεθεῖσα πρὸς ὄζημα ἕλκη καθαίρει καὶ ἀμαυρωτικός. ⊂ τὰ δὲ φύλλα λεῖα καταπλασσόμενα φλεγμονὰς σώματος ἐκ πρώτης ἡμέρας ἢ ὀφθαλμῶν πραΰνει. ⊂ καταπλάσσεται δὲ ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα ὠφελίμως ἐπὶ πάντων σχεδὸν καυτῶν.

HEmerocallin. L Sunt qui hemerocatalecton, qui syluestre liliū, qui crinanthemon, qui porphyranthes, qui bulbū uomitoriū, qui anticantharon uocent. Aegyptij iocri. Aphri abiblanon. Romani bulbum siue lilium agreste, siue liliū marinum. ⌋ Lilio folia & caulē similia habet porri modo uiridia. Flores illi sunt tres quatuor'ue in singulis scapis lilio diuisione similes, cū hiscere cœperunt: colore q̄plurimum pallido. Radicē habet grandi bulbo æqualem. Hæc trita potaq; & cum melle in lana pessulus appositā, aquas & sanguinem ducit. Quinetiam folia concisa, mox emplastri modo imposita, mammarum à partu & oculorum inflammationes leniūt. Imponuntur eodē modo radix & folia ambustis utiliter.

INTERPRES.

SErebatur quondam in hortis ad coronas hemerocallis, emulus cū tota plāta lilio flos, & quasi rudimē tū naturæ, lilia facere condiscentis: nūc totis agris & inter segetes præsertim pallore suo se indicat: lōge lilio minor, figura penè illi idē. Differt tantū, q̄ in lilio floris folia cū tota se in calathum aperuerūt, resistentes fallere nō potest. Color enim nō tam diuersus: licet in lilio cādoris superbia, in hemerocallide palloris tristitia sit: ut non similis & paulominus q̄ idē facile uideatur. Eam q̄ ob causam à lilio lilioq; similibus alijs floribus plerasq; appellationes inuenit: agreste liliū, crinanthemon: quæ lilio uox etiā adiecta est: porphyranthes & bulbus uomitorius: quę narcissi nomina sequēti uolumine erunt: liliū marinū, & anticantharon: quę uox aduersari scarabeis hunc florē significat: quēadmodum & rosæ: quibus obrutū id animal, perire naturales aliqui dixerunt. Breuissime Plinius lib. xxi. capite eiusdē numeri de hemerocalli hac egit: quod q̄ hic dixerat folia caulēq; porri modo uiridia habere: ille pallidū è uiridi dixit: mediū porri inter uiredinē pallorem q̄ colorē ea ratione indicans. Nobis ex uerbis scriptoris huius rem demonstrare placuit.

περὶ Λευκοΐου. Κεφ. φμϛ'.

De Violis q̄s Græci leucoia appellāt. Ca. CXXIX.

Λευκόϊον. Lοἱ μέν, βασίλειον. ῥωμαῖοι ὄπρυλα ἄλβα. οἱ δέ, βιόλα ἄλβα. οἱ δὲ αὐγουσία. οἱ δὲ, βιόλαμ ἀντρουάλεμ. οἱ δὲ, πασσαρίνα. οἱ δέ, πολύφουρα. ⌋ γνώσιμόν ὄζειν. ἔστι δὲ αὐτῆς διαφορὰ ἐν τῷ ἄνθει. ἢ γὰρ λευκόν ὄζειν ἢ μέλινον, ἢ κυανοῦν, ἢ πορφυροῦν ἐυρίσκεται). Εστι δὲ αὐτῆς εὐχρηστότατα πρὸς τὰ ἰσχιακὰ χρῆσιν τὸ μέλινον. οὗ τὰ ἄνθη ξηρὰ ἀποζεσθέντα εἰς ἐγκαθίσματα πρὸς τὰς περὶ ὑστέραν φλεγμονὰς καὶ ἀποπνιγὰς ἐμμένων. ἀναληφθέντα δὲ κηρωτῇ γαράδας τὰς ἐν δακτύλῳ θεραπεύει. συμ δὲ μέλιτι ἄφθας. ὁ δὲ κάρπος αὐτῆς σὺν οἴνῳ πρεῖς δραχμῶν δυσὶ πλήθος, ἢ προσεθεὶς σὺν μέλιτι, ἔμμηνα ⊂ δεύτερα, καὶ ἔμβρυα ἄγει. ἀπὸ δὲ ῥίζης καταπλασθείσης σὺν ὄξει, σέλινου ἀγλίσα. ⊂ πρὸς ἀγχόνας ὠφελοῦσι.

LEucoion. L Sunt q regiā, q albā, q augustam, qui matronalē, qui passerinā, qui polyphoram uiolā uocent. Romani uiolam albā, uel simpliciter uiolā uocant. ⌋ Nota omnibus uiola est. Differētia generis in flore: qui in aliquibus candidus, in aliquibus luteus, in aliquibus cœruleus: in aliquibus purpureus uidetur. Probatissima in medicinę usu quæ luteum habet florem. Eius siccati flores decoquuntur: facitq; decoctū id ad muliebres locos: ducunturq; infidētibus in eo fœminis mēses, & eorū locorū inflāmatiōes curāt. Sanāt ītdē sedis rimas cera excepti & impositi: & cū melle oris ulcera q̄s aphthas dicūt. Ducit p̄terea mēses, secūdas, & fœtus, semē pōdere duarū drachmarū cū uino potū, aut ex melle appositū. Quinetiā lienem minuūt, & podagris pro sunt radices ex aceto emplastri mō impositę.

INTERPRES.

DEtulit candorí multũ ín hoc flore antiquitas: nec leuẽ ſpẽdoris ſui gratiã illi habuit, una ab eo facta appellatione, tres alios colores indicãs: qui in toto hoc uiolarũ genere à ſcriptore hoc numerantur: & uno accepto à cunctis paſſim quotannis uidenť. Leucoiorũ enim nomine in Græcis omnes indicãtur uiolæ hæ, quæ primæ flores ſuos proferũt, ubi mitior & tepidior aër fuerit, ab hyeme ſtatim: ubi aſperior & frigidior, poſtea: ubiq; aũt per uer primæ noui anni aduentũ nunciãtes, plures q; nõ uno ramulo tantũ, ſed uno pediculo florẽtes: quæ cauſa fuit, ut à quibuſdã polypherę inter alias appellationes dicerẽtur: id em̃ ea uox ſignificat. Florẽt hæ paſſim triplici colore, cãdido, luteo, & purpureo: qui quartus deinde ab hoc numeratur cœruleus, in uiolarũ genere hoc q̃d ſciam in Italia nullibi uideť. Ex eo oborta nobis ſuſpicio eſt, poſſe in Græcis abundare eam̃ uocẽ, & ſi in cunctis pariter legatur: is etiã quẽ nos habemus egregiæ antiquitatis & fidei Latinũ Dioſcoridẽ Lõgobardis literis ſcriptũ, tres tãtũ colores illos notos oĩibus numerat: quartus hic cœruleus nullus in eo eſt. Nec nos tantũ illi deferimus, ut unũ uelimus pro cunctis alijs nobis eſſe: ſed accedente rei naturæ q; & ſuſpicioni huic noſtræ hoc ueluti teſte qualiſcũq; ille eſt, nõ fore credidimus inutile hoc etiã legẽtes monere: preſertim nullibi, ut pauloante diximus, oſtẽdente in hoc flore eum colorẽ natura. Alioqui oportebit quæ primo uolumine in iaſme dicta à nobis fuerunt meminiſſe: & quę longius illic de uiolis docentur, in hũc locũ referre: opinariq; in cœruleo colore hoc aut alijs locis naſci hũc florẽ. Late enim patet naturę uis, & admirabilis eius maieſtas: qua poteſt multa ubiq; uariare, & quæ nobis & noſtro orbi negauit, alijs dediſſe: Aut uiolarũ appellatione alia etiã cẽſeri florũ gña: quales iaſminos oĩes tũc eſſe diximus: modo magnitudine & forma pares & ſimiles illis ſint: & intellexiſſe in Dioſcoride neceſſe erit florẽ quẽpiã aliũ cœrulei coloris, qualis (uerbi cauſa) cyanus eſt, ſic à Græcis à colore dictus: uulgaris flos, omnibus notus, inter ſegetes Maio & Iunio mẽſe naſcẽs: quẽ rura noſtra florẽ alyſum uocãt, triplici & ipſum colore, cãdido, purpureo, plerunq; aũt cœruleo. Nobis tñ in priorẽ illã ſentẽtiã inclinat animus. Credimus q; quartũ illũ colorẽ huic ſcriptori temere accreuiſſe. Vtimur q; ea ratione præcipue, q; nõ uerisimile eſt miſcuiſſe diuerſa ſimul genera Dioſcoridẽ: & cũ de leucoĩs certo ſcilicet genere priuatim ageret, de cũctis uiolis quæ Græci ἴα nõ λευκόϊα uocãt, agere cogitaſſe. Obſeruauimus enim πάνυ ἴων, id eſt, uiolarũ latius patere appellationẽ, plures q; cõplecti flores: Nigrã ſeu malis ferrugineã uiolã, ieſiminos oẽs, calathianã, & quã Græci phloga, Plinius flãmeã uocat: plures q; alias, qui figura, quãtitate, folioꝝ poſitura, aliaq; huiuſcemodi ratione aliqua proprie dictis uiolis ſimiles æquales ue ſint. λευκοΐων aũt triplex tantũ hoc genus: q̃d ſolo colore differt, quod q; nos pauloante ex Theophraſto deſcripſimus. Solæ enim hę uiolæ leucoia dicũtur. Accedit & illud, q; ſi cyanus in hoc genere intelligendus erit, ex qua uoce nos credimus irrepſiſſe eum colorẽ in has uiolas: uidebiť temere miſcuiſſe Dioſcorides quę nõ eodẽ tẽpore florent. Illę enim ab hyeme ſtatim aliquibus locis: ubiq; aũt & ſemper uere florent: cyanus aũt prima æſtate tantũ. Illæ ſponte ſua in parietibus & murorum pinnis aliquando: illi inter ſegetes paſſim naſcuntur. Poſſunt quidẽ ambo in hortis cõſeri, ſed nos ſimplices naturæ natales & notas, non coacta artis opera tractamus hoc loco.

Περὶ κραταιογόνου. κεφ. φμέ.

Κραταιόγονον. οἱ δὲ κραταίονον. φύλλα ἔχει ὅμοια τῆς τ μελαμπύρου. πλείους δὲ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης φύονται βλαστοὶ γονατώδεις. κάλαμοι δὲ ὅμοιον κέγχρῳ. φύεται ἐν σπαρτίοις ἢ φλεγμαινώδεσιν ὡς ἐπὶ πολὺ τόποις. ἰσχυρᾶς δὲ δεῖται ἢ ὑπὸ ζιᾶ ἢ πόσις τ κατὰ τὸ γυναῖκα ἀφόρητον ποιῆσαι, ἐὰν ὡς μετὰ τὰς καθάρσιμ τ καταμηνίων πρὸ τοῦ πλησιάσαι, πίνῃ νήστις τρὶς ἡμέρας, ὁλκὴν τριωβόλου μετὰ ὕδατος κυάθου ἑ. ἐπὶ ἡμέρας μ΄. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ πινέτω τὰς ἴσας ἡμέρας, ἢ πλησιαζέτω.

De Cratæogono herba. Cap. CXXX.

CRatæogonon. Sunt qui cratęonon. Romani pariter Græcis cratæogonon dicũt. Folia habet cratæogonos melampyro ſimilia. Plures ab una radice geniculis pleni in ea naſcunť culmi. Semen milio ſimile ẽ. Naſcitur umbroſis locis, & inter fruteta plerũq;. Multã habet tota plãta acrimoniã. Sũt q; tradant poto eius ſemine marẽ cõcipere mulieres, ſi à purgatiõe antequã uiro cõgrediať, ter ſingulis diebꝰ triũ obolorꝝ põdere in duobꝰ aquę cyathis quadraginta diebꝰ ieiuna mulier id biberit: idẽq; totidẽ diebus uir etiã fecerit, tũ mulieri cõgrediatur.

INTERPRES.

TOta ſtat gentiũ uulgi q; fama & fide cratæogoni in ſcriptore hoc & Plinio medicina: nec q; in hiſtoria q̃d ſciã ex antiquo illo tẽpore à quoquã additũ illi aliq̃d eſt. Nos etiã q̃d præter dicta à duobus his cratæogono adĳciamus nõ habemus. Monuiſſe tamẽ obiter legẽtes inutile non erit, ideo cratęgonon à Græcis dictã fuiſſe, q; ut poteſtate q; ſua κρατεῖ τὸ γόνου, euincit ſcilicet ſupat q;, & genituræ dominať: poteſq; humani ſeminis naturã ad mares cõceptus cogere. Sciendũ illud etiã, melãpyro cui Dioſcorides cratæogoni folia cõparauit, nihil ſignificare aliud q̃ nigrũ triticũ: haud ſane quia inter fruges numeretur, ſed q; in triticea ſegete naſcitur, colore nigro. Numeratur hic à Theophraſto libro de plantarum hiſtoria octauo inter frugũ noxas & peſtes, quales loliũ & hauena ſunt. Siciliæq; inſulæ propriũ his uerbis feciſſe uidetur: ὁ δὲ σπυρὸς ἔλιον ἔχει τὸ μελάμπυρον καλούμενον. ὅ ἐστιν ἀβλαβὲς, καὶ οὐχ ὥσπερ ἄλλα βαρὺ καὶ κιφαλαλγές: quorum hic ſenſus eſt: Habet & Siculũ triticũ priuatim quod melampyrum uocãt: quod innocuũ eſt: nec quẽadmodũ lolium graue & capitis dolores faciens. Facilis inuẽtu inter ſegetes à nigro ſeminis colore melãpyrus hic eſt. Naſcitur enim ubiq; & ſi Theophraſtus priuatim Siciliæ id adſcribat. Niſi forte dubitãdũ in eo ſit, proprium' ne dicat Siciliæ melampyrum eſſe, an proprium Siculo eſſe non nocere in cibo homini, ut lolium.

De

περὶ φύλλου. Κεφ. φμς'.

Φύλλον, οἱ δὲ ἐλαιόφυλλον. οἱ δὲ βρυωνίαν καλοῦσι. φύεται γὰρ ἐπέτραις. τὸ μὲν θηλυτόνον λεγόμενον, ὥσπερεὶ βρύον. ἔχον χλωρόν τρόμ ἐλαίας τὸ φύλλον. καυλὸν λεπτόν. ἕως χάω. ὕψος λεπτόν. ἄνθος λευκόν. καρπὸν μείζονα ὥς πρὸς μήκωνα. τὸ δὲ ἀρρενογόνον, τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιον ἔχει προσεκμιμῶν. καρπῷ δὲ διαφέρει. ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄνθει ὑγιῶς κύμας ἐλαίας βοτρυώδεις. λέγεται δὲ ἀρρενογόνον καὶ ἄρρεν, ἀρρενοτόκον. ὃ δὲ θηλυτόνον θηλυτόκον. ἴσοις πρὸς πύτωρ κεραπύας. ἐμοὶ δοκῶ τὰ ῥιαῦτα μέχρι τῆς πρὸς αὐτῶν ἱστορίας προάγειν.

De Folio sic priuatim dicta herba. Ca. CXXXI.

PHyllon. Sunt qui elæophyllon, & q bryon uocent. Romani pariter Græcis phyllon dicũt. Nascit in petris: uocatq altera à fœminini sexus conceptu quẽ facit, thelygonos: ceu muscũ habẽs pallidiore q olea folio. Caulẽ habet gracilẽ breuemq: florẽ candidũ: papaueris semen, uerũtamen maius. Arrhenogonos è diuerso à masculini sexus conceptu quẽ facit, altera dicta est: in cæteris præcedenti similis, semine tm differt. Quod racemosum habet, postq defloruit flos, incipienti oliuę simile. Ferũt potũ alterius semẽ, maris: alterius uero, fœminæ cõceptũ facere. Tradidit hęc quõdã herbarius Crateias: placuitq mihi usq ad historiã, nec ultra de his docere.

INTERPRES.

COmmunia sunt plantis omnibus folia, nõ secus q animalibus ea qbus in genere seminioq suo uestiunt aut ornant: Et siquæ his carent, quod proportione foliis respõdeat, aliquid à natura acceperunt. Eamq ob causam nõ poterat nec debebat à gentibus, cõmunis folioq uox ad certę rei alicuius indicationẽ priuatim trahi: Quẽadmodũ & quæ publici iuris sunt, ad priuatos transferri usus legibus prohibẽtur. Nihilominus fecit aliquãdo in aliquibus aut gentium cõsensus, aut honoris excessus aliquis, ut quæ cõ munia omnibus aut saltẽ pluribus erant, priuati iuris facta cõmunia esse desierint: Non aliter q Neapoli in brassica nunc fit: quæ in oleę genere propria sibi appellatione alibi indicata, cõmuni folij uoce passim illic defectis foliũ audiẽtes, quotidianũ & notũ omib⁹ olus. Nõ dissimili ratiõe in folio hac nostra idẽ factũ est, quæ potens marium & fœminarę cõceptus semine suo adiuuare, quod præcipuũ mortalibus ferè cunctis studiũ & uotum est, honoris prærogatiuã hanc merito inuenit, ut foliũ simpliciter diceretur. Audientesq omnes folium, optatæ prolis spem beneficio eius animo statim cõciperent. Descripsit foliũ hanc ix. de plantarę historia uolumine Theophrastꝰ his uerbis: ἔνια δὲ εἶναι ἐις τὸ ἀρρενογονεῖν, ἢ θηλυγονεῖν. διὸ καὶ καλοῦσι φύλλον τὸ μὲν ἀρρενόγονον, τὸ δὲ θηλύγονον, ὅμοια δὲ ἄμφω καὶ μορφὴν ἔχοντα ὠκίμου. ὁ δὲ καρπὸς τὸ μὲν θηλυγόνου, καθάπερ ἐλαίας βρύον, ὠχρόν τε καὶ ἀρρενογόνου, οἷόν περ ἐλαία, ὅταν ἄρτι φύεται ἐκ τοῦ βρύου. διέχρουν δὲ ὥσπερ ἔχεις ἀνθρώπων: quorũ sensus sit: Quædã præterea esse maribus aut alterius sexus concipiẽdis fœtibus apta: eamq ob causam folium aliã mares, aliã fœmineos cõceptus facientẽ dixerũt: sibiinuicẽ similes, & ocimi figurã habẽtes ambas. Est tamen alterius quæ fœminarę cõceptus facit semẽ muscoso flori oleæ simile, pallidiusq q alterius: figura nuper ex muscoso flore incipientis oliuæ: cohærens sibi geminũq testiculoręhominis modo. Et hæc quidẽ Theophrastus eadẽ huic scriptori, si diligentius omnia expẽdantur. Videturq βρύον in olea non muscum simpliciter ex cõmuni eius uocis æstimatione, sed muscosum eius florẽ appellare, in hanc significationẽ cõtracta priuatim ea uoce. In qua sciendum est, Græcis βρύον muscũ plerunq in omnibus indicare: in plantis uero & muscum illum cõmunẽ alijs multis, & in torrẽte lapidibus, & ne lõgiores simus, omnibus quæ muscãtur: inter quæ & arbores aliquæ sunt, & præter id in plãtis earęq floribus uilloſam cõgeriem, quæ musci illius modo concreta dẽsaq floreat: quales in liguſtro flores sunt. Idq hoc loco manifeste indicat Theophrastus, qui in descriptione folij eius, nihil ea uoce aliud intellexisse potuit. Ex eo factũ est, ut bryon planta hęc non bryonia, ut male à principio capitis legitur, uocaretur, ab oleagini floris muscosa illa congerie sumpta cõparatione, & autore Theophrasto, qui eam quo diximus loco hac uoce appellat. Ex his etiã oborta nobis uitij in scriptore hoc suspicio est, à principio statim ubi ait, τὸ μὲν θηλύγονον λιγόμενον ὡσανεὶ βρύον, male sequax emẽ uerborę ductus est. Credimusq autore & monẽte id Theophrastro, integrã fuisse lectionẽ: quæ thelygonos uocat, florẽ habere ueluti bryon, id est, muscosum & similẽ oleaginis: Licetq Theophrasti autoritate & auspicijs uideremur posse quæ deerant addere, & in melius restituere, in cõmuni tamen Græcorę omniũ lectione nihil huiusce modi ausi sumus: satisq fore legentibus credidimus, si uitium signaretur. Quod factum à nobis est. Cætera Theophrastum & hunc scriptorem conferentibus, facilia & eadem uidebuntur.

Folium.

βρύον Muscus

περὶ ὀρχεως. Κεφ. φμζ'.

ὄρχις. δι ὃ κυνὸς ὄρχιν καλοῦσι. φύλλα ἔχει κατὰ γῆς ἑρπον μίαν περὶ τὴν καυλὸν κατὰ τὴν μίαν. ἐλαίᾳ μαλακῇ ὅμοια. πλατύτερα δὲ κατὰ λεῖα μακρότερα. καυλὸν ὡς βαμμῆς τὸ μῆκος. ἐφ' οὗ ἄνθος πορφυροῦν. ῥίζαν βολβοειδῆ. ἐπιμήκη. διπλῆν. σχιζὸν ὡς ἐλαίας. τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κατω-

De Testiculo herba, quã Græci orchin dicunt. Cap. CXXXII.

ORchin. Sunt qui cynosorchin, id est, canis testiculũ uocẽt. Romani pariter Græcis orchin dicũt. Folia habet testiculus herba circa caulẽ, & in ima eius parte p terrã strata, molli oleę similia, angustiora tm lõgioraq. Caulẽ dodrãtali altitudine, in q purpureus flos pandit. Radicem bulbosam, oblõgã, duplicẽ, mutuo cõtactu cohęrẽtẽ oliuę figura: supiorẽ alterã, inferiorem

τέρω. ἡ δὲ μικρὰ πλήρη. τὸ δὲ μαλακὸν ἐξυσ σήν. ἐσθίεται δὲ ἡ ῥίζα ὡς βολβὸς ἑψηθεῖσα. ἡ περὶ ταύτης δὲ ἴσοζῆτις, τὸ μὲν μεῖζον ῥίζαν ὑπὲρ ἀνδρῶν ἐσθιομένων, ἀξέρενο γόνον εἶναι. τὸ δὲ ἐλάττονα ὑπὲρ γυναικῶν, θηλυτόνον. προσισόρκεται δέ, ὅτι ἐν ταῖς ἐν Θεσσαλίᾳ γυναῖκας, τὸ μὲν ἅπαλὸν μετὰ αἰγείου γάλακτος πρίζειν. ὡς προισάμενα τὰ ἀφροδίσια. τὸ δὲ ἕτερον πρὸς ἰσχεσιν ἡδυσμάτων ἕνεκα ἀφροδισίων. ἀναλύεσθαί τε τὸ ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου φυόμενον. φύεται δὲ ἐν λιθώδεσι καὶ ἀμμώδεσι τόποις.

rem alteram: & hãc quidem uegetam distentãq; illam uero languidã & rugosam. Estur radix hæc bulborum modo elixa aut tosta: ferturq; maior illa uiris in cibo marescõceptus facere: minor uero fœminis, alterius sexus. Ferunt præter hæc etiã, mulieres in Thessalia ad excitandam Veneris libidinem cum caprino lacte bibendam dare alteram: uegetam scilicet, distentamq; illam orchis huius radicem: languidam uero & rugosam illã, ad inhibendam: Aduersariq; alteram alteri: inuicemq; potas inuicem se resoluere. Nascitur plãta hæc petrosis & sabulosis locis.

INTERPRES.

ALiter potiusq; aliud de utraq; orchis, id est, testiculi huius radice docuit Theophrastus ix. de plãtarũ historia uolumine: Quo loco cũ de nouis & uix credendis plantarũ quorundã uiribus ageret, numerasset q; fabulosa etiã aliqua, de sterilitate fœcũditate q; ad cõceptus & partus agere incipiens subiecit: καθάπερ ἐπὶ τῆς ὄρχεως καλουμένου, δυοῖν ἡ ὄντοιν, τοῦ μὲν μεγάλου, τοῦ δὲ μικροῦ, τὸν μὲν μέγαν ἐνεργότερον πρὸς τὰς ὁμιλίας ἐν γάλακτι δὶ ἡμέρων αἰγὸς ὀρφανόμου. τὸν δὲ ἐλάττω σύνεσθαι καὶ κωλύειν. ἔχει δὲ ὁ μὲν φύλλον σκυλλώδες, λαμπρότερον δὲ καὶ ἐλαττον. τὸν δὲ καυλὸν, ὁμοιώτατον ἀπίῳ: quorũ summa & sensus est: Quẽadmodum in ea quæ orchis, id est, testiculus uocatur: qui cum duo sint, maior alter, minor uero alter: maior ad Venerem efficaciorem hominem facit in lacte capræ in montibus pastæ sumptus: minor aũt nocet illi & impendit. Habet planta scillaceum folium, minus tamen, & minore lẽuore nitens. Caulem postremo agresti raphano quã Græci apion dicunt, simillimum. Et hæc Theophrastus de testiculo herba: quam hic petrosis & sabulosis locis nasci tradidit, cõtrà q; Græcorũ & Latinorũ aliqui testati fuerunt, ad mare nasci affirmantes: Nos quatenus obseruare licuit, sabulosis locis nasci pro cõperto testari possumus: uulgarẽ plantam, & cum inter uites nascitur, illis nocẽtem. Sabulosos q; Sabulo. dicimus locos, non maris aut fluuiorum harenas, sed inter terreni genera quod rusticæ rei scriptores sabulonem uocant. Fit in testiculo hoc quod in bulbosis pleriscq; aliis plantis euenit, ut præteriti anni radix decrescat subsidatq; cõtinue, & quod hic ait, flaccescat & rugosa fiat. Præsentis aũt uegetior & maior cõtinue augeatur: non aliter q; iuuentute & senectute quadam id fit, legitimo naturæ ordine in his quoq; radices nouæ bulborũ sobole quotannis renouantur: quæ donec penitus sub terra emarcuerint, sibiinuicem cohærẽt. Fa-citq; hæc ueluti copula earũ, ut testiculus dicatur planta hæc pariter & radix: & præterid à canum testibus apta similitudine cynosorchis, id est, caninus testiculus: id enim Græcis ea uox significat. Eius folia hic molli oleæ similia facit, contrà q; Theophrastus, qui scillaceũ foliũ testiculo huic tribuit. Nescimus eapropter q; integer in Dioscoride locus ille sit: nõ tam quia aliud à Theophrasto docetur, q; quia natura & res ipsa quale ille dixit scillaceũ folium in eo ostẽdit: Nec nos uidemus quæ nam mollis olea huic sit, & quid eo adiectiuo in olea significari possit: ideoq; uitiosum locum existimantes, eum signauimus.

περὶ ὄρχεως ἑτέρου. κεφ. φμή.

ORχις ἕτερος, ὃν σατυρίαν ἕτεροι καλοῦσιν. ὡς μὲν ἀνδρέας, διὰ τὸ πολύχυμον ἡ ῥίζης. φύλλα ἔχει ὁμοιότατα πρασίῳ. ἐπιμήκη. πλατύτερα δὲ καὶ λιπαρά. ἐπικαμπῆ ἐν ταῖς μαχάλαις. καυλία τριθαμιαῖα. ἄνθος ὑπόφυσα. ῥίζα δὲ ὑπεσιν ὀρχιδίοις ὁμοία. ἣ ἔχει δύναμιν ἔχει καταπλασσομένη, οἰδήμασιν σκληρασικλῶ. μὴ ἕλκη, ἀνακαθαίρει μ. καὶ ἕρπητας ἐφελκίδι μ. ἀναστομοῦσα δὲ μὴ συίγιψας. μὴ τὰ φλεγμαίνοντα πρὸς ὀργὴν καταπλασσομένη. ξηρὰ δὲ νομὰς ἴσχει. καὶ τὰ ἐν στόμασι καὶ σώματι κακοήθη ἰᾶται. ἴσχει δὲ καὶ κοιλίαν σὺν οἴνῳ πιθεῖσα. ἴσοζῆτις δὲ καὶ περὶ ταύτης, ὅσα καὶ περὶ τοῦ κυνὸς ὄρχεως.

De altero testiculo. Cap. CXXXIII.

ORchin alteram. Sũt qui sarapiadẽ orchim hũc alteram uocẽt: quẽadmodũ Andreas medicus, ob multos radicis eius usus. Folia habet porro similia, oblonga, latiora tantũ pinguiaq; ex alarum cauis emicantia & inflexa. Coliculos dodrantales & purpurascentes flores. Radix illi est minimis testiculis similis. Potest q; emplastri mõ imposita tumores discutere, ulcera purgare, ulcera quos herpetas nominant, cohibere. Quinetiã fistulas eodẽ mõ imposita, in aliũ naturæ habitũ trãsfert: & q; inflãmata sunt, lenit. Sistit ficca eadẽ quæ pascẽdo serpũt: & in ore exedẽtibus & maleficis ulceribus medetur. Aluũ cũ uino pota cõpescit. Ferũtur de hac etiã, quæcũq; de superiore testiculo dicta sunt.

INTERPRES.

PRiori testiculo congener posterior hic est, radicum numero diuersus & alter ab illo dictus: duabus enim & quales descriptæ sunt, ille nititur: hic, à Dioscoride minimis testiculis, nullo eorum decreto numero, simles radices habere traditur: ab aliis tamen triorchis nominatur, manifesto ex ea appellatione argumento, non duabus sed tribus testiculatis radicibus niti in terra: Sic enim posteriores medici appella

appellauerũt, ꝓsertimq; Paulus Aegineta ultimo suæ medicĩnæ libro, capite de sordidis ulceribꝰ, σαραπιάδος ἢ ἀπὸ ὀρχίων, id est sarapiadis herbæ quæ & triorchis dicitur: Mox lib. VI. de simplicibus, ὄρχις ἢ σαραπίας, οἱ δὲ ὀρχίων: quod est: orchis aut sarapias, quã quidã triorchin uocãt. Sic etiã Aëtius, sic posteriores alij. Ex quibus uidere licet, nõ uiribus in medicina tãtum, sed historia etiã à priore illo hunc differre. Cur aũt sarapiada hic uocari dixerit, quoniã multos habet radix eius usus, non satis certũ nobis est.

περὶ Σατυρίου. Κεφ. φμϐ'.

Σατύριον. οἱ δὲ τριφύλλον καλοῦσιν. ἐπιφλοιώδης ἐπὶ τῆς γῆς, φύλλα τρία φέρει κεκλασμένα, λαπάθῳ ἢ κρίνῳ ὅμοια, ἐλάττονα μέντοι καὶ ὑγρότερα. καυλὸν δὲ ψιλόν. μακρὸν ὡς πήχεως. ἄνθος κιρροφοειδές. λθνικόν. ῥίζαν βολβοειδῆ ἢ ὅσον μῆλον. πυρῤῥάμ. τὰ δὲ ὑπὸ λθνικὰ ὡς πρὸ ὠοῦ. γθνομένῳ γλυκᾶμ ἢ εὐσωμον. ταύτῃ δὲ καὶ πίνειν ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ πρὸς ὀπιοβόρημον. Καὶ εἰ βούλει γωναικὶ σωφρονίσαι, χρῆσαι. φασὶ δὲ αὐτὴν καὶ ὀρμὴν ποιεῖν ἐπὶ σωφροσύνῃ.

De Satyrio herba. Cap CXXIIII.

SAtyrion. Sunt qui à folioꝝ numero triphyllon, id est, trifoliũ uocẽt: quoniã tribus plerũq; foliꝭs fractis uiret, rumici lilio'ue simi libus, minoribus tantũ & rubentibus. Caulẽ habet glabrum cubitali altitudine. Florẽ lilij figura candidũq;. Radicẽ bulbosam, pomo simile, foris ruffo, intus candido oui colore: gustu suauẽ, & in cibo ori gratã. Bibitur hæc in nigro austero uino in scapulas rigentibus utiliter. Hac ipsa fœliciter etiam utetur qui ad Venerẽ mulieri cõgredi uoluerit. Siquidem ferunt ad Venerem solicitare, & ad eam impetus augere.

INTERPRES.

SAtyrio nomen fecerunt, ut poëta cecinit Panes & in Venerẽ satyroꝝ prona iuuentus: uel q primi syluestres ij dij colludẽtes nymphis per syluas & antra, ad firmiorẽ Venerẽ eã inuenerint: Vel q ad eã uoluptatẽ natura sua ipsi potentiores, quæ ad eandẽ Venerẽ homines duraret, herbã à se uocari permiserunt: neq; herbã tãtum, sed in Græcis uerba aliquot & uoces etiã σατυρίζειν & σατυρισμὸν & σάτυρον: quibus ad Venerẽ arrigere & intẽdi significaret, & uitiũ quod satyriasin Græci dixerũt, à Galeno in diffinitiõibus suis his uerbis descriptũ: Malũ satyriasis est, quod fit arrigente & intendente se hominis genitali, simul ei etiã proqui id patiuntur: sequitur q; neruoꝝ distentio. Posteriores Græcoꝝ medici παλμόν, id est, palpitationẽ genita lis satyriasim hanc esse dixerunt: dico aũt palpitationẽ qualis in corde fit, si metus aut aliter perturbati hominis crebrior sentitur pulsus. Sequiq; & accedere satyriasim hãc inflãmatis aliquo modo seminarijs uasculis, & præter palpitationẽ illã arrectionẽ & intentionẽ genitalis fieri: & nisi desinat palpitatio illa, in languorẽ & resolutionẽ uasculoꝝ illoꝝ seminis euadere id malũ consueuit, aut cõuulsionẽ: Moriuntur q; in cõuulsione hac cito homines, cũ tumore alui & frigido sudore. Satyrion hanc Dioscorides ait trifolium à folioꝝ numero dici: quia pleriq; hic numerus eoꝝ uidet. Nos q; ueterũ & melioꝝ codicũ fidẽ secuti sic uertimus, nõ ἐπιφλοιώδης ὡς πρὸς πλείονας γῆν ut ferè in cunctis legitur, sed ὡς πρὸς πρὸν legẽtes: multo cõcinniore sensu, q̃ si dicat aliquis, qa super terram folia tria ferat: Cætera legentibus per se in satyrio hac patebunt.

Satyriasis.

πάλμος.

περὶ Σατυρίου ἑρυθρονίου. Κεφ. φν'.

Σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον. οἱ δὲ σατύριον ἐρυθραϊκόν. Οἱ δὲ μίλιον τὸ ἐν ὕδασιν. οἱ δὲ ἐνταλικόν. οἱ δὲ πριαπικόν. οἱ δὲ σατυρίσκος. οἱ δὲ ὀρχις σατύρου. ἔστι δὲ καὶ κολλυμβήθρις. Ἔχει δὲ ἐρμα λινοειδέρμα ἐμφερές. μέζον δὲ ἢ ἔστι μαλέον, ἢ σίλβον, ἢ λεῖον, ὃ πᾶν ἔστι ἔστιν ἢ αὐτὸ σωφρονίσαι ἐγείρειν ὡς πρὸ ἢ ὁ σκίρκος. ἔστι δὲ φλοιὸς ὑπόχνους αὐτοῦ ὁ μὲν φλοιὸς ὑπόχνους. πυρῤῥός. τὸ δὲ ἔνδοθεν λθνικόν. γθνομένῳ εὐσωμον γλυκύ. φύεται δὲ εὐκλίοις τόποις. ἔστι δὲ ὅτι εἰς πλείονα χρῆσα λαμβάνεται ῥίζα, ἔστι δὲ καὶ πρὸς ἀφροδισίασμα. σὺν οἴνῳ δὲ πλείονα μᾶλλον.

De Altero satyrio quã erythron, id est, rubentẽ uocant. Cap. CXXXV.

SAtyrion alteroꝝ quod erythron dicit, sunt qui satyrion erythrococcum, qui aquaticũ meliũ, qui entaticũ, id est, arrectoriũ, qui Priapiscũ, q satyriscũ, q satyri testiculũ. Romanimo lorticulũ Veneris dicũt. Lini semini æquale semẽ satyrion hoc habet, maius tñ firmiusq;, & cũ lẽuore splendens. Fertur & hoc non minus q̃ terrestris crocodilus quẽ scingum nominant, ad coitũ & Venerem stimulare. Est in satyrij radice exterior cortex tenuis & ruffus: Quæ uero cortice clauduntur, candida sunt, grata in cibo, & dulcia uescẽtibus. Nascitur apricis mõtanis locis. Fertur de eo etiam, ad Venerem stimulare, si quis manu tantũ radicẽ eius gestauerit: sed cũ uino pota, maxime id potest.

INTERPRES.

OMnes satyrij huius appellationes aut ex colore radicis, aut ex uiribus ímpetuq; eius ad Venerem factæ sunt: neq; enim erythron & erythrococcũ aliud significant, q̃ rubens simpliciter & ueluti cocco infectũ. Quæ deinde uox entaticos sequit, non aliunde q̃ ἀπὸ τοῦ ἐντείνεσθαι: Græcis enim intendi & arrigere ea uox significat: quẽadmodum Priapiscus, satyriscus & satyri testiculus: omnes enim à salacitate Ve-

neris ad hanc herbam translatæ sunt. Priapū quotidie in hortis suis uidebat antiquitas ad Venerē semp paratū, & qualem in Priapeis carminibus audire adhuc licet. Quales uero satyri quondā essent, satis superiore capite dictū à nobis fuit. Cur aūt Romani satyrion Græcor̄ molorticulū Veneris dixerint, modo integra ea uox sit, quod nobis non uidet̄, docere nō audemus. Satis nouisse sit ab eodē ad Venerē impetu ab illis dictā fuisse. Plinius de utroq; satyrio hoc longius egit xxvi. uolumine capite xi. sed tam incerta historia, ut per alios scriptores profecisse eum credere oporteat: & ab alijs herbarijs quę Romanos suos doceret, accepisse. Ea uolentibus nouisse parata quo diximus loco & exposita sunt. Nouerunt quidē nostra ætate herbarij & in agro agentes diligētiores alij utrāq; satyrium, inuentu enim faciles plantæ sunt: earū tñ ordinē omnes miscent. Primū quod secundū huic scriptori est, & secundū è diuerso appellantes: certissimis tamen ex hoc scriptore notis utrūq; ostendunt. Nos q; primū & alterū diuersis tēporibus obseruauimus. Raro q; ultra duo folia à radice statim prodeūtia, in primo & quod lilij figura florē habet inuenimus: nec penitus glabro caule id est: sed tā exiguis tāq; raris foliolis ultra duo illa, ut nō falsò glaber dici possit: in secūdo etiā nō radices tm̄ rubere, sed à medio usq; ad summū totū caulē obseruauimus: & in hoc tria semp folia paulū supra terrā caulē, ut in harūdinibus fit, amplectētia: in utroq; geminas radices sed in primo inæquales: maior em̄ semp altera est: In secundo æquales & sibi inuicē pares. Cætera scriptoris huius picturæ aptissime respondent.

Περὶ Ορμίνου ἡμέρου. κεφ. φιά.

Ορμινον ἥμερον. Ἕλληνες γεμινάλιν. Ῥωμαῖοι γεμινάλιν. πόα ὅσον μ ἐμφερὴς πρασίῳ τοῖς φύλλοις. καυλὸς ὁ πηχυαῖος. πρὸ δὲ ἔχει ὅμοιαν λοβοῖς ὡς ἐπὶ τὸ ῥίζαν νευρικήν. ἐν ἄκρῳ σπέρμα διάφορον. ἐπὶ μὲν τῶν ἀγρίων στρογγύλον εὑρίσκεται φαιόν. ἐπὶ δὲ τῶν ἡμέρων ὠμικρὸν καὶ μέλαν, οὗ πρὸ καὶ χρῆσις. δοκεῖ δὲ καὶ τὸν οἶνον πινόμενον, σὺν οὐσίαν προζυμᾶν. ἀπὸ καθαίρει δὲ σὺν μέλιτι ἄργεμα, λευκώματα. καταπλασθὲν δὲ μετ ὕδατος καὶ οἰδήματα διαφορεῖ. καὶ σκόλοπας ὡσπάτη. καὶ ἥ πόα δὲ καταπλασθεῖσα, τὰ αὐτὰ ποιεῖ. τὸ δὲ ἄχυρον ἰσχυροτέραν ἔχει τὴν δύναμιν. ὅθεν μίγνυται καὶ συγχύσμασι. μάλιστα δὲ τοῖς γλαυκίνῳ.

De satiuo Ormino. Cap. CXXXVI

ORminon satiuum L. Dacī ormia, Romani geminalem dicunt.] Herba est foliis marrubio similibus. Caulē habet quadrangulū dimidij cubiti altitudine: circa quē exerunt se ueluti filiquæ in terrā decliues, in quibus diuersum semē est: in syluestri enim rotundum inuenitur, & medio inter nigrum & candidum colore: in satiuo aūt oblongū & nigrum, cuius tantū usus est. Creditur hoc etiā in uino potū ad Venerē stimulare. Purgat aūt cū melle oculorum albugines, eorūq; ulcera quæ Græci argema uocant. Ex aqua idē emplastri modo impositū, tumores discutit, & furculos extrahit. Quinetiā herba ipsa eodē mō imposita eadē præstat. Syluestre efficaciores habet uires: eāq; ob causam unguētis miscet, musteoq; p̄sertim q̄d gleucinū uocāt.

INTERPRES.

FRugum generi adnumerauit aliquot locis de plantarū historia orminon hoc Theophrastus. Idē Theophrastū secutus decimooctauo uolumine Plinius tradidit, capitibus x. & vii. Quinetiā post hęc xxii. uolumine capite ultimo, duor̄ genera & ipse orminū fecit: alterū nigro ut hic, semine: alterū candido, contrà q̄ Dioscorides qui φαιὸν dixit, qua uoce Græci indicant quæ nigrescūt magis q̄ quæ nigra sunt. Alij inter medicamenta & frutices potius q̄ inter fruges numerare orminū maluerunt: in quā partē & nos propēsiores sumus. Neq; enim antiquis in usu cibor̄ fuit, & ætate hac nostra uix ab agricolis cognoscitur. Descripserunt satis id antedicti scriptores, cyminoq; simile præsertim semine fecerunt. Ob quā causam nihil ultra de eo nos agemus: in medicina significantes quæ argema in oculis ulcera Græci uocant, à Galeno in diffinitionibus, iterūq; in Ysagoge sua paucis mutatis describi: Exulcerationē in oculo factā, quę in nigra oculi parte candida fit: in cādida rubescat. Et hoc in diffinitionibus dictū ab eo est. In Ysagoge aūt, esse argemon exulcerationē quæ in iridis orbe aliquādo fit, aliquādo in nigra, nōnunq̄ in cādida oculi parte, rotundā & albescentē. Est q; illud in oculorū ulceribus sciendū, genere unū omnia esse, specie aūt differre: plures q; earū differētias esse. Quoties enim cornea pars exulcerat, quoniā cōcauū, purū, & angustū id ulcus est, bothrion quasi fossula nominat: Diffiniuit id Galenus utroq; loco: Concauū, purū & angustū ulcus esse, rotundis perforationibus simile, ulcere profundius. Si uero latius q̄ bothrion id patet minusq; descēdit, κηλωμα, id est, cōcauitas dicitur. Quod uitiū ex eodē Galeno descriptū à nobis in thuris cortice est. Epicauma deinde appellat quoties exulceratio facta, sordida, impura & igne adustorū modo fuerit: qua se purgāte sępius sequuntur & effluunt oculorū humores omnes: id malū Galenus in Ysagoge sua descripsit, epicauma appellans, quoties quæ claudit bulbū oculi exterior cutis, igne exulcerata fuerit, aut paulatim, p̄fundior facta ex magno impetu fuerit: Argemon aūt hoc, quoties circa orbem iridis propinquas q; ei partes sic exulceratio fit, ut extimæ iridis partes rubere, interiores uero albescere uideātur. Sunt quidem & aliæ oculorū exulcerationes: sed quoniam præcedentes alias habent causas, cum causis illis docendæ & curandæ sunt.

Bothrion in oculo. βόθριον

κηλωμα.

ἐπίκαυμα. Epicauma.

Περὶ Ηδυσάρου. κεφ. φιϛ'.

Ηδύσαρον ὑπό τινων μυρεψῶν καλούμενον πελεκῖνος. θάμνος ὅσον φυλλάρια ἔχων ἐρεβίνθῳ ὅμοια, λοβοὺς δὲ κεράτιοις ἐοικότας, ἐν

De Hedysaro. Cap. CXXXVII.

HEdysaron. L. Romani securidacā uocāt.] Ab unguentarijs pelecinus frutex hic appellatur. Folia habet ciceri similia: filiquas corniculorum figura inflexas, in quibus

ὅιος ἡ ἀνθέμια πυξάρον. ὅμοιον πελέκει ἀμφὶ σόμφ. ὅθεν καὶ ὠνόμασται. πικρόν ἐστι σὺν εὐσόμαχον πρὸς ἔμετον. μίγνυται ἢ καὶ ἀνάλημμα τοῖς μέλιτι ἢ προσεθὲν πρὸ τῆς μίξεως, ἀτόκιον εἶναι δοκεῖ. φύεται ἐν ἀγροῖς καὶ κηπαίοις καὶ πυροῖς.

quibus ruffum ſemen eſt, ancipiti ſecuri ſimile, unde & nomen inuenit: guſtu amaro. Stomacho utiliter bibit. Miſcetur antidotis. Ex melle idem ante coitū fœminis ſubditū, ſterilitatem facit. Naſcitur in hordeacea & triticea ſegete.

INTERPRES.

NAſci ſecuridacā in hordeacea & triticea ſegete hic ait: ſecutus q̄ eum Plinius, in ſegetibus inueniri libro XXVII. capite XII, tātum teſtatus eſt. Theophraſtus tamen octauo de plantarū hiſtoria uolumine, lentibus noxiā & peſtilentē dicēs, nō aliter q̄ tritico loliū & auenā ueriſimile fecit: illic potius inuenīdā, ubi magis graſſetur. Hæc enim malorū noxarūq; omniū natura plerūq; eſt, ut ubi maleficiū ſuū exercere poſſint, illic libentius agant, & frequentiora inueniant. Pelecinus ab antiquioribus dicta in Græcis ſcoride hactenus inuenimus. Is etiā quē nos egregiæ antiquitatis habemus Latinū Dioſcoridē, pelecinū nō hedyſarum legentibus proponit: quò fit ut ſuſpicemur poſteriorē hanc eſſe plantæ huius appellationē, & à ſuauitate odoris uſu q̄ unguentario factā huic ſcriptori à poſterioribus græcorū medicis accreuiſſe. Dicit autē poſteriores qui Theophraſtū & ſcriptoris huius tēpora ſecuti ſunt. Paulus Aegineta utroq; nomine eam in VI. his uerbis indicauit: hedyſaron quę & pelecinus. Eius ſemen ante coitum ex melle appoſitum hic ait ἀτόκιον eſſe, id eſt, ſterilitatē facere: Barbarus aūt aliter penitus uertit, dicens, cū melle appoſitum ante conſuetudinem prohibere partus. Nos unā eandemq; uocis ſignificationē ſemper ſecuti ſumus: ille quod aliis locis abortiuum dixerat, hoc loco contrario penitus ſenſu partus prohibere dixit.

ἀτόκιον

Περὶ Ονόσματος. κεφ. φνθ'.

Νόσμα. οἱ δὲ ὀσμάδα. οἱ δὲ φλονίτιμ. οἱ δὲ ὀνονίμ καλοῦσι. τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια τῆς ἀγχούσης. ἔστι δὲ πόμμηκες. μαλακά. ὡς πεφασάκτυλα ἀγόμενα. ἐμφλέσαντα τῆς ἀγχούσης. ἔστι δὲ ἄκαυλος. ἄκαρπος. ἀνωθής. ῥίζιον δὲ ὑπεσιμῦφύεται ἐν ἀγροῖς τραχέσι τόποις. τοῦτο τὰ φύλλα ἐν οἴνῳ πιθέντα, ἔμβρυα ἄγει. φασὶ δὲ ὅλα κἂν ἔγκυος ὑπὸ βοὸς πιὼν πόαν, ἐκτρώσκει.

De Onoſmate. Cap. CXXXVIII.

ONoſma. Sunt qui oſmada, qui phloniti m, qui onomin. Romani onoſma uocant. Anchuſæ folia habet, oblonga, mollia, lōgitudine quatuor digitorum, unius latitudine, anchuſæ modo per terrā ſtrata, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine herba eſt. Radice nititur breui, oblonga, gracili, infirma, cum rubore aliquo. Naſcit aſperis locis. Trahūt ex utero fœtus pota in uino eius folia. Quinetiā ferunt abortiuam prægnantibus eſſe, ſi ſuper eam tantum grauidæ ingrediantur.

INTERPRES.

BReuis & præter à Dioſcoride dicta nulla eſt onoſmatis huius in alīs ſcriptoribus hiſtoria. Plinius XXVII. uolumine, capite XII, eadem huic ſcriptori omnia reddidit. Quam ſolū foliorum longitudinē hic quatuor digitorum, ille triū fecit. Paulus Aegineta etiā nihil addidit aliud, q̄ acrem amarāq; eſſe, eamq; ob cauſam folia eius in uino pota enecare ſimul & pellere ex utero humanos fœtus.

Περὶ Νυμφαίας. κεφ. φνθ'.

Νύμφαία. φύεται ἐν ἕλεσι καὶ ὕδασι σισαρίμοις. φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια κιβωρίῳ. σμικρότερα δὲ καὶ ἐπιμηκέστερα. πρόσω ὑπερέχοντα τοῦ ὕδατος. τὰ δὲ ἐν αὐτῷ ἐλάττονα καὶ πλείονα ἐκ τῆς αὐτῆς ῥίζης. ἄνθος δὲ λευκόν. ὅμοιον κρίνῳ. ἔχον κεκωδωνισμένα τὸ μέσον. ὅταν δὲ ἀπανθήσῃ, σφονγύλον. μίλῳ πλησίον τὴν διαφορὰν γίνεται, ἢ μήκωνος κεφαλῇ. μέλαν. ἐν ᾧ καρπὸς μέλας. πλατύς. πυκνός. πολυμελὴς καὶ λίσχρος. ὁ δὲ καυλὸς λεῖος. οὐ παχύς. μέλας. ὅμοιος τῷ τῆς κιβωρίου. ῥίζα μέλαινα. τραχεῖα. εὐπαλοφόρος. ἣν δὲς τέμνεται φθινοπώρου. ἕψουσι δὲ αὐτὴν οἶνῳ πρὸς θέρος, κοιλιακοὺς ὠφελεῖ. δυσεντερικοὺς. καὶ τὰ λεπτὰ τῶν ἐντέρων καθίστησι. καταπλάσσεται δὲ πρὸς στόμαχου

De Nymphæa. Cap. CXXXIX.

NYmphæan. Romani pariter Græcis nymphæā dicunt. Naſcitur in paludibus & ſtagnātibus aquis nymphæa. Folia habet Aegyptiæ fabæ ſimilia, minora tm̄ oblōgioraq; quadātenus ſup aquā emergētia. Aliqua tñ ex eis etiā ſub aqs ſunt plura ab una radice prodeuntia. Florē cādidū lilio ſimilē, in medio q̄d croceū fit habentē: Hic poſtq̄ defloruit rotundus & rotū ditate pomo: aut papaueris capiti ſimilis colore nigro fit: in quo nigrū clauditur ſemen, latū, ſolidū, guſtu glutinoſum. Habet caulis leuorē: niger eſt: nō adeo craſſus, Aegyptiæ fabę cauli ſimilis. Radix nigra, aſpera, & clauę alicuius modo nodoſa. Effoditur hæc autumno: ficcataq; cœliacis utiliter in uino bibitur. Bibitur & in inteſtinorum torminibus: lienem minuit: ſtomachi

ϛ κύστεως ἀλγήματα ἡ ῥίζα ϛ ἀλφούς σμήχει σὺν ὕδατι. ἀλωπεκίας τὲ σὺν πίσσῃ ἰᾶται πεφθεῖσα ἰᾶτη. πίνεται δὲ ἡ ῥίζα ϛ πρὸς ἐνύδρωσμούς. πραττεῖται δὲ πύτυες. ἀφροδισιάζειν ἐργάζεται δὲ καὶ οἱ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, εἰ μὴ ἀφ' ὑδρελεχῶς πίνοι. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ϛ τὸ σπέρμα πρόθεν. δοκεῖ δὲ ὠνομάσθαι νυμφαία, διὰ τὸ ἔνυδρον ϛ λεῖν τόπον. εὑρίσκεται δὲ πολλὴ μὲν ἐν Ἠλιδι ἐπὶ τοῦ ἀνύγρου ποταμοῦ. ἐν δὲ Βοιωτίας ἐν ἁλιάρτῳ.

& ueſſicæ doloribus emplaſtri modo imponitur. Vitiligines ex aqua exterit. Capilli defluuia quas alopecias dicunt, cum pice impoſita explet. Bibit hæc ipſa etiam contra nocturnas Veneris per ſomnum imaginationes, eas enim cõpeſcit: pauciſq; diebus uirilitatem hominis frangit, ſi continuato eius potu utatur. Idem præſtat & ſemẽ. Creditur nymphæa quondã ſic dicta fuiſſe q̃ aquoſa amet loca. Inuenitur copioſa ad Elidem in flumine Anygro & Aliarto Bœotiæ

INTERPRES.

NOn comparauit Theophraſtus nono de plantarũ hiſtoria uolumine nymphæam deſcribens, folia eius Aegyptiæ fabæ foliis, ueris ſimpliciter grande foliũ ſub aqua habere dixit. Addidit præterea, ſi ſtendo ſanguini utilia eſſe folia eius: ideoq; trita uulneribus imponi. Quodq; hic nõ teſtatur, uelcitra dice eius gẽtes in Orchomeno Bœotiæ, Marathone & Creta: quibus locis copioſam naſci nymphęã tradidit. Numeratur q̃ ab eo inter radices dulces, qualis Scythica eſt, pluresq; aliæ. Satis hic nominis cauſam declaraſſe uidetur, & ſi ex ueteribus fabulati aliqui fuerint, à nympha priuatim nomen herbæ factũ fuiſſe, quæ claua ab Hercule interfecta ſit: uel ipſa zelotypia eius intabuerit, in paluſtrẽ hanc plantã mutata. Vulgaris & nota omnibus herba, qua nihil in paluſtribus ſpecioſius naſcatur & uiuat. Facileq; eſt ex folio eius, quale Aegyptiæ fabæ foliũ ſit, ratiocinari: hoc em̃ illi cõparat Dioſcorides: nec præterq̃ figura ſimile illi facit. Grãdius enim illud eſt, & quale ſecundo uolumine in Aegyptia faba ex ueterũ monumẽtis & hiſtoriis deſcripſi à nobis eſt. Quo loco de ciborijs etiã dicta fuerunt, quæ ſatis & tũc & modo ſint, præſertim de hac ipſa tradente Plinio libro xxv. capite vii. quæ huic ſcriptori ferè eadem omnia ſunt: Quale eſt quod hic ait, paucis diebus potam nymphææ radicẽ uirilitatẽ hominis debilitare: illè duodecim diebus fieri hoc teſtatur: & ſimilia his pleraq; alia. Diximus aũt uirilitatẽ una uoce ſignificãtes, quod pluribus ab alijs indicat: uim poteſtatẽq; illã omnem, qua in Veneris appetitu calet prurit q̃ interior ſenſus, tumet genitale, arrigit̃, & excluditur ſemen: quæ omnia in uiris uno uirilitatis nomine cõplexa antiquitas eſt: Hic ἀφροδισιακὸν ἀιδοῖον tantum dixit, id eſt, genitalis languorẽ & infirmitatem, quæ deficiente toto illo naturæ impetu fit.

Περὶ Νυμφαίας ἄλλης. φυε. Νυμφαία ἄλλη. οἱ δὲ νυμφῶνα καλοῦσι. γίνεται δὲ καὶ ἄλλη νυμφαία, ἧς τὸ ἄνθος ἐλέφαντα λέγεται, φύλλα ἔχουσα ὅμοια τῇ προδεδηλωμένῃ. ῥίζαν μέντοι λευκὴν καὶ βαρεῖαν ἔχει. ἄνθος μίλινον. σίλφιον. ὅμοιον ῥόδῳ. πρὸς δὲ καὶ ἡ ῥίζα ϛ τὸ σπέρμα πρὸς ὄγκον γυναικομανὲς οἴνῳ μέλανι πινόμενον. φυεται δὲ περὶ θαλασσαν τόποις καὶ πηλῷ ἢ πηλοῦ πλησίον.

De Alia Nymphæa. Cap. CXL.

NYmphæan aliã. Sunt qui hanc nymphona. Romani nymphæam uocãt. Naſcitur & alia nymphæa antedictæ ſimilis: Radicẽ tamen cãdidam habet & aſperam: florem luteum, ſplendentem, roſæ ſimilem. Bibitur utiliter & radix & ſemẽ eius in nigro uino cõtra muliebres fluctiones. Naſcitur in Theſſalia ad Peneum fluuium.

INTERPRES.

QVam habet nominis cauſam nymphæa, eandẽ & nymphon. Folia hęc ſuperiori ſimilia habet. Quod diſcrepat, radicis color & floris, & præter colorẽ floris figura ẽ: quę in illa lilij, in hac roſę deſcribit. Nõ facile inuicẽ diſcernunt̃, niſi qs à primo ex aqua earũ emerſu dũ defloreſcãt, utrãq; obſeruauerit.

Περὶ Ανδροσάκους. Κεφ. φυς'.

ΑΝδροσάκες. οἱ μὲν πικράδα. οἱ δὲ λευκήν. οἱ δὲ θαλασσίαν καλοῦσι. γίνεται μὲν οὖν συρίᾳ καὶ πᾶσι θαλασσίοις τόποις. πόα δέ ἐστι λεπτή. λεπτόκαυλος. πικρά. ἄφυλλος. θυλάκιον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχουσα πολυκόκκου σπέρματος. Δύναμις ἡ ἔχουσα πραδίσσα σὺν οἴνῳ ⊲ β'. πλήθους, οὖσα πρὸς ἐπὶ ὑδροπικοῖς ἄγειν. ϛ δὲ ἀφέψημα δὲ τῆς πόας ϛ ὁ καρπὸς πινόμενον αὐτὸ πρὸς. καταπλάσσει δὲ καὶ ϛ ἐπὶ ποδαλγικοῖς ὠφελίμως.

De Androſace. Cap. CXLI.

ANdroſaces. Sunt qui picrida, qui leucẽ, qui thalaſſiam. Romani pariter Græcis androſaces uocant. Naſcitur in maritimis Syriæ. Herba eſt candida: tenues habet cirros: amara, & fine foliis. Folliculum in ſummis cirris ſuſtinet quo ſemen cõtinetur. Poteſt in uino pota drachmarũ duarum pondere in ſubuentibus cutem aquis copioſam ducere urinam. Præſtat idem potum herbæ decoctum & ſemen. Quinetiam podagricis utiliter emplaſtri modo ipſa imponitur.

INTERPRES.

SApor picrida, color leucem, ortus thalaſſiam androſaces uocari fecit. Prima enim uox illa amaritudinem, altera candorem, tertia mare & maritimum ſignificat: quæ tota fere eius hiſtoria eſt: amareſcit enim, albeſcit, & maritimis locis in Syria naſcitur. Vnde repetenda alia eſſent: ſed nimis à noſtro orbe diſtat

distat regio illa: ob eam causam Dioscoridis & Plinij in androsace historia contenti, asplenon nostro orbi cognitam, neq; inuentu difficilem, tractabimus.

περὶ Ἀσπληίου. κεφ. φνζ'.

Ἀσπλήιον. οἱ δὲ σκολοπένδριον. οἱ δὲ, πτερυξ. οἱ δὲ, λογχῖτις. οἱ δὲ, ἀετίτης. οἱ δὲ, φθειρία. οἱ δὲ, φθειρῖτις. οἱ δὲ φιλτροδότικος. προφῆται αἷμα γαλῆς. φύλλα ἔχει σκολοπένδρᾳ τὰ πολλὰ ὅμοια. πλείονα ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πτερυγώματα. φύεται δὲ πρὸς ὑγροῖς καὶ παλισκίοις. ἄκαυλα. ἀνανθῆ. ἄκαρπα. ἔστι μικρὰ ὡς τὰ τοῦ πολυποδίου. κάτωθεν ὑπόξανθα. ἁφή. δασέα. ἄνωθεν δὲ χλωρά. δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ἀπόζεσθέντα συμπότιμα ἡ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ'. ἀσπλῖται τὴν σπλῆνα. σὺν δὲ καταπλάσμασιν ἁρμόττει τοῖς φύμασι λείοις σὺν οἴνῳ. βοηθεῖ καὶ στραγγουρίαις. καὶ λυγμῷ. καὶ ἰκτέρῳ. λίθους τοὺς ἐν κύστει, θρύπτει. δοκεῖ δὲ ἀτόκιος εἶναι καθ' ἑαυτό, καὶ μετὰ ἡμιόνου ἀσπλοῦς πεγιαπτομένη. ἀστελήνου λεγομένου δὲ νυκτὸς φασὶ δεῖν αὐτῷ θύειν μείζονι ἀτοκίῳ.

De Asplenio. Cap. CXLII.

ASplenon. Sunt qui scolopendrion, q splenion, qui hemionion, qui pteryga, qui lonchitin, qui aturion, qui Phrygiã, qui Phrygitim, qui philtrodotẽ uocent. Magi felis sanguinẽ. Romani asplenon dicũt. Scolopendræ uenenato insecto folia similia habet, plura ab una radice simul prodeũtia. Nascit in petris parietibusq; opacis, lapidibus fluminũ confectis: sine caule, sine flore, sine semine, polypodij herbæ modo incisuris diuisa: ex inferiore parte aspera & flauescens, superiore autẽ uiridis. Possunt folia eius lienem minuere: in quẽ usum in aceto decoquũtur: bibiturq; decoctũ id quadraginta diebus. Lieni præterea concisa eadem folia ex uino emplastri modo imponenda sunt. Quinetiam uessicæ stillicidio, singultui, & fellis suffusionibus subueniunt. Calculos uessicæ frangunt. Creditur sterilitatem facere asplenon per se, & si cum muli liene corpori adalligetur. Iubentq; in hũc usum nocte effodi silente luna.

INTERPRES.

HEmionion Athenis Theophrastus, q muli libẽter ea uescũtur, uocari asplenon tradidit: Cretes asplenon, q primi in ea insula Gortynæi obseruauerint ad Potherieũ fluuũ pascentia hanc herbã pecora sua lienes imminuere. Vulgus ubiq; splenion, q lõgitudine latitudineq; sua fasciolæ, & ut sic loquamur, emplastelli formã habet: Posteriores usq; ad ætatẽ hanc nostrã, scolopendriã à scolopẽdra: q similitudine & figura quã habet, foliosum magis cespitẽ q̃ plãtam uocauerunt. Indicata alijs etiã appellationibus est, sed nõ adeo certa rei indicatione. Scimus quidẽ pterygia Græcis alas & pinnas aliũ significare: sed nihil debuerit: nec priuatim Phrygiæ adscribi, cũ ubiq; nascaẽ. Nouerũt modo omnes officinę scolopẽdriã, à terrestribus scolopẽdris, quarũ figurã folia eius referũt, appellatã: lõga ut illę sunt, ab imo ad summũ æqualia: & ex inferiore parte transuersis flaueſcentibus lineis intersecta: quas uenenatę bestiolæ illæ serpẽtes, & in arcũ dum serpũt se circũagentes etiã ostẽdunt. Nasci hãc Dioscorides ait in petris & opacis parietibus, ὧν ἀπὸ λογχάκων, quod uersum à nobis est, ex fluminũ lapidibus cõfectis: certiore rei indicatiõe, q̃ si lapides simpli citer aut siliceis dixissemus. Id enim structuræ genus significauit Dioscorides q̃d male coagmẽtatũ & fibiin uicẽ cohærẽs rimas ducit: & à principio uacua habet spatia, in quibus accedẽte imbre putrescẽs calx alere herbas huiusce modi potest: Quod nõ facile in solida structura, & ex lateribus aut quadrato lapide erectis parietibus fit: sed in his qui rotundo & inquali lapide confecti fuerint, quales κόχλακες à Græcis dicunt, attriti longa aquarũ uolutatione, & harenis in fluminibus lapides: duri quidẽ, sed ob rutunditatẽ, lẽuorẽ, inæqualitatẽq; suã male in parietũ structura cohærentes, & hærẽtem sibi calcẽ retinẽtes. Esse aũt κόχλακας uulgares in torrẽtibus lapides, multa in Græcis indicant: præsertimq; quæ ab hoc ipso in lacte, & à Paulo Aegineta primo suæ medicinæ libro de coquẽdo in certos usus lacte ostendũt. Addidit Theophrastus his IX. de plantarũ historia, amare scolopendriã hanc mõtana loca & petrosa: Radice tenui esse: & ad faciendã hominis sterili tatẽ dari, additis mulina ungula & corio: Cætera ambobus eadẽ omia sunt. Diximus præterea & si ad superfetationẽ magis q̃ ad medicas herbæ uires pertineat, in extremo capite: Noctu effodiendã esse silente luna: interlunium, & cũ sole syderis eius cõgressum intelligẽtes: id enim tẽpus antiqores Romani lunæ silẽtia appellauerũt. Licetq; passim in disciplina rutis audire præcipiẽtes ueteres scriptores, silente luna faciendũ hoc aut nõ faciendũ illud opus. Id q̃ tẽpus tantũ Græci ἀσέληνον νύκτα, id est, sine luna noctẽ uocauerũt: tunc enim ex æquo soli currens, nullã noctis partẽ illustrat. Et quæ Maro in Troianæ urbis incendio, tacitę amica silentia lunæ appellauit: non alia q̃ tenebræ noctis erant. Nec obstat q̃ in eadẽ narratione dixerit, oblatos Aeneę per lunã hostes &c. Potuit enim tunc aliqua parte noctis fulgere luna: aliqua deinde post q̃ occidisset, non fulgere: & ut poëtæ solent, simplices noctis tenebras silentia appellare.

Silens luna

περὶ Ἡμιονίτιδος. φνη'.

Ἡμιονῖτις. οἱ δὲ, σπλήνιον. φύλλον ἀνίσιμον ὅμοιον δρακοντείῳ. μίσχος δ' ἑξ.

De Hemionitide herba. Cap. CXLIII.

HEmionitin, sunt qui splenion, Romani hemionitida pariter Græcis appellãt. Foliũ pfert dracũculo simile, lunę nõdũ tumẽtis ĩ globũ figura.

Radices

ῥίζαι ὑπόλευκοι πολλαί. λεπταί. οὔτε καυλὸν, οὔτε κάρπον, οὔτε ἄνθος φέρει. φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις. ὀδυναμίῳ δὲ ἡ πόα συπτική. πίνεται δὲ ὡς σὺν ὄξει πρόσθεσα, τοῖς ὠλίοις.

Radices illi sunt multæ gracilesq; . Non caulem, non florem, non semen fert. Nascitur petrosis locis, adstringente gustu. Bibitur in aceto ad minuendos lienes.

INTERPRES.

NOn temere penitus suspicati sunt ex antiquis & posterioribus medicis aliqui, eandē asspleno hemionitin hanc esse: nec duplicē, sed unā utriusq; historiā & medicinā in scriptore hoc legi: utraq; enim à mulis facto nomine indicatur: utraq; nec caulē, nec florē, nec semē fert: utraq; in petris nascit: utraq; lienes minuit: & quod in foliis alterius differre uideaē, idē facile esse potest. Longitudine enim & figura nō adeo differt à scolopendria dracunculus: ut non potuerit alterutro aliquid cōparari. Diuq; nos in suspicione hac ancipites, autoribus antiquissimis & optimis Græcoq; medicis præsertimq; Paulo Aegineta seorsum de utraq; agentibus, seorsum tandē de utraq; egimus: illam asplenō, hanc priuatim hemionitin uocari tradentes: congenerē illi quidem, foliorū tamen aliqua diuersitate dissimilē, nec uiribus æqualē. Siquidē extenuat asplenos, nō tamē calet: hemionitis adstringendi uires cū amaritudine habet, ut testati de utraq; meliores Græcorū medici fuerūt. Magna inter eas foliorū similitudo, quæ non satis fuisset simpliciter lunata dixisse, à scriptore hoc μηνοφύλλῳ appellata. Habet enim id sydus plura luminū incrementa, eadēq; luna non eadem luce semper fulget: sed est cū toto orbe fulgens totā illustrat noctem: Est cū utrinq; gibbosa, quam ueteres Græci ἀμφίκυρτον, ut illam πανσέληνον uocāt, maiorē noctis partē copiosa impleat luce: Est cū dimidiato globo splēdens, λχόμηνις à Græcis dicitur: Est tandē cum à sole digrediens, usq; ad quartā diem non multa luce adhuc fulget: eoq; tēpore Graeci plerūq; μήνην uocāt. Et in hoc lunæ interuallo hemionitidis folia syderi illi cōparauit hic scriptor. Alioqui si lunatū simpliciter eius foliū dixerit aliquis, incertā ex incerta eius syderis quantitate & specie figuram significabit. Veritiq; nos, ne quod in lunę amoribus fabulati aliqui sunt nobis accideret, pluribus Græcam uocē μηνοφύλλ uertimus: diximusq; lunæ nondū tumentis in globum, ex hemionitidis folio lunæ lumina describentes. Quod aūt timere nos fictū ab antiquis de lunæ amoribus diximus huiusce modi est: Amabat Lathmium Endymionē luna sydus quotidianis luminū incrementis & decremētis nitēs obeso: nunc gracili corpore mortalibus fulgens. Dumq; cōmunia quærēs mulier gaudia solicita spatium decurrere amoris cogitauit, ut erat ingenio muliebri: & ut res est solliciti plena timoris amor: Si nudo & maculoso corpore ad eum accessisset, fore ut sine amictu fucoq; aliquo accedens, impudens simul & turpis uideretur: periretq; sibi omnis quæ ex pudore & forma in muliere amori quæritur, gratia. Ideo uocata ad se Arachne, ut erat tunc toto orbe plena, tunicā & talarē pallam texere & uersicolori pictura exornare sibi iussit. Paruit deæ homo: absoluto q; post aliquot dies opere, ad eam reuersa, peccasse se multum intellexit, quæ gracili tunc & iunceæ uirgini, māmosæ matronæ accommodatos amictus elaborasset. Indignata etiam dea est, grauiterq; increpitam iussit retexto omni opere quod laxius fecerat, angustius iterum elaborare. Abijt mulier, nec mulo post reuersa, cū multo uentre tumere iterum, quam gracilem reliquerat, uidisset: intelligeret q; non artis, sed uitio deæ id fieri, non reditura posthac abijt. Nec fraudi homini fuit, q; in amicienda & ornanda ad usum amoris instabili dea nihil sua arte potuisset. Quemadmodum interpreti lunaram dicenti herbam merito obijceretur: legentibus nihil certum in incerto sydere reliquisse: nec quo tēpore lunam intelligere eius formam oporteret.

ἀμφίκυρτον πανσέληνον λχόμηνις

Περὶ Ἀνθυλλίδος. Κεφ. φνθ'.

De Anthyllide herba. Cap. CXLIIII.

ΑΝθυλλίς. οἱ δὲ, ἀνθυλλομον. οἱ δὲ, ἀνθεμίδα. οἱ δὲ, ἐρανθεμις. οἱ δὲ, λθυκάνθεμον. οἱ δὲ σωσανθίς. οἱ δὲ, ἄνθος πεδινόν. ῥωμαῖοι σωλάστρον καλοῦσι. δίπλη. ⊥ ἡ μὲν φακῷ παραπλήσια. φύλλα ἔχει κλωνία. σωθαμὶς ὕψος. ὀρθὰ δὲ τὰ φύλλα μαλακά. ῥίζα λεπτή. μικρά. φύεται ἐν ὑφαλμύροις τόποις καὶ εὐκλίοις, ὀδυμένῳ ὄφαλμος. Ἡ δὲ ἑτέρα χαμαιπίτυϊ τὰ φύλλα καὶ τὰ κλωνία ἔοικε. τραχύτερα μὲν καὶ βραχύτερα καὶ τραχύτερα. τὸ δ' ἄνθος πορφυροῦν, βλίσσομον ὀχυρῶς, ῥίζα ὡς πρόκιχωρίου. Δύναται δὲ ὀχυρῶς διουρεῖν καὶ νεφρικοῖς πινομένη βοκάθῃ μέτρῳ ⊲ δ'. ἐκμαλάσσουσι δὲ φλέγματα καὶ ὑστέρας λεῖαι, σὺν ῥοδίνῳ καὶ γάλακτι προσπεμμύαι. ἰῶνται δὲ καὶ τραύματα. ἡ δὲ τῇ χαμαιπίτυϊ ὁμοία μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἐπιληπτικοὺς ἰᾶται, σὺν ὀξυμέλιτι πινομένη.

ANthyllida. ⊥ Sunt qui anthyllon, qui anthemida, qui eranthemon, qui leucanthemon, qui soranthes, qui cāpestrem florē. Romani anthyllidem, uel ut legitur solastrum uocant. ⊥ Duo genera eius, alterū lēti folia ramulosq; similia habet. Dodrantali altitudine ipsa est, recta, mollibus foliis. Radix illi gracilis breuisq; . Nascit fabulosis apricis locis: gustu salso. Altera ramis foliisq; chamępityi, quę humilis pinus & terrestris dicitur, similis est: hirsutior tamen, breuior & asperior. Florem habet hæc purpureum grauissimi odoris: cichorij radicem. Quæ pota drachmaę quatuor pōdere, urinæ angustis, renūq; cū urinę malo aliquo doloribus subuenit. Muliebriū locoę inflāmatiōes cōpositę: & præter hæc uulneribus medēt. Quæ uero chamępityi similis est, ultra alia qbus auxilio est, comitialibus cū aceto mulso utiliter bibit.

Interpres

INTERPRES.

MAle habita à librarijs & tẽporꝫ iniurijs in Dioſcoride anthyllis hæc, ut uidetur, diu fuit: multa ideo toto capite paꝫ integra, qua licuit ratione à nobis inſtaurata ſunt. Fuitꝙ illud primũ, quod in ſcriptore hoc legitur, naſci eam ἐν ὑφαλμύροις τόποις, quod eſt ut cæteri interpretes uerterunt, ſalſis aut ſalſuginoſis. At non fuiſſe hanc antiquã lectionẽ, meliores & uetuſtiores Græcorꝫ codices, in quibus ὑφάμμοις legitur, id eſt, harenoſis, teſtãtur: & his accedens Plinius XXI. uolumine capite XXIX. ſcribens: fabuloſis aprici naſcens. Excuſandũ hoc in illis, qui oſtendẽtibus id Græcorꝫ cunctis codicibus qui circunferũtur, uitium ſuſpicari in re quæ tamen multis locis fit: non potuerunt. At non huiuſcemodi quod ſequitur: μαλάσσουσι δὲ φλέγματα ἐν ὑστέρᾳ: quod ab illis ad pituitas pertinere creditũ eſt, aduerſante & reclamante ſtatim re ipſa. Mulieribꝰ ſiquidem locorꝫ nullæ priuatim in malorꝫ & uitiorũ cenſu pituitæ dicuntur: & ſi ſint dicantur'ue, moliri dici non poſſunt: per ſe enim molleſcunt & fluunt pituitæ. Quæ uero mollienda ſunt, dura eſſe oportet. Id etiã meliores Græcorꝫ & Latinorꝫ codices indicauerunt, in quorꝫ alteris φλεγμονὰς τὰς ἐν ὑστέρᾳ, id eſt, uuluæ inflãmationes: in alteris hyſtericos tumores legere adhuc facile eſt. Et præter eos Plinius dicens eodẽ loco: Altera bibitur in duritie uuluarꝫ. Eiuſdem rei multiplici indicatione, ſiue inflãmationes, ſiue tumores, ſiue duritiem dicas: fiunt enim cuncta hæc ſimul plerunꝙ. Quodꝙ inflãmatur & coit, tumet: & quamdiu non diſcutitur aut maturatur, dureſcit. Quinetiam quod hoc confirmet, contra tumores pedũ, qui in prægnantibus fiunt, utitur anthyllide hac Paulus Aegineta primo ſuæ medicinæ uolumine, capite quo agit de his quæ in fœtura prægnantibus accidunt. A floribus factũ illi nomen merito crediderit aliquis, præſertim inter alia dicente hoc, cãpeſtrem uocari florẽ. Nihil tamẽ in priore genere ab hoc alijs'ue traditũ de eis eſt. Quæꝙ numerantur in eo notarum diſcrimina, ex folijs tantum & totius plantæ figura ſunt. Secundo purpureus & grauiſſimi odoris tribuitur flos. Quo ſermonis conceptu & hiſtoriæ ductu nõ male credat aliquis debuiſſe in priore illo genere, de flore eius & floris colore agi: aut, ut in uulgari & nota re fit, relictũ à Dioſcoride eſt, quod tunc omnibus notiſſimũ erat: Oportereꝙ nunc legentes candidum florem eius intelligere: ex quo cõmunicatæ huic aliquot chamæmali appellationes fuerunt, anthemis, eranthemos, & leucanthemos, cuius candidus flos eſt. Nec nos aliter cenſemus, quàm chamæmalo ſimilem in floris colore & forma eſſe, & ſi, ut paulo ante diximus, nihil in priore illo genere alicubi quod ad flores pertineat, legatur.

De Anthemide, quam noſtri Chamomilam uulgo uocant. Ca. CXLV.

ANthemida. Sunt qui leucãthemon, qui, propterea qꝙ uere floret, erãthemon: qui qꝙ malis odore ſimilis eſt, chamęmalon, qui malanthemon, qui chryſocomen, qui callian dicant. L Aphri aſtertiphe appellant. Romani chamæmalum ⌋ uocãt. Genera eius tria, flore tantũ inter ſe diuerſa. Ramuli omnibus dodrantales, fruticoſi, multis alarꝫ cauis: foliolis paruis, tenuibus, numeroſiſꝙ: capitulis in orbẽ circũactis: in quibus flores ſunt colore intus ad auꝝ inclinato, foris per ambitum circũpoſita folia habẽtes in triplici genere candida lutea'ue, aut purpurea, rutę foliorum magnitudine. Naſcitur chamæmalum macris aſperiſꝙ locis, & ſecus uias & itinera. Colligitur per uer. Habentꝙ calefaciendi & extenuandi uim flores, radices, & herba. Bibentibus decoctoꝙ earum infidentibus menſes, fœtus, urina & calculi educuntur. Bibenda ileoſis & inflationibus dantur. Fellis ſuffuſiones emendant, & iocinoroſis medentur. Quinetiam cunctorum generum decocto utiliter ueſſicæ uitia fouentur: calculoſis tamen utilius & efficacius, qd florẽ purpureũ habet undiqꝙ, cæteris maius: idꝙ proprie qdã erãthemon uocãt. Quod uero leucãthemõ dicũt, ciẽdis urinis aptius: ſimiliterꝙ chryſanthemũ. Sanant emplaſtri modo etiã impoſitæ omes oculorꝫ fiſtulas quas ægilopas uocant. Commanducatæ, oris ulceribus quas aphthas nominant, medent. Vtũtur aliqui etiã ad clyſteres oleo tritas adꝛicientes

περὶ Ἀνθέμιδος. κεφ. φξ'.

Ἀνθεμίς. οἱ δὲ λευκάνθεμον. οἱ δὲ ἐρανθεμον. διὰ τὸ ἀνθεῖν ἐπὶ ἔτος. οἱ δὲ χαμαίμηλον. διὰ τὸ ὀσμῆ. οἱ δὲ μελάνθεμον. οἱ δὲ χρυσοκόμην. οἱ δὲ καλλίαν. ⌊ ἐφεσιοι μάλιουμ. ἄφροι ἀστι μόνον διαφέροντα. κλῶνες ὠδαμαῖοι καὶ ὑποδεεῖς. μαχάλας ἔχοντες πολλάς. κλωνάρια μικρὰ, λεπτὰ, πολλά. κεφάλια περὶ ἄκρῃ. ἐνδοθεν μὲν χρυσίζοντα ἄνθη. ἔξωθεν δὲ πτερύγια κυκλοτερῶς λευκὰ, ἢ μίλανα, ἢ πρασινᾶ. ⌋ μέγεθος πηγάνου φύλλου. φύεται δὲ τόποις τραχέσι καὶ ψαμμώδεσι καὶ ὁδοῖς. συλλέγεται δὲ ἔαρος. Δύναμιν δὲ ἔχουσιμὰι ῥίζαι, καὶ τὰ ἄνθη, καὶ ἡ βοτάνη θρμαντικήν. λεπτυντικήν. πινόμενα δὲ ⌈ ἐγκαθιζόμενοι, καταμηνία ἄγουσι καὶ ἔμβρυα. ⌈ λίθους. ⌈ οὖρα. πτίζεται δὲ καὶ πρὸς ἐμπυήματώσεις ⌈ εἰλεούς. καὶ ἰκτερικοὺς δὲ ἀποκαθαίρουσι, ⌈ ἡπατικοὺς ἰῶνται. ⌈ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς εἰς πυρίας λαμβάνεται τὰς πρὸς κύσιν. πρακτικώτερον δὲ τοῖς ἀνθοῦσι τὸ προφυσῶδες, ὅ τι τοῖς ὅλοις ἐστὶ μεῖζον, ἰδίως ἡράνθεμον καλούμενον. τὸ δὲ λευκάνθεμον καλούμενον, οὐρητικώτερον, καὶ τὸ χρυσάνθεμον. θραπεύουσι δὲ καὶ αἰγιλώπια καταπλασσόμενοι. διαμασώμενοι δὲ καὶ ἄφθας ἰῶνται. χρῶνται δέ ⌈ συγκλύσμασι μετ' ἐλαίου λιβανωτοῦ

πες αὐτὰ πρὸς ἀναστηλώσεις πυρετῶν. ἀρτίθεσι δὲ σὺν τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη ἕκαστον αὐτῶν κόπτοντας ἰδίᾳ καὶ ἀναλαμβάνοντας τροχίσκους. πίνειν δὲ ξίζαν ξηραίνοντας. χρείας δὲ ὠνημένης, δίδοναι ὁ τὲ μὲν τῆς βοτάνης μέρη β'. ὁ τὲ δὲ τοῦ ἄνθους ἢ φύλλου ξίζης μέρος ἕν. ὁ τὲ δὲ τριῶν τοῦ ἄνθους μὲν β'. φύλλου δὲ βοτάνης ἕν. ἐναλλὰξ διπλασιάζοντας ἀπὸ ἡμέρας. οἴνῳ δὲ δεῖ ἐν οἰνομέλιτι κεκραμένῳ.

tes pellendis circularibus febribus. Seruari autē folia oportet & flores: priuatim seorsumq; tundētes, tū in pastillos cōformātes. Siccari cōtrà radices: exigētéq; usu dare alíquando duas herbæ partes, floris autem aut radicis unam: aliquando contrà floris duas, herbæ unam tātum: alternis in dies hoc modo duplicātes, & in temperato mulso propinantes.

INTERPRES.

ABundantibus rebus, deficiētibusq; earū nominibus, coacti sunt qui priuatim singula proprijs appellationibus notare & indicare uoluerūt, translatis, cōpositis, auctis diminutisue uti nominibus: qui alioqui difficillimū erat, facillimū ingeniosa aliqua excogitatione ostēdentes. Nulla q̄ gens toto orbe, cōmunes omnibus res nō suis uocibus hac ratione indicat: fœlicius tamen hęc q̄ illa: omniū aūt felicissime Græci. Qui ut alia in doctrinis alijs ornata ab eis omittamus, plantarū historiā & medicā materiā cōpositis translatisq; uocibus his, ubi proprię deerant, amabilē & cognitu facilē omnibus fecerūt. Patet q̄ id toto hoc opere passim, sed præcipue in anthemide hac, in qua nulla est ex tam multis appellationibus, quæ non certā & rei cōiunctā significationē habeat. Omittimus quas hic ipse declarauit, eranthemon, q̄ uere floreat: & chamęmalū, q̄ pomi odorē habet, dici. Cæteræ etiā ex floris colore odore'ue, cōsensu aliquando gēcium factæ sunt: quæ ut interiorē exteriorē'ue floris colorē magis amauerant: sic leucanthemon à colore albo: aut chrysanthemon chrysocomen'ue à flauo auri colore eam indicauerūt. Vtroq; eā modo in scriptore hoc legit: quemadmodū ab odore mali quē habet, malanthemon: mali enim florē ea uox significat. Libet hīs addere à Theophrasto libro de plātarū historia octauo sępius gñe neutro anthemon dictā fuisse. Et quipassim in Græcis modo leguntur dodrātales ramuli, in uetustissimis utriusq; gentis codicibus duorū dodrantū altitudine herbā describūt: Nec multo post, ubi passim legit: κλωνάρια μικρὰ, λεπτὰ· φυλλάρια legi oportere, nō ramulos sed foliola: prius enim de ramis actum fuerat: tunc aūt de folijs herbæ agendum erat. Indicāt id uetustissimi Græcorū codices, & antiqua Dioscoridis interpretatio: quorum ope nos, quæ miscuerant alij interpretes, redire in sua loca coēgimus: diximusq; foliolis paruis, tenuibus, numerosisq; &c. Cætera in chamæmalo satis nota per se sunt, ideoq; à nobis longius non tractanda.

περὶ παρθενίου. κεφ. φξά.

Παρθένιον. οἱ μάραγκον. οἱ ἀνθεμίδα. οἱ λευκάνθεμον. οἱ χαμαίμηλον. οἱ χρυσόκαλιν. οἱ μελάθαθρον. οἱ δὲ ἄνθος πεδινόν. φωμαῖοι σώλιν σέκλαμ. οἱ μυλεφόλιουμ. ἄφροι θαμακάθ. φύλλα ἔχει ὅμοια κορίῳ λεπτά. ἄνθη λευκὰ κύκλῳ. τὸ μέσον μήλινον. ὀσμὴ ὑπόβρωμον. τῇ γεύσει πικρίζον. δύναται ξηρὰ σὺν ὀξυμέλιτι ἢ σὺν ἅλατι πεθεῖσα ὠφελεῖ τὸ ἐπίθυμον, φλέγμα, ᾗ χολὴν ἄνειμι κάτω. καὶ τοὺς ἀθμαλικοὺς ὠφελεῖ καὶ μελαγχολικούς. ἢ πόα ἐν χωρὶς τοῦ ἄνθους, ὠφελίμως ἐπὶ λιθιώντων καὶ ἀθμαλικῶν πρίζεται. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ ἐγκάθισμα ὑστέρας ἐσκληυμένης καὶ φλεγμαινούσης ὀξύ. κατάπλασσεται δὲ καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ φλεγμονὰς σὺν τοῖς ἄνθεσιν.

De Parthenio quam Romani Solis oculum dicunt. Caput CXLVI.

PArthenion. Sūt qui amaracū, qui anthemida, qui leucāthemō, q chamæmalū, qui chrysocalida, qui malobathron, qui cā pestrē florem appellent. Thusci cautam, Aphri thamacath. Romani solis oculū aut millefoliū uocant. Coriandro folia similia habet tenuiaq;. Flores per ambitū candidos, in medio luteos. Odore uiroso herba est, & gustu amaro. Potest ficca in aceto mulso uino'ue addito sale pota expellere, thymi modo bilē & pituitā per inferna trahere. Prodest eadem suspiriosis, & his quos atra bilisue excruciat. Datur bibenda utiler herba sine foliis calculosis suspiriosisq;. Fouentur decocto eius insidentes fœminę cōtra muliebrium locorum duritiem & inflammationes. Et præter hæc sacris ignibus inflammationibusque emplastri modo cum floribus imponitur.

INTERPRES.

ALia hæc parthenion est ab ea quam Celsus lib. III. perdicion uocari etiam tradidit: reprimereq; simul & refrigerare. Illa helxine muralis & perdicion dicta: hæc pluralibus ab anthemide inuentis appellationibus, similis congenerq; illi credenda est. Illa à Nicandro in Theriacis uenenatis mederi prodita: hæc sanandis suspirijs, atræ bili, calculosis q̄, inflammatis, duratisque muliebribus locis apta. Hæc chamæmalo similis flore per ambitum candido, in medio luteo: Illa Mercurialis herbæ foliis descripta: & ne longiores simus, notis omnibus inter se diuersæ, solo eodem nomine legentes fallunt. Fallit autem non nomine sed re parthenion tam similis chamæmalo, ut pro ea sæpius ab imperitis carpatur. Habet enim illi similem paulominus quàm in cūctis florem. Differt magnitudine, quę in parthenio amplior undiq; est: differt & signra: q̄ coloribus in utriusq; flore partibus chamęmali flos in medio tumet & in altū erigit: folia uero

uero ad terrã inflexa descendũt in parthenio folia medio exæquata per ambitũ stant. Nobis ex his quæ diu obseruauimus inclinat animus, chamæmalo congenerẽ esse: & ut in plerisq; aliis fit, nota aliqua priuatim ab aliis dispesci: quæ in parthenio hac uirosus odor est: quẽadmodũ in bouis oculo, quæ mox dicẽda erit, somera tæ, quæq; quæ chamæmalo cõmunes sunt, à nobis relinquent: aliæ qualis amaracus est, parq; certe dila magnitudo qua à parthenio hac, illa distinguit. Sunt parthenij huius aliæ appellationes à principio nuci & enarrari à nobis possunt: etsi antiquissimi scriptores amaracũ hanc uocari dixerint, Galenus, Paulus, aria & cõmentationẽ hãc nostrã facit: falsoq; à Marone dictũ fuisse, ubi mollis amaracus illũ &c. cũ hæc ὑπέρφωμα, id est uirosa & graui odore fit. Incertũ etiã, cur Romani solis seculũ dixerint: nisi forte non solis seculũ, sed solis oculus dicenda ea sit. Hoc enim magis probamus, q̃ si solisequiũ dicatur. Neq; enim q̃d hactenus legerim, solẽ sequi parthenion hæc à quoq; dicta est. At si solis oculus dicat, aptior rei appellatio erit. Folijs enim per ambitũ radiatus eius flos, in medio aũt luteus orbis, solis disci figurã ostendit. Millefoliũ autẽ dici foliorũ tenuitas fecit: quæ ut in bouis oculo sunt, capillata & fœniculo similia uident, & infinita penè ex uno ramulo pendent. Nobis ut paulo ante diximus inclinat animus, chamæmalo congenerem, media floris magnitudine interillam & mox sequentem bouis oculum esse.

περὶ βοφθάλμου. κεφ. φξβ'.

Βούφθαλμον. οἱ δὲ κάχλαν. οἱ δὲ βαλσαμίνην. προφῆται αἱμοῤῥόα. οἱ δὲ γόνος ἕρμοῦ. οἱ δὲ γόνος ἀφροδίτης. οἱ δὲ μυκησίθεος. ὡμαῖοι καππαδοκικὸν ἀφροντιβάτ. καλοῦσι. καὶ λοιπὰ ἀνίκητον τρυφερόν. φύλλα δὲ μαθιόλῃ. ἄνθη μίλινα. μείζονα δὲ ἀνθεμίδος. ὀφθαλμοὶ δὲ ἡ. ὅθεν μὴ ὠνόμασαι. φύεται δὲ ἐν πεδίοις, μὴ περὶ τὰς πόλεις. ταύτης τὰ ἄνθη λεῦσαι κηρωτῆς, οἱ δὲ ἡμᾶλα μὴ σκληρίας διαφορεῖ. φασὶ δὲ ἕν τινὸς μόνον, εὖ χρόαν πρὸς χρόνον τινὰ τοῖς ἱκτερικοῖς.

De Bouis oculo quã Græci Buphthalmon uocant. Cap. CXLVII.

BVphthalmõ. Sunt qui cachlan, qui balsaminen, qui menesitheon uocẽt. Magi Mercurij genituram, siue incorruptibilẽ geniturã. Aphri narat. Romani cappacoraniam nominãt. Coliculos profert teneros gracilesq;. Folia fœniculo similia. Flores luteos, chamæmali floribus maiores, oculorũ figura, unde et nomen inuenit. Nascitur in planitie circa oppida & urbes. Eius flores cum cera subacti, tumores duritiesq; discutiunt. Ferunt præterea à balneo statim potam ad aliquod tempus herbã, suffusis felle coloris bonitatem reddere.

INTERPRES.

QVæ solis oculũ partheniõ uocari causa fecerat p ambitũ floris radiata folia, & in medio discus colore luteo: eadẽ similẽ illi buphthalmõ noiari fecit. Figura floris eẽ in utraq; paulo minus q̃ eadẽ: sola magnitudo discrimẽ facit. Eãq; ob causam nomẽ hæc sibi à maiore maioris quadrupedis oculo inuenit, bouisq; oculus dici uoluit: etsi à magnitudine oculi simpliciter potiꝰ dicta forte aliqs nõ male credat: pertim dicẽte hoc ipso, simpliciter esse ὀφθαλμοειδῆ, q̃d trũ figura & specie oculi significat. Plinius tñ xxv. uolumine, cap. viii. his uerbis eã descripsit: Est & buphthalmos similis boũ oculis. Quẽ nos secuti, bouis oculũ interpretati sumus: alioqui, ut pauloante diximus, magnitudine floris, q̃ cõgeneres alios oẽs supat, uocari potuit. Siquidẽ βοῦ particula in Græcis auget: habetq; ea gẽs penè infinita, q̃ cõiũcta sibi ea particula augent, & in suo genere maiore amplitudine fiũt: qua ratiõe potuit & buphthalmos hæc, nõ à bouis oculo simplici alia uilior frequẽtiorq; locis pinguibus & plerunq; incultis nascitur: in nullo nostra ætate mensaq; aut medicinæ usu & honore. Quondam decocti eius coliculi aliorum olerum modo mandebantur. Quodq; nos diximus, nasci in planitie, eò pertinet, ut montes odisse eam, neq; in illis inueniri, legentes sciant. βοῦ.

περὶ παιονίας. κεφ. φξγ.

Παιονία ἄρρεν. οἱ δὲ, γλυκυσίδην. οἱ δὲ πεντόβοριν, οἱ δὲ ὀροβάλιον. οἱ δὲ ὀροβάτην. οἱ δὲ, ἀιματωδόν. οἱ δὲ παισανδίκην. οἱ δὲ μονοτέρε. οἱ δὲ ἰδαίους δακτύλους. οἱ δὲ, ἀγλαοφωτίδα. οἱ δὲ θεοδόνιον. οἱ δὲ σεληνιτικόν. προφῆται σεληνόκερον. οἱ δὲ φθίσιν. ὡμαῖοι κάσα. ἣν δὲ καλοῦσι παιονίαν καλοῦσι. καυλὸς ὡς δωδεκαδάκτυλος φύει, πεφυκὼς ἐκ πολλάς. φύλλα μικρὰ ἀσπληνίου βασιλικοῦ κλάδῳ ὁμοῖα. ἡ δὲ θήλεια ἀπέχει τὰ φύλλα ὡς πρὸς μύρσινον. λοβοὺς λέγουσιν ἀνίκητον ἐπ' ἄκρου καυλοῦ ἀμυγδάλοις ὁμοίους. ὧν ἀνεωγότων εὑρίσκονται

De Glycyside quã & Pæoniã uocãt. CXLVIII.

PAeonian. Sunt qui glycysiden, qui pẽterobon, qui orobalion, qui orobacã, q hæmagogon, qui pæsæden, qui monogenion, qui menion, qui pæonion, qui panthicerota, qui Idæos dactylos, qui aglaophotida, qui theodonion, qui selenion id est lunarem. Magi lunæ genituram aut phthisin. Romani castã herbã nominãt. Nascitur Pæonia caulis duorũ fere dodrantũ altitudine, multa adnata habens. Duorum generum est, mas fœminaq;. Habet mas regię, id est iuglandi nuci similia folia: fœmina uero smyrnij modo secta & incisuris diuisa. Fert utraq; in summo caule folliculos quosdam amygdalis similes: quibus dehiscentibus, inueniunt

P ruben-

ἐρυθροὶ κόκκοι πολλοὶ μικροί. ἐμφερῆς τῆς ῥοιᾶς. ἐν μέσῳ δὲ μέλανες. ἐμπόρφυροι ἐνίοτε. ῥίζα δὲ τῆς μὲν ἀρρένος, Lλεπτή.J ἐπὶ δακτύλου πάχος. μῆκος δὲ σπιθαμῆς. γλυκομένῳ σύφουσα. λευκή. ἐπὶ δὲ τῆς θηλείας παραφυάδας ὡς πρὸς βαλάνους ἔχουσα ζ'. ἢ η'. ὡς πρὸς ἀσφόδελος. δίδοται δὲ L ξηρὰ J γυναιξὶ μὴ ῥίζα ταῖς ἐκ τόκου μὴ καθαιρομέναις. κινεῖ δὲ C τὰ καταμήνια ἀμυγδάλου μέγεθος πινομένη. τῆς τε κατ γαστέρα δυσωδίας βοηθεῖ πρὸς ὄξος ὀξυκράτῳ. ὠφελεῖ δὲ καὶ ἰκτερικούς. C νεφριτικούς. C κύστιν ἀλγοῦντας. ἐψηθεῖσα ἐν οἴνῳ C πινομένη κοιλίαν ἵστησι. τοῦ δὲ καρποῦ ἡ. ἢ ιβ'. κόκκοι πυρῆνες πρὸ ἑνὸς ὀξυκράτῳ μέλανι αὐστηρῷ, ῥᾴδιον ἐρυθρὸν ἰσῶσι. σπλαγχνικοῖς τε δακνομένοις ἐσθιόμενοι βοηθοῦσι. καὶ ὑπὸ τῶν παιδίων πινόμενοι καὶ ἐσθιόμενοι, ἀρχὰς λιθιάσεως πρὸ αἰτοῦνται. αἱ δὲ μέλαιναι καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ ἐφιαλτῶν πνιγμοὺς καὶ πρὸς τὰς ὑστερικὰς πνίγας καὶ ὀδύνας μίτυρας ἐν μελικράτῳ ἢ οἴνῳ, ὅσον ἐ. κόκκοι πινόμενοι, πριοῦσι. L φύεται δὲ ἐν ὑψηλοτάτοις ὄρεσι καὶ ἀκρωτηρίοις.J

rubentia grana multa paruáq;, punicoꝝ acinis similia: & inter hęc media, colore in purpura nigro alia quinq; aut ſex. Maris radix eſt digitali fere craſſitudine, longitudine dodrantali, candido colore: & adſtringente guſtu. In fœmina adnata & ſoboles ueluti glandes ſeptẽ aut octo radix eadẽ habet aſphodeli modo. Datur Lficcata J Pæoniæ radix puerperis quæ à partu non purgantur. Menſes ducit amygdalæ quantitate pota. Bibitur in uino etiã contra dolores alui. Felle ſuffuſis prodeſt. Prodeſt renũ cũ urinæ malo aliquo & ueſticę doloribꝰ. Siſtit aluũ in uino decocta potáq;. Quinetiam ſeminis rubentia grana decẽ aut duodecim in nigro auſtero uino pota, rubentes muliebres fluctiones ſiſtunt. Comedunt eadẽ utiliter cibum in ſtomacho non continentibus, & eius eroſionibus. Incipientes præterea calculos pueris in cibo potuq; diſſiciunt. Quæ autẽ ex illis nigro colore ſunt, nocturnis præfocationibus quas ephialtas uocant, & præter has ſtrangulatu uuluæ obmutescentibus, eiuſdẽq; partis doloribus, numero quindecim pota ſubueniunt. LNaſcitur Pæonia altiſſimis montibus & promontoriis.J

INTERPRES.

ANtiqua pariter & honeſta, ſiue Pæoniã ſiue glycyſidẽ eam uoces, plantæ huius appellatio eſt. Habet enim altera autorem antiquæ medicinæ peritiſſimũ Pæonẽ, cuius in uera & fabuloſa hiſtoria egregiũ nomen & æterna laus adhuc eſt: altera à dulcedine, quã ſolo nomine indicat, non paruam illi dignitatẽ & gratiã acquirit. Accedit his, q̃ nihil non ſanari Pæonia ſuperſtitioſe credidit antiquitas: nec corporis tantũ morbis, ſed animi affectionibus, pariter mederi: imperare tempeſtatibus: arcere grandines: diſſicere ſatoꝝ rubiginẽ: & ne in huiuſcemodi longiores ſimus, lemuribus etiã aduerſari. Quod non aliũde in plebis animos irrepſit, q̃ ex his quæ Theophraſtus & Theophraſtũ ſecutus Plinius, pluresq; alij de legenda Pæonia ridicula magis q̃ ſuperſtitioſa tradiderũt: & ex his quæ à Dioſcoride de ephialtis naturę uitio, nõ deoꝝ ira, ut mox dicemus, præcepta in extremo cap. ſunt: Adiſciẽtibus cõtinue imperitis ex ſuperſtitione ſua deoꝝq; metu, quæ nullã haberẽt naturæ rationẽ, religionẽq; medicinæ turpiſſime miſcẽtibus. Ex his factũ eſt, ut tam multis nominibus una cenſereꝰ Pæonia: quoꝝ aliqua nullã, niſi ex humana ſuperſtitiõe, cauſam & originẽ habẽt: qualia ſunt menion ſelenion q̃, lunarẽ herbã ſignificantia: qualia itidẽ Idæi dactyli, qui in Creta nutriſſe Iouẽ dicti fuerũt, in uetere ſuperſtitione q̃tidianis precibus exorati: quibus poteſtate Pæonia cõparabatur. Niſi forte, q̃d magis ueriſimile eſt, prima huius nominis origo à radicibꝰ eius facta fuerit: quas hic ait in fœmina glandiũ quantitate, & aſphodeli figura eſſe: & à digitali longitudine quã habent, dactyli primũ uocata ex eo herba fuerit: mox accedẽte ſuperſtitione, ad Idæos dactylos trãſtulerint homines: & quæ ſimpliciter dactyli herba nominabaꝰ, religioſe Idæi dactyli uocari incœperit: mox theodonion, q̃d diuinã opẽ & auxiliũ pollicetur: tum aglaophotis, q̃d lucis ſplendorẽ oſtendit: poſtremoq; caſta herba, mo do antiqua Romanorũ ea appellatio ſit. Ex eodẽ genere reliqua ſunt, præter ea quæ ad numeꝝ folliculoſq; & ſeminũ figurã in ea pertinent, qualia ſunt pentorobon quaſi quinqueruũ, orobalion & orobax, omnia ab eruo notiſſima fruge facta: cui Pæonię ſemen quãtitate in cunctis, colore aũt in quinq; aut ſex tantũ par eſt. Sola hæmagogos uox à ducẽdo ſanguine facta fuit: pertinetq; ad uires eius, quibus puerperis à partu ſe nõ purgantibus prodeſt. Cæteras eius appellationes ut minus notas hoc tempore relinquimus. Vnum Pæoniæ genus tantum tradidit Theophraſtus libro nono de plantaꝝ hiſtoria, quo loco, niſi à Plinio iſtic ẽ uerbis redditum eſſet quod ab eo traditur, non diceremus. Id huiuſcemodi eſt: ἀλλὰ τὰ ζιαῦτα ὥσπερ ἐπιθέτατα καὶ πρόσθεν, ζῖον πλὴν παιωνίαν, οἱ δὲ γλυκυσίδλιν καλοῦσι, νύκτωρ κιλιόυσιν ὀρύπλειν· ἐὰν δ' ἡμέρας καθ' ὁρᾶν τὶς ὑπὸ δρυοκολάπτου, ἢν μὲν κρατῆν ἀπολέγων, κινδυνεύῃ ζῆν ὀφθαλμοῦ: quorum ſenſus ſit, ut Plinius etiam reddidit: Verum adiſciuntur hæc & ex longinquo, quemadmodum Pæoniam, quam glycyſidem uocant, noctu effodi iubent: quoniam ſi per diem fodiatur, uideatq; picus auis, qui ſemen legit, oculis periclitatur. Vidimus nos, renaſcentem q; aliquot annis utranq; Pæoniam obſeruauimus: & ex iſs quas habebant ambæ præcipuas & certiores notas, folia ſcilicet, caules, folliculos, & in folliculis ſemina: nihil ſcriptoris huius hiſtoriæ aptius reſpõdere uiſum eſt. Quod ſolũ diſcreparet, neque huic ſcriptori, & quas uidimus Pæoniis conueniret, radices, & quadantenus in ſumma ſemina claudentes folliculi erant: in quibus radices primum in utraq; plures numero uidimus: in maſcula non ultra duas, in fœmina quatuor tantum. Et nihilominus unam in maſcula hic radicem conſtituere uidetur, in fœmina autem ſeptem octo'ue. Non cõuenit in maſcula etiam longitudo: hic enim dodrantalẽ facit: nos

nos uero longè breuiorem uidimus. Potuit diuersitatis huius causa esse, & hic ultimũ incrementũ, & extremum indicauit numerꝰ: Nos autem crescentẽ adhuc uidisse utrãq; fœminæ enim asphodeli modo possunt annuis incrementis augeri in numerꝰ radices: isq; totus & ultimus septẽ aut octo esse. Potest & in altũ agi radix usq; ad dodrantẽ: & hæc longissima eius mensura esse. Quod autẽ omnino discrepet, radicũ numerus simpliciter est: Hic enim masculæ singulari numero radicẽ tribuit: quã uero nos uidimus, pauciſſimis, duabus scilicet in terra nitebatur: nec pauciores duabus hæc aut illa inuẽta est habere. Quod post radices discrepat, folliculi etiã seminũ sunt: quos in mascula tres quatuor' ue: in fœmina singulares tantũ uidimus: in illa crassiores & maioribus intus seminibus, in hac breuiores graciliores q;, & minoribus intus seminibus. In mascula ut hic ait rubentibus alijs, nigris uero alijs: in fœmina nigris omnibus: & nihilominus paria colore & magnitudine in utraq; ab hoc omnia constituũtur: Sed nullo constituto numero, quosdam hic folliculos dicens, & grana punicorũ acinis similia, contra naturã nihil decreuisse uideri potest. Desiderari tamen in huiuscemodi historia aliquid etiã potest, floris scilicet figura & color, qui puniceæ rosæ in fœmina uisus à nobis est. Cætera naturæ & huic scriptori eadẽ penitus erant: & quæ hic in mascula iuglandi nuci folia cõparauit, eadẽ figura uidimus duo tria' ue aut quatuor uno pediculo pendẽtia: in fœmina uero septẽ incisuris diuisa, qualia in maiore dracũculo aut elleboro nigro sunt: multo tamẽ minora q; masculæ: aptissimeq; hic smyrnio, qd olusatro simillimũ est, ea cõparauit. Illud naturã cognouisse cupiẽtibus in seminibus Pæoniæ quærendũ erit, quã habeat causam diuersus eoꝝ color. Et cur rubẽtibus cæteris, sine lege ordine' ue aliquo, quinq; aut sex tantũ nigro colore in eodẽ folliculo uideant: & an maturitatis eoꝝ nota color ille sit: an potius inutilia & sterilia niger indicet color. Laudata multũ antiquis ob uarias & multas utilitates Pæonia est: & inter cætera cõtra phãtasmata, quæ Græci ephialtas uocant: de qbus etsi Macrobius lib. 1. de somnio Scipionis longius egerit, nos tñ ex antiquoꝝ Græcoꝝ historijs decretisq; breuiter de uno tantũ hoc genere agemus: qui ephialtẽ hunc, uel ab huius nominis homine dictũ putãt: uel ab eo, q; credat aliquis inuadi se tũc ab aliq; id enim ἐφάλλεσθαι, inuadere & insilire alteri est. Themison tamẽ à suffocãdo pnigalionẽ nominauit. Fit hoc malũ in cõtinua crapula & stomachi cruditate: Accidit q; in eo cõstitutis difficilis motus: torpidus in somno sensus: suffocationis in mẽte obuersatio: & ueluti ingruẽtis alicuius mali occupatio: Sequitur q; clamoris & uocis frustratio, aut incertus & indiscretus sermo. Quidã eos qui in se irruerunt audire etiã se credunt: & ab eis Venerẽ exigere: mox illos fugere: & his similia alia, quæ suauissime in IIII. cecinit Lucretius, dicẽs:

Tollunt clamorẽ quasi si iugulentẽ ibidem.
Multi depugnant gemitusq; doloribus edunt:
Et quasi pantheræ morsu fœui' ue leonis
Mandantur: magnis clamoribus omnia complent.

Multi mortẽ obeũt, multi de montibus altis
Vt quasi præcipitent, ad terrã corpore toto
Extererentur, & ex somno quasi mentibus capti
Vix ad se redeunt permoti corporis æstu.

Et hæc ephialtæ in antiquis Græcis & Latinis scriptoribus historia est: quẽ uarijs appellationibus antiquiores Latini descripserunt: alij Phaunos, ut Plinius: alij incubos, & Phaustros ab his dijs credidit antiquitas: cũ tamen autoribus nõ tantũ medicis, ueꝝ Macrobio etiã q̃ diximus loco, crapula & cruditate hominis id malũ fiat: cui præceperũt ueteres à principio obuiã eundũ esse. Siquidẽ permanente eo crebroq; per quietẽ nos turbante, grauius aliq̃d nuntiat malũ: qualia sunt attonitio, insania & comitialis morbus: cũ primũ in caput mali huius uis ferri cœperit. Quæcunq; enim comitiales per diẽ & in uigilia: eadẽ in quiete & nocte ephialtici patiunt. Non negligẽda itaq; nocturnaꝝ huiuscemodi per quietem præfocationũ remedia: Et inter cætera Pæoniæ huius nigra semina illa quibus usa antiquitas est. Siqui dẽ Paulus Aegineta his uerbis ea maxime probauit: Βοηθεῖ ὁ ἀνθὸς ἡ παιωνίας κόκκος. κόκκους δὲ πέντε ἢ ἑπτὰ μέλανας μετ' ὄξους πίνειν δίδου συνεχῶς. quod est: Succurrit autẽ & his Pæoniæ semen: dandaq; sunt bibẽda cõtinue in aqua seminis eius trita grana quindecim nigra. Nõ relinquemus, etsi nihil in ea re hic scriptor desuspensam, quandiu feratur, non corripi eo malo hominẽ. Verba eius testante Paulo Aegineta sunt: οἶδα δέ τινα πολλοὺς ὅλως ὠφεληθέντας ὑπὸ τοῦ ἐπιλήπτου καὶ λυκωποῦ ἀλγους ἐσθιόμ. id est: Ego aũt scio pueꝝ nunq; comitiali morbo corruptum, quandiu Pæoniã alligatã ex collo ferret. Cogitauerã de Pæonia agere incipiens, satis medicinæ factũ à nobis in ea fore, si de nocturnis illis præfocationibus tantũ diceremus. Veruntamen quoniã in huiuscemodi malorꝝ censu & ordine lycaona etiã & lycanthropiã Græcoꝝ medici numerant: nec nobis de eo dicendi melior posthac dabitur occasio, cogitauimus cognatũ ephialtæ malũ illi coniungere: breuiterq; legentes monere, à lupis quos Graeci λύκους uocãt, lycaona & licanthropiã, id est hominis in id animal conuersionẽ dici: nõ ut in poëtis fabulosam, sed ex atræ bilis furore in eius animalis mores humanæ mẽtis alienationẽ: qua correpti homines, per noctẽ domo egressi, lupos in cũctis imitantẽ: & donec matutino illucescat, circa sepulchra defunctoꝝ plerunq; uaganẽ. Fieri id malũ ex atra bile nouisse oportet: curandũq; eadẽ ratione, qua & melancholici curantẽ. Numerauerũt ueteres Græcoꝝ medici has mali eius notas, pallorẽ, oculoꝝ siccitatẽ, uidendi imbecillitatẽ, siccissimã linguã, nullã saliuã in ore, sitim, & sine remedio exulceratas tibias: quod crebra per noctẽ eius partis offensione fit. Potuerũt Græci etiã malo huic nomẽ feciſſe: lycaonaq; uocasse ab Arcadię rege Lycaone, quẽ Naso 1. Transformationũ suaꝝ libro à Ioue in lupũ ob scelera sua mutatũ finxit: aut quod uero similius est, ex humanæ mentis alienatione hac factã fuisse fabulã: prius q; naturæ uitiũ fuisse: mox quod solent homines, alienis malis illudentes, ad theatrales plausus & poëtarꝝ figmenta translatã fuisse rem. Quæ omnia longius dicta à nobis sunt, ut intelligerẽt humaniores literas profitẽtes, quæ in poëtis ridicula multis locis leguntur, naturales aliquando causas habere: & in Nasonis lycaone illo omnia fere ex hoc atræ bilis uitio descripta fuisse, præsertimq; cum ait: Territus ipse fugit: nactusq; silentia ruris Exululat, frustraq; loqui conatẽ &c. quæ hic paucis complexus est, lupos in cunctis imitantes dicens, solitudinem, tenebras, silentia noctis, ululatusq; eorum intelligenda alijs relinquens.

Ephialtes. ἐφάλτης.
Pnigalion. πνιγαλίων.
Lycaon. Lycanthropia. λυκάων. λυκανθρωπία.

περὶ λιθοσπέρμου. κεφ. ϕξθ'. De Lithospermo herba, Cap. CXLIX.

Λιθόσπερμον. οἱ δὲ ἀγώνυχον. οἱ δὲ ὀνυχώνυχον. οἱ δὲ λεόντιον. οἱ δὲ λίθος λεοντική. οἱ δὲ γοργώνιον. οἱ δὲ ταντάλιδος. οἱ δὲ διόσπυρον. ζωμαῖοι κολοῦμβαν. δάκοι γονολήτα. οἱ δὲ ἡράκλειον, διὰ τὴν πρὸς τὸ σπέρμα ἰσχύν. ὅθεν καὶ λιθόσπερμον ὠνόμασαι. φύλλα ἔχει ὅμοια ἐλαίας. μακρότερα δὲ καὶ πλατύτερα, καὶ μαλακώτερα, καὶ τὰ πρὸς ἄρκτον μᾶλλον ἐπὶ γῆς κείμενα. κλωνία δὲ ὀρθά. λεπτά. πάχος ὀξυκοίνου. ζύλεά. ξυλώδη. ἐπὶ δὲ ταῖς ἄκρεσιν αὐτῶν δίχολον ἔκφυσις. καυλοὶ δύο. ἔχοντα φύλλα μακρά, πρὸς ὃ τις σπέρμα λιθῶδες, στρογγύλον. μικρόν. ὁρόβου ἴσον. φύεται τραχέσι τόποις καὶ ὑλώδεσι. Δύναμιν δὲ ἔχει δι' ὅλου σπέρμα μετ' οἴνου λευκοῦ πινόμενον, λίθους θρύπτειν, καὶ οὖρα ἄγειν.

LIthospermon. Sunt qui ægonychon, qui exonychon, L qui leontion, qui leoticam herbam, qui Gorgoneam, qui Tantalitim, qui Diospyron uocent. Daci gonoletam. Romani columbam appellant. ⌋Sunt præterea qui ob seminis duritiem, Herculeam herbam nominẽt: ob quam causam lithospermon etiam, id est lapidosum semen uocata est. Folia habet oleæ, longiora tantum latioraq; ad summam radicem eius iacentia. Ramulos uero rectos, graciles, crassitudine acuti iunci, quem oxyschœnũ dicũt, solidos lignososq;: in quorum summo diuaricati utrinq; prodeunt ueluti coliculi longa folia sustinentes: secusq; lapidosum semen est, rotundum, paruum, eruo æquale. Nascitur editis & asperis locis. Potest semen in uino albo potum uesicæ calculos frangere & urinam ciere.

INTERPRES.

LApidosam, & qualem nos sæpe uidimus, lithospermi seminis duritiem prima & adiecte illi tam multæ appellationes aliæ indicant: nihil enim lithospermos aliud q̃ lapidei seminis herba est. Quæ q; hãc sequunt statim, ægonychos & exonychos, aut à caprinis ungulis, quæ lapidosa soliditate sunt: aut ab onyche alabastrite lapide factæ fuerunt. Nobis in posteriorẽ hanc sententiã inclinat animus: quoniã Plinius & hic sine diphthongo exonychon uocari dicunt: multo q; magis, q; alabastritem lapidem candida duritie magis q̃ caprinas ungulas refert. Sunt tamen qui aëtonychon ab aquilarum unguibus dictã tradant. Sequuntur has leontium & leontica, quæ à leonum fortitudine fieri potuerunt: præsertim q; à capite eorũ, quod huic animali omnium aliorum fortissimum est: Gorgoneos & Tantalitis, q; Gorgonis aspectu in lapidem conuersa credatur, & Tantalitis, q; Tantalidis Niobes modo, lapideam deorum ira naturam contraxerit. Theophrastus Diospyron inter segetes nascentem herbam aut hanc, aut huic similem indicat. Fecit eadem soliditatis ratio, ut Herculea etiam diceretur: facilis inuentu herba: tam q; certis notis, ut nullibi legentes possit fallere. Nos sæpe uidimus, sed multo minore semine quàm Plinius tradiderit, qui libro XXVII. capite decimo, magnitudine ciceris semina eius describit. Quæ autem nos uidimus magnitudine grandioris milij erant. Cætera eadem illi & naturæ sunt: nec quicq̃ fœlicius in descriptione eius à Plinio dictum est, q̃ cum dixit: tantus est decor, ueluti artificum arte inter folia indicantibus margaritis: illis enim duritia, seuore, rotunditate q; optime comparata fuerunt. Color tamen liuescens in his seminibus est: qui in margaritis candidus passim uidetur. Sed hæc terreni cœliq; bonitas uariare facile potest.

Περὶ φαλάριδος. κεφ. ϙξέ.

Φαλάρις. καυλία ἀνίσταται ἐκ ῥιζῶν λεπτῶν. ἐπ' ἀκρέσων πολλά. διὰ πάλαισα. γονατώδη καλαμοειδῆ. ἐοικότα τοῖς τῆς ζέας. σπέρμα δὲ ἔπεστι μέγεθος κέγχρου λευκόν. ὑπόμικες. Δύναμιν δὲ ἔχει κοπτομένη ἡ πόα καὶ χυλιζομένη δι' ὕδατος ἢ οἴνου, πρὸς τὰ τῆς κύστεως ἀλγήματα πρίεμ πινομένη. καὶ τὸ σπέρμας δὲ μετὰ κοχλιδίου ὕδατος πλῆθος πινομένου, πρὸς τὰ αὐτὰ πρίει.

De Phalaride herba. Cap. CL.

PHalarin. L Romani pariter Græcis Phalarim uocant. ⌋Coliculos mittit Phalaris à radicib⁹, quæ tenues & inutiles in ea sunt, numerosos, longitudine duor̃ palmorũ, geniculatos, zeæ culmis similes, graciliores tamẽ q̃ zeæ: sapore dulces. Semen habet milij magnitudine, candidũ & oblongũ. Potest tusæ herbæ expressus succus, mox in uino aqua'ue potus uesicæ dolores lenire. Quinetiã semen pondere cochlearis cum aqua potũ, ad eadem facit.

INTERPRES.

OStenderunt nobis herbarij aliq̃ uno tm̃ culmo magis q̃ caule aut calamo ex terra surgentẽ Phalarim: uerioremq; Plinij q̃ scriptoris huius historiã fecerunt: qui thyrsum habere tenuẽ, longũ ceu calamum eã ait: Hic tamen numero multitudinis καυλία πολλά, quod est coliculos multos illi tribuit: cætera omnibus eadẽ erant. Erant & in ea quã uidimus folia alterni hinc & hinc per interualla toto caule dispositа, & in summo cœruleus spicatus flos: sed raris in spica illa floribus. Quod autẽ nos diximus, duorum palmor̃ longitudine ea esse, à Dioscoride Παλαίστης dicitur. Bipalmes eos Barbarus dixit, nullo discrimine inter palæstem & spithamen Græcor̃: utrunq; enim palmum ille uocat. Nos autem quoniam non eadem est mensura, ultimam illam spithamen dodrantem, aut quantum à summo pollice ad extremum minimum digitum patet extensa humana manus, semper diximus. Priorem uero illam nunc palmum dicimus autore

Παλαίστης. Palæstes. Palmus.

autore in Græcis Iulio Polluce, in Latinis uero Vitruuio: quorum alter in ſecundo Onomaſtici ſui palæſtē his uerbis deſcribit: τῷ δὲ μέτρῳ καὶ δάκτυλος. δοχμὴ δὲ συγκλῶντες οἱ τέσσαρες δάκτυλοι, καὶ δακτυλοδόχμη δὲ ἄνευ παλαιστῆς θηλυκῶς καὶ παλαιστὴς ἀρσενικῶς. quorum ſenſus eſt: In menſuris etiam digitus eſt. Dochme autē coniuncti ſimul cohærentes q; quatuor digiti dicuntur: dactylodochme itidem appellatur. Idem & palæſtis genere fœminino, & maſculino paleſtes eſt. Ex quibus ratiocinari facile eſt, nihil palæſtem Græcis aliud eſſe, quàm ſimul coniunctos & cohærentes quatuor digitos: quam menſuram Vitruuius tertio ſuæ Architecturæ libro palmum manifeſte uocat. Eam q; uocem in Græcorum palæſte nos accepimus, quemadmodum in ſpithame ex Plinio libro ſeptimo dodrantem.

περὶ ἐρυθροδάνου. κεφ. φξ'.

ἐρυθρόδανον. ἢ εὐρυθρόδανον ῥίζαν. ἔνιοι δὲ τευθρίον, οἱ δὲ δράκανον, οἱ δὲ κιννάβαρι. ζωμαῖοι ῥουβία παρίβα. θῶσκοι λάμπα μίνωϊ. αἰγύπτιοι σωφοβί. καλοῦσι. ῥίζα λεπτὴ μερυθρὰ βαφική. ἡ μὲν ὡς ἀγρία. ἡ δὲ ὡς ἡμερωτέρα. ὡς ἂν βαθύνῃ τῆς γαλιλαίας. μὴ βαθύνῃ δὲ γαλιλαίας. μὴ ἂν καρία μεταξὺ φυῇ ἐλαῖαι ὡς ἡ σόμυ) ὡς πρὸς ἂν ταῖς ἀροίραις. ὠφελίμως ὡς εἴρηται, διὰ τὸ ῥίνεσθαι ἐκ τούτου πλείστῳ πρόσοδον. εἰσὶ δὲ αὐτοῦ οἱ καυλοὶ πεφάτνωνοι. μακροί. βαχεῖς. ὅμοιοι τῆς ἀσπίνης. κατάπαντα δὲ μείζονες καὶ ἐν μαλεώτροις. ἔχοντες ἐκ διασημάτων τὰ φύλλα καθ' ἕκασον γόνυ, ὡς πρὸ ἀσέρας εἰς κύκλῳ πρὶκὶ μῆνα. καρπὸν σφογγύλον. τὰ πρῶτα χλωρόν. εἶτα πεπανόμενον μέλανα. ῥίζα λεπτή. μακρά. ἐρυθρά. δουρκική. ὅθεν ἰκτερικοῖς μετὰ μελικράτου πινομένη βοηθεῖ. ἰχιαδικοῖς τε καὶ πλευριτικοῖς. ἄγει δὲ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα. ἔθ' ὅτε δὲ καὶ αἷμα. λούεσθαι μὴ πρὶν δεῖ καθ' ἡμέραν τὸν πίνοντας. καὶ ὁ ξηρὸς τὴν κοινομένων πλὴν διαφορᾶς. θηριοδήκτοις τε βοηθεῖ ὁ καυλὸς μετὰ τῆς φύλλων πρασίας. ὁ δὲ καρπὸς μετ' ὀξυμέλιτος πινόμενος, ὠλέσσα τίκτ. προσεδεῖσα δὲ ἡ ῥίζα, ἔμβρυα καὶ ἔμμηνα ἄγει καὶ δεύτερα. πλατεῖα δὲ καὶ ἀλφοὺς λευκοὺς μετ' ὄξους καταπλασσομένη.

De Rubia. Cap. CLI.

Erythrodanon. Sunt qui ereuthedanum radicē, qui teuthrion, qui draçanon, qui cinnabarin uocant. Aegyptij ſophobi. Thuſci lappā minorē. Romani rubiā ſatiuā dicunt. Radix tingēdo apta rubia eſt. Syluestris altera, ſatiua altera: qualis in Galliæ Thebane & Rauēna Italiæ naſcitur. Seritur & in Caria inter oleas: nec aliter in aruis prouenit. Seritur autem utiliſſime ad annonam & uectigal, q̄d grande ex ea prouenit. Coliculos habet quadrangulos, longos, aſperos, aparinæ ſimiles, undiq; tamen maiores ualidioresq;: in quibus folia ſunt per interualla in ſingulis geniculis, ſtellarū modo in orbem radiata. Fructum rotundum: à principio uiridem, mox rubentem, poſtremo cū maturuit, nigrum. Radix rubiæ eſt gracilis, longa, rubens, urinam ciens. Eamq; ob cauſam ſuffuſis felle cum mulſa aqua utiliter bibitur: coxēdicis doloribus itidem & reſolutis. Copioſam & craſſam ducit urinam: aliquando etiam ſanguinem. Lauari tamen quotidie bibētes in balneo oportet, & excremētorum ſuorum diſcrimina cōtemplari. Succurrit & uiperarum morſibus radicis rubiæ ſuccus ſimulq; foliorum potus. Minuit lienes ſemen in aceto mulſo potum. Quinetiam appoſita radix, fœtus, ſecundas & menſes trahit. Sanat eadem etiam uitiligines albas, ex aceto emplaſtri modo impoſita.

INTERPRES.

VEctigal ruſticæ plebi non contemnendum tota Hetruria, Florentinoq; præſertim agro ex non multo tempore rubia eſt: Noueruntq; eam pueri omnes per hyemem, quo tempore à ruſtico omni alio opere ceſſant, radices eius paruo ligone in ſepibus eruſcantes: inuentasq; & effoſſas, tingendis lanis utiles uendentes. Radices eam lanariæ officinæ ſimpliciter in gente noſtra uocant. Reliquum uero uultus eſt, in ſepibus, & ut paſſim uidere licet, umbroſis locis ubiq; naſcentem. A rubore radicis, quo lanæ & coria tinguntur, factum illi nomen eſt. Quemadmodum & à Latinis ob eandem cauſam rubiam dici ratiocinari facile eſt. Hic erythrodanum eadem in Græcis nominibus forma qua myrtidanum & peucedanum dicta ſunt, appellauit. Theophraſtus ereuthodanum nullo ſignificationis diſcrimine: Siquidem erythron Græci rubrum: ereuthos autem ruborem uocant. Eadem coloris cauſa cinnabari rubiam uocari fecit. Cur autem lappam minorem Thuſci eandem dixerint, conijcere facillimū eſt. Hæret enim lappa & retinet quę apprehenderit. Idipſum rubiæ caules & folia agunt: tractata enim aſperitate ſua hærent, & apprehenſa retinent. Et quoniam minor & in cūctis alijs diſſimilis rubia eſt, ideo minor lappa uocata fuit. Quodq; hic ait, habere rubiam aparines coliculos &c. nullam habet aliam cauſam: ſolaq; aſperitas & hærendi uis quæ in aparine eſt, ſimilem rubiæ fecit. Mutauimus deinde ueterum & meliorum codicum fide adiuti, quod in Romana uoce dicebatur à Romanis rubiam paſſiuam dici: ſatiuam q; fecimus, meliore & aptiore intellectu. Quæ deinde in rubia numerantur à Dioſcoride notæ, quadranguli caules, folia per interualla ſtellæ modo in orbem radiata, triplex in fructu color, omnes naturæ reſpondent: nec quicq; ex hac hiſtoria facilius inuētu, aut certius cognitu in ſepibus & umbroſis locis alicui fuerit.

περὶ λογχίτιδος. κεφ. ρξγ'.

Λογχῖτις. ⊥ Οἱ δὲ, κέστρον, ἣ μηδοῦσα. ῥωμαῖοι λανεόλα. οἱ δὲ λαγκέολα, πλατυκάρπω. ⊥ φύλλα ἔχει πράσῳ κάρτα ὅμοια, πλατύτερα δὲ καὶ ὑπέρυθρα πλέονα. πρὸς τὴν ῥίζαν πρόκλωμα ὡς ἐπὶ τὴν γῆν. ἔχει δὲ καὶ πρὸ ἀμφὶ καυλὸν ὀλίγα. ἐφ' οὗ ἄνθη ὅμοια πιλίσκοις. ζωὴ τύπῳ δὲ κωμικοῖς προσωπείοις κεχλιδόσι. μέλαινα μέν, λευκὸν δὲ ἔπ' αὐτῶν ἀνέχει ἀκρὸν τὸ χάσματος πρὸς δὲ κάτω χεῖλος, ὥσπερ γλωσσάριον. τὸ σπέρμα δὲ ὅμοιον λόγχῃ. τρίγωνον μὲν προκαρπίοις, ὅθεν καὶ τῆς προσωνυμίας ἠξιώθη. ῥίζα δὲ ὁμοία φύεται δὲ ἐν τραχέσι καὶ ἀνίκμοις τόποις. ταύτης ἡ ῥίζα διουρητικὴ πινομένη σὺν οἴνῳ.

De Lonchitide herba quã nos Lanceolam dicere possumus. Cap. CLII.

LOnchitin. ⊥ Sunt qui cestron, qui Medusam, qui lanceolã uocent. Romani Venereã dicunt. ⊥ Folia habet lonchitis porro quod platycarpon, id est latioris seminis aut fructus uocãt, similia: latiora tñ, numerosa & rubẽtia: ad radicẽ plurima, & in terrã refracta: Habet & pauciora circa caulẽ: in quo flores sunt, pileoloꝝ forma comicis psonis hiantibus similes: ipsi quidẽ nigri, cãdidũ quiddã tñ ab hiatu oris ueluti lingula ad inferius labrũ exeritur. Semen cuspidi lanceæ simile habet: triquetrũ in pericarpijs clausum: unde & nomen inuenit. Radicẽ sylueſtri pastinacæ quam daucum dicunt, similem habet. Nascitur locis asperis & ficcis. Eius radix ad ciendam urinam utiliter in uino bibitur.

INTERPRES.

DIcerem ego, neq; ab re forsan, monstrante hoc etiã natura, non à triquetri seminis cuspidata forma, sed ab exerta in summo flore lingula, lonchitim Græcis, Latinis uero lanceolã dictã fuisse plantam, de qua nunc agimus: nisi scriptoris huius, Pauli Aeginetæ & Plinij obstaret autoritas: quæ ut Homerus ait, σύνηθες ἀλλ' ἱερωμένῳ, pro oraculo cunctis futura est. Alioqui quã eius flos candidã, ex medio ambitus sui hiatu latã, & in acutũ desinentẽ lingulã profert, ferreæ in lancea cuspidis non minus simile habet imagine, q̃ semen quod tribus angulis tota longitudine paulatim decrescens in cuspidẽ desinit. Verũ quod paulo ante diximus, ueterũ autoritati cedendũ: & unde illi factũ ei nomen uoluerunt, id pro cõperto habere alios etiã oportet. Egregius & speciosus lonchitidis huius flos est: &, qualẽ hic describit, inuerso pileolo simillis: colore in purpura nigro: qui theatralis laruæ & histrionicæ personæ, rotũditate sua, formã referat: ex cuius medio quasi ex aperto & hiante ore, candido colore se profert ueluti lingua. Ob quam causam aliqui Medusam & florẽ & ex eo plantã dixerunt, Gorgonis desecto capiti simile: qua specie in antiquis monumentis monstri eius caput adhuc uidetur, q̃ maxime potest aperto ore linguã exerens. Cur aũt Romani Venereã dixerint, non satis certum nobis est: nisi forte folijs acoro quæ Venerea dicitur, quadantenus similis hæc sit. Quẽadmodum quod nam lati seminis, aut fructus porrũ hic dicat cui lonchitidis folia à principio statim cõparata. Nullum enim huiuscemodi porri genus in plantarũ historia aut medica materia auditur, nisi forte capitatũ ea uoce intellexisse oporteat. Credimus postremo, quod in cunctis Græcis pariter legitur: τὸ σπέρμα τρίγωνον λόγχῃ τρίγωνον ἐν προκαρπίοις non sic legendum esse, sed πτερικαρπίοις, quæ uox in plantarum disciplina certam faciem q̃ habet rationem. Sunt enim Græcis πτερικάρπια cuncta illa quæ semen aliquod ambientia, à coli & animalium iniurijs id seruant & tuentur. Quod licet in leguminibus priuatim filiqua: in frugibus, spica: in castaneis, echinus sit: in alijs uero alijs appellationibus indicetur: communi tamen nomine cuncta hæc pericarpia dicuntur. Potuitq; is, quoniã nec filiqua, nec huiuscemodi aliquid priuatim dici posset, seminis eius theca communi pericarpij nomine ea significasse: dicereq; semen lãceæ simile, triquetrum in pericarpijs, id est in theca inuolucroq; illo clausum, quod ei ad tutelam seminis natura dedit.

Pericarpiũ. πτερικάρπιον.

περὶ ἑτέρας λογχίτιδος. κεφ. ρξδ'.

Ὀγχῖτις ἑτέρα. ἢ ὀγχῖτις ἑτέρα ἔχειν. ⊥ ῥωμαῖοι λογχίνα. οἱ δὲ καλαβρίνα. ⊥ φύλλα ἀνίσημα ὅμοια σκολοπενδρίῳ. τραχύτερα ὀλίγα μείζονα, μᾶλλον ἐχινωμένα. δάσμιν ὀλίγα ἔχει θαυμαζικίν. ἀφλέγμαντα. τήκει ὀλίγα ὠλίθους μετ' ὄξους πινομένη.

De altera Lonchitide. Cap. CLIII.

LOnchitin alteram. Sunt qui lonchitidem asperam. ⊥ Romani lanceolam & hanc filue Calabrinam uocant. ⊥ Scolopendriæ folia similia habet, asperiora tamen maioraq;, & pluribus incisuris diuisa. Vulnerarias uires habet. Inflammationes arcet: lienemq; cum aceto pota minuit.

INTERPRES.

CO niunxerunt in Græcis aliqui, in Latinis uero uetustissimi scriptoris huius codices superiori alteram lonchitidẽ hanc: unoq; capite de utraq; egerunt: q̃d licet animaduertendũ & obseruandũ fuerit, non tamen desiderandũ nec tanti faciendũ, quanti fuerat certiorem eius historiam ab hoc aut ab alijs audisse: præsertimq; unde lonchitis hæc dicta fuerit. Nobis de ea pro cõperto nihil est: eamq; ob causam quæ nam uulnerariæ uires nobis in hoc capite sint, breuiter dicemus. Ea siquidem uoce nos nihil quàm uulnera glutinare, & uulneribus mederi aliud significauimus. Eiusdem rei autor in sexto Paulus Aegineta est, qui de utraque lonchitide hac agens, ambas his uerbis descripsit: λογχῖτιδος, τῆς μὲν τὸ ἀνίσημα τρίγωνον ἔχουσιν κεφαλῆς

Vulnerariæ uires.

καὶ ἄπιφ λόγχῃ, ἡ ῥίζα ὁμοία πάστιναστῇ τῷ λαυκῳ, οὐρητικὴ ἰσί. τῆς δὲ ζωοφυλλοειδοῦς προσεμφερὴς, τὰ φύλλα χλωρὰ ἐσθίουσι, ἰασιμά ζωντὰ ἰσὶ καὶ λιπτικά. ἔφυρα δὲ μετ' ὄξους πινόμενα, σπλῆνας ἰᾶται σκιῤῥουμβώδεις: quod est: Lonchitidis quę semen triquetrum lanceæ simile habet, radix dauco æqualis, urinã cit: eius uero quæ scolopendrio similis est, uiridia folia glutinant uulnera: ficca uero, duratis lienibus medentur.

Περὶ Ἀλθαίας. κεφ. φξθ'.

Ἀλθαία. ἔνιοι δὲ ἰβίσκον. οἱ δὲ, ἀλθίοκον. καλοῦσι. μαλάχης ὄζῃ ἀγρίας εἶδος. φύλλα περιφερῆ ὡς περικυκλάμινος. ἔγχνοα. ἔχει δὲ ἄνθος ροδοειδές. καυλὸν δ' ἴπηχυν. ῥίζαν δὲ γλίσχρον. λευκὴν ἔνδοθεν. ὠνόμασαι δὲ ἀλθαία, διὰ τὸ πολυαλθὲς καὶ πολύχρησον αὐτῆς. ἐψηθεῖσα γὰρ ἐν μελικράτῳ ἢ οἴνῳ, καὶ καθ' ἑαυτὴν πεθεῖσα, πρὸς ἕλκη παλαιὰ. παρωτίδας. χοιράδας, ἀποστήματα. μασοὺς φλεγμαίνοντας. δακτυλίων θλάσματα. ἐμφυσήματα. σωτάσεις νεύρων. διαφορὰς γὰρ καὶ ἐκπάσεις, ἢ ἐξήγυσι, καὶ ἔπυλεῖ. συμμαλαχθεῖσα δὲ ἐφθὴ ὡς εἰρηται σὺν ἐλαίῳ, ἢ χυλῷ, ἢ τερεβινθίνῃ, πρὸς ὑγιείας φλεγμονὰς καὶ μύσεις ἐν προσθέματι πρίει. καὶ ἀφέψημα δ' αὐτῆς τὸ αὐτὸ πρίει. ἄλφους καὶ τὰ καλούμενα λόχια. τὸ δὲ τῆς ῥίζης ἀφέψημα σὺν οἴνῳ πινόμενον, ὠφελεῖ δυσουρουντας. λιθιῶντων ὠμότητας. δυσεντερικούς. ἰσχιαδικούς. πλευρίτας. καὶ πόνους ὀδόντων περαίνει σὺν ὄξει ἀφεψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη. ὁ δὲ καρπὸς χλωρὸς καὶ ξηρὸς λεῖος καταχριθεὶς σὺν ὄξει ἢ ἡλίῳ, σμικρὰ κόκκος ὄζῃ ἁλφῶ. μετ' ὄξελαίου δὲ συγχριόμενον, προφυλακτικός καὶ ἄιματος ἀναστολὴν, καὶ διάῤῥοιαμ. τὸ δὲ ἀφέψημα τοῦ σπέρματος πινόμενον, καὶ πρὸς μελιασῶν, καὶ τῶν λεπτῶν θηρίων πληγὰς πάντων, ἢ ἐξυκράτῳ ἢ οἴνῳ πεθέν. καὶ τὰ φύλλα δὲ μετ' ὀλίγου ἐλαίου καταπλάσσεται ἐπὶ τῶν θηριμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν πυρικαύτων. πήγνυσι δὲ ἡ ῥίζα ἡ ὕδατος μυελοῦσα καὶ σωκεφαλιαθεῖσα.

De Althæa. Cap. CLIIII.

ALthæan. Sunt qui hibiscũ uocent. LRomani pariter Græcis althæã dicũt. JSyluestris maluæ genus est. Circinata folia orbicularis herbæ quã cyclaminum dicunt modo & lanuginosa habet. Florem fert rosæ figura: caulẽ bicubitalẽ: radicẽ glutinoso lentore mollẽ, intus candidã. Nomẽ illi à multiplici remedioꝝ potestate & usu factũ est. Siquidẽ in mulsa aqua aut uino decocta, aut per se tusa, utiliter uulneribus imponitur. Imponitur & strumis, & secũdum aures abscessibus quos parotidas dicunt. Facit ad abscessus alios, mammaꝝ inflãmationes, sedis dolores, cõtusiones, oẽs oculoꝝ tumoribus similes excrescẽtias, & distẽtiones neruoꝝ: discutit enim, maturat, erũpit, & ad cicatricẽ perducit. Eadem ut præmonstrauimus elixa, tũ suillo anserino'ue adipe aut terebinthina resina subacta, contra præclusos inflãmatosq; fœminaꝝ locos utiliter apponit. Præstat idem & decoctũ eius, quæ à puerperio naturę ordine purgãda sunt ducẽs. Bibit & cũ uino radicis decoctũ: prodestq; cõtra urinæ angustias, calculos, cruditates, dolores coxẽdi cis, tremores, intestinoꝝ tormina & rupta, Colluũ tur radicis eiusdẽ in aceto decocto utiliter in dolore dẽtes. Exterit uitiligines & emẽdat althææ semen, uiride siccũq; tritũ, & ex aceto in sole inunctum. Idem ex oleo inungitur ad præcauendas omnium quæ ictu aut morsu uenenũ relinquunt, iniurias. Facit ad intestinoꝝ tormina, sanguinis excreationes, fluores alui quos diarrhœam uocant: in quem usum bibitur decoctũ eius. Bibitur præterea in posca aut uino contra apiũ, uespaꝝ, alioꝝq; uenenatoꝝ ictus. Quinetiã folia eius ex exiguo oleo utiliter morsibus & ambustis emplastri modo imponũt. Coagulat postremo aquã trita radix aquæ mixta, & per noctẽ sub dio habita.

INTERPRES.

DEbuerat nostra ætate in maiore nominis & usus honore althæa esse: nec Maro quondam pecoris sui greges uiridi compellere hibisco, ex quo tam honestam Græcia illi appellationem fecerat, ut sola hæc inter omnes alias naturæ plantas à toto medicinæ usu indicaretur. Siquidem nihil althæa Græcis aliud est, quàm si à medendo medicam simpliciter dicas: Quibus ἀλθὸν in medicina pharmacum repellat. Hanc Palladius in Octobri mense hibiscum dici his uerbis testatur: Althææ hoc est hibisci folia, & cætera. Vtitur' que ea, ut uerbis eius utamur, ut ex molli forte uinum fiat. Theophrastus syluestrem esse maluam libro nono de plantarum historia confirmat his uerbis: καὶ ὧν οἱ μὲν ἀλθαίαν, ἐκεῖνοι δὲ μαλάχην ἀγρίαν καλοῦσι: quod est: Et eam quam hi althæam, illi uero syluestrem maluam appellant. Galenus anadendromalachen uocauit, quasi arboream siue arborescentem maluam. Plinius diuersis locis, decimonono, uicesimo, & uicesimoprimo uoluminibus plura maluaꝝ genera describens, non satis certã eaꝝ historiam tradit. Nos Græcos & hunc præsertim scriptorem secuti, precipua duo maluarum genera fecimus: alterum secundo: alterum tertio hoc uolumine tractatum: non ignorantes, hæc ipsa à quibusdam iterum diuidi, & in utroq;

genere ſatiuam & ſponte ſua naſcentē numerari. In priore illa hortenſem, qua in cibis pro olere uterentur, & locis incultis naſcētem, ut tunc in maluæ cōmentationibus noſtris lōgius diximus. In poſteriore hac ſyl- ueſtrem eſſe, quæ duabus illis undiq; procerior ſit, altiusq; à terra erigat, & in hortis conſita arboreſcit: mul toq; maiores flores, nec minore ambitu roſaq; profert. Veruntamen quæ artificio & opere humano melio reſcunt, diuerſi generis ob id cenſenda non ſunt. Deſcripſit althæan hāc Theophraſtus eodē libro. Quodq; in nullo maluæ flore, quod hactenus ipſe uiderim aut ab alijs audierim, luteum illi florem dedit. Nec nos ſcimus quomodo naturæ & alijs ſcriptoribus in malua color ille reſpondere poſſit. Oſtendit quotannis in omni malua natura inter ruborem & purpurā ſplendentem florē. Hic etiam rhodoides, quod eſt roſæ ſimi- le, dicit eſſe: neq; ad formā magis q̄ ad colorem referri id oportet. Quò fit ut peritioribus dirimendam inter Theophraſtum ſcriptoresq; alios tam graue em litem relinquamus. Satisq; nunc erit quę in extremo capite de althææ radicibus traduntur, ab eo confirmata his uerbis fuiſſe oſtendere: πηγνύναι δὲ ὕδωρ τῷ τῆς ἀλθαίας ῥιζαν, ἐάν τις βλίτας ἐμβάλῃ καὶ θερμὸν παίθριον: quod eſt: Coagulare autē aquam althææ radicem, ſi quis tritam aquæ miſcuerit, & ſereno cœlo ſub dio poſuerit. Erant in hoc capite aliqua quę melioq; Græcorum fide reſtitui in integrum & inſtaurari oportuit. Ea poterunt legentes collatis alioq; interpretū editionibus facile intellige- re. Cum quibus non ſunt mihi eadem omnia etiam, præſertim q; ubi hic ait: Decocta em̄ in mulſa aqua uino althæa, &c. Illi enim ad ſuccum & potum ſucci pertinere remedij eius rationem opinati ſunt, cum ta- men hic bifariam uulneribus & tam multis alijs malis mederi dicat: aut decoctā in mulſa aqua uino'ue, aut per ſe tuſam: ſemper autē impoſitam. Neq; enim remedio hoc intus curāda ea mala ſunt: ſed cum diſcutien di, maturandi, leniendi & inflammationes arcendi uires habeat, foris in aliquem eorum uſum uulneribus, abſceſſibus, mammaq; inflāmationibus, alijsq; huiuſcemodi imponi à Dioſcoride iubet. Deerat præ- terea uox ἀλγήματα quo loco legitur λακτυλίου θλάσματα. Integra em̄ lectio eſt, λακτυλίου ἀλγήματα, θλάσματα, per ſę legenda omnia. Verterunt cæteri ſcriptoris huius interpretes ἐμφυσήματα, malum cui althæam hic mederi teſtatur, ſimpliciter inflationes: Idem ut uidetur opinati ἐμπνευμάτωσιν & ἐμφύσημα in Græcoq; medicina eſſe: cum tamen ἐμπνευμάτωσις iu dicio noſtro toto ut ſic loquamur genere ab emphyſemate altero illo malo dif- ferat. Sitq; ἐμπνευμάτωσις flatus in interiore aliqua parte collectio: ἐμφύσημα autē non collectio flatus, ſed incre mentum tumori ſimile, quod non aliter fiat q̄ cum oris ſpiritu impletur aliquid: idq; nomen etiam indicat. Non fit niſi in oculo emphyſema hoc. Diffinieruntq; ueteres Græcoq; medici ἐμφύσημα ὄγκον οἰδηματώδη τῶν βλε φάρου: quod eſt, excreſcentiam cilioq; tumori ſimilem. Galenus tamen in Iſagoge ſua aliter docuit fieri em- phyſema, cum repente tumefactus oculus maiorem contraxerit pallorem & inflammationem: fieriq; in ſe nibus plerunq; & æſtate: & hæc Græcorum medicis emphyſemata ſunt non inflationes ſimpliciter, ſed ocu lorum tumores, qua ratione illi docent facti: ideoq; nos oculoq; tumoribus ſimiles excreſcētias diximus.

ἐμφύσημα. Emphyſema. ἐμπνευμάτωσις.

περὶ Ἀλκέας. κεφ. φό.

Ἀλκέα. Ἀλκέα εἶδός ἐστιν ἀγρίας μαλάχης. ἔχουσα φύλλα ἐπεχόμενα πρὸς τὰ τῆς ὁρᾶς βοτάνης. καυλοὺς γ'. ὕψους. φλοῦν ἔχοντας καννάβεως παραπλήσιον. ἄνθος μικρὸν, ἐμφερὲς ῥόδῳ. ῥίζας λευκάς. πλατείας ε'. ὅσον πήχεως. αἱ δὲ ὑγρὸν οἶνον ἢ ὕδωρ ἀλφιτώδη πινόμεναι, δυσεντερίαν ἰῶνται.

De Alcea. Cap. CLV.

ALcean. Romani pariter Græcis alcean dicunt. Syueſtris maluæ & hæc genus eſt. Folia habet uerbenacæ modo inciſu ris diuiſa. Caules tres quatuor'ue, corti- cem cannabi ſimilem habentes. Floré exiguum roſæ ſimilē. Radices candidas, latas quinq; ſex'ue, longitudine cubitali: quæ in uino aut aqua potę, ruptis & inteſtinorum torminibus medentur.

INTERPRES.

BReuis in antiquis Græcorum medicis alceæ huius hiſtoria & medicina eſt. Nec Plinius aliter à Dio- ſcoride libro uiceſimoſeptimo capite quarto de ea agit. Nos etiā quod illi adjiciamus non habemus. Illud tantum tacuiſſe nolumus, in antiquiſſimis Latinis codicibus coniunctam ſuperiori hanc eſſe, uno'que capite de utraque agi: quod feciſſe congener earum natura uidetur.

περὶ καννάβεως ἀγρίας. κεφ. φοϛ'.

Κάνναβις ἀγρία. Λοιὸν ὑδραστινον, ἤγουν ἀγριοκάνναβιν. Λοιὸν ἡμερινάλιν, οἱ δὲ κάνναβιν. Λ ἔρασία φέρει ὁμοίαν τῇ τῆς ἀλθαίας. μελάντερα δὲ καὶ τραχύτερα, καὶ μικρότερα. ἔνυδρος πήχεως. τὰ δὲ φύλλα ὅμοια τῇ ἡμέρῳ. τραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα. ἄνθη ὑπέρυθρα. λυχνίδι ἐμφερῆ. σπέρμα δὲ ῥίζαν ὅμοια τῇ ἀλθαίᾳ. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα ἐφθὴ καταπλασθεῖσα, φλεγμονὰς παρηγορεῖν, καὶ οἰδήματα διαφορεῖν, καὶ πόρους διαχεῖν. Λ ὁ δὲ ταύτης δὲ φλοιὸς, εὔθετος εἰς πλοκὴν χονίων.

De ſylueſtri Cannabe. Cap. CLVI.

CAnnabim. Sunt qui hydraſtinan, q; ſyl- ueſtrem cannabē uocēt. Romani termi- nalem & cannabē appellāt. Similes al thææ uirgas profert, minores tamen, ni griores craſſioreſq;, altitudine cubitali. Folia ha- bet ſatiuæ ſimilia, aſperiora tantum & nigriora. Flores rubeſcētes lychnidi ſimiles. Semen uero & radices althææ. Lenit inflammationes: tumo- res diſcutit: lapidoſas durities quas Græci poros dicunt, diſſicit elixa cannabis radix, tum empla- ſtri modo impoſita. Quinetiam texendis funibus cortex eius utilis eſt.

INTERPRES. Quod

QVod poſtremum in ultimo capite à ſcriptore hoc in cannabe laudatur, primum noſtra ætas ſibi fecit: nec texendis tantum funibus corticem eius utilem, ſed linteorum copiæ neceſſarium ſibi gentes, aliquæ iampridem oſtenderunt. Nouerunt cannabem gentes omnes, & paulo minus quàm rura omnia. Ob eam cauſam non eſt nobis cum ſenſu certãdum. Et cuius poſſunt omnes ſibi oculati eſſe teſtes, deſcribendum à nobis non eſt.

περὶ καννάβεως ἡμέρου. κεφ. φοά.

Κάνναβις. ἡμερος. οἱ δὲ, καννάβιον. οἱ δὲ, χονοσφόφον. οἱ δὲ, ἀσέριον. ὃ ὠμαῖοι κάνναβιν. φυτόν ὅθεν εὐχρηστον ἐν τῷ βίῳ πρὸς τὰς τῶν εὐτενεστάτων χοινίων πλοκάς. φύλλα φέρει παραπλήσια τῇ μελίᾳ. σπυσῶδη. καυλοὺς μακροὺς. κενοὺς. καὶ πέπερι σφογγύλον. ὃς ἐσθιόμενος πλείωμ, σπέρμασι τὸν γονὸν χλωρὸς δὲ χυλισθεὶς, ἁρμόζει πρὸς τὰς τῶν ὤτων ἀλγηδόνας ἐνσταζόμενος.

De Cannabe ſatiua. Cap. CLVII.

CAnnabem ſatiuã. Sunt qui cannabion, qui à texẽdis ex ea funibus ſchœnoſtrophon, qui aſterion uocent. Romani cannabim dicunt. Multę utilitatis uitę hominum texendis ualidiſſimis ex ea funibus planta eſt. Folia malo ſimilia habet, & ingrati odoris. Caules longos inaneſq;. Semen rotũdum, quod maiore copia ſumptum, genituram extinguit. Ex uiridi ea expreſſus ſuccus contra aurium dolores utiliter inſtillatur.

INTERPRES.

SAtis ſuperiore capite de cannabe dictum à nobis eſt: id & ſatiuæ huic ſufficiet: nos interim cætera proſequemur.

περὶ Ἀναγύρου. κεφ. φογ'.

Ἀνάγυρις. οἱ δὲ, ἀνάγυρον. οἱ δὲ, ἄκοπον. οἱ δὲ, ἀγνάκοπον. καλοῦσι. θάμνος ὅθι φύλλοις τοῖς ῥάβδοις ὅμοιος πρόσεμφερὴς ἄγνῳ. σπυρίδωσε. ἐαρινὸς ὁ χυλός. ἄνθος κεράμβῃ ἐοικός. ἐν ᾧ κεφάλιον μακροῖς. τὸ χλιμα νεφρῶν. πρὸς ἕλκος. ὑπερσφόγγυλος. στρογγύλος. σκληρὸν δὲ καὶ τὸ σαφυλῆς πεπασμόν. ταύτης τὰ φύλλα ἀπαλὰ λῶα καταπλασσόμενα, ὀδύνας σέλινα πτίζει δὲ πλεῖστος ἐν γλυκεῖ, ἐπὶ ἐκβολὴν χορίου, ἐπὶ ἐμμήνους, πρὸς ὑπερκάθαρσιν σὺν οἴνῳ. ἔστι δὲ περιαπτομ δυσοκούσας. ἐν μιᾷ πρὶ μετὰ τὰ ἀφροδίσια εὐθέως ἀφελοῦσα ῥίπτειν τὸ πεσσίαμμα. ἡ δὲ ῥίζης χυλὸς διαφορεῖ κὴν ἐκπέσῃ. ὁ δὲ καρπὸς ἐσθιόμενος, ἔμετον σωτόνως κινεῖ.

De Anagyri frutice. Cap. CLVIII.

ANagyrin. Sunt qui anagyron, qui acõpon, qui agnacopon uocent. Romani pariter Gręcis anagyrim dicunt. Frutex eſt foliis uirgiſq; uitici æqualis, arboreſcẽs: grauiſſimi odoris. Braſſicæ florem habet. Semẽ in ſiliquis longis renum figura, uariũ, non planè rotũdum nec ſolidum. Duratur autem matureſcente uua. Reprimũt tumores tria eius folia emplaſtri modo impoſita. Dãtur bibẽda eadẽ in paſſo ſuſpiriioſis, & ad ejiciẽdas ſecũdas menſesq; & fœtus. Cõtra dolores capitis autem in uino. Alligat anagyris præterea pẽdetq; ex collo in difficultate partus: uerũtamẽ à puerperio ſtatim auferenda & abjicienda eſt. Diſcutit maturat'que radicis cortex. Et ſemen in cibo ſumptum ualidiſſimas uomitiones facit.

INTERPRES.

FLoret Maio & Iunio menſibus grato inter alios frutices per ſyluas ſpectaculo anagyris: multoq; flore quem flauum ex long inquo oſtendit, prætereuntiũ oculos facile in ſe conuertit: et ſi abeſſet ingratus odor, quo merito ſpretus damnatusq; eſt, antiquor; coronas primus nobilitaſſet. Fruticoſa ſtirps magis q̃ arbor eſt: nos tamen uidimus tonſura putationeq; coactã ad legitimã arboris altitudinẽ creſcere: nullumq; florente ea lætius ſpectaculũ aut ſyluæ aut agri, ſi forte conſita in eis fuerit, oſtendunt. Reſpondent naturæ omnia quæ in hiſtoria à Dioſcoride illi tribuunt. Cur aũt acopon aliqui eã uocauerint, non ſatis certã ex nominis interpretatione & ui rationẽ habet: acopa enim cõmuni nomine à Græcis cuncta illa remedia dicta ſunt, quæ cõtra laſſitudines in antiqua medicina cõficiebantur: ſic dicta, quoniã cõtra κόπους, id eſt, labores in uſu eſſent. ἔοικε aliquam confectionẽ docuit Celſus libro quinto. At inter uires anagyris & uſus nulla huiuſcemodi eſt: niſi forte, quia cõtra dolores capitis bibi præcipiat, & in difficultate partus alli getur, id nomẽ ab antiquis herbarijs inuenit. Quæ deinde acopon ſequit anacopos appellatio, ex uitice & acopo facta eſt: quoniã uiticis uirgas anagyris habet. Diximus hoc capite bibi folia anagyris ad pellẽdas in puerperio ſecũdas: q̃d hic ſcriptor ἐκβολὴν χορίου dixit: nõ ſecundas; nomine uſus, ſed in eiuſdẽ rei ſignificatione ſecũdas dicũt, omnia quę editũ in lucẽ infantẽ ſtatim ſequuntur: χόριον aũt, quod ante puerperiũ tunica & inuolucrũ fœtus ſit: quod autore Galeno in diffinitionibus ſuis dictum ideo ſic fuerit, quòd χώρημα, locum ſcilicet & ſpatiũ fœtui det: uel quòd nutrimẽtum fœtui ſubminiſtret: prius'que fœtu hoc eſſe, conſtareq; duabus uenis totidem' que arterijs, & quinto quod urachum uocant. Quod naturæ artificioſum opus idem ſcriptor in Anatome ſua his uerbis deſcripſit: Exeunt' que in interiorem eius partem (eſt autem illi de muliebribus locis ſermo) uenæ quamplurimæ, per quas purgatur ſanguis: qui deinde facto conceptu cohibetur, & in confirmationẽ nutrimentum'q; fœtus transfert: à uenis

Acopa.

ὕστερα.

χόριον.

ὑμεναχὴς.

auenis enim chorion hoc conſtituentibus factæ uenæ duæ: & ab arteriis in eodem chorio arteriæ duæ: & à neruis neruus unus, ſimulq; coëuntia omnia urachum hunc conficiunt: qui ad fœtus umbilicum tota fœtura pertinet: & ex eo hæret pendetq; fœtus: Appellauerunt q; urachum, q; caudæ ſimilis ſit: Noſtræ ætatis obſtetrices, quod ex eo in infantis umbilico relictum eſt, translata à uitibus uoce, traducem quaſi ſarmentum uocant. Chorion uero, ut ex Galeno pauloante diximus, à captu fœtus dictum eſt, membrana inuolucrumq; illud, quo fœtus ante partum obuoluitur: de quo Pollux in ſecundo Onomaſtici ſui paucis & his uerbis egit: Chorion. χορίον.

λύον δὲ τὸν πρὸς τῷ ἐμβρύῳ χιτῶνδς εἰσι. ὧν τὸ μὲν ἔνδοθεν λεπτότερόν τε καὶ μαλακώτερον, ὃν ἀμνίον ἐπωνομάκασι καλεῖ. τὸ δὲ ἔξωθεν ἐπ' αὐτῷ, τὸ πρὸς τῇ ὑστέρᾳ χορίον ὀνομάζεται, οὗ καὶ ὀμφαλὸς ἐμπέφυκε: quorum hic ſenſus eſt: Duo autem circa fœtum inuolucra ſunt. Eorum quod in interiore parte ad fœtum eſt, tenuius & mollius amniũ, quaſi à mollitie agninum dicas, Empedocles id uocauit: quod autem in exteriore parte ad muliebres locos eſt, chorion dicitur: cui umbilicus fœtus adnectitur. Et hęc chorij propria in ueteribus deſcriptio fuit: quod ſcriptor hic pro ſecundis omnibus hoc loco poſuit. Idem περίαπτον ἀλυσιχρύσαις ait anagyrim hanc eſſe: periaptum appellans, quod aliqua parte corporis alligatum, præſertim q; ex collo pendet, ad auertẽdum maleficij noxæ uel alicuius periculum: Quæ multa ex naturæ uiribus accepta & obſeruata habuit antiquitas: non tamen tam ſuperſtitioſe, ut nos facimus, obſeruata: qui cõtra omnes naturæ fortunæq; iniurias religione conſecratum huiuſcemodi amuletum aliquod habere ubique uolumus. περιάπτον. Amuletũ.

περὶ κηπαίας, κεφ. φοδ'.

Κηπαία ἐμφερὴς ὄξιν ἀνδράχνη. μελάντερα δὲ ἔχει τὰ φύλλα. ἔιζαν λεπτήν. βοηθεῖ δὲ τὰ φύλλα πινόμενα σὺν οἴνῳ, σπαργωμένοις, καὶ φωριῶσι τὸ κύσιν. μάλιστα δὲ πρὸς μετὰ ἐψήματος ῥίζῶν ἀσπαράγου τοῦ μυακάνθου καλουμένου πινομένη.

De Cepæa herba. Cap. CLIX.

CEpæan. Romani pariter Græcis cepæam dicũt. Portulacæ ſimilis cepæa eſt. Nigriora tamen habet folia, radicemq; gracilem. Bibũtur in uino folia eius uiriliter cõtra ueſſicæ ſcabies, & urinæ ſtillicidia. Prodeſtq; his præcipue addito aſparagi, quem myacanthum uocant, radicum decocto.

INTERPRES.

HOrtenſe olus cepæam eſſe uox ipſa & portulacæ ſimilitudo indicauit, etſi Plinius libro uiceſimoſexto capite ſeptimo in harenoſis litoribus naſci tradat. Nullibi in Græcis præterq; in ſcriptore hoc de ea legiſſe memini. Non poteſt incognita aliter à nobis deſcribi: eapropter qualẽ in Græcis inuenimus eam legentibus tradimus: illud tantum monentes, ſcribere Plinium quæ ab hoc non dicuntur: Nigriore radice quàm portulaca eſſe, ea q; inutili: & præter id guſtu amaram: ſimpliciterq; cum aſparagi radice ueſſicis plurimum prodeſſe: & præter Plinium, Paulum Aeginetã, ſtillicidijs ueſſicæ utilem dicere: uerum non omnibus, ſed his tantum quæ fiunt, ut ille ait, ἐπ' ἐμφράξιον, id eſt, opplente urinæ iter obice aliquo.

περὶ Αλίσματος.

κεφ. φοε.

Αλισμα. οἱ δὲ, ἄλκεαμ. οἱ δὲ, δαμασώνιον. οἱ δὲ, ἄκυρον. οἱ δὲ, λύρον καλοῦσι. φύλλα μὲν ἔχει ἀσφοδελῳ ὁμοια. στενώτερα δὲ καὶ ἐπὶ γῆν κλώμενα. καυλὸς ἢ λεπτὸς. ἁπλοῦς ὑπὲρ πῆχυν ἔχων κεφάλια. θυρσοειδῆ. ἄνθη λεπτά. λευκά. ὕπωχρα. ῥίζαι ὡς μέλανος ἐλλεβόρου λεπταί. εὐώδεις. δριμεῖαι. ὑπολίπαροι. ὑδρηλὰ δὲ φίλει χωρία. Ἀγμὸς ἢ ῥίζα πινομένη σὺν οἴνῳ ὅσον κ ά. ἢ β'. πρὸς λατρῶν βεβρωκόσι θαλάσσιον. καὶ πρὸς ὑπὸ φρύνου δηχθέντι. καὶ πρὸς ὄπιον πεπωκόσι. καὶ σφόφους. καὶ δυσεντερίαν καθ' αὑτό. καὶ σὺν ἴσῳ δαύκῳ πινομένη, ἀσμοῖς καὶ ὠάσμασι, καὶ πρὸς τὰ ὑσρικὰ πάθη. ἡ δὲ πόα ἴσκιοι κοιλίαν. καὶ ἔμπλαστρα ἄγει. καὶ διαπλάσσει καταπλασθεῖσα πραΰνει.

De Aliſmate herba. Cap. CLX.

ALiſma. Sunt qui alceam, qui damaſoniũ, qui acyron, qui lyron appellent. Romani damaſoniũ dicunt. Folia habet plantagini ſimilia, anguſtiora tantũ & in terram reflexa. Caulis illi eſt gracilis, ſimplex, altitudine cubitũ excedente: thyrſo ſimilis: capitula in ſummo habẽs. Flores habet tenues, candidos, & quadãtenus pallidos. Radices nigro ueratro ſimiles, graciles, odoratas, acres, modice pingues. Aquoſa amat loca. Vtilis in potu cum uino radix unius aut alterius drachmæ pondere his qui marinũ leporẽ hauſerint. Vtilis & contra rubetæ ranæ morſus: potum opium: tormina, & inteſtinorũ tormina: in quem uſum per ſe & cum pari ſylueſtris paſtinacæ ſemine bibitur. Conuulſis itidem, muliebrium locorum & præfocationibus accommodata eſt. Siſtit pręterea aluũ herba. Menſes trahit, & tumores lenit emplaſtri modo impoſita.

INTERPRES.

DAmaſonium Plinius uiceſimoſexto uolumine capite quinto aliſma appellat: etſi corrupta illic uox ſit. Idem uiceſimoquinto capite nono eandem aliſma uocat: addit q; damaſonion & lyron uocari: eandem appellationem cæteris modo præponens, modo ſubijciens: nec alijs notis quàm Dioſcorides eam deſcripſit. Quod tamen hic θυρσοειδῆ, quę uox thyrſi figura tantum ſignificat: ille capite thyrſi ait, duo breuius forte complexus quàm exigeret ſibi, rei non ſatis nunc certæ intellectus: & thyrſi formam in caule

in caule eius & in summo caule capitulum. Thyrsum autem hic intelligit uirgam potius q̃ hastam, frondibus uestitam: quæ in orgijs & cœtu Bacchi à comitibus eius gestaretur. Nos etiam quod à Dioscoride tormínibus & intestinorum torminibus cum pari dauco prodesse alisma dictum est, cum pari semine eius diximus, ex eodem hoc scriptore, qui in dauco semine tantum eius utitur contra tormina.

περὶ ὀνοβρυχίδος. κεφ. φος'.

Ὀνοβρυχὶς. Λοί ἦ, ὀνοβρόχιλον. οἱ δὲ, ἐχαμενῆ. οἱ ἦ, ὑπερικόμ. οἱ δὲ, κόριον. οἱ δὲ, χαμαιπίτυν. ἔνιοι δὲ, ὀπάκα. οἱ δὲ, βριχιλατά. οἱ δὲ, λόπα. οἱ δὲ, ἰοκιναλέμ. δᾶκοι δὲ, ἀνιασεξέ. τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια φακῶ. μικρά. μακρότερα. καυλὸν ὠθαμιαῖον. ἄνθος φοινικοῦν. μικρὰν ῥίζαν. φύεται ἐν καθύγροις μὴ ἀρχομένοις τόποις. Δύναμιν ἦ ἔχει πόα ὠθιπλασθεῖσα λεία διαχεῖ φύματα. μετ' οἴνου δὲ πινομένη σπαργουρίαν θεραπεύει. σὺν ἐλαίῳ δὲ ἀλιφομένη ἱδρῶτας κινεῖ.

De Onobrychi herba. Cap. CLXI.

ONobrychin. Sũt qui onobrochilos, qui eschamenen. q hypericon, qui corion, q chamæpytin, id est, humilem & coactæ breuitatis piceam, q brichelatã, q lopan qui iocinalen appellent. Daci aniassexe. Romani opaiam uocant. Lenti folia similia habet, longiora tamen. Caulem dodrantalem. Florem punicẽum. Radicem paruam. Nascitur humentibus locis & incultis. Potest concisa herba emplastri modo impositа panos disiũcere. Eadem contra urinæ stillicidia utiliter bibitur: & cum oleo ciendis sudoribus inũgitur.

INTERPRES.

NIhil in onobrychidis historia Dioscoridi Plinius addidit, tũsdẽ notis & uerbis xxiiii. uolumine capi. xvi. eam describens. Nihil etiam in medicina Paulus Aegineta: amboq; ex hoc scriptore tantũ eam tradiderunt. Neq; ex tam multis eius appellationibus unam saltem commentarijs suis adiecerunt. Ex eo conijcere licet, nouas esse oẽs, & ex similitudine adiectas illi per tpa fuisse. Nec nos quod pro cõperto constituere de ea ualeamus quicquam habemus. Herbarij qui aliquando nobiscum egerunt, uicinitate nominis decepti, cũ onochile, quæ ab asinorũ labris dicta est, miscent: quemadmodũ in anchusis quarto uolumine nõ multo post patebit. Si uocis rationẽ nouisse aliqs amet, nihil q̃ asini ruditũ onobrychis significa bit. Verũ ut pauloañ diximus, nihil neq; ex hac neq; ex alijs causis de re & nomine pro cõperto nobis est.

περὶ ὑπερικοῦ. κεφ. φοζ'.

Ὑπερικόν. οἱ ἦ, ἀνδρόσαμον. οἱ δὲ, κόριον. οἱ δὲ, χαμαιπίτυν, διὰ τὸ τὴν πεύκην ἔχειν. τὸ σπέρμα ὁσμὴν ὁμοίαν πιφυραινούσης, σπαθαμιαῖος ὑπέρυθρος. ἄνθος ἔχει μήλινον. ὃ δὲ καρπὸς ἐμφερὴς τοῖς δακτύλοις, αἱματώδη τὸν χυλὸν ἐκκρίνει, ὅθεν μὴ ἀνδρόσαμον. ἐκλήθη. κλωνάρια ὑπόστασα. προμήκη ὡς ὅρος πυρὸς μέλανι σπέρμα. μέτρου κριθῆς, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα μέλαν σπίνης ὄζον. φύεται ἐν ἐρασίμοις μὴ ἐσχάτοις τόποις. Δύναμιν ἦ ἔχει διαρρητικήν, μὴ ἐμμίνουσαν ἀγωγὴν πρὸς ἑδρας μὲν. πλατείαις τε καὶ ἐλαίᾳ ἀπαλλάσσει μετ' οἴνου πινόμενον. θεραπεύει δὲ ἰκτεριῶντας ἐπὶ ἡμέρας μ'. τὸ σπέρμα πινόμενον. μὴ τὰ φύλλα σὺν μέλιτι σπέρματι καὶ ἁπλαπλόμενα, καὶ κακώματα ἰᾶται

De Hyperico. Cap. CLXII.

HYpericon. Sunt qui androsæmon, qui corion, qui, q̃ semen eius odore pineę resinę fit, chamæpytin uocẽt. Romãi pariter Græcis hypericum dicũt. Folia rutæ habet. Frutex est surculosus, dodrantalis, rubescens, flore albo uiolæ matronali simili. Habet & filiquam non adeo hirsutam, in rotundo oblongam, magnitudine hordei: in qua semen nigrum clauditur, odore resinæ. Nascitur cultis locis & asperis. Natura hyperico & uis est, urinã ciere. Menses trahit appositum. Finit tertianas quartanasq; in uino potum. Coxendicis dolores sanat quadraginta diebus potũ semen eius. Folia etiam cũ semine emplastri modo illita, ambustis medentur.

INTERPRES.

COmmunes hyperico tribusq; alijs deinceps numeratis & descriptis plãtis, ascyro, androsæmo & corinotę & partes aliquæ, cõgeneres & in aliquibus scriptoribꝰ cognomines sibijnuicẽ plãtas eas oẽs fecerũt: priuatimq; huic aut illi debitas appellationes adeo miscuerũt, ut nõ secus q̃ Romæ quondã in adoptionibus quibusdã factum est, ut seruato antiqui & proprij generis nomine, adoptione quæsitũ alterum illud adijceretur: sic seruata hyperici appellatione, hypericon ascyron, & hypericon androsæmon alii quando cõgeneres illi hæ plãtæ à quibusdã uocatæ fuerint. Nec aliter posteriores Latini de his tradiderunt. Græci tamen oẽs, priuatimq; hic scriptor seorsum de singulis docuêre, certiore disciplina usi, q̃ si uno capite simulq; de cũctis tradidissent. Quod em genera rerũ & species dispescit, exiguũ semper est, quod uero cõiungit, multũ. Decetq; in his professores omnes naturæ exemplo uti: & quæ ea licet exiguis notis uariauit, eos etiam alia et diuersa intelligere: nec miscere simul quæ discreta ea uoluit esse. Quæ autem communia quatuor his plantis, quæ itidem propria singulis sint, facile ratiocinari & colligere erit omnium earũ historiam in hoc scriptore diligentius obseruantibus. Nos breuitati consulentes ea relinquimus: monemusq; solũ, duo hyperici genera tantũ facere Plinii libro xxvi. capite viii. primum hoc quod corion uocari ait, & quartũ in

hoc

hoc ordine, quod mox à nobis tradetur, corin dici ab eo traditum: contra ea quæ à ſcriptore hoc docentur, dicente palàm aſcyron hyperici genus eſſe: & androſæmon ab hyperico & aſcyro differre tantum, &c.

Περὶ Ασκύρου. Κεφ. φοη'.

Ασκυρον. οἱ δὲ, ἀσκυροειδέα. οἱ δὲ, ἀνδρόσαιμον. καὶ τοῦτο εἶδός ἐστιν ὑπερικοῦ. μεγέθει διαφέρον· κλωσὶ μᾶλλον. φρυγανωδέ ς. χλοῦν δὲ καὶ πεφοινιγμένον. Καρῖς φύλλοις λεπτοῖς. Ἀνθᾶ δὲ μήλινα φέρει, καρπὸν δὲ ὅμοιον ὑπερικῷ. ὄζουσα ἐκτίνας. καὶ ὁ χυλὸς παραπλήσιον οἱονεὶ αἱμάσσουσα τοὺς δακτύλους τῷ στέμματι. ὡς διὰ τοῦτο ἀνδρόσαιμον καλεῖσθαι. Ποιεῖ καὶ ὁ ῥοῦς καιρὸς πρὸς ἰχιάδας πινόμενον μετὰ ὑδρομέλιτος κοτυλῶν β'. ἄγει γὰρ χολώδη κόπρια πολλά. σωματοῦται δὲ διδόναι χρὴ ἄχρις ἂν ὑγιασθῶσι. ποιεῖ καὶ πρὸς πυρίκαυστα ἐπιπλασθείς.

De Aſcyro. Cap. CLXIII.

Scyron. Sũt qui aſcyroides, qui androſæmon uocent. Romani pariter Græcis aſcyron appellant. Et hoc hyperici genus eſt: magnitudine differt, ramulis maioribus, fruticoſius, puniceo colore rubẽs: foliis paruis luteo flore. Semen fert hyperico ſimile, odore reſinæ, & q̃d digitis cõfricatum, ſanguineũ reddit liquorẽ manus cruentantẽ: ob quã cauſam androſæmon quaſi humani ſanguinis herbã, aſcyron aliqui uocauerũt. Facit et huic ſemẽ ad coxendicis dolores: in quẽ uſum bibit in dulcis aquę cyathis duobus. Biliоſa enim multa excremẽta ducit, oportetq; cõtinue bibendũ dare uſquedum cõualeſcant. Facit præterea ad ambuſta quibus emplaſtri modo imponitur.

INTERPRES.

SEparat Plinius aſcyron ab aſcyroide, duo eiuſdem plantæ genera faciens uicеſimoſeptimo uolumine capite quinto: deſcribitq; priuatim & ex proprijs utranq; notis. Hic tamen unum, quod bifariam uocetur, aſcyron ſcilicet, & aſcyroides eſſe tradit: Nec alibi quod hactenus inuenerim, aſcyroides aliquod Dioſcoridi eſt. Plinij tamen hiſtoria diuerſitatis huius cauſam indicat: ait enim ille: aſcyron & aſcyroides ſimilia ſunt inter ſe, ſed aſcyros maiores habet ramos: qui aſcyroides uocatur, ferulaceos, &c. Similia inter ſe Plinius duo hęc ait eſſe, & ſola magnitudine differre: quæ quoniam poteſt bonitate cœli terræq; fieri, à Dioſcoride neglecta eſt: Vnumq; genus fecit, quod forte ante ſe herbarij alij duo fecerant: quos ſecutus Plinius, diuerſam ab hoc uidetur aſcyri hiſtoriam tradidiſſe, quæ tamen una in utroq; eſt.

Περὶ Ανδροσαίμου. Κεφ. φοθ'.

Ανδρόσαιμον. οἱ δὲ, διονυσιάδα. οἱ δὲ, καὶ τοῦτο ἀσκυρον καλοῦσι. διαφέρει δὲ τοῦ ὑπερικοῦ καὶ τοῦ ἀσκύρου, θάμνῳ ὁμοίῳ λεπτοκαρφῶ. φρυγανώδης. πεφοινιγμένῳ τὰ βάβδια. φύλλα τριπλασίονα ἢ τετραπλασίονα τοῦ πηγάνου. ἃ τριφθέντα οἰνώδη χυλὸν ἀφίησι. μαχάλας δ' ἔχει πλείους ἐπ' ἄκρῳ τεταρσωμένας. πρὸς ἃς ἀνθήλια μικρὰ μήλινα. καρπὸς ὁμοίως τοῖς μελαίνης μήκωνος. οἱονεὶ κατάγραφος. ἀναπτριφθεῖσα δὲ ἡ κόμη, ἐκλινώδη ὀσμὴν ἀποδίδωσι. καὶ ῥοῦν ὁ καρπὸς λειοῖ δυσὶν ὀλκαῖς ποδιαῖς, ἄγει χολώδη κόπρια. δεσμεύει δὲ μάλιστα ἰχιάδας. δεῖ δὲ μετὰ πλὴν κάδδοσιν ὕδατος ἐπιζέσαι. καὶ πυρίκαυστα ἢ ἥπατα καταπλασθεῖσα ἰᾶται. καὶ αἷμα ἔσχει.

De Androſæmo, id eſt, humani ſanguinis herba. Cap. CLXIIII.

Ndroſæmon. Sũt qui Dionyſiadẽ, & qui hanc etiã aſcyron uocẽt. Romani pariter Græcis androſæmon. Differt ab hyperico & aſcyro. Frutex gracilib⁹ ramulis, ſurculoſus, puniceo colore rubẽtib⁹ uirgis. Folia habet triplo quadruplo ue maiora q̃ rutę: quę cõfricata ſanguinis colore liquorẽ remittũt. Alarum caua habet numeroſa, in ſummo alarũ auiũ modo pẽnata: circa quas floſculi parui ſunt, luteo colore. Semẽ in calyculis claudit, nigro papaueri ſimile, ueluti pũctis diſtinctũ. Reſinoſum odorem reddit cõfricata androſemi coma. Huius etiã ſemẽ tritũ potũq; pondere drachmarũ duarũ, biliоſa & alui excremẽta ducit. Sanat aũt coxẽdicis præcipue dolores: ueꝝ oportet poſt purgationẽ aquæ paulũ ſorbere. Ambuſtis p̃terea medet herba emplaſtri mõ ĩpoſita: & p̃ter hęc ſanguinẽ cõpeſcit.

INTERPRES.

SAtis ſibijpſi pro nominis ſui origine & cauſa teſtis Dioſcorides eſt, confricata digitis folia androſæmi, ſanguinis colore liquorem remittere dicens: contrà quàm forte ex hiſtoria eius aliquis ſuſpicetur: in qua hic πεφοινιγμένῳ τὰ βάβδια dixit: quod eſt, puniceo colore rubentibus uirgis: Veriſimileq; ſit ubi rubeat color, illi ſuccum ſanguinis ſubeſſe. Hic tamen poſt deſcriptas eo colore uirgas, cum de folijs egiſſet, quæ triplo quadruplo ue maiore quàm rutæ fecit, ſtatim ſubiecit: ἃ τριφθέντα, αἱματώδη χυλὸν ἀφίησι: quod eſt: Sanguineum ſuccum remittunt. Nec poteſt ex grammaticorum legibus id niſi ad folia referri, quę Plinius, quod ab hoc non dicitur, alba eſſe tradit. Habere etiam numeroſa alarum caua androſæmon Dioſcorides ait, in ſummo πεταρσωμένας: quod participiũ à nobis redditũ eſt: alarũ auium modo pẽnata. In quo ſciendum, primas

primas in descriptione hac nostra alas significare nobis, quas Græci μαχάλας dicunt, caua geniculosq; in plã tis, unde folia aut ramulorũ noua egreditur soboles: sumpta ab hominum alis translatione, quæ in iunctura brachij cum humero ab interiore parte caua sunt, & quasi pube aliqua fruticãt: de quibus Latini poëtæ ce cinerunt: Lædit te quæ dã mala fabula, q̃ tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper: &: Cubat hircus in alis: & pleraq; alia: à quarum lacuna & pubis fruticatione, Græci in plantis alas dixerunt, quæ nos paulo ante caua & geniculos diximus: Secundas uero ad auium alas non simpliciter, sed ad uolatum apértas, & tota latitudine sua expansas, quas Græci πτερσοὺς uocãt, & ab his facto uerbo, tum participio πεπτερωμένας, quod est, alarum in auium uolatu modo expansas. Vtitur hic ipse scriptor eodem hoc participio in ebulo, quæ quarto uolumine descripta est. Ex cuius figura quoniam notior ebulum q̃ androsæmos est, poterũt omnes rem facillime cognoscere. Plinius in abiete eandem hanc foliorum formam describens, pennata uocauit. Nosq; eum imitati, in androsæmo alas non auium, sed ut in plantis pennatas diximus.

Alæ hominis. Alę plantarum.

περὶ κόρεως. κεφ. φπ'.

Κορις. οἱ δὲ τὸν ὑπερικὸν καλοῦσι. φύλλον ἔχει πλατύτερον ἢ ἐρείκης, μικρότερον δὲ καὶ λιπαρώτερον, καὶ ἐρυθρότερον. θάμνος δέ ἐστιν ὡς τραγιαῖος, εὔοσμος. δάκνει καὶ εὐώδης. τὸν καρπὸν πίνομεν, οὖρα καὶ καταμήνια καὶ ὀπισθοτονικοῖς σὺν οἴνῳ πίνομεν. ἐπὶ δὲ ὀπισθοτονικοῖς πρὸς δὲ ῥίγη σὺν πεπέρει. ἐπὶ δὲ ὀπισθοτονικῶν καὶ σύγχυσιν ὅτι σὺν ἐλαίῳ ἀγρίῳ.

De Cori. Cap. CLXV.

COrin. Sũt qui & hanc hypericon uocẽt. Romani pariter Græcis corim dicũt. Folia habet ericæ similia, minora tantũ pinguioraq; & rubentia. Dodrantalis frutex est, sapore grato acer, odoratusq;. Bibit semen eius, mensesq; & urinã trahit. Succurrit phalangiorũ morsibus, coxendicis doloribus, & in scapulas rigentibus: in quos usus in uino bibitur. Cõtra febrium autem in accessione cum tremore algoribus, addito pipere. Idem ex oleo in scapulas rigentibus utiliter inungitur.

INTERPRES.

VNdiq; toto corpore rubentem corin hanc nobis aliquot herbarij ostenderunt. Dico autem undiq; & toto corpore, foliis, ramulis, & florum doliolis. Hic tamen rubere tantum folia ait. Natura corim causam credimus & hunc & Plinium, ex ruboris abundantia rubere tantum eius folia dixisse. Legebantur in Græcis qui circunferuntur, & in extremo capite remedia aliqua, quæ in uetustissimis & optimis eius gẽ tis codicibus, & in Latinis eiusdem notæ Serapione q; nulla sunt. Ea nos ueluti adiecta relinquimus. Poterũt nihilominus ex alijs interpretibus nouisse ea uolentes.

περὶ χαμαπίτυος. κεφ. φπά.

Χαμαπίτυς. οἱ δὲ πιτυσόξυσιμ. οἱ δὲ ἐρείκλη. οἱ δὲ βριονίαν ἀγρίαν. ἡμέρνιοι πόντῳ ὁλόκυρομ καλοῦσι. ἀδιώκτως μιωνίαν. ἐν δὲ εὐβοίᾳ, σιδηρῖτιν. προφῆται αἷμα ἀθλιῶν ἡγοῦνται οἱ κυπρίων μ. δάκοι δ' ὀχελᾶ. ἔχει ὁμοίαν ἀβρώτῳ μικρῷ. λεπτότερα ἢ πολλῷ λιπαρώτερα, καὶ δασέα. πυκνὰ περὶ τοὺς κλάδους. ὁσμὴν ἔχουσα πίτυος, ἄνθη λεπτὰ μίλινα, ἰλυκά. ῥίζαν δὲ ὡς κιχωρίου. ταύτης τὰ φύλλα πίνομεν μετὰ οἴνου ἐπὶ ἡμέρας ε'. ἰκτερικοὺς δὲ λαπεύει. ἐπὶ δὲ μ'. ἰχιάδα δεται καὶ ἡπατικοῖς, καὶ δυσουρικοῖς, καὶ νεφριτικοῖς, ἰσχιακοῖς, ἀσμόζοντα καὶ στομαχικοῖς. χρῶνται δ' αὐτῇ καὶ ἐν ἡρακλείᾳ τῇ πρὸς κῆ. ὡς ἀντιδότῳ πρὸς ἀκόνιτον, πτίζοντες τὸ ἀφέψημα. καταπλάσσεται δὲ πρὸς τὰ προειρημένα μετὰ ἀλφίτων δεδυμένων ἢ ἀλφιτοφεδήματι καὶ πόας. λειανθεῖσα δὲ σὺν σύκοις, καὶ ἀντὶ καταπλάσεως διδομένη, μαλάσσει κοιλίαν. μετὰ μέλιτος δὲ καὶ λεπίδος καὶ

De Chamæpity, quæ Aiuga, humilisq; & coactæ ad terram breuitatis Picea, à Latinis dici potest. Cap. LXVI.

CHamæpityn. Sunt qui pityoryson, qui orizelon, qui brioniam sylueſtrem uocent. Pontus eam olocyron, Athenæ Ioniam, Euboia syderitin, Daci dochela, Magi sanguinem Palladis, Romani cupressinã & aiugam siue abigam dicũt. Serpit per terram herba, incuruæ similis. Folia habet minori sedo similia, multo tamen tenuiora hirsutaq;, & circa ramulos frequentia, odore piceæ: flores paruos, colore luteo: radicem cichorij. Sanant suffusos fel le folia eius septem diebus in uino pota. Quadraginta uero, dolores coxendicis in dulci aqua. Dantur præterea iocinorosis, anguſtijs urinæ, renum cũ urinæ malo aliquo doloribus, priuatim his malis utilia, & torminibus. Quinetiam pro antidoto hac utuntur contra aconitum in Heraclea incolæ, decoctum eius propinantes. Vtilis præterea contra prædicta macerata decocto eius polenta, mox emplastri modo imposita. Eadem cum caricis in pilulas subacta, mox deuorata, aluum mollit. Cum melle uero, squama æris &

ῥητίνης ἀναληφθεῖσα, καθαίρει. ἄγει δὲ καὶ τὰ ἀπὸ ὑστέρας προσεθεῖσα σὺν μέλιτι. διαφορεῖ δὲ καὶ σκληρίας μαστῶν. τὰ τραύματα κολλᾷ. τὰ ἕρπητας ἐπέχει μετὰ μέλιτος καταπλασσομένη.

Περὶ Ετέρας χαμαιπίτυος. Κεφ. φπβ'.

Εστι καὶ ἑτέρα χαμαιπίτυς, κλάδους ἔχουσα πηχυαίους. ἀγκυροειδεῖς. λεπτοκάρφους. κόμην δὲ ἐοικυῖαν τῇ πρὸ αὐτῆς. τὰ ἄνθος λευκόν. σπέρμα δὲ μέλαν. ἀπόζει δὲ καὶ αὐτὴ πίτυος. καὶ τρίτη τίς ἐστιν ἄῤῥην καλουμένη. ἔστι δὲ βοτάνη λεῖον. ἔχει φυλλάρια λεπτά. λευκά. δασέα. καυλὸν δὲ τραχύν. λευκόν. ἀνθήλια μήλινα. σπερμάτιον δὲ πρὰ τὰς μασχάλας. ὄζει δὲ καὶ τοῦτο πίτυος. Δύναμιν δὲ ἔχουσι καὶ αὐτὰ ὁμοίαν τῇ προειρημένῃ. οὐμὴν οὕτω πρακτικήν.

resina coacta, purgat. Eadem ex melle apposita, muliebres locos purgat. Discutit & mammarum durities: Glutinat uulnera, & quæ serpunt compescit, ex melle emplastri modo imposita. Est & altera chamępitys, ramis cubitalibus ancorarum modo inflexis, fruticosa. Similem prædictę comam habet: Florem tamen cãdidum: semen nigrũ: odore piceæ. Est & tertia quæ mascula appellatur, herbula foliolis tenuibus, candidis & hirsutis. Caulem hæc habet asperum, candidum: Flosculos luteos: Semina secus alarum caua. Piceam & hæc olet. Vires habent priori similes, non adeo tamen efficaces.

INTERPRES.

Plinium imitati ante nos interpretes alij, quocunq; loco nos piceam in hoc capite diximus, ubiq; pinũ dixerunt: ille enim XXIIII. uolumine, capite sexto chamæpityn describens, flore pinus & odore esse dixit. Idem non multo post pityusam pariter describens: Frutex est similis piceæ, ait: eandem in duobus nominibus Græcorum pityn, diuersa interpretatione ostendens. Per cuius uestigia ingressus Barbarus, eadem uarietate quam pityn primo uolumine piceam dixerat, hoc loco pinum dixit. Nobis quod semel primo uolumine dictum probatumq; fuit, seruare hoc loco etiam placuit: poteruntq; cupientes ex nostra piceæ commentatione causas rationesq; nominum huiuscemodi cognoscere. Quia piceam olent folia eius, chamæpitys dicta herba hæc est. Quæ etiam causa fuit, ut thus terræ uocaretur: quoniam totius pinorum generis resina, thus olet: hæc autem piceam. Triplex chamæpityos huius genus est, diuersis inter se partibus alijs, sed eodem piceæ odore: ob quam causam creuerunt per tempora tam multæ eius appellationes: alijs plantis, alijs eas comparantibus herbarijs: & ex his illis ue notis eas describentibus. Hinc primum brionia, sed syluestris dicta est: maior hæc scilicet, & quæ cæteris communicato odore nomen etiam communicauit. Hinc Romani cupressinam herbam uocarunt: tertium genus eius intelligentes. Addidit huic appellationi Apuleius in commentariolo suo de herbis, colorem: cupressinam nigram uocari, scribens. Idemq; hoc genus idem Apuleius spiculam, à similitudine uidetur nominasse. Plinius aiugam uocari dicens, nullam nominis causam reddidit. Apuleius præter id abigam uocari etiam indicauit, quòd ui sua, ut hic ait, aluum purget, & in fœminis muliebres locos, trahens quæ illic morantur. Cur uero Pontus, Athenę & Euboia alijs nominibus eam indicarent, non satis certum nobis modo est. In descriptione florum primi generis, qui passim in Græcis leguntur candidi uel lutei, quoniam duorum generum non unius flores imprudenter coniuncti illic fuerant, alterum nos colorem exclusimus. Luteo siquidem flore primum & tertium genus est, cãdido autem secundum: at illic de primo tantum agebatur: nec poterat in una eademq; planta, quod natura ubiq; constans non facit, tam diuersus uariari color. Habuimusq; in eo adiutores uetustissimos Latinos & Græcos. vti autem chamæpity hac contra aconitum testis in Alexipharmacis suis Nicander est, scribens: πολλάκι δ' ἡμιδαὲς χειρὸς βάρος αἴνυσθρίον, παῦρα χαμαιπίτυος. Caricas etiam, quas alij ficos uerterunt, ijsdem autoribus, exigenteq; rei necessitate, nos diximus.

LIBRI TERTII FINIS.

ΠΕΔΑΚΙ PEDACII DI

ΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕ ὡς, περὶ ὕλης ἰατρικῆς, ΒΙΒΛΙΟΝ Δ'.

OSCORIDAE ANAZARBEI De medica materia. Liber IIII.



ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΡΟ ΤΟΥΤΟΥ τρισὶ βιβλίοις φίλτατε ἄρξε, πᾶσ' ὀνπερ περὶ ἀρωμάτων, καὶ ἐλαίων, καὶ μύρων, καὶ σ' ἐνσ' ῶν, καὶ ζώων, καὶ σιτηρῶν, καὶ λαχάνων, καὶ ῥιζῶν, καὶ χυλισμάτων, καὶ βοτανῶν, καὶ ὠδραμάτων, ἓν τούτῳ τετάρτῳ ὄντι, περὶ τῶν λοιπῶν ὑλῶν βοτανῶν καὶ ῥιζῶν διαλεξόμεθα.



RIBVS HACTEnus libris chariſſime Aree omnẽ tradidimus de aromatis, oleo omni, unguẽtis, arboribus, animalibus, frumentaceis, oleribus, radicib⁹, ſuccis, herbiſq; & ſeminibus rationem: In hoc qui quartus erit, de reliquis herbis radicibuſq; agemus.

περὶ κέστρου. κεφ. φπγ'.

De Vetonica. Cap. I.

ΚΕΣΤΡΟΝ τὸ καλούμενον ψυχότροφον, ἐπεὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις εὑρίσκεται τόποις, ὃ γραικοὶ βετονίκλων καλοῦσιν, ἔχουσα λεπτὸν πήχεως ὑψος, ἢ καὶ μείζονα, πετράγωνον. φύλλα μακρά. μακρὰ. ὅμοια δρυΐ. πλὴν πρὶφερέστερα ἐχινμένα. εὐώδη. μείζονα δὲ τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν. ἐπ' ἄκρῳ δὲ τοῦ καυλοῦ ἔνεστι τὸ σπέρμα ἐν σαχωμμίῳ ὡς πρὸ δύο βρας. ταύτης τὰ φύλλα δὲ συλλέγοντας ξηραίνειν. ὧν ὅση μὴ ἡ πλείων χεῖσις. ῥίζαι δὲ ὑπόλευκαι ὡς ἐλλεβόρου. αἱ λίαν φλεγματώδη προσκαλοῦνται ἔμετον μετὰ ὑδρομέλιτος πινόμεναι. αἱ φύλλων δραχμὰς πρὸς τὰ ὠδύσματα. ῥήγματα. καὶ πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ διαθέσεις. μὴ πνιγὰς ὑστερικὰς < ά. ὁλκὴ μετὰ ὑδρομέλιτος πινόμεναι. θηριοδήκτοις ὁλκαὶ γ'. μετ' οἴνου κοτυλῶν β'. καταπλασσομένη ἢ ἡ πόα, ὠφελεῖ τοὺς θηριοδήκτους. ⟨ πρὸς τὰ θανάσιμα ὁλκὴ μετ' οἴνου πεσσὸς ἀρμόζει. ἐὰν δὲ ἐπιπροπίῃ, οὐδὲν βλαβήσεται λαβὼν φάρμακον θανάσιμον. ἔστι δὲ οὐσιακή. κοιλίας τε ὑπερβασικὴ. θλαπεύει δὲ καὶ ὠλλήπτους. καὶ μανομένους μετ' ὕδατος πινομένη. καὶ ἠπιάλικούς. ὠλλιπθέντας. πρὸς δὲ καὶ πέψιν ἑαυτοῖς μετὰ τὸ δεῖπνον αὐτὴ κυάμου μέγεθος καταπίνειν μέλιτος ἐφθοῦ. ὁμοίως καὶ ὀξυγεγμιῶσι δίδοται. σομαχικοῖς δὲ διαμασᾶσθαι καὶ καταπίνειν μετὰ χυλόν. εἶτ' ἐπιῤῥοφᾶν οἴνου κεκραμένου. δίδοται δὲ καὶ ἀμοπτοϊκοῖς ὁλκὴ ξηροβόλου μετὰ κράματος κυάθου ἑνὸς γαλακτώδους. ἰχιαδικοῖς τε μεθ' ὕδατος. καὶ νεφριτικοῖς, καὶ κύ-

ESTRON. ⌊Romani Vetonicã uocãt.⌋ Cestron quod, quoniã frigidiſſimis inuenit locis, pſychotrophon nominat, quodq; Romani Vetonicã dicunt, herba eſt qua drangulũ, tenuẽ, altitudine cubitali & aliquando maiorẽ caulẽ habens: Folia longa, mollia, quernis ſimilia, per ambitũ inciſuris diuiſa & odorata: inter quæ maiora ſunt quæ ad radicẽ uiuũt. In ſummo cauliũ ſemen eſt ſatureiæ modo ſpicatũ. Carpuntur folia eius ſiccãturq;, quoꝝ frequẽtior uſus eſt. Radices illi ſunt graciles quales ueratri: quę pituitoſas uomitiones ciẽt in dulci aqua potæ. Dant drachmæ pondere bibẽda folia in dulci aqua aut ſimplici aqua conuulſis, ruptis, contra muliebriũ locorum affectiones, & ſtrangulatu uuluæ procidentibus. Triũ uero drachmarũ pondere cũ uini ſextarijs duobus cõtra uenenatoꝝ morſus. Quin etiã emplaſtri modo impoſita herba uenenatorũ morſibus pariter prodeſt: Prodeſt & contra uenenata: in quẽ uſum drachmę põdere bibitur in uino. Eadẽ præſumpta, letalibus aduerſat uenenis. Vrinam præter hæc cit: Aluũ deĵcit: Comitiales & furioſos ſanat cũ aqua pota. Bibitur hæc ipſa utiliter drachmæ pondere iocinoroſis: lienoſis uero cum aceto mulſo. Adiuuat cõcoctiones ſiquis fabæ magnitudine addito deſpumato melle poſt cœnã eã deuorauerit. Datur eodem modo & acida ructantibus. Datur & cibum in ſtomacho non continentibus ut commanducetur: expreſſuſq; in cõmanducando ſuccus deuoretur: moxq; temperatum aqua ſorbeatur uinum. Datur & ſanguinẽ expuẽtibus triũ obolorũ pondere in dilutæ uini potiõis cyatho uno. Coxendicis doloribus prodeſt cum aqua pota. Renũ etiã cũ urinæ malo aliquo, ueſſi-

σιμ ἀλγοῦσιμ. ὕδρωπικοῖς ὀ < β'. μεθ' ὕδρο
μέλιτος πυρέσσουσιμ, ἀπυρέτους δὲ σὺν οἴνο
μέλιτι. ἰκτερίωντας τὲ καθίσκοσι, ἢ καταμή
νια ἄγει ὁλκὴ ἀ. μετ' οἴνου πινομένη. κοιλίαν
β'. δὲ < κ δ'. πρόσθεν καθαίρουσι μεθ' ὕδρομέ
δ'. λιτος κυάθοις κ δ' ἑκάστοτε. πρὸς φθισικούς.
ἐμπυϊκοὺς μετὰ μέλιτος. ἀρτίθετοι δὲ αὐτῶ
τὰ φύλλα ξηρὰ λεῖα ἐν κεραμέῳ ἀγγείῳ.

cæq; doloribus: cutẽ uero subeuntibus aquis drachmaq; duaq; põdere cũ dulci aqua, ubi febris fit: ubi uero ea abfit, cũ mulso. Emẽdat suffusos felle. Mẽses ducit drachmæ põdere cũ uino pota. Aluũ purgat põdere drachmaq; duaq; cũ dulcis aquæ cyathis quatuor. Facit ad tabẽ quã Græci phthisin dicũt: purulẽtasq; excreationes, cũ melle. Seruãda trita Vetonicæ ficcata folia in fictili sunt.

INTERPRES.

TEmere, nisi nota passim cunctis Vetonica esset, quotidie eam laudaret rustica & urbana plebs omnis: nunq; non in extollenda boni alicuius multiplici potestate & usu Vetonica utilius dicere solita. Idq; à tam multis & tam sæpe fit, ut cœperit iampridẽ non secus q̃ in prouerbio alioq; bonoq; formula & exẽplar quoddã genti nostræ herba hæc esse: cuius bonitate cuncta alia indicentur. Quodq; inter nos fit, fieri inter alios etiã credentes (ubiq; enim easdẽ mereẽ laudes) non erimus in descriptione eius longiores. Nec cur ueteres Græci psychotrophon eã uocauerũt, prosequemur. Satis enim hic uocis eius causam reddidit. Quod fortẽ desiderauerit aliquis, non relinquemus: à uarietate & copia remedioq;, cestron à Græcis dictã fuisse: qui multa alia una hac appellatione indicauerunt: Telũ primo q̃d Persico bello inuentũ fuerit: Opus interpunctũ acu'ue pictũ: Veneris & fœminaq; ornatũ: etsi priuatim cestos hic dicatur: Libri prætereà à uarietate subiecti, ab aliquot Græcis hoc titulo inscripti sunt. Sic etiã Plinius aliq̃n ebur cestrũ id est picturatũ dixit. Latini ab inuẽtoribus cognominatã Vetonicã semper uocauerunt. Sunt aũt Vetões autoribus Geographis cunctis, in Hispania primi Vetonicæ huius inuentores, si Plinio credimus xxv. uolumine cap. viii. dicenti: Vetones in Hispania eam quæ Vetonica dicitur &c. Non erit difficile plantas aliquas obseruãtibus nouisse, quodnam in Vetonica nos spicatum semen, quosq; spicatos flores dixerimus. Intelligimus enim primo flores, tum ex floribus semina sic in summo caule disposita, ut spicæ in frugibus formã ostendant: qualis plantaginis & multarum aliarum flos est. Multoq; minus, quosnam acida ructantes indicemus: nulli eũ non aliquando id malum accidit. Videdum postremo, quo loco hic ait, folia Vetonicæ ὠώδη, id est odorata esse: ὠώδη ne an ἰνώδη legendum sit, quod uenosa & fibris distincta significat, ut meliores Græci omnes habent. An uti aliquot ex melioribus utrunq;, id est ὠώδη καὶ ἰνώδη, quod est uenosa & odorata.

Cestros.
Spicatũ semen.
Spicatus flos.
Acida ructãtes.

περὶ Βρεττανικῆς. Κεφ. φπδ'.

Βρεττανικὴ ἢ Βεττονική. πόα ὄζιν ἔχουσα φύλλα ἐμφερῆ λαπάθῳ ἀγρίῳ. μελάντερα δὲ καὶ μᾶλλον ἀσύτερα. σύφοντα ἐν τῇ γεύσει. καυλὸν δὲ ἀνίσιον οὐ μέγαν. ὀρίζουσι λεπτοὶ καὶ ἕξαχθεν. χυλίζει δὲ αὐτὰ τὰ φύλλα. καὶ ἐν ἁλίῳ ἢ πυρὶ συσφέφει. δύναμιν δὲ ἔχει συπτικήν. ἰδιαίως ἀσμόζουσαν πρὸς τὰς ἐν σόμαχι καὶ παραθμίοις νομάς. πρὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ ὅσα σύφεως χρῄζει.

De Britannica herba. Cap. II.

BRitannicã Romani pariter Græcis Britannicã dicunt. Herba est syluestri rumici similia habens folia, nigriora tantũ hirsutioraq;, sapore adstringente. Caulẽ nõ adeò grandẽ ex se mittit. Radicẽ tenuem breuẽq;. Exprimit ex foliis succus: densatq; in sole, aut ad ignẽ. Vires adstringẽdi habet priuatim ad ea, quæ in ore & tonsillis pascẽdo serpũt, accõmodatas. Facit & ad alia oia quæ adstrindi opus sit.

INTERPRES.

DVobus in diuersa humani corporis parte non leuibus morbis, in Germanici cæsaris exercitu trans Rhenũ promotis castris, utilẽ primo inuentã fuisse Britannicã, Plinius xxv. uolumine cap. iii. prodidit: malaq; duo illa stomacaccẽ & scelotyrbẽ uocauit: in ore alterum, in neruis simpliciter alterq; fieri dicẽs: Neq; ex intrinseco uitio corporis uexatos his malis imperatoris eius milites, sed hausta potaq; ex fonte aqua qui in eo tractu scateret, cuius malefica ui intra biennũ dentes decciderent, & in genibus cõpages soluerentur. Quod sanè non miretur aliquis, cum Vitruuius sui operis octauo uolumine, Sufis referat fuisse fonticulũ, ex quo qui bibissent, dentes amitterẽt. Inscriptũq; sua ætate ad fontẽ eũ fuisse epigrãma, cuius sententia esset, egregiã ad lauandũ esse aquã, sed eam si bibatur, excutere è radicibus dentes. Quod epigrãma quoniã iampridẽ Vitruuio restitutũ est à nobis, nõ repetẽ hoc loco: etsi qui eũ scriptorẽ imprimi curauerũt, per quos in ea re profecerint, ambitiosius q̃ decebat dissimulauerint. Neq; enim in Vitruuio legi ea carmina poterãt, quæ in multis eius autoris codicibus aut nulla erãt aut trunca, tãq; corrupta, ut Oedipode uateq; aliquo, non hominis diligẽtia indigerẽt. Ea nos primi ex Ifigono antiquissimo scriptore, & ex cõmẽtario eius de aquis in lucẽ protulimus: liberalitatisq; nostræ hanc modo patimur pœnã, ut ab aliis didicisse uideamur, quoq; nos illis autores fuimus. Eritq; expostulationis huiꝰ nostræ certissimũ argumentũ q̃ supereſt nobis ex eodẽ illo Ifigono non mediocris Græcorũ epigrãmatũ numerus, pro pleriscq; aliis aquis, quę diuersa potestate diuersis locis à Plinio & Vitruuio numerantur. Verũ satis dicta hæc extra rem nostrã sint. Ad Britannicã redeundũ, quã ex Plinio dicebamus mederi neruis & oris malis, quæ Germanici milites trans Rhenum uitio aquæ contraxerant. A Strabone lib. xvi. non in Germania neq; ex uitio aquæ tantũ, sed in Arabia & ex regionis eius fructibus in Galli exercitu pariter grassata esse eadem duo hæc mala, in historia relatũ est. Vocatq; ipse σομακόκακκα καὶ σκελοτύρβια: declarauitq; illam oris, hanc cruris resolutionem quandam fuisse. Nostramen in Græcorum medicina stomacaccem hactenus nunq; legimus. videmus tamẽ uitium & maleficium oris

σομακόκακκα· σκελοτύρβια.

eam

cam significare uocem: & quoniam ut græce loquamur, κακίζει τὸ στόμα quod est, ori nocet, sic uocatā fuisse. Plinius ad dentes eorumq; casum rem contraxit. Strabo non magis id q̄ aliud significauit, πρὸς πάλανσιν τοῦ στόματος, id est resolutionem oris uel partiū quæ circa os sunt, dicens: Dioscorides ad ea quæ in ore & tonsillis pascendo serpunt. Scelotyrbem aūt alterū illud malum, quo Plinius ait compages in genibus solui, Galenus in diffinitiōibus suis his uerbis descripsit: Resolutionis genus scelotyrbe est, qua rectā totus ingredi homo nequit: sed aliquando siniſtrum latus in dextrum, aliquando dextrum in siniſtrum circūfert: aliquando crus post se trahit, non aliter q̄ualde accliues locos ascendentes. Sequitur Britannicā in cunctis fere Græcorū codicibus Vetonicæ caput superstitioſe & imprudēter huic scriptori adiectum. Id in antiquissimis quos habemus Dioscoridis Græcos Latinosq; codices, nullibi legitur. Nec uerisimile est post tractatam semel tam Vetonicam, intercedente alio capite, de eadem iterum agēdum huic scriptori fuisse. Accedit his, quod in plerisq; alijs etiā diximus: Nihil in hoc scriptore maiestate eius indignius, nec cui minus credere oporteat, q̄ ubi superstitioſum aliquod, & ad religionem nostram pertinens ab eo docetur. Poterunt legentes q̄d dicimus ex his quæ alij interpretes reddiderunt, censere. Nobis non placuit religionem naturæ miscere: & quæ tam longo interuallo distant in scriptore hoc, eadem facere. Vana hominum mortalitas hæc primum infert: mox imprudentia & salutis studiū excipit, exceptaq; per manus diu ferūtur: Nisi prudentior aliquis, quod sapientes præcipiunt, de genere in genus non transeundum esse alios monuerit.

Περὶ Λυσιμαχίου. Κεφ. φπέ.

Λυσιμάχιον, οἱ δὲ λύτρον καλοῦσι. καυλοὺς ἀνίησι πηχυαίους ἢ καὶ μείζονας. λεπτὸς. θαμνώδης. ὧν πρὸ τὰ γόνατα, φύλλοις λεπτοῖς ἐκφύσεις πρὸς ἀπλησίοις τῆς γῆς. συφόντων ἐν τῇ γεύσει. ἄνθος πυξάριον ἢ χρυσοειδές. φύεται ἐν ἑλώδεσι τόποις. ἕλκη δὲ ὁ χυλὸς τῶν φύλλων συπτικὸς ὢν, πρὸς αἷμα τε ἀναστόμωσις, πρός τε ἀναγὰς καὶ δυσεντερίας πόμα καὶ ἔγκλυσμα, ῥᾶστα γυναικεῖον ἴσχιον ἐν προσθέτῳ. καὶ πρὸς τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμορραγίας ἐμφασσόμενον ἢ πόᾳ ἀσμένῳ. ἔστι δὲ καὶ θραυσμάτων καὶ ἰχαμοῦ. ξυμμαθοῦσα δὲ δριμύτατον μέχρι πολλοῦ κατανόμου. ὥς τε καὶ ἑρπετὰ διώκειν καὶ μύας ἀποκτείνειν.

De Lysimachia herba. Cap. III.

LYsimachion. Sunt qui lytron uocēt. LRomani pariter Græcis Lysimachiā appellāt.┘ Caules profert Lysimachia cubitales, & aliquando maiores, graciles frutico sosq; in qbus tenuia in geniculis fruticant folia salici similia, sapore gustū adstringētia. Florē habet rubentē, uel ad aurū inclinato colore. Nascitur paluſtribus locis & prope aquas. Confert foliorum succus cui adstringēdi uis est cōtra sanguinis excreationes & inteſtinorū tormina: in quē usum bibitur & inungitur. Siſtit etiā muliebres fluctiōes appositus. Contra sanguinis ex naribus eruptiones utiliter herba naribus inseritur. Vulneribus eadem utilis sanguinē compescit. Incensa ad uaporem suffitumq;, acerrimū ex se mittit fumum, quo fugentur serpentes & muscæ pereant.

INTERPRES.

Esset aliarum omnium maxima uiri & uxoris in coniugio fœlicitas, frustraq; ceciniſſet in Satyra Aquinâs poëta: Semper habet lites alterna q; iurgia lectus, In quo nupta tacet: ſi quod antiquitas ſibi persuaſerat, diſcordantibus iumentis iugo impoſitam Lyſimachiā, asperitatem eorum coërcere, uērum natura saltem in hominibus ostenderet. Quod enim in eo carmine statim sequitur, minimum dormitur in illo: mutata fortuna, solo caule eius stratis impoſito, in tranquillam profundamq; edormiendā nobis quietē euaderet. Neſcimus nos q̄ uerū id ſit. Columella certe in boū domitura ferocientium tauroū adhuc, tergora mero respergi iubet, quō familiariores bubulco fiāt. Sed hoc rationē aliquam ex uini ui habet, qua mulceāt omniū animantiū ferocia. Qua uero poteſtate Lyſimachia id poſſit, parū certū nobis est. Tradiderūt in Græcis hoc aliqui, in Latinis Plinius lib. xxv. cap. vii. q̄d nos quale id cōperimus, docemus: Alioqui regiæ digni tatis herba hæc est, à Lyſimacho rege inuenta, & ob hoc saltē amanda: q̄uis gentibus optabilē natura eam fecerit: tam multis morbis & uitijs remedio est, præsertimq; sanguinis ex naribus eruptionibus. In quibus oportebit medicum diligentius animaduertere, sanguinis ne eruptiōibus in febre an per se factis ab ea parte Lyſimachia hæc medeatur. Tota enim & efficaciſſimas adstringendi uires habet: ideoq; his sanguinis ex naribus profluuijs, quæ in febribus decretoria salutis erunt, inutilis & periculoſa.

Περὶ πολυγόνου ἄρρενος. Κεφ. φπς.

Πολύγονον ἄρρεν. Lοἱ δὲ πολυγόναπυρον. οἱ δὲ, κωνοχάλιον. οἱ δὲ, ἡράκλειον. οἱ δὲ, ἀσφάλτιον. οἱ δὲ, χιλιόφυλλον. οἱ δὲ, πολύκαρπον. οἱ δὲ, κλῆμα. οἱ δὲ, καρκίνηθρον. οἱ δὲ, πενταπέταλον. οἱ δὲ, κυνοπόδιον. οἱ δὲ, ζαρίθεα. οἱ δὲ, πηδαλίδα. οἱ δὲ, μυρτοπέταλον. οἱ δὲ, σεμφάλιον. αὐγύπτιοι δὲ ἀμφὶ

De Masculа sanguinali herba. Cap. IIII.

POlygonon arrhena, id est masculā. LSunt qui polygonaton, qui cynochalen, qui Heraclian, id est Herculeā, qui asphaltion, id est bituminoſum trifoliū, q chiliophyllō .i. millefoliū, qui clema .i. uiticulā, qui à copia semi nis polycarpon, qui carcinethron, qui teuthaliden, qui myrtopetalon, id est myrteum folium, qui cnopodion, qui pedalion, qui ſtemphin,

φίμ. πρoφῆται γόνος ἥρωος, ὁι ἢ ὄννξ μυός. ξωμαῖοι σεμινάλις. ὁι ἢ, σοπίνακα. ἄφροι χαλόμ. ⌊πόα ὀξὶ κλῶναις ἔχουσα λεπτούς, ξυφροὺς, πλουὺς, γόνασι πρὶ λημμιώνους. ἕρπυταις ἐπὶ φλ γῆς ὥς πρ ἄγχωσις, φύλλα ἢ πτγάνῳ ὅμοια. ὠφελεῖ λα. ⌊ηχὴ μαλακώτερα.⌋ ἔχει ἢ καρπὸν πρ' ἕκασον φύλλον. ὅθεν ηχὴ ἄξεμ καλεῖται. ἄνθος ἢ λευκὸν ἢ φοινικοῦν. δώναμιν ἢ ἔχει συπτικὴν, ψυκτικὴν ὁ χυλὸς πινόμενος. ἁρμόζει ἢ ὁμοπτοϊκοῖς, ἢ πρὶς ἢ κοιλίαν ξεύμασι. χολερικοῖς τε ἢ στραγγωριῶσιν. ἄγει δ' οὖρα ἐνεργῶς. βοηθεῖ θηριοδήκτοις μετ' οἴνου πινόμενος. εἰ πρός πρὸς ἰόδους πρὸ μιᾶς ὥρας φλ ἐπίσκμα σίας λαμβανόμενος. ἴσκυσι ἢ ἢ ἓν γυναικεῖον πρόσθεσις. ἢ πρὸς ἀλαλίας ἢ πνοῆροίας ἐνσαλόμενος ἁρμόζει. σωφθεὶς ἢ οἴνῳ ἢ μέλι πρόσλαβὼν, ἄκρως πρὸς πρὸς τὰ ἐν αἰδοίοις ἕλκη. καταπλάσεται ἢ τὰ φύλλα πρὸς σομάχου ἔγκαυσιν, ἢ αἵματος ἀναγωγὰς, ἢ ἕρπητας, ἐρυσιπέλατά τε ἢ φλεγμονὰς, ἢ οἰδήματα, ἢ τραύματα πρόσφατα.

phin, qui muris unguẽ, qui Proſerpinacã uocent. Magi herois ſanguinẽ. Aegyptij thephin. Aphri cuculũ. Romani ſanguinalẽ dicũt. ⌊Herba eſt ma ſcula ſanguinalis, numeroſos, graciles & teneros ramulos habens, geniculis interſectos, graminis modo per terrã ſerpentes. Folia rutæ illi ſunt, longiora tamẽ ⌊& molliora,⌋ & ſingulis foliis adnatũ ſemen: quã ob cauſam maſcula appellatur. Flores cãdidi aut punicei. Adſtringit refrigeratq; potus ſanguinalis herbæ ſuccus. Sanguinẽ expuentibus, & alui fluoribus prodeſt. Cholericis itidẽ & ueſicæ ſtillicidio. Vrinam enim efficaciſſime trahit. Succurrit & uenenatorũ morſibus cum uino potus. Bibitur & contra circulares febres una ante acceſſionem hora. Siſtit idem muliebres fluctiones appoſitus. Inſtillatur purulentis auribus, & in dolore earũ utiliter. Genitalium ulceribus egregie medetur cũ uino decoctus addito melle. Contra ſtomachi ardores, ſanguinis excreationes, quæ ſerpunt, ſacros ignes, inflammationes tumoresq; & uulnera, emplaſtri modo folia utiliter imponuntur.

INTERPRES.

SAnguinariã Plinius, ſanguinalẽ Columella Græcã polygonon uocant: ille xxvii. uolumine cap. xii. hic libro vii. cap. x. Nec fuit Romanis ſcriptoribus alia nominis ratio q̃ ex ui & uſu eius, qui ſentiẽtes ſanguinẽ expuentibus, cruentis q; inteſtinorũ torminibus eam mederi, ex meliore hac poteſtate nomẽ illi fecerunt. Græci contrà à ſeminis copia, uel geniculorũ quos habet frequentia, cognoſci eam uoluerunt: utrunq; enim polygoni uox ſignificare poteſt. Siquidẽ genti illi gonos, genitura & ſemẽ: gony uero genu, & diminutiua forma geniculus eſt: quò pertinet quæ ſtatim adiecta illi appellatio polygonaton fuit, ab eadem geniculorũ frequentia & denſitate facta. Nobis tamẽ in alterã partẽ magis inclinat animus: credimusq; à copia ſeminis quondã ſic appellatã fuiſſe. Numerauit & Plinius in polygono aliquot ex his quæ nunc in Dioſcoride leguntur appellationes, polygonaton, carcinothron, clema & myrtopetalon: quæ eas habent cauſas quæ à nobis à principio breuiter indicatæ ſunt. Vocari halmada Plinius etiã ait, q̃d in ſcriptore hoc non legit: Dubitamus q; an aſphaltion in Plinio legi eã uocẽ oporteat, quæ aut à bituminis odore, aut à bituminoſi trifolij, q̃d non multo ante deſcriptũ eſt, ſimilitudine fieri potuit. Potuit eadẽ Heraclea uocari à lentoris ſui firmitate, qua herois illius in laboribus & periculis patientiã æquaret: Vnde & clema ſarmentũ ſcilicet & uiticula appellata etiã fuit. Ex qua ui aliquibus locis corigiola itidẽ dicit: uulgaris, nota omnibus, & ubiq; ferè naſcens herba: cuius præter à ſcriptore hoc numeratas in aliquibus ſcriptoribus, aliq; appellationes etiã inueniunt. Nos q; ex Apuleio quod legebat ſtopinaca Proſerpinacã emendauimus. Indicante etiã id Plinio, qui eodẽ loco Proſerpinacæ meminit. Sunt tamen qui non Proſerpinacã, ſed ſcorpinacã legi iubent, q; ſcorpionibus egregie aduerſetur. Confidentius præterea quod in ſcriptore hoc legebat, à Romanis ſeminalẽ polygonon, ſanguinalẽ dicere maluimus: indicantibus id pluribus & primæ fidei Latinis ſcriptoribus, quos pauloante citauimus: & præter eos Celſo etiam ſecũdi uoluminis ultimo capite, cuius hæc uerba ſunt: Herba ſanguinalis, quã Græci polygonon uocant. Neq; ab re: quoniam ut pauloante teſtati ſumus, contra ſanguinis eruptiones & profluuia omnia, antiqua medicina multum ea uteretur. Habet & alias uires ab hoc & ab aliis Græcorum medicis herbariſq; deſcriptas: quæ ex illis repetendæ ſunt.

περὶ πολυγόνου θήλεως. κεφ. φπζ'.

De Fœmina Sanguinali herba. Cap. V.

ΠΟλύγονον θῆλυ. ⌊ξωμαῖοι σεμινάλις.⌋ θαμνίον ὀξὺ μονόκλωνον. ξυφρόν. καλαμοειδές. γόνατα σωεχῆ, ἔχει ἐκεῖ μύνα ἀλλήλοις ὡς πρὸς ἄλπιγγος. ἢ πρὶ τῆς γόνασιν ἐν κύκλῳ ἑξοχὰς πέντε. φύλλοις ἐοικυίας. ῥίζα ἄχρεια. φύεται πρὸς τοῖς ὑδατώδεσι. δώναμιν ἢ ἔχει συπτικήν. ψυκτικήν. πρόσφατα τὰ αὐτὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ, ὅτι μὴ ἀσθενέστερον.

POlygonõ fœminam. ⌊Romani ſanguinalem fœminã dicunt.⌋ Singulari caule exiguus frutex ſanguinalis fœmina eſt, tener, harundini ſimilis continuatis geniculis & in ſeipſos tubarum modo farctis: circa quos piceæ ſimilia foliola in orbem exeunt. Radix illi inutilis eſt. Naſcitur aquoſis locis. Adſtringẽdi refrigerandiq; uires habet, ijſdem omnibus quibus antedicta utiles, ſed minore efficacia.

IN-

INTERPRES.

QVotquot hactenus uidere Dioscoridis Græcos codices licuit, in extrema capitis huius parte eodem intellectu & iisdem uerbis ostendunt fœminã sanguinalẽ herbã in cunctis masculã minus efficacem & ignauiorem esse. Plinius etiam eodem libro & capite historiã & medicinã eius tractans, ineffi-cacius q̃ superiora (plura em̃ polygoni genera ille fecerat) hoc genus esse ait. Solus Paulus Aegineta in VI. polygoni uires numerans, contrà & his uerbis decreuit: ἐστὶ δὲ θῆλυ τῶ ἄῤῥενος ἰσχυρότερον: quod est: Fœmina autẽ masculã ualidior & efficacior est. Quò fit ut oporteat, quemadmodũ & Plinius indicat, credere diuersas ex sexu polygoni notas omnibus locis & gentibus non fuisse easdem: sed uariatis appellationibus, quæ Græcis, uerbi causa masculã sanguinalis erat, Latinis fœmina esset. Sicq; è diuerso Plinij, cuius ætate uaga hæc nomina etiam erant, uerba hęc in primo genere sunt: Qui plura genera polygoni faciũt, hanc marem intelligi uolunt: Idq; Dioscoridi conuenit. Mox paulopost: Nec non inueniuntur qui hanc fœminam esse dicant: quod Paulo Aeginetæ conuenit, qui fœminam potentiorem masculã dicẽs, sexus notam hanc ex aliorum indicatione tradidisse uideri debet. Eamq; ob causam nihil in huiusce modi, nisi facto prius periculo, certum constitui modo potest: tam multis locis & gentibus res aliquando, nomina autem semper uariant.

Περὶ πολυγονάτου. φπή.

De Polygonato herba. Cap. VI.

Πολυγονάτου. Ῥωμαῖοι καὶ πολυγόνατον φασίν. φύεται ἐν ὄρεσι. θάμνος, μείζων πήχεως. φύλλα ἔχει ὅμοια δάφνῃ. πλατύτερα δὲ καὶ ὑγρότερα, καὶ ὁμοίως ἔχοντα τοῖς δάφνης φύλλοις ἄνθη λευκά. ἔχει πλήθη ὑπερέχοντα τῶν φύλλων ἀνθῶν τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ ῥιζῶν γινομένου ῥίζαν λευκὴν, μαλακὴν. μακράν. πολυγόνατον. πρίονα ἔχουσαν ταπλασομένην, ἔρυθρὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς πρὸς τραύματα καὶ ἕλκη.

Polygonaton. Romani pariter Græcis polygonaton dicũt. Nascitur in montibus cubito longior frutex. Folia lauro similia habet, latiora tamen & maiore lẽuore. In gustu simile quiddã cotoneo malo aut punicę reddunt: sensui em̃ adstricto sapore occurrũt. Nascunt in singulis foliorũ germinationibus cãdido colore flores plures, maioręq; numero q̃ folia quę à radice in hac plãta usq; ad summũ nascunt. Radicẽ habet polygonatos candidã, mollẽ, lõgã, geniculis plenã, hirsutã, graueolentẽ, crassitudine digitali, quæ faciat ad uulnera emplastri modo imposita. Emendat eadẽ uultus maculas, quas Græci spilos dicũt.

INTERPRES.

INter polygoni genera quæ à Plinio plura ex aliquorũ historia numerantur, polygonatos hæc refertur. Nobis tamẽ toto genere differre hæc ab illa uidẽt: Iacet em̃ (q̃d præcipuũ inter eas discrimẽ sit) & gramis modo per terrã spargitur polygonus. Polygonatos autem cubitali & ferè semper proceriore caule erigitur. Vidimus nos quinto & sexto deinceps foliorũ ordine ad eam altitudinem surgentem, quæ à radice statim exiguis interuallis per caulem usq; ad summũ uirebant, laurinis ut hic ait, similia. Flores ipsi nõ uidimus. Iampridem enim Augusto mense defloruerat herba, quæ nobis prolata est. Nulloq; magis indicio q̃ radice polygonatũ se ostendebat: quæ longitudine pedali, colore albescente, frequentioribusq; q̃ in gramine geniculis turgebat. Vtq; conijcere licuit, nihil polygono congenerem multis hanc fecit, quàm geniculorum par similisq; in utraq; frequentia. Veruntamen ut pauloante dictum à nobis est, exceptis his diuersa in polygonato & alia à polygono cætera nobis uisa sunt.

Περὶ κληματίδος. Κεφ. φπθ'.

De Clematide. Cap. VII.

Κληματίς. Λοί, ἡ λεπταύριον. λοὶ δὲ δαφνοειδές. οἱ δὲ σμυρσινοειδές. οἱ δὲ πολυγονοειδὲς καλοῦσι. φύεται ἐπὶ σκιᾶς ἐν εὐετείοις. κλήματα ἔχει μικρὰ ὅσον χοίνου τὸ πάχος. πέταλον δὲ μικρόν. δάφνῃ ἐμφερὲς τῷ πεχήματι καὶ τῇ χρόᾳ. μικρότερον δὲ πολλῷ. ταύτης τὰ φύλλα καὶ οἱ καυλοὶ σὺν οἴνῳ πιόμενα, διαῤῥοίας καὶ δυσεντερίας παύει. μετὰ γάλακτος δὲ καὶ ῥοδίνου ἢ κυπρίνου, ἓν πεσσῷ προσιζόμενα, ὑστέρας πόνους θεραπεύει. παύει δὲ καὶ ὀδόντων πόνους διαμασσομένη. κοκκεῖ καὶ διγλυκάκτῳ ἐπιῤῥεμένη. ἰσχεῖται δὲ καὶ ἀωρισταὶ δυσκρίσεις μετ' ὄξους πινομένη. κοκκεῖ. φύεται δὲ ἐν χέρσοις.

Clematida. Sũt q philetærion, q à foliorum lauri figura quam folia eius habent, daphnoides, qui à myrti foliorũ magnitudine myrsinoides, q à polygoni sarmentis polygonoides appellẽt. Romani pariter Græcis clematida uocãt. Nascit in Aegypto clematis hęc. Viticulas habet breues crassitudine iũci. Foliũ breue, lauro figura coloreq; simile, multo tñ breuius. Finiũt intestinorũ tormina fluoresq; alui quos diarrhœam uocant, caules foliaq; eius in uino pota. Sedant eadem muliebriũ locorũ dolores ex lacte rosaceoq;, aut pro rosaceo ligustrino unguẽto pessulus appositа. Cõmãducata dẽtiũ dolorẽ mitigãt. Cõtra uenenatorũ morsus utiliter imponũt. Ferunt prętera aspidũ morsib⁹ in aceto pari utilitate bibi. Prouenit clematis hæc pinguib⁹ q̃dẽ, sed incultis locis.

INTERPRES.

Viticulæ. VEriſimile eſt ex his quæ in Græcis Latinis q; legi & obſeruari adhuc poſſunt, plures diuerſis gentibus quondã clematides fuiſſe, ſpecie quidẽ & aliquãdo genere diuerſas, uno tamẽ & eodẽ nomine indicatas: quoniã eadem in cũctis uiticularæ forma ſit. Dico aũt, Plinij Palladijq; uerbo utẽs, uiticulas, nõ uitiũ palmites & ſarmenta, ſed ex eorũ ſimilitudine in alijs plãtis ueluti flagella: qualia in cucurbitis cucumeribusq; cũctis paſſim uidẽtur per terrã iacẽtia: aut ſi prope arbores & frutices ſint, eos ſcandentia, ſuisq; clauiculis quaſi manibus uitiũ modo hærẽtia: Quæ uox licet inſueta ſit, nõ ſpernẽda tamen, dũ q̃d uolumus docemus: q̃d huiuſcemodi eſt: Theophraſtus libro v. de plantarũ cauſis à principio ſtatim cũ de plantarũ plãtatione ageret, docebat principiũ aliq̃d habere oẽs unde regenerẽtur, idq; uarijs appellationibus in uarijs plãtis uocari. Sũtq; eius hæc uerba: οὐδὲν δὲ πᾶσι κοινὸν, ἀλλ' ἔνια προσηγορίας τινὰς ἔχει, καθάπερ θαλλία, κράδη, κλῆμα, quæ ſic uertat aliquis: Nullum aũt cunctis cõmune nomen eſt, ſed habent quædã priuatim aliquas appellationes, ut thallia, crade & clema: Quarũ prior illa in olea dicit ſurculus, qui depactus in terrã, nouam oleam producere poteſt. Secũda in fico, ad eundẽ uſum ficulneũ ſummũ ramũ ſignificat. Tertia in uite palmitem ſarmẽtumq; illud, q̃ depacto, ut præcipiunt rei ruſticæ ſcriptores, noua uitis ſub terra apprehendit. Nec eſt Græcis clema aliud, q̃ Latinis palmes, ſarmentũ & malleolus, diuerſis tẽporibus & ex diuerſo uſu, diuerſis uocibus indicatũ: Cui quoniã natura primũ eſt, niſi pedamentũ aliq̃d aut propinquã ſtirpẽ apprehendat, in terrã decidere: & ſi apprehẽderit, clauiculis illis ſuis tenacius hærere, nomẽ cæteris eiuſdẽ naturę plãtis dedit. Vtq; ipſum clema, ſic illię clematides dictæ à Græcis ſunt. Latini in uitibus, ut res & tẽpus exigit, diuerſis uocibus id indicauerũt, palmitẽ, ſarmentũ, flagellũ, malleolum, traducẽ, alijſq; uocibus indicãtes. In cæteris uero plãtis quæ clematis rationẽ haberẽt, uiticularæ nomine uſi ſunt. Plinius xxvii. uolumine capite vii. in hiſtoria eius quã ampelon agriã Græci uocãt, quæ Dioſcorides clemata dixit, uiticulas his uerbis reddidit. Ampelos agria uocat herba folijs duris, cineracei coloris, uiticulis lõgis. Palladius in Martio in cucumere ea uoce uſus eſt cũ ait: Aliqui florẽ cucumeris cũ uiticulæ ſuę capite. Viticulã in cucumere flagellũ, & ſi fic dicere licet, ſarmentũ quod Græci clema dicũt, appellat: & à quo clematides in plantarũ cenſu Græcis dictæ omnes illæ ſunt, quæ ſuis uiticulis per terrã ſerpunt: & cũ poſſunt, clauiculis propinquas ſtirpes ſcandunt. Quæ multo plures duabus his ſunt, quæ à Dioſcoride hoc loco docẽtur: nam Plinius tres duobus locis numerat: Potueruntq; & aliæ quondã numerari, ſed nos quas in hoc ſcriptore cogimur, Latinis tantũ reddimus. Primũq; in priore hac quã Plinius Aegyptiã cognominari ait, monebimus, non tantũ autore eo, ſed melioꝝ Græcorum fide, naſci in Aegypto eam dixiſſe: Corruptus enim & nullo intellectu legebatur locus ille. Veruntamen eorum quos diximus ope inſtauratus facile eſt. Et ut certiora in hiſtoria eius omnia eſſent, non ueriti ſumus in adiectis illi appellationibus alijs, quarum & Plinius meminit, obiter & quaſi in decurſu cauſas & rationes earum addere. Sic enim cognitu facilior inuenire eam uolentibus erit.

Thallia.
Crade.
Clema.

Περὶ κληματίδος ἑτέρας.

Ἑτέρα κληματίς. οἱ δὲ, ὠλιγῆλιξ. αἰγύπτιοι φυλάκουσιν. ξωμαῖοι ἀμβροσίαν. κλῆμα ἀνίκσιμον ὑπερυθρον. λυγῶδες. φύλλον λεπτὸν λίαν γευσαμένῳ ἡδὺ ἑλκωτικόν. πτελείπεται ἢ τοῖς δένδρεσιν ὡς σμίλαξ. ταύτης ὁ κλῶνος λεῖος μετ' ὕδατος ἢ ὑδρομέλιτος πρόεις, ἄγει κάτω φλέγμα καὶ χολήν. τὰ δὲ φύλλα καταπλασθέντα λέπρας ἀφίσκει. ταριχεύεται δὲ μετὰ τοῦ λεπιδίου εἰς βρῶσιν.

De altera Clematide. Cap. VIII.

CLematida alterã. Sunt qui epigetida uocent, Aegyptij philacuon. Romani amburum appellãt. Viticulã ex ſe mittit rubentem, uitiliũ modo lentã. Foliũ habet quod acerrimũ in guſtu ſit, & exulceret. Circumuoluit ſe, ſcanditq; arbores hederę quã ſmilacem uocant modo. Tritũ ſemen eius in aqua mulſa uel aqua potũ, per inferna bilem & pituitã trahit. Pellunt lepras folia emplaſtri modo impoſita. Ipſa ſale cum lepidio condîtur & ſeruatur ad cibos.

INTERPRES.

FViſſe quondam plures clematidas, quod ſuperiore capite longius dictũ à nobis eſt, Plinius manifeſte xxiiii. uolumine capite xv. indicat. Sed exceptis duabus his, nõ ueras fuiſſe clematidas alias, ſed ſola uiticularæ ratione hoc nomen ueniſſe, teſtes in Græcis hic ſcriptor primũ, qui nullã aliã in medicamenteria ſtirpẽ hoc nomine deſcribit: mox Paulus Aegineta lib. vi. his uerbis utrãq; deſcribẽs: Clematis quã alij daphnoides, alij miſinoides uocãt, uiticulã habet longã, craſſitudine iũci quẽ holoſchœnũ dicũt: foliũ uero lauri, &c. Altera aũt quæ arboribus ſmilacis hederæ modo aduoluit, &c. Fuerũt qui poſteriorẽ hãc conuolulum crederẽt. Cuius flores lilia cãdore & amplitudine æmulãtes, certare cũ nobiliſſimo flore uoluiſſe uidentur; quos etiã Plinius aliquãdo dixit rudimentũ naturæ eſſe lilia facere cõdiſcentis, ubiq; & omnibus notiſſimos: Verũ ex huius hiſtoria in qua rubẽtes uiticulæ illi aſſignantur, cõuoluulo cõuenire nõ uidetur. Tacuiſſe præterea de floribus qui tam egregia ſpecie in conuoluulo florent, aliã ab illo clematida eſſe arguit. Nobis inclinat animus ſmilaci congenerẽ clematidẽ hanc eſſe: non tamen pro comperto hoc decernimus. Quod autem hic ait uocari epigetida, humilẽ terreſtremq; ſignificat, facto à terra, quam Græci gen uocãt, nomine, quaſi terraneam dicas: quoniam ſcilicet niſi alias ſcandat ſtirpes, per terram ſpargitur.

Περὶ πολεμωνίου. φς'.

Πολεμώνιον. οἱ δὲ φιλεταίριον. καππάδοκες μὲν χαμοδάφνην καλοῦσι.

De polemonia. Cap. IX.

POlemoniõ gñe neutro. Sũt q philetęriõ uocẽt. Cappadoces à multiplici ptãte chiliodynamin dicũt. Romãi piter Gręcis polemoniã appellãt. Ramulos

κλωνία ἔχει λεπτὰ πεταστόμωλλα. φύλλα δὲ ὀλίγῳ μείζονα πηγάνου. ἐπιμηκέστερα ἢ πρὸς τὰ τοῦ πολυγόνου ἢ φασι καλαμίνθης. ἐπ' ἄκρου δὲ αὐτῶν ὡς πρὸ κόρυμβοι ἐν οἷς σπέρμα μέλαν. ῥίζα πηχυαία ὑπόλευκος. ἐμφερὴς σφονδύλῳ. φύεται δὲ ὑγροῖς. ἡ δὲ χέσι τόνῃ δυσεντερίαν, δυσουρίαν τε καὶ ἰσχιάδα μεθ' ὕδατος. ἀπολυμικοὺς δὲ μετ' ὄξους ὅσον ⊲ ὁλκῶν. ἡ πρὶ ἅπεται ἢ ῥύτρου ῥίζα πρὸς σκορπίου πληγάς. φασὶ δὲ μὴ τύπτεσθαι τοὺς ἔχοντας ἀντίδοτον ἢ κἂν πληγῶσι, μηδὲν πάσχειν. παύει δὲ ὀδόντων ἀλγηδόνας διαμασωμένη.

Ramulos habet graciles pennatosq;. Folia paulo maiora quàm rutæ, oblongiora tamen ad polygoni & nepetæ longitudinem. In summo ramulorum ueluti corymbi sunt, in quibus nigrum semẽ est. Radix cubitalis alba, lanariæ herbę radici similis. Nascitur montanis & asperis locis. Bibitur radix eius in uino contra uenenata, intestinorũ tormina, urinæ augustias, & coxendicis dolores in aqua. Lienosis uero cũ aceto drachmę unius pondere. Alligatur & radix eius contra scorpionum ictus. Quinetiam ferunt nõ uulnerari ab eis eam habẽtes: & si uulnerauerint, non nocere. Finit eadem commanducata dentium dolores.

INTERPRES.

CErtauerunt quondã inter se pro humano genere beneficijs reges: nec quod potentiori utilius foret, glorioſum ſibi exiſtimauerunt: ſed quod deus monet: mortalẽ mortales iuuare: unã hanc ſibi ad æternitatis gloriã uiã aperiẽtes, quæ ſierũt: nõ in gentiũ ſuarũ fortunis augẽdis & ornãdis tantũ occupati, ſed in excolẽda ad ſanitatem hominũ uita quotidie laborãtes, honeſtiſſimoq; certamine inuẽti remedij alius primus ue hic aut ille eſſe. Hinc Gẽtiana, Lyſimachia, Eupatoriũ, pluresq; aliæ plãtæ ſunt autoribus ſuis cognomines, & inter alias polemonia hæc, ſeruato ſibi à certamine & bello nomine: quod antiquiſſimi reges inter ſe certarũt, dũ inuẽtionis eius gloriã ſibi ambo uendicarẽt. O temporũ & gentiũ illarũ fœlicitatẽ, quibus pro ſalute omniũ cũctis poſtea ſeculis bella fierẽt: nõ ut imperij ſui, alienæ uero ſeruitutis cauſa tam multa uirũm ſub ſignis millia ducta. Vna dies daret exitio: perirẽtq; ſimul gẽtes & cũ gentibus bonæ artes. Quarũ cõtinua ex multo tẽpore iactura antiqui illius ſtudij & ingenij, uix idolon & ſpectrũ aliquod noſtra ætate nobis reliquit: præſertimq; in deprehendẽda & oſtẽdenda digito antiquorũ medica materia. In qua quantũ licet nos laboramus: neſcimus tamẽ quo profectu: officioſa certè uolũtas nõ deeſt, urgetq; imperitia. Polemonia hac ut moneamus legẽtes, quã hic & Plinius dixerũt in Cappadocia à multitudine uirũ, χιλιοδύναμιν, quod eſt mille uires habentẽ uocari, in antiquiſſimis Græcorũ & Latinorũ ſcriptoris huius codicũ qui mihi ſunt, nõ chiliodynamin, ſed chelidoniã manifeſte legi. Nõ conuellẽda tamẽ ob id duorũ ſcriptorũ tam certa autoritas & fides: ob eã cauſam & nos ex cõmuni lectione uocẽ uertim⁹. Illud cõtrà in dubio eſt, diſſidẽtq; Dioſcorides & Plinius in radicis hiſtoria: Hic ait πηχυαίαν eſſe, quod eſt cubitalẽ: Plinius xxv. uolumine cap. vi. polemoniã deſcribẽs ait: Cappadoces chiliodynamin uocãt, radice craſſa, quaſi nõ πηχυαίαν ſed παχεῖαν legerit. Nos neq; in græcis neq; in latinis aliter q̃ cubitalẽ legim⁹. Plinius tñ uel ſic fortè perſuaſus, uel uocis uicinitate deceptus pro cubitali craſſam reddidit: niſi fortè q̃d hic ait, lanariq; herbę radici ſimilẽ, ad craſſitudinẽ illę retulit. diximus id qm̃ nõ parui refert in deprehẽdẽda polemõia, cubitalẽ aut craſſam radicẽ obſeruaſſe.

Περὶ Συμφύτου πετραίου. κεφ. φϛά.

De petræo Symphyto herba. Cap. X.

ΣΥμφυτὸν πετραῖον. φύεται ἐν πέτραις, κλωνία δὲ ἔχει ὅμοια ὀριγάνῳ, λεπτά. * φύλλα κεφάλια λῶδες κυκλοτερῆ ὀλίγα ὀδόντας γλυκύ τε πρὸς τὴν γεῦσιν, κυκλοτερῆ πηλίου πρόκλιτα κόμην. ῥίζαν δὲ ἔχει μακρὰν. ὑπερπόφυσον. ὅσον δακτύλου πάχος. τοῦτο ἑφθὸν σὺν μελικράτῳ τῷ πρώτῳ, ἀνακαθαίρει τὰ ἐκ πνεύμονος. ποιεῖ δὲ ἅμα ἀναγουσίους. τῇ νεφριτικοῖς σὺν ὕδατι δυσουρίαν. σὺν οἴνῳ δὲ ἑφθὸν ἐμπίνειν πρὸς δυσεντερίαν. ἕλκων ἐμπλαστρεύει σὺν ὀξυμέλιτι δὲ πρὸς γυναικεῖον ἐρυθρόν. σὺν ὀξυμέλιτι δὲ πρὸς στόματα ἡσυχίας. τῇ ἄδιψον μέλι δέ ἐστι διαμασώμενον. ἀφροδισιακὸν. ποιεῖ τοὺς βρόγχους ἕως χύτρου. κολλᾷ νεοτρώσεις καὶ ἀπλάστους ὁμοίως. κοινὰ τὰ κρέα ἢ συμπέπτωκε ἑφθόμενα σὺν αὐτοῖς.

Symphyton cognomẽto petræũ. Romani pariter Græcis ſymphytũ uocãt. Naſcitur in petris ſymphytũ. Ramulos habet origano ſimiles graciles que. Capitula ut thymi. Tota eſt lignoſa & odorata plãta, ſapore dulci & ſaliuam prouocante. Radicẽ habet longã, ſubruffam, digitali craſſitudine. Purgat pulmonũ uitia planta hæc in mulſa aqua decocta, tum poto decocto illo. Datur cum aqua etiã ſanguinẽ excrentibus, & cũ urinæ malo aliquo renũ doloribus. Bibitur contra inteſtinorũ tormina, & rubras fœminarum fluctiones in uino elixa: in aceto mulſo autem contra conuulſa ruptaq;. Eadẽ cõmanducata ſitim arcet. Fauciũ aſperitatibus accõmodata eſt. Glutinat recentia uulnera, & inteſtinorũ ramices coërcet emplaſtri modo impoſita. Quinetiam carnes cum coquuntur addita folia conſtipant.

INTERPRES.

QVæ eſt conſtipandi conſolidandiq; egregia utriq; ſymphyto uis, nomen illis in Græcis id fecit: In poſterioribus autem Latinis incõcinne quidem, ſed aperta ſignificatione conſolidã uocari eandem perſuaſit.

perſuaſit. Et quoniã duo ſaltẽ genera eius ſunt, alterũ de quo nunc agimus, quoniã in petris naſcitur petræũ antiquitas nominauit, alterũ uero ſimpliciter ſymphyton. Iactant tamen præter hęc noſtræ ætatis herbarij plura alia cõſolidæ genera ſe inueniſſe, quæ medicis & illis cenſenda relinquimus: Dioſcoridẽ enim Latinũ facimus, nõ omniũ aljorũ dicta & decreta coaceruamus: præſertim duo & hæc tantũ genera ſymphyti tractante etiã Paulo Aegineta, qui habere hoc ſymphyton ait aliquid q̃d incidat, ideoq; purget quę in pectore & pulmonibus purulẽta concreuerunt. Habere etiã aliquid q̃d adſtringat: qua ui ſanguinis excreationibus medeatur. Habere humiditatẽ, qua ſitim arceat: diſcutere præterea, cõſtipare q; corpora, & ne lõgiores fœminarum fluctiones: quæ Galeno in diffinitionibus ſuis ſunt, cũ quod fluit, quale nuper iugulatæ uictimæ ſanguis eſt, fuerit: Intercurrũt grumi ſanguinis: dolor adeſt: febris q; cũ crepitu dentiũ: & in genitalib⁹ ipſis imoq; uentre dolor. Quales aũt fœminarũ fluctiones hæ ſunt, dictũ primo uolumine à nobis in thuris cortice eſt. Dictũ & in amaracino unguento de toto ramicũ genere, priuatim q; de hydrocele: Nunc aũt ex eodẽ Galeno priuatim de enterocele dicetur, quam ille ait eſſe inteſtini in alterum naturæ locum paulatim aut ſimul & uno impetu deſcenſum. Primitiuas q; deſcenſus eius cauſas eſſe, aut hominis nimium conatũ aut ictum: quæ uero præſens, præſens faciat malum, laxationem aut diſruptionem.

Rubræ fœminarũ fluctiones.

Enterocele.

Περὶ Συμφύτου ἄλλου. κεφ. ϕϟβ'.

Σύμφυτον ἄλλο. οἱ δὲ, πηκτόν. Ἑλληνικοῖς σολιδάγινεμ. οἱ δὲ, σολιδάγω. καυλὸν ἀνίησι διπηχυαῖον ἢ μὴ μεῖζονα. κοῦφον. παχέως. γωνιοειδῆ. κυνὸν ὥσπερεὶ σόγχου. πρὸς ὃν οὐκ ἐκ μεγάλων διασκμάτων φύλλα διασέα. σενά. ὑρμήκη πρὸς τὰ τοῦ βουγλώσσου. ἀνέχει δὲ ἔχει ὁ καυλὸς παρὰ τὰς γωνίας ἀνὰς πεταμώδας. φύλλον λεπτὸν πρόσυπων. ἀφ' ἑκάσης μασχάλης. Ἑλὺν οἷς. Ἑτὰ ἄνθη ἔπεσι μήλινα. Ἑμφορῆ πρὸς τὰ τοῦ πηγάνου. Ἑ καρηνὸν περὶ τὸν καυλὸν ὡς φλόμου. ὅλος δὲ ὁ καυλὸς, κολλὴ τὰ φύλλα ἔχει χνοῶν ὑπότραχυ. κ Ἑ τὸ προσαφὲς κνησμὸν ἐμποιοῦντα. ῥίζαν ὑπόσιμον τὸ μὲν ἐπιφάνειαν μέλαιναν. ἔνδοθεν δὲ λευκαὶ Ἑ γλίσχραι. ὧν Ἑ ἡ χεῖσις. ποιοῦσι δὲ λάσιαι πινόμεναι αἱμοπτοϊκοῖς Ἑ ῥηγματίαις. κολλὴ τὰ νεότρωτα κολλῶσι καταπλασσόμενα. Ἑ τὰ κρέα δὲ σωφόμενα σωάγουσι. καταπλάττονται δὲ πρὸς φλεγμονὰς μάλιστα τὰς ἐν δακτυλίῳ ὠφελίμως μετὰ φύλλων ἡριγέροντος.

De altero Symphyto. Cap. XI.

SYmphyton alterũ, ſunt qui pecton appellent. Romani ſolidaginẽ uocant. Caulẽ duũm cubitorũ altitudine & aliquãdo maiorẽ ex ſe mittit, leuẽ, craſſum, angulo ſum, ſonchi modo concauum. Circa quẽ folia ſunt nõ magnis interuallis diſtãtia, hirſuta, anguſta, oblõga, ad linguæ bubulæ, quã buglo ſſum uocãt, folio rum figurã accedentia. Habet & caulis ſecus angulos illos exiliũ & cauli adiacentiũ folio rũ à ſingulis alarũ cauis eminentes productiones quaſdã. In quibus flores lutei ſunt, rutæ ſimiles, & ſe men quale uerbaſcus habet. Habet præterea tomentus caulis & folia ſupercurrentem aſperam lanuginem, quæ manibus tractata pruritum excitat. Radices illi ſunt foris & in ſuperficie nigræ, intus candidæ, & glutinoſo lentore molles: quarũ uſus tantum eſt. Bibuntur tritæ utiliter ſanguinẽ expuentibus. Proſunt pariter & ruptis. Glutinant emplaſtri modo impoſitæ recentia uulnera. Cõſtipant & carnes cum coquuntur illis additæ. Cõtra inflãmationes ſediſq; præcipue utiliter emplaſtri modo cũ ſenecionis herbæ foliis imponunt.

INTERPRES.

NOuitia & poſterioris temporis uox ſolidago eſt, qua hic à Romanis ſymphytũ indicari tradit, exacta eadẽ forma, qua in Latinis multa alia in plantis paſſim audiũtur, trixago, plãtago, cunilago, et in metallicis plũbago, & in aliis rerũ generibus plures aliæ: quemadmodũ in Græcis pectos, qua eandem hanc ſymphyton à quibuſdã uocari pariter Dioſcorides teſtatur, facto à uerbo πήγνυσθαι, nomine, q̃d conſari, cõcerni, & in glaciẽ gelari eſt. Oẽs à ſymphyti poteſtate rationẽ habẽt, cui natura eſt ſolidare & in duritiem dẽſare: q̃d toto capite hoc ubiq; patet: & ex qua ui hic ῥηγματίαις mederi ait: nõ uulneratis (id enim poſt ab eo dicit) ſed ſimpliciter his quibus diſſectũ aut ruptũ quocunq; modo intus aliquid fuerit: qs hic ῥηγματίας uocauit eodẽ modo q̃ ϫαγματίαι dicunt. Nos genere neutro rupta diximus: quoniã nõ poterãt rupti ſicut uulnerati intelligi hoies. Dicem⁹ & de ruptis ſimulq; de cõuulſis q̃primũ ſe nobis iterũ occaſio offeret.

ῥηγματίαι.

ϫαγματίαι.

Περὶ Ὀλεσίου. κεφ. ϕϟγ'.

Ὀλέσιον. πόα ὀβὶ μικρὰ ὑπὲρ γῆς ὡς τρίων δακτύλων ἢ πεντάγωνον. φύλλα δὲ ἔχει κλήματα κορωνόδη παραπλήσια ἢ ἀγρώστει. συπτικά. ῥίζαν δὲ σφόδρα λεπτὴν ὡς τρίχα. λευκὴν ὄζοις εἰδεῖ. μῆκος δακτύλων πεντάγωνον. φύεται ἐν γεωλόφοις.

De Oloſteo herba. Cap. XII.

OLoſteon. Romani pariter Græcis oloſteum dicũt. Breuis herba eſt oloſteũ, tribus quatuor ue digitis ſupra terrã ſe extollẽs. Folia uiticulasq; habet cornicis pedi herbæ aut gramini ſimilia: qbus adſtrigẽdis dã, longitudine q̃tuor digitorũ. Naſcit in tumulis.

Poteſt

δύναται δὲ καὶ αὐτὴ κρέα σωζειν συμφορωτάτη, καὶ πρὸς ῥήγματα σὺν οἴνῳ πτίζεται.

Potest & hæc carnes concocta illis constipare. Bibitur ad rupta utiliter in uino.

INTERPRES.

EX aduerso Græcis olosteon herba hæc dicta est: toto corpore eam & undiq; ossea uox illa significat: Cum tamē tenerior & fragilior ea sit, longeq; ab ossiū duritie discesserit. Quærendū in ea, quonam modo triū aut quatuor digitorū altitudine eā hic dicat à terra extolli: & an digitos per longitudinem cōtinuatos, an ut in antiquorū palmo erāt, per crassitudinē coniūctos & sibi suppositos indicet. Nobis in posteriorem hāc partē inclinat animus: nā quatuor digitorū per longitudinē mēsura alijs poterat & debuerat uocibus indicari. Suspicamur etiā nos quo loco hic ait, λευκὴ ὀστέον ἐστὶν, q̄d redditū à nobis est, aspectu candidam potuisse, λευκὴ scilicet, per se, id est candidā: mox q̄d est ὀστέον ἐστὶν, οἰνώδη, id est, uinoso odore. In Græcis nihil repertū huiusce modi est: is tamē quē nos habemus uetustissimū Latinū Dioscoridē, odore uinosam habet. Licet q; uni tantū & barbaro testi cōtra oēs alios credendū nō sit: nihilominus mala & insolita huic scriptori uerborū phrasis scrupulū hūc mihi iniecit: neq; ab re penitus monuisse hoc fuerit: ut si forte uinosus hic in radice olostei odor natiuus sit, ex eo etiā deprehēdi herba possit. Dubitare præterea Plinius persuasit, scribens usum eius ad rupta & cōuulsa esse, perire Dioscoridi potuisse cōuulsa: ῥήγματα eā tantū quæ rupta sunt ille numerat. Nec malè in hac re hærebit aliquis, quādo semper ferè simul cōiungūt in medicina & remedijs rupta & cōuulsa: nihil q; in hoc scriptore frequētius ῥήγμασι καὶ ἀποσπάσμασι, id est, ruptis & conuulsis est.

De Stœbe. Cap. XIII.

STœben. Sunt qui stœbion. Romani stœben dicunt. Nota ubiq; herba est. Adstringunt folia eius & semen: ob quā causam & in intestinorū torminibus decoctū eius clystere infundit: et in purulētis auribꝰ instillat. Prosunt emplastri mō impositа folia suffusis sanguine ex ictu oculis: et sanguinis eruptiōes cōpescūt.

Περὶ στοιβῆς. κεφ. φϛ'.

Στοιβή, οἱ δὲ, τόβιον. ξωμαῖοι δὲ παν. γνώριμος. ἧς ὁ κλῶνος τὰ φύλλα σύφ. ὅθεν καὶ συστέλλει τὰ ἐκ τῶν ἀφεδρωμάτων αἵματα. ἐγκλύζεται δὲ τὰ φύλλα ὠφελεῖ. σὺν χυμῷ ὀφθαλμοῖς τε καὶ πληγῇς καὶ αἱμορραγίαις ἴσχει.

INTERPRES.

PHleon duobus locis uocari à quibusdā stœben hāc Plinius testatus est: primū XXI. uolumine, cap. XV. his uerbis: Quædā in folio habēt & in caule, ut phleos quā aliqui stœbē appellauêre. Mox iterū XXII. uolumine capite XI, Stœben quā aliqui phleon uocāt. Videturq; nobis Theophrastū ubiq; appellare. Is enim inter aculeatas phleon VI. de plantarū historia numerat: & inter eas quæ folia secundum spinas profert, quales in palustribus tribulus: & in arida ononis est. Et stœben libro I. de plantarū historia inter frutices quæ carnosum foliū habent. Aristophanes etiā in comœdia cui titulus Ranæ est, inter palustres numerat, dicens: μᾶλλον δῆτα οὖν φθεγξόμεθ' ἐπὶ λίμνης ἐννέπουσι τὰ ἀμέραισιν ἡλάμεθα λιὰ κνπείρου καὶ φλέω χαίροντες, &c. quod est: Quin igitur magis inclamabimus, q̄ si quādo in apricis diebus saltauimus per cyperū & phleon exultātes. Ranæ enim palustria animalia carmen id in eo poëta canebant. Quinetiā Plutarchus in naturalibus causis (sic enim commentariū eius quoddā inscribitur) secundo capite cū quæreret, cur cœlesti aqua magis q̄ qua uis alia nutriātur sub terra semina: inter palustres plantas phleon hanc numerauit. Ex his igitur quæ collecta undiq; à nobis sunt, cōijcere ratiocinariq; oportet eandem stœbem & phleon, palustrē, aculeatā, & carnoso folio esse herbā: qua in texendis thoris uterētur antiqui, ex quo usu στοιβὴν eam dixerūt: collectionē scilicet eius in unū & herbæ hoc genus: cui propriū & ex natura nomē phleos primū fuerit: ex usu aūt postea stœbe, quia πρὸς τὰς στιβάδας, id est, ad thoros ea uterētur: tam facili lentore, ut uestes autore Herodoto ex ea etiam fierēt: Pausania uero capiēdis auibus retia. Meminerūt phleo huius & alij: omniū tamē ex his quę nos obseruauimus hæc summa est, ut eadē phleos & stœbe sit: ultimū q; hoc nomē ex usu factū illi fuerit: prius uero illud à fœcūditate φλοῦν enim Græci fructus & seminis copiam dicunt, quo phleos hæc abundat. Eius folia hic scriptor ait emplastri modo impositа sanguinis eruptiones compescere. Vertimus q; nos & ea uoce reddidimus, quā Græci αἱμορραγίαν uocant. De qua autore Galeno in diffinitionibus suis sciendum est, copiosi sanguinis effusionem esse hæmorrhagiam: ubi grandis exitus sit, circūfluentis: ubi uero per angustū luctatur, ut in secta uena fit, iaculi instar prosilientis. Differt q; hæmorrhagia, id est, eruptio sanguinis ab hæmorrhoide, q̄ hæmorrhagia copiosi & cū impetu sanguinis effusio est: hæmorrhois uero paulatim & per interualla stillicidij modo sanguinis exitus.

αἱμορραγίαι. Sanguinis eruptio. Hæmorrhoides.

De Clymeno. Cap. XIIII.

Περὶ κλυμμένου. κεφ. φϛέ.

Κλύμενον. οἱ δὲ, καλυκάνθεμον. οἱ δὲ, περικλύμενον. οἱ δὲ, ἡλιοφυές. οἱ δὲ, ἡπατῖτιν. οἱ δὲ, μίλακα. οἱ δὲ, ἀνατολικόν. οἱ δὲ, δυϊκόν. οἱ δὲ, ἀργίνην. ξωμαῖοι οὐόλουκρουμ. οἱ δὲ, οὐολουκρουμ μαίους. ἀιγύπτιοι δὲ ξυοὺι. κλύμενον. οἱ δὲ, κλυμμένιον. ὃ καὶ ἄγονον καλοῦσι. καυλὸν

CLymenon. Sunt qui calycanthemon, qui periclymenon, qui eliophyes, qui epatitim, qui smilacem, qui anatolicon, qui dyticon, qui aërginem, qui Clymenion, qui & agonon, id est, sterile appellant. Aegyptij oxyou. Romani inuolucrū siue inuolucrū maius dicūt. Quadrangulū ex se mittit caulem fa-

λὸμ ἀνίκσι πεζάρωνομ. ὅμοιομ ζῷ τῷ κυάμου. φύλλα δὲ πρὸς τὰ τῷ ἀργογλώσσου. θυλάκια δὲ ἔχει ἐπὶ τῷ καυλοῦ εἰς ἄλληλα νεύοντα. ἐοικότα ἴριδι ☾ πλύπτιδος πλεκτάναις. ἄρισομ δὲ τὸ ὀρεινόμ. χυλίζεται δὲ ὅλομ σὺν τῇ ῥίζῃ. πρὸς δὲ χυλὸς πρὸς αἵματος ἀναγωγὸν πινόμενος. ☾ κοιλιακούς. ☾ ῥοῦν ἔχομ θρόμβους ὑφῶν ☾ φύχων. ἐπέχει δὲ καὶ τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμορραγίας. τὰ δὲ φύλλα λεῖα ἢ τὰ θυλάκια τοῖς νεοτρώτοις ὠφελιθέμενα, μέχρι ☾ ἐπουλώσεως ἀνέργει.

lem fabaceo similem. Folia plãtaginis figura. Foliculos habet in summo caule duos sibijnuicẽ annuentes, iridi & polyporum cirrhis similes. Præstãtissimum Clymenon quod in mõtibus natum fuerit. Exprimit ex toto una cũ radice succus, qui contra sanguinis excreationes, cœliacos & rubentes fœminarum fluctiones utiliter bibitur, refrigerans & adstringens. Sanguinis ex naribus erumpentes compescit. Quinetiam folia concisa folliculi ue recẽtibus uulneribus impositа, usq; ad inductam cicatricem medentur.

INTERPRES.

REgiæ dignitatis herba Clymenos est, & ab inuentore rege sic appellata, non aliter q̃ & pleræq; aliæ à Dioscoride hactenus & à Plinio diuersis locis ex antiquor̃ historia descriptæ fuerunt. Eam pluribus indicauerunt ueteres appellationibus, inter quas ex plantæ ipsius natura, notis, & antiquor̃ in ea obseruationibus factæ aliquæ sunt, qualis calycanthemos est: significat enim quæ in calyce floreat. Dixerunt autẽ in floribus antiqui calyces inuolucra illa qualia in rosis sunt: quibus dehiscẽtibus, in sua folia se flores pandũt. In Clymeno aũt hac calyces folliculos eos intelligebãt, de q̃bus hic paulopost egit. Periclymenos uero cõfuso mixto q̃ ob similitudinẽ cum ea quæ sequit̃ nomine. Heliophyes deinde cur uocaret, indicat Theophrastus ix. de plantar̃ historia uolumine: qui cum de radicũ sectione in herbis ageret, numeraretq; in huiusce modi ueter̃ superstitiones aliquas, ait: ἐνίας δὲ πρὶν ἥλιον ἀναβάλλειν δίον καὶ τὸ καλούμενον κλύμενον: q̃d est: Quasdã etiã secari priusq̃ sole illustrent̃, qualis est quæ Clymenos uocat̃. Significat em̃ heliophyes, q̃d à nascẽte sole, &c. Eodẽ pertinet & anatolicũ: solis em̃ exortũ Græci anatolas uocãt. Eodẽ & dyticon, q̃d occasum eiusdẽ syderis indicat. Vaga em̃ in antiqua superstitione hæc nomina fuerunt, alijs nocte, alijs per diem fodiendã Clymeni radicẽ dicẽtibus. Smilacẽ à figura hederacei folij quidã eandẽ dixerunt: sed ea Periclymeno cõpetit appellatio: hæc em̃ plãtaginis folio est, illa aũt hederæ, quẽadmodum & Romanor̃ inuolucrum. Siquidẽ periclymenos nõ Clymenos à Dioscoride propinquis stirpibus aduolui dicit̃. Quod postremo inter has appellationes legit̃, Clymenon quod & agonon, id est, sterile uocãt, totũ ex periclymeno esse uidetur. Plinius q̃ eum secutus ob hanc causam cõtra Dioscoridis decreta duarum plantarum historiam & medicinam grauiter miscet libro uigesimoquinto capite septimo in aliud uolumen dilata periclymeni historia & medicina: quo enim loco nos diximus, Theophrastum manifeste secutus est, Clymeno de sterilitate tribuentẽ quę hic periclymeno. Vigesimoseptimo deinde uolumine capite duodecimo Dioscoridẽ, quemadmodum utriusq; scriptoris conferentibus locos cognoscere facile erit. Habere hic Clymenon ait in summo caule folliculos iridi similes: nec facile intelliget aliquis, cui iridis parti et quando folliculos eos cõparet, nisi in utraq; planta rem obseruauerit: & in iride tempus quo flores inuoluti peniculorum figura sumunt, nondum in folia sua se pandentes. Tunc enim Clymeni folliculis his maxime similes sunt, tumente in medio longitudine & in acutum desinente.

Calyces florum.

Περὶ περικλυμένου. κεφ. φϟϛ'.

ΠΕριεκλύμενον. Lοῖ ἦ, αἰγίνη. οἱ ἦ, κλύμενον. οἱ ἦ, κάρπαθον. οἱ ἦ, ὠλήνιον. οἱ ἦ, ἐπαυτῖτις. οἱ δὲ, ἀξίνη μείζων. οἱ ἦ, κλημαντῖτις. οἱ ἦ, μυρσίνη. οἱ ἦ, καλυκάνθεμον. προφῆται πόλεμον ἄφροδίτης. αἰγύπτιοι θρύπτικον. ῥωμαῖοι βόλβακρεμμαύρας. ἄφροι λανάθ. Lθαμνίσκος ὅσιμ ἁπλοῦς. ἔχων ἐκ διαστημάτ φυλλάρια περιφλοιφότα αὐτόμ. ὑπόλευκα. κιρσοφθῆ. καὶ παρὰ τὰ φύλλα ἐκβλαστήσαντες. ἐφ' ὧμ ὁ καρπὸς κισσῷ παραπλήσιος. ἄνθος λευκόν. κυάμῳ ἐμφερές. ὑπερσπυρίδιον. οἱονεὶ ἐπικείμενον ζῷ φύλλῳ. καρπὸμ σκληρόμ ☾ δυσαπόφασον. ῥίζαμ παχεῖαμ περιφερῆ. φύεται ἐν ἀρούραις καὶ φραγμοῖς. περιελίσσεται δὲ τοῖς πλησιάζουσι θάμνοις. Τούτου ὁ καρπὸς πέπειρος συλλεγεὶς καὶ ξηρανθεὶς ἐν σκιᾷ, πίνεται μετ' οἴνου < ά. ὁλκὴμ ἐπὶ ἡμέρας μ'.

De Periclymeno. Cap. XV.

PEriclymenon. Lsũt qui Aeginen, qui Clymenon, qui Carpathon, qui splenion, qui epatitin, qui alsinen maiorem, qui clematitin, qui myrsinon, qui calycãthemon uocent. Magi Veneris pileolum. Aegyptii tucon. Aphri lanath. Romani inuolucrum maius. Lbrefrutex est. Folia per interualla habet eum uestientia, albido colore, hederæ figura. Habet & secus folia germinationes quasdam, in quibus semen hederæ simile est: Flores candidos, fabarum floribus ęquales, modice rotundos, foliis ueluti superpositos. Semen durum & quod difficile uellatur. Radicem crassam rotundamq; Nascitur in aruis ac sepibus, propinquis fruticibus se aduoluens. Cum maturuit lectum semen eius, tũ in umbra siccatũ, ad minuẽdos lienes drachmæ põdere quadraginta diebus in uino bibit.

Finit

Finit & eiusdē exti dolores. Prodest in spiritus difficultate nō nisi recta ceruice spirātib⁹. Prodest & singultiētibus. Cruentā à sexta die urinā trahit. Facit ad celeritatē partus. Habēt easdē uires & folia. Ferunt hæc triginta sex diebus pōta sterilitatē in uiris facere: & in circularibus febribus ex oleo inuncta, earum horroribus opem ferre.

INTERPRES.

COmmunes Clymeno & periclymeno, ut uidere omnibus facile est, adiectæ illis appellatiōes aliquæ sunt: earum meminisse iterꝫ, superuacuū est. In alijs quæ in periclymeno tantū legūtur, laborasse nō facile fuerit, præsertim nobis qui ingenue fatemur nihil pro cōperto de ratione earꝫ habere: id tantū monere possumus, clematitim periclymenū dictam ab aliquibus fuisse, quoniā aliarꝫ modo quæ uiticulas habent, propinquis stirpibus se aduoluat, quēadmodū longius in utraq; clematide dictū pauloante est. In medicina non fuerit ab re contulisse legentes, quæ à Plinio aliter potius q̄ alia de periclymeno traduntur lib. xxvii. capite xii. nos enim breuitati consulentes ea relinquimus, ut interim rationē reddamus, cur uertentes illud, ἀχόνους ἰσορεῖν τριῆν, in uiris addiderimus, ad solos mares contracta sterilitate: quod à Theophrasto acceptum est, qui libro nono de Plantarꝫ historia agens, clymenon, periclymenon scilicet hanc intelligens, facere id, his uerbis ait: ἀλυνατεῖν δέ φασι γεννᾶν καὶ ἐάν τις τὸ κλυμένου τὸν κισσηρὸν συνεχῶς ἐπὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐν οἴνῳ ἀνυδρῷ συλλείξας ὅσον χοίνικα. τὸ ἴσον δὲν ἑκάστην ἡμέραν πίνῃ: quæ de uiris manifeste & in hanc sententiam dicta sunt: Feruntetiā generare non posse, siquis clymeni semen continue triginta diebus in uino albo συλλείξας ὅσον χοίνικα genere masculino colligens ait, miscens chœnicis mēsuram tantundem singulis diebus biberit. Subiecitq; statim: Si enim integram hanc potionem absoluerit, penitus sterilescere. Persuasit id etiam Paulus Aeginetalibro sexto suæ medicinæ, periclymeni semen dicens, ἀστέρια ξηραίνειν πινόμενον &c. quod est: potum clymeni semen quod uiri creditur tantum esse, siccare. Facere ad partus celeritatem periclymeni semen hic etiā ait ὠκυτόκιον esse, id dicens: non tamen quā ui & quo usu id possit, declarauit. Veteres Græcorum medici incidendi calefaciendiq; uires folia eius & semen habere dixerunt. Oportebitq; ex his & difficultatis moræq; in partu causis remedio hoc uti. Fiunt autem autore Galeno in diffinitionibus suis trifariam difficiles partus, à prægnante, à fœtu, & ab extrinsecis: A' prægnante bifariam, animo scilicet aut corpore male affecta: uel primum mulier parit, tabe'ue quam atrophiam Græci dicunt: quæ fit cum non nutritur corpus, & loci mubi causa, dolore, zeloty pia affectione'ue alia, angustijs'ue aut obesitate muliebrium locorum: aut si tunc hyeme, aut ardentissimo calore.

περὶ τριβόλου. κεφ. φϟζ.

De Tribulo. Cap. XVI.

TRίβολος. Οἱ δὲ, βουκέφαλος. οἱ δὲ, ταυροκόρως. ἕρπαια δὲ τρίβολον ἄρρενα καλοῦμεν ἀκρόλικον. Ὁ μὲν χερσαῖος ἀνυδρόχυτα τὰ φύλλα ἔοικε λεπτοτάτοις. Τὰ κλήματα γῆς ἐρπόμενα. Πρὸς αὐτῆς ἄκανθαι σφυραί, σκληραί, φύεται δὲ πρὰ πρὰμοῖς. Οἰκοπέδοις. Ἐστὶ δὲ ὡς μὴ ἔνυδρος πρὰ πρὰμοῖς φυόμενος. ὑπόξανθος τὴν κόμην. Τὸ δὲ ἄκανθα μακρόν. καυλὸς ὀργυιαῖος. φύλλα πλατέα. μόλις ἔχοντα μαγάθη. πρόσεστι δὲ ἀκάνθου παχύς. μᾶλλον τοῦ κόνυζα χλοῶδες. καὶ πρὸς σκληρὸς ὡς μὴ ὁ θατέρου. Ἀμφότεροι δὲ σύφουσι. φύουσιν. εἰσὶ πάσης φλεγμονῆς καταπλάσματα. συμμέλιτι δὲ ἄφθας μὴ ῥιθμα. μὴ τὰς ἐν στόματι σκληρὰς. μὴ οὖλα θεραπεύουσι. χυλίζονται εἰς τὰ ὀφθαλμικά. ὁ δὲ κριθὰς αὐτῶν, χλωρὸς λιβῶν τὰς πινόμενος ὠφελεῖ. τὸ δὲ χερσαῖον ὅσον πινόμενον μὴ καταπλασσόμενον, τοὺς ἐχιδνήσαντας καθίστησιν. ἀσμόζει μὴ θανασίμοις μετὰ οἴνου πινόμενος. κτείνει δὲ μὴ φύλλας τὸ ἀπόζεμα αὐτῶν ῥανθέν. οἱ δὲ περὶ τὸ σφυμόνα πρὰμον θρᾴκες, τὴν πόαν χλωρὰν ἐπιτροφοῦσι.

TRibolon. Sunt qui bucephalon, q̄ taurocerota. Romani tribulū aquaticū uocāt. Duplex eius genus est. Terrestris alter portulacę foliꝭ tenuioribus tantū: uiticulis per terrā stratis, in quibus spinæ sunt duræ, sapore acerbo. Nascit hic secus flumina & in domoꝫ areis. Est & aquaticus alter in fluminibus proueniens, comam tantū supra aquā extollens, spinam uero aquis occulens. Folia huic sunt latiora pediculo longo. Caulis in summo crassior q̄ in profundo. Sunt illi & capillamenta quædā spicaꝫ forma. Fructus eadē qua alteri soliditate. Adstringunt ambo refrigerātq;. Inflāmationibus cunctis emplastri modo imponuntur. Ex melle oris uitia quas aphthas dicunt, tonsillas, & oris exedentia ulcera & gingiuas sanant. Exprimitur ex utroq; ad oculorum medicinā succus. Bibitur calculosis utiliter ex uiridibus expressus amborum succus. Terrestris uero potus drachmæ pondere, & emplastri modo impositus, uiperaꝫ morsibus priuatim succurrit. Letalibus uenenis idē cū uino utiliter bibitur. Enecat pulices insperſum eorū decoctum. Saginant Thraces etiam Strymonis fluuij accolæ uiridi tribulorum herba equos suos.

τὸν δὲ καρπὸν γλυκὺν ὄντα καὶ τροφιμον, σιτοειδῆ. χρῶνται αὐτῷ ἀντὶ ἄρτου. Fructum uero dulcem & nutriẽdo aptum ſibi pin ſunt, pro pane eo utentes.

INTERPRES.

QVod maxime in tribulo contẽplatur aliquot locis Theophraſtus, cuſpides & aculei ſunt, quos prius tim & à cæteris alio naturæ ordine in fructu plãta hæc profert: dico autem fructũ quod ille pericar pion uocat, ſemen claudentẽ thecam. In hoc enim non ut ferè aculeata omnia, in caule, ramis fo liſq; ue, aut ſecus folia cuſpides rigent; ſed in eo quod ad cibum homini aliquot locis, ubiq; aũt ad tutelam ſe minis in tribulo naturã protulit: qui tam notos locis omnibus natales habet, ut naturę fortunæq; uexatio nes quibus iactatur humanũ genus, ab eo nomen inuenerint: niſi forte nõ à tribulorum aculeis, quocunq; modo ceciderint, ad ictum ſemper infeſtis, ſed à tribulatæ in areis tritura Chriſtianæ tribulationes dictæ fu erint. Meminit utriuſq; uocis Maro in Georgicis ſuis: alterius inter noxas agrorũ & peſtes, alterius in inſtru mento ruſticano. Notiſſimi in eo poëta uerſiculi ſunt: Lappæq; tribuliq;. Et paulo poſt: Tribula q; traheq; q. Quæ uox à N. Marcello libro de generibus nominum neutro & fœminino genere declinari dicitur: fœmini no q; in Marone legendam, quemadmodum in Varrone libro primo de re ruſtica neutro. Nominis cauſa & origo in altera à terendo eſt: alteram Græci à triplici cuſpide ſic appellauerunt: eadem q; ratione bucepha lon, quæ uox bubulum caput ſignificat, quaſi formam eius referat duobus cornibus & rictu, eandem tri quetram & tricuſpidem figuram oſtendentis. Signauimus ſolita nobis uitij nota locum in hoc capite etiã, quoniam male uiderentur nobis in tribuli natalibus coniungi & æquari flumina & domoq; areæ. Nec uerſ ſimile etiam quod aquis gaudeat, ideoq; ſecus flumina naſcatur, ſiccis locis & inter rudera naſci. Male legi aliquid illic credimus: ſed neſcientes quid quale q; ſit, legẽtes tantum in eo monuimus.

Περὶ Σαξιφάγου. κεφ. ιζ.

Σαξίφαγον, οἱ δὲ, σαξιφραγον. οἱ δὲ, ἔμπετρον. ἕρπει δὲ σαξιφράγα. δάμνᾳ δὲ ὀξὶ φυγαναώδης ἐν πέτραις καὶ τραχέσι τόποις φύομενον ἐμφυὴς. δώσαμεν δὲ ἐχινὴ ἐφθεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ πινομένη πρὸς ἀσουσι βοηθοῦσα στραγγουρίαις τε καὶ λυγμῷ. λίθους τε τοὺς ἐν κύστει θρύπτειν, καὶ οὖρα ἄγειν.

De Saxifraga. Cap. XVII.

SAxifragam. Sunt qui empetron. Romani ſaxifragam uocant. Surculoſus frutex eſt, aſperis locis & in petris naſcens, epithymo ſimilis. Bibitur in uino decocta utiliter ſtillicidio ueſſicæ, & ſingultiẽtibus. Calculos ueſſicæ frangit, & urinam cit.

INTERPRES.

PEregrina Græcis & aliena uox ſaxifraga eſt: indicant q; id quę ad cõpoſitionem eius coaluerunt ſimul nomen & uerbum Romanæ uoces: & quæ non aliter q̃ in oſſifraga aliquot q; alijs Romanoq; huiuſce modi uocibus herbã ſignificẽt, quæ ſaxa frangat. Nec quærimus modo dicta ne ſic fuerit, quia in petris naſcens ſuo ortu eas diſrũpat: an quia hominis calculos in ueſſica frangat. Potuit enim, modo recipienda hoc nomine in medica materia ſit, ab utraq; uel alterutra cauſa ſic indicari. Illud potius cogitandũ, uerſimile ne ſit, Græcos, quoq; prior ætas, & medicæ materię antiquior diſciplina fuit, in eius appellationibus, alioq; & poſterioq; uocibus uſos fuiſſe. Nos certe à grãmaticis ſępe audiuimus, & re ipſa etiã deprehẽdimus, multaq; uocũ Latinis autores Græcos fuiſſe: nullius aũt Latinos Græcis. Vt enim Ariſtophanes in Pluto ait, οἱ μὲν γὰρ βλέποντες ζῶσι τυφλοῖς ἡγούμεθα κἀμέ, μὴ τὸ ναντίον: ſic etiã in his uerſimile ẽ, nihil à Latinis Græcos accepiſſe, doctrinarum omnium autores, & qui multo antea medicam materiã nouerant & docuerant, q̃ Romanæ gẽtis fortuna & imperij eius maieſtas liberã tunc gentẽ, ut poſtea fecit, relictis proprijs, alienis uocibus uti co ẽgiſſet. Accedit his, q̃ multo feliciores in cõponendis ad certiorẽ rei alicuius ſignificationẽ uocibus Græci q̃ Latini: ut ſaxifragam Romani dixerant, ſic compoſita huiuſcemodi aliqua uoce uti & ipſi potuiſſent. Nec negligendũ illud etiã in ſuſpicione capitis huius eſt, ſolã in toto hoc opere primam, & à principio propoſitã audiri Romanam uocem, tam q; inopes in appellãda hac herba fuiſſe græcos, ut niſi Romana uoce eam indicaſſent, nulla ſibi futura eſſet: ex his dubitauimus diu, neq; adhuc, animo conſtituimus, quid de ſaxifraga hac dicendũ nobis ſit. Si negemus Dioſcoridis eſſe hoc caput, contra Græcos Latinos q; codices omnes & poſterioq; decreta id erit: ubiq; enim auditꝰ hoc caput, nõ tamen eodẽ modo. Sunt enim in quibus nõ ſaxifragon, ueq; ſarxiphagon legitꝰ. eſſet q; facilis uitij & inſtaurationis cõiectura, ſi ex plantæ huius quæcũq; ea ſit, medicina & in uiribus erodendis abſumẽdis q; carnibus, quod ſarxiphagon ſignificat, aliquid nomini reſponderet. Sed nihil huiuſcemodi in ea auditur. Variant præterea toto capite Græcoq; meliores codices, præſertim q; qui mihi omnium uetuſtiſſimus & probatiſſimus eſt, in quo quod in cæteris deeſt, & à Barbaro diligenter in Corollario ſuo ſignatũ fuit, dicente ſpatiolũ inane uacare &c. manifeſte legitur ἐπιθύμου ἀμφοῖν, quod eſt: epithymo ſimilis & equalis: hanc enim illi cõparat. Quod q; nõ procul à fine ab alijs interpretibus ex cõmuni lectione uerſum eſt: In uino cocta prodeſt habentibus febres &c. Et coctus in uino mox potus febricitãtibus &c. ſimplicius in eo eſt, & ut nos diximus: bibitur utiliter in uino decocta ſtillicidio ueſſicæ: & in ſingultientibus. Id q; uero ſimilius eſt, & in ductu ſermonis magis ſequax λύναμιν δὲ ἔχει ἐφθεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ πινομένη βοηθεῖν στραγγουρίαις καὶ λυγμῷ. Si contrà nullo legentibus iniecto ſcrupulo, qualem inuenimus ſaxifragam hanc admiſerimus, graui legentium periculo non ſatis certam rem diſſimulaſſe uidebimur: præſertim dicente ſcriptore hoc, à quibuſdam empetron uocari, præpoſtero hiſtoriæ ordine. Siquidem mos illi ſemper eſt, propriam & ſuæ gentis uocem cæteris & alienis anteferre, mox alias & aliorum adijcere. Quales autem empetros & epithymos ſint, non multo poſt in hoc ipſo uolumine oſtendetur. In quibus licebit palam uidere, nihil in medicina & remedijs commune huic eſſe, multoq; minus in hiſtoria. Quo fit ut inclinet

inclinet animus nobis, non esse scriptoris huius legitimũ hoc caput: aut si nõ saxifragã Latina appellatione à Græco homine dicẽdam fuisse, sed quo in plerisq; adhuc indicatur, sarxiphages, à minuendis & erodendis carnibus: & si appellationis huius nulla sit nobis causa aut ratio: Nec est quod credat aliquis esse hanc quã rura nostra saxifragã uocant. Illa enim tragopogon & come quonda dicebaẽ, quẽadmodũ in ea certius secundo uolumine ab hoc & à nobis dictũ est. Barbarus in Corollario suo de saxifraga longissime egit, multa q; non inutilia legẽtibus coaceruauit: sed quod ad saxifragã hanc pertineat, omnia in coniectura posita. Quid aũt nos de ea sentiamus, ex his quæ dicta hactenus sunt, nouisse omnibus facile est: nec quicq; ultra nobis de ea constare ingenue fatemur.

Περὶ Λιμωνίου. Κεφ. φϛή.

Λιμώνιον. Ἔστι δὲ, ποταμογείτων. Ἔστι δὲ, νευροδόδης. Ἔστι δὲ λογχῖτις, ἔστι δὲ, πρασιονίς. μυσωὶ μενδωνιά. σύγχοι μεδόλα. ἔστι δὲ, λυκοσέμφυλλον. ἔστι δὲ, ἐλλεβοροσπέρμα τι. ἔστι δὲ, σκύλλιον. πτοφῶν τῶν λύκου καλλία. ῥωμαῖοι οὐιάστρουμ νίγρουμ. ἔστι δὲ, λυτρίναβρυμ τέρρας. γάλλοι ἰσυβδόμ. δάκοι Δάκινα. Τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια σεύτλῳ. λεπτότερα δὲ καὶ μακρότερα. δένεκα ἡ πλείων. καυλὸν λεπτόν. ὄρθιον. ἴσον ὥσπερ κέγχρου. ῥίζαν ἔχει κατὰ γῆς ἐρυθρὸν σύφωνος τὸ γεῦσιν. Δύναται δὲ ὁ κατὰ λεῖος συμπιὼν οἶνον πρὸς ἰξυώδη φῦσαν πλῆθος δυσεντερικὸν καὶ κοιλιακὴν ὠφελεῖν. ἔξωθεν περιτιθέμενον ἐρυθρὸν ἐρυσίπελας. φύεται δὲ ἐν λιμνώσι καὶ ἑλώδεσι τόποις.

De Limonio. Cap. XVIII.

LImonion. Sunt q; potamogetona, qui neurodes, qui lonchitin, qui pronęion, qui lycosemphyllon, qui ellebori semata, qui scillion uocẽt. Magi lupi cor. Marsi mendrutã. Syri meridam. Galli iuniperę. Daci dacinã. Romani ueratrũ nigrũ, siue tintinabulũ terræ appellant. Betę folia habet limonium, tenuiora tamen gracilioraq;, numero decẽ & aliquando plura. Caulem gracilẽ, rectum, altitudine lilij, gustu adstringẽte, rubroq; semine plenũ. Potest tritum semen, mox in uino potum acetabuli pondere, cœliacis & intestinorum torminibus opitulari: & rubras fœminarum fluctiones compescere. Nascitur in pratis & palustribus locis.

INTERPRES.

SYlluestrem betam Plinius, q; eius folio sit, uolumine xx. cap. viii. limoniã uocat: Numerat q; eam in betarę censu, non male, si paluestrẽ potius q; sylluestrẽ à natalibus eius appellasset. Credit idẽ à multis eandẽ hãc, quoniã in riguis & aquosis pratis nascit, & ab eis nomẽ in Græcis inuenit, xviii. uolumine capi. vi. pratensem herbã nominasse. Theophrastus in sexto de plantarę historia ad finẽ, limoniam genere fœminino inter anemones genera descripsit sylluestrẽ, & inter ea quæ tertiũ ordinem inter uernos flores antiquate habuerunt. Nobis pro cõperto non est, diuersum ne an idem utriusq; genus sit. Hic enim floris limonij huius non meminit. Neurodes Plinius uocari etiã limoniũ ait, sed nulla ab alterutro dicta nominis eius causa est. Cur aũt potamogetona aliqui eam dicerent, in promptu causa est: paluestris enim planta, fluminibus uicina, quod potamogeton significat, merito dici potuit: priuatim tamen eo nomine alia quondã indicata est, hoc ipso uolumine declarãda. Ab elleboro nomen illi etiã factum in Græcis est, & à Latinis ueratrum nigrum, quoniã folio simile illi est limonium: quod in elleboro describitur plãtaginis aut sylluestris betæ: quibus & hoc simillimũ est, & eousq; æquale, ut paluestris beta limonium dictum fuerit. Differunt in historia limonij non leuiter scriptor hic Plinius q;: Hic decem & pluribus aliquando foliis in caule uirere dicit: ille undecim sæpe caulũ herbam esse testatur, quod peritiores uideant.

Περὶ Λαγώπου. Κεφ. φϛή.

Λαγώπους. Ἔστι δὲ, λαπὰξ κύμινον καλοῦσι. Δύναμιν ἔχει σαλλικλὼ κοιλίας πινόμενον μετ' οἴνου. ἐπὶ δὲ τῶν πυρετοσόντων μετὰ βουβώνων. φύεται δὲ ἐν πρασιαῖς.

De Leporino pede herba. Cap. XIX.

LAgopun. Sunt qui leporis cyminũ. Romani leporinum pedem uocant. Aluũ reprimit in uino pota leporis pes herba. Verum ubi febris sit, in aqua danda est. Alligatur eadem contra inguinum inflammationes. Nascitur in hortorum areis.

INTERPRES.

DIscrepãt grauissime in leporini pedis herbæ natalibus hic scriptor & Plinius: alter enim in segetibus, quę in re Latina manifestã ex Varrone significationẽ habẽt: alter ἐν τοῖς πρασιαῖς nasci tradiderũt, quę Græcis sunt quadratæ hortorę ad confitionẽ olerę dispositæ areæ. Nos Græcorę lectionẽ secuti, quatem inuenimus uocẽ uertimus. Barbarus ex Plinio in segetibus nasci tradidit, magno inter segetes & horto tũareas discrimine. Qualis aũt hæc nascaẽ, non erit difficile leporino pedi similẽ paniculã in ea obseruasse.

Περὶ μηδίου. Κεφ. χ'.

Μήδιον. Ἔστι δὲ, μηδικὴ. ἔστι δὲ τρίφυλλον. ἔστι δὲ, κλημάλιον. ἔστι δὲ, ὀσμός. ἔστι δὲ, τρίγωνον. ἔστι δὲ, κυβέλλιον. ἔστι δὲ, πολύφυλλον. ῥωμαῖοι τριφόλιουμ ὀδοράτουμ. αἰγύπτιοι ἐπάφου. μήδιον

De Medio herba. Cap. XX.

MEdion. Sunt qui Medicã, qui trifoliũ, qui clemation, id est, uiticulam, qui osmon, qui trigonon, q; cybellion, qui polyphyllon uocent. Aegyptij epaphu. Romani trifolium odoratum appellant.

φύεται ἐν παλισκιοις τοπις ϗ πετρωδεσιμ. ἔχει φύλλα ὅμοια ἴριδι. καυλὸς ϐπηχυς. ἄνθη πρασοειδῆ μεγάλα μὴ πυκνοῦται. κάρπος μικρός. εοικὸς κύκῳ. ῥίζα στιφαμιαία. βακτηριας ἔχουσα πάχος. σμυρνῃ γλυκομιλίῳ. ἥ δυς ξηρὰ λεία ἐκλειχομένη σὺν μέλιτι ἐφ' ἡμέρας, ϐδ΄ πρὸ ἐμέτου ἱστησι. τὸ δὲ στέμμα σὺν οἴνῳ πρὸ ἐμέτου, ἄγει ἔμμηνα.

Nascitur Medion umbrosis petrosisq; locis. Folia seridis habet: Caulem tricubitalē: Flores purpurascentes: grandes & in orbē circinatos: Semen minutū cnico simile. Radix illi est dodrantalis: crassitudine baculi: sapore acerbo. Sistit ea rubētes foeminarū fluctiones. In quē usum siccata tum trita, aut elixa ex melle aliquot diebus in eclegmatore cōtinet. Semē etiā cū uino potū mēses trahit.

INTERPRES.

QVod sit Medio natale solum, uox ipsa, & quæ illā sequitur Medica, manifeste ostendunt: utraq; enim in Media nasci herbam & ex Media repetendam indicant. Cæteræ appellationes ex notis eius factæ sunt: Nec trifolium simpliciter aut odoratum trifolium dicta est, quia illi congener, sed quia tantū similis est. Sic etiam uiticula à longitudine lentoreq; caulium, & osmos ab odore nominata fuit. Discrepant in similitudine foliorū eius ueteres Græci: alij enim iridi, alij seridi, quæ cichorij genus est, secundo libro à nobis tractati, similia dicunt. Plinius q; iridis satiuæ dicens, scripsisse seridis credi potest: quando satiuæ discrimen seridi proprium sit: iridis autem nescio an hactenus aliquādo hic dixerit. Scimus quidem syluestrem iridem dici in plantarum censu: sed ea proprium habet xyridis nomen, de qua mox dicetur. Nobis inclinat animus, ut seridis potius q̄ iridis folio Medium esse opinemur,

περὶ Επιμηδίου. κεφ. χά.

Επιμήδιον. Οἱ δὲ, ἐρινεόν. οἱ δὲ, ἀφυάς. οἱ δὲ, πολύῤῥιζον. ῥωμαῖοι οὐινδίκα. καυλὸς ὀϐτιμος οὐ μέγας. κισσῷ παραπλήσια φύλλα ἔχων, ὅσον ἐπὶ ἡ ιϐ΄. οὔτε δὲ κάρπον οὔτε ἄνθη φέρει. ῥίζαι δὲ λεπταί. μέλαιναι. εὔοσμοι. εὐσαμένῳ μωραί. φύεται δὲ τόποις ὑδαλέοις. ταύτης τὰ φύλλα λεῖα μετ' ἐλαίου, κατάπλασμα μασσώμενα τὸ μὴ αὔξεσθαι. ἀτόκιός τε ἡ ῥίζα ϗ τὰ φύλλα λεῖα ποθέντα σὺν οἴνῳ μετὰ πιὼν κάθαρσιν < ε΄. πλῆθος ἐπὶ ἡμέρας ε΄. ἀσυλλήπτους τηρεῖ.

De Epimedio. Cap. XXI.

EPimedion. Sunt qui erineon, id est, caprificū, qui à ficulnei folij similitudine thriada, qui à radicū multitudine polyrrhizū. Romani uindictam uocāt. Caulis est nō adeo grandis: Folia hederæ similia habet, decem fere aut duodecim. Non semen, non florem fert. Radices illi sunt graciles, nigræ, graueolentes, sapore insipido. Nascitur aquosis locis. Eius concisa folia contra incrementa māmarū ex oleo emplastri modo imponunt. Faciunt sterilitatem trita folia, tum in uino à purgatione statim drachmæ pōdere diebus quinq; pota.

INTERPRES.

AVget quę Medio in planta hac addita Græcorū præpositio ἐπὶ est: significat enim epimedion, quod Medio accesserit. Id aūt est foliorū magnitudo, quæ in Medio satiuæ seridis sunt: in hoc fici: Ideoq; caprificum à quibusdam hic uocari eam tradit: & eadem significatiōe thriada: θρίον enim Græci ficul neū foliū uocant. Sunt tamen in quibus non θριὰς per i, sed θρυὰς per v. legitur: quod si recipiatur, tunc dictam intellexisse oportebit à palustri planta quā thryon ἤδη dē Græci dicunt. Est etiā in hoc capite quod nobis cum Barbaro idē non fit, sed iam toties signatū, ut monere iterū in eo legētes superuacaneum sit.

περὶ Ξιφίου. κεφ. χϐ΄.

Ξιφίον. Οἱ δὲ ἀνακτόριον. οἱ δὲ φάσγανον. οἱ δὲ, μαχαιρώνιον. Οἱ δὲ, ἄριον. ῥωμαῖοι γαλλίολαμ. οἱ δὲ, γενιτάλεμ. καλοῦσι. Ὠνόμασαι ξιφίον διὰ τὸ τῆ φύλλου χῆμα. ἔοικε δ' ἴριδι. ἔλαττον μὲν τι καὶ στενώτερον. καὶ ἄκρως ὡς μαχαίριον. ἰνῶδες. καυλὸν δὲ ἀνίσοι πυχυαῖον. ἐφ' οὗ ἄνθη πρασοειδῆ σιχνὰ ὁμ. ἀπ' ἀλλήλων δὲ σῶτα. κάρπον δὲ στρογγύλον. ῥίζας ϐ΄. πλὴν μίαν ἐπὶ τῆ ἑτέρας καθημένην ὡς πρὸ βολβία μικρά. τούτων ἡ μὲν κάτω, ἰσχνὴ ὀϐτιμος. ἡ δὲ ἄνωθεν, ἀστροτέρα. φύεται δὲ μάλιστα ἐν ἀρόσεσι. Δύναται δὲ ἡ ἄνωθεν ῥίζα καταπλασσομένη μετ' οἴνου καὶ λιβανωτοῦ, ἀκίδας καὶ σκόλοπας ἐπισπᾶσθαι. σὺν ἀλεύρῳ δὲ αἰρόμενον καὶ ὑδρομέλιτι διαφθείρει φύτεθλα, ὅθεν ταῖς τοιαύταις ἐμ-

De Gladiolo. Cap. XXII.

XIphion. Sunt qui anactorion. qui phasganon, id est, ensem, qui machæronion, id est, cultellū. Sunt qui arion, qui genitalē. Romani gladiolū dicūt. A' foliorū figura gladiol⁹ dicta herba est: iridi eī similis, sed minor & tenuior, & extremis foliis acutior. Caulis illi non adeo grandis, nodosus, in quo purpurei flores sunt deinceps dispositi, & à se inuicē distātes. Semē habet rotundū. Radices duas, & alterā alteri insidentē, exiguorū bulborū figura, Earū inferior gracilis est, superior uero crassior. Nascitur maxime in aruis. Potest superior radix emplastri modo ex uino addito thure impositā, furculos & spicula trahere. Eadem cū loliacea farina & dulci aqua panos discutit: eāq; ob causam in hūc usum cōficiēdis emplastris

πλάσεσιμίσυθ. ἄρξ ὃ ἡ καλαμήνια προσεθς σα. φασὶ ὃ ἡ ἀφεσὶσια προσμᾶτ ἀνωτέ ρω ξίζαν σὺν οἴνῳ πθσαν. τ κατωτέρω ὃ ἀγό νους πριθ. ἐντροκλικοῖς τε παισὶοις ὠφελίμως δίδοθτ τ ἐπάνω ξίζαν ἐν πτῷ σωὐσὶαζ.

plastris additur. Dãcũt ambæ menses appositæ. Quinetiã superiorẽ radicẽ ferũt Venerẽ in uino potã excitare: inferiorẽ uero, sterilitatẽ facere: superiorẽ itidem pueris contra intestinorũ rami ces utiliter in aquæ potione dari.

INTERPRES.

HAec est gladiolus illa cultellato folio herba, cui à principio statim iridis folia hic cõparauit. Princeps in hoc foliorũ genere, & quæ prima huiusce modi similitudinis notam cæteris dederit: ideoq; tot gladiorũ appellationibus diuersis locis indicata. Florere hãc uere cũ œnanthe, nigra uiola, helychryso, limonia, anemone & hyacintho Theophrastus ait: uocatq; & ipse xiphion. Plinius multis locis gladiolum: Quo tamẽ loco ex professo de ea agit, xxv. uolumine capite ix. xiphion & phasganon Græcis nominibus eam appellat: nec de folio eius aliud tradit, q̃ cũ primum ex terra prodit, gladij ostendere speciem. Hic ultra addidit, iridi simile esse: breuius tamen & angustius, κ ἄκρξν ὡς μαχαίριον: in quo uidendũ est, an in mucronẽ definens dicendũ sit, an decurtati mucronis, quales cultelli aliquando in incidendi tantum usum fabricãtur: utrunq; enim ἄκρξν significare ex diuersa præpositionis eius ui potest: & quod ἀκρξύθη, id est, in acutũ derasum est: & cui ex acumine suo ablatũ aliquid fuerit, ut ἀκρξῖν Thucidides ait, & in Græcis multa alia inueniuntur. Pro duabus deinde radicibus eius reuocanda legentibus in hunc locũ erunt, quę in testiculis duabus plantis superiore uolumine dicta à nobis fuerunt. Nec aliter in gladiolo hac duas inueniri radices, q̃ in bulbosis plerisq; aliis, in quibus præteriti anni bulbus & radix inferior semper est: genita q̃ ex se alia, cedit ipsa, donec tertio aut quarto anno tota pereat. Auellanis Plinius eas cõparauit: hic naturę notas magis secutus, bulbulos paruos uocauit. Discrepant in natalibus eius Dioscorides & Plinius magnopere: hic in aruis, ille in humidis: alter in genere ἀρουραίων, quæ qualia sunt superiore libro dictum à nobis est, posuit: alter in aquosis & palustribus. Potest tamen uterq; quod uerũ sit dixisse: nam possunt arua humida esse. Dioscorides prętrarijs ad Venerem radicum xiphij uiribus, quod in scriptore hoc in inferiore legitur, πρὸ κατωτέρω δὲ ἀγόνους terea in aruis maxime nasci dicẽs, nõ negauit penitus posse etiam in aquosis nasci. Videndũ postremo in cõ σριέν, nõ ἀγόνους quæ uox seminis & genituræ priuationem indicare hoc loco creditur, legi oportere, sed una tantum mutata litera, ἀκόνους, id est, ad Venerẽ ignauos & infirmos: hoc enim magis illi aduersatur: aptiusq; ad Venerem stimulantibus in contraria uirespondet, quod ignauiam & infirmitatem eius facit.

Περὶ Σπαργανίου. κεφ. χγ'.

ΣΠαργάνιον. οἱ δὲ, ξιφίδιον. οἱ δὲ, βῶλον καλοῦσι. φύλλα ἔχ ἐοικότα ξιφιδίῳ. σενώτρα δὲ ἐπικλινέσ. ἐπ' ἄκρου ὃ τοῦ καυλοῦ ὥστει σφαιρία, ἐν οἷς ὁ κάρπός. διδόται ἡ ῥίζα κὴ ὁ καρπὸς σὺν οἴνῳ θηκτρίς.

De Sparganio herba. Cap. XXIII.

SParganion. Sunt qui xiphidion, id est, gladiolum: qui bolon: Romani pariter Græcis sparganiũ appellant. Gladiolo similia & hæc folia habet: angustiora tamen q̃ superior, & in terrã magis inclinata. In summo caule ueluti pilulæ sunt: in qb⁹ claudit semẽ. Bibit radix eius & semẽ in uino cõtra uenenatorũ morsus.

INTERPRES.

IN decursu & ueluti ad alia festinans Plinius, de sparganio hac xxv. uolumine capite ix. egit: nihil ultra de ea testatus, q̃ aduersus serpẽtes bibi radicẽ eius, quã sparganion uocant ex uino albo. Nec nos quod illi adiũciamus aliud habemus, q̃ esse in Græcis qui ἀπὸ τοῦ ἀσπαργάνων dictam putent: q̃ scilicet foliis eius latis & uitiliũ modo lẽtis pro fascijs his uterẽtur, quibus nutrices infantes suos uinciunt, quas Græci ἀσπάργανα uocant: & ἀσπαργανᾶν uerbũ, in infantiũ uinculis & fascijs his notissimum.

ἀσπάργανα ἀσπαργανᾶν

Περὶ ξυρίδος. κεφ. χδ'.

ΞΥρίς. οἱ δὲ ἴριν ἀγρίαν. οἱ δὲ κακός. ἔχ μαίοι γλαδιόλῳ. οἱ δὲ ἶριν ἀγρέσεμ. δακοὶ ἄκρξε. τὰ μὲν φύλλα ἔχ ἶρι δι ὅμοια, πλατύτρα δὲ ὃ ἡ ἧς ἄκρου ὀξέα. καυλὸν δὲ ἐκ μέσου τ φύλλων πηχυαῖον. ἰκανῶς παχύν. ἐφ' οὗ λοβοὶ ἕξ ἢ ἑπτὰ. ἡ ἐπ' αὐτῷ ἄνθος πρφυροῦν. ἐν δὲ ᾧ μέσῳ φοινικοῦν. κάρυα δὲ ᾧ Βυλακίοις κυάμοις ὅμοια. σπορὰ δὲ ᾧ ὀμμύς. ῥίζα δὲ πλυτόνατ. μακρά. πυκνά. πρὸς τὰ ᾧ κεφαλὴ θαύμαλα ἡ κατάπιωα ἡ μετὰ ἀπνίας μιγέν αὐτὴ χαλκοῦ ἄνθος μέρος ἕξ ἢ πέντε ξίζης μέρος ἑ. ἡ μέλι. θ δ λαπεύθ ὃ ἡ οἶδ ἥμαλα ἡ φλεγμο

De Xyride quam sylueſtrem Irim dicunt. Caput XXIIII.

XYrin. Sunt qui sylueſtrem irim, qui cacton uocẽt. Daci aprus. Romani gladiolũ appellãt. Folia iridi similia habet, latiora tñ & in summo acuminata. Caulẽ ex mediis foliis exeuntẽ, cubitalẽ, satisq; crassum, in quo triquetra sunt ueluti filiquę, & in triquetris illis purpureus flos: & in floris medio puniceus color. Semen in folliculis fabarũ modo, rotundũ, rubẽs acreq;. Radix illi est crebris geniculis dissecta: lõga, colore ruffo. Capitis uulneribus, fractisq; in eo ossibus utilis. Surculos telaq; omnia addita æris floris tertia parte, cẽtaurij uero radicis quinta & melle, sine dolore extrahit. Ex aceto emplastri mõ

νὰς καταπλασσομένη μετ' ὄξους. πίνεται δὲ καὶ πρὸς ῥάσματα. ῥίγματα. χιάδας τε καὶ στραγγουρίας. καὶ διαῤῥοίας ἡ ῥίζα μετὰ γλυκέος πεπλασμένη. ὁ δὲ κάπρος οὖρητικώτατος ὅσον τριόβολον ποθεὶς ἐν οἴνῳ. τίκτει δὲ καὶ ἀπλοῦς σὺν ὄξει ποθείς.

impoſita eadem tumores inflammationesq; ſanat. Bibitur pręterea contra conuulſa, rupta, dolores coxendicis, ueſſicæ ſtillicidia & alui fluores quos diarrhœan uocant in mulſo trita. Maxima ad ciendam urinam poteſtate ſemen obolorum trium pondere in uino bibitur. Bibitur & ad minuendos lienes eadem utilitate.

INTERPRES.

VAnam fuiſſe quondã & fabuloſam ſylueſtris iridis hiſtoriam merito crediderit aliquis, quæ xxi. uolumine capite xx. à Plinio de ea dicunt audiens. Qui em̃ rebellare in homine uitia poſſunt? defoſſa eodẽ loco unde eruta fuerit herbæ parte: ſi paꝛ mercedis pro ea tuliſſe herbarius arbitret. Nõ rãta remedijs cũ uitijs noſtris diſcordia aut cõſenſus eſt, ut ex lõginquo prodeſſe nocereq; nobis tantopere poſſint. Nec tam idẽ plantis & nobis ſenſus eſt, ut iracundia noſtra iraſcant & illæ: & ex uolũtate noſtra hoiem oderint. Vanæ ſuperſtitionis eſt huiuſcemodi docere, relictisq; quæ ẽre ſunt, ea proſequi q̃ legentiũ animos q̃d nos nunq; nõ in agrũ æſtate diſcedẽtes in ſepibus uidimus, cultellato ut hic ait folio inter uepres & ſaxa naſcentẽ herbã, multo folioꝛ ceſpite, acuminato mucrone, multo breuioribus q̃ iridis, & ut hic ait latioribꝰ duobus tribus ue & aliquãdo quatuor caulibus: in qbus tument oblonga ueluti capitula, quæ ſuo tẽpore puniceo magis q̃ purpureo colore florẽt: & cũ defloruerũt, folliculos relinquẽtia lõgitudine digitali trique ros: in qbus tria quatuor ue ſemina ex oſcillis ſuis pẽdent priuatim, nec aliter q̃ in faba locis diſtincta, colore rubro cũ maturuerũt: quæ nõ ſunt ipſa uere ſemina, ſed latentiũ intra ſe ſeminũ pericarpia & inuolucra: qualia licebit uolẽtibus quotãnis obſeruare. Saxoſas ſepes & quaſi macerias agroꝛ amat: luctaturq; inter ſaxa exiens. Hos eius natales & has plãtæ notas nos obſeruauimus: poterũtq; alij ex his facillime cætera deprehẽdere. Fuerat animus nobis hoc capite de ruptis cõuulſisq; agere: nõ differẽdis ulterius, niſi prius in eo occurriſſent quæ Græci uno nomine κατάγματα uocant: fracta capitis oſſa à nobis dicta: haud ſane quia ea tm̃ uox illa ſignificet, cõmunis alioqui omnibus quę in toto corpore frangunt̃ oſſibus: tam enim hęc q̃ illa ἄγνυσθαι, id eſt, frãgi & recte dicũt. Sed quod nulla adiecta corporis certa parte, uerbi cauſa ulnis, humeris, tibijs, alijsq; huiuſcemodi ut obſeruare in Græcoꝛ medicis facile eſt, priuatim ad caput referẽda κατάγματα, ſunt. In hac em̃ parte primũ & per ſe ab antiqs Græcis dicta ſunt: mox ab ea ad reliqua totius corporis oſſa tranſlata uox eſt. Sunt aũt fractæ hominis caluæ ex forma & euẽtu ictus plures, in antiqs Græcoꝛ medicis præſertimq; Galeno & Paulo Aegineta appellatiões: quas Latinis nominibus indicare in omnibus difficile: in aliqbus uero impoſſibile: Eamq; ob cauſam Græcis Latine tamẽ ſcriptis nominibus, ut eas facilius in nobis chirurgi recognoſcãt, indicabimus: rhogmem, engiſoma, ecpieſma, apechema, camaroſin, & quãaliqs his addidiſſe Galenus in ſagoge ſua dixit trichiaſim, eccopem itidẽ, & in infantibus tantũ thlaſim. In quaq; diffinitionibus deſcriptionibusq; aliter potius q̃ aliud à Galeno & Paulo Aegineta dicit̃. Eſt itaq; rhogme quaſi Latine dicas per longũ rima caluæ profundior, aut in ſuperficie fiſſio, in qua nusq; fiſſum os moueritſic dictę, qñ Græci ῥωγάδας rimas terræ appellauerunt. Eccope quaſi effractio dicas, caluæ diuiſio eſt, in qua offenſum os diſruptũ fuerit. Quod ſi in hoc genere à reliquo oſſe pars offenſa diſceſſerit, apoſceparniſmos eſt, tunc dicitur. Eſt aũt ἐκκόπτειν, unde eccope facta eſt, ictu infringere, σκεπαρνίζειν aũt, unde apoſceparniſmus eſt, ancipiti ſecuri percutere: σκέπαρνον enim eam ſecurim Græci uocant. Et quoniã grauiore eius ictu percuſſa oſſa diſſiliunt, ideo huiuſcemodi caluę fractura ſic nominata eſt. Engiſoma deinde caluę ictus, in quo offenſum os ad interiorẽ cerebri mẽbranã deſcenderit: ſic dicta, quoniã nullo relicto inter os caluæ & cerebri mẽbranam ſpatio, duo illa corpora ſibi inuicẽ ꝓpinquẽt. Ecpieſma in multas partes caluæ effractio eſt, in qua profundius oſſa deſcẽderint: & cerebri mẽbranã contactu ſuo premant. Camaroſis quaſi teſtudinatio: caluæ ictus eſt, in quo oſſis pars aliqua in teſtudinis & cameræ formã ſuſpẽſa relinquitur, altrinſecus à reliqua calua ſeparata. Trichiaſis poſtremo quaſi capillationẽ dicas anguſtiſſima rhogme eſt, ſenſum plerunq; fallens: eamq; ob cauſam latens: quæ quia nõ facile ſe oſtendit, mortis cauſam ſæpenumero affert. A' capillis Græci eã nominauerũt: quoniã anguſta, exilis, & ſenſum effugiẽs, quales capilli ſunt, in calua capitis diſcurrat. Eſt præter has θλᾶσις etiã, id eſt, cõtuſio: ea caluæ fiſſio non eſt, ideoq; inter capitis ictus & caluæ fracturas merito aliquis eã nõ numerauit. Eſt enim caluæ in interiorẽ partẽ impulſio aut inflexio, cõcuſſatẽ inter gra caluæ cõtinuitate tantũ faciens, ut licet in plũbeis æneisq; uaſculis, ſi foris percutiant̃ illidantur'ue, uidere. Numerat̃ inter has etiã ἀπόχημα, quaſi, ut in echo fit, reſponſio quædã. Ea eſt ut ferè omnes Græci deſcripſerunt, à cõtraria ictus parte facta caluę fractura ſeu fiſſio. Eam lib. VIII. cap. IIII. manifeſte fieri Celſius his uerbis docuit: Solet etiã euenire, ut altera pars fuerit ictus, & os altera fiderit. Græcoꝛ tamẽ medici: præſertimq; Paulus Aegineta lib. VI. in Chirurgicis ſuis ait, falli in ea re omnes: quoniam non fiat in hominis calua, quẽadmodum in uitreis uaſculis fieri illi docẽt. Vitrea enim uaſcula uacua ſunt, ideoq; id patiuntur: & calua hominis undiq; plena & alioqui ſolida eſt. Fitq; in hoc ictu, quod in capite ex alijs cauſis fieri uidetur: in quo integra cutis cõtinuitate factus abſceſſus cũ ſectus fuerit, offenſam illic hominis caluam fuiſſe perſpicuum det. Sic etiã & in hoc malo factus à contraria parte abſceſſus, illic fidiſſe os credi perſuadet. Videbunt chirurgi, cenſebuntq; utri in ea re magis credendũ ſit. Nobis non eſt aliud q̃ ex antiquis Græcoꝛ latebris in lucem hæc reuocare conſiliũ. Quæq; à nobis dicta in huiuſcemodi re ſunt, ex Galeno & qui Galenum diſciplina & tempore ſecutus eſt, Paulo Aegineta, omnia in commentationes has noſtras deriuata ſunt.

κατάγματα

Rhogme ῥωγμή
Eccope ἔκκοπη
Sceparniſmus σκεπαρνισμός
Engiſoma ἔγκεφαλωμα
Ecpieſma ἔκπιεσμα
Camaroſis καμάρωσις
Trichiaſis τρίχιασις
Thlaſis θλᾶσις
Apechema ἀπόχημα

περὶ Ἀγχούσης. κεφ. χέ. De Anchuſa. Cap. XXV.

Anchuſam

Ἄγχουσα. Οἱ μὲν καταγχουσαν. οἱ δὲ λιβυκὴν. οἱ δὲ ἀρχιβείλιον. οἱ δὲ ἀλκιβιάδιον. οἱ δὲ ὀνόφυλλος. οἱ δὲ πορφυρίς. οἱ δὲ μίδουσα. οἱ δὲ σάλυξ. οἱ δὲ ἡμερίδα. ἄφρον δοκίνεσάθ. ἄγχουσα ⌋ ἣν ἔνιοι κάλυκα. οἱ δὲ ὀνόκλεαν καλοῦσι. τὰ μὲν φύλλα ἔλκη θερίδακι τῇ ὀξυφύλλῳ παραπλήσια. δασέα. πρανέα. μέλανα. πολλά. παντα χόθεν δὲ ῥίζης προσπεπλασμένα τῇ γῇ. ἄκανθοειδῆ, ἃ δὲ ῥίζα λακτύλου τὸ πάχος, τὸ χρόαμ ὑφαιμος. ἐν ᾧ δὲ τέτρυγωμένῃ καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας, φύεται ἐν εὐρείοις τόποις. ἔστι δὲ ἡ ῥίζα συπτική. ἁρμόζουσα πρὸς καταπλάσματα ἕλκη, ἐναφεψομένη κηρῷ μὴ ἐλαίῳ. ἔστι δὲ καὶ στέλματα ἃ συνεπαλφίτῳ καταπλασθέντα θεραπεύει μὴ ἀλφοὺς μὴ λέπρας σὺν ὄξει καταπλασσομένη. προσιθεμένη δὲ μὴ ἔμβρυα καταπάσσει. ἀφέψημα αὐτῆς λίθους ἱκτερικοῖς, νεφριτικοῖς. ὠλιγουρικοῖς. πυρέτους μετὰ μελικράτου. τὰ δὲ φύλλα κοιλίαμ ἴσχει μετ' οἴνου ὠμὰ δὲ ἐσθιόμενα. χεῖρον δὲ οἱ μυρεψοὶ τῇ ῥίζῃ πρὸς τὰς σύνθεσιν τῶν μύρων.

ANchusam. LSunt qui catarchusam, qui Lybicã herbam, qui archibeilion, qui Alcibiadion, qui onocheles, q porphyrida, qui midusam, qui salicẽ, qui noneam uocẽt. Aphri buinesath. Romani pariter Grecis anchusam dicunt. Anchusa ⌋ quã aliqui etiã calyca aut onoclean dicũt, lactucæ, cui acumina ta folia sunt, similia habet folia, hirsuta, aspera, grandia, undiq; ab radice per terrã sparsa spinosaq;. Radix illi est crassitudine digiti sanguinis pæstatem colore cognoscenda: eoq; tractata manus inficiẽs. Nascitur pinguibus locis. Habet radix eius adstringendi uim. Facit ad ambusta uetustaq; ulcera in oleo addita cera decocta. Sanat eadẽ sacros ignes emplastri modo cum polenta imposita. Ex aceto aũt utiliginẽs lepraq; exterit. Fœtus apposita extrahit. Datur & decoctum eius utliter suffusis felle: renũ cum urinæ malo aliquo doloribus, lienosisq; & ubi febris sit cum mulsa aqua. Sistunt folia aluum cum uino pota. Vtuntur & unguentarij anchusæ radicibus ad unguentorum suorum spissationem.

INTERPRES.

RAram, nec facilẽ inuentu herbã nostræ ætatis herbarij anchusam referunt: quod merito demiretur aliquis, cũ lenocinio formæ quondã inseruierit: uterenturq; radice eius antiquę mulieres cõtra pallorẽ: sa uerbis Græcis ἀγχουσίζεσθαι, in affectatione formæ fucari & colorari adhuc significet. Non solent fœminæ quæ ad decorẽ & formã præsidio sibi esse possunt, tãtopere negligere: & si noua & meliora didicerint, uete ra tamen nunq; dimittere: ne, si noua forte parũ successerint, ad antiqua cõtinuo redire possint: nullibi tamẽ nũc anchusæ radicibus, quod sciam, ad fucũ mulieres utunt. Quantũq; in ea negligẽtia laudãdę q mala Veneris blandimẽta hæc abiecerint, tantũ in cognoscẽda ad medicinã herba dãnanda herbariorũ incuria: quibus de ea nihil pro cõperto cõstat: eamq; ob causam nos quò plures licebit ex antiquis scriptoribus notas eius, hoc loco numerabimus, ut facilius earũ ope cognosci & ostendi aliquãdo possit. Numerauit cõiunxitq; eam Theophrastus lib. VIII. de plantarũ historia coronopodi, quã cornicis pedẽ uocauimus, chamęmalo, & plerisq; aliis, quæ ἐπιγήφυλλα ille uocat, id est, folia per terrã spargentia, quod hic ait πρανιπλασμένα τῇ γῇ, quod est per terrã sparsa. Nicander q̃d & ab hoc dicitur, lactucæ similia ostendit. Versiculus eius est λὴ ἅτ' ἀγχούρα ὁμοιοφυλλίδα λαΐφι χέπτων, quod est, lactucæ similia. Plinius inter aculeatas numerat, à cæteris in folioꝝ positura discrepans. Locus est XXI. uolumine capite XVI. Aculeatarũ caules aliquarũ per terrã serpũt, ut eius quã coronopon dicunt: & ex diuerso stans anchusa. Stantẽ anchusam dicit, quã Theophrastus ἐπιγήφυλλον uocauit. Nec refert q Plinius caules dixerit: in caulibus enim folia. Omnes postremo sanguinei coloris habere radicem restantur, non toto quidem anno, sed ætate tantũ: quo tẽpore colorẽ illũ natura in ea decernit. Ex qua tẽporis nota, quod passim in cunctis Græcis legebatur, ἐν τῷ θέρει γεννωμένῳ, id est, ætate nascentẽ, ex antiquissimi codicis nostri fide γινωσκομένην instauramus & uertimus. Quod enim hic ait, eò perrinet, ut per ætatẽ tantum eo colore fit: tunc q; cognosci & deprehẽdi tuto possit. Fuisse aũt colorẽ ex anchusæ huius radice in precio & honore quondã, nihil q; non eo colorare ueteres cõsueuisse, Græci Latini q; passim omnes testãtur: Plinius q; quo diximus loco: inficiẽdo ligno ceris q; radice apta. Nec multo post, XXII. uolumine cap. XX. Manus inficit sanguineo colore: lanas q; præparat pctosis coloribus. Hic ipse in rosaceo monuit unguentarios ad bonitatẽ coloris anchusam illi addere: & ne lõgiores simus, nihil non anchusæ radicis sanguineo succo colorabatur. Eãq; ob causam iniectus mihi scrupulus est, quod in extremo capite legit, ad unguẽtorũ spissationẽ, nõ ad hoc, sed ad colorẽ potuisse quondã ptinere. Rara hæc in alijs plãtis coloris nota: eamq; ob causam diligentius in hac eruscãda. Nobis hactenus uidere eã nõ licuit: & pręter ab antiqs dicta nihil ocu lati testes addere illi possumus: eadẽ in tribus alijs eius generibus fortuna etiã utẽtes. Audiuimus tñ in pascuis, q ad Populoniã amplissima sint, nasci herbã quã gregibus suis noxiã pastores uitẽt, omnibus ijs notis ab eis descriptã: præsertim q; sanguineo radicũ succo: sed nihil pro cõperto nobis aliud de ea est. Breuissime itaq; dicemus, quos nã toties hactenus sacros ignes nominauerimus, eos. s. quos Græci ἐρυσιπέλατα dicunt: quæ à Galeno in diffinitionibus suis describunt: igniti rubores cũ inflãmatione, aliquãdo etiã febre & febris horroribus. Late patet hoc malũ: nullaq; pars corpis interior etiã est: in qua inflãmatiõis genus hoc nõ fiat. Patiunt id fœminæ in locis suis: patiunt hoies in sede, in uecore, cerebro q; & alijs locis. Sed quod cõmuniter dicit, & plerũq; fit in homine ery sipelas, in extimo corpore est in genere inflãmationis à ueteribus positũ: q

omnes calidos cũ dolore & inflãmatione tumores ſimpliciter inflãmatiões uocare cõſueuerũt: mox ex materia qua cõſtent, alijs appellationibus diſtinguere. Cõfluẽte em̃ in locũ aliquẽ non corrupto & mediocris craſſitudinis ſanguine, priuatim & per ſe dictã inflãmationẽ uocari: quẽadmodũ flaua bile alicui parti inhærente, quẽ herpeta Græci, id eſt, ſerpẽs ulcus uocauerũt: ſanguine aũt bile q̃ flaua ſimul cõfluẽte, eryſipelata hæc fieri. Galenus tamẽ autore Paulo Aegineta tumorẽ ex feruẽte tenui ſanguine factũ, priuatim & ꝓprie eryſipelas uocãs eum, qui ex bile ſimul & ſanguine fieret: ex abundãte altero humore noiare ſolitus erat: ſi ſanguine, inflãmationẽ eryſipelaceã, ſi flaua bile, eryſipelas inflãmatũ. Totũ hoc genus antiquiores Latini ſacros ignes uocauerunt: præſertim q̃ Plinius infinitis pene locis. Celſus, & ſi de ſacro igne eius q̃ generibus aliter docere uideat, nõ longe tamen à prima cõmuni q̃ illa eryſipelaton ratione diſceſſit. Quæ quoniã ut diximus multiplex eſt, diuerſas q̃ habet cauſas, à medicis ex remedij uiribus tractanda erit.

Eryſipelata.

Sacri ignes

Περὶ Ἀγχούσης ἑτέρας. Κεφ. χϛ'.

Ἄγχουσα ἑτέρα, ἣν ἔνιοι ἀλκιβιάδιον καλοῦσιν, ἢ ὀνοχήλεως ἐκάλεσαν. αὕτη διαφέρει τῆς πρώτης, ᾧ μικρότερα ἔχειν τὰ φύλλα. τραχέα ἢ ὁμοίως. μὴ τὰκλωνία λεπτὰ, ἐφ' ὧν ἄνθος πρασοειδὲς ὑπερφοινικίζον. ῥίζας δὲ ἐρυθρὰς εὐμήκεις. περὶ τὴν πυραμικὴν μὲν ἔχουσας τὰ αἵματα ὧδε. φύεται ἢ ἐν ἀμμώδεσι τόποις. Δύναμις δὲ αὐθι καὶ τῆ φύλλῳ θηριοδήκτοις βοηθεῖν. μάλιστα δὲ ἐχιοδήκτοις. ἐσθιόμενα Ϲ πινόμενα, καὶ περιαπτόμενα. καὶ μασησάμενος ἀφεὶς εἰς τὸ στόμα τοῦ θηρίου ἀπολύσει, ἀποκτενεῖ αὐτό.

Περὶ ἑτέρας Ἀγχούσης.

Κεφ. χζ'.

Ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλη ἐμφερὴς ταύτῃ. ἐλάττω δὲ καρπὸν ἔχουσα φοινικοῦν. ὃν ἐάν τις μασησάμενος ἀποπτύσῃ εἰς τὸ στόμα τοῦ ἑρπετοῦ, ἀποκτενεῖ. ἡ δὲ ῥίζα μετὰ ὕσσώπου Ϲ νίτρου καταμάμου ποθεῖσα ἐξυδάφου πλῆθος, πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκβυάσει.

De altera anchuſa. Cap. XXVI

ANchuſam alterã quam aliqui Alcibiadiũ aut onocheles uocauerũt. Differt hæc à priore ſola foliorũ breuitate: aſperitas em̃ eadẽ eſt. Habet hęc exiles ramulos, in qbus purpureus inclinato ad puniceũ colore floſculẽ: Radices oblõgas, graciles, rubẽtes, p meſſẽ ſanguineo ſucco fluẽtes. Naſcit ſabuloſis locis. Succurrũt uenenatorũ præſertim q̃ uiperarũ morſibus folia radices q̃ eius: in quem uſum comeduntur, bibũtur, & alligãtur: tũtaq̃ eſt uis, ut ſi quis cõmanducatã in uenenati animalis os expuerit, mori id ferãt. Eſt & tertia anchuſa ſimilis huic, minus tamen, & puniceum ſemen habet. Huius etiã ſiquis cõmanducatũ ſemen in ſerpẽtis os expuerit, eum enecabit. Eius radix acetabuli põdere additis hyſſopo & naſturcio pota, lætos lumbricos pellit.

INTERPRES.

QVatuor fuere antiquis anchuſæ: tres dictæ hactenus. & quæ ſtatim ſequitur cognomento lycopſis: & ſi poſtremã hãc priuatim aliq & per ſe docuerint. Oẽs cõmune aliqd & in quo cõueniãt habẽt, ideo q̃ cognomines: id aũt maxime rubens radicis ſuccus eſt, alioqui in medicina uires diuerſæ & inæquales illis ſunt. Siquidẽ quæ onoclea dicit prima in eam cẽſu, adſtringentẽ & ſubamarã habet radicẽ: ideo q̃ lienoſis, & cũ urinæ malo aliquo doloribus mederi dicta eſt. Eadẽ cũ polenta emplaſtri mõ impoſita, ſacris ignibus accõmodata credebat. Eiuſdẽ folia, q̃ minus q̃ radix refrigerãt & ſiccãt, cõtra fluores alui quos diarrhœam uocãt, quondã bibebãt. Quæ uero lycopſis dicta eſt, de qua mox ageẽ, maiore adſtringẽdi ui q̃ illa, ſacris ignibus magis accõmodata erat. Quę onocheles ſiue Alcibiadios dicitur, maiore reliquis omnibus in medẽdo ui, uiperarũ morſibus in cibo potuq̃ & alligata, in uſu erat. Quarta omniũ aliarũ breuior ſine nomine, maiore q̃ Alcibiadios illa amaritudine, pellendis uẽtris animalibus in uſu fuit. Et hęc in antiqs Græcorũ medicis anchuſarũ omniũ decreta fuerunt, omnia ut uidetur ab hoc ſcriptore accepta.

Περὶ Λυκόψεως. Κεφ. χη'.

Λυκοψις. οἱ δὲ μὴ ταύτην ἄγχουσαν ἐκάλεσαν. τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια θριδακίνῃ. μακρότερα δὲ καὶ ἐχυτερα, καὶ παχέα, Ϲ πλατύτερα. πεπωκότα περὶ τὸ ῥίζης κεφαλήν. καυλὸν ἀνίησι μακρόν. ὀργυιόν. ἔχοντα πλάτας. πηχυαίας ἐχείας. καὶ ἐπ' αὐταῖς ἄνθη μικρά. πρασοειδίζοντα. ῥίζα δὲ ἐρυθρά. συπικὴ. φύεται δὲ πεδίοις. καταπλασσομένη δὲ μετ' ἐλαίου ἡ ῥίζα, ἐξαυμαλοῖ τὰ. μετὰ ἁλῶν δὲ ἐρυσιπέλατα. λεία δὲ σωθεῖσα μετ' ἐλαίου, ἱδρῶτας κινεῖ.

De Lycopſide. Cap. XXVII.

LYcopſin. L Romani pariter Græcis lycopſin dicunt. ⌋ Sunt qui & hanc anchuſam uocauerint. Folia habet lactucæ, lõgiora tamen craſſioraq̃ & latiora, ad ſummũ radicis caput in terrã decidua. Caulis exit longus, rectus, aſper, adnatis multis cubitalibus & aſperis in quibus flores ſunt purpuraſcẽtes. Radix illi eſt rubens, adſtringẽdi ui. Naſcitur campeſtribus locis. Medetur uulneribus emplaſtri modo impoſita ex oleo radix eius: Sacris uero ignibus cum polenta. Eadem trita ex oleo corporibus inuncta, ſudores cit.

INTERPRES. Priuatim

PRiuatim seorsum q̃ à reliquis anchusis Plinius de lycopside hac xxvii. uolumine cap. x. egit: nihil tñ illi tribuit, quod ab hoc scriptore acceptũ non fuerit. Idẽ & Nicander in Theriacis suis fecit, post anchusam lycopsidẽ cũ pleriscq; aliis numerans. Antiquiores aũt Græci anchusæ cõgenerẽ fecerunt, secũdãq; in eo censu numerabant: hic ultimã docuit. Licetq; anchusam esse non dicat, sed ab aliquibus uocari: historiæ tamen ordo, & quæ illi tribuuntur notæ, anchusis aliis congenerem merito faciunt.

Περὶ Ἐχίου. Κεφ. χθ'.

Ἔχιον. οἱ δέ, ἀφίδαιον. οἱ δέ, ἀλκιβιάδιον. Ῥωμαῖοι ἀλκιβίακον μ. Τὰ μὲν φύλλα ἔχει προμήκη. ἔραχέα. ὑπόλευκα πόα πρὸς τὰς ἄρκτους. ὑπέρυθρα. ἤπονα δὲ μὴ λίαν πρᾶα. ἀκάνθια λεπτὰ ἐπικείμενα * ⟨Ι⟩ ἃ κρὸς ἀσσον τὰ φύλλα καυλία λεπτὰ πολλά, ἑκατέρωθεν δὲ φυλλάρια λεπτὰ τρισσοῦ μενα μέλανα. ἐλάφονα δὲ πρὸς λόγον τῶν ἐπάνω ἄκρου τε καυλοῦ. τὰ δὲ ἄνθη πρὸς τὰ φύλλα ὡς φυσοφθῆναι. ἐν οἷς ὀζεῖ ⟨Ι⟩ ὁ κεφαλὴν ἔχιος ὅμοιος. ῥίζα δὲ λεπτότερα δ' ἀκανθίδι. ὑπὸ μέλανα· ἣν ἅμα οὐ μόνον τῆς δηχθῆσιν ὑπὸ ἐχεπέδ βοηθῆσαι μετ' οἴνου, ἀλλὰ καὶ τῆ προποιόντας ἀδ' ἡ-παυῆ δὲ ⟨Ι⟩ ὀσφύος ἄλγημα. ⟨Ι⟩ γάλα κατα- μετ' οἴνου ἢ ζοφήματος λαφθὲν σα.

De Echio herba. Cap. XXVIII.

ECchion. Sunt qui aridan, qui Alcibiadion. Romani Alcibiacũ uocãt. Folia habet echion oblonga, aspera, albicantia, ad anchusæ ruborẽ aliquẽ accedẽtia, minora tãtũ illis & pinguia. Habet & aculeos breues, exiles, foliis adiacẽtes & hirsutos. Coliculos plures gracilesq;, & ab utraq; eorũ parte tenuia foliola pennata, colore nigro, hisq; minoribus & decrescẽtibus cõtinue ad summũ caulis cacumen. Flores iuxta folia purpureos, in quibus semẽ est uiperino capiti simile. Radix illi est digito gracilior, nigricante colore: quæ non solum serpentium morsibus cum uino pota succurrit, uerum præpota morsus eorum arcet. Idem præstant semen & folia. Sedat eadẽ lumborũ dolores: & cum uino sorbitione ue alia sumpta lac proritat.

INTERPRES.

ERit nobis nunc, & ut credo legentibus posthac semper in echio certior dux Nicander, q̃ tot seculis fuerit Plinius: Qui libro xxv. capite ix. longius tractata echij historia, paulopost xxvii. cap. v. Alcibion qualis herba esset, apud autores non repperisse se dixit: cũ non hic tantũ, sed omnium apertissime Nicander eadẽ duobus nominibus dictam fuisse quõdam ostendant: Altero à uiperis, quas Græci ἔχεις uocãt: quia aut eaq; morsibus medetur, aut quia semina uiperinis capitibus similia habet: altero ab inuentore pri moq; remedij huius ex ea autore, quem Nicander alijq; Alcibion uocarunt. Nicandri de echio inuentore eius uersiculi hi sunt. ἰὸν λιν δ' ἀλκιβίου ἔχιος περιφραζεο ῥίζαν, ἣ ἀνανθοβόλος μὲν ἀεὶ πόδα τίλοφε χαίτη, λείρια δ' ὡς ἴα ζόα πόλιν ἀλωῶς. εἴθαρ ἀνέπνευσε κραιπνὸν ἐξεπτ οὐλεῖ ῥίζα. ἐν μὲν ἔχις βουβῶν & ὑπὲρ νεάζοιο καφαξας, ἄνῳθ ἐν ὑπνώοντα χυτῆς πόδι τίλσον ἀλωῶς. εἴθαρ ἀνέπνευσε κραιπνὸν ἐξεπτ οὐλεῖ ῥίζα. ἐν μὲν ἔχις βουβῶν & ὑπὲρ νεάζοιο καφαξας, ἄνῳθ ἐν ὑπνώοντα χυτῆς ὦδ τάχα κραβλαν ἕλκῃ &c. quorum sensus idem sit qui à Dionysio Chloro in Theriacis suis quondã relatus fuerit: fuisse quẽdam nomine Alcibium, qui secus aream dormiens à uipera dente sub genu ictus fuerit: excitumq; à somno, ex herba hac succũ commanducãdo expressisse, expressumq; bibisse: mox quod reliquum erat expressæ herbæ corpus, uulneri imposuisse contra dolorem. Quod posteriores Græci Latiniq; à Nicandro Dionysio q; accipiẽtes, echion à uiperis quibus medetur, & à remedij autore possessiua forma Alcibiacũ & diminutiua Alcibiadion pariter dixerunt. Ageremus de his longius, nisi multo ante hęc tẽpora Nicolaus Leonicenus, inter cętera Plinij errata hoc etiã numerasset: qui in nominibus magis q̃ rebus occupatus, quę in diuersis scriptoribꝰ, diuersa credẽs, multa in medicę materię discipli na miscuit. Nihil aũt Nicãdri in hac re historia certius audiri põt. Nõ uertimus nos uersiculos illos, satis fore opinati q̃ ex interprete eius à Dionysio accepta breuiter retulimus. Duo echij Alcibij huiꝰ genera antiqores fecerunt, præsertimq; Nicander, utrunq; his uerbis describẽs: ἔνθα δλίνω ἐχίδα πιφάσκειο, τῆς δὲ & μὴν που ἀγχούσῃ πρὸς δοίκεν ἀκανθίνῳ πιτάλῳ παῦρον ἐπὶ τυτθόν τε κοὶ ἐν χθονὶ πυθμένα τείνῃ. ὑδὲ ἑτέρη πιτάλοισι κοὶ ἐν κραλύκεσσι βολάδι ὑφηλὸ. δλίγῳ δὲ πέρι πορφύρῃ ἄνθεϊ. βλάσκει δ' ὡς ἔχ. Θ. σφιδλανόν δ' ἐφύπερθε κόρυνον. Quorum sensus sit: Esse duo echia, habereq; alterum spinosa anchusę modo folia, uerum parua & per terram sparsa: alterum maioribus foliis & purpureo flore esse: aspero lanuginosoq; caule: capitulis uiperarum figura, quod Plinius ait. Item altera quæ lanugine distinguitur spinosa: cui & capitula sunt uiperę similia. Nicandri interpres ex Numenij antiquissimi scriptoris Theriacis duo echij genera itidem facit: uocariq; alterum quod breuius est ocimoides, quoniam ocimo similia habet folia: alterq; uero spinoso folio priuatim echion: quod primum à Dioscoride descriptum est, mox autem describetur alterum, non sub echij sed ocimoidis nomine. Diximus in extremo hoc capite lumborum dolores sedare echion, non satis proprie lumbos uocantes quam hic ὀσφὺν dixit, in posteriore homine mediam renum partem, quã Galenus in descriptione humani dorsi ait esse, quo loco cinguntur homines: uocariq; nõ ὀσφὺν tãtũ, sed ἰξύν etiã. Pars ea deficiẽte Latina appellatiõe, lumborũq; nomine indicata est.

ὀσφύς Lumbi ἰξύς

Περὶ Ωκιμοειδοῦς. Κεφ. χί.

Κιμοειδὲς. Λοι δὲ μὴ ταύτὸν ἔχιον καλοῦσιν. οἱ δέ, σκορπίουρον. οἱ δέ, σπάργανον. οἱ δέ, ἀλθαίαν. οἱ δὲ, ἀμμοδαφνίδα. οἱ δέ, προβαταίαμ. οἱ δέ, ἐλάφιον. οἱ δέ, ἀντι-

De Ocimastro herba. Ca. XXIX.

Cimoides. Sunt q & hãc echion appellent. Sunt qui scorpiuron, qui sparganion, q altheã, qui amarãthida, qui probatæã, qui elaphion, q antimimon

μμορ. οἱ δὲ, πορφυρίδα. οἱ δὲ, αὐγίορ. οἱ δὲ, νεμέσιορ. οἱ δὲ, ὑαινόφολορ. οἱ δὲ, θυρσίδαρ. οἱ δὲ, δράμοστιρ. οἱ δὲ, μισόπαθον. ῥωμαῖοι ὠκιμάστρουμ. οἱ δὲ, φιλεταίριορ. φύλλα μὲν ἔχει ὠκίμῳ ὅμοια. κλῶνας δὲ ὠτιθαμιαίους, δασεῖς. λοβοὺς δὲ πλατυσπέρμους νοσκιάμῳ. πλήθει δὲ σπέρματος μέλανος. εἰοικότας μελανθίῳ. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁμοίαν σπέρματι πινόμενον σὺν οἴνῳ ἐχιοδήκτοις καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἑρπετὰ δήγματα θεραπεύει. δίδοται δὲ μὴ ἐχιαδικοῖς μετὰ σμύρνης καὶ οἴνου καὶ πεπέρεως. ῥίζα δὲ δύπεστι λεπτὴ καὶ ἄχρηστος.

mimon, qui porphyrida, q augion, qui nemefion, qui phileterion, qui hyenopfolõ, q thyrfitin, qui thermitin, qui miſopathos. Romani ocimaſtrũ dicunt. Folia habet ocimaſtrũ ocimo ſimilia: dodrantales ramulos, eoſdẽq; hirſutos, Apollinaris herbæ ſiliquas, ſemine nigro plenas, nigellæ uaſculis ſimiles. Medetur in uino potũ ſemẽ eius uiperarũ & aliorum ſerpentium morſibus. Datur idem contra coxendicis dolores cum myrrha, uino, & pipere. Radix illi eſt gracilis & inutilis.

INTERPRES.

QVo ſylueſtris ad ſatiuum diſcrimine mentaſtrũ apiaſtrũq; Latini ueteres dixerũt, eadem naturę & natalium analogia ocimaſtrũ ab hiſdẽ dictũ fuiſſe ueriſimile eſt. Plinius tamen ſylueſtre ocimũ contentus dixiſſe, paucis medicinã & hiſtoriã eius abſoluit. Hic in maiore honore ueteribus fuiſſe ocimaſtrũ ex tam multis eius appellationibus indicat: quarũ plures ex alicuius partis ad alias herbas ſimilitudine illi à gentibus per tẽpora accreuerunt. Nec difficilius hoc tẽpore quicq; eſt, q̃ earũ multiplices huiuſce modi rationes inueniſſe: præſertim nõ bene ſemper ſimilia inter ſe cõparãtibus imperitis herbarijs, aut ex una alterue ſimili parte neglectis maioribus, & quæ magis ex re ſint differẽtijs, medicã materiam alijs atq; alijs appellantibus. Cur autem echion ocimoides diceretur, ſatis ſuperiore capite dictum eſt. Cur autem ſcorpiuron, ſparganion, althæa, amaranthis & phileterion, quæ omnes in ſcriptore hoc plantæ ſunt, ex earum ſimilitudine uidendum eſt. Probatæa deinde & elaphios, ut conijcere licet, ouilla & ceruina herba dicta eſt: uel q̃ quadrupedes hæ libenter ea ueſcãtur, uel q̃ natura docuerit, uel homines inuenerint uenenatorũ maleficia hoc remedio ab illis arcere. Porphyris mox à colore floris quẽadmodũ & augion ab eius ſplendore. Thyrſitis poſtremo ab hirſutis ramulis quos thyrſorum figura profert.

Περὶ Ἐρίνου. Κεφ. χιά.

De aquatico ocimo. Cap. XXX.

ΕΡΙΝΟΣ. οἱ δὲ, ὠκιμοειδές. οἱ δὲ, ὑδρηκόν. ῥωμαῖοι ὤκιμουμ. φύεται πρὸς ποταμοῖς καὶ κρήναις. φύλλα ἔχει ὠκίμοις ὅμοια. μικρότερα δὲ καὶ ἐπιχισμώδη ἐκ τῶν ἄνωθεν μέρων. κλωνία δὲ ἑνὸς ποδός. ὠτιθαμιαῖα. ἄνθη λευκά. καρπὸν δὲ μέλανα, μικρόν, συφόν. ὀπὸν δὲ μεστὸν ὑγροῦ χυλοῦ καὶ τὰ πέταλα. τούτων ὁ κύαθος ἀπὸ δ'. πλεῖστον μιτεῖς πρὸς μέλιτος τέσσαρας. καὶ ἀθροῦσι κυάθους. ξεύματα ὀφθαλμῶν ἐρυθριόμυσος ἵστησιν. ὁ δὲ χυλὸς ὠτῶν πόνον παύει μετὰ θείου ἀπύρου καὶ νίτρου σὺν ὀξυμέλιτι.

ERinon. Sunt qui ocimoides, qui hydreron, id eſt, aquaticã herbã. Romani ocimũ aquaticũ dicunt. Naſcit ſecus p̃fluẽtes aquas & fontes. Folia habet ocimi, minora tamẽ, & in ſuperiore parte inciſuris diuiſa. Ramuli exeunt dodrantales quinq; aut ſex. Flores candidi ſunt, nigrum uero ſemẽ, ſapore acerbo. Lacteo liquore abundant caulis & folia. Eius ſemen drachmarũ duarum pondere quatuor cyathis mellis temperatum, contra oculorũ deſtillationes inungitur: ſiſtitq; eas. Aurium dolores finit addito ſulphure & nitro inſtillatus ſuccus.

INTERPRES.

SEcutus Græcorũ nomen Plinius, aquatici ocimi huius hiſtoriã & medicinã inter ficos libro XXIII. cap. VIII. tractauit: longeq; à congeneribus ſuis herbã inter arbores deſcripſit: cõtra ſcriptoris huius præcepta & leges, qui in totius opis procœmio grauiter dãnauit qui literarũ ordinẽ ſequentes, cognata à cõgeneribus ſuis diuellerent, manifeſto argumento in tractãda medica materia indicibus librorũ magis q̃ tractatis cõmentarijs uſum fuiſſe eum ſcriptorẽ. Poſteriores rem magis q̃ nomen ſecuti, inter ocima de eo tractauerunt: neglecta q̃ lactei & qualis in fico eſt liquoris una nota, ex qua Plinius ficis id adnumerauit: ex alijs quæ multæ inter herbas deſcribi herbã cogebant, aquaticũ ocimũ aut ocimoides, quod ocimo ſimile ſignificat, appellauerunt. In quo habent grauiſſimũ teſtem hunc ſcriptorẽ, qui inter cõgeneres herbas & ſtatim à uero ocimoide eam tractauit. Nec ſi Græci à ficulnei lactis liquore eam appellauerant, ideo ſeparãda à cõgeneribus ſuis erat: illi enim nõ quia ficus arbor' ue ſit, erineon, id eſt, caprificũ eam uocauerunt, ſed quoniã caprificorum modo lac ſectus eius caulis & expreſſa folia ſtillant. Laudauit aquaticum ocimum hoc contra uenenata in Theriacis ſuis Nicander, quod in ſcriptore hoc non legi demiretur aliquis, præſertim ſtante id Plinio. Verſiculus Nicandri eſt: καὶ κλώθοντος ἐν ἀρπαλαίσιν ἐρίνου, quod eſt: Et uirentis ad radices montium erini. Tradidit Diocles, à quo Plinius multa accepit, ocimo ſimile eſſe: naſci prope flumina & fontes: & præter id apricis locis & ad radices montium. Eſt illud etiam animaduertendum, credere nos, quod in extremo capite eſt, finire aurium dolores inſtillatum ſuccum, de lacteo liquore illo intelligendum eſſe: Is enim eius herbæ ſuccus eſt. Nos tamen χυλὸν inuenientes, ex inſtituta à principio in his nominibus, à nobis lege, nihil detorſimus, incorruptam in hoc ſcriptore uocum & eandẽ ſemper ſignificationẽ ſeruantes.

Περὶ Ἀγρώστεως. Κεφ. χιβ'.

De Gramine. Cap. XXXI.

Agroſtin

Ἀγρωσις. Οἱ δὲ, αἰγικόν. οἱ δὲ, ἀμαξίτιν. αἰγύπτιοι ἀνουφί. ξωμαῖοι γράμεν. οἱ δὲ, ἀσυφύλιον. οἱ δὲ, σαγουϊνάλεμ. οἱ δὲ, οὐνίολαμ. ἱσπανοὶ ἀπαρία. δάκοι κοτίατα. ἄφροι ἰεγῆς. Ἡ ἀπὸ τοῦ κλάδου πρωτοέμβλαστα ῥίζας γλυκείας γονατώδεις. φύλλα ὀξέα. σκληρά. πλατέα. ὡς καλάμου μικρά. ἔφοντα βόας. Ἡ κτήνη. ταύτης ἡ ῥίζα καταπλασσομένη λεία, τραύματα κολλᾷ. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον, πρὸς ἐρυσίπελας πρόσφορος καὶ ὑσουρίαν. καὶ τὰ περὶ τὴν κύστιν πρίγηματα λιθώδη, θραύει.

AGrostin. Sunt qui ægicon, qui amaxitin, qui asyphylion, qui sanguinalē herbā, qui uniolam uocēt. Hispani aparian. Daci coticta. Aphri ebal. Aegyptij anuphi. Romani gramen appellant. Cognoscitur ab omnibus gramen. Geniculatæ gramen uiticulę sunt, per terrā serpentes, & ex ramulis suis dulcibus & geniculatis radicibus seipsas radicantes. Folia habent acuminata, dura, lata, paruæ harūdinis modo, boues iumentaq; alia nutrientes. Glutinat uulnera graminis radix cōcisa & emplastri modo imposita. Facit ad tormina potum decoctū eius. Prodest idem urinæ angustijs & lapidosa uesicæ excrementa frangit.

INTERPRES.

VVlgatissimū inter herbas gramen est, à capris ægicon: à iumentis amaxitim antiquitas nominauit, q capræ scilicet & iugo carpentisq; seruientia iumenta eo passim uescātur. Sanguinalē uero, q humano cruore procreari ueteres falsò crediderint. Angustijs urinæ opitulari hic ait: conuenitq; in eo cæ excrementa frangere ait. Extrema tamē hæc pars in aliquibus Græcis aliter legitur, ἴλκη, scilicet κοὰ λίθους θρύπτ. Quod est: facere gramen ad urinæ angustias uesicę q ulcera, & calculos frāgere. Quæ omnia à Plinio xxiiii. uolumine capite decimonono totidem & ijsdem uerbis reddita fuerunt.

περὶ Καλαμαγρώσεως. κεφ. χιϛ'.

Καλαμάγρωσις. μείζωμόδη πάντα φοβεῖται ἀγρώσεως. ἔστι δὲ κτηνῶν ἀνοσιελκῆ θεραπεῦσα. Ἡ μάλυσα ἡ ἐν Βαβυλῶνι πρὸ ταῖς ὁδοῖς φυομένη.

De Gramine quod Græci calamagrostin, id est, harundinaceum gramē uocant. Cap. XXXII.

CAlamagrostis. Gramine in cūctis maius hoc gramen est. Iumenta in cibo enecat: præsertimq; in Babylone secus uias & itinera nascens. Quod uero in Parnaso nascit gramē, multo alijs ramosius, folia fert hederę similia: Florē candidū odoratūq;: Semen exiguum, nō tamē inutile: Radices quinq; aut sex, crassitudine digiti, candidas, molles, dulcesq;. Quarū succus cū uino & melle q̄ satis sint, decoctus, additis myrræ dimidia totius portione, piperis uero & thuris tertia parte, egregium oculis medicamentum faciunt. Factumq; in ænea pixide seruatur. Facit eaq; decoctum ad ea ad quæ herba. Egregie urinā cit Parnasij graminis semen. Vomitiones & fluidam aluum reprimit. Quod nascitur in Cilicia gramen, quod'que incolæ cinam uocant, frequens in cibo recens'que sumptum, boues urit.

INTERPRES.

COntraxit Plinius ad camelos quæ hic iumēta dixit enecare gramen in Babylonis regione iuxtà uias nascens. Nec facile est nobis modo ratiocinari, camelos'ne ille dixerit: quia multo hoc & quasi solo ad uecturam iumento semper usa ea regio fuerit: an quia gramini illi & animali huic ex naturæ antipathia discordia sit. Huic idem aut simile uidetur esse, quod à Parnasio gramine statim hic ait: Natū in Cilicia gramen in cibo sumptum boues exurere: Faceretq; id alter ex interpretibus ait impositum, alter uero in Sicilia: Cum tamen antiqua & uera lectio sit ἐν κιλικίᾳ, & βρωθεῖσα, id est, in Cilicia, & in cibo sumptum. Pliniusq; longissime de omni gramine quo diximus loco pauloante longius egit: neq; ab hoc scriptore adeò diuersis, ut de his ultra agere nos oporteat.

περὶ Σιδηρίτιδος. κεφ. χιέ. De omni Sideritide herba. Cap. XXXIII.

Sideritin

Σιδηρῖτις. οἱ μὲν Ἡρακλείαν. Μαγοφόνον. οἱ δὲ, αἷμα τιτάνος. οἱ δὲ, οὐρὰν σκορπίου. πυθαγόρας παρμενίσκον. ἀνδρέας ξανθοφανέα. ὀσθάνης βοὸς φθαλμόν. ἀπυρῆνοι σεβδηνούς. ῥωμαῖοι οὐλοτέμνον. οἱ δὲ, σολεάστρον. ἄφροι οὐδηνίμ. Πόα δὲ φύλλα ἔχουσα ὅμοια πρασίῳ. ἐπιμήκεσδα δὲ πρὸς τὰ τέλη σφάκελος ἢ δρυός. μικρότερα μέντοι ἢ ἔλαχέα. καυλοὺς δὲ ἀνίσους τετραγώνους. ὠφελιμαίους ἢ μείζονας. οὐκ ἀδρὰς δὲ τὴν φύσιν. ἢ προσυπερύφους. ἐν οἷς ἐκ διαστάσεων ὠόν. Δυλοι πυκνοφυεῖς ὡσανεὶ πρασίου. ἢ ἐν ὑπερτέροις χωρίοις. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλασσόμενα, θαυμάτων κολλητικὴν καὶ ἀφλέγμαντον.

Περὶ ἑτέρας σιδηρίτιδος. κεφ. χιϛ'.

Ἄλλη σιδηρῖτις, κλῶνας ἔχει δριπτίχους. λεπτούς. φύλλα δὲ ἐπὶ μόχθων μακρῶν, ὅμοια τοῖς τῆς πτερίδος. ἀκρόχιδη πρὸς ἑκάτερα δὲ τὴν ἄνωτέρω μαχαλῖν, ἀπερύσιος μακρός. λεπτός. ἐπ' ἄκρου σφαιροειδεῖς. κεφαλὴν ἐχούσας τραχεῖαν. ἐν οἷς σπέρμα ὅμοιον σεύτλῳ. σφογγυλόν τροχοειδὲς καὶ σκληρότερον. δύναμις δὲ ἡ ταύτης ὁμοία τῇ τοῦ φύλλου τραυματικῇ.

Περὶ ἑτέρας σιδηρίτιδος. κεφ. χιζ'.

Ἔτι ἡ ἑτέρα εἶναι λέγεται σιδηρῖτις, ἣν καὶ αὐτοκρατεύας Ἡράκλειαν καλοῦσι. φυομένην ἐν τοίχοις καὶ ἀμπελῶσιν. ἔχουσα φύλλα πρὸς ἀπὸ μιᾶς ῥίζης ὅμοια κορι άνῳ περὶ καυλίοις σπαθαμαίοις. λείοις. ξυφοειδέσι. ὑπολεύκοις. ἐνορθοδέσιν. ἄνθη δὲ φοινικᾶ. μικρά. ῥυομένῳ πικρά. γλίσχρα. καὶ ταύτης ἡ δύναμις ἐπιθεμένης κολλητικὴ ἐναίμου καὶ νεοτρώτου.

SIderitin. Sunt qui Heraclean uocent. Magi geniturã aut sanguinẽ titani uel scorpionis caudam. Aegyptij sendionor. Aphri udedenim. Pythagoras parmiron. Andreas medicus xanthophanea. Osthanes bouis oculũ. Romani uertemnum siue solastrum appellant. Marrubij folia habet, longiora tamen, ad saluiæ aut quercus figuram accedentia: uerum minora his & aspera. Caules erigit quadrangulos, dodrantales, & aliquando maiores: gustu non iniocundo cum adstrictione aliqua: in quibus per interualla uelut in marrubio in orbem circumacti uerticilli sunt: & in his nigrum semen. Nascitur lapidosis locis. Possunt folia emplastri modo impositа glutinare uulnera, & à uulneribus inflammationes arcere. Est & alia sideritis, bicubitalibus gracilibusq; ramulis. Folia habet longis pediculis hærentia filici similia, numerosa, in summo utrinq; incisuris diuisa. Habet & ex superioribus alarum cauis erumpentes ramulos alios, longos, graciles, in summo cacumine globi figura asperum caput habentes. In quibus betæ simile semen est: rotundius tantum & durius. Huius etiam foliorumq; eius uultum & durius. Huius etiam foliorumq; eius uulneraria uis est. Fertur & tertia sideritis esse, quam Crateias Heraclean pariter uocat, in parietibus uinetis'que nascentem. Numerosa hæc ab una radice folia coriandro simili a, circà dodrantales, teneros, & cum lẽuore ruboreq; albicantes caules habet: Flores puniceos, paruos, sapore amaro & glutinoso. Huius etiam uis est, ut impositа noua & cruenta glutinet uulnera.

INTERPRES.

CLausimus uno eodẽq; capite ueterũ codicum lectione & fide admoniti tres ab alijs seorsum tractas sideritides, nec satis certa à ueteribus etiã historia descriptas. Quo minus mireť aliquis nostra ætate incertas earũ notas, & inter similes herbas & eiusdẽ potestatis uagos medicorũ usus: miscẽtibus earũ genera herbarijs & inuicẽ cõmutãtibus. Factũ hoc iampridẽ est: quod q; Plinij ætate incertũ erat, igno rari seculo nostro nullus mirabitur. Nos quidẽ ingenue fatemur in tanta ueterũ & iuniorũ diuersitate, nihil habere quod pro cõperto tradere ualeamus. Quæ Plinius multis locis nunc de toto sideritidũ genere, nunc priuatim in hac aut illa tradiderit, facile est omnibus uidisse, & cũ uiderint cẽsere. Nolumus nos labori eorũ parcere: neq; ingenij iudicij q; sui gloriã illis auferre. Quod aũt nos in melioribus Græcis obseruauimus, tacendum non est: Duo esse illis præcipua sideritidis genera, Heracleam, id est, priorẽ illam, & Achilleam quę mox dicenda erit: Nec aliter Paulus Aegineta in VI. tradidit. Eam Græci à ferro sideritin dixerunt, quòniam glutinandis uulneribus apta, præcipuum in bello haberet usum: quod sæpe ab eo metallo in Græcis scriptoribus indicatur: ex eadem scilicet causa, ex qua quæ sequitur Achillea, militaris etiã dicta fuit. Dubitamus nos in priore sideritide quo loco hic ait habere marrubij folia, longiora tamen, ad saluiæ aut quercus &c. Abundare earum notarum alteram: fuisseq; ex alio sideritidis genere ab imperitiore aliquo additam. Non enim possunt querna saluiæ folijs in cõparatione alterius cõiungi: tam dissimilia inter se sunt.

Περὶ Ἀχιλλείου. κεφ. χιη.

Ἀχίλλειον. Οἱ δὲ, μυριόμορφον. οἱ δὲ, χιλιόφυλλον. οἱ δὲ, στρατιωτικόν. οἱ δὲ, Ἡράκλειον. Ῥωμαῖοι σουπερκίλιουμ Βενέ-

De Achillea. Cap. XXXIIII.

Chillion. Sũt q; myriomorphon, q; chiliophyllon, qui stratioticen, qui sideritim Herculeã, & q; Achilleã sideritim uocẽt Aphri: asterchilloth, Romani supercilia Veneris

ρίς. οἱ δ', ἄκεσουμ σιλβάσικουμ. οἱ δ', μιλιτάρεμ. οἱ δ', μιλλεφόλιουμ. ἄφροι ἀσκῆς χιλιός. καλοῦσι δ' ἐνέρες μὴ τὸ ἀχίλλειον σιδηρῖτιν. φέρει δ' ἔρβια ἀπιθαμιαῖα ἢ μὴ μείζω. ἀκανθῶδη μὴ πρὸς αὐτὰ φυλλάρια λεπτά. ἐκ πλαγίων ἐνραμας ἔχοντα πτυκνάς. προσεμφυῆ κορίῳ. ὑπόπυρρα. γλίσχρα. πλύσμα. οὐκ ἀκοσμῆ. φθίμασι δὲ τὸ σμιλίον. σκιάδιον ἐπ' ἄκρου πυρίφερες. ἄνθη λευκά, L μὴ πεφυρά, J μὴ χρυσίζοντα. φύεται δ' ἐν εὐκάρποις τόποις. καὶ τοῦτο μὴ κόμη λεία, ἀναμὲν δὲ κολλητική. μὴ ἀφλέγμαντος. ἀιμοῤῥαγίας τε ἐφεκτική. ἀκὴ φθὲν ἐκ μήτρας ἐν πεσσοῖς. ἀκὴ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτοῦ δὶς ἐγκάθισμα ῥοϊκαῖς. πίνεται δὲ μὴ πρὸς δυσεντερίαν.

ris,ſylueſtrem acorum,militarem herbam,& millefoliũ appellãt. ⌋ Dodrantales uirgas maioresq; aliquãdo fuſorũ figura fert: & circa uirgas eas tenuia foliola, ex obliquo crebras inciſuras habentia,coriandro ſimiles,ſubamaras,glutinoſo lentore molles:multo non iniocundo,ſed medicamẽto ſo odore.Circinatam in ſummo umbellã ſuſtinet. Flores uario inter ⌊purpureũ,⌋ candidũ,&aureũ colore.Naſcitur pingui & fœcundo ſolo. Conciſa huius etiã coma, cruentisq; impoſita uulneribus, ea glutinat, & inflammationes arcet. Sanguinis omnes, priuatimq; ex fœminarũ locis eruptiones ſiſtit appoſita.Quinetiam decocto eius muliebres fluctiones utiliter fouentur. Bibitur idem & contra inteſtinorum tormina.

INTERPRES.

CElebrauit æterno carmine Homerus Achillẽ:nihilq; tota Iliade heros eius fortitudine glorioſius audi tur:nec q̃d maiore legentiũ animos nunc etiã admiratione ſuſpendat: Vixq; unus aut alter inueniat, qui non ex bello & cędibus primã & maximã illi deferat laudẽ: Magna humanæ mentis conſilionq; noſtrorũ infœlicitate,qui ad opes & gloriã uulnera & mortes prius magisq; q̃ ad ſanitatẽ & uitã remedia & medicinã extollamus: & in eodẽ heroë quæ crudeliter pro alterius uoluptate & odio, q̃ quæ pro communi hominũ ſalute innocenter egerit,in honore magis illi faciamus. Debuerat militaris heros & fortis Achilles laudari. Debuerat & medicus:nec à minore poëta ob hoc etiã celebrari. Sed ſic homines ſumus nobiſipſis & naturæ ingrati:non tamen beneficiorũ omnes eouſq; immemores, ut inter tot bellicæ uirtutis monumẽta quæ illi ab Homero tribuunt, à reliquo humano genere breuẽ pro medicina, quã generi humano aliquãdo ille fecit,laudẽ & honoris in ea titulũ non inuenerit.Quę in Achillea herba hac ſeruareſ,ab eo primũ eius inuentore ſic dicta,qua uulneribus medebat:ne tñ cuſpidis ſuæ laus ea eſſet. Didicerat hæc in Theſſalia centauri Chironis diſcipulus:noueratq; herbã minoribus q̃ fœniculi foliis ueſtitã,ideoq; chiliophyllon.i.millefoliũ à multis uocatã:eãdemq; ſtratioticen.i.militarẽ,q̃ in caſtris & bellõ ſcilicet multus eius uſus eſſet. No uiſſet etiã ſi tẽpora paterent dictã à Romanis ſupciliũ Veneris propterea, q̃ ut in eã parte humani uultus crebris pilis ueſtita ueluti linea eſt:ſic in Achillea herba minuta folia capillamẽti mõ caules eius ueſtiũt. Diximus hactenus quæ ſatis ad hãc rẽ fore credidimus. Cætera poterũt uolẽtes à Plinio lib.xxv.cap.v. audire.

περὶ βάτου. Κεφ. χιδ'.

BΑτος. L οἱ δ', κυνόσβατον. οἱ δὲ, σελινοειδίον. οἱ δ', ἀσύντροφον. πρόφητα αἷμα τιτάνου. οἱ δ', αἷμα ἴβεως. δαμαῖοι σέπες. οἱ δ', ῥόβους. οἱ δ', μόρα βαλάνια. δάκοι μαστῶσα. αἰγύπτιοι ἄιμοος. οἱ δ', ἄμεβος. J ὧν γινώσκομεν, σύφη. Ι ἐκχαίνη. βίχας βάπτη. δὲ δ' ἀφέψημα τ' ἀκεσμόν ὑσσοπείαν, κοιλίαν ἴσχει. πινόμενον. Ι ἐδὲ μ ἐπὶ χρ γυναικείοις. Ι πρὸς ἥλῳ δ' ἐγμαλειθετεῖ. κρατοῦσι δὲ Ι οὖλα, μὴ ἄφθας ὑγιάζει δι' αμασσώμενα τὰ φύλλα. Ι ἕρπητας ἐπέχει. Ι ἀμῶν προπώσεις. Ι κονδυλώματα. Ι αἷμος ῥοίδας καταπλασσόμενα τὰ φύλλα. μὴ ἐπὶ σομάχων δὲ μὴ καρδιακῶν λεῖα ὠμὰ δέμενα ἀσμόζει. ὁ δὲ χυλὸς αὐτοῦ ἐκθλιβέντων τῶν καυλῶν μὴ τῶν φύλλων, συσταφεὶς ἡλίῳ, βέλτιον πρὸς εἰς πάντα τὰ εἰρημένα. τὸν δὲ κλῶνον αὐτοῦ ὁ χυλὸς πεπείρου ὄντος, πλείονος εἰς τὰ σομαλικὰ ἀσμόζει. ἴσχει δὲ μὴ κοιλίαν ἐθιόμενος ὁ μέσος πέπειρος. μὴ τὸ ἄνθος δὲ αὐτοῦ πρὸς σὺν οἴνῳ, κοιλίαν ἴσχει.

De Rubo. Cap. XXXV.

BAton.⌊Sũt qui cynosbaton,qui ſelinorrtion,qui aſyntrophon,qui ametron uocant. Magi ibeos aut titani ſanguinem. Daci mãthia. Aegyptij hæmoos. Romani ſentẽ ſiue rubum, ſiue mora Vaticana appellãt.⌋ Adſtringit ficcatq; rubus quẽ uulgo omnes nouerũt.Capillũ denigrat.Bibit ad ſiſtendã aluũ ramorũ eius decoctũ. Muliebres idẽ fluctiões cohibet.Preſteris morſibus prodeſt. Gingiuas confirmãt, & oris ſanãt ulcera quas uocãt aphthas, cõmanducata eius folia. Cõpeſcunt eadẽ quos herpetas uocãt.Capitis manantia ulcera,& procidentes oculos ſanãt.Sanant &cõdylomata hæ morrhoidasq; emplaſtri modo impoſita.Cibum in ſtomacho non cõtinentibus cardiacisq;,cõciſa mox impoſita proſunt. Quinetiã ſuccus ex foliis caulibusq; expreſſus, mox in ſole denſatus, prædictis omnibus efficacius medetur. Fructus præterea ſuccus in integra maturitate expreſſus,ad oris medicamenta accõmodatus eſt.Siſtit præterea aluũ in media maturitate in cibo ſumptus.Potus poſtremo flos eius in uino aluũ ſiſtit.

INTERPRES.

NOn genuit rubos ad maleficia tantũ natura, ſed ut ſolita ſemper eſt noxijs utilia coniungere, exeis (ne remedia malorũ modo tractemus) mora in ſolitudine uel hominibus cibos dedit: quibus inter Cyclopas potuerit Achemenides dum à Troianis exciperetur, inter luſtra domos q́ feraꝝ uitã trahere: & quibus matureſcentibus, primas decliui iam ad autumnum æſtate uigilias ruſtici auſpicẽtur. Commune Græcis batos ruborũ omniũ nomen eſt, quo in toto hoc genere utentes, additis notis aliquibus ſpecies eius diſtinguunt, chamæbaton uerbi cauſa, cynosbaton'ue aut Idæũ batũ uocantes: quæ tria ſunt uniuerſi generis huius diſcrimina. Latini modo rubũ ut Plinius, modo ſentẽ ut Columella appellant: Idæũ rubũ uel ſentẽ, canisq́ ſentẽ & ſimpliciter ſentẽ ſeu rubũ, quẽ autore Theophraſto libro tertio de plantarum hiſtoria chamæbaton, id eſt humilẽ & terreſtrẽ uocauimus. Verba eius quo diximus loco hæc ſunt: ὅτι δὲ ἡ τῶ βάτω πλείω γένη, μεγίστω δὲ ἔχονται διαφορὰν. ὅτι ὁ μὲν ὀρθοφυὴς καὶ ὕψει ἔχων. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐνδὶς κάτω νεύων. καὶ ὅταν συναπτῃ τῇ γῇ, ῥιζούμενῳ πάλιν, ὃν διὰ καλοῦσι τινὲς χαμαίβατον. ὁ δὲ κυνόβατον ἐν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει, καὶ πρὸς πλησίον τοῦ τροφοῦ, ὡς δὲ ἀνδρου καὶ θάμνου μεταξύ καὶ ὁμοιον ταῖς ῥοιαῖς. ὁ δὲ φύλλον ἀγνῶ δες. Quorum ſenſus eſt: Ruborũ item plura genera, præcipuã uero habent differentiã: q́ alter rectà & in altitudinẽ erigitur: alter deorſum & in terrã uergit: & cum primũ terram attigit, iteꝝ radicatur: uocant q́ hunc aliqui humilẽ ſeu terreſtrẽ rubum: qui uero cynosbatos, id eſt canis ſentis dicitur, fructũ fert rubentẽ, punicæ cytino ſimilẽ: eſt q́ inter fruticem & arborem medius, punicæ ſimilis, folio uiticis. Et hæc Theophraſtus de duobus rubi generibus, quoꝝ alter primo uolumine à Dioſcoride deſcriptus eſt, alter modo docetur. Eſt q́ hic chamæbatos, id eſt humilis ille rubus, ſentis uel rubus à Latinis ſimpliciter appellatus: cuius mora extrema æſtate matureſcentia, auibus grato & hominibus non inutili cibo in ſepibus nigreſcũt. Quæ inter Romanas rubi appellatiões in Dioſcoride nũc leguntẽ, Vaticana q́ dicuntẽ, auguſtiore unius Romãi collis q̃ ex reliqua Italia nominis nota. Diximus hoc capite in malorũ cẽſu procidẽtes oculos, q̃d Dioſcorides ὀφθαλμῶν προπτώσεις ait: eã oculi labẽ Galenus in diffinitionibus ſuis deſcripſit, fieri, quoties ex uiolẽto ictu aut laqueo facta ſtrãgulatione, cũ continua febre aut capitis dolore oculus in anteriorẽ partẽ prociderit. Idẽ præterea in Iſagoge ſua breuius eandẽ oculi iniuriam diffiniuit: Proptoſin (ſic enim Græci id malũ uocant) eſſe dicens, cũ oculus à ſua poſitura motus, cũ inflãmatione prociderit. De eadẽ Paulus Aegineta lib. III. longius, & ut nobis uidẽ certius his uerbis egit: Proptoſis uuæ tuniculæ procidentia eſt: quæ eroſa aut rupta, cornea tunicula fit. Ea cũ nondũ creuit, q́ muſcæ capiti ſimilis eſt, myocephalon, id eſt muſcæ caput nominãt: cũ uero amplius & eousq́ creuit, ut acino uuæ ſimilis ſit, ſtaphyloma quaſi uuatio dicit: cũ deinde magis adhuc & eousq́ creuit, ut palpebras trãſiliat, malum (dico aũt malũ pomũ) uocat: & ſi obcalluerit, clauus tũc dicit. Procidẽtis oculi genera omnia hæc ſunt, quæ in Galeno ſuas habent diffinitiões huic rationi coniũctas omes, & ob id non ultra à nobis tractatas.

ὀφθαλμῶν πρόπτωσις. Procidẽtes oculi. Myocephalon. Staphyloma. Malum. Clauus.

περὶ ἰδαίας βάτου. κεφ. χκ'.

BΑΤΟΣ ἰδαία ἐκλήθη ἢ διὰ τὸ πολλὴν ἢ τὴν ἰδην γινᾶσθαι. ἔστι δὲ ἁπαλωτέρα πολλῷ τῆ πρὸ αὐτῆ. ἀκάνθας μικρὰς ἔχουσα. ⌊ εὐρίσκεται δὲ ἡ χωρὶς ἀκάνθης. ⌋ σώματα δὲ τὰ αὐτὰ τῇ πρὸ αὐτῆς. ἐκ πρίωσθε δὲ τὸ αὐτῆς ἄνθος σὺν μέλιτι λειωθὲν, ὀφθαλμικαῖς φλεγμοναῖς περιχριόμενον κοιλθῆ. ἡ ἐφυσιπέλατα σβέννυσι. σὺν ὀξυκράτῳ δὲ ὕδατος ἐν ποτῷ δίδοται.

De Rubo Idæo. Cap. XXXVI.

BAton Idæũ. ⌊ Romani rubũ Idæũ uocãt. ⌋ Quoniam multus in Ida monte naſcitur hic rubus, montis eius diſcrimine appellatus eſt. Multo tenerior antedicto hic eſt. Spinas habet breues. ⌊ Inuenit & ſine ſpinis aliquãdo. ⌋ Poteſt antedicto eadẽ omnia: & hæc amplius: Inungitur ex melle utiliter oculoꝝ inflammationibus tritus flos eius. Sacros ignes idẽ extinguit: daturq́ cum aqua in ſorbitione, cibum in ſtomacho non continentibus.

INTERPRES.

IDæus rubus hic dictus eſt, quoniã in Ida nec alibi copioſior naſcitur tenerior, paruis aculeis, & aliquando ut hic ait nullis: tertium genus in ſuperiore illa diuiſione noſtra faciens, à loco Græci appellauerunt ob eam quam diximus cauſam.

περὶ ἑλξίνης. κεφ. χκά.

ΕΛΞΙΝΗ. οἱ δὲ, ἐλεῶμ. οἱ δὲ, καυοκῆσαί αν. οἱ δὲ, ἀμελξίνλιν. οἱ δὲ εὐσίνλιν. οἱ δὲ, ἀμοιβγίνλιν. οἱ δὲ, σουκόταχος. οἱ δὲ, ψυχόδακος. οἱ δὲ, μελάμπελον. οἱ δὲ, κιπάμπελον. οἱ δὲ, κισσάμεδον. οἱ δὲ, ἀνατεταμλῶν. ξωμαῖοι βουλουτυλαπάξου. αἰγύπτιοι ἄπαπ. οἱ δὲ, πθένιον. οἱ δὲ, σιδηρῖτιν. οἱ δὲ, ἡρακλιάκαν. οἱ δὲ, ἀγρίαν. οἱ δὲ, κλιβώδη. οἱ δὲ, πλευώνυμον καλοῦσι, φύεται δὲ φρυγανοῖς καὶ τοίχοις καὶ ἀμπελῶσι. ἡ σίτῳ. καυλία δὲ ὄζῳ ὑπέρυθρα. φύλλα ὅμοια λινοζώστῃ. δασέα. περὶ δὲ τοὺς καυλοὺς ὁμοίως ὡς μάλλα

De Helxine. Cap. XXXVII.

HElxinen. Sunt qui alitin, q canocerſæan, qui amelxinen, qui euſinen, qui amorginen, qui ſcuthacon, qui pſychuacon, qui melampelõ, qui cittampelon, qui ciſſanthemon, qui anatetamenon, qui parthenion, qui ſideritim, qui Heraclian, qui agrian, qui clibodiõ, qui polyonymon uocent. Aegyptij apap. Romani bulutulaparu appellant. Naſcitur in ſeptis, parietibus & uinetis. Coliculos habet aliquo rubore coloratos. Folia Mercuriali herbæ ſimilia & hirſuta. Circa caules ueluti exigua ſemina aſpera

Ξαχέα. ἀνθλαμβανόμενα τῷ ἱματίῳ. Δύναμιν ἔχει τὰ φύλλα, ψυκτικὴν, συμπικτικήν. ὅθεν καὶ ἀπλασσόμενα ἰᾶται ἐρυσιπέλατα. καὶ τὰ καυμάτα. κονδυλώματα. φύγεθλα ἀρχόμενα. ἢν πᾶσαν φλεγμονὴν ἢ οἰδήματα. ὁ χυλὸς αὐτῶν μιγεὶς ψιμυθίῳ, ἐρυσιπέλατα ἢ ἕρπητας ὠφελεῖ καταχριόμενος. ἢν πρὸς ἀγρίας σὰν κηρωτῇ κυπρίνῃ ἀναλειφθεὶς ἢ τρὸς ἀγρίους ἕλκη. ὠφελεῖ ἢν βιασάντας χονίας ὁ χυλὸς καταξόφου μιγὲν ὄσομι κύαθος. ἢν παρὰ χρῆμα ὠφέλιμόν ἐστι. ἢν ὠταλγίαν σὰν ῥοδίνῳ ἐγχεόμενον ὠφελεῖ.

asperа, ueſtibus hærentia. Habent folia refrigerã di & adſtringendi uim. Eapropter ſacris ignibus emplaſtri modo impoſita medentur: Ambuſtis itidem, condylomatis, incipientibus furunculis, tumoribuſq; & inflammationibus cunctis. Inunguntur etiam ſucco eius utiliter addita ceruſſa ſacri ignes et quæ Græci ulcera herpetas uocant. Idẽ hircino adipe ſubactus aut liguſtrino unguẽto coacta cera podagris utilis eſt. Quinetiam contra diutinas tuſſes cyathi pondere utiliter ſorbetur. Contra inflammatas tonſillas etiam gargariſſatur, foriſq; inungitur: et aurium doloribus cũ roſaceo inſtillatur.

INTERPRES.

PLuribus & inter eas aliquot plantis alijs communibus helxine appellationibus quondã indicata eſt. Teſtantur in Græcis id Græcoq; medici, qui helxinen primo perdiciũ, partheniũ, ſideritim & Heracleã uocari aiunt: mox & ciſſampelũ. Duobuſq; capitibus de eiuſdẽ nominis herba agentes, neq; eaſdem uticquires tribuentes, duas manifeſte helxines eodẽ nomine, ſed diuerſa natura conſtituiſſe uidentur. Præter eos Nicander etiã in Theriacis ſuis partheniũ primũ, mox helxines facta mentione, utranq; contra uenenata laudauit: ἥ τε καὶ ἑλξίνην τήν τε καλέουσι βατῖνα καλέουσι. Quo loco interpres eius clybatim, ſideritim, parthenium & perdiciũ, & omnibus his unã eandemq; plantã uocari ait: iterumq;, καὶ μὴν παρθενίου &c. Iterũq; idẽ interpres teſtatus eſt partheniũ à quibuſdã helxinem & perdiciũ nominari. In Latinis Plinius libro XXII. capite XVII. his uerbis Græcos ſecutus eſt. Helxinẽ aliqui perdiciũ uocant: quoniã perdices ea præcipue ueſcantur: alij ſideritim, nonnulli parthenium. Non licet in tam concordi tot teſtium fide tam multis appellatiõibus dictã fuiſſe quondam helxinem non fateri: non ideo tamen credendum, unam duas eſſe plantas, notis & uiribus diuerſas. Oportet enim in cognominibus unum eſſe, quod primo, uere, & per ſe nomine illo indicetur: tũ ex ſimilitudine ad id nomen alia admitti, quæ genus ſuum ſeruantia, in parẽ nominis tantũ ſocietatẽ cõmunionemq; adoptione illa ueniant. Eſſe autẽ duas helxines diſſimiles, naturæ inter ſe notæ oſtẽdunt: & poſt naturã antiquiores Græci, præſertimq; Paulus Aegineta priuatim ſeorſumq; his uerbis de utraq; in VI. agẽs: ἑλξίνη δέ, οἱ δὲ πεδίλιον, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ ἡράκλειαν. δύναμις δὲ αὐτῆς ῥυπτική τε καὶ ἀμμα μεθ' ὑγρότητος ὑπαψύχρου, quod eſt: Helxine: ſunt qui perdicium, qui parthenium, qui ſideritim, qui Heracleam uocent. Vis eius eſt abſterſione purgare, & cum frigida humiditate aliqua ſenſim leniter adſtringere. Eſtq; hæc helxines capite hoc à Dioſcoride tractatæ ex Paulo hiſtoria & medicina. Poſt quã ſtatim idẽ ait ἑλξίνη ἣ καὶ πεδίλιον, διαφορητικῆς ἰσχύος δύναμιν, id eſt Helxine quæ ciſſampelos dicitur, diſcutiendi uim habet. Huius nulla eſt in Dioſcoride hiſtoria. Habent quidẽ impreſſi & plerique alij codices in fine capitis additam magis q̃ à principio deſcriptam breuiſſimam eius hiſtoriam & medicinã: & quæ huic ſcriptori accreuiſſe manifeſte uideatur. Eam alij interpretes ſuis editionibus coniunxerunt. Nobis, qui opus hoc eo conſilio ſuſcepimus, ut ex meliorum fide omnia in Dioſcoride inſtaurentur, contra uetuſtiſſimos eoſdemq; optimos teſtes uertere ea non placuit: præſertim diſcordi eius ab antiquis medicina, quã in diſcutiendo Paulus Aegineta: codices uero illi, in ſoluenda aluo eſſe dixerunt. At duæ ſunt helxine: fatemur id quidẽ, non ideo tamen in Dioſcoride legenda quæ illi parq; conueniant, & alijs diſcrepent. Potuit enim huic ſcriptori ſatis eſſe inter alterius appellatiões huius generis meminiſſe: aut quod in pleriſq; alijs factum eſt, perijſſe huic capiti altera hæc helxine. Ex his duas eſſe helxines ratiocinari facile eſt: alterã Mercurialis herbæ foliis, ut hic ait: ut autẽ Plinius, mixtæ ſimili tudinis inter plantaginẽ & marrubiũ: alterã hederæ in uinetis naſcentẽ, ideoq; ciſſampelon uocatã. Illã primo & perſe ſic dictam: hanc illi congenerẽ aut ſimilẽ ſaltem: ſimilemq; ut nos opinamur in tenaci ueſtium nexu illo: hæc enim helxines præcipua nota eſt, & unde factum illi nomen fuit. Quærendũ poſt hæc etiam, unde tot aliæ illæ appellationes ad helxinem irrepſerint: non utranq;, ſed ut nos credimus, priorẽ illã, quæ ſemina fert in capitibus lappaceis ueſtibus adhærentia. Poſſunt euentus eius in alijs plures eſſe cauſæ. Sed cur perdiciũ dicta fuerit, nulla præter à Plinio & Theophraſto allatã, q̃ ſcilicet ſemine eius perdices notiſſimæ aues ueſcuntur: herbamq; fodiunt, & in ea uolutant. Iuſſit hoc nomine uocata uti Abſyrtus, ueterinariæ medicinæ Græcus autor, contra iumentoq; tuſſim. Verba eius ſunt: βοτάνῃσι δὲ ἣν ῥωμαῖοι πεδίλιον καλοῦσιν. Celſus etiam ſecundo medicinæ ſuæ libro, muralẽ herbã nominans, hanc intellexiſſe creditur: quoniam parietes & muros natalẽ ſibi locũ fecerit. Ob quã cauſam à multis aliquot locis parietaria nunc etiã dicitur. Hic etiam ἐν φραγμοῖς καὶ τοίχοις, id eſt macerijs & muris naſci ait. Sũt hactenus appellationes hæ priori huic helxinę propriæ, ex diuerſis cauſis illi aſſignatæ. Sideritis uero & parthenion alijs plantis propriæ, huic uere additæ & ex ſimilitudine aliqua receptæ. Credimusq; nos, helxinẽ ideo ſideritim dictã, q̃ utraq; marrubij folio ſit. At hic Mercurialis herbæ folio helxinẽ deſcribit: alij tamen præſertimq; Plinius, mixtæ ſimilitudinis inter plantaginẽ & marrubiũ. Vtraq; folio aſpero eſt: ſola enim aſperitate ueſtes tenaci nexu hæc retinet. Vtraq; etiam inter ſaxa naſcitur. Cur autẽ parthenios quondã diceretur, non ſatis modo nobis conſtat. Quæ hoc nomine dicta proprie fuerit, anthemidi congener herba eſt, ſuperiore uolumine inter chamæmalum & bouis oculum tractata. Cæteris quæ plures in medicæ materiæ diſciplina ſunt, addita & ex ſimilitudine recepta ea

appellatio est. Siquidē & Artemisia parthenion dicta est. Esse autē parthenion helxines appellationē nō genus manifeste indicat Paulus Aegineta: qui cū de helxine egisset, non multo post proposita parthenio id tm ait: ἔρηται ὡ τὴν ἑλξίνην, qd est: dictū in helxine: quasi per se partheniō nulla est, sed ex multis una helxines appellatio. Vulgo ferè nota muralis parietaria q̄ hæc helxine: quemadmodū cōtrà cognitu difficilis quæ cissampelos primo eam q̄ ob causam nominata est, q̄ hederæ folio in uinetis nascitur: ex qua eius natura facta aliæ illæ appellationes etiā sunt, melampelon & cissanthemon: omnes enim coniunctū sibi hederæ nomen habent, natalis loci & foliorū eius index. Obseruatū pluribus locis in scriptore hoc à nobis est, plantas q̄ genera non nomina appellationibus his ab eo numerari. Factum q̄ id hoc loco credimus: quoniā sunt quæ in nominibus his utri q̄ generi helxines seorsum cōpetant: discreuisse q̄ eas ex his quæ hactenus dicta sunt, non erit legentibus difficile. Adijciemus illud etiam, quam hic polyonymon, id est multi nominis appellationē helxines esse ait, ad priorem illam pertinere. Ea enim est quæ tam multis nominibus indicatur.

περὶ Ἐλατίνης. Κεφ. χκβ'.

Ἐλατίνη τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια τῇ ἑλξίνῃ. μικρότερα δὲ καὶ στρογγυλώτερα. κλάσεα. κλῶνας λεπτούς. ὠσὶ δαμαιόνους ἑ. ἢ ς'. ἀνὰ φύλλον ῥίζης. φύλλων πλήθης σὺν τῇ γεύσει. φύσει σύστασις καὶ τόπος ἐργασίμοις. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλασθέντα σὺν ἁλφίτοις, φλεγμαίνουσας καὶ ἐρυσιπελατώδεις ὀφελεῖν ὀφθαλμούς. ἐψηθεῖσα δὲ καὶ ποθεῖσα δυσεντερίαν ἵστησιν.

De Elatine. Cap. XXXVIII.

Elatinen. Romani pariter Græcis elatinem dicunt. Folia habet elatine helxinę similia, minora tamen rotundioraq̄, & hirsuta. Ramulos graciles, dodrantales, q̄nq̄ sex'ue ab una radice, sapore acerbo folioꝝ plenos, quæ adstringente sapore sint. Nascit in segetibus cultisq̄ locis. Possunt folia emplastri modo cū polenta imposita oculoꝝ inflāmationes destillationesq̄ lenire. Sistit intestinoꝝ torminа herba etiā tota elixa, mox in sorbitiōe decocto eius data.

INTERPRES.

Similis helxinæ elatine est, non simpliciter, sed ei quā folio hederę cissampelon uocari diximus. Eam q̄ ob causam ab helxine statim tractata. Eam ueteres Græcorum medici mediocriter adstringere & refrigerare dixerunt.

περὶ Εὐπατωρίου. Κεφ. χκγ'.

Εὐπατώριον. οἱ δὲ, ἡπατώριον. οἱ δὲ, ἡπατῖτιν. ῥωμαῖοι οὐόλουκρουμ μαίους. πόα ὀρθὴ φρυγανώδης. ῥάβδοι ἀναφέρουσα μίαν. λεπτήν. ξυλώδη. ὀρθήν. μέλαιναν. ἔνδασιν. πηχυαίαν ἢ μείζονα. φύλλα δὲ ἐκ διασημάτων ἐχόμενα μάλιστα πρὸς ἑ. μοίρας ἢ πλείους. πρὸς δὲ πεπλατυσμένου ἢ καννάβεως μᾶλλον ἐοικότα. αὐτὰ ὑπομέλανα πρινοειδῶς ἄκρων σπερμάτων. ὠέσμα ὑπὸ πέφυκεν ἀπὸ μέσου τοῦ καυλοῦ, ὑποδάσυ. κάτω νωτικός. ὡς μὴ τρῖς ἱματίοις σύνεχεσθαι ξηρανθέν. ταύτης τὰ φύλλα μετὰ σέρπεως χοιρείου παλαιοῦ λεῖα ἰᾶται πεδία, τὰ δυσπόλωτα πρὸς ἕλκη, ἰᾶται, ὃ ὑπὸ ὠέσμα δὲ ἡ πόα μετ' οἴνου πινόμενα, δυσεντερικούς, λιμὴ ἡπατικούς, ἐρυσιπελατικοὺς ὠφελεῖ. ἔνιοι ταύτην ἀρτεμισίαν ἐκάλεσαν πλανηθέντες. ἑτέρα γάρ ὅδε ὡς ὑπερβεβλημένη.

De Eupatorio. Cap. XXXIX.

Eupatorion. Sunt qui hepatorion, qui hepatitin uocent. Romani inuolucrū maius appellāt. Fruticosa herba est Eupatorij. Singularis exit ex eo uirga, graciliis, ligno sa, recta, nigra, pilosa, cubitalis & aliquando maior. Folia habet p interualla partibus diuisa quinq̄ fere, aliquando tamen pluribus, quinquefolij cannabis'ue folijs similia. Nigricant & hæc etiam ferræ modo in extremitatibus incisa. Semen ferre singulari illi uirgæ deinceps adnascens, in terram annuens, adeo asperum & hirsutum, ut uestibus siccatū hæreat. Medentur Eupatorij folia cōcisa, suillōq̄ adipe coacta, mox imposita, difficile cicatricem contrahentibus ulceribus. Bibitur uero semē herbaq̄ ipsa cū uino utiliter. Iocinoris, intestinorum torminibus, & serpentium morsibus. Argemonem Eupatorium aliqui uocauerunt, uerum decepti & falsò: alia enim diuersaq̄, ut præmonstrauimus, argemone est.

INTERPRES.

Fuerunt quondā & adhuc sunt magnæ inter autores & medicos litis Eupatoriū & argemone: nec persuaderi adhuc possunt aliqui, non esse argemonē Eupatoriū: ex tam multo tēpore tamq̄ antiquæ fidei in medicina autoribus ea multorū animis opinio insedit. Licetq̄ hic tam pridē in anemone & nunc in Eupatorio dixerit, decipi plerosq̄ falsoq̄ credere argemonē Eupatoriū esse: non desinunt tamen quotidie pro ea re uiolēter aliqui certare. Verba eius in anemōe sunt, qualia poterūt uolētes cū libuerit uidere: ea nūc etiā repetita ab eo sunt. Nosq̄ illoꝝ memores, necessario locū in extremo hoc capite emendauimus: & pro Artemisia argemonem uertimus. Quod enim hic ait quosdam Artemisiā hanc uocasse, deceptos: alia enim est, ut præmonstrauimus: in Artemisia non legitur, at in anemone manifeste id inuenitur. Sunt Dioscoridis in anemone uerba hæc: ἔνιοι δὲ μὴ δυνάμενοι διορίζειν ἀπὸ τῆς ἀστερίας ἀνεμώνης τὴν ἀγριομήλου ἀργεμώνην, ἀφὴ τὴν φοινικέαν καὶ

κωνα. πῖνε δὲ ἐν ταῖς μήκωσιν ἐφορώμενα. λιὰ δὲ τῶν ἀνθῶν ὁμόχρουν φοινικοῦν ὑπάρχον, πλανῶνται καὶ ἀργεμώνιον ὑπατώριον ὀνομάζοντες &c. Quoꝝ ſenſus eſt qui in anemone redditus à nobis fuit: cui & hic reſpondet locus: neq; Artemiſiã, ſed argemonẽ falſò inquit Dioſcorides credere quoſdã Eupatoriũ eſſe. Neglexerunt hoc alij interpretes quod alioqui multifaciendum erat, ut quale ueꝝ Eupatoriũ eſſet aliquando cognoſceretur. Vidimus nos in maio ris ciuitatis noſtræ noſocomij hortis natã plantã, quę omnibus à Dioſcoride traditis notis ueram Eupatoriũ ſe oſtenderet: præſertim q̃ ſemine in terram decliui, & poſtq̃ aruerat ueſtibus hærente. Nihil in quotidiana multaq; plantaq; obſeruatione certius antiquæ hiſtoriæ reſpondere aliquando mihi uiſum eſt. Surculoſum genus: ſingularis uirga: lignoſa poſtq̃ aruit durities: plumoſa undiq; aſperitas: color liuens magis q̃ niger: & folia per interualla, ſed contrarijs pediculis pendentia. Quod non penitus huic ſcriptori reſpondere uideba tur, comparatio tantũ erat, qua cannabis aut quinq;folij folijs ea comparabatur. Cætera naturæ & Dioſcoridi eadem omnia erant. Regiæ dignitatis herba Eupatoriũ etiã eſt, ab Eupatore rege inuenta: Et quoniam iecori præcipue medeatur, quod Græci hepar dicunt, ideo hepatorium & hepatitis ab aliquibus dicta.

περὶ πενταφύλλου. κεφ. χλ'.

De Quinquefolio. Cap. XL.

Πεντάφυλλον. Ἔστι δ', πενταπετές. ἔστι δ', πενταπέτομον. ἔστι δ', πενταδάκτυλον. ἔστι δ', ψευδοσέλινον. ἔστι δ', καλλιπέταλον, ἔστι δ', ξυλόπεταλον, ἔστι δ', ξυλόλωτον. ἔστι δ', ἀσφαλτμον. ἔστι δ', πεντάκολον. ἔστι δ', θυμιατῖτις. αὐξάνεται ὡς τὰ πεβέωκα. οἱ δ', ἔνιοι δ'. προφῆται βέωος ὄνυξ. ἔστι δ', πεδόμαλον βέωος. ἔστι δ', ἑρμοδάκτυλον. ἐωμαῖοι κινκεφόλιουμ. ῥάμνοι πεμπέδυλα. δάκοι πεδοπέδυλα. Ἔστι καλοῦσι, κλῶνας φέρει κόφοδ' ἴσης. λεπτὸς, ὡσὶ δαμιαίους. ἐφ' ὧν ὁ κλπός. φύλλα ἔχει ἑοικότα ἡδυόσμῳ. πέντε καθ' ἕκασον μόχλον. φανίσεις δὲ πλείονα. κύκλῳθεν ἔχει σμίλακα πρινοφόδῃ ὡς. ἄνθος ὑ ὠχρόλευκον. χυσοειδὲς. φύει ὑ ἐν ἐφύδροις τόποις μὴ παχυτέραν ἐλαίας ὑ ἔχει ὑπέρυθρον. ὠφελμικόν. παλαιωθὲν δὲ μέλανος. ἔστι ὑ πρὸς χρῆσος. δίωσι ὑ ἐ ἐν ὕδατι ἀφέψημα ἄχρι ἓξ πυκταβιβαθὲν ἐν τῇ ἑψήσει, ὀδόντων παύει διακεκαυμένῃ ἐν τῷ σόματι. μὴ σκεπεδόνας τὰς ἐν τῷ σόματι διακλυζόμενον ἴσκει. καὶ τραχύτητας ἀρτηρίας ἀναρροιζόμενον παραυτίκα. κοιλίας τε ἐξουσῃ μὴ δυσεντερίαν ποιεῖ. ἀεὶ δὲ ἐλαιοῖς τε μὴ ἰχθυοδικοῖς πινόμενον. ἐφθὸν ὑ ἐν ὄξει λείαν καταπλασσόμενον, ἕρπητας ἐπέχει. διαφορήσει χοιράδας. σκληρίας. οἰδήματα. ἀνθρακώματα. ἀποσκήματα. ἐξουσιάζει. πτερύγια τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς. μὴ κονδυλώματα μὴ ψώρας ἰᾶται. ὁ ὑ χυλὸς τὸ ἐξ ὕδατος ἀπαλύει, πρὸς τὰ ἐν ὄπαυλι μὴ πνεύμονι πάθη. τὰ θανάσιμα. τὰ ὑ φύλλα πίνεται μὴ μεθ' ὕδατος μέλιτος ἢ οἴνου κεκραμμένου μὴ πρὸς πέψεως ὀλίγου πρὸς πυρίδους. ἐπὶ μὲν τριταίου, μὴ τεσσάρων κλωνία φύλλα. ἐπὶ δὲ τριταίου τριῶν. ἐπὶ δὲ ἀφημιτρίτου ἑνός. ἀρίστῃ δὲ μὴ ὠμὴ λιχανίδι. Λάνα φύλλων λ'. ὑγιάζει δὲ μὴ ἱκτερον ταχέως ὁ χυλὸς τῶν φύλλων πρὸς ἐπὶ λύας ἡμέρας τριῶν κυάθων πλεῖστον. τραύματά τε μὴ συρίγγας μετ' ἀλῶν μὴ μέλιτος καταπλασθὲν μόνα ἰᾶται. βοηθεῖ δὲ μὴ φυ-

Pentaphyllon. Sunt qui pentapetes, qui pentatomon, qui pentadactylon, qui pſeudoſelinon, qui callipetalõ, qui xyloloton, qui xylopetalon, qui aſphalthon, qui pentacænon, qui thymiatitin uocant. Magi ibis unguem uel alam, aut Mercurij digitũ. Aegyptij orphitebeocẽ, ſiue enothron. Galli pempedula. Daci propedula. Romani quinquefoliũ appellant. Ramulos habet feſtucarũ modo graciles dodrantales q́, in quibus ſemen. Folia mentæ ſimilia, et in ſingulis pediculis quina, raro q́ plura, per ambitũ ſerræ modo inciſuris diuiſa. Florem in pallido cãdidum, auri modo flaueſcentem. Naſcitur aquoſis locis et ſecus aquaꝝ canales. Radix illi eſt rube ſcens, oblonga, nigro ellebor o craſſior: quæ multos in medicina uſus habet. Poteſt radicis quinquefolij decoctum quouſque ad tertias decreuerit, ſi ore contineatur, dentium dolores finire. Colluuntur eodem utiliter contra oris exedentia ulcera, fiſtitq; ea. Faucium aſperitates gargariſſatum emendat. Fluenti aluo & inteſtinorum torminibus ſubuenit. Subuenit & coxendicis articulorumq; doloribus: in quos uſus bibitur. Eadem in aceto elixa radix, tum conciſa & emplaſtri modo impoſita, cõpeſcit quæ à ſerpendo ulcera Græci herpetas uocant. Strumas diſcutit. Quinetiam tumores, abſceſſus, & in tumorum genere quæ Græci uocant aneuriſmata, id eſt dilatationes, ſacros ignes, digitorum pterygia, condylomata & ſcabies ſanat. Facit & radicis recentis ſuccus ad iecoris pulmonumq; uitia, & letalia uenena. Bibuntur folia etiam in dulci aqua aut diluto uino addito exiguo pipere, contra circulares febres: quartanas quidem ex quatuor quinquefolij ramulis: tertianas, tribus: quotidianas autem, uno. Succurrũt præterea comitialibus eadem folia triginta diebus [tricena] quotidie pota. Sanat & foliorũ ſuccus celerrime ſuffuſos felle, põdere trium cyathorum aliquot diebus potus. Medentur uulneribus etiã folia. Medẽtur & fiſtulis cum ſale et melle emplaſtri modo impoſita. Succurrit quinq; foliũ inteſtinoꝝ

πεφοκηλυκοῖς. καὶ αἱμοῤῥαγίας ἴσχει πινόμενον καὶ καταπλασσόμενον. τέμνεται δὲ καὶ πρὸς καθαρμοὺς καὶ αἱμοῤῥαγίας καὶ ἁγνείας.

testinorum ramici: Sanguinis eruptiones sistit, in quos usus bibitur & emplastri modo imponitur. Carpitur postremo ad lustrationes & purificationes quinquefolium.

INTERPRES.

NOuerunt rura omnia quinquefoliũ: soloq; hoc nomine maxime cognitũ ubiq; in honore aliquo est. Theophrastus nono de plantarũ historia non pentaphyllon tm̃ uocari sua ætate dixit, ueq; pentapetes etiã, facto ab aliquibus illi nomine à pennis auiũ, ut credidit Gaza: ut aũt nos opinamur, quia in quinq; folia se pandit & extendit. Fecit eadẽ etiã folioq; forma ut pẽtatomon, id est in quinq; partes diuisum diceretur: sic pentadactylõ, q; ut in hominis manu quinque digiti sunt, sic in ea planta totidẽ folioq; diuisiones. Pseudoselinon dictũ etiã, quod apiũ mentiatur: sitq; illi in folioq; sectionibus illis quadantenus simile. Quæ itidẽ illi à gentibus aliæ appellationes fuerunt, aliquã huiusce modi causam habuerunt: quales callipetalon & xylopetalon sunt à foliorũ specie & duritie factæ. Quemadmodũ uerisimile est in barbaris illis latere incognitã modo nobis ex figura aut uiribus eius rationẽ aliquã. De radice folioq; eius libro nono de plantarũ historia agens Theophrastus, addidit nigrescere quinquefolij radicẽ effossam siccatãq;. Quod à Dioscoride ideo dictũ non est, quoniã satis fore sibi hic scriptor credidit, si qualis ea esset cũ foderet, dixisset. Post id enim tempus medicis certo loco signatã seruari relinquebat. Adiecit etiã uitigineũ quinquefolij foliũ esse: non quantitate: pusillũ enim est: sed colore & forma, & quasi naturã uitis sequeretur, augeri simul & tabescere cum ea: Caules per terrã spargi, graciles, crebras habentes ut ille ait κνῆμας, non crura, sed à cruris humani forma inter duos geniculos interualla, quæ κνῆμας ille qua diximus ratione uocat. Videndũ illud etiã, quo modo hic mente, ille uitis folio quinquefoliũ esse dicat. Nobis male inuicẽ cõparari posse plantarũ illarum folia inter se uidentur: quemadmodũ & floris color in pallido albus simul & auri flauo colore dici. Hoc tamẽ non adeo difficile ut illud. Videmus enim aliquando in pallore hominis utrũque colorẽ illũ. Decreuit inter cætera hic scriptor sanare quinquefolij radicẽ ἀνευρίσματα, quæ à nobis deficiente Latina uoce uerti aliter nõ potuerunt: diximusq; quæ aneurisimata, id est dilatationes Græci uocant: non satis ut uidetur ab alijs interpretibus ex pressum malũ. Siquidẽ alter distentiones contrario, alter collectiones nimis cõmuni sensu & intellectu dixerunt. Ob eamq; causam non pigebit nos ex Galeno primũ eius mali diffinitionẽ, mox ex alijs Græcis certiorẽ uocis & rei rationem docere. Esse itaque aneurisma in diffinitionibus suis Galenus ait, φλέβὸς ἀξιόλογον ἀνεύρισμὸν, ἢ πνευματικῆς ὕλης πλεονασμὸν, ὑπὸ τῆς σαρκὸς διαπάλυσιν ἀναλισκομένης: quod est: Venæ sanguinis, id est uenæ dilatationem, aut spiritus materiæ per carnẽ dissipationẽ, quæ dissiliens spargatur. Ex his ratiocinari licet dilatationis huius causam & materiã, sanguinẽ, & spiritũ esse: ex quibus ὄγκος non tumor, uterunque tumor cum inflãmatione intelligitur, sed simpliciter tumor erigatur, qui tractabilis sit & digitis cedat. De quo autore Paulo Aegineta Galenus alibi dicat: aperta arteria malũ fieri, quod aneurisma dicitur: fieri etiã & uulnerata eadẽ, quoties cicatricẽ duxerit exterior cutis: sine cicatrice aũt & aperta relicta fuerit arteria: cũ nec ipsa coaluerit, aut caro eam non obstruxerit: cognosciq; id malũ arteriarũ pulsu: cognosci & tactu. Siquidem cum digitis pressæ dilatationes huiusce modi fuerint, refugit omnis tumor, redeunte in arterias omni quæ id malum faciebat materia: quo tempore auditur etiam refugientis materiæ eius ueluti strepitus quidam. Fuerunt etiam qui aliter de his docerent dicerentq;: Quæ apertis arterijs fierent dilatationes oblongiores uideri, profundioremq; concretionem habere: hasq; tantum admotis digitis resonare: Cum contrà in his quæ uulneratis arterijs fiunt nullus audiatur strepitus: esseq; has rotũdiores, & in superficie cutis sentiri. Et hæc pro dilatationibus quæ Græci aneurisimata uocant satis dicta sint.

ἀνευρίσματα. Aneurisimata.

Dilatatio.

Περὶ φοίνικος. Κεφ. χλέ.

Φοίνιξ. οἱ δὲ ῥοῦν. οἱ δὲ ἀγχίνωπα. οἱ δὲ φοινικόπτερον. οἱ δὲ ῥοῦν σάχυος. οἱ δὲ ὀθάλιον. ῥωμαῖοι πολυκουπίνδιον. αὐτόπιοι ἄθηνον. τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια κριθῇ. βραχύτερα δὲ καὶ σενότερα. σάχυι δὲ ἐμφερῆ τῇ αἰγίλωπος. κλῶνας δὲ ἑξαδακτύλους κύκλῳ περὶ ῥίζης. καὶ σάχυς ζ. ἢ η. φύεται δὲ ἐν ἀρούραις. καὶ ἐπὶ τῶν νεοκαταχώσων. δύναμιν δὲ ἔχει πινόμενον ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ, διαῤῥοίαν καὶ αἱμοῤῥαγίαν τῆς ἐκ μήτρας καὶ οὖρων πλείονα φορὰν ἰσχεῖ. ἰσχουσι δέ τινες καὶ ἔχαιμον αὐτὸν εἶναι ἐν δεσμουμένῳ φοινικῷ ἐρίῳ καὶ περιαπτομένῳ.

De Phœnice herba quam Romani Hordeũ murinum dicunt. Cap. XL.

PHœnica. Sunt qui rhun, q anchinopa, q phœnicopterõ, qui rhun spicæ, qui osthalen uocẽt. Aegyptij aphnu. Romani uel hordeũ murinũ appellant. Hordeo folia similia habet, breuiora tamẽ & angustiora. Spicã lolio similẽ. Sedigitales in orbẽ circa radicẽ ramos: septẽq; aut octo spicas. Nascit in aruis & recens confectis tegulis. Bibit in uino austero utiliter contra fluores alui quos diarrhœã uocãt. Sanguinis ex fœminarũ locis eruptiones & abundantiorẽ urinã. Ferunt aliqui etiã sistendo in uulneribus sanguini accõmodatã, si quis punicea lana inuolutam corpori alligatam gustauerit.

INTERPRES.

HErbæ nomen fecit color, qui non dissimilis in ea maturis palmulis uidetur. Eamq; ob causam phœnicopteros à punicei coloris aue dicta etiã ab aliqbus fuit. Nascit hæc in tegulis frequẽtior q̃ in aruis. Dico autẽ tegulas nunc à tegẽdo, omnẽ qua domus tegitur & imbris stillicidia deriuant materiam:

sym-

στὴν enim hic non κέραμον dixit: qua uoce Græci indicauerunt quæcunq; familiam à cœlesti aquâ tuentur, siue fictiles tegulę, siue ex materia tabulæ siue stramẽta sint. Hordeum murinum Plinius uocari à Latinis ait: cuius hordeaceo folio sit, & seminibus eius inter tegulas mures uescantur: hic lolium murinum à spicæ figura: utercq; idem, sed diuersa ratione. Quot ramuli uel potius culmi illi sunt, tot etiam spicæ. Diximusq; nos sedigitales culmos illos, longitudinem non crassitudinem eorum intelligentes.

περὶ ἰδαίας ῥίζης.
κεφ. χκς'.

Ἰδαία ῥίζα. ὀξυμυρσίνῃ τὰ φύλλα ἔοικε. παχὺ αὐτὰ δὲ ὡς ἔλικες μικραὶ πεφύκασιν. ἄχρι ὤμου καὶ τὸ ἄνθος. ταύτης ἡ ῥίζα συπρικὴ σφόδρα, ἀφροζουσα, ἐφ' ὧν σύψεως ὄζει χρεία. πίνεται δὲ καὶ πρὸς κοιλίας ῥεύματα καὶ ῥοῦν γυναικεῖον. αἱ μορφαγίαν τὲ πᾶσαν ἴσχει.

De Idæa radice. Cap. XLII.

IDæam radicem. L Romani pariter Græcis Idæam radicem dicunt. J Ruſco ſimilia habet folia. Secus ea ueluti uiticulæ paruę ſunt, ex quibus flos exit. Adſtringit radix eius efficaciſſime: omnibus quæ adſtringi oporteat accõmodata: eamq; ob cauſam contra alui & fœminarum muliebres fluctiones utiliter bibitur. Quinetiam ſanguinis eruptiones omnes compeſcit.

INTERPRES.

RAdicem Dioſcorides, Plinius herbã Idæã uocat: alter à tota natura, alter à potiore eius parte, & qua ſola medicinæ inſeruit eã appellãs. Peregrina Italiæ plãta eſt, peregrinitatẽq; ſuã natalis loci cognomine indicat. Ruſco, de qua in extremo uolumine ageť, oẽs eã cõparauerũt: cuſpidatis ideo foliis herbã intelligere oportet, ſed nõ tã ſolidis rigẽtibusq; ramulis ut ruſcus eſt: quãdo helices ſecus folia habere hãc Dioſcorides ait: Plinius uero eiuſdẽ rei ſignificatione pãpinos. Quid aũt ἕλιξ Græcis ſit, in uite primũ, mox ab ea in multis aliis facile erit cognoſcere, obſeruãtibus quæ in eius gẽtis poëtis ſcriptoribusq; aliis paſſim leguntur, ἀπὸ τοῦ ἑλίσσεσθαι, à circũagendo ſcilicet & inuoluẽdo ſe, ſic appellati. Plinius pãpinos uocauit: qs hic in uite helices v. uolumine nominauit. Theocritꝰ in hedera helicẽ uocauit, capreolũ magis q̃ pampinũ. Vitruius lib. VII. ſuæ architecturæ uolutas helices hos nominauit. Sũt aũt uiticulæ in plãtis extremæ partes, in quibus clauiculæ ſunt & folia, ſimulq; aduoluendi & implicandi ſe propinquis plantis natura. ἕλιξ. Helix.

περὶ ῥοδίας ῥίζης. κεφ. χκζ'.

Ῥοδία ῥίζα. Λοί δ', ῥόδια καλοῦσι. J Γενναιοτέρα δὲ ἡ μακεδονία. ἔοικε κόκκῳ. κάρφος τέρα δὲ ἡ ἀνώμαλος ῥόδων ἐν τῇ δία ῥιζῇ ἀπροσάρμοστος ὁμοίαρμ. χροιὰ μέλαινα ἐπὶ τῷ κεφαλαλγοῦντα, σὺμ ῥοδίνῳ ὀλίγῳ, λεπτῇ ὡλῇ δεμένη καὶ ἐμβεχομένη μετώπῳ καὶ κροτάφοις.

De Rhodia radice. Cap. XLIII.

RHodiã radicẽ. L Sũt q rhodiada. Romãi rhodiã pariter Græcis appellant. J Naſcit in Macedonia coſto ſimilis rhodia radix: lẽuior tñ coſto & inæqualis eſt. Cũ terit roſarũ halitu & odore ſentit. Vtilis in dolore capitis eſt: in quẽ uſum cũ nardo tenuis imponitur, frontiq; & temporibus inſpergitur.

INTERPRES.

ROſæ quas Græci rhoda nominãt, nõ Rhodus inſula radici huic nomẽ fecerũt. Qualis aũt & cuius plãtæ radix ea ſit, legiſſe me hactenus nõ memini. Nec integrũ undiq; caput hoc uideť. Deſideraťq; em in eo aliquid, præſertimq; quo loco hic ait: imponiť cũ nardo tenuis, & mox fronti tẽporibusq; inſpergitur. Duplex remedij ratio doceť: ut imponať capiti ſcilicet & inſpergãtur ea frons tẽporaq;. Vtrq; in utroq; deſideratur aliquid, quo ſcilicet addito liquore inſpergẽda ſit fronti & tẽporibus. ἐμβρέχομένῃ em̃ participiũ quo hic uſus eſt, id exigit. Humores em̃ ἐμβρέχεσθαι, id eſt, inſpergi tantũ dicũtur. Prętereа quẽ habet ſenſum tenuis imponitur, niſi tenuem intelligat aliquis tritam & in puluerẽ friatam? Sed hic λεπτῇ non λεῖαν ait: quæ uox laminam potius & bracteam quàm puluerem ſignificat. Nos quales in Græcis omnibus inuentæ uoces illæ ſunt, tales etiam uertimus. Non tacebimus tamen in Latino Dioſcoride remedium hoc præcipi narᵈino oleo tractari. Quod ſi recipiatur, facilis tunc rei intellectus erit.

περὶ ἱππουρίδος. κεφ. χκή.

Ἱππουρις. Λοί δ', ξιμάχη. οἱ δὲ, ἀνάβασις. οἱ δ', χαιρεδρέπανον. οἱ δ', φαίδρα. οἱ δ', ἄνθρενον. οἱ δ', ῥιζ. οἱ δ', χοιροσχοφ. ἀιγύπτιοι κυνάλις. οἱ δὲ, σάλιξ ἑκυνάλις. οἱ δὲ, ἀναβάσιον. οἱ δὲ, ἔφυδρος ἱππαλοῦσι. J φύεται ἐν τόποις ἐφύδροις καὶ τάφροις. καυλία κοινά. ὑπέρυθρα. ὑπερτράχεα. σῶρεά. γόνασι διηλλαγμένα. ἐμπεφυκόσιν ἐις ἄλληλα. ἐπὶ δὲ αὐτὰ φύλλα πυκνά. λεπτά. αὔξεται δὲ εἰς ὕψος ἀναβαίνουσα ἐπὶ τὰ παρακείμενα σέλχη, καὶ κατακεκλιμένα. περικεχυμένη κό-

De Equiſeto herba. Cap. XLIIII.

HIppurin. L Sũt q trimachiõ, q anabaſin, qui charadranon, q ephydron, q Itean dendron, qui gis, qui ſchœnioſtrophon appellent. Aegyptij pherphra. Magi Saturni nutrimentum. Romani equinalem herbam aut ſalicem equinalem uocant. J Naſcitur aquoſis locis et foſſis. Coliculos habet inanes, modice rubentes, duros leniter aſperos, geniculis inuicẽ inſertis diſſectos: & circa coliculos illos folia iuncoq; figura denſa graciliaq;. Augeť in altitudinẽ propinquas ſtirpes adſcendẽs: pendetq; ex illis circũamplexa multis nigriſq; co-

μαις πρὸς λαῖς μελαίναις καθάπερ ἵππου οὐρά. ῥίζα ξυλώδης. σκληρά. στυπτική ἡ ἡ πόα. ὅθεν ὁ χυλὸς αὐτῆς αἱμορραγίας ἵστησι τὰς ἐκ μυκτήρων. καὶ δυσεντερίας ὠφελεῖ πινόμενος μετ' οἴνου. κινεῖ δὲ οὖρα. τὰ δὲ φύλλα ἕλκεσι τραύμασι κοιλαῖς λίαν ὠφελεῖ παρατιθέμενα. ἡ δὲ ῥίζα καὶ ἡ πόα βήσσουσί τε καὶ ὀρθοπνοϊκοῖς καὶ ῥήγμασι τίτλος ἀσκῇ. ἴσοχρηται δὲ καὶ αὐτέρου διαιρέσεως, καὶ κύστεως διακοπῇ, καὶ αὐτοκιλίῳ συνάγει τὰ φύλλα πινόμενα ἐν ὕδατι.

mis ceu equina cauda. Radix illi lignosa est et dura. Adstringit herba: ob quã causam sanguinis ex naribus eruptiões sistit succus eius. Bibit idẽ cũ uino utiliter cõtra intestinorũ tormina: & uricam cit. Glutinãt cruẽta uulnera trita & inspersa folia eius. Succurrit radix & herba pariter tussientibus, nõ nisi recta ceruice spirantibus, & ruptis. Quinetiam intestinorum diuisiones, uessicam dissectam, & intestinorum ramices glutinare feruntur folia cum aqua pota.

INTERPRES.

SI uideat nascentẽ aliquis equisetũ herbã, exeuntemq; ex terra aliquot diebus contẽpletur, nunq; unde futura sit equina cauda in ea intelliget: tam breui, nudo, cõcretoq; oritur asparago & scapo. Nullibi dissimiliorem natura finem q̃ in hac planta à suo principio fecit. Oritur em̃ humani pollicis longitudine crassitudine q̃, in acutũ fastigiata: mox procedẽte tẽpore pandit cõcretus ille scapus, pãdensq; se per interualla & inter ea certis spatijs iuncea folia & quasi capillamẽta quædã profert: quæ dum augẽtur, undiq; ad terram feriũtur, eãdem gracilitate qua in equina cauda pili sunt: quã non potest ostẽdere, nisi cũ aut uiuẽs prona pẽdet ex alto, aut secta ad terrã inuerso cacumine descendẽtibus iunceis & capillatis folijs illis totam equinæ caudæ imaginẽ reddit. Nota omnib⁹ plãta, & qua nulla in fossis prope aquas umbrosis locis frequẽtior nascit. Anabasin ab ascẽdendo aliqui eã dixerũt, quoniã infirma alijs stirpibus libẽter hæret. Charadranon itidẽ, q̃ in fossarũ faucibus quas græci χαράδρας uocãt, ortus & uita illi sit. Nec minus ephydron ob eandem causam: nihil em̃ aliud q̃ ὑπὸ ὕδατος, id est, in aqua ephydron significat. Vocauerũt aliqui etiã schœnostrophon, q̃ iũcea eius folia illa nõ aliter q̃ cãnabis aut linũ in funes texũtur. Græci salicẽ arborẽ, & Romani salicẽ equinalẽ ob hãc ipsam causam uocauerũt. Plinius lib. XVIII. cap. XXVII. inimicã fœnisecis & intilem pratis dixit: mox lib. XXVI. cap. XIIII. itemq; de ea agẽs, nõ cõuenire inter græcos, nec cũ græcis Latinos ait. Vulgaris tamẽ descripta à Dioscoride hoc loco herba est, omnibus locis cognitu & inuẽtu facillima.

Περὶ ἑτέρας ἱππουρίδος. κεφ. χκθ'.

ἹΠπουρις ἑτέρα. οἱ δὲ ἐκύαμον. οἱ δὲ, χάραδραν. οἱ δὲ, γύνον. ῥωμαῖοι σάλικα ἐκύνα. καυλὸς ὄζιν, ὀρθός. ἴσος, μείζων ἢ πήχεως. ὑπόκενος. κόμας ἐκ διαστημάτων ἔχουσα βραχυτέρας, καὶ λεπτοτέρας, καὶ μαλακωτέρας. ἡ χρῆσις αὐτῆς λευκοῦσα σὺν ὄξει τραύματα ἰᾶται, τὸ αὐτὸ ἔχουσα δυνάμιν.

De altera Equiseto. Cap. XLV.

HIppurin alterã. Sunt qui equitium, qui charadranon, qui gynon. Romani salicẽ equinam dicunt. Rectus caulis hippuris altera est, æqualis, cubito maior, concauus: comas per interualla habẽs breuiores q̃ superior, cãdidiores molliores q̃. Hæc etiã cõcisa ex aceto eãdem potestate uulneribus medetur.

INTERPRES.

DIffert à priore equiseto posterior hæc sola comarum breuitate, candore & mollitie: quæ maiores in hac quàm in illa notæ sunt, ideo'que facillimæ utraq; cognitionis. Desideratur solum, cui æqualem hic caulem eius dicat, congeneris' ne sibi antedictæ, an alterius plantæ alicuius. Incertum id est, siquidem enim hic tantum ait: ea m̃q; ob causam uitij nota signatus locus à nobis est.

Περὶ κόκκου βαφικῆς. κεφ. χλ'.

ΚΟκκος βαφικὴ. θάμνος ὀζὶ μικρὸς φρυγανώδης, ᾧ πρόσκεινται οἱ κόκκοι ὡς φακοί. οἱ ἄνευ ἐκλεγόμενοι σωτίδωνται. ἀρίστη δὲ ὄζιν ἡ γαλατικὴ καὶ ἡ ἀρμενιακή. ἔπεται ἡ ἐν ἀσίᾳ καὶ ἡ κιλικία. ἐσχάτη δὲ πασῶν ἡ ἐν ἱσπανίᾳ. δύναμιν δὲ ἔχει συστελλώδη. ἀρμόζουσαν τραύμασι καὶ νεύροις τρώσεσι, λείαι μετὰ ὄξους καταπλασσομένη. γίνεται δὲ ἡ ἐν κιλικίᾳ ἐν τοῖς δρυσὶν ὁμοίως κοχλίαι μικρῷ. ἣν λαὶ τῆδε γυναῖκες ἐφ' σώματι ἀναλέγουσαι κόκκον καλοῦσιν.

De Grano quod tingendo est. Cap. XLVI.

COccon qui tingendo est. Romani pariter Græcis coccum dicunt. Surculosus paruus frutex est, cui grana ceu lentes adiacent. Ea collecta reponunt & seruãtur. Probatissimus coccus in Galatia & Armenia nascitur: post hunc in Asia & Cilicia: postremẽ notæ Hispanus est. Adstringẽdi uires coccus habet, uulneribus simpliciter & neruoq; uulneribus accommodatas: in quẽ usum tritus ex aceto emplastri modo imponitur. Nascitur & in roboribus in Cilicia exiguis cochleis similis, quẽ incolæ mulieres ore euulsum colligunt, coccum uocantes.

INTERPRES.

FOelicior humano generi & utilior, si uitæ commodoq; numerus æstimetur, q̃ uitis aut olea, quercus erit: tam multa præter glandẽ fert: gallam, & hanc multiplicẽ numerosam q̃: uiscũ, fungos, cachryn, iulum, pilulas, pluraq; alia quæ Theophrastus tertio de plantarum historia figillatim prosecutus est.

Sed

Sed nihil pretiosius & in maiore fortuna honestius q̃ coccum, quo reges quondã à priuatis, nũc nobilitas à plebe uix discernit: In pretio & honore merito habendũ, nisi corrupta mor̃ disciplina, calcatis q̃ sumptuarijs legibus promiscuũ plebi eum colorẽ nostra tẽpora fecissent. Nasci in ilice Theophrastus eodem loco dixit: καὶ ἡ πρίνος τὸν φοινικοῦν κόκκον. Et ilex puniceum coccum. Quẽ Plinius secutus libro XIIII. capite IIII. coccum ilicis ait. Idem tamẽ multo antea libro XVI. capite IX. dixerat: Seruato ilicis genere, priuatim q̃ ceu spectes frutices paruos aquifoliæ ilicis. Ex quo genere hic fruticẽ paruum surculosum dixit, qualem & nostra ætas in legendo cocco in Romanor̃ prouincia quotidie uidet. Barbarus q̃ Græcos codices secutus fuerit, quos nos etiam uidimus, in quibus non legeretur μικρὸς, eam reliquit partem. Nos ex alijs Græcis Plinij q̃ historia admoniti, eam seruauimus uocem: Paruos enim frutices ille ait, quem hic θάμνος ἐστὶ μικρὸς φρυγανώδης, dixit. Quod autem Dioscorides ait hęrere coccum fruticibus his, ὡς φακοί, id est, lenticularum modo, non ad formam grani, sed hærendi modum referendum est. Nota modo & uulgaris res: quæ etiam ex alijs nationibus laudetur. Quod postremo hic ait, in Cilicia nascentem in roboribus coccum, minimis cochleis similem, ab incolis mulieribus ore auelli aut excipi, parum certam & uerisimilem nobis habet historiam: Neq̃ intelligimus in quem usum id fieri opus fuerit. Corruptum credimus esse locum, & pro illo τοῦ στόματι quod ore significat, aliter quondam legi potuisse, pertinere q̃ ad tempus quo legendus coccus esset.

De Tragio frutice. Cap. XLVII.

Πρὶ τραγίου. κεφ. χλά.

Τράγιον. φύεται μὲν ἐν κρήτῃ μόνῃ. ἔχει δὲ τὰ φύλλα σχίνῳ ὅμοια. ἐν τὰς ῥάβδους καὶ τὸν κρίπον. μικρότερα δὲ πάντα. φέρει δὲ ὀπὸν κόμμει παραπλήσιον. ταύτης τὰ φύλλα, ἐν ὁ κρίπος, καὶ τὸ δάκρυον καταπλασσόμενα σὺν οἴνῳ, ὑπλεσσᾶται σκόλοπας καὶ πάντα τὰ ἐμπηγνύμενα. πινόμενα δὲ στραγγουρίαν ἰᾶται. καὶ λίθους τοὺς ἐν κύστει θρύπτει. καὶ καταμήνια ἄγει. λαμβάνεται δὲ ὁλκὴν ∠ά. φασὶ δὲ ἐν τὰς ἀγρίας αἶγας τοξευθείσας καὶ νεμηθείσας τὴν πόαν, ἐκβάλλειν τὰς ἀκίδας.

TRagion. ⌊Romani pariter Græcis tragium dicũt.⌋ Sola Creta tragiũ gignit. Folia, uirgas, & semen lentisco similia habet: breuiora tamen & minora oĩa. Liquorem fert gummi similem. Surculos cunctaq̃ corpori infixa extrahunt folia, semen, & liquor ex uino emplastri modo imposita. Medentur eadem urinæ stillicidio: calculos uessicę frangunt: & menses trahunt. Sumuntur autem drachmæ pondere. Quinetiam ferunt sagittis uulneratas syluestres capras hoc sibi frutice mederi, pastisq̃ eo decidere cuspides.

INTERPRES.

PEregrino Italiæ gentibus q̃ alijs frutici nomen in Creta insula tantum caprinum pecus fecit, ob eam quam hic in extremo capite causam reddidit: Plinius terebintho primum libro decimotertio capite uigesimoprimo, mox iunipero uigesimoseptimo uolumine ultimo capite similem fecit. Ex qua hominis diuersa eiusdem rei historia facile est cõijcere, modo hos modo illos delibasse eum autores: ideoq̃ multis locis non esse earundem rerum eandem illi historiam. Idem liquorem eius lacteum esse, & in maritimis nasci dixit. Nos in peregrino & ob id incognito frutice nihil habemus aliud, q̃d monere legẽtes ualeamus.

De alio Tragio frutice. Cap. XLVIII.

Πρὶ ἄλλου τραγίου. κεφ. χλβ'.

Τράγιον ἄλλο. ⌊οἱ δὲ, τράγος. οἱ δὲ, τραγόκρως. οἱ δὲ, σκορπίον. οἱ δὲ, γάργανον. ῥωμαῖοι κορνουλάκα. οἱ δὲ, βιτουένσα. δακοὶ σαλία. αἰγύπτιοι σοβέρ. ἄφροι ἀχοιοσίμ.⌋ τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια σκολοπενδρίῳ, ῥίζαν δὲ λεπτήν. λευκήν. παραπλησίαν ῥαφάνῳ ἀγρίᾳ. ἡ τις βοηθεῖ δυσεντρικοῖς ὠμή τε καὶ ἑφθὴ ἐσθιομένη. προβάλλει δὲ κατὰ τὸ φθινόπωρον τὰ φύλλα τράγου ὀσμήν. ὅθεν ἐν ὠνόμασται τράγιον. ⌊φύεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς ἐν κρημνώδεσι τόποις.⌋

TRagion aliud. ⌊Sunt q̃ tragocerota, q̃ scorpion, q̃ Garganon, qui bituẽsa appellent. Daci saliam. Aegyptij sober. Aphri achæosim. Romani cornulacam dicunt.⌋ Scolopendrio similia habet folia, radicem gracilem, candidam, agresti raphano similem: quę cruda elixa'que intestinorum torminibus in cibo opitulatur. Hirci odorem per autumnum folia eius spirant: eam'que ob causam sic nominata est. ⌊Nascitur montanis & præruptis locis.⌋

INTERPRES.

PRiori posteriorẽ hunc tragion cognominẽ tantum faciunt Galenus, Paulus Aegineta, Græcor̃q̃ alij herbarij oẽs & medici: neq̃ immerito. Siquidem folior̃ figura differt: quæ in hoc scolopendrij, in illo lentisci sunt. Differt natalibus, quod ille natiuum sibi solum habet Cretam insulam: hic, ut Paulus Aegineta ait, φύεται πολλαχόθεν, quod est, multis locis nascitur. Differt postremo uiribus, quę in illo ἑλκτικαί, id est, extrahendi sunt: in hoc astringentes: ideoq̃ fluidis affectionibus cunctis accommodatus. Accedit his, q̃ hic amariore sapore est, qui in illo non sentitur. Cur autem illi idem factum à gẽtibus nomen fuerit, hircinum foliorum uirus fuit. Hunc ipsum Dioscorides tragocerota, id est, hircinum cornu dictum testatur. Facile q̃ est ex Græca hac uoce, Romanam illam cornulacam, quæcunq̃ ea est, factam fuisse. Scorpij deinde appellatio male ex trago quæ mox dicenda est, ad hanc translata fuit.

De Trago herba. Cap. XLIX.

Πρὶ τράγου. κεφ. χλγ'.

Tragon.

Τράγος. οἱ δέ, σκορπίον. οἱ δέ, τράγανον. φύεται παρὰ θαλάττην μάλιστα. θαμνίσκος ἐπὶ γῆς. ἐπιμήκης. οὐ μέγας. ὅσον μυρθαμνίδος ἢ μείζων. φύλλα δὲ οὐκ ἔχει. ἐπὶ δὲ τῶν κλάδων προσκεινται οἱονεὶ ῥάγες μικραί. πυρῆναί. καὶ μέγεθος πυρου. ὀξεῖαι ἐπ' ἄκρου. πλαταί. λίαν γευσαμένῳ συπτικαί. πύτυον δὲ ἄνδρες ὡς ῥάγες δι' ἑνὸς, σὺν οἴνῳ πρόσφαται, κοιλιακοὺς καὶ ἐρωτικὰς γυναῖκας ὠφελοῦσιν. ἔνιοι δὲ καὶ κόπτοντες αὐτὸν, ἀναπλάττουσι προχίσκους εἰς ἀποθεσιμ, οὕτω χρῶνται.

TRagon. Sũt q scorpion, q tragonon, uocẽt. Romani pariter Græcis tragum dicũt. Maritimis locis maxime nascit tragus. Exiguus frutex p terrã spargit, oblõgus, nõ tñ grãdis: dodrãtalis ferè aut paulo maior. Folia nõ habet: ex ramis tñ pẽdẽt paruí ueluti uuæ acini, nũerosi, rubẽtes, magnitudine tritici, acuminatis cacuminib⁹, sapore & gustu maxime adstringẽte. Eius fructus numero decẽ acini, cœliacis & muliebribus fœminæ fluctionibus opitulant cũ uino poti. Quidã tũdẽtes eos in pastillos conformant seruãtq;, & seruatis eodẽ mõ utunt.

INTERPRES.

PEregrina & hęc Italiæ plãta est, si Plinio credimus, qui natale solũ Asiam illi assignauit, duobus locis eã describẽs, XIII. uolumine primũ cap. XXI. mox XXVII. cap. XII. quæ poterũt uolẽtes certius in eo uidere. In iuncoꝝ genere aliqui eã numerãt, nec dissimilẽ marino iunco in aliquibus faciunt. Plinius ueprẽ uocat: sine foliis, ramis rubẽtibus, semipedẽ altã, fruticosam, racemis rubẽtibus, grano tritici, acuto cacumine, in maritimis nascentẽ: quæ eadem ferè huic scriptori historia est. Animaduertendũ tamẽ illud, quos Plinius racemos uocat, hic ῥάγας dicit nõ paruo discrimine: quãdo in racemis plures in unũ collecti uuaꝝ acini sunt: in his aũt quas Græci ῥάγας dicũt, unius tantũ uuæ & acini æstimatio est. Videtq; hic acinos non racemos intellexisse dicens, κατὰ μέγεθος πυροῦ, id est, tritici grani magnitudine: quod nõ nisi ad singulos acinos referri potest. Sunt alia etiam quæ græcarum literarum peritis censenda relinquimus.

ῥάγες. Racemi.

περὶ Σχοίνου. κεφ. χλδ'.

ΟΞύσχοινος. οἱ δέ, σχοῖνος λεία. οἱ δέ, ὀξύπτερνον. οἱ δέ, ὀφρυὲς ἡλίου. ῥωμαῖοι ἰούνκουμ μαρίνουμ. οἱ δέ, ἰούνκουμ μανουάλεμ. ἄφροι χοῦδουα. πύτυον δ' ἂν εἴδος. ἔστι μὲν τοιαύτη καλεῖται σχοῖνος λεία. τὸ δὲ, ὀξύσχοινος ἄκρου ἐστ' ἄκρου. δ' ἰσον δὲ καὶ ταύτης εἶδος, ἡ δὲ ἄκανθος. οἱ δέ, καρπὸν μέλανα ἔχει διαφερῆ. παχύτεροι δὲ ταύτης οἱ κάλαμοι, καὶ σαρκωδέστεροι. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα πλείω σαρκωδέστερα καὶ ἑλαχυτέρα τοῖς δ' ὑοῖς μ, ὁλόσχοινος λεγομένη. ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ καρπὸν ἐπ' ἄκρου ὅμοιον ὡσὶ πρὸ αὐτῆς. ἀμφοτέρων δὲ ὁ καρπὸς φυγεῖς καὶ πινόμενος μετὰ κρόμμυος, κοιλίαν καὶ ἕδραν ἐρυθρὸν ἴσχει. καὶ οὖρα κινεῖ. ἔστι δὲ καὶ κεφαλαλγές. τὰ δὲ πρὸς τὸ ῥίζαν ἁπαλὰ φύλλα καὶ ἁπλαπόμενα, φαλαγγιοδήκτοις ἁρμόζει. ἡ δὲ αἰθιοπικὴ σχοῖνος, ὑπνωτικὸν ἔχει τὸν καρπόν. φυλάττεσθαι δὲ δεῖ αὐτὸν ἐν ταῖς πόσεσι τὸ πλῆθος. καιρὸν γὰρ λίαν.

De Iunco quẽ oxyschœnũ uocãt. Cap. L.

OXyschœnon. Sunt qui à lẽuore lẽuem schœnũ, qui oxypternon, q Solis supercilium uocẽt. Aphri cadua. Romani iuncum marinũ, siue iuncũ manualẽ appellãt. Duplex eius genus est: uocaťq; alter à lẽuore lẽuis iũcus: alter uero oxyschœn⁹, id est, acuminatus iũcus, in summo cacumine acutus. Duplex itidem huius gen⁹ est: em alter sterilis, alter uero semẽ nigrum circinatũ fert. Crassiores huius culmi carnosioresq; sunt. Est & tertiũ genus, multo duobus illis carnosius & asperius, q̃d holoschœnũ uocãt. Habet hoc etiã in summo cacumine semẽ antedicto simile. Vtriq; frixũ semẽ, mox in diluta uini potiõe haustũ, aluũ rubrasq; fœminæ fluctiones fistit, & urinã cit: capitis tñ dolores facit. Quæ aũt ad radicẽ tenera illi folia sunt, phalangiorum morsibus utiliter emplastri modo imponunt. Quod uero Euripicus dicitur iũcus, soporiferum habet semen: ideoq; in potione, ne soporem faciat, copiam eius uitare oportet.

INTERPRES.

NIhil de toto ad mare nascentiũ iuncoꝝ genere Plinius XXI. uolumine capite XVIII. Latinos docuit, quod non ex Theophrasti plantaꝝ historia translatũ fuerit. Nihil post Pliniũ cæteri etiã, cuius nõ sit illis autor idem scriptor. Egissem ego in cõmentationibus his nostris longius de toto eoꝝ genere, ni si nouissime oĩa ex illis scriptoribus in Corollariũ suum barbarus deriuasset. Quæ parata omnibus & expo sita sine desiderio à nobis relinquũtur. Non relinquendũ tamen illud, quę tria à Theophrasto & ab hoc nu merãtur iuncoꝝ genera, aquosis locis nasci omnia intelligi oportere. Et quod barbarus idem ait, semẽ holoschœni tostum & in aqua potum, &c. non in aqua bibendum dici à Dioscoride, sed μετὰ κράμματος, id est, in diluta uini potione: quæ qualis sit, in cerasis iampridem primo uolumine dictum à nobis est. Vidimus nos ex hoc iuncorum genere quem Theophrastus à nigro seminis colore melancranin uocat, pluribus à radice statim foliis, singulari scapo, & ut ille ait, carnosa crassitudine egregium.

περὶ Λειχήνος. κεφ. χλέ. De Lichene herba. Cap. LI. Lichen

Λειχὴν ὁ ἐπὶ τῇ πέτρᾳ. οἱ δέ, βρύον καλοῦσι. βρύον δὲ πρόσεχόμενον ταῖς ψωρώσεσι πέτραις κατάπλασθὲν αἱμορῤῥαγίας ἴσχει, καὶ φλεγμονὰς παύει καὶ λιχῆνας θεραπεύει. ὠφελεῖ δὲ καὶ ἱκτερικοὺς μετὰ μέλιτος διαχριόμενον. σόμαρος δὲ ὁ τῆς γλώττης ἐξομαλισμοὺς παύει.

LIchena petris adhærentem. Sunt qui muscum. ⌊Romani pariter Græcis lichena dicunt.⌋ Muscus roscidis petris adhærens lichen est. Hic emplastri modo impositus sanguinis eruptiones sistit: inflammationes compescit, & impetigines sanat. Inungitur idem utiliter ex melle suffusis felle: & in os linguamq; destillationes cohibet.

INTERPRES.

EOdem nomine malum & mali remedium Græci appellauerunt. Lichen enim impetigo simul & qui impetigines sanat herbosus in petris hærens muscus, ab eis uocatur: magno argumẽto, nullo magis præsidio contra eas usuros esse homines. Sciendum tamen proprium habere genus hunc muscum, ab eo quo muscantur in torrentibus lapides diuersum: hic enim in aridis nascitur petris, crassior aquatico illo & procerior, umbrosis plerunq; locis in saxosis rupibus hærens. Vis illi est ut ueteres Græcorum medici decreuerunt, exterendo purgare, mediocriterq; siccare & refrigerare. Idem quasi pro comperto illis non esset, de compescendis sanguinis eruptionibus in scriptoris huius fidem id reiecerunt.

περὶ παρωνυχίας. κεφ. χλε'.

Παρωνυχία. ⌊οἱ δὲ, ἀδόκητον. οἱ δὲ, νδυζάς. οἱ δὲ, φρύνιον. ῥωμαῖοι σουϊνάλις.⌋ φύεται ἐν πέτραις θαμνίσκιον ὅμοιον πέπλῳ. ῥάβδος δὲ μίκρ' ἔλαττον. τοῖς δὲ φύλλοις μύρον. ὅπερ καὶ πλαθὲν λεῖον ὅλον, παρωνυχίας καὶ κηρία θεραπεύει.

De Paronychia herba. Cap. LII.

PAronychian. ⌊Sunt qui adoceton, qui neurada, qui phrynion. Romani unguinalem herbam uocant.⌋ Nascitur in petris breuis frutex, peplo herbæ similis, longitudine tantum breuior, sed foliis maioribus. Sanat tota herba concisa & emplastri modo imposita durities & digitorum reduuias.

INTERPRES.

FEcerunt & huic nomen absessus qui ad radices humani unguis fiunt, paronychiæ à Græcis dicti: his enim præsenti remedio herba est: eamq; ob causam honoris huius prærogatiua ab antiquioribus herbarijs & medicis ornata: nec alio nomine quondã in uetere medicina cognita est. Describũt effigiãtq; eam nostræ ætatis herbarij petrosis locis nascentẽ, ut hic etiã ait, foliis latifoliæ lauri, duobus aut cum pluribus quatuor ramulis: inter quæ spicatus flos exit, crassitudine pollicis & longitudine, colore inter flauũ & luteũ. Hãc ex ueteribus aliqui nõ absessus illius nomine paronychian, sed adiectiua forma paronychæã dixerunt. Quę mox illi accreuerũt ab alijs appellatiões adocetos, siue ut in aliquibus legit acedotos, neuras & phrynion, ex eaq; plantaq; similitudine aliqua ad hanc uenerũt: quæ quales sint, suis locis dictũ à nobis est: quemadmodũ & paronychiã absessum esse, qui ad radices unguiũ coit. Dico aũt absessum q̃d Græci apostema uocãt, à Galeno in suis diffinitiõibus dictũ, mutationẽ seu trãsitũ corporis ex inflãmatiõe ad pus eẽ.

παρωνυχία. Paronychia.

ἀπόσημα. Absessus.

περὶ χρυσοκόμης. κεφ. χλζ'.

Χρυσοκόμη. ⌊οἱ δὲ, χρυσῆλιος. οἱ δὲ, χρυσάνθεμον. οἱ δὲ, ἀμάραντον, οἱ δὲ διὸς πώγων. ῥωμαῖοι ἰόβις βάρβα.⌋ θαμνίον. ⌊ῥάβδος δὲ ὀυβάθ. οἱ δὲ, βουχουμάθ.⌋ μικρὸν κορυμβοῦται. ὁμοία μὲν ὑσσώπῳ. ῥίζαν δὲ σπιθαμιαίαν. ἔχον κόσμον λεπτὸν, ὡς ἐλαιβότρυος μέλανος. χυσαμώλῳ οὐκ ἄπιον. κυπέρῳ ἰσχνὴ οὖσαν. ἐν ᾧ δὲ γλυκὺ ὑπαύσκιον. φύεται ἐν παλισκίοις καὶ πετρώδεσι. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν καὶ συστατικὴν ῥίζα, ὑπαλικοῖς καὶ πυρπνευμονικοῖς ἁρμόζουσαν. λαμβάνεται δὲ καὶ σὺν ὑδρομέλιτι ἐφθὴ πρὸς καθάρσιμα ὑστέρας.

De Chrysocome herba. Cap. LIII.

CHrysocomen. ⌊Sũt qui chrysitin, q chrysanthemon, qui amaranthon, qui Diospogona, id est, Iouis barbã uocẽt. Aphri dubath siue buchromat. Romani Iouis barbã appellãt.⌋ Dodrantalis exiguus frutex est. Corymbaceã hyssopo similẽ comã habet. Radicẽ hirsutã, & ueratri nigri modo gracilẽ, gustu sapore q̃ nõ insuaui: qui qualis in cypero est, sentiat: in dulci leniter austerus. Nascit chrysocome umbrosis & petrosis locis. Habet calefaciendi & adstringendi uim radix, iocinorosis & peripneumonicis accommodatã. Sumitur ea etiam in mulso elixa ad muliebrium locorum purgationem.

INTERPRES.

QVod hactenus in Plinio Latinis q̃ alijs legerim, nulla inter flores herbas' ue Iouis barbæ nomine plãta numeratur. Inter arbores quidem XVI. uolumine capite XIX. à Plinio his uerbis arbor describitur: Odit aquas & quæ appellatur Iouis barba: in opere topiario tonsilis, & in rotunditatem spissa. Inter flores autem in uiolarum genere XXI. uolumine capite X. & XI. Iouis flos aperte ab eodem uocatur. Coronat folio tantum Iouis flos. Paulo q̃ post: Succedũt illis æstiui lychnis & Iouis flos, & alterum genus lilij, &c. Quinetiã XXVII. uolumine capite IIII, idem Plinius, aut eundẽ aut alium in uiolaq; tñ genere flore, Iouis flammam

flammam uocat. Qualiter flos quē Iouis flammā appellauimus in uiolis. Dicimus aūt aliū aut eundē eo nomine significari à Plinio florē: quoniā Theophrasto diuersi flores sint, λιὸς ἄνθος & φλὸξ, id est, Iouis flos & flāma. Plinius aūt sæpenumero huiuscemodi miscet, & in tanta naturæ uarietate nō semper illi respōdet. Quę hactenus dicta à nobis sunt, ut ostendaē quod in Dioscoride nunc legiē, Iouis barbā dici à Romanis chrysocomen in antiquis nō inueniri. Plinius enim inter arbores manifeste Iouis barbā numerat: seorsumq; à Iouis flore & flāma chrysocomen describit. Negat habere Latinā appellationē. Quodq; magis animaduertendū sit, Iouis florē flammāq; inter uiolas cēseri, & sine odore esse: quod & Theophrastus itidē testatus est. Cuius floris nota omnibus figura est, lōge à corymbis diuersa: quibus hic & alij oēs chrysocomē florere dixerunt. In uiolis enim singuli flores singulis pediculis, & aliquādo ramulis nitūtur: in corymbis uero uno pediculo plures: Illi singulares & plerunq; grandiores: in his aceruus magis & ueluti grumus floꝝ q̄ flos aliquis est: licetq; in utroq; genere discrimina hæc passim uidere. Ex his cōstituendū est, propriū & aliud à uiolis genus habere chrysocomē, quā Plinius chrysitin uocari etiā ex eo ait, q̄ comātibus fulgore auri corymbis floret. Et hæ tantū plantæ huius legitimæ appellationes sunt: cæteræ falsò & ab imperitis illi accreuerūt. Qui enī potest amarāthos aut chrysanthemos dici flos, qui auri fulgore comātibus corymbis splendet? Cū amarāthus spica uerius purpurea q̄ flos sit: & chrysanthemus alius undiq; à chrysocome describatur, quē admodum non multo post à Dioscoride tradetur. Infœlix profecto ætas hæc nostra, quę nec antiqua in plātis seruauerit nomina, nec nouis appellare & nouisse eas gaudeat: patiaturq; sine honore aliquo nūc esse, quę in naturæ maiestate antiquitas admirata est: qualis chrysocome hæc fuit, nullibi nō in pratis & inculeis locis nascens, quā fœnisecæ cū reliquo fœno demetūt, cubitalibus magis q̄ dodrātalibus herbā surculis, ſisdem q; fere nudis, pilosis, & in summo comā quā hic nominat gerentē, flosculis plenā, coaceruatis & in globū conferctis, luteo colore. Quā cum uiderit aliquis, mirabit à pretiosiore omniū metallo factū ei nomē, quę nunc sine gratia & sine dignitate aliqua à pueris etiā negligat. Plinius radicē nigrā chrysocomes ait esse: hic gracilem, ueratri nigri modo. Reliquit uterq; aliquid quod ad integrā eius historiā pertineret: ille gracilitatem, hic colorē: sed ueratro nigro similē dicēs, colorē etiā dixit: sunt enim ueratri nigri radices graciles, ut hic in eo ostendet, & nigræ. Quod sequitur deinde, gustu non insuaui esse: κυπείρῳ ἴσων οὖσαν, non satis certum habet intellectum, præsertim uariantibus antiquissimis Græcis Latinis q; huius scriptoris codicibus: nec cypero sed cyparisso manifeste ostendentibus. Plinius nihil aliud quàm radice nigra, sapore ex austero dulci dixit. Nec nos satis censere audemus, utri ex duabus plantis illis in sapore magis respondeat. Relinquimus ideo hoc peritioribus cognoscendum, communiorem secuti lectionem.

περὶ χρυσογόνου. κεφ. χλή.

Χρυσόγονον. οἱ δὲ, χρυσόσπερμον. οἱ δὲ, δάσπιν. οἱ δὲ, ὀρίγανον. οἱ δὲ, ἀφροφθαλμὸν. ῥωμαῖοι ἀφιλάξια. φύλλα ἔχει ὅμοια σχοινίῳ. ὁ δὲ θάμνος ὀλίγος πυκνός. ἄνθος δὲ περιπλήσιον τῷ σεφανωματικῷ φλόμῳ. ῥίζαν ὁμοίαν ῥοπτύλῃ. ἔνδοθεν ἰσχυρῶς ἐρυθράν. ἔξωθεν δὲ μέλαιναν. ἡ ὀξυβόλῳ ὄξει λεανθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα μυκαλιᾶς δήγμασιν.

De Chrysogono. Cap. LIIII.

CHrysogonon. Sunt qui chrysospermon, qui daspin, qui origanon, qui ophthalmon. Romani arilariam uocāt. Folia habet quernis similia. Frutex densus est. Flos coronario uerbasco æqualis. Radix rapo similis, intus rubens, foris nigra. Concisa hæc & ex aceto posita, muris araneī morsibus subuenit.

INTERPRES.

QVale chrysogonon hoc sit, & unde facto illi nomine sic appelletur, nullibi legisse me memini. Cæteri etiam Græci, præsertimq; Paulus Aegineta, quo libro omnem numerat medicam materiam, chrysogoni huius ad medicinam nullibi meminit. Plinio itidem nulla inter plantas chrysogoni uox est: similem tamen chrysocomæ & alijs à colore auri appellatis nomen facit: & ex quo hic ipse ait, chrysospermon à quibusdam etiam uocari, conijcere licet, nō in flore, sed in semine auri colorem esse: idem enim chrysogonon & chrysospermō est, aurei scilicet seminis herba. Satis ex historia eius patet, qualis hic frutex sit, & qua notarum obseruatione deprehendi possit.

περὶ Ἐλιχρύσου. κεφ. χλθ'.

Ἐλίχρυσον. οἱ δὲ, χρυσάνθεμον. οἱ δὲ, καὶ τὸν ἀμάραντον καλοῦσιν. ὃ καὶ τὰ εἰδώλα σεφανοῦσι. ῥαβδίον λευκὸν χλωρόν. ὀρθόν. σφαιρόν. φύλλα σενά. ἐκ διασκιάτων ἔχον πρὸς τὰ τοῦ ἀβροτόνου. κόμιον κυκλοτερῆ. χρυσοφανῆ. σκιάδιον περιφερὲς ὡς πρὸς κορύμβους ἐκφυές. ῥίζαν λεπτήν. φύεται δὲ ἐν τραχέσι καὶ χαραδρώδεσι τόποις. βοκδεῖ δὲ ἡ κόμη σὺν οἴνῳ ποθεῖσα, δυσουρίαις καὶ ἕλκεσιν ὀφθαλμῶν δήγμασι, καὶ ἰχιάσι, καὶ ῥήγμασι. ☿ ἔμμηνα

De Heliochryso. Cap. LV.

HEliochryson. Sunt qui chrysanthemon: sunt etiā qui & hunc amarāthum uocēt. Romani quemadmodū & Græci heliochrysum & heliochrysum appellant. Ii simulacra deorū eo coronātur. Virga est breuis, recta, uirēs, solidaq;. Folia habet ex interuallo angusta, abrotono similia. Comā in orbē circūactam, aureū colorē ostendentē. Umbellā circinatā ueluti corymbos arescētes. Radicē gracilē. Nascit aspe ris locis & aquosis cōuallibus. Angustijs urinę, sciatis pentiū morsib⁹, coxēdicis doloribus, & ruptis opitulat heliochrysi coma cū uino pota. Mēses eadē trahit,

ἔχῃ. Ἓλ βρόμβῳ αἷματος φύσῃ τῶν κύστεως ἢ κοιλιακῆς σὺν οἰνομέλιτι πινομένη. ἴσχει δὲ καὶ κατάρροας ὅσον ξυβόλου νύσταλον ὀδόντα ἐμβαλὼν κεράμιον οἴνου λευκοῦ. σωτίδιον δὲ Ἓλ μετὰ ματίου ἔξωθεν τιθέντα αὐτά.

trahit, cõcretũq; in grumos in uessica & aluo sanguinẽ cũ mulso pota absumit. Destillationes à capite in subiectas partes cõpescit triũ obolorũ pondere, ieiunis in diluta uini albi potione data. Miscet eadẽ uestibus, integrasq; ab erosionũ noxis tuetur.

INTERPRES.

Helichrysum Plinius in historia pluribus locis: in medicina lib. xxi. ca. xxv. heliochrysum eandẽ aurei floris plantã appellat: habetq; utriusq; uocis certã primũ ex natura causam, tũ ex Græcis scriptoribus poëtas Theophrastũq; autores: quorũ illi helichrysum, hic uero semper heliochrysum in plantarũ historia nominat. Diuersitatis huius causa est, q; qui helichrysum uocant, aquosis & palustribus locis quæ Græci ἕλη dicunt, nascentẽ florem indicãt: qui uero heliochrysum, quoniã ἥλιος sol Græcis est, ad solis repercussum aurea luce fulgentẽ significãt: quæ illi natura est, nõ aliter q; multis alijs, quæ accedẽte solis luce colores suos uariant, & eos qui non sint, habere uidẽtur: quod hic significauit dicẽs χρυσοφανῆ, id est, quæ aureo colore & luce se ostendant. Sunt tamen qui utroq; modo enũtiatũ hunc florẽ à palustribus locis dictũ fuisse uelint: neq; ἡλιόχρυσον, in qua uoce sol est: uerũ ἑλιόχρυσον, in qua palustres loci audiunt, scribendũ esse, quibus literis in Theophrasto scripta etiã nũc ea uox plerunq; inuenitur. Sed nos in melioribus obseruauimus à sole id nomen factũ. Accedit q; naturæ causa, quæ illi est, ut Plinius ait, ad solis repercussum aurea luce fulgere, quod q; hic ait χρυσοφανῆ, id est, aureo colore uideri. Cuius euentus nõ nisi in sole causa est. Chrysanthemon eundẽ hic uocari à quibusdã ait, ab eodẽ auri colore, sed ex alio flore de quo mox dicetur accepta appellatione: quod sola nominis & coloris similitudo fecit. Addidit præterea amaranthũ ab aliq; bus helichrysum etiã dici, non quia spicatus flos sit qualis est qui proprie amaranthus dicitur, de quo in chrysocome dictũ paulo ante est: sed ab eadẽ longioris sine detrimẽto uitæ natura. Quæ enim proprie amaranthus à Græcis nominata est, spica ut præmonstrauimus uerius q; flos est, colore purpureo, sine odore, Augusto mense proueniens, in autumnũ durans: & qui, quod mirũ sit, postq; defecere cuncti flores, madefactus aqua reuiuiscit. Ideoq; antiquis hibernas faciebat coronas. Sũma tamen eius natura in nomine est, ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι, id est, quia non marcescit, à Græcis appellati. Ex qua naturæ ui hic etiã non ob similitudinẽ aliquã helichrysum uocari ait, quia scilicet, corymbi eius nunq; marcescunt: eamq; ob causam deorũ simulacra ad lõgioris tẽporis ornatũ hoc flore antiquitas coronabat: quod cunctis gẽtibus adeo tũc cõmune erat, ut hic inter notas eius dixerit esse helichrysum, quo deorũ imagines in tẽplis coronãt. Galenus amarãthi nomine ob eam quã diximus causam semper hunc uocauit, quẽadmodum & spicã illã purpuream: ideoq; diligentius ex uiribus & usu in medicina discernendus in eo utergh hic flos erit. Florere helichrysum Theophrastus uere ait una cum uiola nigra. Estq; locus ad extremũ sextum eius de plantarũ historia uolumen. Idẽ longius lib. ix. de eodẽ his uerbis egit: εὐδοκεῖ δὲ καὶ ἐάν τις ζῶσι ἑλιο χρύσου ἄνθος στεφανοῦντες μύρῳ ῥαίνων ἐκ χρυσίου ἀπύρου. ἴσχει δὲ ὁ ἑλιόχρυσος καὶ πρὸς τὰ διακιτὰ ἐν οἴνῳ, καὶ πρὸς τὰ πυρίκαυστα κατακαύσαντες καὶ μίξαντες μέλιτι: Quæ paulo minus q; omnia à Plinio reddita ijsdem ferè uerbis libro xxi. cap. xi. fuerũt. Et quorũ sit sensus: Gratiã & uitæ gloriã sibi etiã acquirit, qui helichrysi flore coronatus, unguẽto ex auro quod ignem nõ senserit se insperget. Habet aũt helichrysus florẽ auri colore, cãdidum foliũ, coliculũ tenuem & durũ: radicẽ in superficie terræ, eandẽq; gracilẽ. Vtuntur ea contra morsus uenenatorũ in uino. Vtuntur & ad ambusta, cinerẽ eius melle excipiẽtes. Nõ sunt quæ à Theophrasto dicũtur eadẽ penitus huic scriptori: ideoq; nos cõmentationibus nostris ea addidimus, ut ex duorũ scriptorũ diuersa historia & medicina deprehendendæ ueritatis, cognoscendiq; floris maior legentibus occasio fit. Habet hoc caput etiã in extrema coronide quod barbaro & nobis idem non sit, illic scilicet, quo loco hic ait: ἴσχει δὲ καὶ κατάῤῥουν ὅσον ξυβόλου &c. quod ab eo redditum est: Profluuia mulierum ponere &c. Videturq; ille in Dioscoride ῥοῦν tantum legisse: nosq; etiam Græcos uidimus codices, in quibus sine præpositione κατὰ simplex ea uox sit. Potuit etiam & Plinium habere editionis suæ ducem, libro xxi. ca. quirit, qui helichrysi flore coronatus, unguẽto ex auro quod ignem nõ senserit se insperget. Habet aũt helichrysus florẽ auri colore, cãdidum foliũ, coliculũ tenuem & durũ: radicẽ in superficie terræ, eandẽq; gracilẽ. Vtuntur ea contra morsus uenenatorũ in uino. Vtuntur & ad ambusta, cinerẽ eius melle excipiẽtes. Nõ sunt quæ à Theophrasto dicũtur eadẽ penitus huic scriptori: ideoq; nos cõmentationibus nostris ea addidimus, ut ex duorũ scriptorũ diuersa historia & medicina deprehendendæ ueritatis, cognoscendiq; floris maior legentibus occasio fit. Habet hoc caput etiã in extrema coronide quod barbaro & nobis idem non sit, illic scilicet, quo loco hic ait: ἴσχει δὲ καὶ κατάῤῥουν ὅσον ξυβόλου &c. quod ab eo redditum est: Profluuia mulierum ponere &c. Videturq; ille in Dioscoride ῥοῦν tantum legisse: nosq; etiam Græcos uidimus codices, in quibus sine præpositione κατὰ simplex ea uox sit. Potuit etiam & Plinium habere editionis suæ ducem, libro xxi. capite xxv. docentem, folia heliochrysi trium obolorum pondere mulierum profluuia in uino albo sistere: quæ tota scriptoris huius, si ῥοῦν legẽdum illic fuerit, summa est: Nos communiorem & meliorum in Græcis codicum fidem secuti, non ῥοῦν, quæ uox muliebres fœminarum fluctiones significat, sed addita præpositione κατάῤῥουν legimus: uertimusq; ex uocis illius captu & significatiõe: sistere helichrysum à capite in subiectas partes destillationes. Id enim catarrhus significat, ut in cinnamomo iampridem præmonstratum est. Habemusq; editionis nostræ autores primũ antiquiores & probatioris fidei Græcorum codices, mox Paulum Aeginetam: quem & si Plinio in cæteris non comparauerim, in medicina tamen non minus illi crediderim libro vi. in helichryso dicenti: καὶ πρὸς κατάῤῥοις βοηθεῖ: quo est: Potus etiam helichrysus catarrhis, id est, à capite in subiectas partes destillationibus prodest. Persuasit etiã sic locum uertere, & remedium docere, q; sola illic uox est ῥοῦν per se solum fluctionẽ indicans: quæ tamẽ multiplex esse potest. Cõsueuit præterea hic semper muliebres fluctiones ῥοῦν γυναικεῖον uocare, contracto adiectione illa ad fœminas malo.

Περὶ Χρυσανθέμου. Κεφ. χμ'.

Χρυσάνθεμον ἢ χαλκάς. Οἱ δὲ, χαλκῖτιν. οἱ δὲ, χάλκανθον. οἱ δὲ, χαλκάνθεμον. οἱ δὲ, ὀφθαλμὸν. ξυμαῖοι ἄκανθαν. Βοῦσκοι γὰρ οὐλεῖται. ἄφροι χάρτιον. Τὸ ξυφε

De Chrysanthemo. Cap. LVI.

Chrysanthemon. Sunt qui chaclam, qui chalcitin, qui chalcanthon, qui chalcanthemon, qui buphthalmon appellent. Thusci garuleum. Aphri curzeta. Romani caltam dicunt. Tenera & fruti-

ξάζης πόα. Δαμνοφόνης δέ. λείους ἀναφέρουσα καυλοὺς ἢ φύλλα πλυχιώδη. ἄνθη μήλινα. ἀχυρώδη σίλβοντα. ἢ ὀφθαλμὸν κυκλοτερῆ. διὸ καὶ οὕτως ὠνόμασαι. φύεται πρὸς ταῖς πόλεσι. οἱ καυλοὶ δ' αὐτοῦ λαχανεύονται. τὰ δὲ ἄνθη λεῖα μετὰ κηρωτῆς, στεατώματα λέγεται διαφορεῖν. ἰκτερικοὺς δὲ προσκαίρως εὐχροεῖν ποιεῖ ποθεῖσα μετὰ τοῦ ὑπὸ τῆς λουτροῦς ἀπὸ τῆς μακρᾶς διατριβῆς ἐξόμ.

ticosa tota herba est. Habent caules eius lēuorē. Folia incisuris diuisa. Luteos & egregij splendoris flores, instar oculi in orbem circulares: ob quā causam sic appellata est. Nascitur circa urbes: eiusq; caules oleorum modo in cibos admittuntur. Coacti cum cera flores chrysanthemi & folia, abscessus quos ab adipe Græci steatomata uocāt, discutere dicuntur. Reddit bonitatem coloris ad tempus suffusis felle chrysanthemus à balneo digressis, post longiorē in eo moram, pota.

INTERPRES.

EMendari, ut in carmine suo Martialis cecinit, hoc totū poterat & debuerat una litura caput, tā multa in eo obstrepunt, & legentes merito remoratura sunt. Dicetq; forte aliquis, nō tāti flores esse omnes, ex quibus Nil dat in corpus præter simulacra fruendū: ut debuerit tot horis chrysanthemus, siue hic sui generis flos, siue buphthalmos sit, siue quē uoluerit aliū quispiam à meliore agēda re alia & nos & alios distrahere: Nec æquo animo audiet, quæ nulla nouæ rei delectatione blandiri aut prodesse legentibus possint. Neq; ab re forsan. Quandò si tota æstimet res, uideri alicui possit eadē buphthalmo, id est, bouis oculo, de qua tertio uolumine actū est, chrysanthemos hæc esse, soloq; nomine ab ea differre: & quæ in historia medicina q; illius tradita sunt, paucis exceptis eadē, licet diuersis uerbis, in chrysanthemo hac legi. Nosq; aliquādo cogitauimus, quasi nulla esset chrysanthemus: aut si sit, eandē buphthalmo esse: nullā capitis huius habere rationē: & q̄d nullū in re esset, nullū in labore hoc nostro etiā fore: Sed in cōtrariā traxere partem chrysanthemi primū nomen, q̄d à buphthalmo aliud Dioscoridi & Plinio est: mox quæ in chrysanthemo alia à buphthalmo sunt: habere scilicet, caules eius lēuorē: folia incisuris diuisa: nō ut illa fœniculi figuras & capillata: postremo oleæ modo in cibos admitti: quod buphthalmo neq; à scriptore hoc neq; ab alijs tribuitur: & q̄d in medicina relinquendū nō est, buphthalmi foliis cū cera sanari durities tumoresq; chrysanthemo aūt priuatim steatomata. Accessit his etiā, q̄ qui nobis est, probatissimæ & antiquissimę fidei Græcus Dioscorides, multa toto hoc capite diuersa habet. Quā enim cæteri codices à Romanis acanthā uocari chrysanthemon ostendūt, ille caltam habet: Et quæ illi πλυχιώδη φύλλα, hic προχιώδη: quod q; in floris pictura passim legitur: καὶ ὀφθαλμὸν κυκλοτερῆ, in eo nō est. Sic etiā in medicina & remedijs, qui soli flores felle suffusis mederi dicūtur: in eo folia & flores legūtur. Tanta q; est uarietas, tāta q; ex uarietate suspicio oritur, ut esse chrysanthemon à bouis oculo aliā credamus: & quæ ex bouis oculo illi accreuerint, ab imperitis & ex similitudine diuersas plātas miscētibus, accreuisse. Variant em̄ in sermonis ductu rex q; serie, scriptoris huius exemplaria: & quò antiquiora sunt, eò certiorē coiunctura faciunt, fuisse quondā per se & adhuc esse chrysanthemon à bouis oculo diuersam. Accedit his Plinius etiā XXVI. uolumine cap. VIII. chrysanthemū priuatim nominās: perijsseq; huic capiti quæ propria chrysanthemi erāt: successisseq; illis ex bouis oculo, quę eius propria erāt facile crediderit aliquis: Plinius enim chrysanthemo ad uesicæ uitia utitur: quor nulla in hoc capite inter alia chrysanthemi remedia ratio habita est. Qualia obseruari à nobis hæc potuerūt, talia etiā docētur. Cupimus tamē cuncta à nobis hoc capite dicta, suspiciones cōiecturasq; nō decreta haberi: Neq; enim alio cōsilio dicta lōgius à nobis fuerūt, q̄ ut labore hoc nostro quicunq; is est, ad ueritatis eruscationē cæteri facilius proficiant. Qui illud etiā meminerint, credere nos cunctas chrysanthemo adiectas appellatiōes, à uoce illa chalca incipiētes alterutrā habere rationē & causam. Aut enim ob luteū medij floris colorē à simili & cōcolori æris metallo, quod Græci chalcon dicūt, factæ fuerunt: aut q̄d nos magis probamus, quoniā buphthalmo pariter & eadē chrysanthemos chacla à quibusdā credita & dicta fuerit, ex eo noīe cæteræ illæ omnes chrysanthemi appellationes corruptæ tamen fluxerunt. Vocari aūt buphthalmon chaclan, testis Alcman poëta est, cuius audiē adhuc uer siculus: χρύσειον ὅρμον ἔχων ῥαδινὰν περὶ παῖδι χάκλαν. Relictus is in buphthalmo à nobis, cui primū ea cōpetit uox, repetiē modo. Monemus præterea in chrysanthemo hac legētes, quā nos diximus chrysanthemi Romanā esse appellationē caltam, cōtra q̄ in græcis ferè omnibus legit, in quibus ἄκανθα est. Haud sane quia pro cōperto aliquid in calta nobis sit, sic dictā fuisse: sed quoniā acanthā Romanā esse uocē sciebamus, quæ græcis spinā significat: neq; in ea gēte etiā chrysanthemo cōpetere posse, quæ nullas à quoq; descripta est habere, neq; habet spinas: sed q; qui mihi sunt unus & alter uetustissimi & probatissimi oīm græci codices, nō acāthā, sed alter acaltā, alter caltā manifeste oñdebāt: Quę cū certa Romana esset uox, facile in se nos cōuertit. Credimus enim ex coloris saltē similitudine ad chrysanthemū Gręcam, Romanā caltam ab aliquo in scriptore hoc cōtractā fuisse. Et hæc pro nō satis certa re satis dicta sint. Dicemus in medicina nūc quæ nā Græcis medicis steatomata sint, q̄bus hic mederi flores & folia cū cera dixit. In gñe absscessuū à cunctis ea numerant: nomēq; illis ab adipe, quē græci στέαρ dicūt, factū fuit: nec aliud steatoma est, q̄ si latine dicas adipatio. Galenus in diffinitionibus suis ait: Steatoma esse adipis contra naturam collectū aliquo loco incrementū. Sciendū q; illud est, in toto hoc abscessuū genere, quot sunt clausæ & latentes in eis humoræ substātiæ, tot etiā græcis eoræ nomina esse: haud sane quia in illis substātiæ illæ sint, à quibus nomē inuenerunt: sed sola earæ similitudo. Dico aūt meliceridas, steatomata hæc, atheromataq;, & si qua alia his similia in græcis audiunt: nūc enim de steatomatis tātū sermo est & atheromatis, de meliceride enim actū iāpridē fuit: Quæ ut græce loquamur apostemata sunt, tuniculis clausa & contēta. Et quoniam quæ clauditur & continetur in illis caro aut carnosum corpus, mutata ex corruptione natura, modo adi-

στεατώματα Steatomata.

pescit,

pescit, modo pultescit, ideo hoc aut illo nomine cẽsetur: Dico aũt adipescere & pultescere in adipi aut pulti similem habitũ mutari: ideoq; illud steatoma, hoc atheroma à Græcis dictũ fuit. Est enim atheroma ab athera, qua uoce pultis triticea, aut ex alia fruge genus Græci uocabant, quasi pultatio. Quod genus idem Gale nus diffiniuit dicens, Neruosam esse tunicã atheroma, in qua pultaceus humor cõtinetur. Et ex hoc genere abscessibus steatomatis hic chrysanthemi folia mederi ait, eaq; discutere. Quod miretur aliquis, dicẽte Paulo Aegineta, in his omnibus medici consilium fore, discutere quod tunica illa continetur, aut medicamentis exedere, aut sectione auferre: quidam enim ex his tumoribus triplici hac ratione curãtur: hi scilicet, qui tenuiorem humorem continent, qualis meliceris est: aliqui duplici tantum ut atheroma, quod & sectione aufertur, & medicamentis exeditur: Aliqui una tantum, quale steatoma hoc est, quod nec discuti nec exedi potest, sed ad chirurgiam tantum referendum est. Atheroma

περὶ Ἀγηράτου. κεφ. χμά.

Γήρατον. Δάμνον ὅτι φυγαυώδης, αὐιδαμώδης, ταπεινός. ἁπλοῦς. ἐμφερὴς μάλιστα ὀρεάνῳ. σκιάδιον ἔχων. ἐφ' οὗ ἄνθος πεμφυλλῶδες. χρυσοειδές. ἔλαττον ἐλιχρύσου. ὠνόμασαι δὲ ἀγήρατον, διὰ δὲ ἐπιπολὺ τὸ ἄνθος καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ πυρωλικὸν. καὶ αὐτὴ ἡ ῥόα ὑποδυμιωμένη οὖσα ἄγλυκος. καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς ὑστέροις μαλάττει.

De Agerato herba. Cap. LVII.

AGeraton. Romani pariter Græcis ageratũ dicũt. Surculosus frutex & dodrãtalis ageraton est: humilis per terrã spargit, simplex, origano similis, umbellã habẽs in qua flos auri fulgore splẽdet bulbo; figura helichryso minor. Quoniã incolumis & sibi ipsi similis diu seruet nec senescat, ageraton dictus est. Habet decoctũ eius calefaciẽdi cũ feruore uim. Bibit herba hæc etiã ad ciendas urinas. Potest idem & suffitu: muliebres q; locos mollit.

INTERPRES.

OPrabilis agerati natura omnibus merito sit, si quod uox ipsa indicat, & hic scriptor de ea testat, nũq; aut sero senescat. Quid enim deus natura'ue homini fœlicius dederit, q; integra semper aut diu saltẽ ætate senectutis tam multa mala & incõmoda uitasse? Sed frustra id aliquis à natura petierit, quę in perpetuo motu stare nequeat: & cũ nõ possit in melius moueri, necessario in deterius ferat. Nescimus nos quatenus in agerato hac floris uita duret, herbam enim ignoramus. Sed licet diuturna ea sit, ut flos; tamen omniũ natura est, qui cito dilabunt, nõ adeò lõga esse potest. Nisi forte in flore hoc ratiocinet aliqs, omnia perinde ut cuiq; data sunt, pro rata parte uitæ lõga aut breuia dici: Nõ aliter q; naturales docẽt, ad Hipanim fluuiũ qui ab Europæ parte in pontũ influit, nasci bestiolas quasdã, quæ unã diem uiuãt. Et ex his eam quæ octaua diei hora mortua sit, prouecta ætate decessisse: quæ uero occidẽte sole, decrepita: multoq; magis sit etiã solstitiali die: Nec alia ratione non senescere ageratum, & ad multũ tẽpus incolumem sibiq; similẽ seruari florẽ eius hic dixerit. In Latinis sub hoc nomine nulla quæ nota nobis sit plantæ huius historia est, Græci uires discutiendi habere eam tradiderunt, & præter id leniter inflammationes arcere.

περὶ περιστερεῶνος.

κεφ. χμϛ'.

Περιστερεὼν λοξόφυλλος. ὁ δὲ, πεντατέριον. ὁ δὲ, ξυρώνιον. ὁ δὲ, βάνιον. ὁ δὲ, ἱερὰ βοτάνη. ὁ δὲ, φιλτροδότης. αὐτὴ δὲ καὶ περιστερὶς καλεῖται. προφῆται δὲ ἑρμαῖοι κρίσα καλλιάκεια. ὁ δὲ, φέρια. ὁ δὲ, ἑξάλις. ὁ δὲ, ἐξούπεδα. ὁ δὲ, ἕρβα σαγινάλις. φύεται δὲ ἐν ὑλώδεσι τόποις. δοκεῖ δὲ ὠνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰς περιστερὰς ἡδέως διατρίβειν ἐν αὐτῇ. ποία δὲ ἐστὶ παιθαμιαία ἔχουσα τὸ ὕψος ἢ μεῖζον. πέταλα ἐλλειπτικὰ μικρὰ. ὑπόλευκα. ἐκπεφυκότα ἐκ τοῦ καυλοῦ. μονόκλωνος ὡς πολὺ καὶ μονόρριζος. εὑρίσκεται. δοκεῖ δὲ τὰ φύλλα σὺν ῥοδίνῳ ἢ σταφυλοειδῆ χοιρείῳ νεφροὺς πρόσθεν ἐκκαθαίρειν. καὶ ἐρυσιπελατα σὺν ὄξει καταπλασθέντα. καὶ σκληρύνας ἐπέχει. καὶ τραύματα κοιλὰ, καὶ ἀπουλῆ τὰ παλαιὰ σὺν μέλιτι.

De Verbenaca recta. Ca. LVIII.

PEristereona. Lrectum. Sunt qui peristerion, qui trygonion, qui bunion, qui sacrã herbam, qui philtrodotem uocent. Aegyptij pempsempte. Magi Iunonis lachrymam siue mustelæ sanguinem, aut Mercurij itidem sanguinem. Romani cristam gallinaceam, feriam, trixalim, exuperam, & herbam sagminalem. Nascitur aquosis locis: creditur q; ex eo sic nominari, q; columbæ libenter inter eam uersentur. Dodrantali altitudine & aliquando maior herba est. Folia habet incisuris diuisa, albescentia, ex caule exeuntia. Singulari plerunq; caule & radice herba inuenitur. Creduntur folia uerbenacæ ex uetere suillo adipe apposita, muliebrium locorum facere indolentiam. Ipsa etiam ex aceto emplastri modo impositа herba, sacros ignes cohibet, & exedentia compescit. Vulnera eadem glutinat, & uetera ex melle ad cicatricem perducit.

INTERPRES.

NVlla in toto herbarũ cẽsu Romanæ nobilitatis plus habet q; uerbenaca. Vna enim hac domus purgabatur, lustrabatur familia, & Iouis mẽsa ad sacrificiũ & epulas uerrebatur. Vna autoribus Roma

ni imperij cõditoribus q̃ immẽsum quiddã dedit. Non aliunde sagmina in remedijs publicis, & in sacris legationibus uerbenæ, q̃ ex hac genti illi fuere: qua coronati ad hostes fœciales mitterẽtur: ideoq; sacra herba uulgo dicta & cognita. Romani uerbenacã, q̃ sola & per se uerbenas faceret, dixerũt: gẽtium iura & publicæ utilitatis causam secuti. Græci quibus nulli fœciales erãt, nec idem in legatis ritus, naturã contẽplati, peristereona nominauerũt, à colũbis, ut hic ait, facto nomine: q̃ hęc auis libenter inter eam uersetur. Vtraq; gens duo eius cognouit genera, diuersis tamen notis ea discreuerunt, Latini à sexu marem & fœminam: Græci à plantæ habitu, rectam & supinam dicentes. Addiderunt per tẽpora & ex alijs causis alias aliæ gentes appellationes. Romani etiã cristam gallinaceam dicere potuerunt, q̃ folia illi serrata sint, qualis in eaue cristatus apex ille est. Sic etiã herbam sagminalẽ: q̃ inter sagmina primũ hæc honorem haberet. Relinquimus quid sagmina sint docere, quia uerbenæ etiã: quoniã in Latina re iampridẽ omnibus hæc nota sunt. Habuit & alias in posterioribus Latinis appellationes uerbenaca, quarũ numerauit aliquas Apuleius in cõmentariolo illo de herbis: numerauerũt & alij: quę quoniã à Barbaro repetitę lõgius in Corollario suo sunt, à nobis relinquuntur. Multæ laudis & magni nominum ambitus herba hæc semper fuit: multis q̃ locis religione consecrata: quod raro factum historia & experientia ostendit in his, quæ natura omnibus cõmunia fecit: qualis uerbenaca hæc recta est, nullis non fere locis nascẽs, & rusticæ plebi ubiq; nota.

περὶ ἱεροβοτάνης. κεφ. χμγ'.

πορισερεῶν ὑπήνιος. ὀι ἦ, ἱερὰν βοτάνην.

Ἱερὰ βοτάνη. ὀι ἦ, περισπερεῶνα. Ἕτοι ἦ, ἠερυθρόιον. ὀι δὲ, χαμαίλευκον. ὀι ἦ, σιδηρῖτιν. ὀι δὲ, κουρῖτιν. ὀι δὲ, φερσεφόνιον. ὀι δὲ, διὸς ἡλακάτην. ὀι δὲ, δίχεω μον. ὀι δὲ, κάλλιστον. ὀι ἦ, ἱππάριστον. ὀι ἦ, δημητριάδα. αἰγύπτιοι πεμφθενφθάμ. πυθαγόραι ἐξυσίσκηπτρον. ῥωμαῖοι κιγκινάλιν. Καλέσαν. ἑξάδους ἀνίσους πηχυαίους ἢ μείζονας τωνιωδεῖς. περὶ δὲ τὰ φύλλα ἐκδιασκάπτωρ ἐοικότα δρυΐ. πλείω σφόδρα ἢ πονα. ὑπερμήκη δέ. τὰ κύκλῳ ὑπόγλαυκα. ῥίζαν δὲ ὑπρμήκη. λεπτὸν. ἄνθη πρασοειδέ. λεπτά. ταύτης τὰ φύλλα μὴ ῥίζα πρὸς ὀμφα μετ' οἴνου μὴ καταπλασσόμενα, πρὸς πρὸς ἕρπετά. πρὸς δὲ ὑκτερον τὰ φύλλα ὅσον ὁλκὸν μετὰ λιβανωτοῦ βοιβόλου, σὺν μοίνου παλαιοῦ κοτύλῃ μιᾷ νήστει ἐφ' ἡμέρας μ'. πινόμενα. οἰδήματά τε χρόνια καὶ φλεγμονὰς καταπλασθέντα πραΰνει. ἑψηθὲν δὲ ὅλη σὺν οἴνῳ, ἕλκη καθαίρει ἐφθεῖσα δὲ ὅλη σὺν οἴνῳ, ἕλκεα τὰς ἐν περιθήλοις περιπέτειας νομὰς τὰς ἐν σώμασι ἀναγαργαλίζουσι ἐξίσησι. ἁλυκόμενόν τε ἐν συμποσίοις τὸ ἀπόβρεγμα, εὐδιαπωτοτέρους ἰσορρεπῆ ποιεῖ. δίδοται δὲ ἐπὶ ταῖζουσι πρὸς τὸ τρίτον γόνυ ἀπὸ τῆς γῆς σὺν τοῖς πεπικεμένοις φύλλοις. τεταρταίζουσι δὲ τὸ τέταρτον. καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἱερὰν βοτάνην διὰ τὸ εὔχρηστον ἐν τοῖς καθάρμοῖς εἶναι εἰς πρόμματα.

De Verbenaca supina. Cap. LIX.

PEristereona supinum. Sunt qui & hanc sacrã herbã nominent, ⌊ qui erigẽnion, qui chamæleucon, qui sideritim, qui Curitim, qui Persephonion, qui Iouis colum, qui Demetriada appellẽt. Aegyptij pemphtemphtham. Pythagoras eryfisceptrum. Romani cincinnalẽ herbam dicunt. ⌋ Cubitales uerbenaca hæc profert uirgas, aliquando etiam maiores & angulosas. Circa quas folia sunt per interualla quernis similia: angustiora tamen minoraq;: sed per ambitum secta: colore quadantenus glauco. Radicem habet oblõgam gracilemq;: Flores purpureos tenues q̃. Aduersantur serpentibus folia huius uerbenacæ: in quem usum bibenda dantur, aut emplastrimodo imponuntur. Bibuntur cõtra fellis suffusiones eadem folia utiliter drachmæ pondere cum rhuris obolis tribus, & uini ueteris hemina una ieiunis quadraginta diebus. Quinetiam ueteres tumores & inflammationes leniunt emplastri modo imposita: & sordida purgant ulcera. Ipsa etiam tota herba cum uino tonsillarum crustas erũpit, & oris depascẽtia ulcera gargarissata compescit. Fertur triclinijs insperſum uerbenacæ dilutum, lętiores conuiuas facere. Datur contra tertianas bibendus cum adiacentibus folijs tertius à terra geniculus eius: cõtra quartanas uero, quartus. Sacrã herbã uerbenacã ideo uocant, quoniã fœlicẽ habeat usum in lustrationibus suspẽsa alligata ue.

INTERPRES.

SVperiorem uerbenacam Græci, q̃ recto caule riget, rectam: hanc, q̃ deiectis in terrã ramulis quasi iacet, supinã uocauerũt. Nec solũ inter eas hoc discrimen obseruatũ ab illis est, sed ut ex utriusq; historia licet cognoscere, plura alia sunt, quibus inter se disconueniãt: præsertim q̃ numerus & lõgitudo ramulorũ. Quod idem ambabus est, & quod cognomines eas fecit, foliorũ figura, & in foljs pares incisuræ sunt. Vidimus nos quã nunc rectã uerbenacã dicunt, multo maiore altitudine q̃ dodrantali: Contra q̃ supinã longe breuioribus q̃ cubitalibus uirgis: & in utraq; quod in scriptore hoc nõ legitur, quadrangulis ramulis: Rectam itidem singulari caule, sed non singulari radice: nisi hic unam eius radicem forte dixerit, quæ crassior alijs est: cæteras uero fibras & capillamenta magis q̃ radices esse uoluerit. In utraq; autem, quod pauloante diximus, eadem serrata & quernis similia folia sunt. Visæ q̃ nobis plantæ hæ sunt magis ad Plinij q̃ ad scriptoris huius picturam accedere. Fuerunt quondam, ut Plinius idem testatur, &, ut licet ex tam multis nominibus quæ in scriptore hoc legũt cõijcere, magis in magno honore uerbenacę: qui omnia ad suspẽdendos

uana

uana superstitione plebis animos, diuina ratione aliqua augentes, multũ illis detulerunt. Credímusq; nos quod in extremo capite legitur, illatã triclinijs alterã uerbenacã hanc, lætiores cõuiuas facere, & in lustranda familia purgandisq; domibus suspendi eam & alligari, ex eorũ disciplina & cõmentis fuisse. Poterunt plura cognoscere in huiusmodi re uolẽtes, Plinij xxv. uolumine capite nono audire. Nos interim monebimus, ἐνπλεων id est, crustas in tonsillis frangere & erũpere. Ignoramus enim mali genus hoc. Scimus quidẽ inflammari locum, sed fieri in interiore illa parte escharas, ut proprie escharà à medicis dicitur, nullibi hactenus legisse me memini. Censebunt certius medici quale quod hic dixit intelligendũ sit. Nos seruata uocũ significatione tonsillarum crustas erumpere diximus.

περὶ Ἀστραγάλου. Κεφ. χμδ'.

Ἀστράγαλος. Οἱ δὲ, χαμαισύκη. οἱ δ' ὄνυξ. οἱ δὲ, γατάλης. ῥωμαῖοι πίνυμ τρίβολον. ὁμοίως φίκουμ τέρραι. οἱ δὲ, γλάνδουλαμ. οἱ δ', τιτύμαλον. ἀστράγαλος. θαμνίσκος ὀξὺ μικρὸς ἐπὶ γῆς. φύλλοις μὲν κλωνίοις ὅμοιος ἑρεβίνθῳ. ἄνθη πορφυρᾶ. μικρά. ῥίζα δ' ὑπέστι σφογγύλη ὡς πρὸς ῥάφανος εὐμεγέθης. πρὸς αφυάδας ἔχουσα σφόδρα μελαίνας. σκληροτέρας ὡς κέρατα αὖπε πεπλεγμένας ἀλλήλαις. σφόδρα συμένῳ συστικάς. φύεται δὲ ἐν ἐναιρέμοις καὶ συσκίοις, καὶ χιονιζομένοις τόποις. πρὸς δὲ ἐν μέμφεσι φοινικίας. ἴσκουσι δὲ κοιλίαν ῥύμαλιζομένην ἐν οἴνῳ ποθεῖσα ἡ ῥίζα, κλύζει τε μὴ οὖσα ποιεῖ, μὴ πρὸς παλαιὰ ἕλκη ξηρὰ ἰᾶται παρομένη. μὴ αἷμα ἴσχει. κόπτει δὲ σφόδρα διὰ τὸ σφόδρα αὐτῆς.

De Astragalo herba. Cap. LX.

Astragalon. Sunt qui chamæsyceŋ, qui onycha, id est, unguem, qui galatem, Romani pinum tribium, ficum terræ, glandulam & nonariam uocant. Paruus breuisq; frutex astragalus est: Spargitur per terram ciceri foliis & ramulis similis. Flores habet purpureos paruos: radicem rotundam, ualde grandem, raphano similem, nigris adnatis multis durisq;, cornu soliditate sibi inuicem implicitis: adstringente gustu. Nascitur uentosis & niualibus locis, copiosa'que in Arcadiæ Phæneo. Sistit radix in uino pota fluentem aluum. Vrinas eadem pellit. Facit ad uetusta ulcera quibus trita inspergitur. Quinetiam sanguinem sistit: sed ob id duritiem suam difficillime tunditur.

INTERPRES.

EX Arcadia si forte adhuc nomine hoc illic cognoscitur, astragalus repetẽda: Italiæ enim aut nulla aut tem rara modo est, ut à nullo cognoscatur. Nomen illi, ut uidetur, radix fecit, rotunda duraq;, & ob id animalium talo similis: id enim astragalus Græcis est: à quo gbus pueri quondã luderẽt, nõ cubi tesse ræ' ue dicti sunt, sed tali quibus Ganymedẽ & Cupidinem Apollonius finxit in cœlo colludentes: & Plinius astragalizontas Polycleti opus appellauit: in quo si Apollonij carmẽ lib. III. in Medeę amorib⁹ diligẽter aliquis ludiq; genus obseruauerit, uictoriæ pręmiũ potius q̃ fortunæ & ludi instrumentũ astragalos esse intel liget. Locus in eo poëta uidendus his, qui in antiquitatis cognitione diligentiores haberi uolunt. Cur autem astragalum hanc chamæsycen Græci, Latini uero ficum terræ dixerint, in chamæsyce certius intelligetur: Radicis enim similitudo cognomines diuersas alioqui plantas fecit. Vocarunt prętereа ab eadem rotunda crassitudine Romani glandulam, manifesta rei indicatione. Nasci eam nos in Phęneo Arcadiæ, non in Memphi diximus: quoniam nulla est Memphis Arcadię. Et Plinius in Phæneo prouinciæ eius oppido nasci testatur: & præter Plinium uetustissimi & optimi græcoŋ codices ἐν φαινῷ adhuc habent.

περὶ Ὑακίνθου. Κεφ. χμέ.

Ὑάκινθος. Οἱ δ' ἐλωνιάς. οἱ δ', πρὸς φυσαιθές. ῥωμαῖοι βάκκαμ. οἱ δὲ, οὐλκίνυμ. φύλλα ἔχει ὁμοια βολβῷ. καυλὸν ὠοειδαμαλακόν. κόμην ἐπικειμένην κυρτὴν, ἀνθηρὰν πλήρη πορφυρᾶς, ῥίζαν μὴ αὐτὴν ἐμφερῆ βολβῷ. Ἡ δὲ σὺν οἴνῳ καταπλασθεῖσα ἀλθικῶς ἐπὶ παιδὸς ἀνώδυνος τηρεῖν πεπίσευται. ἴσκει δὲ μὴ κοιλίαν. μὴ οὖσα ἄγει πρόθεσα. μὴ φαλαγγίων δήκτας ὠφελεῖ. ὁ καρπὸς δὲ συστικώτερος ὢν, μὴ αὐδὲ θηριακοῖς ἁρμόζει. ἵκτερον δὲ πάρεστι καὶ αἱσὶ σὺν οἴνῳ πινόμενος.

De Hyacintho. Cap. LXI.

Hyacinthon. Sunt qui heloniada, qui porphyranthes. Romani uaccinium dicũt. Bulbo similia uacciniũ habet. Caulem cui superincurrit lẽuor dodrãtalẽ, minimo hominis digito graciliorẽ, gibbosam comã sustinentem, purpureo flore plenam: Radicem & ipsam bulbosam: quę infantibus ex uino albo emplastri modo imposita, pubertatẽ coërcet, nec patitur erumpere. Sistit eadem pota aluum. Vrinam cit, & phalangiorum morsibus subuenit. Semen maiore adhuc adstringendi ui cœliacis succurrit. Purgatq; cum uino potum fellis suffusiones.

INTERPRES.

Νῦν ὑάκινθε λάλησ τὰ σὰ γράμματα. Libet enim Græci poëtæ uersiculo florem nunc alloqui: precariq; hominem quondã, ut suas modo nobis literas resonet: Nõ fabulosas illas, quibus in poëtis inscripti nomi-

na regum Naſcũtur flores: Nec quibus litera cõmunis mediſs pueroꝝ uiroꝝ inſcripta eſt foliſs, hæc homi-
nis, illa querelæ: ſed quibus ex antiquoꝝ hiſtoria liceat modo tanti nominis quondam florẽ cognoſcere:
præſertim cœleſtis numinis Hyacinthũ appellãte eum Columella ſui operis x. uolumine capite IIII. Quod
noſtra ætate paꝝ facile eſt, mixtis, mutatis, & ad alia tranſlatis antiquis reꝝ appellationibus, eouſq; ut Pal
ladius primo ſui operis uolumine cap. XXXVII. Hyacinthum cũ iride his uerbis miſcuerit: Hyacinthum qui
iris uel gladiolus folioꝝ ſimilitudine dicit. Obijciet forte mihi hoc loco aliquis, non eſſe multũ Palladio tri-
buendũ: nec poſteriori ſcriptori, & qui degenerante iã decliuiq; Latini ſermonis cãdore ſcripſerit, cõtra anti
quoꝝ dicta fidẽ habendã. Multa enim in eo ſunt, præter multa etiã cõtra Romanoꝝ uocũ proprietatẽ digni
tatẽq; Fatemur id nos, concedimusq; : non tamen adeo negligendus ſcriptor, nec tam longo interuallo ab
antiquitatis candore illo diſtans, ut non ueſtigia ſaltem in eo & cõiecturæ aliquæ ſuperſint, quibus depre-
hendi antiqua ueritas poſſit: accedentibus præſertim melioꝝ & antiquioꝝ ſcriptoꝝ teſtimoniis aliquibus,
& reꝝ neceſſitatibus. Cogitandũ illud etiã in nominũ mutationibus, quæ quotidie à gentibus fiunt: ſic ple
runq; priora nouis cedere, ut aliquæ ſemper ſuperſint in nouitate uetuſtatis reliquiæ, aut mutationis ſaltem
cauſæ in illis intelligantẽ. Neq;, ut inquit Heſiodus, penitus uanam perire famã illã, quã (ut ipſe ait) multe fa-
migerant gentes. Isq; ego ſum qui nõ facile perſuadear, quæ de iride & Hyacintho dicta à Palladio eo loco
ſunt, temere penitus dicta exiſtimari debeant: Sed ut in huiuſcemodi fit, mutata penitus nominis portus
q; rei æſtimatione, quod fuerat cõmune iridi & alteri flori Hyacinthi nomen aliquando, quo tẽpore illeſcri
bebat, ad ſolã irim contractũ fuiſſe. Vtorq; ad hanc rẽ huiuſcemodi cõiecturis: Columellę primũ autoritate
qui eo quo diximus libro & capite de apium paſtionibus agens, & quibus floribus præcipue gaudeant &
generoſum mel cõficiant, inter cætera Hyacinthũ numerauit: addiditq; cœleſtis numinis: quæ duæ uoces
in graui ſcriptore nõ aliã ut credimus habẽt rationẽ, q; ut Hyacinthũ, quẽ ille apibus circa aluearia cõſeri iu-
bebat, ab alio uulgariq; Hyacintho & inutili apibus, ea honoris nota diſtingueret: Appellaſſeq; Hyacinthũ
cœleſtis numinis, quẽ Palladius dixerat Hyacinthus q iris & gladiolus dicit: neq; immerito male uetrim Hy
acinthũ cœleſtis numinis dixiſſe credi poteſt, quãdo iris cœleſte numen eſt, lunonis nũtia, & inter cœleſtia
phænomena ex admiratiõe hominũ diuinitatis particeps. Nec aliud iudicio noſtro intellexiſſe ea nota Co
lumella uidet, q; nõ eſſe ſimpliciter Hyacinthũ circa aluearia cõſerẽdũ: ſed Hyacinthũ cœleſtis numinis, id é,
is qui cœleſtis numinis noie etiã indicat. Ratiocinariq; (ſi ſic intelligẽdus Columella ſit) oportet, cõmune
Hyacinthi quõdã nomẽ & iridi & Hyacintho priuatim dicto fuiſſe. Nec tm̃ duobus his floribus ſed figura
iridi ſimilibus, licet colore diuerſo pleriſq; aliis. Quod ex eodẽ Columella in carmine ſuo manifeſte cogno-
ſcit, cũ ait: Nec nõ uel niueos uel cœruleos Hyacinthos: quo colore flores Hyacinthi noie indicari ꝓprie nõ
poſſunt. Siqdẽ purpureo flore Hyacinthus, nõ cãdido aut cœruleo eſt. Credimusq; nos in Hyacinthis quõ-
dã eueniſſe, q̃d in uiolis: in qbus quẽadmodũ in iaſme primo uolumine teſtati ſumus, figura floris q; forma
nõ color genus faceret. Sed hoc latius patet q; res noſtra mõ exigit. Quærimus em̃ an cognomines quõdã
iris & Hyacinthꝰ fuerint: Poterat q; ſatis eſſe q̃d ex Palladio & Columella dictũ hactenꝰ fuit. Quibꝰ, niſi uere
rer maiorẽ q; forte deceat genti noſtræ antiqtatis memoriã & obſeruationẽ tribuere, dicerẽ ſup eſſe adhuc
in gẽte noſtra ancipitis & antiquę illius appellatiõis nõ negligẽda indicia. Siqdẽ paꝝ deflexa ab Hyacintho
antiqua uoce irim Florentia adhuc paſſim Hyacinthiolũ nominat: nec alio nomine in iride nũc plebs & offi
cinę omnes noſtrę utunt̃. Sed uetuſtioribus & certioribus indicijs docere id conamur: nõ eo tamẽ cõſilio &
animo, ut miſcere cũ Hyacintho iridẽ cogitemus: & quæ duo ſunt, in unũ cõtrahere: ſed ut quæ ſcribimus,
gẽtiũ in duoꝝ floꝝ uocibus placita fuiſſe aliquãdo oñdamus. Niſi em̃ ſic fuiſſe quõdã cogitauerimus: qui
poterit in Hyacinthi floris deſcriptione quotidianæ rei gnarus haberi Naſo, qui liliq; forma Hyacinthi florem
aperte deſcripſerit dicẽs: Ecce cruor qui fuſus humi ſignauerat herbas, Deſinit eſſe cruor, Tyrioq; nitentior
oſtro Flos oritur, formãq; capit quã lilia, ſi nõ Purpureus color his, argenteus eſſet in illis. Formã habere lilij
Hyacinthũ Naſo ait. Falſumq; id in eo Hyacintho erit q à Dioſcoride hoc loco deſcribit. Siquidẽ calathi figu
ra florẽ liliũ habet: Hyacinthus uero hic, comã flore plenã: quæ cõparari inuicẽ notæ nõ poſſunt. Lilij formã
nouerũt omnes. In floribus uero comã ex humani capilli & comæ figura ratiocinari facile eſt: longã dein-
ceps eoꝝ ſeriem & multoꝝ ſimul cõgerię. Ex quibus colligi illud oportet, aut male Hyacinthũ lilio cõpa-
raſſe poẽtã: aut, ſi lilij figura Hyacintho tribuenda eſt, nulla aptior q; iridis erit. Foliis em̃ amplitudine q; ſua
ſimilis illi præ omnibus aliis eſt. Accedit his quod Vitruuius libro ſuæ Architecturæ ſeptimo de coloribus
agens in uaccinio fieri iubet: cui ſimile noſtra ætate pictores in iride faciunt. Verba eius ſunt: Itaq; pictores
cũ uolũt fil Atticũ imitari, uiolã aridã conijciẽtes in uas cũ aqua, cõferueſcere faciunt ad ignẽ: Deinde cum
eſt temperatũ, conijciunt in ahenũ, & inde manibus exprimẽtes recipiũt in mortariũ ex uiolis aquã colora-
tam: & eo cretam infundentes: & eam terentes efficiunt ſilis Attici colorem. Badẽ ratione uaccinii tempe-
rantes & lac miſcentes, purpuram faciunt elegantem. Quod licet ratione hac pictores noſtri non faciant:
exprimũt enim ex foliis ſuccũ: idẽ tamẽ color efficit. Dicet hoc loco aliquis cõtra Naſonẽ, nõ ſemp naturæ
reſpõdere poẽtaꝝ teſtimonia: quod nos etiã fatemur. Nec dicere Vitruuiũ ex iride purpurã illã elegãtẽ, ſed
ex uaccinio qui Hyacinthus eſt, iridi cõcolor fieri: Neq; ſcriptoris eius dicta ad rem noſtrã fidei aliq̃d affer-
re. Fatemur & hoc etiã. Verũtamen in quotidiana & uulgari re nõ ſpernenda, deficiẽtibus aliis quoq; cunq;
ſcriptoꝝ teſtimonia: Et quod ad Vitruuiũ pertinet, poſſe in eo uaccinii, q̃d nomẽ Latinis Hyacinthũ referr,
ad iridem ſi Hyacinthus ad eam referat, pariter referri. Teſtatus præterea Pliñius eſt lib. XXI. Hyacinthũ exi
mie in Gallia prouenire: quod in iride ueꝝ eſt. Nullibi em̃ ſpecioſior ob regionis frigiditatẽ prouenit. Scimus
quidẽ nõ colligi ex his quod ſuſpicamur, cognomines potuiſſe quondã duos flores eſſe: Ad eam rem tamẽ
cõiecturæ aliquæ ſunt: quæ licet ueritati ubiq; non reſpondeãt, præuiæ tamen & ueluti duces ad inuenien-
dã eam homini aliquãdo ſunt. Nec nos alio cõſilio eas collegimus, q̃ ut pro Hyacintho moneremus q̃ uagũ
in antiquis ſcriptoribus nomẽ eius fuerit, q facile diuerſus ab iride deprehẽdit, radice quæ illi bulboſa eſt, cũ

iridi

iridi torosa & geniculata sit: Scapo qui gracilis Hyacintho est, iridi uero crassior: Folijs quæ in illa gladioli sunt, in hoc bulbi: & post omia flore, qui in iride singularis: in singulis caulibus lilij amplitudine floret, in Hyacintho paruus, comosus & à medio caule ad summũ cõferctus. Facilis inuẽtu flos & his notis passim in aruis & segetibus cognoscẽdus. Floret primo uere cũ uiola nigra, nulla elegantiore specie q̃ colore, qui illi nigricantis purpuræ est: ob quã causam (neq; enim dixisse iterꝫ id inutile fuerit) nunq̃ ego crediderim in tãto fabularꝫ ambitu fuisse tam negligẽdũ florẽ: in quo nulla literarꝫ uestigia, nec linearũ notæ aliquę cognosci possunt. Et hæc pro Hyacintho satis hactenus dicta sint: ex quibus colligisse id satis sit, potuisse quondã ob ea quę hactenus diximus, Hyacinthi nomẽ pluribus floribus, & inter eos iridi cõmune esse: licet diuersi generis plantæ, diuersas etiã notas ostendant.

περὶ μήκωνος ξοιᾶς. κεφ. χμς'.

Μηκωνὶ ξοιᾷ. Ἔστι δὲ, ὀξύτερον. ἔστι δὲ καὶ παπαβρᾶλις. ἀντίπτοινα ντί. Ἐνόμασαι δὲ ἀπὸ τοῦ ταχέως τὸ ἄνθος ἀποβάλλειν. φύεται ἐν ἀρούραις. Ἐν κριθαῖς. ἔανθος. ὅτε καὶ συλλέγεται. ἔοικε δὲ τὰ φύλλα ὀρίγανῳ, ἢ εὐζώμῳ, ἢ κιχωρίῳ, ἢ θύμῳ ἐπεχόμενα. μακρότερα δὲ καὶ τραχέα. καυλὸν δὲ χονδρώδη. σφαιρωτὸν. ἔχων ὡς πήχεως. ἄνθος φοινικοῦν. ἐνίοτε δὲ καὶ λευκὸν ὅμοιον ἴῳ. ἡ δὲ ἀγρίας ἀνεμώνης. κεφαλὴ δὲ προμήκης. ἤτοι μὲν ῥιζὴ ἡ ἀνεμώνης. κέρας πυξίδος. ῥίζα ἐπιμήκης. ὑπόλευκος, δακτύλου ἔχουσα μικροῦ πάχος. πικρά. Ταύτης τὰ κεφάλια πέντε ἢ ἕξ'. μετ' οἴνου κυάθων ξηρὸν ἐφθήσας ὡς εἰς ϛ'. Ἢ ἕνα ἀγαγὲν μπόζιε οὗς ὧν βούλει ὑπνῶσαι. ἢ δὲ σπέρματος πρὸς ὅσον ἐξύβαφον σὺν μελικράτῳ, κοιλίαν ἧπίως μαλάσσει. μίγνυται δὲ καὶ μελιτώμασι καὶ ἠρίοις πρὸς τὸ αὐτό. τὰ δὲ φύλλα σὺν ταῖς κοδίαις καταπλασθέντα φλεγμονὰς ἰᾶται. καὶ τὸ ἄνθος τὸ αὐτὸ ἀνθλιβὲν, ὑπνοποιόν ἐστι.

De Erratico papauere siue Papaueralide, quod Græci rhœada papauer dicunt. Cap. LXII.

MEcona rhœada. Sunt qui oxygonon. Aegyptij anti. Romani papaueralidẽ dicũt. Protinꝰ deciduũ florẽ papauer hoc amittit: eãq; ob causam id nomen inuenit. Vere in aruis & in hordeacea segete nascit: quo tẽpore etiã decerpit. Folia habet origano erucæ ue, aut cichorio, aut thymo similia, incisuris diuisa, lõgiora illis tamẽ & aspera. Caulẽ lanuginosum, asperꝫ, altitudine ferè cubitali. Florẽ puniceũ & aliquãdo cãdidũ, sylueſtris anemones flori similẽ. Caput illi est oblongũ, minus tamen q̃ anemones. Semen ruffum. Radix oblõga, albicãs, humani minimi digiti crassitudine & amara. Papaueris huius quinq; sex ue capita in uini cyathis tribus decocta, usq; dũ duæ tantũ partes, aut altera superfint, bibẽda his dant quos sopire uolueri mus. Semẽ uero acetabuli mẽsura cũ mulsa aqua ad molliendã leniter aluũ utiliter bibit. Addit idẽ in mellita dulciaria q̃, in eũdẽ usum. Medent inflã matiõib⁹ cũ uasculis suis folia emplastri mõ impo sita. Quinetiã insp̃sum eorꝫ decoctũ soporiferꝫ est.

INTERPRES.

COmparantur in scriptore hoc inuicem papauer erraticũ hoc & anemone, de qua secundo uolumine à Dioscoride & à nobis actũ lõgius est: &, ut in similibus fit, quorum reciprocæ notæ sunt, papaueri huic eadem dicta & credita anemone est: anemone q̃ contrà papauer hoc. Illa agreste nigrũ q̃ papauer & meconium uocari dicta est: hoc manifeste sylueſtri anemone simile dicit: præsenti nec negligẽda dubitatione, quales duo hi flores sint, quibus locis inueniẽdi, quibus q̃ nominibus priuatim indicãdi: & quod tota hæc res modo exigit, quod nam papauer hoc erraticũ sit. Diximus in anemones cõmentationibus nostris lõgius, quę tũc pro illa dici potuerunt. Inter q̃ p̃cipuũ illud fuit, nõ uideri nobis priuatim anemones uoce rubrũ papauer (sic enim modo erraticum hoc appellamus) indicari posse: Quoniã quæ de anemone in antiquorꝫ cõmentarijs legerẽtur, rubro papaueri non omnia cõpeterẽt: ideo q̃ credere nos, aliam ab illo anemonem esse. Vsq; post multa alia ad eam rem sumus capitis huius, & in eo erratici papaueris historia & descriptione: quæ tota eius esse floris manifeste cognoscit, qui russo colore & aliquando candido, paucissimis folijs, sed his amplioribus quocunq; pulsu & iniuria deciduis in triticea & hordeacea segete Maio p̃ sertim mẽse floret. Nihil enim naturæ exẽplari illi in hoc scriptore deest, q multa breuitate cõplexus omnia est: deciduũ protinus florẽ, uernos ortus, natalẽ locum, arua & segetes, & quæ alia illi ab eadem natura accepta adscribuntur: quod q̃ animaduertat aliquis, sponte sua nasci: cum plerunq; papauer omne satiuũ sit. Quod solum afferri contrà possit, credi q̃ utilius aliquod papaueris hoc genus esse illud est, quod hic ait: Quo tẽpore etiam colligitur: cuius laboris & opere nulla est in erratico hoc nostra ætate ratio & usus. Sed non est ex usu hominum ratio in natura accipienda: mutantur enim quotidie quæ homines agunt: placuit q̃ quondam quod nunc in nullo honore est. Rursus q̃ multa in honore modo sunt, quę futuris seculis aut nulla aut inutilia habebuntur. Præterea si seruandum semen eius ad medicinam & dulciaria fuerat, tũc legi oportebat cum maturuisset. Meminisse illud etiam necesse erit, cũ ab anemone diuersum papauer hoc ostẽdere aliquis cogitabit, in toto papauerum genere florem in purpureo candidum esse: abundare q̃ in eo candorem, in hoc autem russum, aut album colorem totum esse: In hoc oblongum caput describi, breuius q̃ & minus q̃ in anemone. Quod si recipiendum est, manifeste indicat papauer hoc in aruis & segetibus nascens illud esse: nullum enim inter papauera omnia minore capitulo est. Quod intelligens Theophrastus, magnitudine humani unguis esse dixit, Meminerit etiam in anemone pluręs numerari colores: in hoc au-

tem duos tantum, ruffum & candidum: & ne longiores ſimus, plura alia inueniet diſcrimina, quæ collata inuicem duoꝝ floꝝ duplici hiſtoria facillime deprehendentur. Nos interim ex Theophraſto lib. IX. de plantaꝝ hiſtoria monebimus, iſdem notis omnibus idē hoc papauer & his uerbis deſcribi: ἑτέρα δὲ μήκωνος ῥοιὰς καλοῦσιν, παρομοίας κιχωρίῳ ἀγρίῳ, διὸ καὶ ἰδεῖν, ἐν ταῖς ἀρούραις δὲ φύεται, καὶ μᾶλλον ἐν ταῖς κριθαῖς. ἄνθος δὲ ἔχει ἁπλοῦν, καὶ λίαν δὲ ἴσον ὄνυχα τὸ λακτύλου. συλλέγεται δὲ πρὸ τοῦ θερισμοῦ τὰ κριθῶν ἐγχλωροτέρα δὲ μᾶλλον: quorum ſit ſenſus: Alterum uero papauer quod rhœada uocant, ſyluestri cichorio ſimile eſt: eamq; ob cauſam comediē. Naſcit in aruis maximeq; inter hordea. Florem habet rubentē. Vaſculū quantitate unguis digiti. Colligitur ante demeſſum hordeum uiridior adhuc. Non poteſt Theophraſti hiſtoria hac aptius quicq; ad hanc rem excogitari. Cur aūt Græci rhœada, papauer hoc nominauerint, cauſam hic attulit: Quia protinus folia illi decidāt, nō plāre ſed floris: nihil enim minus hoc flore tenax eſt: & ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod eſt fluere, ῥοιὰς papauer hoc dictū fuit. Latini, ut hic inquit, papaueralida diminutiua in Græcis forma appellauerūt. Sed hæc poſterior uox eſt, & in Latino nomine à Græcis formata. Plinius erraticū papauer uocauit, eadē ratione qua cætera in plantis enarratica à Latinis dicta fuerunt. Sponte ſua paſſim incultis q̄ locis, & nullo humano opere naſcentia. In cōparatione folioꝝ deinde credimus abundare, inſertas imprudenter ab aliquo plātas aliquas. Theophraſtus enī ſyluestri tantū cichorio cōparauit. Quē præterea hic, ut in Græcis omnibus legitur, ait κωνῶλιν σχοινώλῳ, id eſt, iunceū caulē, χνοώλιν, id eſt, lanuginoſum legi oportere credimus, talis enim eſt: ideoq; à cōmuni lectione mutata nobis uox ea fuit, & pro σχοινώλιν χνοώλιν uertimus. Supereſt tantum nunc ut dicamus, quæ nam

ὑμέν hic ὑμία uocat, modo ſic ſcribenda ea uox ſit, quibus papaueris huius ſemen ad ſoporē inſpergi in extremo capite dicitur. Diximus aūt, ſi ſcribenda ſic ea uox fuerit, quoniā ſi ὑμίον legaē, oportebit ἀπὸ τοῦ ὑμέν, quæ inter

Sumen umbilicū & pubē in hoīe pars eſt, in quadrupedibus aūt ſumen à Latinis dicitur: non placentæ dulciarij ue genus aliquod, ſed ſumē, aut ex ea parte ofellā tomaculum' ue, aut obſoniū intelligere: Quod paꝝ uerisimile eſt, nec certam ex antiquis ganeę inſtitutis rationē habet. Eam ob cauſam nos nō ὑμίοις, ueꝝ ὑμίοις legi oportere cenſemus. Quæ aūt fuerint antiquis ὑμία, omniū certiſſime docuit Athenæus XIIII. ſui dipnoſophiſtæ li-

ὑμία bro, cuius uerba ſunt: ὑμίον πεμμάτιον λεπτὸν διὰ σησάμου καὶ μέλιτος γενόμενον, id eſt, itrium tenuis placenta eſt, additis ſeſamo & melle confecta. Hiſq; non ex ſemine obſonijs credimus nos iubere Dioſcoridem ad ſoporē inſpergi papaueris huius ſemen. Fuerūt qui crederēt itria hæc ea eſſe quę Feſtus ſuminalia à ſumine appellat. Sed ut nos præmonſtrauimus, in prima eius uocis litera rei diſcrimen eſt. Nos in cunctis Græcis pro placenta & dulciario ὑμίον ſcribi ſemper inuenimus: & in hanc partē inclinat animus: quoniā uero ſimilius eſt, panificijs his ad ſoporē, q̄ obſonijs inſpergi ſemina huiuſcemodi. Græci ſeſamo pariter utebantur. Et Plinius lib. XIX. capite VII. non de papaueris huius ſemine, ſed eius quod candidum ſemen habet, inquit: Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur, adfuſo ouo inhærens.

Περὶ μήκωνος ἡμέρου. κεφ. χμζ'.

Μήκωνος ἥμερος. Οἱ δὲ, χαμαισύκην. οἱ δὲ, μήκωνα ῥοιάδα. οἱ δὲ, ὀξύτονον. ῥωμαῖοι παπάβερ. αἰγύπτιοι ναυτί. ἡ μέν τις ὀξεῖα ἥμερος κεφαλωτή. ἧς τὸ σπέρμα ἀφροδισιαστὴν εἰς τροφὴν ἔχει δύναμιν. ἁλεῖται δὲ ἄντι σησάμης αὐτῇ χρῶνται. καλεῖται δὲ θυλακῖτις ἐπίμηκες ἔχουσα τὸ κεφάλιον. ἡ δὲ τὸ σπέρμα λευκόν. ἡ δὲ ἀγρία ἐγκαθιμένην ἔχουσα τὴν κωδίαν. μέλαν σπέρμα. ὃ καὶ πιδιτῖτιν ὀνομάζει. ὑπ' ἐνίων δὲ ῥοιὰς ἡμέρου αὐτή. διὰ τὸ ῥεῖν δι' αὐτῆς ἐμποπόν. τρίτη δὲ ἀγριωτέρα, ἡ φλόμακωδεστέρα, ἡ μακροτέρα φύτων. ἔχουσα τὴν κωδίαν ἐπίμηκη. κοινὴ δὲ αὐτῶν δύναμις ψυκτική. ὅθεν τὰ φύλλα ἡδέως κωδίου καθεφθέντα ἐν ὕδατι καὶ προσαναλόμενα, ὑπνοποιοῦσι, πινόμενα πρὸς ἀσθμονίαν τὸ ἀφέψημα. καὶ εἰς τὰ καταπλάσματα δὲ λύσαι ἡδέως κωδίαι μετὰ ἀλφίτων μιγνύμεναι, πρὸς φλεγμονὰς καὶ ἐρυσιπέλατα ἀρμόζουσι. δεῖ δὲ κόψαντας αὐτὰς χλωρὰς ἀναπλάττειν εἰς ξοχίσκους. καὶ ξηράναντας ἀποτίθεσθαι, καὶ οὕτω χρῆσθαι. καθ' ἑαυτὰς δὲ ἑφθῆσαι ἡδέως κωδίαι ἐν ὕδατι μέχρις ἡμίσεως, εἶτα σὺν μέλιτι πάλιν ἑφθῆσαι ἄχρις ἂν συστραφῇ τὸ ὑγρόν, πρὸς στόμαχον ἐκλικτόν. ἀνώδυνον πρὸς βῆχας καὶ ἐξωμαλισμοὺς ἀγρίας, καὶ κοιλιακὰς διαθέσεις. ὠφελεῖ δὲ καὶ πρὸς ἔμπνευσιν μιγεῖσα αὐτῷ ὑπακυσίδος χυλοῦ καὶ ἀκα-

De Satiuo Papauere. Cap. LXIII.

Μήκων ἥμερος. Alij χαμαισύκην. alij μήκωνα ῥοιάδα. alij ὀξύτονον. Græci παπάβερ. Aegyptij naūti. Romani papauer dicūt. Duplex papaueris genus eſt: ſatiuū & hortēſe alterum: cuius ſemen in ſanitatis uſu pani cōpinſit, & cū melle proſeſamo eo utunt: uocatq; papauer hoc thylacite, id eſt, utricularīū, oblongo uaſculo, ſemine albo. Alterum ſyluestre, ſeſſili uaſculo, ſemine nigro, quod

πιδιτῖτις à dolij forma quaſi doliare nominat. Aliqui etiā rhœada papauer hoc uocant, propterea q̄ liquor ex eo defluit. Eſt & tertiū papaueris genus duobus his ſyluestrius, medicamentoſius & lōgius, oblongo uaſculo. Cōmunis refrigerandi uis omib⁹ eſt: ideoq; folioꝝ & uaſculoꝝ in aqua decocto ad ſomnū fouent. Bibitur ob eandē cauſam cōtra uigilias idē decoctū. Quinetiā ad emplaſtra contra inflāmationes ſacroſq; ignes concisa papauerum uaſcula polentæ utiliter & apte miſcentur: ſed oportet cū adhuc uirent, ea tundentes in paſtillos cōformare, ficcatoſq; repone re & uti. Per ſe etiā in aqua ad dimidias decocta eadem uaſcula, mox in melle rurſus decocta, donec omnis humor dēfetur craſſeſcatq; eclegma ſunt: quod ſomno dolorem leuet, contra tuſſim, deſtillationes in fauces, & cœliacas affectiones. Efficaciꝝ idē fit admixtis ei hypociſtidis & acaciæ

κίας. τὸ δὲ σπέρμα τ̃ μελαίνης μήκωνος λᾶ-
ον σὺν οἴνῳ ποτίζειν πρὸς ξεῦμα κοιλίας Ⓒ
γυναικῶν ἔρωσι. καταπλάσσειν δὲ ἐπὶ τ̃ν
ἀγρυπνούντων μετ' ὄξους. κ Ⓒ τῶν μετώπω
κὴ τ̃ν κροτάφων. ὁ δὲ ὀπὸς κὴ αὐτὸς φύ-
χων ὧν πλέον κὴ παχύνων, Ⓒ ξηραίνων,
ληφθεὶς βραχὺς ὅσον ὀβολ Ⓞ, ἀνώδυνος
ὢν Ⓒ ὑπνοποιὸς, κὴ πεπτικός. βοηθῶν βη-
ξὶ κὴ κοιλιακαῖς διαθέσεσι. πλείων δὲ λη-
θεὶς βλάπτ̃. ποιῶν λιθαργυρικοὺς κὴ ἀν-
αισθ̃. πιῶν δὲ κὴ κεφαλαλγοῦσι σὺν ὀξυ-
νφ ἐμβρεχόμενον Ⓞ. ὠταλγοῦσι δὲ σὺν ἀμυ
γδαλίνῳ, Ⓒ κρόκῳ, τ̃ σμύρνη ἐγχέομβος.
ἐπὶ δὲ φλεγμοναῖς ὀφθαλμοῦ σὺν λευκῷθ
ᾠ Ⓒ κρόκῳ. Ⓒ πρὸς ἐρυσιπέλατα δὲ κὴ
βαύματα σὺν ὄξει. πρὸς δὲ πρόσαγμας σὺμ
γάλακτι γυναικείῳ Ⓒ κρόκῳ. προσεδεῖς δὲ
δακτύλῳ αὐτὸ βαλάνου, ὕπνον ποιῶ. κρᾶτι-
στος δὲ ὅστις ὀπὸς ὁ πυκνὸς Ⓒ βαρύς. ᾧ δὲ
τ̃ ὀσμ̃ καχεκτικός. πικρὸς ᾧ τ̃ γεύσ. εὐ
χρῶς δ' ἡμῶν ὕδατι. λᾶ Ⓞ. λευκός. οὐ
τραχύς. οὔτε ἄγαν βοσδ̃ς. οὔτε συγκεφό-
τιλίῳ πεδεῖς, διαχεόμενος Ⓒ πρὸς λύχνον
βεβαπτόμενον Ⓞ οὐ ζοφώδ̃ φλογί. φυλάσσω
τε μετὰ τὸ σβεσθ̃ναι πλὴν ᾧ τ̃ ὀσμ̃ δ' ὑνα
μιν. δ' ὀλέσει δὲ αὐτὸν γλαύκιον μιγνύντες ἢ
κόμμι, ἢ χύλον ἀγρίας θρίδακος. ἔσι δὲ ὁ
μὺν ἐκ τ̃ γλαυκίου κεχιζωμένου τ̃ ἀνέσ. ὁ
δὲ ἐκ τ̃ θριδάκος βλιτώδης πλὴν ὀσμ̃ Ⓒ
βραχύτερος. ὁ δ' ἐκ τ̃ κόμμεως ἄτονος κὴ δια
γής. ἔνιοι δὲ εἰς ροσάτρμ βανίας πεπαγινοῦ),ὡς
Ⓒ σέας πεπαμμένου αὐτῷ. φώγνυσι δὲ εἰς
τὰ ὀφθαλμικὰ ἐπ' ὀστράκου καινοῦ ἕως ἂμ
μαλακώτερος κὴ κιρρότερος Ⓞ φανῇ. ἔρασί
ξ̃μ αὐτὸν πλὴν χρ̃σιμ ἐπὶ τ̃ν ὠταλγιῶν Ⓒ
ὀφθαλμιώντων. διὰ δ' ἀμβλυωπὲς εἶναι Ⓒ
κῶλικόν. Ἀνδρέας δέ φησιμ, ὅτι εἰ μὴ ἐδο-
λοῦτο, ἐτυφλοῦν ἂν οἱ ἐγχριόμενοι ὑπ' αὐ
τοῦ. Μνησίδημος δέ φησι μόνῳ αὐτ̃ χρ̃σιμ
εἶναι πλὴν κατ' ὀσφρησιμ εἰς ὕπνον ἀγομένοις
σαμ. ἄλλως δὲ ἐπιβλαβ̃ τυγχάνειμ. ἅ τε δ̃λ
λοῦσι ἡ ὑπερβολ. πείρᾳ ἐλεγχόμενα. διὰ τὸ ἐ-
πιμ̃ τυγχάνειν τοῖς ἔργοις πλὴν ἐνέργημα τοῦ
φαρμάκου. οὐκ ἄτοπον δὲ ὑπογράψαι Ⓒ τὸμ
τρόπον ᾧ συλλέγουσι τὸμ ὀπόν. ἔνιοι μὲν οὖν
τὰς κωδ̃ας μετὰ τ̃ν φύλλωμ κόπτοντες ἐκ-
τρίβουσι διὰ πεσσ̃ Ⓞ. καὶ τρίβοντες ᾧν
δύο, ἀναπλάττουσι προχίσκους. καλ̃ται
δὲ τὸ τοιοῦτον μηκώνιον ἀδρανέσ̃ον τὸν ὀ-
πόν. ὀπίζοντας δὲ δ̃ μετὰ τὰς δ' ρόσους
ἀνικμαδ̃ναι, ὥσπερ γράφειν μαχαιρίῳ ἐμ

ciæ ſucco. Datur bibendum nigri papaueris tritũ ſemẽ in uino cõtra deſtillationes in aluũ & mulie bres fœminarũ fluctiones. Idem contra nimias uigilias, & ubi ſopire opus fuerit, emplaſtri modo fronti & tẽporibus ex aqua imponitur. Eiuſdẽ papaueris liquor maiore refrigerãdi, craſſefcendi & ficcandi ui, exigua menſura, erui ferè quantitate ſumptus, ſomnificus eſt. Somno dolorẽ leuat, maturat, tuſſibus & cœliacis affectiõibus ſubueniẽs. Idem maiore copia potus nocet. Inexpugnabilẽ ſomni neceſſitatẽ quã lethargũ dicũt, uſq; ad mortem faciens. Facit & ad capitis dolores cũ roſaceo inſperſus. In auriũ doloribꝰ cũ amygdalino oleo, croco, myrrhaq; utiliter inſtillatur: in oculoꝝ aũt inflãmationibus, cũ toſto oui uitello & croco. Prodeſt idẽ uulneribus ſacriſq; ignibus cũ aceto. Podagris uero cũ humano lacte & croco. Quinetiã ſedi pro balano ſubditus, ſomnum facit. Probatiſſimus liquor hic papaueris qui dẽſus põderoſusq; eſt, odore caput in ſoporẽ trahens, guſtu amarus, & qui facillime in aqua liqueſcit: in quo leuor cãdorq; fit, & omni aſperitate careat: non grumoſus ſit, neq; dum per colum traꝛ̃citur, ceræ modo dureſcat: qui in ſole itidem poſitus diffunditur, & lucernæ admotus, non caliginoſa ardet flãma: quiq; poſtquam extinctus fuerit, odoris uim ſuam ſeruat. Adulteratur mixtis glaucio, aut gummi, aut agreſtis lactucæ ſucco. Veruntamen qui glaucio adulteratus fuerit, diluto croci colore, cum diluitur fit: qui uero agreſti lactuca odore infirmo & aſperior eſt: qui poſtremo gũmi ignauus & pellucidus. Quidã in adulterio hoc eò ignorãtiæ perue nerunt, ut adipem illi etiam miſceant. Crematur liquor hic etiam ad oculorum medicinam in noua teſta, donec mollior & magis rutilo colore uideatur. Teſtatus quondam Erafiſtratus eſt, in auriũ doloribus oculorumq; malis reprobaſſe eius uſum & damnaſſe Diagoram, quoniam hebetudinem oculorum faceret, & caput in ſoporem trahe ret. Quinetiam Andreas medicus futuram, niſi adulteraretur, ait cęcitatẽ his, qui eo oculos inunxerint. Mneſidemus præterea ſolũ liquoris huius uſum in olfactu & naribus ad faciendum ſomnũ probauit: alioqui noxium eſſe. Quæ omnia falſa eſſe experientia redarguit: quæ remediꝝ medicamentiq; huius uim ex euẽtu teſtatur. Non fuerit ab re etiam colligendi liquoris huius rationẽ docere. Quidam igitur papauerum uaſcula cũ foliꝭs tundẽtes torculari exprimũt, mox in mortario teretes paſtillos cõformãt: uocaq; ꝗdhoc modo expreſſum eſt à papaueribus meconiũ, uiribꝰ liquore, quẽ opon dicũt, multo ignauius. In colligẽdo autem liquore oportet, cũ aruerint rores, cultello

ſtellulam

ἀσβίσκομ. ὥς μὴ εἰς τὰ ἔντερα διαξῆναι. ¶ ἐκ πλατίωμ δὲ ἡ κωλίας ἐπ' εὐθείας ἐκτέμνειν διὰ τῆς ἐπιπλοῦς. ¶ ἀπαλάμῃ τὸ διάκεντρον ἐπιχόμβιον διακτύλωις μύακα. ¶ πάλιμ ἐπιπορεύεσθαι μετ' οὐ πολύ. εὑρίσκειν γὰρ ἐπισωρεσώς. ¶ τῇ ἐπιδόσει δὲ οὕτως εὑρίσκειν. διὸ ἢ ἐν [παλαιᾷ] θυΐα τρίβειν ¶ ἀπτίδεσθαι ἀναπλάσαντας. ἔνια μέντοι δεῖ τέμνειν ὀπίσω ἀναχωρεῖν δεῖ. πρὸς τὸ μὴ ἀπαλᾶσθαι τὴν ἱματίωμ τὸμ ὠμόμ.

stellulam in ſummo papauere ſic ſcarificare, ne altius ad interiora uulnus deſcendat. Oportet itidem & uaſcula ex obliquo recta'que in ſumma ſuperficie ſecare: deſtillantẽq; lachrymã digito in conchulã detergere: rurſusq; non multo poſt redire: inuenitur enim continue concreſcens. Idemq; ſequenti die faciendũ. Oportet præterea in [uetere] mortario collectũ liquorẽ terere, cõformatũq; in paſtillos repone re. Oportet poſtremo in ſcarificãdis ſecãdisq; papaueribus, retrogrado itinere ingredientes incidere, ne ueſtibus plagæ plagisq; inhęrẽs liquor deterat.

INTERPRES.

NOn ſentiebat quondã ruſtica plebs, quantũ ſato totis agris papauere, ſegetibus ſuis & futuræ annonæ officeret. Sed religionis fortunæq; Cereris ruſtici numinis ignara, q; Cereale à poëtis ſuis uocari aliquãdo papauer audierat: geſtareq; manu deam papauer in tẽplis quotidie uideret, facile credidit propriũ ſibi ruſticũ fore numen, ſi quo coli & ornari dea poſſet, copioſum ſibi in aruis creſceret. Eamq; ob cauſam nulla fruge magis q̃ papauere conſitos agros & hortos ſuos habuit antiquitas. Nec prius deſitit in tam multos uitæ uſus malã frugẽ ſerere, ſemineq; eius in cunctis fere ſecundæ mẽſæ dulciarijs uti, q̃ à ruſticę rei peritis frugis eius maleficiũ cognouerit: & poëtam noſtrũ ex meliore ruris diſciplina inclamantem omnibus audierit: Vrunt Lethęo perfuſa papauera ſomno. His q; nõ ad cibũ, ſed ad leuãdũ ſomno pro amiſſa filia dolorẽ deam uſam fuiſſe, & in luctus fortunæq; ſuæ memoriã mortalibus ſemp ea ſubinde oñdere. Poëtã uero nõ hoc tãtũ, ſed totius naturæ peritiſſimũ hoiem, lethargici ſomni uim illis & poteſtatẽ aſſignaſſe. Neq; eñ Lethęos obliuioſos ſimpliciter, aut ab inferis repetitos poteſtate papaueris factos ſomnos, uocaſſe eum credimus: Sed quod in pleriſq; alijs idem fecerat, cõcinna breuitate quæ fiat à liquore papaueris, malã quietem ſignificaſſe. De qua quoniã iampridẽ polliciti ſumus dicturos nos quę ſatis interpreti ſint, nõ ultra rem differemus. Sciendum q; illud eſt, cõplexos in lethargi uoce fuiſſe Græcos obliuionẽ & deſidiam: eſſeq; lethargũ ex tota uocis æſtimatione, uel obliuioſam deſidiam, uel deſidioſam obliuionẽ. Fieriq; id malũ in capite, & (ut Celſus ait) phrenetidi cõtrariũ: fiqdẽ in illo difficilis ſomnus, prompta ad omnẽ audacia mens eſt: in hoc uero marcor & inexpugnabilis pene dormiẽdi neceſſitas. Deſcripſit in diffinitionibus ſuis lethargũ Galenus, aitq; καταφορὰν, id eſt, delationẽ in ſomnũ profundũ & inexcitabilẽ eſſe: in qua conſtituti, omniũ quæ dicuntur & audiũtur pariter obliuiſcant. Locũ malũ caput eſſe, circa mẽbranas cerebri enim fieri cauſam uero pituitã, frigidũ humorẽ, frigore humiditateq; ſua in ſomnũ cogentẽ: quo cõtinue conniuent: nec niſi ægre, quocunq; modo interpellẽtur, excitãtur. Obliuiſcũtur omniũ quaſi amẽtes. Oſcitãt crebro: & oſcitantes aperto ore aliquãdiu ſtant, quaſi claudere id obliti. Et hæc lethargi ferè tota hiſtoria eſt. Sequitur cõiunctus q; lethargo & ſimilis deſcribit deinde caros: ſic enim Græci à capite in qua parte fit, eum nominauerunt: & ab eo καρῶδαι uerbũ, & καρωτικὰ ea dicta ſunt, quę in profundã & malã quietẽ hãc hoiem trahũt. Carus. Hunc Græcoq; medici ex eadẽ lethargo materia, id eſt, pituita fieri dixerũt. Differreq; ab illo tantũ, q; in caro præcedit febris uehemẽtior: in lethargo ignauior ſequit. Differre etiã, q; carus aliquot alijs affectionibus ſuperuenit, febriũ uerbi cauſa acceſſionibus, comitialibus, cerebri in anguſtũ coarctationibus fracta calua, aut læſis alijs circa id partibus: lethargus aũt propriã habet cauſam. Differunt præterea & notis alijs, quas nouerũt medici. Neq; enim docenda à nobis illa ſunt: quibus in cõſtitutione nominũ ſatis eſt cauſas eoq; & rationes indicare. Sũt itaq; Græcis malę quietis & inexpugnabilis dormiẽdi neceſſitatis duo hæc præcipua genera, ex eadẽ materia, ſed diuerſis tẽporibus & ratiõibus facta. Latini paq; certas in his appellatiões inſtituerũt primũ, mox etiã obſeruauerũt, Plinius ueternoſos aliquãdo pleruncq; aũt ſopitos & ſoporẽ totũ hoc genus (tãta eſt rei cõmunio) appellat. Indicauit id manifeſte cũ ait: Curandũ aũt ne ſomnus ſopor fiat. Quam diſtinctione monuit manifeſte, ſoporẽ in malo eſſe. Vſi & ſoporis uoce alij ſunt pro lõgiore & profundiore ſomno. Poëtæ non tantũ malã quietẽ hanc ueternũ dixerũt, ſed quã græci νωθρότητα uocãt: de qua in oleomelle diximus. Sic Maro: Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno. Columella tamen octauo ſui operis libro capite x. de medicina ſuũ agens, ait: Solet etiã uniuerſum pecus ægrotare &c. Mox productũq; in paſcua medio cãpo procumbit, & quodã ueterno preſſum ſomnos æſtiuo ſub ſole captat: Veternũ uocauit, uel lethargũ, uel carum. Scimus etiã Feſto ueternoſum eſſe qui graui premitur ſomno. Omniaq; ueterę teſtimonia alterutrũ ueterni uoce indicant, aut deſidiam torporemq;, aut grauiorẽ ſomnum: quoniã ſcilicet, in Græca uoce utraq; uis ſit, & ſomni obliuio quã deſcripſimus: & extrema deſidia torporq; eouſq;, ut aperto ore aliquãdo diutiſſime ceſſent in eo malo cõſtituti. Solus M. Cato hydropem hac uoce deſcripſiſſe uidẽtur cũ ait: Cũ plurimũ ueternoſus bibit, tum maxime ſitit. Non negligẽda quidẽ antiqui autoris ſentẽtia & deſcriptio illa eſt: nõ tamẽ ſic recipiẽda, ut diuerſi generis mala in una appellatione miſceant. Potuit enim antiquiore illa ætate cõmunior ea uox eſſe: nec tãtum ſomnus his cõpetere, ſed ex notaq; & euẽtuum ſimilitudine aliqua alijs etiã communicari: Quale fuerit, ſi quoniam albet hydrops, & lethargus hic μετ' ἀκμῆς, autore Galeno fit, id eſt, cum malo & pallido colore, nondum certis ex Græcoq; diſciplina, ut poſtea factũ eſt, morborum appellationibus, Romana gens aliter uſa ſit. Comicus certe noſter in Eunucho ſua, cum ſenem deſcriberet qui amantis iuuenis amores in itinere remoraretur, ueternoſum ridicule magis q̃ proprie uocauit: & cum uietum uetere mq; uocaſſet, ex eodem uocis principio ueternoſum etiam dixit. Nec niſi adriſum

Lethargus.

Veternoſi
Sopiti
Sopores
Veternum
νωθρότης

risum,ut nos credimus,tam multæ illic ab eadem syllaba incipiētes senilis habitus notæ numerant: non alí-
ter,q̄ siquis iocose pannos panesq; in re hominis numerans, παρὰ προσδοκίαν, id est, præter expectationē pa
nos postea intulerit: illa homini utilia,hos aūt in genere abscessuum noxios numerans: qualia in theatris
quotidie ex plebeis iocis multa audiebātur. Cōstituendū itaq; eiusdē loci causæq; & eiusdē euentus, sed nō
eiusdē tēporis malas esse quietes & somni necessitates lethargū & caron:à Latinisq; promiscue soporē utrūq;
fere appellari priuatim tamē caron soporē,lethargū uero ueternū dici:& in lethargo ex Græcæ uocis signi
ficatione nō somnum tantū indicari,sed nimiam & inutilē homini socordiam & ignauiam:oportereq; rati-
onē prius & magis,necessitatēq; eorū quæ leguntur cōtēplari:mox ueterni & soporis Latinarū uocū discri-
mina constituere: Alioqui in ancipiti uocis significatione cogemur in ueterno somnum & ignauiā aliquā-
do miscere. Adiecienda his etiā κατάφορὰ,quæ pro mali somni genere aliquādo accipitur,sed falsō. Nullū em̄ κατάφορὰ
huiuscemodi genus somni cataphora facit:sed in omnium huiuscemodi malarū quietū diffinitionibus ge- Cataphora
nus est. Sic galenus lethargū dixit esse cataphoran,id est,in somnū delationem. Sic idem in Isagoge, λήθαρ-
γου κατάφορά ἐστι βαθεῖα κοὴ ἀνίσκτολητος & &c. quod est: Lethargus in somnum delatio profunda & inexcitabilis
est. Sic etiā Paulus Aegineta cū numerat quæ lethargū sequūtur, ait: παρέπεται δὲ τοῖς ληθαργικοῖς πυρετὸς βλαχρὸς οὐ
πάνυ λαμπρὸς μετὰ κατάφορᾶς: quod est: Accidit aūt lethargicis febris lenta & ignaua, nō adeo cōmouens cū
cataphora,id est, cū somno. Estq; nominis ratio, q; qui sopiuntur, κάτω φέρονται, id est, deorsum feruntur. Neq;
enim cū somno corripimur,stare possumus. Languēt manus & crura: cōniuent oculi, omniaq; deorsum se
rūtur. Eāq; ob causam Græci omnē hunc ad altiorē quietē motū sic nominauerūt. Nec nos in græcorū medi
cis aliud cataphorā significare inuenimus,quā grauiorē somni impetū & accessum. Volumus anteq; à malis Mālæ uigi-
soporibus his discedamus,de malis etiā uigilijs dicere: haud sane furiosis quales in phrenitide fiunt, sed de liæ.
his quę somni nec uigilię dici proprie possunt,& in uigilia somni imaginē habēt: quales sunt quos Græci ca
tochos dicūt: & uigilās coma. In quibus illud ante omnia sciendū, κῶμα Græcis in cōmuni æstimatiōe dormi κατόχοι
tionē significare: sicq; poētæ, sic alij etiā ea uoce usi sunt: Græcorq; tamē medici comate hoc in mala quiete Catochi
usi sunt: addiderunt q; illi uigiliā, ἄγρυπνον κῶμα, id est, uigilās coma uocātes: quoniā aliqd habet q̄d ad somnū, κῶμα
aliquid quod ad uigiliā pertineat. Nec facile est catochon à uigili comate secernere: cōmunes em̄ notas & Coma
euētus multos habēt. Græcorq; tū medici tradiderūt, quoties in phrenitide pituitosus humor bilioso mixtus ἄγρυπνον
fuerit, quēadmodū habet mixtā causam id malū, sic etiā cōposito noie uigilās coma uocari. In uniuersum κῶμα
enim superāte bilioso humore uigil phrenitis fit: Pituitoso aūt cōtrà grauioris somni modo sopiūtur. Vnū q; Coma uigi
hoc malū antiquiores Galeno medici catochon uocauerūt. Posteriores nūc catochon, nūc uigilās coma, du lans
abus appellationibus idē in capite malū indicātes: & in quo cōmunia uidere licet phrenitidis & lethargi si-
gna multa numero,sed euētu ex ea quæ superauerit materia uariantia: quæ repetere hoc loco in uiris & fœ
minis lōgius fuerit. Tradiderūt ijdē etiā, priuatim diuersum q; à uigili comate catochon fieri, cū simplicē nō Catochos.
mixtā causam habebit, frigidiorē scilicet, & sicciorē materiā, quæ oppleto posteriore cerebri uētriculo hoc Catetho-
fecerit malū. Eo repente correptus aliquis, quod agens tunc erat in eo permanet: stans, uerbi causa, sedens, menos
clausis oculis aut respiciens: quā ob causam antiquiores Græci ἀπὸ τ κατέχω ai, quod est occupari detineriq; κατόχου
catochon, & in eo cōstitutos catechomenos nominauerūt. Posteriores fœminino genere, sed pari eiusdē rei ὑπνώδης.
significatiōe catochon & catalepsin, quasi detētionē & deprehēsionē. Descripsit Galenus in diffinitionibus Catetho- φρενῖτις
suis catochon: aitq; sensuū priuationē in anima cū totius corporis, eorq; quæ gelanē modo, concretione esse. menos ληθαργικὴ.
Addidit ptērea tria catochi genera esse: Primū quod hypnodes, id est, somniculosum, lethargo propinquū τυφωνίκὴ
uocat: Secundū uigilans, q̄d ad naturā & imaginē rigoris quē tetanū Græci dicūt, accedit: Tertiū postremo μώρωσις
q̄d nō male, ut ille ait, phreniticū lethargū aliquis nominauerit: Sigdem mixtis simul phrenitide & catocho Logistice
fit. Nec aliter fieri mixtis cōtrarijs hoc malū fieri idē Galenus tradidit, q̄ typhonia, malū sic in Græcis appel-
latū, fit: quod autore eodē Galeno furiosus delirus q; lethargus aut lethargicus furor & deliriū est. Sequunē
mala hæc in eodē capite facta, memoriæ labes, & quā ijdē Græcorq; medici morosim uocāt. Nos in tātis Ro
manis sermonis angustijs fatuitatem eam dicamus. Fit aūt, ut ab illis lōgius traditur, memorię labes iactu-
ra q; illa per se. Cōiungitur illi aliquādo etiā ratiocinationis & mētis labes: dico aūt ratiocinationis & mētis,
eā intelligēs hominis partē & uim, quā à ratiocinādo Græci logisticen uocāt, meliorē & principē nostri an-
mi partē: quēadmodū & mētis labes ipsa per se pariter sola q; aliquādo fit: nōnunq; cōiunctā habet memo-
riæ iacturā. Vocaq; id malū μνήμης τανῦ ἀπόλεια, id est, memoriæ iactura: hoc aūt mentis. Sed cū utraq; pars
mens scilicet, & memoria male affecta fuerit, tūc morosis, id est, fatuitas illa est & dicit. Habent mala hæc
oia capitis cognitas medicis ex nouo eodēq; malo tēperamēto illic hærēte causas. Quod si humidū tm̄ fue
rit, mētis memoriæq; labē pariter facit: torporesq; quos Græci νωθρότητας uocāt, & in somnū lōgas, pfundasq;
delatiōes. Si uero humori frigiditas etiā accesserit, sopores & lethargos. Eodēq; modo si sola fuerit siccitas,
uigilias tantū: si uero siccitati accesserit calor, deliria & phrenitides faciet. Et hęc qua licuit breuitate in dif
ficili re à nō medico hoie dicta fuerint: nō, ut doceamus qualia hęc mala & quibus remedijs curāda sint, sed
in quibus affectiōibus his aut illis nominibus Græcorq; medicina quōdā usa fuerit. Quibus absolutis cōtra q̄
factū hactenus à nobis est, qui in postremis cōmentationibus de his agere cōsueuimus, ad papauera reuer
temur: quorq; tanta & tā pręsens ad sopores uis est, ut Plutarchus III. sui Symposii cōmētario testatus sit, so
lo halitus & odoris fluxu sopitos cōcidisse aliquādo, qui incauti liquorē eorq; q̄d option est, colligerēt. Et nos
nō immerito omnē malarq; quietū rationē illis hactenus dilatā reddiderimus. Tria papauerq; gña hic facit:
Satiuū q̄d utriculare hic & alij, ab utris lōgitudine & forma uocauerūt: agrestia alia: sed alterq; à sessili uascu
li forma, doliare: alterq; sine nomine, sed lōgius, agrettius, medicamento fusiusq; alijs dictū: nec ulla ulteriore
eorq; tradita historia: quod demiretur aliquis, tria faciente Plinio XIX. uolumine capite VII. satiui papaueris
genera, & inter agrestia numerante Theophrasto IX. de plantarum historia, quæ Plinius satiuo generi ad-
scribit. Et quod in hac re negligendum penitus non sit, duo tantum constituēte papauerum genera in Thē-
riacis

riacis ſuis Nicādro: cuius uerſiculi ſunt: μηδ' ἔτι κοιλη βάτῳ πόᾳ βρίθουσά τε μήκωνα θυλακὶς ἣ τὴν τηλὶς ἐκ χρόαν μενεκράνου. Quæ tot numero tā q̄ diuerſa à tantæ autoritatis ſcriptoribus tradita, non ſine cauſa legentiū animos ſuſpē dēt: niſi didicerimus omniū papauer̄ primā eſſe diuiſionē in ſatiuū & agreſtia: dico aūt ſatiuū numero ſin gulari, agreſtia uero plurali: quoniā hæc multa, illud uero proprie unū tantū eſt: quod hic omnes q̄ alij can dido ſemine eſſe dixerunt, & cruſtis panū in panificio ſubijci ſolitū. Agreſtia uero cætera omnia, ſiue nigro ſemine ſint, ſiue alijs notis inter ſe & ab illo differant. Vnū enim hoc per ſe ſatiuū, ut diximus, primo & uere dicitur. Quæ deinde agreſtia ſunt, duplicem habent rationē: aut enim ſic agreſtia ſunt, ut nunq̄ ſatiua ſint, qualia ab hoc numeranť: erraticū, de quo ſuperiore capite dictū eſt: corniculare q̄ & Heraclium, de q̄bus mox dicet: Aut agreſtia quidē natura, humano aūt ope & uſu ſatiua: quale nigrū eſt, à ſeminis colore ſic indicatū: quod hic ſeſſili uaſculo & dolij figura eſſe dixit: & tertiū lōgius, agreſtius & medicamētoſius ab hoc ſcripto re tantū dictū. Quæ ſatiua ab aliquibus dicta quondā fuerūt, nō natura, ſed quoniā ad colligēdum ex eis li quorē ſererēť: nec minore gratia utilitate'ue in hortis, q̄ primo & per ſe ſatiuū illud creſcebāt. Factumq̄ ex hac cauſa eſt, ut Plinius XIX. uolumine cap. VII. tria ſatiui papaueris genera eſſe dixerit: candidū, cuius ſemen toſtū in ſecūda menſa cū melle apud antiquos edebaťur: quodq̄ panis ruſtici cruſtæ inſpergebať, adſuſo ouo inhærēs: alterū nigrū, cuius ſcapo inciſo lacteus ſuccus exprimiť. Tertiū genus contra q̄ hic tradiderit, rhœa da uocauit. Theophraſtus aūt lib. IX. de plantar̄ hiſtoria excepto priore illo, cuncta alia his uerbis agreſtia fecerit: μήκωνος δ' αἱ ἄγριαι πλείους, ἡ μὲν κερατίτις κοίλου μέλαινα, ἡ δὲ μέλαινα. quod eſt: Plura autē agreſtia papauera ſunt: quod corniculare uocatur, & quod nigrū. Mox deſcriptis alijs, erraticū & ſpumeum in eodem hoc ge nere numerat. Ex quibus colligere licet, omnia Theophraſto agreſtia, excepto ſatiuo illo, papauera eſſe: & inter ea quæ Plinio ſatiua ſunt, quēadmodum præmonſtrauimus. Secutus ille naturā eſt: Plinius uero mo res hominum & ſtudia, qui ad opium ſatiua in hortis facerent, quæ natura in aruis per ſe naſcentia & agre ſtia fecerat. Et hæc nobis tota in antiquis ſcriptoribus papauer̄ hiſtoria eſt: quor̄ erraticū dictum iam eſt: ſatiuū, ſiue id candidū ſiue nigrum, ſiue aliud ſit, nūc dicitur: corniculare & ſpumeum, ſiue Heraclium mox dicetur. Quæ nouiſſe totius naturæ Maro peritiſſimus uidetur, cum in Georgicis ſuis cecinit: Vrunt Lethæo perfuſa papauera ſomno. Et cū in Didonis amoribus (modo uera ſint quæ Seruius grāmaticus illic docet) ad amoris obliuionem & ſomnum quæri iuſſit: Pubētes herbas nigri cū lacte ueneni. In eodem papauere nigredinis notam, & opiū quod uenenum merito uocatur, maleficiū indicās. Omniū ſatiuor̄ quocunq; modo ſcilicet, eandem in refrigerando & ſopiendo uim hic eſſe ait: ideoq̄ omnia ab eo in eum uſum remedia ex papaueribus docentur: quorum multiplex ratio eſt: omnisq̄ à Plinio ex hoc ſcriptore XX. uolumine capite XVIII. tractata. Ob quam cauſam in deſcribendis cæteris legētium, & noſtro parcemus labori. Monebimus tamen illud, quem hic Andream uocat, & cuius autoritate creditum fuiſſe ait, niſi adulteraretur opium, fo re ut excæcarentur eo oculos ungētes, Plinius Androna uocat. Locus eſt quo diximus capite & libro. Quæ rendum illud eſt, cur lectū liquorem papauerum hic dixerit terendum in morrario uetere: & ex qua mate ria mortarium intelligi uoluerit, ligneum'ne an lapideum: neq; enim ſine cauſa credendum eſt id iuberi. Si in ligneo mortario: poterit ea eſſe, ut uetuſtate & multo uſu oppleta materiæ raritas, neq; ipſa liquoris ali quid combiberet: neq; importunum odorem ſaporem'ue aliquē remitteret quo uitiaretur opium. Si in la pideo, uel eadem hæc, uel alia quæ piam ex uſu tunc cognita.

περὶ μήκωνος κερατίτιδος. κεφ. χμή.

Μήκωνα κερατῖτιν, οἱ δέ, πτερόλιον. οἱ δέ, ἀκτεΐαν μήκωνα. οἱ δέ, θαλάσσιον. ξωμαῖοι φάβυλλον μαείνουμ. ἄφρον σισιμάκα. φύλλα ἔχει λευκά. ῥασέα. ὅμοια φλόμῳ. πεπρισμένα τὴν περιφέρειαν, ὥσπερ τὰ τῆς ἀκτείας μήκωνος. ἡ δὲ καυλὸν ὅμοιον, ἄνθος ὠχρόν. κάρυον μικρόν. καμπύλον ὥσπερ κέρας. ὅμοιον τῷ τῆς τήλεφος, ὅθεν καὶ ἐπωνόμασαι. σπέρμα δὲ μικρόν. μέλαν ὅμοιον τῷ τῆς μήκωνος. ῥίζαν ἐξεπιπολῆς φυομένην. μέλαιναν. παχεῖαν. φύεται ἐν πᾶσι θαλασσίοις τόποις καὶ ξηροῖς. Δύναμιν δὲ ἔχει ἣ μὲν ῥίζα ἑψηθεῖσα ἄχρις ἡμίσους ἐν ὕδατι καὶ πρεθεῖσα, ἰχιάδας καὶ παλαικὰς διαθέσεις θεραπεύει καὶ τὴν παχεῖαν ἀκρασχνώδη. Καὶ ξηρὰ δὲ οὖσα ὠφελεῖ. τὸ δὲ σπέρμα πλεῖστος ὀξυθάφου πρὸς σὺν μελικράτῳ, κοιλίαν ἐπιφερὸς καθαίρει. τὰ δὲ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη ἐχάρας πρὸς ἡδύσματα καταπλασθέντα σὺν ἐλαίῳ. ἐγχισθέντα δὲ τὰ ἐπὶ κτενῶν, ἄγρεμα καὶ νεφέλια ἀποκαθαίρει. ἔνιοι δὲ ἐσφαλμένως, νομίσαντες

De Corniculari papauere. Cap. LXIIII.

Mecona ceratitim. Sūt qui paraliū papauer, qui marinū. Aphri ſimacha. Romani fabiolū marinū uocāt. Folia habet colore cādido, hirſuta, uerbaſco ſimilia, per ambitū ſerrę modo inciſuris diuiſa, eo dē quo agreſtis: papaueris modo cui caulē ſimilē habet. Florem pallidū. Fructū breuē, cornu modo inflexū, fœnogræci corniculis ſimilē, unde & no men inuenit: in quo ſemē exiguū eſt nigrū, papa ueris ſeminibus ſimile. Radicē in ſumma terra hæ rentē, nigram craſſamq̄. Naſcitur maritimis aſpe ris locis. Sanat radix eius uſq; ad dimidias in aqua decocta, mox pota coxendicis dolores & iocinor affectiones. Prodeſt eadem craſſas, araneoſas & aſperas remittentibus urinas. Quinetiam potū acetabuli menſura ſemen in mulſa aqua, aluum leniter purgat. Folia præterea floreſq̄ ex oleo em plaſtri modo impoſita, ulcerum quales in aduſtis ſunt cruſtas erumpunt. Eadem iumentorum al bugines & nubeculas inuncta emendant. Folio rum ſimilitudine decepti aliqui falſo crediderunt

ex

ἐκ ταύτης τὸ γλαύκιον γίνεσθαι διὰ τὴν πρὸς φύλλωμ ἐμφέρειαν. ¶ ἐὰν δέ τῳ βρωθῇναι ἢ πρόσθηναι ταύτῃ τὴν κράτιζμα μήκωνα, ἐπιφέρουσι ὅσα κἀν τῷ ὀπῷ τὴ μήκωνος σωμπτώματα. ¶ τοῖς αὐτοῖς ὑπερπίπτει βοηθήμασι, σωλάγεται δὲ ὁ κισσὸς ἐν ὄξει ξηρὸς. τὸ δὲ ἀφέψημα φυλλῶν ἕξης πίνεται μετὰ οἴνου. ¶ θαπεύει σπασμοὺς ἱερούς.

ex hac glaucium fieri. ¶ Siquis autem corniculare hoc papauer comederit, liquorẽ' ue eius biberit, non minus q̃ ex potu opii periclitabitur: iisdẽq; seruabitur remediis. Colligitur æstate semen eius cum iam aru it: bibiturq; radicis decoctum cum uino cõtra intestinorum tormina.¶

INTERPRETES.

VNus satis Theophrastus est, ut corniculatis papaueris huius historiam & tot nominum eius in Græcis rationem intelligamus, qui nono de plantarũ historia inter agrestia numeratũ his uerbis describit: ταύτης δὲ φύλλον ὡς φλόμου τῆς μελαίνης, ἧττον δὲ μίλακος. τὸ δὲ κωλεὸν ὄφος ὡς πηχυαῖον, ῥίζα ἡ βραχεῖα καὶ ὑδατώδης προβάλλουσα ἀφαιρετά. φύεται δὲ πρὸς τῷ θαλάττην δυ ἀνὴ πετρώδη χωρία. quorũ summa & sensus est: Huius foliũ nigro uer basco simile, minus tamẽ nigrum. Caulis altitudo cubitalis est. Radix breuis, & in summa terra hærens. Fructus inflexus, siliquis quas Græci ceratia uocant similis. Carpitur per messem. Aluũ purgat. Pecoris albugines foliũ exterit. Nascitur ad mare petrosis locis. Ex his dubitauerit merito quæ sierit q; aliquis, ceratitenes ne hoc papauer à cornuũ figura simpliciter, ut hic ait, Græci nominauerint: an, ut in Theophrasto auditur, à ceratijs quas Latini siliquas Græcas dixerũt: de quibus primo uolumine actũ à nobis est: quæ & ipsæ inflexæ sunt, & cornuũ figura per longitudinẽ incuruantur. Multifaciẽda scriptoris huius autoritas alioq; omniũ qui eum secuti, corniculis fructũ eius comparauerunt. Non spernendus etiã Theophrastus grauis autor, & in disciplina plantarũ cũctis alijs merito anteferendus. Nobis in Theophrasti sententiã inclinat animus: etsi nullũ in re discrimen sit: Nec si cornibus aut ceratijs cõparauerit papaueris huius fructũ aliquis, diuersam rem ostenderit: ambo enim cornua scilicet & ceratia in longitudinẽ producta inflectunt: nec siliquæ illæ aliunde q̃ à cornibus ceratia à Græcis dictæ sunt. Ex eodẽ Theophrasto nouerit aliquis etiã agreste papauer hoc recte dici, cõmuni tantũ agrestibus alijs appellatione: in eoq; enim censu est: Nec minus, quoniã ad mare nascitur, paralion: id enim ea uox significat. Quã naturæ natalium q; eius notã secuti Latini, fabiolũ marinum uocauerunt: quoniã ad mare nascerẽt, fabaceis q; siliquis in longitudine similia uascula sua ferret. Habere hoc Dioscorides ait folia λευκὰ, id est cãdida. Barbarus quasi q non λευκὰ, id est cãdida, sed λεπτὰ, id est tenuia in ea re monitus, candorẽ ad tenuitatẽ transtulerit. Verba Plinij sunt xx. uolumine, cap. xviii. Folia minora tenuioraq; q̃ cæteris syluestribus. Nos communẽ omniũ quotquot uidimus Græcoq; codicũ fidẽ secuti, candido colore folia eius esse diximus: indicare id Theophrastũ opinati cum ait, folio esse hoc papauer uerbasci nigri, sed minus illo nigro. Sentimus quidẽ leui argumẽto hoc niti: in ambigua tamẽ re monuisse omnia inutile non fuerit. Discrepat inter nos illud etiã in papaueris huius natalibus, q̃ ille nasci in afflatu maris gracili solo: nos maritimis asperis locis, non leui discrimine præsertim inter asperæ & gracile. Quarũ uocũ in Latinis re tam manifesta æstimatio est, ut nihil dixisse nos de ea oporteat: qui in uertendis scriptoris huius uocibus neglecta omni ornatus ambitiõe, quales illæ erãt, eas reddidimus: Audientesq; dicere hũc: φύεται ἐν πέτραις ἀκαίροις καὶ βαχέσι: & Theophrastum: φύεται δὲ πρὸς τῇ θαλάττην, ὃν ἐνὴ πετρώδη χωρία: nihil certius dici posse credimus, q̃ nasci maritimis asperis locis. Quæ enim Theophrastus uocat πετρώδη χωρία, hic βαχέα: aptius aũt iudicio nostro petrosis respondent aspera q̃ gracilia. At Plinius in afflatu maris nasci dixit: Scimus id quidẽ, sed nos in labore hoc nostro candorẽ, fidẽ, & easdẽ Græcis uocũ ideas conceptus q; magis q̃ aliena amamus. Nasci etiã Plinius papauer hoc ait nitroso loco, quod in Dioscoride Theophrastoq; nõ legitur. Nec nos scimus an integra in eo uox illa sit, & petroso legi oporteat: sumusq; in eã partẽ propensiores, quoniã quæ ab eo illic docentur, omnia ex Theophrasto relata sunt. Idem etiã in medicina ait dari ad lumborum & iocinorum uitia: quæ hic ἰσχιάδας & ὑπατικοὺς λιαθλοῦντας dixit: coxendices scilicet & iecoris uitia, iocinorosq; intelligens: Secutusq; Plinij Barbarus & ipse uertit: Radix ad dimidias cocta datur ad lumborũ uitia: uidenturq; ambo ἰσχιάδας lumbos uertisse. Nos Græcoq; nominũ antiquã æstimationẽ secuti, coxendices non lumbos uertimus. Nec uolumus modo in manifesta re Plinio aduersari. Potuit enim ille alios in eo remedio autores sequi. Quod monemus illud solum est, differre longo interuallo in natura & animalium partibus primum, mox in Græcorum indicatione coxendices & lumbos. Illas enim ἰσχιάδας, hos ὑπατικοὺς illi uocant. Nouimus q; omnes utriusq; partis diuersam in animalibus posituram. Tamq; omnibus hæc patent, ut signasse quod inter nos discrepat, satis sit. Sequitur in scriptore hoc deinde, quasnam hic urinas asperas uocat, nouisse. Nobis in urinarum discriminibus & notis nulla βαχύτητος, id est asperitatis uox inuenta est. Inuenimus tamen in sedimentis eius candidũ, æquale, multũ, & quod Græci dicunt λεῖον, quod asperitate caret & lẽuorem habet: cui contrarium possumus asperum intelligere. Id nos medicis censendũ relinquimus, qui quotidiana eorum discriminũ experientia qualis asperitas hæc in urinis dici possit, certius intelligent. Nos rem tantum signauimus, quoniam in ea uoce sola est asperitatis æstimatio. Monebimus illud etiam antequã à papauere hoc discedamus, quæ in extremo capite leguntur: Siquis autẽ corniculatũ hoc papauer &c. in antiquissimis ijsdemq; optimis Græcis nulla esse: manifesto argumento, non fuisse ea quondã in censu scriptoris huius, q̃ adhuc ueluti addita leguntur. Absoluto enim clausoq; illic toto capite, sequitur, ὧν ἄλλῳ: quod est: in alijs codicibus &c. Fueratq; animus nobis, quemadmodũ sæpe alias fecimus, relicta penitus ex hoc scripto re omnia illa eijcere: Verum tamen doceri in ea parte duo uidentes, alterq; quod à Theophrasto monetur, carpi papauer hoc per messem, & eodẽ maleficio esse & ijsdẽ remedijs curari quibus est & curat opiũ, quod in

ἰσχιάδας. ὑπατικούς.

Vrinarũ discrimina q̃dam.

VI. inter uenena manifeste ab hoc doceť: mutato consilio, pariter alijs ea uertimus & reddidimus. Quæ eñ in alioꝝ papauerũ genus hoc traxerunt causæ, foliorũ similitudo, & par opio maleficium sunt.

περὶ μήκωνος ἀφρώδους. κεφ. χμθ'.

Μήκωνα ἀφρώδη. ὑπὸ δέ τινων ἡρακλεία κληθεῖσα, καυλὸν ἔχει σπιθαμαῖον. τὰ φύλλα σφόδρα μικρά. σχοινίῳ ἐοικότα. ὁ καρπὸς πᾶς αὐτῆς λευκός. ὁ δὲ ὅλον δὲ βοτάνιον λευκόν ὅσον καὶ ἀφρώδης. ῥίζαν δὲ λεπτὴν ὑπολεύκον. ὁ δὲ χυμὸς συλλέγεται ὅταν τελείως ἀφωδῃ δέρους. καὶ ξηρανθεὶς ἀποτίθεται. καθαίρει δὲ διὰ μέτρων ὀξυβάφου πλῆθος σὺν μελικράτῳ λαμβανόμενον. ἰδίως δὲ ἡ τριαύτη κάθαρσις ἐπιληπτικοῖς ἁρμόζει.

De Spumeo papauere, quod Græci aphrodes dicunt. Cap. LXV.

MEcona aphrodẽ. Sunt q Heracliũ papauer. ⌊Romãi pariter Græcis aphrodes & Heraclium dicunt.⌋ Caulẽ habet dodrantalem: breuissima folia, lanariæ herbæ similia: & circa ea fructum candidũ. Tota etiam herba cãdida est & spumea: cui radix candida est, in summa terræ hærens. Legitur semen eius æstate, cũ toto incremento integrũ fuerit, siccatumq; cecíderit. Purgat uomitiõibus acetabuli pondere cum mulsa aqua sumptum. Priuatimq; comitialibus purgatio ea congruit.

INTERPRES.

HEraclium uocari papauer hoc tantum, Theophrastus eodem libro testatus est. Nec nos scimus ab Hercule ne sic uocatum fuerit, an ex tam multis quæ toto orbe aliquãdo fuerunt urbes Heraclia aliqua, ad quem frequens aut speciosum papauer hoc nasceretur, nomen illi fecerit. Plures alij à candore & raritate spumæ, quas habet notas, spumeum nominauerunt. Theophrasti historia de eo hæc est: ἡράκλεια δὲ μήκων ἡράκλεια καλεῖται, ὃ μὲν φύλλον ἔχουσα ὅμοιον σπυρθίου, ᾧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι, ῥίζαν δὲ λευκὴν ὑπόπλαιον, ὃν δὲ καρπὸν λευκόν. καθαίρει δὲ ἄνω ταύτης ἡ ῥίζα. χρῶνται δὲ πινδ πρὸς ἐπιληπτους ὑμελικράτῳ. quod est: Aliud etiam papauer Heraclium uocatur, folium habens struthio, id est lanariæ herbæ qua lintea dealbantur, simile: radicem candidã in superficie terræ: fructum itidem candidum. Purgat per superna radix eius: utuntur ea aliqui ad comitiales in mulsa aqua. Quæ non ideo dicta à nobis sunt, ut quæ parum fœliciter Plinius ex Theophrasto in hoc papauere reddidit, redargueremus: iampridem enim à Leoniceno & ab alijs deprehensum id est: Sed ut concordem antiquorum duorum scriptorum in hac planta historiam & medicinam ostenderemus: simul & monueremus, quæ mutata ex communi lectione à nobis fuerunt, autore Theophrasto mutata fuisse: Nec illud etiam relinqueremus, accedere nos eorũ iudicio, qui Plinium in descriptione papaueris huius redarguunt: nec posse à quoquam in tam manifesta re satis defendi.

περὶ ὑπικόου. κεφ. χν'.

Ὑπίκοος, οἱ δὲ, ὑποφέ καλοῦσι. φύεται δὲ ἐν τῷ σίτῳ καὶ ταῖς ἀρούραις. φύλλον δὲ ἔχει πηγάνῳ ὅμοιον. κλῶνας μικρούς. δώραμιν δὲ ἔχει ἀναλογοῦσαν τῷ τῆς μήκωνος ὀπῷ.

De Hypecoo herba. Cap. LXVI.

HYpecoon. Sunt qui hypopheon. ⌊Romani pariter Græcis hypecoon uocãt.⌋ Nascitur in triticea segete & aruis hypecoon. Rutæ folia habet, breuesq; ramulos. Papaueris lacti uiribus proportiõe respõdet.

INTERPRES.

DE hypecoo sunt inter Latinos Plinio omnia eadem. Nasci in segetibus enim ait rutæ foliis: & candẽ papaueris succo naturam illi esse.

περὶ ὑοσκυάμου. κεφ. χνά.

Ὑοσκύαμος. οἱ δὲ, ὑοσκύαμος. οἱ δὲ, πυθώνιον. οἱ δὲ ἀδάμαντα. οἱ δὲ ἀδάμενον. οἱ δὲ, ὑπνωτικόν. οἱ δὲ, ἐμμανές. οἱ δὲ ἄτμον. οἱ δὲ, διθιάμβειον. πυθαγόρας, προφῆται, ὀδάνης ξελέων. ζωροάστρης τυφώνιον. ὑμαῖοι ἰναοσεντάρια. οἱ δὲ ἀπολινάριος. προφῆται δὲ ἀπολλωνικά. αἰγύπτιοι σαφθώ. θρᾷκοι φαβουλώνιαν. γάλλοι βιλινουντίαν. δακοὶ δηλιάν. ⌊Ἁμνος δέ, καυλοὺς ἀνεῖς παχεῖς. φύλλα πλατέα. ὡς μήκωνος. ἐχινωμένα. μέλανα. δασέα. παχὰ δὲ τὸν καυλὸν ἐφεξῆς πεφύκασιν ἄνθη ὥσπερ ῥοιᾶς κύλικοι. πεφαγμένοι ἀστερίσκοις. σπέρματος μεσοῖς ὡς περὶ μήκωνος. ἔστι δὲ αὐτοῦ διαφορὰ τριττή. ὁ μὲν γὰρ ἄνθη ὑπόπυρρα φέρει. φύλλα σμίλακι ὅμοια. σπέρμα

De Apollinari herba. Cap. LXVII.

HYoscyamon. ⌊Sũt qui Dioscyamõ, qui Pythonion, qui adamanta, qui adamenon, qui hypnoticon quasi somnificã, qui emmanes quasi furiosam, qui atomon, qui dithyambrion appellent. Pythagoras, Magi & Osthanes, xeleona. Zoroaster Typhonion. Magi rha Ponticũ. Aegyptij saphtho. Thusci fabuloniã. Galli belinuntiã. Daci dielian. Romani inaoentariam uel Apollinarem dicunt.⌋ Fruticem crassis coliculis est. Folia habet lata, oblonga, incisuris diuisa, colore nigro & hirsuta: perga autem deinceps flores punicæ cytinorum figura, clipeolis in medio obstructos semine ceu papaueris plenos. Triplex discrimen & genus Apollinaris herbæ est: Purpureo enim flore altera est, foliis hederæ similacis, semine nigro,

μέλαν. ἢ πυῦς κοτίνους σκληροὺς ἢ ἄκανθώδῆς. ὁ δὲ ἀφ' ἁπάνθη μυλοφόνῃ. φύλλα ἢ λοβοὺς ἁπλώτερα. σπέρμα ὑποξανθον ὡς πὴ ἐρυσίμον. ἀμφότεροι ὁ θυμιῶσι μανιώδεις ὑπάρχουσι ἢ κωματώδεις. εὐχρηστος ὁ εἰς θεραπείαν ἡπιώτατος ὢν ὁ ξύλου λιπαρὸς ἢ ἁπαλός, ἢ χυοώδης. ἄνθη λευκὰ ἔχων. ἡ δὲ σπέρμα λευκόν. φύεται πὰ θαλάττῃ ἢ ἐρημίοις. εἰ δὲ μή πὴ ἐρημίοις τόποις, χεῖται δὲ ἐπὶ ἐσχάρας. ὁμοῦ ὁ μὲν λαναρὸς ἀποκιμάζεται ὡς χείρισος. χυλίζεται δὲ ὁ κατὰ ἁπαλὸς ἢ τὰ φύλλα ἢ οἱ καυλοὶ κοπτόμενοι ἢ ἐκθλιβόμενοι ὑπὸ ἡλίῳ ἐκραινόμενοι τῷ ὑγρῷ. χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς ὑπαυχένα διὰ τὸ εὐστόμαχον. χυλίζεται ὁ ἢ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κατ' ἰδίαν κοπτόμενον ἐκραινόμενον, ὑφ' ὕδατος θερμοῦ πεπαχυνόμενος ἡ ἐκθλιβόμενος. ἔστι δὲ ἐλλύχνιον τοιοῦτο τὸ χύλισμα. ἢ ἀνολωτὸν ἐκραινόμενον. ἢ δὲ χλωρὰ κοπεῖσα ἢ μιγεῖσα σταφίδι ἀλεύρῳ, ἀναπλάσεται εἰς ἀρτίσκους ἢ ἀρτίδεται. ἀρμόζει ὁ τὸ πρῶτον χύλισμα ἢ ἀπὸ τὸ ἀπὸ ἐκραινόμενον πρὸ σπέρματος εἰς κολλύρια ἀνώδυνα. ἐπὶ πρὸς ἐρεύματα ὀφθαλμῶν ἢ θερμότητα. ὠφελεῖ τὲ ἡ τὰ πεπυρωμένα. σὺν ἀλεύροις δὲ ἢ ἀλφίτοις, πρός τε ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς ἡ πρὸς ἕλκη ἡ τὰς ἄλλας. τὸ δὲ σπέρμα τὰ αὐτὰ πὴ δύναται, πρὸς ῥῆξιν ἡ πρὸς βῆχας, ἡ κατάρροον, ἡ ἐρεύματα ὀφθαλμῶν, καὶ πρὸς ὀδυνίας. πρός τε ἕλκη γυναικεῖα, καὶ τὰς ἄλλας αἱμορραγίας ὅσον ὁ βολὸς σὺν μίκωνι ἡ σπέρματι καὶ μελικράτῳ πρὸς ἐμόζῃ ἢ πρὸς πρόπτωσας. ὑγιάζει πεφυσωμένους. μασσῶνες γὰρ κεχρῆσθαι ἐπαιρομένους. λεῖον μετ' οἴνου καταπλασσόμενον. καὶ εἰς τὰ ἄλλα ἀνώδυνα καὶ ἁπλάσματα μίγνυται ὠφελίμως. καὶ τὰ ἀναπεπλασμένα φύλλα εἰς πάντα τὰ ἀνώδυνα εὐχρηστα μιγνύμενα ἀλφίτοις. καὶ καθ' ἑαυτὰ καταπλασόμενα. τὰ δὲ πρόσφατα φύλλα καὶ πλατέα, ἀνοδυνώτατα πρὸς πάντα πόνον. πρία δὲ ἢ τέτταρα πρὸς ἕλκη σὺν οἴνῳ, ἢ πιάλους πυρετοὺς θεραπεύει. ἐψηθέντα δὲ ὡς λάχανα ἢ βρωθέντα ξυβλίου πλήθει, μετρίαν ποιοῦσι ἐξαγάζεται. φασὶ δὲ ἐάν τις ἕλκος ἔχοντα σὺν κώλῳ ἐγκλύσῃ, ἀπὸ ἀπογάζεται. ἡ δὲ ῥίζα μετ' ὄξους ἐψηθεῖσα, ὀδοντολγίας παύει ἀκλυσμα.

nigro, durisq; & aculeatis cytinis. Flore altera luteo, foliis & siliquis tenerioribus, semine subflauo ceu irionis. Insaniã soporemq; ambæ hæ faciunt: infœlicis in usu euentus. Vtilis, & ad medicinã pla cidissima tertia: tenera, pinguis, lanuginosaq;: flore albo & semine. Nascitur hæc ad mare & inter ruinas & rudera. Quod si uti hac non licebit, uten dum lutei seminis illa. Nigra, & omnium pessima, ex omni usu abdicanda erit. Colligit ex tenero se mine foliisq; & coliculis succus. In quẽ usum tun duntur omnia: expressusq; in sole siccat succus. Vsus eius ad annũ tantũ: facile em putrescit. Colli gitur priuatim etiam succus ex semine iam sicco, adfusa cum tunditur calida aqua & expressus. Est autem sic expressus succus priore illo innocẽtior, & ad arcendos somno dolores aptior. Ipsa etiã tun duntur folia: insperſaq; ex trimestri tritico fari na in pastillos conformant, & conformata seruan tur. Vtilis prima, & ex ficco semine succi altera ex pressio, collyriis ad arcendos somno dolores cõfe ctis. Vtilis & cõtra acres calidasq; in oculos destil latiões, dolores aurium, et muliebriũ locoꝝ uitia. Cum farina autem polenta'ue contra podagras, oculorum inflammationes, aliasq; omnes. Facit ad eadem et semen. Bibitur idem utiliter etiã con tra tussim, à capite in subiectas partes destillatio nes, oculoꝝ itidem destillationes, graues eoꝝ do lores, muliebres fluctiones, aliasq; sanguinis eru ptiones. Bibiturq; oboli pondere in mulsa aqua, addito papaueris semine. Cõfert idem podagris, testium inflationibus, et mammis à partu tumen tibus tritum et ex uino emplastri modo impositũ. Miscetur utiliter et aliis quæ ad arcendos somno dolores conficiunt cataplasmatis. Quinetiã et fo lia in pastillos conformata, omnibus ad arcendos dolores confectionibus polẽtæ mixta utiliter ad duntur: Per se etiã utiliter emplastri modo impo nuntur. Recentia itidem folia emplastri modo im posita, omniũ aliorũ remediorũ efficacissime do lores omnes arcent: Sanant hæc ipsa etiã ter qua ter'ue pota febres quas epialos uocant. Elixa ea dem et in cibo sumpta tryblii mensura mediocre deliriũ faciũt. Ferũt præterea si quis ulcus in crassi ore intestino quod colõ dicunt habẽti, clystere in fuderit, eandẽ fieri insaniã. Radice eius postremo in aceto elixa, utiliter in dolore dẽtes colluunt.

INTERPRES.

HAec est hyoscyamos illa, contra cuius maleficium hic ipse scriptor pluribus remedijs vi. uolumine pugnabit. In qua non male damnauerit aliquis naturam, quæ humanæ menti noxiam & in furo rem homines agentem herbam tam sagaci artificio contra cœli iniurias omnes munierit & ornaue rit. Nec minus etiam demirabitur gentes, quæ tam multis tamq; honestis appellationibus optabilem igna ris & admirabilem fecerint plantam, quæ alioqui ob eam quã diximus causam ableganda ultra Sauroma tas fuerat & glacialem oceanum, ut alsiosis locis illic nascens, ante maturum semen tota aliquando periret.

Nisi forte contra uota hæc noſtra intulerit aliquis tam grauem noxam non minore bono eam rependere: optandamq́ in orbe noſtro plantam, quæ tam efficaci remedio contra dolores, quibus tota aliquando pe ric uita hominis, pugnet. Nec quia menti noceat, ideò doloris lenimenta quæ habet abijcienda. Pæ ſapien ter enim, quia malum coniunctum ſit bonũ, ex altero utrunq́ damnatur: cum liceat diſtractis in diuerſa cõ trarijs, malo prudenter carere, bono autem fœliciter uti. Quod in Apollinari herba præſertim faciendũ, quã Græci hyoſcyamon, id eſt ſuum fabam ideo uocauerunt, q́ ut in hiſtoria ſua retulit Helianus, paſtu eius cõ uellantur ſues præſenti mortis periculo, niſi copioſa aqua ſtatim ſe foris & intus proluerint: Alij, ut fit in deſi derio ſalutis, & ſuauiore uoluptatis ſenſu, cum ope eius à dolore ad indolentiam quaſi diuino quodam be neficio reſtituti fuiſſent, non ultra hyoſcyamum à ſuibus, ſed à Ioue Dioſcyamum, id eſt Iouis fabã dixerũt. Vſi eadem nominis ratione illi etiã ſunt, qui à medicinæ autore deo Apolline, Apollinarẽ herbam & Pytho nion eam dixerunt: Phœbeũ enim & illud à Pythone nomen eſt. Fuerunt contrà qui à maleficio eius emma nes, id eſt in inſaniam & furorem agẽtem eam nominauerint: & à ſomno quẽ facit, hypnoticon: ſomnificũ enim ea uox ſignificat. Thuſci Græcos imitati, & quoniam in caulibus non aliter q̃ in fabalibus ſiliquæ cy tini eius deinceps diſpoſiti hærent, fabuloniã, non aliter q̃ multa alia in re Latina uocauerunt. Superſtitioſe poſtremò, ſed incertis nunc nominibus Magi etiam hyoſcyamũ hanc nominauerunt. Sunt & inter Latinos ſcriptores qui ſymphoniacam herbã etiã uocauerint. Palladius Octobri menſe cap. XII. & Apuleius in cõ mentariolo illo de herbis. Credimusq́ nos ideò ſymphoniacam dictã, q́ quemadmodũ ad muſicẽ quæ ſym phonia conſtat, & ſymphonia etiã dicitur in hydraulicis organis, quæ à Vitruuio libro X. ſuæ architecturæ deſcripta ſunt, regulæ duæ ſcalari forma erectæ cymbala quædam deinceps diſpoſita ſuſtinebant: quibus deinde ſpiritus & aquæ impetu pulſis, modulatio fiebat: Sic in caulibus herbæ huius cytini illi diſpoſiti de inceps, ſymphoniaci inſtrumenti illius imaginem aliquã oſtenderent. Quod ſi liceret nunc hydraulica illa organa uidere, quemadmodũ hyoſcyamum licet, quod ſuſpicari nos dicimus, facilius intelligeretur. Vulga ris notaq́ omnibus hyoſcyamus eſt: Neſcio tamen q̃ multi in ea naturæ diligentiam obſeruauerint, quam hic duobus tantum indicat uerbis: Clipeolis obſtruſos &c. In cytinorum deſcriptiõe ea ſunt quos hic ait punicæ ſimiles eſſe, clipeolis in medio obſtructos. Addidimusq́ nos in medio, ut qua parte inueniendi cli peoli illi ſint, certius indicaretur. Floret hyoſcyamus, floremq́ profert punicæ cytino figura tantũ, non quã titate coloreq́ ſimilem. Dico autem cytinum, florem ſimul & pomi in punica principium, quem primo uo lumine in ea arbore deſcripſimus. Et in quo cũ defloruit, in inferiore globoſiore q́ eius parte ſemen natura cõcipit, tenuiſſimaq́ membrana inuolutũ maturat: numeroſum & minimum. Mox quoniam in cytino olci tant ſuperiores partes in aliquot lacinias diuiſæ, rectæq́ rores & imbres aperto continue ore intra ſe recipe re poſſunt, conſulens ſeminibus illis natura, qua parte in medio cytini ueluti anguſtæ fauces ſe coarctant, inuerſum ueluti acetabulum lignea ſoliditate tam artificioſe ferruminauit, ut nullo humori trãſitus ad ſe men illac ſit. Et hos hic uocat clipeolos, nõ diſſimiles his quibus in gladiatura ſiniſtræ manui inſertis, & qui bus ſola uideatur uix poſſe manus tegi, gladiatores noſtræ ætatis utuntur. Sunt q́ clipeoli illi ab inferiore ſui parte qua ſemina contingunt, luteo: ſuperiore uero aëri & cœlo obuerſa colore nigricante. In coloribus flor deinde, ex quor diuerſitate hic tria ueluti genera Apollinaris huius herbæ conſtituit, quæ in ſecundo cenſu hic uocat ἄνθη μηλοφλῶ, uertitq́ Barbarus, Floribus mali effigie: à nobis luteo colore reddita ſunt. Secu tiq́ in eo ſumus naturã, in cuius obſeruatiõe pro cõperto habemus, luteo colore flores alterius hyoſcyami huius eſſe, quæ in parietũ rimis plerũq́ naſcit, multo minoribus cytinis q̃ alia & lanuginoſioribus foliis. Vi detur idẽ etiã uniuerſæ plantæ tribuiſſe quod hic ait: ἡ δὲ χλόη κοπεῖσα &c. dicẽs: Herba quoq́ ipſa uirens tun ditur, & in farina trimeſtri diuiditur in paſtillos &c. Cum tamen hic non uirentem herbam dicat, ſed χλόην tantũ. Eſt autẽ in plantis χλόη quod in eis uiret. Intelligunt q́ Græci in ea uoce frondes tantum & folia. In eo nos etiã frequentẽ huic ſcriptori rationẽ ſecuti ſumus, qui χλόῃ aliquot locis nihil aliud q̃ frõdes & folia in telligi uult. Diſcrepat inter nos illud etiã, quod Dioſcorides ait ὄρχεις πιφυσωμένους: uertitq́ ille teſtiũ tumoribꝰ; nos aũt teſtiũ inflationibus: Significari enim ea uoce credidimus teſtiũ quotidianũ malũ, quod Græci à ſpi ritu circa eos in ſcroto collecto, πνευματοκήλη quaſi uentoſum ramicẽ dicunt: quod q́ in dilatationis genere quã ἀνεύρισμα uocant, Leonides & Græcor medici alij conſtituerunt, & quẽ idẽ Leonides negauit à chirurgo curandum eſſe. Poſteriores tamen ſic à chirurgo curandũ eſſe præceperunt, ut in eodẽ ſcroto cirſocele cu ratur. Secutiq́ in eo uim uocis ſumus. Scientes q́ φύσαν & φυσᾶν uerbũ in ſpiritu & flatu tantũ intelligi, mali cauſam in ſpiritu conſtituimus: præſertim audientes in Græcis πνευματοκήλη, id eſt uentoſum ramicem de ſcribi: in tumoribus autem ultra ſpiritum multiplicem aliam ſubſtantiam intelligi poſſe.

πνευματοκήλη. Vẽtoſus ramex.

Ὑπὲρ ϲυλλίου. κεφ. χνβ'.

ϒΣυλλίον. Lοἱ δ̓, κατάφυσις. οἱ δ̓ κυνοκεφάλιον. οἱ δ̓ κρυσάλλιον. οἱ δ̓, κυνόμυια. οἱ δ̓, ψύλλιον. οἱ δ̓, σικελιωτικόν. οἱ δ̓ σικελοί, κονιδίαι. ῥωμαῖοι σιλβάκιον. οἱ δ̓ ἕρπυλλικὸν ἄφρον οὔσης ὁμοίως. Jφύλλον ἔχει κορωνοπόδιον ὅμοιον. μακρόν. Lκαὶ μακρότερον). Jκλῶνας δὲ ποιεῖται πολλούς. ἡ δὲ ὅλη βοτάνιον χορτῶδες. ἄρχεται δ̓ αὐτοῦ ἡ κόμη ἀπὸ μέσου τοῦ καυλοῦ. κεφάλια δὲ ἕνα ἢ τρία ἐπ̓ ἄκρου συνεσταλμένα. ᾧ διὰ

De Pulicari herba. Cap. LXVIII.

PSyllion. LSunt qua cataphyſin, qui cyno cephalon, qui cryſtalion, qui cynomyan, q pſyllerin, qui Siculã herbam uocent. Sicu li conidñda. Aphri uargugũ. Romani ſyl uacium ſiue herbam pulicarem appellant. JFolia cornicis pedi herbæ ſimilia habet, hirſuta, Lſed longiora t JdodrantalesQ ramulos. Tota autem herba fœni modo folioſa ſurculoſaq́ eſt. Inci pit coma eius à medio caule. Capitula in ſum mo habet duo tria'ue, in anguſtum contracta

Semen

σπέρμα φυλλοις ὅμοιον. μέλαν. σκληρόν, φύεται ἐν ἀγροῖς καὶ χέρσοις. Δύναται δὲ ἔχει. Lμαλακτικὸν. συντηκτικήν.J ψυκτικὸν, ὠφελεῖ δὲ καταπλασθὲν μετ' ὄξους ἢ ὕδατος. παρωτίδας. φύματα. οἰδήματα. σφέμματα. κεφαλαλγίαις, μετὰ ῥοδίνου ἢ ὄξους ἢ ὕδατος. ἐντροκήλας τε τὰς ἐπὶ παιδίων, ἢ ἕλκη συμφάλους καταπλασθὲν μετὰ ὄξους. δεῖ δὲ ὀξυβάφου πλήθος λεαίνοντας βρέχειν ἐν ὑδατι ἢ ὑδατος καὶ ἀκτύλοις. ἢ ὅταν παχεῖα ᾖ ὕδατος, ὥστε πλατύνειν, χύσιν ἱκανῶς. * LCὑ δὲ ὕδατος δεῖ ζέον ὡς μάλιστα θερμόν, κατασείοντα τὸ σπέρμα. πρὸς δὲ τὰ πρὸς ἐρυσιπέλατα. φασὶ δὲ καὶ ὁμιοῦσαν ἐν οἴκῳ χλωρὰν, οὐκ ἐᾶν φύλλα ῥιπτεῖν. κοπεῖσαν δὲ μετὰ σέσαμου, τὰ ἕλκη ἀνακαθαίρει. ὁ δὲ χυλὸς μετὰ μέλιτος πρὸς ὦτα ἕλκη καὶ σκώληκας ἔχοντα.

Semen pulicibus simile, nigrũ durumq;. Nascitur locis incultis & aruis. Vis illi & natura est Lmollire, adstringere, refrigerareq;.J Prodest ex rosaceo aceto'ue aut aqua emplastri modo imposita, articulorꝝ doloribus: abscessibus secundũ aures quos parotidas dicunt: panis, tumoribus, cõuulsis & capitis doloribus. Eadem ex aceto emplastri modo imposita, intestinorꝝ ramices in pueris & procidẽtes umbilicos sanat. Oportet autem acetabuli põdere tusam in aquę heminis duabus madere: cũq; densata concreuerit aqua, illinire: egregie enim refrigerat. L Eadem in feruentem aquã demissa, feruorẽ eius retũdit. Facit itidem ad sacros ignes. Feruntq; si uiridis in domum feratur, generari in ea pulices prohibere. Tunditur eadem, tusaq; addito adipe sordida & malefica repurgat ulcera. Facit succus etiam cum melle ad uerminosas & destillantes aures.J

INTERPRẼ.

REuocanda in hunc locũ quæ superiore uolumine de conyza constituta fuerunt. Cauendumq; legentibus, quoniã duæ pulicares herbæ in hoc opere nobis sunt, ne difficili utriusq; intellectu eaꝝ simul nomina misceantur: illa enim conyza pulicaris, hæc simpliciter pulicaris dicitur iussa est. Cur aũt diuersas eodem indicauerimus nomine, non leuis fecit causa. Non poterant huic ex Græci nominis ratiõe notata hæc deesse: Græci enim à psyllis, quæ pulices in ea gente sunt, psyllion, id est pulicarẽ uocauerunt. Non poterat Græca uox etiam aliter uerti. In illa cogebat omniũ hactenus scriptorꝝ consensus, qui pulicarẽ eam in cõmentarijs suis passim uocauerant, à pulicibus pariter indicare. Accedebat deinde his, q; utraq; causam aliquã, cur sic uocari posset, ostendebat: illa q; hærentes sibi pulices enecat: hæc, q; semine, ut Plinius ait, pulicem generationẽ prohibere. Descripsit hanc pulicareꝝ Plinius libro XXV. capite nono, plures q; & ille ex adiectis his appellationibus numerauit, crystalion, Sicelicon, cynomyam & cynoides. Quarꝝ aliquæ non satis certã modo causam habent: aliquæ à uiribus notis q; eius factæ sunt, qualis crystalion est, qua indicarũt qui ea usi sunt, crassescendi densandi q; uim quã ea habet, crystallũ enim glaciẽ Græci uocant, quæ in lapidis duritiẽ concreta densataq; frigore aqua est. Illi simile aliquid pulicaris huius herbæ liquor habet, ut ex eius in scriptore hoc historia & ex Plinio patet. Retulit idẽ Plinius, foliꝭ canino capiti, modo integer locus ille sit, non dissimilibus esse: contrà q; hic, qui cornicis pedi herbæ comparauit. Quò fit ut uitium in Plinio suspicemur. Nec tamen habemus unde cynocephalium & cynomyã, in quibus uocibus ex cane aliquid est, dictam fuisse significemus. Sicelicam deinde à Sicilia uocatam conijcere facile est. Sarmentosam, quam hic χορτῶδες, Plinius esse dixit. Nos fœni modo folio sam surculosamq; potius diximus: longo interuallo distare Latinorum sarmenta à Græcorum χόρτῳ scientes: qua uoce illi significant omnes quæ ad fœnum in pratis nascuntur herbas. In uiribus eius etiam non parum uariant antiqui scriptores: Hic mollire, adstringere & refrigerare eam dixit: Plinius illi ad refrigerandum & discutiendum ingentem uim assignauit: Paulus Aegineta in secundo ordine refrigerare, & præterid medias habere in siccando & humãdo uires testatus est: quæ quoniam non sunt omnibus eadem, signare legentibus placuit. Quemadmodum & quo loco corruptæ, nec bene respondentis lectionis notam adiecimus, legentes monemus, uideri nobis quod & Plinius indicat, præcipi à scriptore hoc contra capitis dolores ex aceto aqua'ue aut rosaceo fronti temporibusq; imponi semen. Mox in alijs affectionibus: intestinorꝝ ramicibus, uerbi causa, aut procidentibus umbilicis habendũ in duabus aquæ heminis tritum idem semen: & cum aquam ueluti in gelu & glaciem densauerit: quod ui eius fore intelligendum est, tunc cõcreto semini eius diluto illo antedicta uitia inungere. Sed parum certus in scriptore hoc sensus hic est. Cui etiam in antiquioribus & melioribus Græcis deest quod ultimum in hoc capite & ab eo loco legitur: Eadem in feruentem aquam admissa &c. Et hæc pro historia pulicaris herbæ satis sint. In medicina nunc dicemus, quos nam Græci ὀμφάλους, Latini procidentes umbilicos dixerint: malum quod multiplicem causam habet. Si quidem procidit homini umbilicus, aut disrupta eo loco interiore membrana: quam quoniam interaneis omnibus extensa adiacet, Græci peritonęum uocant: procidente q; illac aut omento aut intestino, & nonnunquàm otioso humore umbilicum subeunte. Aliquando etiam caro eodem loco augetur. Sæpenumero itidem sanguis disrupta uena aut arteria illic coit, ut in dilatationibus præmonstrauimus. Nonnunq; etiã solus spiritus. Omnibus his præcedentibus causis procidit homini umbilicus: cuius curatio ad chirurgiam præcipue pertinet. Hic tamen pulicaris huius semine reprimi posse ostendit.

ὀμφάλους. πρόπτωσιν.

Περὶ στρύχνου κεφ. ξθ'. De Solano, Cap. LXIX.

Στρύχνος κηπαῖος. Οἱ δὲ, ἡμερον. ξωμαῖοι σεράμουμ. οἱ δὲ, κακουβαλόν. αἰγύπτιοι ἀλικακάβον. γάλλοι σκόβουλουμ. ἄφροι ἀσισμουνίμ. στρύχνος, ⌊ἐδώδιμος ὅτι δαμνίσκος. οὐ μέγας. μαχάλας ἔχων φύλλας. φύλλα μέλανα, ὠκίμου μείζονα καὶ πλατύτερα. καρπὸν πυριφερῆ. χλωρόν. μέλας δὲ ἡ κιττὸς γίνεται μετὰ τὸ πεπανθῆναι. ἀβλαβὴς δὲ ἡ βοτάνη πρὸς γεῦσιν. δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικήν. ὅθεν τὰ φύλλα καταπλασσόμενα, ἁρμόζει πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας μετὰ παιπάλης ἀλφίτου. καθ' ἑαυτὰ δὲ ἐπιτιθέμενα λῦσαι, αἰγίλωπα θεραπεύει καὶ κεφαλαλγίαν. Ὁ σομάχῳ καυσουμένῳ βοηθεῖ. παρωτίδας δὲ διαφορεῖ σὺν ἁλσὶ λεῖα καταπλασσόμενα. καὶ ὁ χυλὸς δ' ἐπ' αὐτοῦ πρίει πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας, σὺν μέλιτι καὶ ῥοδίνῳ καὶ λιβανωτῷ. πρὸς αἰγίλωπα δὲ σὺν ἄρτῳ. ἁρμόζει καὶ συριῶσι παιδίοις σὺν ῥοδίνῳ ἐμβρεχόμενον. μίγνυται δὲ καὶ κολλυρίοις ἀντὶ ὕδατος ἢ ὠοῦ τοῖς πρὸς ῥεύματα δριμέα εἰς τὰς ἐγχύσεις. ὠφελεῖ καὶ ὠταλγίαν ἐνσαγείς. ἴσχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναικῶν ἐν ἐρίῳ προσεδείς. ὁ δὲ χυλὸς ἀναγκαῖος ὅτι πρὸς αἰγίλωπας. συμμαλασσόμενος ἀφόδῳ πυρὰ ὀρυίδων καρικιδίων καὶ ῥάκει ἐπιθέμενος.

STrychnon Lnigrũ⌋ hortẽſem. L Sunt etiã qui ſatiuũ pro hortenſi uocent. Aegyptij alelo. Galli ſcubulũ. Aphri aſtriſmuṇ. Romani ſtrumũ aut cacubalũ appellant. ⌊ Non adeo grandis frutex eſt ſolanũ quod edendo eſt. Alaṇ caua multa habet. Folia nigra ocimo maiora latioraq;. Fructũ rotundũ, ante maturitatẽ herbaceo colore: cũ maturuit deinde, ruffum nigrãq;. Innocens in cibo eſt, refrigerandiq; uires habet. Eamq; ob cauſam folia emplaſtri modo impoſita, ſacris ignibus & ulceribus quæ à ſerpendo herpetas uocant, cum polẽtę polline accõmodata ſunt. Conciſa etiã & per ſe oculoṇ in maiore angulo fiſtulas quas dicunt ægilopas ſanant. Proſunt eodẽ modo impoſita & capitis doloribus. Stomachi doloribus ſubueniunt. Abſceſſus ſecundũ aures ꝙs parotidas nominant, diſcutiũt: in quẽ uſum cõciſa cũ ſale emplaſtri modo imponunt. Facit & ſuccus ad ſacros ignes, & quæ à ſerpendo ulcera herpetas uocãt, cũ ceruſſa, roſaceo, & argẽti ſpuma. Facit & ad oculoṇ fiſtulas quas ægilopas uocãt, cũ pane impoſitus. Inſpergunt eodẽ utiliter addito roſaceo infantes in capitis ardore quẽ ſyriaſim dicũt. Quinetiã pro aqua ouo'ue collyriis contra acres oculorũ deſtillatiões factis ut eo inungant, miſcetur. Auribꝰ in dolore utiliter inſtillat. Siſtit mulierbres fœminarũ fluctiones in lana appoſitus. Contra oculorũ in maiore angulo fiſtulas quas ægilopas uocãt, itidẽ cũ gallinarũ rubẽte fimo ſubigit, & laciniæ iniectus utiliter imponitur.

INTERPRES.

VEſſicarias in Theophraſti plantis Gaza ſtrychnos duas appellauit, ſopores alterã, furores faciẽtem alterã: quæ huic ſcriptori in quatuor eius generibus poſtremæ ſunt. Videturq; ex Plinio uolumine xxi. capite xxxi. cõmune id nomen omnibus feciſſe. Cum tamẽ Plinius ſecundũ eius genus tantũ cognomento halicacabũ ueſſicariã uocet: cauſamq; afferat, q; ueſſicæ & calculis proſit: in qua ui ſubſcribẽtem ſibi habet hunc ſcriptorem, qui οὐρητικὸν aut ſtrychnon eum eſſe. Veruntamen dubitari facile poteſt, an alia nominis eius cauſa quondã fuerit, qualis in eo mox à nobis diceẽ. Veſſicarias ut præmonſtratũ eſt ſtrychnos omnes ille dixit. Celſus contrà ultimo ſecundi libri capite, cum numeraret quæ reprimunt ſimul & refrigerant, poſt multa his uerbis ſolanũ ſtrychnũ uocauit: Siſer, apiũ, ſolanũ, quã ſtrychnũ Græci uocant: hanc intelligens, cui & à Dioſcoride præcipua in refrigerando uis aſſignatur. Nosq; Latinæ rei antiquũ auctorem ſecuti, ſolanum, non ueſſicariã ſtrychnũ hortenſem ſiue ſatiuam diximus: quæ nigris folijs & in extrema maturitate nigro ſemine ab hoc & ab alijs deſcribitur: pingui cultoq; ſolo proueniens: cuius noſtra ætate nullus in cibis uſus eſt: & ſi hic hortenſe, ſatiuũ, edendo eſſe, & in cibo innocens dicat. Quibus conijcere aliquis merito poſſit, fuiſſe quondam in ſanitate aliquem eius uſum. Solani huius nono de plantaq; hiſtoria Theophraſtus duo tantũ facit genera: ὑπνώδη καὶ μανικόν, id eſt quod ſoporẽ & quod furorẽ gignit. Suntq; de utroq; multa ab eo dicta, quæ ſuis locis ex eius hiſtoria à nobis repetentur. Cæteri oẽs autore ut nos credimus Dioſcoride, quatuor ſtrychnos deinceps numerauerunt: ſatiuũ, hortenſemq; hunc, & cibarium, quem omnes nigrũ à colore fructus uocauerunt: mox halicacabũ cognomento, quẽ priuatim nos ueſſicariam à Plinio uocari credimus, rubente fructu uuæ acini figura: tertiũ ſomnificũ, quẽ fruticoſum deſcribũt: poſtremo inſaniam facientem, diuerſis in medicina etiam uiribus, quę ab hoc ſcriptore ſtatim patebunt. Obſeruauimusq; nos ad refrigerandum plerunq; uſum ſolani fuiſſe, & ex tam multis eius generibus hortenſe ad eũ uſum maxime probaſſe antiquos: cæteris enim maleficij periculum magis q; remedium ineſt. Facilis cognitu herba, nunq; deceptura incautos, ſiquas habent tot eius genera diſcretas folijs, fructu, coloreq; notas diligentius obſeruauerint. Vtitur hortẽſis huius ſolani ſucco Paulus Aegineta in primo ad refrigerandos in infantibus capitis ardores, quos Græci ſyriaſim uocauerunt.

Περὶ Σ Στρύχνου ἁλικακάβου. κεφ. χνδ'.

De Solano ueſſicaria, quam halicacabum dicunt. Cap. LXX.

Eſt

ΕΣτιν ἔτι γένος στρύχνου ὃ ἰδαῖον ἀλικάκαβον καλοῦσιν. οἱ δέ, φυσαλίδα, φύλλοις ὁμοιον τῷ προσηκούσῃ. πλατυτέροις μέν πως. οἱ καυλοὶ δέ, αὐτῇ μετὰ τὸ αὐξηθῆναι χαμαικλινεῖς γίνονται. καρπὸς δὲ ἔχει ὡς θυλακίοις περιφερέσιν ὅμοιον φύσαις. πυρρόν. περιφρῆ. λεῖον. ὡς ζάτρα σαφυλῆς. ᾧ καὶ οἱ σεφανοπλόκοι χρῶνται καταπλέκοντες τοὺς σεφάνους. Δύναμιν δὲ ἔχει καὶ χρῆσιν τὴν αὐτὴν τῷ κηπαίῳ στρύχνῳ. χωρὶς τοῦ διαβρώσκεσθαι. φύεται δὲ ὁμοίως ἀμπελῶνος ἱκτρόμου ἀπροκαθάρτου, οὐχ ἁπλῶς ὄμ. χυλίζει δὲ ἀμφοτέρως ἡ πόα. καὶ ξηραίνεται σκιᾷ πρὸς ἀπόθεσιν, πρίεται δὲ πρὸς τὰ αὐτά.

EST & alterũ solanũ, quod priuatim halicacabum, quidam uero uesiculam appellant, foliis antedicto simile, latioribus tamen. Eius coliculi cum creuerunt, per terram sternũtur. Fructum fert in folliculis rotundis, uesicis similibus, rubentem, & cum lẽuore rotundum, uuarum acinis similem, quo coronarij utuntur in coronis texentes. Vires ususcꝫ hortensi solano, prꝛterquam in cibis, easdem habet. Potestꝙ fructus eius ciendæ urinæ aptus fellis suffusiones potu emẽdare. Exprimitur ex utriusꝙ solani huius herba succus: siccatusꝙ in umbra, in eosdem reponitur usus.

INTERPRES.

COronaria quod hic & Plinius testãtur, uesicaria hæc quondã herba fuit. Damnarũt tamẽ ambo eius in cibis usum: nec ad coronas amasse ueteres aliud in ea uidẽtur, q̃ uesicas folliculosꝙ illos, qui per ambitũ capitis ex coronis pendẽtes grato spectaculo ruberẽt, turbinati grãdesꝙ: & Ilíaci fistri, ex q̃ crepitacula pendebãt, imaginẽ reddẽtes. Nascit uesicaria hæc multa in umeis in Italia, herba uerius q̃ frutex: prꝛfertꝙ uesicas illas Septembri mense colore primum uiridi, mox paulatim rubescente turbinatas ut Plinius ait, semen ciceris magnitudine intra se claudẽtes, rubro colore, nec nisi extremo autumno maturescẽs: in nullo nostra ætate honore aut usu. Vesicariamꝙ nos credimus à uesicis his potius quàm quia prosit uesicæ: etsi Plinius id testetur, dictam fuisse: ἀπὸ γὰρ φυσαῶν enim ex uesicis folliculisꝙ his factum illi nomẽ est. Nec aliter herbam intuentibus uidebitur, tam similes animalium uesicis folliculi illi sunt.

περὶ στρύχνου ὑπνωτικοῦ. κεφ. χνέ.

De Solano somnifico. Cap. LXXI.

ΣΤρύχνον ὑπνωτικόν. οἱ δέ, ἀλικάκαβον. οἱ δὲ, ὀρκιον. οἱ δέ, στρύχνον μανικόν. οἱ δέ, ὀρυγχνιον, οἱ δέ, καλλιάδα ξωμαῖοι ἀπολλινάριν μίνορ. οἱ δέ, ἔξεδα οὐλγκανά. οἱ δέ, ὀφάγιμον. δένδρακοι κυκωλίδα. ἄφρον κακαβοῦμ. θάμνος ὄζοις κλάδους ἔχων πολλούς. πυκνούς τε καὶ λεπτοὺς καὶ δασεῖς ὄντας. φύλλα πολιὰ περὶ τὸν καυλὸν ἐμφερῆ μηλοκυδωνίῳ. ἄνθος ἐρυθρόν. εὐμεγέθες. καρπὸν ἔχον λοβοῖς κεκλεισμένον. ῥίζαν φλοιὸν ἔχουσαν ὑπέρυθρον, εὐμεγέθη. φύεται δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι τόποις οὐ πόρρω θαλάσσης. ταύτης ὁ φλοιὸς ἡ ῥίζης ἓν οἴνῳ πιθεὶς κολικὴν, ὑπνωτικὴν ἔχει δύναμιν τοιαύτην τὴν μήκωνος. ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ μ. ὁ δὲ καρπὸς οὐκ ἐδώδιμος ὄζειν ἄκαν. ἰδόντι δὲ ὑδρωπικοῖς κόρυμβοι ὡς ιϐ'. πλείονες δὲ πιθέντες ἑκάστῳ ἐξεργάζονται. βοηθοῦσι δὲ μελικράτῳ πολλῷ πινόμενοι. μιγνύμενοι δὲ ἀνωδύνοις ὁ χυλὸς ἀυφορικοῖς καὶ ξοχίσκοις. ἐναφεψηθεὶς δὲ οἴνῳ καὶ διακαρύοις. ὀδόντων ἀλγήματα ἀφίησι. ὁ δὲ χυλὸς φλεγμονὰς ἐν ὠσὶ καὶ ὀφθαλμίας ἀφίησι. ἐγχεόμενος μετὰ μέλιτος ἐγχυθεὶς παύεται.

DE Solano somnifico. Cap. LXXI.

STrychnon hypnoticon. Sunt qui halicacabum, qui derceon, qui furiosum solanũ, qui dorycnion, qui calliada uocẽt. Daci cycolida. Aphri acabum. Romani Apollinarem minorem, siue herbam Vaticanã, siue opsaginem appellant. Frutex est. Ramulos habet numerosos, densos, furculosos, lentore suo difficile fragiles, pinguibus foliis plenos, cotonei mali foliis similes. Florem rubentem, grãdem. Semen in filiquis rubro colore croci. Radicem rubente cortice, grandemꝙ. Nascitur in petris non procul à mari. Somnificus radicis eius cortex est drachmę pondere in uino potus. Lenius tamen quàm papaueris liquor sopit. Egregie urinã cit semen eius. Danturꝙ corymbi eius ferè duodecim contra cutem subeuntes aquas: uerum maiore numero poti, furorem quem dicunt ecstasim, faciunt. Remedio est copiosa mulsa aqua potui data. Miscentur & his quæ somno dolorem leuant pastillisꝙ, cortex eius & succus. Quinetiam contra dolores dẽtium in uino coctum solanum hoc utiliter ore cõtinetur. Et contra hebetes oculos radicis succus cum melle eadem utilitate inungitur.

INTERPRES.

LOnge & in multis diuersa à dioscoride Theophrasti est solani huius medicina & historia. Hic, qualem ex eo uertimus tradidit: ille his uerbis suam docuit: τοῦ δὲ στρύχνου ὁ μὲν ὑπνώδης, ὁ δὲ μανικὸς. καὶ ὁ μὲν ὑπνώδης βυμάλλῳ ὅμοιον ἢ μηλίᾳ τὴν γλυκείᾳ. καὶ αὐτὸ ἄσιμα ξηρὰ νομιζόμενον. ὁρυπομένην δὲ λευκὴν. καὶ καρπὸν ἐρυθρότερον κόκκου. φύλλον δὲ πρὸς τὴν ῥίζαν ἐν φλοιὸν κόπτοντες λίαν καὶ βρίχοντες ἐν οἴνῳ ἀκρατίῳ διδόασι, καὶ πρὸς κατάψυξιν. φύεται δὲ ἐν χαράδραις καὶ ὄρεσι μνήμασιν, &c. quorum summa est: Solanorum autem somnificum alterum, furiosum alterum. Rubẽtem sanguinis modo cum aruit radicem habet somnificum: quo tempore autem effoditur, candidam. Fructum grano quod tingendo est rubriorem. Folium lactarię herbæ aut

malo dulci simile, pilosum & ipsum. Huius radicem tundunt, tusamq; meraco uino miscentes, bibēdam ad somnum dant. Nascitur inter sepulcra & circa stātes humiliore aliquo loco aquas. Non sunt, ut uidet, duobus antiquis scriptoribus in solano hoc eadē omnia: parum certa etiā Theophrasti historia est: dubitabitq; aliquis merito, quam nam in genere malorū dulcem malū ille uocauerit. Scimus quidē glycymela ab hoc ipso primo uolumine descripta fuisse, uerū non dulci malo, sed cotoneæ cōparantur à Dioscoride folia eius: non leui inter has arbores discrimine. Desiderauerit in eo etiā aliquis, cū plures lactarię herbæ sint, cui nam ex tam multis solanū comparauerit. Sed quocunq; modo se res habeat, inuētu & cognitu facilis herba est. Obseruauimusq; nos inter petras & cōgestos alicubi lapides plerūq; erūpere & florere: nec nisi ad extremū autumnum fructus suos maturare: quo tēpore tantū rubēt magnitudine ciceris. Noxiā menti oēs herbā tradūt, eiusq; uires certius hic describēs, monuit hausтos ultra duodecim fructus eius quos corymbos uocat, ecstasim facere: mētis alienationē furorēq; intelligēs: nō omnē simpliciter' ue, sed quā priuatim Græci ecstasim uocant: quam q; Galenus in diffinitionibus suis ὀλιγοχρόνιον μανίαν, id est, ad breue tēpus insaniā diffinitum, uatum & poētarū enthusiasmo simile: qualis est, cum audito tibiarū tympanorū'ue aut cymbalorū sonitu, circa tēpla discurrentes aliqui uaticinātur. Quod genus hominū phanaticos antiquitas uocauit: & in seruitium, pro quo tanq; morbosi & inutiles redhibendi essent, antiqui iure cōsulti decreuerūt. Appellauerūtq; Græci ecstasim ἀπὸ τοῦ ἐξίστασθαι, q̄ extra seipsum egrediatur & stet aliquis: nō aliter q̄ lepidissimus Græcorū comicus in fabula quę inscribitur Charnes, Euripidē iocabatur intus nō intus esse: corpore quidē domi & intra domesticos parietes, mente aūt & animo foris. Significare q̄ hoc loco priuatim ad breue tēpus insaniæ genus hoc, non perpetuā mentis alienationē testis Plinius, quo paulo ante diximus libro & capite est: qui strychnos hos Græcorū describens ait: Halicacabi radicem bibunt qui sunt uaticinandi callentes, q̄ furere ad confirmandas superstitiones aspici se uolunt: Docens & ipse longius, quod hic una ecstasis uoce significauit. Nec demiretur aliquis eum autorem halicacabum somnificum hoc solanum uocantem: uagis enim & communibus nominibus quatuor & congeneres hæ plantæ indicabantur.

ὀλιγοχρόνιος μανία.

ἔκστασις.

περὶ Σ τρύχνου μανικοῦ. κεφ. χνϛ'.

Στρύχνον μανικόν, ὃ ἔνιοι πέρσιον. οἱ δὲ, θρύον. οἱ δὲ, ἄνυδρον. οἱ δὲ, πενταύδρυον. οἱ δὲ, ἔνορον. οἱ δὲ, ὀρθόγυον. ἐκάλεσαν. τούτου τὸ μὲν φύλλον παραπλήσιον ὄξει ἐυζώμῳ. μεῖζον δὲ πρὸς τὸ ἀκάνθης. ἡ ῥίζα πολύχλωρος καλεῖται. καυλοὺς δὲ ἀνίησι ἀπὸ τῆς ῥίζης ὑπὸ φυλλα δέκα ἢ ιβ'. ὀργυιαίους. ἔχοντας ὕψος. τὸ κεφαλὴν ὡς μῆλα μικρά. ὡς πρὸς ἐλαίαν. δασυτέραν δὲ ὡς πλατάνου σφαῖραν. μείζονα δὲ τοῦ πλατυτέραν. ἄνθος μέλαν. μετὰ δὲ τοῦτο κάρυα ἔχοντα βοτρυδόν. στρογγύλον. μέλανα. ἐφ' ἁπλοῦς ἀνὰ β'. ὁμοίας κισσοῦ κορύμβοις. μαλακὰς ὡς πρὸς σαφυλήν. ῥίζα δὲ ὑπέσι λευκή. παχεῖα. κοίλη ὡς πήχεως. φύεται δὲ ὀρεινοῖς χωρίοις καὶ προσκυέμοις καὶ πλατανώδεσι. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα πινομένη μετ' οἴνου ⊲ ά. πληθος, φαντασίας ἀπρεπεῖς οὐκ ἀκινδύνους. δυὸ δὲ ⊲ πεθεῖσαι, ὑγιάνουσιν ἄχρι ἐτῶν ἡμερῶν. δ'. δὲ πεθεῖσαι, ἢ ἀναιροῦσιν, ἀναφάσμακον δὲ ὄξει αὐτὸ μελίκρατον. πλὴν πινόμενον καὶ ὑγιεμοῦμενον.

De Solano furioso. Cap. LXXII.

Trychnō manicon, id est, furiosum, quē aliqui perisson uocāt. Sunt etiā qui thryoron, qui anydron, q̄ penthadryon, qui eneron, qui orthogion. Romani solanū furiosum appellant. Erucę folio solanū hoc est: maiore tamē, ad acanthi quā pęderota uocant figurā accedente. Caules à radice exeunt proceriores decem duodecim'ue numero, altitudine quantū protensa hominis utrinq; brachia ab altero summo medio digito ad alterę traiecta per pectus longitudine patent. In quibus oliuarę figura superposita sunt capitula pilosiora, ueluti in platanis pilulæ, uerę maiora latioraq;. Florē fert nigrū, & post florē racemosum fructum, rotundū, nigrum decē duodecim'ue acinorę numero, hederarę corymbis simile, & uuarę modo mollem. Radicē habet candidā, crassam, cōcauam, cubitalē. Nascitur mōtanis & uento perflatis locis, Nascitur & in litoralibus petris. Potest radix eius drachmæ pōdere in uino pota nō illepidas rerę spectacies & imagines uanas animo & menti repręsentare. Duplicatum id pondus in triduū, ecstasim facit: perimunt aūt quatuor drachmæ. Aduersatur huic maleficio remedioq; est, maiore copia pota mulsa aqua, mox uomitionibus reddita.

INTERPRES.

Describsit & quartum solanum hoc eodem libro Theophrastus, & à furore quem facit, manicon uocauit. Verba eius hæc sunt: ὁ δὲ μανικὸς. οἱ μὲν θρύορον καλοῦσιν ἀνυδρον. οἱ δὲ περισπόν. λευκὸν δὲ ἔχει τὴν ῥίζαν καὶ μεγάλην ὡς πήχεως, καὶ κοίλην. διίστασι δ' αὐτὴν ἐὰν μὴ οὕτως ὦσι παίειν καὶ λοκᾶν αὐτοῦ κάλλιστον εἶναι δραχμῆς σκάμμα. ἐὰν δὲ μᾶλλον μαίνεσθαι καὶ φαντασίας πολὺς φαίνεσθαι, διὸ δραχμάς. ἐὰν δὲ ὦσι μὴ παύσασθαι μαινόμενον, μέχρις. καὶ συμπαραμιγνύναι ὡς φασιν ὁ κενταύριον. ἐὰν δὲ ὥσπερ ἀπρακτεῖναι, τέτταρας. ἔχει δὲ μὲν φύλλον ὅμοιον ἐυζώμῳ, πολὺ μεῖζον. τὸν δὲ καυλὸν ὥσπερ ὀργύας. κεφαλὴν δὲ ὥσπερ γνιδίου. μέλαν δὲ καὶ παχυτέραν, ἔοικε δὲ καὶ πλατάνου καρπῷ: quorum sensus hic fit: Furiosum uero solanum alij thryoron, alij peritton uocāt. Candidam longamq; & concauam, cubitali fere longitudine radicem habet. Datur bibenda drachmæ pondere, si quis per iocum efficere uoluerit, ut pulcherrimus fieri uideatur qui biberit. Si uero furere adhuc magis hominem, uisaq; aliqua animo eius obuersari, duarum drachmarum.

drachmarum. Et si ne furor desinat, trium: & ut aiunt cētaurium admiscere. Postremo si hominem perimere, quatuor. Folio erucæ est, ueruntamen maiore. Caulem altitudine quantum protensa utring; brachia ab altero summo medio digito ad alterum traiecta per pectus longitudine patēt. Caput gethyo simile, maius tamen crassiusq;, & platani fructui simile. Et hæc de furioso solano Theophrastus: quæ ijsdem uerbis ideo reddita à nobis sunt, ut collata Dioscoridi, faciliorem eius historiam faciant: & quæ à Plinio traduntur, faciliorem intellectum habeant: nouerintq; omnes omnium quæ ille retulit, Theophrastum habere autorem. Nec minus etiam, ut quæ in appellationibus solani huius à communi lectione mutata à nobis fuerunt, scriptoris illius autoritate mutata fuisse. Desiderauimus autem Theophrasti locum hunc uertentes, floris solani huius figurā colorem q;: quod enim hic ait colore nigro esse, parum uerisimilē historiā nobis habet.

Περὶ Δορυκνίου. κεφ. χνζ'.

Δόρυκνιον. κρατεύας ἁλικάκαβον ἢ καλέουσι καλοῦσι. θάμνῳ ὅμοιος ἐλαίᾳ· ἀσθενὴς τὰς πίτυος. φύεται ἐν πέτραις οὐ πόρρω θαλάσσης. φύλλα δὲ ὡς βώμαλι ἐλαίᾳ παραπλήσια. μικρότερα δὲ καὶ στενότερα. καὶ ἐχυρώς. ἄνθος λευκόν. ἐν ᾧ κέρας ἔχει πυκνὰ θυλάκια ὡς πρὸς ἐρεβίνθους. ἐν οἷς σπερμάδια σκορπίλα. ἐοικότα ὀρόβοις μικροῖς λείοις. ἰσχυρὰ καὶ πάχος ἀκτύλου. μῆκος δὲ πήχεως. δοκεῖ δὲ καὶ τροφὴν πτωχικὸν εἶναι. πλεονάσαι δὲν δέ, ἀνευρεῖν. φασὶ δέ τινες καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὰ φίλτρα παραλαμβάνεσθαι.

De Dorycnio. Cap. LXXIII.

DOrycnion Crateias halicacabū uocat. Romani pariter Græcis dorycnion appellant. Frutex nuper nascenti oleę similis est. Ramulos habet cubito breuiores. Nascit in petris nō procul à mari: Folia colore oleaginis similia, minora tñ angustioraq; & asperrima. Florē candidū, & in summo dēsos folliculos ceu ciceris, in qb⁹ exigua, rotūda, nūero q;q; aut sex minimoq; eruorū quantitate: dura et cū lēuore uaria semina sunt. Radicē crassitudine digitali, lōgitudine uero cubitali. Credit et hoc somnificū eē: sumptoq; maiore copia repręsentari mortē. Ferūt qdā etiā facere semē eius ad amoris ueneficia.

INTERPRES.

NVlla uidetur Plinio per se dorycnij planta esse xxi. uolumine capite xxxi. in solanoq; historia, priuatim q; furiosi illius scribenti: Hoc est uenenū quod innocētissimi autores dorycniū appellauēre: ab eo q cuspides in prælijs illo tingerētur. Cæteri omnes sui generis plantā descripserunt: hic priuatim inter plātas sua illi cū suis notis assignata historia: mox Paulus Aegineta in vi. plantā esse monens, papaueri mandragoręq; tēperamento suo similē, extremæ frigiditatis. Cuius exigua dosis, soporē: multa, mortem repręsentet. Ideoq; inter somnificas alias ab hoc scriptore numeratā, qui nihilominus sexto uolumine inter uenena furiosum solanum ab aliquibus uocari dorycnion hoc etiā dicet. Sed non caret ratione, uagum dorycnij nomen inter cuncta illa fuisse opinati, quibus tela in bello & uenationibus medicarentur: quæ sanè multa nostra ætate numerari etiam possunt: & ex eo usu non magis certi generis plantā, q̄ cūctas illas quibus ad medicanda tela uteretur, eo nomine indicari quondā consueuisse, siue solanū, siue alia quę piam esset. Licetq; id sibi persuadere q; hic inter uenena & hoc loco ait, dorycnion uocasse aliq;s furiosum solanum, non aliunde ut nos credimus, q̄ quoniam eius succo tela ferrumq;, ut poëta cecinit, uenēno arma rētur. Secutusq; Plinius herbarij Crateiæ alioq;q; in huiusce modi re decreta, quod pauloante diximus, dorycnion furiosi solani succum tradidit esse: ex usu, non ex naturæ historia id docens. Credendumq; quod dī cimus ex eo etiam est, q; Nicander in Alexipharmacis suis dorycnion per se simpliciterq; uocās, sui generis plantam intellexisse uidetur. Nullibi enim solani notarumq; eius in dorycnij maleficio & remedijs memi nit. Licetq; ex silentio hoc eius necessario quod dicimus non constituatur, nihilominus, ut erat poëta ille in huiusce modi diligens, non debuisse ab eo relinqui uerisimile est, quæ imperitos fallere tam præsenti pericu lo possent. Iterum inter uenena sexto libro de dorycnio hoc agetur.

Περὶ Μανδραγόρου. κεφ. χνή.

Μανδραγόρας. οἱ δὲ, ἀντίμηλον. οἱ δὲ, δηλαίαν. οἱ δὲ, κίρκαιον. οἱ δὲ, ἐκφάνδην. οἱ δὲ, ἀντίμινον. οἱ δὲ, μῆλον. ἀνθρωπόμορφον. οἱ δὲ, ἀλοίτιον. οἱ δὲ, θριδακίαν. οἱ δὲ, κάμμαρον. ζωροάστρης δαίμονα. ἢ ἀφανίζων. προφῆται ἡμιόνους. οἱ δὲ, γονοτεώνας. ἕλληνες μάλα καυίνα. οἱ δὲ, μάλα πέρσης. οἱ δὲ, κίρκαιαν καλοῦσιν, ἐπιθυμητικὴν δοκητικὴν ῥίζα φίλτρων ποιητική. ἔστι δὲ ἀνθρώπου ὁ μὲν ἄρρην θῆλυς ὁ μέλας, θριδακίας καλούμενος. φύλλα ἐχουσι λάχανα κοινὰ μικρότερα θριδακίας. ἔρ-

De Mandragora. Cap. LXXIIII.

MAndragorā. Sūt qui Circeā, qui xeranthen, qui antimnion, qui autimion, qui bombochylon, q minon, qui aloiten, qui thridacian, qui cammaron uocēt. Pythagoras anthropomorphon. Zoroaster diamonon siue archinen. Magi hemionas siue gonogeonas. Romani canina aut terrestria mala appellāt. Qui Circeam uocarūt, nōmen illi à Circe fecerūt: quoniā credit radix eius amatorijs ueneficijs utilis esse. Mandragoras alter mas, alter fœmina. Niger fœmina, qui thridacias, id est, lactucinus uocatur, minoribus tamen angustioribus'que q̄ lactuca foliis ijsdem'que uirosis

μώδη καὶ ἐαρέα ἡ δὲ τὸ ὁσμιλῶ. κεχυμμένα δὲ ἐπὶ γῆς. μὴ παρ' αὐτὰ μῆλα οὗσις ἐμφερῆ. ὠχρά. εὐώδη. οὗ ὅις μὴ κλῆρες ὥς πᾶ ἀπίου. ῥίζαι εὐμεγέθεις δύο ἢ τρεῖς. αὐτοπεπλεγμέναι ἀλλήλαις. μέλαιναι ἡ δὲ τῶν ἰωλφάνθων. ἔνδοθεν λευκαὶ καὶ παχύφλοιοι. καυλὸν οὐ φέρει. τοῦ δ' ἀρρένος λευκοῦ, ὃν ἔνιοι μώλιον ἐκάλεσαν, φύλλα ὅσα μεγάλα. λευκά. πλατέα. λεῖα καθάπερ πεύκλου. τὰ δὲ μῆλα δασέα. κροκίζοντα τῇ χροιᾷ. εὐώδη μετὰ βάρους ζόης. ἃ καὶ ἐσθίοντες οἱ πρόβατα πρῶτα ὑπνοῦσι μακρόν. ῥίζαι δὲ ὁμοίαι τῇ πρὸ αὐτῆς. μείζονα δὲ καὶ λευκότερα. ἄκαυλος δὲ καὶ αὐτή. χυλίζεται δὲ ὁ φλοιὸς τῆς ῥίζης χλωρὸς κοπεὶς καὶ ὑπερθεὶς πιεσθῇ. δίδοται δὲ λεάνασα μετὰ τοῦ συσφαιρωθῆναι ἀρτίθετον ἐν ὀξυακάνθῳ ἀγγείῳ. χυλίζεται δὲ καὶ τὰ μῆλα ὁμοίως. ἀνεμμύον δὲ γίνεται τὸ δηλαυτῆς χύλισμα. μὴ ὁ φλοιὸς δὲ τῆς ῥίζης περιαιρεθεὶς καὶ διαβληθεὶς λίνῳ, κρεμᾶται εἰς ἀπόθεσιν, ἔνιοι δὲ καθεψοῦσιν οἴνῳ τὰς ῥίζας ἄχρι τρίτου. μὴ δυλίσαντες ἀρτίθεντα. χρῶνται ἐπὶ τῶν ἀγρύπνων καὶ πρὸς ὀδυνώντων κυάθῳ ἑνί. μὴ ἐφ' ὧν βούλονται ἀναισθησίαν τε μνομμένων ἢ καιομμένων τριῆσαι. ὁ δὲ ὀπὸς πρὸς ὀδόντων ὀδολῶν δύο μετὰ πλήθους ὀλκῆς. σὺν μελικράτῳ, ἄριστα ἄνω φλέγμα καὶ μέλαιναν χολὴν ὡς ἐλλέβορος. πλείων δὲ πρὸς δυσεντερίαν καὶ ζλίγγα. μιγνύται καὶ εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς καὶ ἀνωδύνους διαχύσεις. μὴ πασοῖς μαλακτικοῖς. καθ' ἑαυτὸν δὲ ὅσον ἡμιόβολον προσεθείς, ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα ἄριστα δάκτυλίῳ τε αὐτὸν βαλάντῳ ἐπιπεθεὶς, ὕπνον ποιεῖ. μαλάσσει δὲ καὶ ἐλέφαντα λέγεται ἡ ῥίζα συνεφομμένη αὐτῷ ἐπὶ ὥρας ς'. καὶ ἔνιοι πλάσαντες αὐτὸν εἰς ὃ ἄν βούλωνται χῆμα παρασκευάζουσι. τὰ δὲ φύλλα πρόσφατα ἁρμόζει πρὸς τὰ ὀφθαλμῶν φλεγμονάς. τὰς ἐπὶ τῶν ἕλκῶν μετὰ ἀλφίτου καὶ πλάσαντα μύρα. διαφορεῖ δὲ καὶ πᾶσαν σκληρίαν καὶ ἀποσήματα. χοιράδας. φύματα. παρωτίδας βιβρωμένα τε ὑπὸ ψυχῆς ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά. σίγματα ἄνθρακος ἀφανίζει. ταρίχευθέντα δὲ τὰ φύλλα, ἀποτίθεται πρὸς τὰς αὐτὰς χρείας. ἡ δὲ ῥίζα σὺν ὄξει λεία, ἐρυσιπέλατα ἰᾶται. πρὸς δὲ ἑρπετῶν πληγὰς, σὺν μέλιτι ἢ ἐλαίῳ. σὺν ὕδατι δὲ χοιράδας καὶ φύματα διαχεῖ. μὴ ἄρθρων πόνους παύει μετὰ ἀλφίτων. σκυδάζεται δὲ καὶ διὰ χέσεως οἴνου ἐκ τῆς φλοιοῦ τῆς ῥίζης. δίδου δὲ ἐμβάλλειν μυᾶς γ'. εἰς μεθύσου οἴνου γλυκέος. δι' ὅλης τε δι' αὐτοῦ κυάθους γ'. τοῖς μέλλουσι τέμνεσθαι ἢ καίεσθαι ὡς προείρηται. οὐ δὲ ἀναλαμβάνονται τοῦ ἀλγήματος, διὰ τὸ καταφέρεσθαι. τὰ δὲ μῆλα ὀσφραινόμενα μὴ ἐσθιόμενα καρωτικά. καὶ ὁ δι' αὐτοῦ χυλός. πλεονασθέντα δὲ μὴ ἀφώνους ποιεῖ. τὸ δὲ σπέρμα τῶν μήλων πόθεν, ὑσέραν καθαί-

μώλιον.

rosis & in odore grauibus, per terram sparsis: secundumq; folia pomis ouorũ uitellis æqualibus, pallidis, odoratis: in quibus semen quale pirorũ est. Radices habet hic grandes duas tres ue sibi inuicẽ implicitas: foris & in superficie nigras, intus candidas, crassisq; corticis. Caulẽ nõ fert mandragoras fœmina. Maris uero & cãdidi quẽ morion aliqui etiã uocauerũt, folia sunt grãdia, lata, cũ lẽuore cãdida, betę foliis similia. Poma duplo q̃ fœminæ maiora, luteo colore croci cũ grauitate aliqua odorata: quæ commedentes pastores, quadãtenus & leni sopore soporant. Radix huic est antedicto similis, maior tñ cãdidioriq;. Caret hic etiã mandragoras caule. Colligit ex radicis cortice uirẽtis adhuc succus: & ut colligatur, rũditur: tususq; prẽlo subiicit et exprimitur. Oportetq; insolatũ cum iam densatũ cõcreuerit, in pícato fictili reponere. Colligit itidẽ ex pomis succus: ignauus tamen qui ex his expressus fuerit. Quinetiã delibrata radice cortex funiculo traicitur, suspensusq; seruatur. Quidã mandragoręq; radices in uino ad tertias decoquunt, traiectasq; per colum seruant, utentes cyathi unius mẽsura contra uigilias & grauissimos dolores in his, q̃s fine doloris sensu secare aut urere uoluerint. Potus oboloꝝ duoꝝ põdere cũ mulsa aqua mãdragoræ liquor, pituitã nigramq; bilem ueratri modo purgat: maiore tamẽ copia potus, mortẽ facit. Miscet idem oculoꝝ remediis, & his quæ somno dolorẽ leuãt, & ad molliendã, & his quæ somno dolorẽ leuãt, & ad molliendã, & pessulis. Per se semioboli pondere appositus, mẽses et fœt⁹ trahit. Sõnũ facit sedi pro balano subditus. Fertur prẽterea cõcocta eburi sex horis radix eius mollire id: & in quã uoluerit aliquis fordix eius mollire id: & in quã uoluerit aliquis formam fingi & cõformari, facilẽ reddere. Imponũtur emplastri modo utiliter oculoꝝ & ulceꝝ inflãmationibus recentia cũ polenta folia. Discutiunt eadẽ durities omnes, abscessus, strumas panosq;, quinq; aut sex diebus leniter confricata. Stigmata citra exulcerationẽ delent. Seruantur condita sale in eosdẽ usus eadẽ folia. Radix trita ex aceto sacros ignes sanat: contra serpentiũ uenenum ictus cũ melle aut oleo. Strumas panosq; ex aqua dissicit, & cũ polenta articuloꝝ dolores sanat. Conficitur præter hæc ex radicis cortice finne coctura uinũ. Oportetq; in uini dulcis cadũ corticis eius põdo tria cõiicere, & ex eo cyathos tres dare his, quos (ut ante dictũ est) sine doloris sensu secare aut urere uoluerís. Neq; eñ in somnũ delati, dolorẽ sentiunt. Sopiunt poma etiã in cibo & naribus olfactu admota. Potest idem & eorum succus: uerum largiore utroq; modo usu uescentes olfactantes ue obmutescũt. Pur-

muliebres

ξί. πρὸς τὴν ἕω μετ' ἀπύρου θείου ξοωῦ ἴσκουσιν ἐρυθρόν. ὀπίζεται δὲ πρὸς χαραπομιμήκης ἡ ῥίζης πλησίως. ἔστι δὲ τῶν συῤῥεόντες εἰς τὴν κοιλότητα συλλεγομένου. ἔστι δὲ καὶ γένος ἕτερον ὁ χυλὸς οὐκ ἔχων παντὶ τόπῳ φερούσιμον ὀπὴν αἱ ῥίζαι. ὑπερβεβίκυνται δὲ τοιοῦτοι καὶ πέντε. ἰσορροῦσι δὲ τέτταρα μόριον λευκαίνω. φυομένην ἐν παλιοκίοις καὶ πρὸς τὰς ἄνυδρα. φύλλα ἔχουσαν ὁμοίως τῷ λευκῷ μανδραγόρᾳ. μικρότερα δὲ ὡς τὰ θαμνιαῖα. λευκά. κύκλῳ πρὸς τὴν ῥίζαν οὖσαν ἄπαλην καὶ λευκήν. μικρῷ μείζονα ὡς τὰ θαμνῶν. πάχος δὲ ἀκτύλου μεγάλα. ἣν φασὶ πιόμενον ὄξος ἀ. ἢ μετὰ ἁλφίτων ἐσθιόμενον μάζης ἢ ὄψου, ἀπομαχοῦν. καθεύδειν ἀνθρωπον ἐφ' ὥρας πρὸς φάναι χίλια. ἀίδια νόμενος οὐδ' ὑφ' ὧν ἐπιώρας γ'. ἢ δ'. ἀφ' οὗ πρὸ ἂν προσενέγκῃ. χθὲς δὲ καὶ ταύτην δι' ἡμέρας τοῖς ὀλαρτέμνῳ ἢ καίειν μέλλωσι. φασὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐπὶ τὴν ῥίζαν πινομένου μετὰ σχύνου τοῦ καλουμένου μανικοῦ.

gat muliebres fœminarũ locos potum pomorũ semen: & cum uiuo sulphure admotũ, rubras fœminarum fluctiões sistit. Colligit ex radice liquor in profundiorẽ recessum circũsecta & excauata: defluentéq; in cauum recessum liquore illo: uerũtamen liquore hoc efficacior succus est: sed nõ ferũt omnib⁹ locis liquorẽ radices, idq; experiẽtia ostẽdit. Ferunt & alterũ esse mandragorã quem morion dicũt, in umbrosis nascentẽ, & circa antra: Folia candido mandragoræ similia habentẽ, minora tamen, dodrãtis ferè longitudine, cãdida circa radicem exeuntia: quę candida itidem teneráq; est, paulò dodrante maior: crassitudine humani pollicis. Eam dicũt potã drachmæ põdere, aut cum polenta in obsonio placẽtá'ue sumptã, fatuitatẽ quã morosin dicũt, facere. Dormit eĩm qui eã ederit, ficut erat eã comedẽs omni sensu trib⁹ quatuor'ue horis, ex quo eã hausit, carẽs. Vtunt & hoc medici secturi usturi'ue aliquid. Ferunt præterea antidotum esse radicem cũ furioso solano potam.

INTERPRES.

QVi mandragorã quotidie circunferunt agyrtæ, iactant'q; tanto periculo effodi humana forma, ignaræ plebi eam ostẽdentes, ex uno ut nos credimus Pythagoræ nomine eius anthropomorphos mendacij sui occasionẽ arripuerunt. Neq; enim uox illa aliud q̃ humanæ formæ plantã significat. Accinit: Quamuis semihominis uelsano gramine fœta Mandragoræ pariat flores: mœstamq; cicutam, &c. Nõ defuerunt illis etiam in iactanda cum foditur mandragoras religione Theophrastus in Græcis, in Latinis uero Plinius. Quos nõ puduit in tanta rerũ grauitate quas scribebãt, ne quid cõtra communẽ sensum dixisse uiderẽtur, populares & sine ratione ritus huiuscemodi posteris tradere. Quæ aũt Theophrastus pro mandragoræ fossura docuit, huiuscemodi sunt: πρῶτον μὲν κύκλῳ περιορχεῖσθαι, καὶ λέγειν ὡς πλεῖστα περὶ ἀφροδισίων. quorũ sensus sit: Circũscribunt & mandragoram gladio ter, secantq; ad occasum spectãtes. Iubẽt & alium saltantẽ tripudio circũagi, multaq; de Veneris usu & re dicere. Plinius lib. xxv. capite xi. pleraq; eadẽ Theophrasto, & his nõ dissimilia quædã: Cauẽt fossuri cõtrarium uentũ, & tribus circulis ante gladio circũscribunt: postea fodiũt ad occasum spectantes. His autoribus & quasi per manus translata huiuscemodi superstitione, uerisimile est uanis periculorũ religionis q; & humanæ formæ mendacijs celebrari nunc etiã mandragoram: Cum tamen id potius quærendum fuerit, cur à sapiente illo Samio honestiore hominis nomine indicata fuerit. Neq; enim uerisimile est, quia bina radice & hominis crura imitante nitatur: plerunq; in terra sic dictam ab eo fuisse: trinis enim aliquando hæret: multóq; aliæ stirpes huiuscemodi bifida radicis diuisione uidentur. Abstrusiorẽ ex religione (cuius ubiq; magnus ille autor erat) causam habuisse id nomẽ oportet. Nos illud ignoramus, relinquim⁹q; inueniendum peritioribus & docendũ: Neq; hoc tantũ, sed tam multas appellationes alias quibus mandragoram antiquitas indicauit. Quæ enim inter eas notiores sunt circeon & thridacias, ab hoc ipso scriptore declaratæ & per se satis patent. Sunt toto hoc capite aliqua per se: & quoniã non sunt nobis cũ alijs eadẽ, gentibus animaduertẽda: Quale est q̃d hic ait poma mandragoræ ouorũ uitellis similia esse, à Plinio auellanæ nucis similitudine describi: nõ leui inter utranq; formã colorem q; diuersitate. Theophrastus vi. de plantarũ historia (nisi uitiũ in lectione eius sit, q̃d suspicamur) cõtra utrũq; uidetur de pomi huius colore & magnitudine tradidisse. Verba eius sunt: ἴδιον δὲ ὁ καρπὸς τῆς μανδραγόρου. τοῦ μὲν λευκοῦ τὸ κηρῷ ῥαγώδης, καὶ οἰνώδης εἶναι τοῦ χυμῷ. q̃d est: Priuatim uero mãdragoræ fructus, quia niger acinosus q; & sapore uinosus est: colore nigrũ, aciculati sunt, cõparat, ὠχρῷ, id est, pallida dicit: quã descriptionẽ natura magis cõfirmat. Discrepãt nõ leuiter etiam ijdem autores: q; hic utrunq; mandragorã caule carere ait. Theophrastus contrà eodẽ loco cũ seruloram describ⁹ fisset, subiecit: τῶν δὲ ἄλλων τὰ μὲν ὁμοιότερον τούτῳ τὸν καυλὸν ἔχει, καθάπερ ὁ μανδραγόρας καὶ ὁ κώνειον: q̃ uerborũ sensus est: In reliquis aliæ quidẽ similiorẽ huic caulem ferunt, qualis mandragoras est & cicuta. Plinius etiam quo diximus loco idem testatur dicẽs: Succus fit & è malis & è caule, deciso cacumine. Palamq; ambo hi caulem mandragoræ tribuunt, quem Dioscorides penitus aufert. Non ausim ego inter tam graues autores tertius ueluti arbiter cẽsere. Sensus id faciet: poterunt'q; uolẽtes uel à peritis audire, uel ipsi totã mandragoræ naturam obseruare. Nos interim monebimus, quod ex interpretibus alter dixit: Grauedinem capitis afferre pastoribus mandragoræ poma: sopire dictum à nobis esse: Quod non tam ex ui & potestate mãdragoræ qui soporiferus est, acceptũ fuit, q̃ ex uerbi necessaria significatione: ὑπνοκαροῦται eĩm hic ait: quo uerbo, ut nos in papauere diximus, de lethargo agentes, in sopore & mala quiete Græci tantũ utuntur.

Capitis

Capitis aũt grauedines & caput aggrauantia quæ Græci καρηβαρίαν & καρηβαρικὰ uocant, ut aliam habent in maleficio causam, sic alios etiã euentus afferũt. Sequitur hoc, quod non eodẽ modo in antiquis Græcis legitur: χυλίζεται δὲ καὶ τὰ μῆλα ὁμοίως: quod est ut nos uertimus: Colligitur itidem ex pomis succus. Sunt eñ in quibus non poma, sed folia legitur. In quo etsi Plinio autore prior illa lectio, & quã nos secuti sumus, probari debeat: non tamen inutile fuerit cogitasse, potuisse quondã legi folia eo præsertim argumento, ꝙ hic statim ait expressum ex foliis succũ ignauiorẽ esse. Verisimile quidẽ minus folia posse ꝙ poma: sed hoc signasse tantũ satis sit. Suspicamur etiã, quoniam cõtra alioꝝ liquoꝝ rationem & naturã est, uitiũ esse quo loco hic ait, efficaciorẽ succum liquore esse. Oportereꝙ contrà legi: quoniã in cæteris liquores succis potẽtiores plerunq; sunt. Quomodo autẽ inter se differant liquor & succus, satis in totius operis procœmio dictum à nobis est. Discrepat præterea nobis cum Barbaro, totoꝙ genere in morbis diuersum est, quod ille ait: Mala ipsa & succus ex ijs etiã olfactu, adeo magis esu uertiginẽ cient. Nos autẽ soporẽ facere diximus, magno inter uertigines & soporẽ discrimine. Nec nos augurari scimus, unde ille quæ à Dioscoride καρωτικὰ uocat, ad uertigines traxerit, quæ nihil simile aut cõmune soporibus habẽt, quod τὰ καρωτικὰ manifeste significãt. Idꝙ tam notũ medicis patet, ut docere id certius superuacaneũ omnino sit. Transferetur ob eam causam nunc sermo hic noster ad id quod in scriptore hoc legitur: ὀπίζεται δὲ πόσει χαρα πομφύνης τῆς ῥίζης, ut ferè in cunctis legitur πρωτείλῶς: ut autẽ uetustioribus & melioribus Græcis θολοειδῶς Id cæteri interpretes & multifariam & aperta punctis circumscarificataꝙ radice uerterũt, quod Plinius breuius dixerat, radice punctis aperta. Videtur enim & ille πρωτείλῶς eo loco legisse. Nos in profundiorẽ recessum excauata radice diximus, θολοειδῶς illud sic interpretati. Est enim θολοειδῶς tholi instar & modo. Quid aũt Græcis tholus sit, nouerũt ex Maronis lectione Latini etiã, cum cecinit poëta ille, suspenditue tholo, &c. Nominauerunt ꝙ Græci in templis deoꝝ publicisꝙ ædibus circumactã in orbem primũ testudinem, mox abusiue in acutũ fastigium desinens domicilij culmen: ex qua similitudine inuerso fastigio hic iubet excauari radicem, recessu ex superiore parte in orbem latiore: ex inferiore autẽ in angustum desinente. Credimusꝙ sic legendũ esse locum, ob id quod sequitur statim: καὶ τὸ συῤῥέον εἰς τὴν κοιλότητα συλλεγομένου, id est, collectoꝙ quod in concauitatem confluxerit: quod in punctis aperta & scarificata radice fieri non poterit. Sunt hæc humilia & medicis ut forte aliquibus uidebitur negligenda: ueruntamen interpreti necessaria & maiore diligentia curanda. Est & in postremo illo mandragoræ genere quem morion hic uocari ait, uerbũ ἀπρμωροῦν. Id ab alijs & à nobis ad fatuitatem relatũ est, propterea ꝙ nihil significare aliud potest. Barbarus infatuare simpliciter dixit: Alter longius, non memoriã tantũ, sed usum quoꝙ rationis intercipere: quæ tota μωρώσεως descriptio in ueteribus est. Nos fatuitatẽ quã morosin dicunt, uertimus: seorsum à iactura memoriæ morosin hanc facientes: ut in papauere de lethargo agentes longius diximus: à communi Græcoꝝ omnium lectione discedere non ausi. Cõiuncti enim loco sopor, lethargus & morosis tantopere sunt, tamꝙ similes habent causas, ut quod alteꝝ facit: possit & alteꝝ facere. Videturꝙ id in carmine suo significasse Columella cum cecinit: Quamuis semihominis uesano gramine fœta Mandragoræ pariat flores, mœstamꝙ cicutam, &c. Dubitauimus tamen potuisse quondam aliter legi: neq; ἀπρμωροῦν quod est, fatuum fieri: sed ἀπρικαροῦν, quod est sopire: & soporem à Græcis caron dictum, facere: Hæc enim præcipua omnis mandragoræ uis est: & hic soporis euentum, non facultatis statim reddidit: siquidẽ ait: Dormit eñ homo sic ut erat eam comedens, tribus quatuorue horis ex quo eum hausit, nihil sentiens. Et hæc ex multis quæ pro mandragora dici poterant, satis dicta hactenus sint.

θολοειδῶς.

Περὶ Ακονίτου. κεφ. χνδ'.

Ακόνιτον. οἱ δὲ, παρδαλιαγχές. οἱ δὲ, κάμμορον. οἱ δὲ, θηλύφονον. οἱ δὲ, μυοκτόνον θηροφόνον. φύλλα ἔχει τρία ἢ τέσσαρα. ὅμοια κυκλαμίνῳ ἢ συκίῳ. μικρότερα δὲ καὶ ὑποτράχεα. καυλὸς δὲ ὡς ἰδαμῆς. ῥίζα ὁμοία σκορπίου οὐρᾷ σίλβουσα ἀλαβαστροειδῶς. τούτου τὴν ῥίζαν φασὶ προσαχθεῖσαν σκορπίῳ, παραλύειν αὐτόν. διεγείρεσθαι δὲ πάλιν ἐλλεβόρου προσενεχθέντος. μίγνυται δὲ καὶ ὀφθαλμικαῖς ἀνωδύνοις δυνάμεσι. κτείνει δὲ καὶ παρδάλεις, καὶ σῦς, καὶ λύκους, καὶ πᾶν θηρίον κρεαδίοις ἐνδεδεμένον ἢ παραβαλόμενον.

De Aconito. Cap. LXXV.

Aconiton. Sũt qui pardaliãches, qui camaron, qui theriophonon, qui myoctonon, qui thelyphonon. Romani aconitum pariter Græcis uocãt. Folia habet tria quatuorue rapoterræ herbæ aut syluestri cumeri similia, minora tamen & quadantenus aspera. Caulis illi est dodrãtalis. Radix scorpionis caudæ similis, alabastrorum modo nitens. Ferunt radicem eius scorpioni admotã, torpore eum resoluere: & è diuerso admoto ueratro, excitari. Mi scetur oculorum remedijs, & his quę somno dolorem leuant. Enecat aconitum pantheras, sues, lupos, bestiasq; omnes, insperſum carnibus & illis in cibo appositum.

INTERPRES.

Contra grammaticoꝝ omnium decreta poëtarũꝙ fidem, quoꝝ illi rationem nominis secuti, ἀπὸ τῶν ἀκονῶν, id est, à cautibus in quibus nascitur, aconitũ dici passim testantur: hi, præsertimꝙ Naso in trãsformationibus suis cecinerũt: Quæ quia nascũtur dura uiuacia caute Agrestes aconita uocant. Theophrastus IX. de plantaꝝ historia ubiq; nasci aconitũ testatus est: neq; à cautibus, quas Græci aconas uocãt, nomen illi factũ fuisse: sed ab Aconis Periandynoꝝ pago, qui ad Heracliam Ponti est, aconitũ uocari. Amare quidem & nasci plerunq; in petrosis, nõ tamen à petris nomen inuenisse. Verba eius sunt quo diximus loco: φύεται δὲ παντα χοῦ καὶ οὐκ ἐν ταῖς ἀκόναις μόνον, ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν. ἄντη δέ ἐστι κώμη τῆς Ἡρακλεωτῶν. φιλεῖ δὲ μάλιστα αὐτὸ

ζωὸς πεζὸν ἀλλ' ὁ πόρος. Quorũ sensus ille est, quẽ pauloante diximus. Duo hic scriptor aconiti genera eodẽ nomine tradit. Theophrastus tamen eodẽ de plantarũ historia uolumine, alterũ hoc quod modo docetur, simpliciter nomine thelyphoni tradidit. Suntq; eius de eo hæc uerba: ὁ δὲ θηλύφονον, ὃν δὲ σκορπίον καλοῦσιν. διὸ καὶ ὁ βίζαν ὅμοιον ἔχειν τῷ σκορπίῳ. καὶ ἀποξυόμενον ἀποκτείνειν ὃν σκορπίον. ἐὰν δέ τις ἐλλέβορον λευκὸν καταπάσῃ πάλιν ἀνίσασθαι φασίν. ἀπέχεται δὲ καὶ βοῦς, καὶ ὑπερβύγια, καὶ πρόβατα, καὶ ἁπλῶς πᾶν τετράπουν. ἐὰν εἰς τὰ αἰδοῖα τεθῇ ἡ βίζα ἢ φύλλον αὐθήμερον. χρήσιμον δὲ πρὸς σκορπίου πληγὴν πινόμενον. ἔχει δὲ καὶ φύλλον ὅμοιον κυκλαμίνῳ. πλὴν ὁ βίζαν ὥσπερ ἐλίχνη σκορπίου. φύεται δὲ ὥσπερ ἡ ἄτροφος καὶ γόνατα ἔχει. φιλεῖ δὲ χωρία σκιώδη. ἐν δὲ ἀλυθῇ τὰ πρὸς τῷ σκορπίων &c. Est q; sensus: Thelyphonon uero quod scorpiũ aliqui nominãt: quia radicẽ illi simile habet, derasum in puluerẽ, scorpiõibusq; insperſum, eos enecat. Siquis autẽ è diuerso ueratrũ albũ illis insperserit resurgere iterũ ferũt. Enecat eadẽ die thelyphonon boues, iumenta, oues, in uniuersum q; quadrupedes omnes, si genitalibus eorũ indita radix eius aut folia fuerint. Vtilis contra scorpionũ ictus potu herba est: quæ rapoterræ herbę similia habet folia: radicẽ uero quadrifida, genitalibus intelligendũ tantũ fit: in quã partẽ inclinat animus nobis, dicente Plinio lib. xxvii. capite ii. Tactis quoq; genitalibus fœminini sexus animaliũ, eodẽ die inferre mortẽ. Quod magis adhuc miretur aliquis sciẽs, nec q; in altero aconita huiusce modi aliquid testari Theophrastũ. Plinius quo diximus loco tradidit. Theophrastus ait plantæ huius radicẽ genitalibus omniũ quadrupedũ inditã, eadẽ die eas enecare, de fœminarũ

κρήτη καὶ ζακύνθῳ. πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστον ἐν ἡρακλείᾳ τῇ ἐν ζῷ ἡ ποντῳ. ἔχει δὲ φύλλον μὲν κιχωριῶδες. ῥίζαν δὲ ὁμοίαν ζῷ χόμαι σκαρίδι. πλὴ δὲ δύναμιν πλὴ θανατηφόρον ἐν ταύτῃ. τὸ δὲ φύλλον καὶ τὸν καρπὸν οὐδὲν φασὶ πρὸς ἐν. καρπὸς δ' ἐστὶ τραχὺς καὶ οὐχ ὑλώδης, βραχεῖα δὲ ἡ τράχηλος, καὶ οὐδὲν ἔχουσα πῶμα πόνον. ἀλλὰ παρόμοια ζῷ σίτῳ. τὸ δὲ σπέρμα οὐ σαχνῶδες, οὐ νέμεται δὲ, οὔτε πρόβατον, οὔτε ἄλλο ζῶον οὐδέν. quorũ sensus est: Nascitur, ut ferunt, aconitũ in Creta Zacynthoq; plurimũ atq; optimũ in Heraclia Ponti. Foliũ habet intybi, quod uocant cichoriũ, figura. Radicẽ figura colorecq; marinæ squillæ similẽ: & in hac letalẽ uim esse. Contra q; foliorũ & seminis nullas ad mortẽ uires esse. Herbæ aũt semen est non surculosæ materiæ. Breuis tamen herba ipsa, nec quicq; egregiũ habens: tritico similis: non tamen semẽ illi in spica maturescit. Non uescitur aconito ouis, nec aliud quodpiã animal. Adiecit his alia quędã scriptor idẽ, quæ uolentes relinquimus, ne ultra q; opus sit legentes remoremur. Monemus tamen in cognoscendis illis non fore inutilẽ eorũ laborẽ. Nobis enim satis est pro aconiti historia breuiter hęc signasse: ut quod paulo ante diximus, cunctis certius fieret non conuenire penitus in aconitorũ historia Græcos Latinosq; antiquos scriptores: qui tamen omnes, excepto Plinio, duo eius genera fecerunt. Alterq; quod pardalianches à Theophrasto thelyphonon priuatim dictũ est: alterq; quod lycoctonon: illud ab enecandis pantheris, hoc à lupis: & hæc autore Paulo Aegineta cognomina utriusq; & notæ quondã fuerunt. Siquidẽ ait: ἀκόνιτων τὸ μὲν παρδαλιάγχες σπλικὸν καὶ δηλητήριον δυνάμεως ἐστὶν. ὅθεν μὲν αὐτὸ οὐ λητέον. ἔξωθεν μὲν ἐπὶ τῶν θηρίων δὲ καπνῶσι δὲ τοῖς σαρκῶν χρῶνται πρὸς τὸν τῶν θηρίων θάνατον. τὸ δὲ λυκοκτόνον τὸ αὐτὸ ὂν ζῷ πρότερον δυνάμεως, ἰδίως δὲ λύκους ἀναιρεῖ, ὥσπερ ἐκεῖνο δὲ παρδάλεις. quod est: Et aconitum quidẽ cognomento pardalianches, exedentẽ & letalẽ uim habet: eamq; ob causam intus cauendũ est. Foris tamen in carnibus quas exedi oporteat, uti licet. Quod uero à lupis lycoctonon dicit, easdẽ priori uires habens, priuatim lupos, ut illud pãtheras, enecat. Et hæc pro altero aconito hoc ex Theophrasto & alijs inuenta & obseruata hactenus à nobis fuerunt. Ex quibus ratiocinari facile erit, quod à Theophrasto thelyphonon ab enecandis fœminini sexus animalibus dicit, à scriptore hoc aconitũ dici: diuersa quidẽ uoce, sed nullo rei discrimine. Mox in secũdo hoc quę Dioscorides folia similitudine platani describit, à Theophrasto κιχωριώδη uocari, id est cichorio simlia: qua nota scriptor ille plerũq; in plãtarũ foliis amplitudinẽ significat. Quodq; à Paulo Aegineta tradit, foris usum aconiti in exedẽdis carnibus esse, à Theophrasto pariter indicari, cuius paulopost prædicta uerba sunt: διὸ καὶ οἱ ἰατροὺς οὐκ ἐπισαμένους συντιθέναι, σπλικά τε χρῶνται. quod est: Quã ob causam & medici præparare nescientes, exesiuo remedio utuntur &c. quod in Dioscoride desiderari potest, nobisq; non sine causa suspicionem uitij in hoc capite iniecit.

περὶ κωνείου. κεφ. χξά.

De Cicuta. Cap. LXXVII.

Κωνοφόνιον. ⊥ Εἰσὶ δὲ οἱ ἄγγωνον, οἱ δὲ ἄθουσα. οἱ δὲ ἀπολήγουσα. οἱ δὲ δολία. οἱ δὲ, ἀμαυρώσεις. οἱ δὲ παράλυσις. οἱ δὲ ἄφρων. οἱ δὲ κρεῖδιον. οἱ δὲ, κοίτιον. οἱ δὲ, κατεχομένιον. οἱ δὲ, ἀβίωτον. οἱ δὲ, ἄφθονία. οἱ δὲ ἀτεόμωρον. οἱ δὲ, ἀμωρόν. οἱ δὲ, πλυνωνώδυνον. οἱ δὲ, δαρδανίς. οἱ δὲ, κατάψυξις. ῥαθάνης, καθάθυ. αἰγύπτιοι ἀπεμφίν. ῥωμαῖοι κικούταμ. ⊥ καυλὸν ἀνίσως γονατώδη ὡς μάραθρον. μέγαν. φύλλα δὲ νάρθηκι ἐμφερῆ. σκιώτερα δὲ καὶ βύσσμα. ἐπ' ἄκρων δὲ ἀφθόνως σχῆμα σκιάδια. ἄνθος ὑπόλευκον. σπέρμα ἐμφερὲς ἀνίσῳ. λευκότερον. ῥίζα κοίλη καὶ οὐ βαθεῖα. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ φθινῶδες, καὶ ψύξιμ ἀναιρεῖν. βοηθεῖ δὲ ἀκρέατῳ. χυλίζοντι δὲ τὰ ἄκρα πρὸ τῆς ἐκφανθῆναι δὲ σπέρμα ἢ ἡ κόμη. ⊥ ἐκθλίβεται κοπτομένη. ⊥ συσσέφεται ὑπὸ ἡλίῳ. ἔστι δὲ πρὸς χρῆσιν ἐκφανθέν. μιγνύμενον ὠμοτηδείως τοῖς ἀνωδύνοις κολλυρίοις δὲ χύλισμα. ἕρπητας τε μὴ ἐρυσιπέλατα καταπλαθὲν σβέννυσιν. ἡ δὲ πόα μὴ ἡ κόμη λεία καταπλαττομένη, τοῖς δηλυμένοις ὀνειρώττουσι βοηθεῖ. πρόκοπτει δὲ μὴ αἰδοῖα καταπλαθέντα. μὴ γάλα σβέννυσι. μαστοὺς τε ὑπὸ παρθενίας κωλύει αὔξεσθαι. μὴ δηλύμους ἀτροφοῦντας τρέφει ἐπὶ παιδίων. ὑπηγέσατο δὲ ὅτι τὸ κερδικόν, μὴ μεγαρικόν, μὴ τὸ ἀττικόν. καὶ τὸ ὑπὸ τῆς χίου καὶ κιλικίας γεννώμενον.

COnion. ⊥ Sunt qui angynon, qui ethusan, qui apolegusam, qui dolian, qui amaurosin, qui paralysin, qui aphrona, q creidion, qui coiten, qui catheomenion, qui abroton, qui apseudon, qui ageomoron, qui moron, qui polyanodynon, qui Dardanida, qui tapsyxin uocẽt. Osthanes babaty. Aegyptij apemphi. Romani cicutã dicunt. ⊥ Geniculatũ profert cicuta fœniculi modo & grandem caulem. Folia ferulę similia habet, angustiora tamen & grauiter odorata. In cacuminibus ramos & umbellas habet. Florem subalbidum: Semen anisi æquale, sed candidius. Radix fistulosa illi, sed non profunda est. Inter letalia numeratur cicuta, frigiditate ens cans. Succurrit remedioq; contra eam meracum uinum est. Colligitur ex suprema eius coma succus antequam arescat semen: cuius causa tũditur, densaturq; in sole expressus succus. Multos habet in medicina usus. Collyrijs quæ somno dolorem leuant additus. Extinguit idẽ sacros ignes, & quæ serpunt. Quinetiam concisa herba comaq; eius mox testibus emplastri modo impositа, nocturnas libidinũ imagines in somno auertit. Languẽt genitalia emplastri modo impositа cicuta. Lac extinguit, & in uirginibus mammarum incrementa compescit: & puerorum testes nutrimento augeri prohibet. Efficacissima Cretensis, Megarica Attica'que, & quæ in Chio & Cilicia nascitur cicuta.

IN-

INTERPRES.

AVxerunt cicutæ famam Athenienſes, ſucco eius ad mortẽ in publicis & capitalibus iudicijs utẽtes: alioqui indigna erat herba, quæ in omniũ poëtarũ carminibus & ſapientiũ cõmentarijs inueniretur. Vulgaris ubiq; ferè naſcens, & homini præcipue noxia. Sed hæc eſt omniũ fortuna rerũ, ut aliquãdo ex uſu gentiũ honorẽ & quã poſſunt gratiã inuenerint. Factũ id tũc in cicuta eſt, quæ neglecta modo & incognita multis iacet. Mutatæq; leges & pœnarũ in ſceleribus ratiões, pecori herbã relinqui coëgerunt, quæ quondã malo hominis fato naſcebatur. Et ut teſtatus Theophraſtus eſt, in quotidianos uſus ex ſuſis frigidiſſimiſq; alijs locis maiore diligentia repetebatur. Non erimus ob eam cauſam nos in eius hiſtoria longiores: quod enim ſatis ſit, ab herbarijs omnibus cognoſcitur, fœniculi caule, folio ferulæ, alijſq; à Dioſcoride deſcriptis notis. Plures à principio legunt in capite hoc cicutæ appellationes: ſed q̃ uetuſtæ illæ ſint, pro cõperto nobis non eſt. Paucæ enim ex tã multis facilẽ intellectũ habent: nec nos id profitemur, præterq̃ amaurosin ab euentu maleficij eius dici potuiſſe: ſignificat enim ea uox, quod extenuando minuendoq; perimit: Idq; in calore & ſenſu omni intelligendũ eſt. Frigiditate enim ſua calorẽ ſenſim extinguit: extincto q; eo minuitur ſenſus & extenuat. Timoros deinde, q̃d eſt punitor & ultor, q; pro pœna & flagitij publica ultiõe ſuccus eius eſſet. Catapſyxis uero quaſi refrigeratio ab euẽtu & ui eius, qua, ut in Ranis ſuis Ariſtophanes ait, ἀνθὼς ἀκρεμόνυσι τἀντικνήμια. q̃d eſt ut Plinius etiã dixit: Incipiunt algere qui cicutã biberint ab extremitatibus corporis. Et hæc pro cicutæ appellatiõibus dicta ſatis à nobis ſint. Quod aũt in medicina, uel ut rectius loquamur, in uiribus eius dictũ à nobis eſt: Et pueroꝝ teſtes augeri prohibet, à Dioſcoride his uerbis cõceptũ fuit: ἢν δὲ μαλάττωνται ὀρχίδες πρὶν ἢ τὰς παιδίων. ὀρχίδες teſtes uocauit ille q nõ nutriunt neq; incrementũ ſentiũt: eadem aut ſaltẽ nõ diſſimili naturæ iniuria quã Græci in toto corpore & oculo ὀρχίασιν dixerũt. De qua dictũ lõgius iã pridẽ à nobis eſt in liqda pice & ſycomoro. Pertinebat id quondã ad tẽporꝝ illorꝝ inſtituta & mores, qbus cõſueuerant multiplici naturæ iniuria ad turpitudinẽ differre ſaltẽ, niſi penitus tollerẽt in maribꝰ uirilitatẽ.

περὶ Σμίλακος. κεφ. χξβ'.

Σμίλαξ. οἱ δὲ, θύμαλον. ῥωμαῖοι δὲ τάξον καλοῦσι. δένδρον ὅσῃ παραπλήσιον ἐλάτῃ τοῖς φύλλοις καὶ μεγέθει. ἐν ἰταλίᾳ καὶ ἐν ἸΒηρωνίᾳ τῇ κατὰ τὴν ἸΒηρωνίαν φυόμενον. τοῦ δὲ ἐν ἰταλίᾳ γινομένου τὸν μὲν καρπὸν ἐδίουσι, μελαίνεται. οἱ δὲ προσφυεγκάμενοι, διεξοδίαις πυρίπτουσι. ἐν δὲ τῇ ἸΒηρωνίᾳ, πρὸς αὐτῆς δ' ἀμάμεως μετέχει, ὡς καὶ ἐκ τῶν σκιᾶς πυκνῆς καθίσαντας ἢ κοιμηθέντας βλάπτειν. πρὸς ἀκμὴν δὲ καὶ ἀνθοῦσιν. ἰσοφύεται δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν προφυλάττειν.

De Smilace arbore, quæ Latinis Taxus eſt. Cap. LXXVIII.

SMilaca, ſunt qui thymiõ. Romani taxum appellant. Magnitudine foliiſq; abieti ſimilis & æqualis arbor eſt, in Italiæ & Hiſpanię Carbonia naſcens. Nigreſcunt galinacei fructu Italicæ ueſcentes. Qui etiam hauſerint homines, alui fluoribus, quos uocant diarrhœas, uexantur. Tantas itidẽ uires habet quæ in Carbonia naſcitur, ut ſedentibus dormientibus'ue ſub ea, noxam & ſæpe mortem afferat. Relatum à nobis de ea eſt uitãdi tantum periculi cauſa.

INTERPRES.

CEcinit quondã Maro primus idẽ maximusq; Bucolicj carminis Latinis autor: Iuniperi ſolet eſſe grauis cantantibus umbra: Monuitq; paſtores, ſub ſpinoſam denſioris q; umbræ arborẽ uocãdas homini non eſſe muſas. Mox pro apibus præcepit: Et tua Cyrneas fugiant examina taxos: nullibi æqua maleficij diſpenſatione: Siquidẽ taxos fugiſſe potius q̃ iuniperos homines oportebat: ſi ut hic & alij tradiderũt, letalis homini eaꝝ umbra eſt. Plinius XVI. uolumine, cap. XI. de ea ait: Et eſſe in Arcadia tã præſentis uenenarij, quo capite quærit: Si in cõuiuio floꝝ coronis utendũ ſit: ἰσοφύουσι δ', ὅτι καὶ σκιὰ σμίλακος θ' ἁρπετόν ἐστι καὶ ὑπνοποιός ἐστιν ὅταν ὀργᾷ μάλιστα πρὸς πλοῦν ἄνθουσιν. quod eſt: Ferunt enim & ſmilacis umbrã in ea dormientes perimere: q̃ tẽpore præſertim ad nouos flores turget. Contraxitq; umbræ eius noxã ad id tẽpus maxime Plutarchus, q̃d abre non eſt ob eam quã ille tradidit cauſam, dicens ueluti telis ſagittisq; aliquibus uulnerari cerebrũ hali tu floꝝ per nares attracto: qui cũ in hac arbore ſemper letalis ſit, in noua florũ productione ob acriorẽ materiorem q; eius copiã magis nocet. Deſcripſit Plinius q̃ diximus loco arborẽ longius: Barbarus etiã in Corollario ſuo ex Græcis Latinisq; ſcriptoribus omnẽ eius hiſtoriã collegit: & præter eos uulgaris notaq; cunctis nunc etiã arbor eſt. Quæ una tantũ mutata litera, pro taxo naxus nobis uocat. Duriſſimæ materiæ arbor, & ob id in fabrica expetita ad ea quæ diuturniora futura ſunt. Baliſtæ arcusq; nũc etiã ex ea fiunt: Sed quondã in frequentiore eius teli uſu & ipſa in maiore uſu fuit. Fluores alui baccas eius ueſcentibus fieri hic ſcriptor ait: ex eademq; cauſa Maronẽ nos credimus monuiſſe, fugiendã apibus eſſe arborem: ne cita aluo, cui malo obnoxiæ ſunt, perirent. Qua eñ ui homini nocet, eadẽ illis nocere credendũ eſt. Nolumus & illud tacere, q̃d nobis & Barbaro idẽ non eſt, in cunctis Græcis legi Carboniã in Hiſpania: idq; nos uertimus: Barbarus contrà certos natales illi aſſignare uolens, quoniã nullibi in geographis Carbonia in Hiſpania legitur, Narbonẽſem Hiſpaniæ prouinciã uertit: non animaduertens in prouincia Romana, non in Hiſpania Narbonem eſſe. Tamq; id patet, ut probari non oporteat. Nos qualecunq; id erat uertere maluimus. Et nihilominus uitium illic eſſe ſuſpicamur, præſertim teſtante Plinio in Arcadia letalem eſſe arboris huius umbram.

περὶ Ἀποκάυου. κεφ. χξγ'

De Apocyno. Cap. LXXIX.

Ἀποκυνον. οἱ δὲ, κυναγχον. οἱ δὲ, παραλιαγχές. οἱ δὲ κυνόμορον. οἱ δὲ κυνοκράμβην. οἱ δὲ, κυνοκτόνον. οἱ δὲ, φάλεως. οἱ δὲ, κυνάγχη. οἱ δὲ, ὀλίγωρος. οἱ δὲ, ἱππομανές. οἱ δὲ, ὄνισις. οἱ δὲ, ὀσφιοσκόροδον. οἱ δὲ, κυναρίκη. οἱ δὲ, ἐλαφόσκορδον. προφῆται παράλυσις. ῥωμαῖοι βράσικα ἄγρια. οἱ δὲ, κανίνα. ⌊ καλοῦσι. ἔρυος ὄζει ῥάβδους ἔχων μακράς, λυγώδεις. ⌊ δυσώδεις. ⌋ συνθραύσους. φύλλα κισσῷ ὅμοια, μαλακώτερα δὲ καὶ ὀξύτερα κατ' ἄκρον. ἔνδυσμα. ὑπόγλιχρα. ὀπὸς μελὰς μηλίνου. καρπὸς δὲ ὥσει λοβὸς κυάμων πρὸς δακτύλου μῆκος. θυλακώδης. ἐφ' ὧν αἱ γαλάδες λευκά. σκληρά. σμικρά. μέλανα. ⌋ αὐτῆς τὰ φύλλα σὺν σταφίδι ἀρτυθέντα, καὶ πιθέντα τοῖς κύνας. λύκους. ἀλώπεκας. παράλυσις. παραχρῆμα δὲ παραλύει αὐτὰ τὰ ἰχία.

APocynon. Sunt qui cynangō, qui pardalianches, qui cynomorō, qui cynocrambem, id est brassicam caninā, ⌊ qui phaleon, qui cynoctonon, qui oligoron, qui hippomanes, qui onisci, qui aphroscorodon, qui cynaricen, qui elaphoscorodon appellent. Magi paralysin. Romani brassicam rusticam siue caninā uocant. ⌋ Frutex est uirgis longis, uitiliū modo lentis, ⌊ graueolentibus, ⌋ non facile fragilibus. Folia habet hederæ similia, molliora tantum & insummo cacumine acutiora, graui odore, quadantenus glutinosa, luteo liquore plena. Fructus fabarum siliquis similis, digitali ferè longitudine, folliculorum figura: in quibus semina sunt dura, exigua, nigra q̄. Enecant canes folia eius cum adipe pani commixta, & illis apposita. Enecant & lupos, uulpes, pantheras q̄: statim enim eorum coxendices resoluit.

INTERPRES.

INutilis medicinæ huic scriptori canina brassica est: posteriores tamen Græci calidā sine ficcandi ui eam descripserunt. Eam q̄ ob causam emplastri modo impositā, discutiendi uim habere. Plinius præterea libro XXIIII. cap. XI. Suspiriosos, pleureticos, & omnes lateris dolores ex aqua semē eius sanare testatus est, quo loco ipsē notis, & paulominus q̄ ipsē huic scriptori uerbis eā effigiauit: Canes & omnes quadrupedes necare in cibo datā Dioscorides pariter testatus, quæ nominis frutici huic præcipua causa est: pluresq̄ ex appellationibus eius nō aliunde q̄ ex eo usu causam habēt. Dico aūt ex eo usu, qm̄ sæpe fit à uenatoribus & aliis, qbus syluas aut alienas domos ingredientibus adlatrari incōmodū sit: ut cū odisse canes incœperint, uenenato aliq̄ cibo eos intercipiāt: quale apocynon hoc est, q̄d Paulus Aegineta in VI. ait ideo cynocrāben, id est caninā brassicā & cynomorō .i. canū mortē uocari, q̄ eos celerrime enecet: eadēq̄ ui maleficiū & letalis homini fit. Quod pariter indicat apocyni uox, nihil aliud Græcis significās, q̄ q̄d abesse canes facit: quēad modū cynangos, q̄d canes angit & strangulat: & cynoctonō, q̄d canes enecat. Quæ oēs eiusdē rei indices uoces eandē habēt causam. In cæteris nō tā facilis nobis intellect⁹ est: ob eāq̄ causam peritioribus relinquūt.

Περὶ Νηρίου. κεφ. χξά'.

De Nerio siue rhododaphne herba. Cap. LXXX.

ΝΗριον. οἱ δὲ, ῥοδοδάφνη. οἱ δὲ, ῥοδόδενδρον. ⌊ οἱ δὲ, σπόγγος. οἱ δὲ, ἀιμοσαρίς. ῥωμαῖοι ῥοδάνδρεμ. λθυκανοι, ικμανή. αἰγύπτιοι σκινφή. ἄφροι ῥοδοδάφνη. ⌋ Δάμνος γνώριμος. ἀμυγδαλῆς μακρότερα καὶ παχύτερα ἔχων φύλλα. τὸ δὲ ἄνθος ῥοδοειδές. καρπὸν δὲ ἐμφερῆ ἀμυγδάλῳ. ὡς κέρατα ἀνεωγμένον. πλήκτρια ἐρεώδους φύσεως. ὅμοιον τῆς ὑακινθίνοις πάππῳ. ῥίζα δὲ ἄπρεκτος καὶ μακρά. ξυλώδης. γλυσαμμένῳ ἁλμυρά. φύεται δὲ παρὰ εἴσοδοις καὶ παραθαλασσίοις τόποις καὶ παραμιείοις. Δάναμιν δὲ ἔχει τὰ ἄνθος καὶ τὰ φύλλα, κωὐ μὴ ὄνωμ καὶ ἡμιόνωμ καὶ τ πλείσωμ πεζῶν πόδων ζώωμ φθάνει. ἀνθρώπωμ δὲ σωσικλὼ σὺν οἴνῳ πινόμενα πρὸς δήγματα θηρίων. ⌊ μᾶλλον δὲ πηγάνῳ παραμιξάμενα. τὰ δὲ ἀθροισθέντα τῶν ζώωμ ὡς αἶγες καὶ πρόβατα, ἐπὰν τὸ ἀπόβρεγμα αὐτῶν πίῃ, παραδυνόσι.

NErion. Sunt qui rhododaphnen, qui rhododendron, qui spongon, qui hæmostarida. Lucani ichmanē. Aegyptij scinphē. Aphri * Romani pariter Græcis rhododēdrū uocāt. ⌋ Notus frutex rhododaphne est: amygdalæ foliis, longioribus tamen asperioribusq̄: flore rosæ figura. Fructū fert amygdalę nuci æqualē, & ueluti cornu cū dehiscit lanis plenū, acanthi spinę pappis similibus. Radix illi est acumināta, longa, lignea, gustu salsa. Nascit maritimis locis & secus amnes. Enecant folia floresq̄ eius iumēta quadrupedesq̄ omnes. Eadē homini contra uenenatorę morsus medicinā faciunt: præsertimq̄ addita ruta. Quinetiam infirmiores quadrupedes, quales oues & capræ sunt, poto tantum eorum diluto, pereunt.

INTERPRES.

FEcerunt Græcis rhododaphnen rosæ flos, & lauri folium, quæ fruticis huius præcipuæ notæ sunt. Fecit idem rosæ flos & arbor eidem genti rhododendrum: sic enim fruticem hunc etiam uocarunt. Plinius'que hac sæpius quàm illa pluribus locis uoce usus est. Nec refert quòd hic amygdalæ foliis folia eius comparauerit. Lauro enim & amygdalæ non dissimilis magnopere foliorum figura est: longa,

longa, eiusdem ferè latitudinis, & in cuspidem acuminata. In cæteris eius appellationibus parum certa nobis ratio est: ideoq; indescriptæ relinquuntur. Illud tamen monemus, quod alij interpretes ex communi lectione uerterunt ab Aphris rhododaphnē uocari, non placuisse id nobis, quoniam Græce non loquuntur Aphri: uoxq; illa ex ea gēte manifeste est: obseruauimusq; deesse eo loco Aphrorum uocem: & quod sequebatur rhododaphne, sequentis membri principium esse, in quo Dioscorides iterum incipiens, diceret: Rhododaphne notus frutex est &c. Sic etiam quod legebatur à Romanis dici rhodandrum, rhododendrum dixim⁹, monente Plinio libro XXIIII. cap. XI. ne nomen quidem Latinum inuenisse, rhododendrū illic & alibi appellante. Videntur enim Romani ob fruticis magis q̄ herbæ in eo naturam ex Græcis hanc potius appellationem elegisse. Nasci maritimis locis & secus amnes rhododēdrū Dioscorides ait, quod res ipsa etiam nunc indicat. Et nos scimus aliquot locis rhodanem corrupta uoce appellari plantam, quæ quoniam pastu animalia enecet, pro toxico habeatur, & toxicum pariter uocetur. Cætera huic scriptori & Plinio eadē sunt quo pauloante diximus loco, & libro XVI. capite XXI.

περὶ μυκήτων. κεφ. χξέ.

Μυκῆτ διαφορὰ δ᾽ ἐστίν. ἡ μὲν βρῶσιμοί εἰσιν ἢ φλεγματικοί. πρὸ πλαῖς δὲ αὐτάρκως γίνονται τρισὶ, ἢ ἑρπετῶν φολεοῖς παραφύονται. ἢ δένδρεσιν ἰδίως βλαπτικοὺς φέρουσι τοὺς καρπούς. ἔχουσι δὲ κοινὴ γλοιώδη τὸ ἀφαιρεθῆναι, ταχέως διαφθείρονται σὺν πόμμυοι. οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι ζωμοποιοί. κάθεις. πλευρὰ δ᾽ ἔντες μὲν τὴν ὑγρὰν, βλάπτουσι δυσπεπτόμμυοι. πυίγοντες ἢ χολέραν ἐπάγουσι. πάντες πρὸς τὸ βοηθοῦντα δὲ πάντες πρὸς τὸ μοιοι νίτρῳ ἢ κονίᾳ. μετὰ ὄξους ἅλμης. ἢ ὑμβρας ἀπὸ γέμα ἢ ὀρυγάνῳ. ἢ ὀρυδείῳ κόπρῳ μετ᾽ ὄξους πιμοι δὲ εἰσὶ κοινὴ δυσπάλυτοι. ὅλοχερῶς δὲ ὡς ἁπλῶς σὺν τῇς ὡρισμέναις ἀποδίδονται.

De Fungis. Cap. LXXXI.

MYcetas. Romani Fungos dicūt. Fūgorū duplex differētia: aut enim edēdo sunt, aut letales. Fiuntq; multifariā letales, quoties aut clauis rubiginosis, aut putridis pannis, aut serpentiū latibulis & cauis adnascunt, aut arboribus priuatim noxios ferentibus fructus. Habent qui tales sunt concretū supra se lentorē quendā: relictíq; cū è terra auulsi fuerint, putrescentes corrūpunt. Qui contrà tales non fuerint, in cibos idonei suauesq; sunt: & nihilominus maiore copia sumpti, nocēt & ipsi: difficilis in stomacho cocturę, strangulantes, & malum q̄d Græci cholerā dicunt, afferentes. Succurrunt remedioq; omnibus cōtrà eos sunt potū nitrū, aut lixiuia cū oxhalme (salsū acetū ea est,) satureię decoctū aut origani: gallinaceoꝝ itidē fimū addito aceto, aut copiosum in eclegmate mel. Iidē tū nutriūt, ueꝝ ægre resoluunt: integríq; & q̄les hausti fuerūt, plerūq; cū reliquis excremētis reddunt.

INTERPRES.

DE tota fungorꝝ natura, quos tantopere ad cibos & ganeā mortalitas expetit, breuissime & uno carmine decreuit Flaccus cum in sermōibus suis cecinit: Pratēsibus optima fungis Natura est, alijs malitæ creditur. O sapientē poētā, qui dum ganeam multosq; eius sapores didicisse uideri uult, humanæ uitæ tam utiliter consuluerit. Græcorꝝ medici etiam, exceptis boletis, & quos Paulus Aegineta suoꝝ, ut nos credimus, temporꝝ nomine amanitas uocat: omnes una sententia damnauerūt. Frigidos, pituitosos, & crassiores humoris in cibo constituentes. Plinius tamen XXII. uolumine eiusdē numeri capite proximoq; illi, longiore historia bonitates eorꝝ uitiaq; & totā naturā prosecutus est: quæ poterunt uolentes certius in eo cognoscere. Fuerunt medicorꝝ & sapientiorꝝ de fungorꝝ natura & ui decreta quæ pauloante dicta sunt. Poëtæ tamen boletos præcipue laudarūt: & inter antiquos medicos Paulus Aegineta primo uolumine de fungis boletisq; sic dicens: οἱ μὲν μύκητες ψυχροί τε εἰσὶ καὶ φλεγματώδεις, καὶ κακόχυμοι. τούτων δὲ αὐτῶν οἱ μὲν βωλῖται ἀβλαβεῖς πάνυ εἰσὶ καὶ εὐστόμαχοι, καὶ αὐτοῖ δὲ οἱ βωλῖται ἀνεμφθόρδοι ἐστὶ τάξεως. τῶν δὲ ἄλλων μυκήτων ἀπέχεσθαι δεῖ. πολλοὶ δὲ καὶ αὐτῶν θανάσιμοι. καὶ αὐτοῖ δὲ οἱ βωλῖται ἀνεμφθόρδοι ἐστὶ τάξεως. τῶν δὲ ἄλλων μυκήτων ἀπέχεσθαι δεῖ. πολλοὶ δὲ καὶ αὐτῶν θανάσιμοι. quorum sensus est: Fungi uero frigidi, pituitosi & mali succi sunt: omnium minus nocentes boleti sunt, ad summum elixi. Qui uero amanitæ dicuntur, secundum post boletos ordinem habent. A cæteris abstinendum est: plures enim eorum mortiferi sunt. Quinetiā boleti ipsi, si minus elixi comedantur, periculi mortisq; causam habent. Et hæc pro fungorum maleficio tutoq; usu satis sint. In quibus uidendum, sint ne Pauli Aeginetæ amanitæ, Flacci pratenses. Boletos enim credimus nos ἀπὸ τοῦ βώλου, id est à bolo dictos fuisse. Significat autem Græcis bolos nō sim pliciter tantum glebam, sed priuatim rubricam illam qua pictores aurum operibus suis inducūt: à quo colore fungos eos boletos nominasse ueteres Romanos & Græcos uerisimile est: qui intra terrā concepti candida uolua primum sunt: & antequam ex candido inuolucro suo prodeant, ouorum figura & colore. Cum autem dehiscere cœperunt, rubro in superiore parte colore, inferiore autem luteo & striati in pileoli ambitum aperiuntur. De amanitis autem Pauli non est quod dicamus, præterq̄ credere nos posteriorem Græco tenses uulgo noti, ideo salubriores, & procul ab arboribus nati, meliore ex terra succo q̄ ex arborum pituita concreti, superiore sui parte candidi, inferiore primum nigricante purpura, mox nigro penitus colore, rectis per longitudinem pectinibus & strijs.

Boleti. Bolos.

περὶ κολχικοῦ κεφ. χξς'.

De Colchico. Cap. LXXXII.

Κολχικόν. οἱ δὲ, ἐφήμερον. οἱ δὲ, βολβὸν ἄγριον. Ῥωμαῖοι βόλβους ἀγρέσιας. Λήπουρες δὲ φθινοπώρου ἀνίσιμον ἄνθος ὑπόλευκον. ὅμοιον κρόκου ἄνθει. ὕστερον δὲ τὰ φύλλα φέρει βολβῷ παραπλήσια. λιπαρώτερα. καυλὸν σπιθαμιαῖον. καρπὸν ἔχοντα πυξίδιον. ῥίζαν φλοιὸν ἔχουσαν ✻ ἐγκιρρον ἐν τῷ μέλανι. κἄρις λεπιζομένη λευκὴ καὶ παλὴ καὶ ὀπὸν μεσὴν ἐυρίσκεται καὶ γλυκεῖαν. ἔχει δὲ ὁ βολβὸς διάφυσιν μέσην καθ' ἣν ὁ ἄνθος ἀφίησι. γίνεται δὲ ἡ πλεῖστος ἐν τῇ μεσσηνίᾳ καὶ κόλχοις. ἐσθιόμενα δὲ κτείνει καὶ τὸν πνιγμὸν ὁμοίως μύκησιν. Αἰτιάσαμεν δ' αὐτὸ, ἵνα μὴ λάθῃ ἐσθιόμενα ἀντὶ βολβοῦ. πρὸς ὄξους γάρ ἐστιν ἐπακριτικὴ διάθεσις ἡ δύναμις τῆς ἀπείρους. βοηθοῦσι δὲ τῆς φαγοῦσιν ὅσα καὶ τοῖς μύκησι φαγοῦσι. καὶ γάλα βόειον (πινόμενον). ὥς τε ὅταν πρῶτον, μηδενὸς ἄλλου δύνηται βοηθήσαντος.

ἐπίπυξίδιον

COlchicon. Sunt qui ephemeron, qui bolbon agriõ. ⌊Romani bulbũ agreſtẽ uocãt.⌋ Albicantẽ florẽ crocino ſimilẽ autũni exitu profert Colchicũ. Poſt florẽ folia Bulbo ſimilia, pinguiora tantũ. Caulẽ dodrãtalẽ, ruſſo ſemine. Radicẽ habet cuius cortex ruſſo in nigro colore eſt: quæ cortice ſuo nudata, cãdida, tenera, dulcis & liquore plena inuenitur. Habet bulbus eius in medio diuiſiõem ex qua flos erumpit. Naſcit Colchicũ in Meſſania plurimũ & Colchis. In cibo ſũpta radix, fungorũ modo enecat. Ne fallat pro bulbo ſumptũ, deſcriptum à nobis id eſt: ignari eñ ſuauitate eius magnopere trahũtur. Remedio ſunt his qui comederint, quæ cõtra fungos opẽ ferũt. Remedio itidẽ bubulũ lac tã prẽſenti ope, ut ubi id ſit, nullo alio remedio uti oporteat.

INTERPRES.

MIſceri in antiquis ſcriptoribus inuicẽ Colchicon & ephemeron aliqui crediderunt, Nicandrũ in Alexipharmacis ſuis dicentẽ audientes: ἢ δὲ μηδείης κολχὶς ἐχθόμενον πῦρ. κεῖνο γὰρ ἐφήμερον. quæ eſt: Si uero Colchidis Medeæ infeſtũ ignẽ poculũ illud hauſerit ephemeron. Mox Plinius inter uenena Colchicũ, & inter medicas herbas ephemeron numerantẽ. Quinetiã hunc ipſum hoc loco priuatim detractantem, & inuicẽ utrunq; Colchicon & ephemeron uocantẽ. Poſt hos Paulũ Aeginetã ephemerõ in quinto inter uenena conſtituentẽ: mox iterq; in ſexto ephemerũ his uerbis deſcribentẽ: Ἐφήμερον οὐ δηλητήριον, ἀλλ' ὃ περ ἴριδι ἀγρίᾳ κολεῖται. quod eſt: Ephemeron, non quod noxiũ & letale, ſed quod agreſtẽ irim uocant. Ego ne longiores ſimus, in cunctis Græcis modo uenenũ, modo utilẽ dentibus & tumoribus herbã ephemeron inuenientes, præſenti & periculoſa ſemper dubitatione: Niſi cognouerit aliquis duo quondã ephemeri genera fuiſſe: alterq; quod Colchicon à natali ſolo diceretur: flore albicãte, crocino ſimili: radice bulbi, ſed pinguiore: caule dodrantali, notiſq; aliis quæ à ſcriptore hoc in hiſtoria eius numerantur. Quod Colchicon Plinius ſimpliciter nominauit lib. XXVIII. cap. X. & Paulus Aegineta in V. ephemerõ: cuius uerba ſunt: ὅτινες δὲ ἐφήμερον λαβοῦσι, ὃ ἔνιοι καλοῦσι κολχικὸν, διὰ τὸ ἐν κολχίδι φύεσθαι. quorũ ſenſus eſt: His aũt qui ephemeron hauſerint, quod quidam quia in Colchide naſcitur, Colchicon uocant. Quod & hic idẽ ſcriptor in ſexto inter uenena non Colchicon ſed ephemerũ uocabit, quo loco cũ hic plantã deſcripſiſſet, maleficij eius & ueneni notas remediaq; certius illic docet. Alterũ quod ſimpliciter ephemerũ dicitur, innocens, & ut pauloante nos diximus, dentibus & tumoribus utile. Cuius meminit Plinius lib. XXV. cap. XI. his uerbis: Ephemeron folia habet lilij, ſed minora: caulẽ parẽ &c. Quod hic ipſe ſcriptor mox deſcribet: & ut rem totã abſoluamus, q̃d ⌊Paulus Aegineta in ſexto deſcripſit, habereq; ait repercutiẽdi diſcutiendiq; uires: eſſeq; ephemera duo: & qualia nos diximus, uenenũ alterũ, innocens alterũ, ſatis idẽ Paulus Aegineta indicat, qui de innocente hoc agere incipiẽs, ait: ἐφήμερον οὐ δηλητήριον. quod eſt: Ephemeron, non quod noxiũ & letale &c. manifeſto ea propoſitione diuiſione & argumẽto, duplex eius genus eſſe, alterq; quod ueneni, & alterũ quod remedij ratione habet. Factũ ideo eſt, dum in antiquis Græcis uaga appellatione utrunq; ephemeron dicitur: ne ſine cauſa crediderint aliqui miſceri inuicẽ Colchici & ephemeri appellationes: ueruntamen quantũ ſimilitudo aliqua nominis cõmunionẽ in illis fecit, tantũ natura uiribus ea diſcreuit: eamq; ob cauſam in ueterũ ſcriptorũ lectione obſeruanda diligentius ea uox erit, ut noxium ab utili, & uenenum à medica materia ſecerni poſſit: in quo non parum proderit, de quo agatur & quomodo, obſeruaſſe. Fuerunt qui maleficum illud ephemeron dictũ putauerint, & hauſto eo una tantum die ſuperſtites ſint qui id hauſerunt: & à ſimilitudine eius deinde alterum illud: Nos tamen profiteri non audemus, utrius ſimilitudo alteri nomen fecerit.

Περὶ Ἐφημέρου. Κεφ. ΧΞΖ'.

Ἐφήμερον. οἱ δὲ, ἴριν ἀγρίαν. φύλλα μὲν καυλὸν ὅμοια ἔχει κρίνῳ. λεπτότερα δὲ ἄνθη λευκά. πικρά. κάρπιμα δὲ μαλακόν. ῥίζα δὲ ὑπέρσι δακτύλου πάχος μία. μακρά. συμπτική. εὐώδης. φύεται ἐν δρυμοῖς καὶ παλισκίοις. τότε μὲν ῥίζα ὀδοντολγίας ὄξει φάρμακον διακλυζομένη. τὰ δὲ φύλλα ἐν οἴνῳ ἑφθέντα καὶ καταπλασθέντα, οἰδήματα καὶ φύματα διαφορεῖ. μήπω ὑγρὸν ἔχοντα.

DE Ephemero. Cap. LXXXIII.

EPhemeron. Sunt qui agreſtem irim. ⌊Romani ephemeron pariter Græcis uocant.⌋ Caulem foliaq; lilio ſimilia habet, tenuiora tamẽ. Flores cãdidos amarosq; Semen molle: Radicem unã craſſitudine digitali, lõgam, odoratã, & adſtringẽtem. Naſcit quercetis & umbroſis locis. Radix dẽtium doloribus remedio eſt: in quẽ uſum decocto eius colluunt. Foliis in uino decoctis & emplaſtri mõ impoſitis, tumores paniq; nondum intra ſe collecto pure, diſcutiuntur.

IN-

INTERPRES.

SAtis in Colchico superiore capite de ephemero hoc dictum à nobis fuit. Quærendum modo peritioribus relinquimus, sintne quos medici & herbarij nunc hermodactylos uocant ephemeron hoc, an Colchicon illud pauloante descriptum. Nihil enim modo superest, quàm monere legētes, dicere Barbarum habere ephemeron hoc florem cœruleum, quem nos candidum ex cōmuni eademq; omniū quotquot uidimus codicū lectione. Plinius ut uidetur, in floris eius colore potius q̄ Dioscoridem quem uertebat secutus ille est. Sunt enim in historia ephemeri huius Plinij hæc uerba: Ephemeron folia habet lilij, sed minora: caulem parem, florem cœruleum. At hic ἄνθει λευκὸ ait, quæ uoces nisi ad candidū colorē trahi non pñt. Signasse hoc etiam placuit, ut quibus autoribus quod diuersum sit uterq; nostrum uerterit, legentes sciant.

περὶ φακοῦ τῆς ἐπὶ τῷ τελμάτῳ. κεφ. χό.

Φακὸς ὁ ἐπὶ τῷ τελμάτῳ. Λοιὸς, φακὸς ἄγριος. οἱ δὲ, ἐπίπτερον. ῥωμαῖοι βιπέδαλις. οἱ δὲ, ἱκεσμίγδονος. Εὑρίσκεται ἐπὶ τῶν σαρίμωνιδάτων σαμάμυ. πάγας φλεγμονὰς ἐρυσιπέλατα ἡρμένα πραΰνει καταπλασσόμενος καὶ ἑαυτόν τε καὶ σὺν ἀλφίτῳ. παρακολλᾷ δὲ καὶ ῥῆγας κήλας τὰς ἐπὶ παιδίων.

De Palustri lente. Cap. LXXXIIII.

PHacon q̄ in lacustribus. Sunt q̄ sylvestrem lētem, qui epipteron, q̄ bipteralin, qui iceosmigdolon appellēt. Romani palustrem lentē uocant. Inuenitur in stagnantibus aquis muscus lēti similis, natura & ui refrigerādi: ob quā causam cūctis inflāmationibus, sacris ignibus podagrisq; emplastri modo utiliter per se & cū polenta imponitur. Glutinat & in pueris intestinorū ramices.

INTERPRES.

QVemadmodum in cognomine legumine secūdo libro illud describens Dioscorides φακὸς ὁ ἡμερώδης. id est, lens quæ comeditur dixerat, ut ab hac & ab elelisphaco eam separaret: eadem ratione de palustri hac docens, φακὸς ὁ ἐπὶ τῷ τελμάτων. quod est, lens quæ in lacustribus inuenitur, dixit: cognomines enim, sed natura diuersæ, separari discrimine aliquo debuerant. Id acceptum est in illa ab usu, in hac à natalibus. Secutiq; posteriores omnes hunc scriptorem in discriminibus his sunt. Muscum nō herbam hic dicit inueniri in aquis non fluentibus: unaq; uoce illa satis naturam eius indicauit. Fluitat enim in summa aqua lentis figura, à cuius similitudine nomen inuenit.

περὶ μείζωνος τοῦ μεγάλου. κεφ. χοά.

Μείζων ὁ μέγας. οἱ δὲ, ἀφθαλές. οἱ δὲ, ἀμβρόσιον. οἱ δὲ, χρυσόσπερμον. οἱ δὲ, ζωόφθαλμον. οἱ δὲ, βούφθαλμον. οἱ δὲ, ἀειώνιον. οἱ δὲ, ἀειχρύσον. οἱ δὲ, ὁλόχρυσον. οἱ δὲ, πρωτόγονον. οἱ δὲ, βόειον. οἱ δὲ, νόριον. προφῆται παρωνυχία. οἱ δὲ, χρυσῖτις. ῥωμαῖοι κερασκούσια. οἱ δὲ, ἰόβιος κάουλις. οἱ δὲ, λεαπετές. οἱ δὲ, σουδεμμούς. ἀηγύπτιοι παμφανίς. Μείζων τὸ μέγα ὠνόμασαι διὰ τὸ ἀφθαλὲς τὸ φύλλον. καυλοὺς δ' ἀνίκα πηχυαίους ἢ καὶ μείζους. εὐθαλὲς. ὑπὸ μὰς ἔχουσας ὡς πρὸς τὸ χαρακίου ζθυμάλλου. φύλλα λιπαρά. μέσον δὲ ἀκτύλου μεγάλου. γλωσσοειδῆ καὶ τὰ μὲν κατωτέρω τοῦ φύλλου ὑπτιούμενα. τὰ δὲ κεφαλὴν προσεσαλμένα ἄλλα. κύκλον ὀφθαλμοειδῆ περιγράφουσα. φύεται δὲ ἐν τόποις ὀχλώδεσι καὶ ὑγροῖς κίνησις. ἔνιοι δὲ φυτεύουσιν αὐτὸ ἐπὶ τοῦ οἰκήματος. Δάμαμιν δὲ ἔχει ψυκτικήν. σύφουσαν. πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονάς. πυρίκαυστα ῥήγας. καταπλασσόμενα τὰ φύλλα καὶ ἑαυτὰ καὶ μετὰ ἀλφίτου καὶ ῥοδίνου ἐμβρέχεται.

De maiore Sedo. Cap. LXXXV.

AIzoon maius. Sunt qui aithales, id est, semp uirēs: q ab immortalitate ambrosiam: qui ab aureo seminis colore, chrysospermon: q ab oculorū in animalibus similitudine, zoophthalmon: qui à rotūditate sua bouis oculū: q ab amore quē creditur cōciliare, stergethron: q ab æternitate, æonion, qui aichryson, q holochryson, q chrysanthemō, q protogonon, qui boion, qui norion, qui chrysitim, qui leapetes, qui sedumam uocent. Magi paronychiam. Aegyptij pamphanes. Romani ceracusiā & Iouis oculū appellant. Nomē maiori sedo ab æterna foliorum uiredine factum est. Caules profert cubitales & aliq̄ maiores, pollicis crassitudine, pingues, egregie uirētes: incisuris quales in uallari lactaria herba sunt. Folia habet pinguia, pollicis humani magnitudine, in summo linguæ figura: quæ tñ in inferiore parte sunt, resupinant: quę uero in capite, concreta inuicē globum figura oculi conformant. Nascit montanis locis & fictilibus uasculis. Conserunt quidam & in tectis. Refrigerādi uis & natura illi est: adstringit. Facit ad sacros ignes, ulcera quæ à serpendo herpetas dicunt: quę itidem pascendo serpūt, oculorū inflammationes, ambusta, podagrasq;: in quem usum per se & cū polēta emplastri mō folia eius imponunt. Quinetiā succus addito rosaceo cōtra capitis dolores inspergitur.

Φαλαγγιοδήκτοις δὲ πρὸς δίδομεν. καὶ διαῤῥοιζομένοις. καὶ δυσεντερικοῖς. σφογγύλας τε ἐλμινθας ἐκβυάσας σὺν οἴνῳ πρεῖς. ἴσκιοι δὲ ῥοιῶν γυναικεῖον δὲν προσφέτω, ἐρρίζεται δὲ ὁ χυλὸς καὶ ἐπὶ τὰ ὀφθαλμιῶντα ὠφελίμως ἀπ' αἵματος.

Datur idē contra phalangioꝝ morsus bibēdus. Dātur & cōtra fluores alui quos diarrhœam uocāt, intestinoꝝq; tormina. Pellit rotūdos uentris lūbricos cū uino potus. Fœminaꝝ fluctiōes sistit appositus. Inunguntur postremo utiliter eo lucis oculorū factæ à sanguine perturbationes.

INTERPRES.

VIret ubiq; sedum in tegulis, nec alibi nunc facile inuenitur: inuasitq; iampridē aliquibus locis plebis animos, indigna cœlo opinio, non percuti fulmine domū in cuius tegulis uireat sedū: frigoreq; suo plantā cœlestibus illis ignibus aduersari. Quod minus miretur aliquis, memor ob eam causam laurea semper contra easdē iniurias munisse caput Romanos Cæsares. Sed ignaui nihilq; timēdi ignes illi erūt, si tam exiguæ plantæ frigore mortalis fiet flammaꝝ illaꝝ fulgor. Non tanta cœlestibus infirmitas est: nec contra Iouis tela, quibus poētæ uti deum ad pœnā finxerunt, tam facile præsidiū mortalibus est. Inuenit natalem locū sibi sedum, in quo procul ab alijs plātis cœlo propinquior, & soli cuius radios non timeret, copioso succo ipse abundans, eodemq; frigidissimo terræ humore ad uitam nō indigeret. Non aliter q̄ qui in melliore fortuna sibijpsis, ut Lucretius cecinit, ualere & uiuere possunt, nec alioꝝ ope ad uitā indigēt, & ab aliorum iniurijs per se tuti, iocundo animi sensu pereuntes ubiq; alios contēplantur. Non quia iactari queq; sit dulce uidere, sed quibus ipse malis careas, quia cernere suaue est. Quæ sedi fortuna semper fuit: uirens'que ipsum in tegulis æterna uita pereuntes quotannis tota terra, nunc æstu, nunc frigore, nunc alijs cœli & naturæ iniurijs plātas alias spectat. Ob quā causam in tāto nominū ambitu ueteribus fuit, præsertimq; Græcis, qui nō contēti à uitæ æternitate aizoon & ꝑonion uocasse, tot alijs similibus appellationibus id ornauerūt. Earum nos aliquas obiter Dioscoridē uertentes interpretati sumus: Susceptusq; tunc labor ille, expediciores ad reliqua modo nos trahit. Nō relinquemus tamē nu merari à Plinio etiā pleraſq; ex illis: buphthalmon, zoophthalmon, stergethron, ambrosiā, & præter illas hypogesson, quoniā in suggrūdijs ferè nascit: & ameorimnon: sed oēs Græcas: Italicas aūt & Romanas, sedū magnū, oculū & digitellū, q̄ à Dioscoride nō numerāt: cū tñ in antiquis Latinis scriptoribus passim leganť. Iusserit q; Columella in carmine suo ante hortēsiū semē tem, latices plātis infundere amaros marrubi, multo q; sedi contingere succo: q̄d multo ante eū rusticæ rei Græci scriptores præceperāt: Docuerat q; idē Columella lib. x III. inter ruris salgama digitellū etiā cōdire. Credimus tñ ea uoce nō simpliciter sedū significari, sed cōgenerē illi portulacā, carnosis succiq; plenis & ipsam solijs, quale sedū est: & hæc pro maioris sedi historia hactenus dicta à nobis sint. Quibus adjcere placuit, q̄d in extremo capite legētes forsan susp̄ederet nisi sciāt, quænā lucis oculoꝝ factæ à sanguine perturbationes nobis sint. Dioscorides inungi succo sedi ait: ὠφελίμως τὰ ὀφθαλμιῶντας ἀπ' αἵματος: sed est illud primo sciendū, non probare nos penitus illud à sanguine factas: qm in aliqbus Græcis nec postremæ fidei, nulla ea uox sit, simpliciterq; ὠφθαλμιώντων legaťť. Quale tñ id in pluribus legebaťť, tale etiā redditū est. Relinquimusq; cogitandū medicis, quales lucis oculoꝝ perturbatiōes à sanguine fieri possint: qua descriptiōe in ophthalmia nos ex Græcoꝝ medicoꝝ decretis usi sumus: Inter q̄s Galenus in Isagoge sua ait, oculi ophthalmiā esse, q̄ties rubet cādida oculi pars: extollunť cilia, simulq; fit ne possint sine dolore cōiungi palbebræ, & tractatus manibus oculus dolet. Alij altius repetentes, perturbationē, τάραξιν Græci uocāt, humiditatē oculi esse dixerūt: simulq; cū rubore præter naturā calorē, non ex intrinsecis causis factū, sed foris aduenīente causa aliqua, uerbi causa: sole, fumo, puluere aut oleo. His enim omnibus τάραττεται, id est, perturbatur oculus. Quæ omnes causæ leues sunt, ideoq; cognita causa facillime soluitur perturbatio illa. In genere perturbatiōis huius ophthalmia etiam est, perturbatio quidē, ueruntamen nō foris tantū ingruens, sed ex interiore causa etiam absq; manifesta causa: permanetq; ad tertiam quartam'ue aut quintā plerunq; diem. Curatur ea facillime præcautione omnium quæ foris accedentia turbare lucem possint: exiguo cibo itidem, potu aquæ, & deiecta aluo.

Ophthalmia.

τάραξις ὀφθαλμοῦ.

Περὶ Αἰζώου τοῦ μικροῦ.

Κεφ. χοβ'.

De minore Sedo. Cap. LXXXVI.

Αἰζωον τὸ μικρόν. Λοὶ δὲ, πετροφυές. οἱ δὲ, βροθρόμον. οἱ δὲ, θεοβρόμον. οἱ δὲ, κροκόμυσον. οἱ δὲ, χιμεριγλῶ. οἱ δὲ, κραυνία. ῥωμαῖοι δὲ, τάλις. οἱ δὲ, ἕρπα στέρνη βίβα. αἰγύπτιοι δὲ, ἀμπελτά. Φύεται ἐν τοίχοις καὶ πέτραις. καὶ θριγοῖς καὶ τάφροις ὑπωρείοις. καυλία ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πολλὰ λεπτά. περίπλεα φυλλαρίων πυριφερῶν. λιπαρῶν. μικρῶν. ὀξέων ἐπ' ἄκρου. ἀνίσοι δὲ καὶ καυλὸν ἐν μέσῳ πυρὶ ὡς δαμιὼ δὲ μέγεθος. ἔχουσα σκιάδιον μικρὸν ἀνθη λεπτὰ καὶ χλωρά. φύτου τὰ φύλλα δύναμιν ἔχει τὴν αὐτὴν τῷ προειρημένῳ.

Aizoon minus. Lsunt qui, q̄ in petris nascitur, petrophyes, qui brotion, qui theobrotion, qui crobisson qui, q̄ hyemes tolleret, chimerinen, id est, hyemalē. qui, q̄ fulminib⁹ aduersari credať, ceraunīā, id est, fulminarem herbā uocent. Aegyptij epīcelta. Romani uitalem herbam aut semperuiuam appellant. Lnascitur in parietibus, petris, muroꝝ coronis, & umbrosis sepulchris. Coliculi exeunt ab una radice multi, graciles, circinatis, pinguibus & in summo acuminatis foliolis pleni. Exit & ex medio caulis dodrantis ferè altitudine, umbellam habens: flores'que tenues, colore pallido. Habent folia sedi minoris antedicto easdem uires.

Creditur,

περὶ Ἀθηνόδου ἑτέρου. κεφ. χοδ'.

Ὁ δὲ τοῦ εἶναι μὲν ξύλου ἐστὶ δοκεῖ ἀγρίας, ὃ ἔνιοι ἀνδράχνην ἢ χοιράμπελον ἢ τηλέφιον ἐκάλεσάν. ἐωμαῖοι δὲ ἰλλέκεβραν. ἔχει δὲ αὐτὴ παχύτητα τὰ φύλλα ἀγρίας πρὸς τὰ τῆς ἀνδράχνης καὶ λασέα, φύσιν δὲ πτέρεως.

Credit & tertiũ ſedi genus eſſe quod pleriq; portulacam agreſtẽ, aut Telephion uocant. Romani uero illecebram. Folia habet latiora & hirſuta, ad portulacę figurã accedentia. Naſcit petroſis locis, aliquãdo aũt in hortis: Foliola habet oliuæ, multo tamẽ minora, numeroſiora & tenera: Coliculos rubẽtes, ab una radice multos, in terrã procliues, qui cõmanducati ſucco abundant, glutinoſiq; & ſalſo ſapore ſunt. Calefaciendi uis & natura illi eſt. Acrimoniam habet, exulcerat, & ſtrumas cum axungia emplaſtri modo impoſita diſcutit.

Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν. δρασμὸν. ἑλκωτικὸν. χοιράδων δραστικὸν συνεξυγγίνεται καταπλασθέν.

INTERPRES.

REuocanda in hunc locum ſunt quæ ſecundo uolumine relicta, & in hunc locũ dilata à nobis de portulaca fuerunt. Vbiq; enim eadẽ erant: nec debuerat duobus locis idẽ doceri. Aptior autem uiſus hic locus nobis q̃ ille, in quo de omni ſedo ageretur. Poteruntlegentes conſiliũ diuerſitatis q; huius noſtræ ex aliorum editionibus rationem cognoſcere, ſi quæ ab illis reddita & uerſa fuerunt, cũ noſtris contuleriut. In quibus antiquorum & meliorum codicum fidẽ nos ſecuti, nuſquam diminuta re eadem illis, quã dicum fide relicta ſunt: nulla rei iactura, ſed nominum diminuta tantum copia, quæ per tempora ueriſimile eſt huic ſcriptori accreuiſſe.

περὶ κοτυληδόνος. κεφ. χοδ'.

Κοτυληδὼν. οἱ δὲ, σκυτάλιον. οἱ δὲ, κυμβάλιον. οἱ δὲ, κῆπος ἀφροδίτης. οἱ δὲ, γῆς ὀμφαλός. οἱ δὲ οὐμβιλίκομ βενέρις. φύλλον ἔχει ὡς πρὸς ἀφορ. πλὴν φλὲς. λεληθότως κοῖλον. μα. ἔλαιον ὡς ἐλαίαν σχοινύλλῳ. ταύτης ἡ ἐγκλυζόμενος, φύμας τοὺς ἐν αἰδοίοις χαλᾶ. φλεγμονάς τε καὶ ἐρυσιπέλατα, καὶ ὑπ' ὠφελεῖ. καὶ σὺν ἀλεύρῳ καταπλασθέν. διόμενα δὲ τὰ φύλλα σὺν τῇ ἐζέσει, λίθους θρύπτει, καὶ οὖρα κινεῖ. καὶ ὑδρωπικοῖς συμπονούμενα δίδοται. χρῶνται δὲ αὐτῇ καὶ εἰς τὰ φίλτρα.

De Acetabulo ſiue Veneris umbilico herba. Caput LXXXVII.

COtyledona. Sunt qui ſcytalion, qui cymbalion, qui Veneris hortũ, qui terræ umbilicum, qui ſtechiden, qui ſtergethron uocẽt. Romani umbilicũ Veneris appellãt. Folia habet acetabuli figura in orbẽ circũacta, ſenſim, leni, & ut ſenſum fallat, in concauitatẽ deſcẽſu. Coliculũ in medio itidem breuẽ: in quo ſemen eſt. Radicẽ oliuæ modo rotundã. Cuius foliorũq; ſucco præcluſa genitalia addito uino utiliter inungũtur: eademq; utilitate idem infunditur. Quinetiã cõtra inflãmationes, ſacros ignes, perniones, ſtrumas ſtomachiq; ardores, emplaſtri modo utiliter herba imponitur. Frangunt calculos etiam & urinã cient folia cum radice in cibo ſumpta. Dantur eadem contra cutem ſubeuntes aquas in mulſo. Vtuntur poſtremo & ad conciliandos amores.

INTERPRES.

RAra, & neſcio an in toto plantarũ cenſu ſimilis inuenienda alia, orbicularis & concaua foliorũ in umbilico Veneris figura nomen illi in Græcis cotyledonis, in Latinis uero umbilici fecit. Licet q; Plinius Græca uoce cotyledõa ſemper uocet, res ipſa tamen & Apuleius in cõmẽtariolo illo de herbis ueri- ſimilem tẽporibus q; illis cõgruã eam appellationẽ indicãt. Perſuademur q; facile nos, & his & alijs indicijs, fuiſſe græcæ cotyledonis Romanã appellationẽ Veneris umbilicũ: quales in pleriſq; alijs ea gens habuit, cã pillũ Veneris, ſuperciliũ Veneris & pleraſq; alias. Libenter enim ab ea dea, quæ totius generationis ſymbolã in gentium religione quondam habuit, & quæ leporibus & blanditijs uitæ præfecta eſſet, ad naturæ partes, quæ grata aut utili aliqua ſpecie naſcerentur, nominum auſpicio ueteres Romani ſumpſerunt. Ex quã obſeruatione uidentes in Græcorum cotyledone circũacta in orbẽ folia, leni in concauitatem deſcenſu humani umbilici formam deſcribere, umbilicum primo, mox, ut rei maieſtatem aliquam adderent, Veneris umbilicum uocarunt. In orbem enim circũagitur, & in concauitatem deſcendit hominis umbilicus. Eadem ſed non tam honeſta ratio fuit in umbilico terræ. Adiecit hic etiam κῆπον ἀφροδίτης, id eſt. Veneris hortum dici cotyledona: Idq; Apuleius ille etiam teſtatus eſt. Significat aũt κῆπος Græcis in cõmuni ſignificationis æſtimatione hortum: eamq; ob cauſam nos Veneris hortum uertimus. Oborta tamen ſuſpicio nobis eſt, poſſe κῆπος hoc loco non hortum indicare, ſed tonſuræ & ornatus capitis capilliq; antiquã in Perſide rationẽ, qua forte Venus à pictoribus fingeretur: & quoniã circũageretur in ea ante frontẽ in orbẽ capillus, ideo aliqui non ab umbilico, quæ pars in homine præſertim q; fœmina ſaluo pudore oſtẽdi non poteſt, ſed à capite honeſtiore & aperta cũctis parte appellare maluerint. Hoc enim nos magis probamus, q̃ ſi ea uoce ſignificari etiam

etiam moneamus mulierꝝ ἐφίβαιον, id eſt, pubẽ, quod Græcorꝝ grãmatici docẽt. Fuiſſe aũt Græcis κοτυληδὼν tori ſuræ genus, in eius gentis ſcriptoribus notiſſimũ eſt. Suſpicio tamẽ cõiectura q̃ nõ decretũ hoc ſit. Eadẽ cauſa fuit, cur cymbalion à cymbalorꝝ cõſimili forma etiã diceretur. Cõcaua enim pariter & rotũda cymbala ſunt. Cõtra aũt ſcytalion, nõ ſatis certã habet rationem: nec nobis ratiocinari facile eſt, quomodo ſcytale, quæ lõgior erat, ad rotunditatẽ per ſimilitudinẽ trãsferri potuerit. Supereſt in appellationibus his ut dicamus nec tantũ pro herba hac, ſed pro multis aliꝝs, quid Græcis ſit, & q̃t ſignificet cotyledon: quid Latinis etiam & quot acetabulũ. Quæ uoces tam frequẽtes & tam multas utriſq; habẽt ſignificationes, & tam diuerſarꝝ rerꝝ indicia, ut inutile legẽtibus futurꝝ omnino nõ ſit lõgius de his ſemel audiſſe. Primũq; illud ſciẽdum, factũ in his fuiſſe q̃d ferè in tota uocũ ratione factũ ubiq; eſt, ut abũdantib⁹ rebus, deficiẽtibus q; prijs nominibus, trãslatis, ſimilibus, cõpoſitis q; rerꝝ appellationibus uti oportuerit. Quod in Græca cotyledone & Romanorꝝ acetabulo facillime deprehendit. In quibus altera cotyledon ſcilicet facta eſt à cotyla Græcorꝝ in poculis & cõuiuio mẽſura uini & uaſculo, quã Plinius aliquãdo heminã, nõnunq̃ ſextariũ ex Græcis uertit. Eius forma erat qualis nũc etiã in fictilibus poculis uidet: quibus in paupertate & cœnobijs utuntur: & cotylã noſtra gẽs adhuc uocat. Fuit q; hoc eius nomẽ primũ ſemper q; in poculis & liquidorꝝ menſura. Quoties aũt ſeruata eiuſdẽ uaſculi forma in aliũ trãsferebat uſum, oxybaphũ uocabat, Φ in cœna acetoro plenũ ad intinctus ponerẽt. Et hæc Græcæ cotylæ oxybaphi prima ratio & uſus fuit. Romani in priore illo poculorꝝ uſu & liquidorꝝ mẽſura ſextario aut hemina uſi ſunt. Cũ uerò ad intinctus eo uterẽt, ab aceto acetabulũ dixerũt: cuius forma orbicularis eſſet, profunda, & ſine marginis latitudine. Ab his deinde utraq; gẽs ſuũ nomẽ ad alia quæ ſimilẽ haberẽt concauitatẽ, trãſtulit. Primũq; Græci ſcriptores cõcauas partes in polyporꝝ flagellis quibus nitit & ſorbet, cotyledonas nominauerũt. Sic Ariſtoteles in animaliũ hiſtoria, ſic Plinius in Latinis ait, Sorbere eũ acetabulis: acetabula intelligẽs cõcauas in cirris eius piſcis partes. Translata etiam uox ad fœminarꝝ locos. Vocarũt q; Græcorꝝ medici cotyledonas in ea parte quibus ea nititẽ & hæret. Trãslata itidẽ ad animaliũ oſſa, & oſſiũ artus quales in coxẽdicibus ſunt, in quibus concauũ os à crure progrediẽs in ſuperiorẽ partẽ, aliud os excipit iungit q; ſimul & copulat, nõ aliter q̃ ſiquis inuerſo fictili ab inferiore parte rotundũ quidpiã inſerat, ut in eo ueluti cẽtro circũagi poſſit. Sic Themiſtius q̃ loco agit de motu, appellauit: licet q; q̃tidie in brutorꝝ & hominũ coxẽdicibus concauã eius oſſis lacunã uidere, quã aliquot ſolã coxendicẽ dici uoluerũt: inter q̃s Plinius aliquãdo eſt. Tranſtulerũt poſtremo eandẽ hanc cotyledonis uocẽ græci.. Romani uero ſuũ acetabulũ ad plura alia, quæ rotũda cõcauitate cotylæ & acetabulo uaſculis ſimilia eẽnt: in quorꝝ numero & cotyledon herba hæc folio ut hic deſcripſit in orbẽ circũacto, ſenſimq; ſic ut ſenſum fallat, in concauã lacunã deſcendẽte. Eam q; ob cauſam nos acetabulũ herbã diximus & acetabulo folia habere ſimilia. Barbarus per Plinĩ ueſtigia ingrediẽs, coxendicis figura uertit. Eius eñ de cotyledone haclib. xxv. cap. xi. uerba ſunt: Cotyledon paruula herba cauliculo tenero, &c. mox pingui folio concauo ut coxendices. Præcluſa genitalia laxare acetabuli huius folia & ſuccũ inquit Dioſcorides, nihil aliud q̃ φίμους ἐν ἀιδοίοις dicẽs, quę uox utriq; ſexui cõpetit, nec nos ſecernere audemus. Medicorꝝ hic erit labor: In maribus eñ & fœminis pariter φίμοι & ἀιδοῖα, id eſt, præcluſiones & genitalia ſunt. Celſus in maribus lib. vii. capite xxv. labẽ hanc his uerbis deſcripſit: Cõtra ſi glans ita cõtecta eſt ut nudari nõ poſſit, quod uitiũ Græci phimoſin appellãt, aperiẽda eſt, &c. Vocauit phimoſin Celſus in maribus, cũ coli glans ita contecta eſt, ut nudari nõ poſſit. Cõtrà Græcorꝝ medici phimoſis duplicẽ rationẽ tradiderũt. Aliquando eñ ſic glandẽ prę putium tegere docuerũt, ne nudari poſſit: aliquãdo ſemel deductũ reduci iterꝝ nõ poſſe. Sed hoc genus priuatim periphimoſin uocãt. Deſcripſit periphimoſin Galenus in diffinitiõibus ſuis, fieri dicẽs cõtracto eiuſq; glandis neruo ne poſſit amplius deduci præputiũ. Monuit præterea Paulus Aegineta fieri primũ illud genus, aut ob cicatri cẽ quæ in præputio cõcreuerit: aut ob carnis incrementũ quæ illic coaluerit: Secundum uero in genitaliũ inflammationibus, quoties deducto præputio glans intumuerit, nec ultra reducto eo operiri ea poſſit. Et hæc phimoſis in maribus eſt: Cuius licet eodẽ nomine contrarius euentus deſcribatur, eadẽ tamen ratio eſt. Neq; enim Græcorꝝ uoces illæ φίμος, φίμωσις, & uerbũ φιμοῦν nudare aut operire ſignificãt, ſed prima & per ſe earꝝ ſignificatio eſt claudere, & in anguſtũ quod laxũ eſt cõtrahere. Vocat q; ea gẽs phimon nexum præcipue in peris & ſacculis à ſuperiore parte, quoties toto ſacculi oris ambitu in anguſtũ collecto funiculo religatur: Cui nexui ſimile hoc malũ eam in Græcis appellationẽ inuenit. Nec refert, fiat' ne operta præputio glande in ſumma præputij parte, an deducto eo citra glandẽ. Vbi eñ contractus præputij ambitus φιμοῖ, id eſt, angit, claudit, & ut in ſacculis fit, in anguſtũ contrahitur, contracto q; eo fit, ne poſſit operta glans nudari, cũ operta ea factũ id malũ eſt: nec operiri cum ſemel ea nudata fuerit. Fit in fœminarꝝ genitalibus idem hoc malũ: claudit q; eodẽ modo muliebriũ locorꝝ oſtiũ: Cauſas q; habet aut exulcerationem quæ præceſſerit, aut duratã inflammationem. Fit q; aliquando altius nonnunq̃ in ſummo ore, ſæpe etiã in medio ſpatio. Teſtati præterea Græcorum medici ſunt, à principio per ſe & natura fieri hoc malum. Sed id patientes ἀφίμους potius q̃ phimos uocant. Significat q; ea uox, non perforatas, & in utroq; graue fieri impedimentum in coitu, in conceptu, in puerperio, & menſium aliquando purgatione: ſi quæ locum obſtruit caro aut membrana totum occupauerit ſpatium: & hæc pro phimis in utroq; ſexu dicta hactenus ſint.

κοτυληδών. cotyledon. Acetabulũ. ἐξύβαφον. Cotyla. Pręcluſa genitalia. φίμοσ. φίμωσις. περιφίμωσις. φίμοσ.

Περὶ ἑτέρας κοτυληδόνος. De altero Acetabulo ſeu Veneris umbilico. Cap. LXXXVIII.

κεφ. χοέ.

Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα εἰδος κοτυληδόνος. Ὃ ἄνεμος κυμβάλιον καλοῦσι. Πλατύτερα ἔχουσι καὶ λιπαρὰ φύλλα ὡς γλωχῖνα. πυκνὰ περὶ τὸν ξί-

ESt & alterꝝ acetabuli ſeu Veneris umbilici genus, q̃d cymbalion aliqui uocãt, latioribus antedicto foliꝝs, iiſdem'que pinguibus, lingularum forma circa radicem den-

ζαν. διονεῖ ὀφθαλμοῦ ἕνα μέσῃ πῦρ ἐφούλα ὡς πῦ τὸ μεῖζον ἀεἰζωον. τῇ τεύσῃ σύφουλα. καυλίομ λεπτόμ. ἢ ἐπ' αὐτῷ ἄνθη ἢ σπέρματα ὅμοια ὑπδικῷ. ἐίζαν ὁ μείζονα. πρὶῶ δὲ πρὸς ἃ ῶ τὸ ἀεἰζωον.

cē dēſis, maioris ſedi mō ueluti oculū deſcribentibus: Sapore aſtringēte, coliculo gracili, & in eo floribꝰ ſeminibꝰq; hypico ſimilibꝰ, ſed maiore radice. Facit ad oīa ad q̄ ſedū.

INTERPRES.

NOn eſt quod in altera acetabulo hac legentes moneamus. Satis enim per ſe patet hiſtoria eius, à Plinio iiſdem uerbis tradita. In medicina autem & remediis eadem illi omnia quæ maiori ſedo hic tribuit: & ex eo repetenda ſunt.

Περὶ Ακαλύφης. Κεφ. χος'.

ΑΚαλύφη. ὁι ὁ, κνίδη. Λοὶ ὁ, ἀδίκη. ξωμαῖοι οὐρτίκα. ἀιγύπτιοι σελέψιον. δακοὶ δύν. Δδυασόμεῖδῳ ὀδύμ αὐτ. ἢ μὴν, ράζ ὀδύμ ἀρχιωτέρα. ξαχυτέρα, ἢ πλατυτέρα, ἢ μελαντέρα τῆς φύλλοις, καρπὸμ δὲ ὅμοιομ λινοσπέρμῳ ἔχει, πλὴν ἐλάττονα. Η δὲ ἑτέρα Λακαλύφη. οἱ δὲ, κνίφιλλ καλοῦσι, ξωμαῖοι οὐρτίκα μόλλοις. Λλεπτόσπορμός π Ο οὐχ ὁμοίως ξασόμενα μετὰ ἁλῶμ, κωώδηκτα ἰᾶτη Ο ραγγραινικά. Ο τὰ κακοήθη. Ο κρκινώδη. ἢ τὰ ξυπαρὰ π ἕλκη. Ο σφέμματα. φύματα. παρωτίδας. φύσηθλα. ἀπρσήματα. σπλωικοῖς ὁ μετὰ κηρῶ ἐπιτίθευτ. πρὶῶ ὁ ἢ πρὸς τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμορραγίας τὰ φύλλα σὺν τῷ χυλῷ λεῖα ἐπιβεβλημένα. κνῦῶ ὁ ηρὶ ἔμπλωα πρὸς πῶσδε ἀπρκαθίσκοντα δὲ τὰ φύλλα πρὸ σαπρόμβρα. τὸ δὲ σπέρμα ἐπὶ σπουσίαμ παρορμᾶ πνόμβρον μετὰ γλυκέος. ἢ ὑστέραν ἀναστομοῖ. σὺν μέλλι δὲ ἐκλειχόμβρομ ὀρθοπνοίας ὠφελῆ. ἢ πλευρίτιδας. ἢ πρὸ πνομονίας. ἀναρῆ δὲ Ο τὰ ἐκ θώρακος. μίγνυτη δὲ Ο σκπαῖς. συνεψηθέντα ὁ τὰ φύλλα κορχα σὺν. σῦρα κινῆ. σὺν πτισάνῃ δὲ ἐψηθέντα τὰ ἐκ θώρακος ἀνάγει. ὁ δὲ ἀφέψημα σὺν φύλλοις σὺν ὀλίγῃ σμύρνῃ πρὸς ἕμ, κινῆ καταμήνια. ὁ δὲ χυλὸς ἀναγαργαριζόμβρος, σὲλλῆ κιονίδας φλεγμαίνουσαμ.

De Vrtica. Cap. LXXXIX.

ACalyphen. Sūt qui cnidē, Lqui adicē uocēt. Aegyptij ſelepſion. Daci dyn. Romani urticā appellant. Duplex urticæ genus eſt. Alterꝰ em̄ agreſtioribꝰ, hirſutioribus, latioribuſq; & nigrioribꝰ foliis: ſemine lini ſemini ſimili, uerūtamen minore. Alterꝰ Lq̄d cniphen uocāt. Romani uero urticā mollē: lexili ſemine, ſed non adeo ut antedictū aſperꝰ. Medētur utriꝰq; folia addito ſale emplaſtri modo impoſita rabidoꝰ canum morſibus: in gangrenā tranſeuntibus, maleficis & dolofis, cancreſcētibuſq; & ſordidis ulceribus: luxatis, panis, poſt aures abſceſſibus quos parotidas uocāt: furunculis & abſceſſibus. Lienoſis imponitur cum cera utiliter urtica. Sanguinis per nares eruptiones compeſcunt concīſa urticæ folia, mox cum ſuo ſucco naribus indita. Menſes eadē cient concīſa & cū myrrha appoſita. Procidentem uuluam reſilire cogunt admota recentia urticę folia. Venerē ſtimulat ſemen in paſſo potū. Idem fœminaꝰ locos aperit. Cū melle in eclegmate in ſpiritus difficultate non niſi recta ceruice ſpirantibus prodeſt. Prodeſt & laterali dolori quē pleuritim dicunt pulmonariſq;. Excreatione pectus purgat. Miſcet emplaſtris quæ exedendo ſint. Aluum molliunt urticæ folia marinis conchulis concocta. Inflationes ſoluūt, & urinam cient. Cum ptiſana decocta eadem excreationes adiuuant. Ducit fœminis prætere a menſes foliorum urticæ decoctū addita exigua myrrha potum: & inflammatam oris columellam reprimit gargariſſatus urticæ ſuccus.

INTERPRES.

VRtica nihil in cenſu oleꝰ inuiſius naſcitur, igneo pruritu urens: & inde facto nomine. Veſcebantur nihilominus ea antiqui: ſuntq; eius in cibo uſus teſtes antiqui in Latinis poētę, quibus iocundū erat ocimo ſe & urtica recreare. Vbiq; & omnibus tam nota herba eſt, ut nihil monere in ea opus ſit, præterq; à Græcis cnidē ab eoꝰ uerbo κνίζω dictā fuiſſe. Significat id cū dolore pungi uexariq;. Vocauit acalyphas etiā Ariſtoteles in mari urticas, tactu eadē in urēdo ui. Medet ea multis in humano corpore morbis, plurimiſq; ſcatet remediis: eāq; ob cauſam nō minus ad medicinā q̄ ad cibos medicis & olitoribus curāda.

Περὶ Γαλιόψεως. Κεφ. χοζ'.

ΓΑλιόψις. ὁι ὁ, γαλεόβδολομ. Λοὶ δὲ, γάλεφος. ἀιγύπτιοι αἰθοπι. ξωμαῖοι οὐρτίκα λαβωνέμ. Δόλομ δ' θαμνίον σὺν τῷ καυλῷ ἢ τοῖς φύλλοις ἐμφερές ὄζει κνίδῃ. λῴστρα ὁ τὰ φύλλα ἢ ἱκανῶς

De Galiopſi. Cap. XC.

GAliopſin. Sūt qui galeobdolon, Lqui galephos. Aegyptij anthepi. Romani urticam labeonem dicunt. Totus cū caule & foliis frutex urticę ſimilis eſt. Maiorem tamen habent folia lēuorem, & grauem odorem

δυσώδη ἐν ὕδει διαβῖναι. ἄνθη λεπτά, πορφυρίζοντα. φύεται ἐν φραγμοῖς, καὶ παρὰ τὰς ὁδοὺς, καὶ οἰκόπεδα παντάχοῦ. Δώναμιν ἔχει τὰ φύλλα, ὁ χυλός, ὁ καυλός, ὁ κάρπος διαχυλωθέντα σκληρωμάτων καὶ κεκινωμάτων. χοιράδων. παρωτίδων. φυσέθλων. δυσὶ δὲ μετ' ὄξους δὶς ἢ τρὶς ἡμέρας καταπλάσειν χλιαρὸν ποιοῦντας τὸ κατάπλασμα. ὁ δὲ ἀφέψημα ἢ αὐτὰ καταντλῆται ὠφελίμως. πρὸς καὶ πρὸς νομὰς, γαγγραίνας καὶ σκεδόνας μετ' ἀλῶν καταπλασσόμενα.

odorem cum terũtur reddunt. Flores illi sunt tenues purpurascentesq;. Nascitur in sepibus, secus itinera, & in domorũ areis ubiq;. Est uis & natura foliis, succo, cauli & semini, difficiẽdi duricies, carcinomata, abscessus post aures ꝗs parotidas uocant, & furunculos: oporteq; ex aceto bis per diem tepida emplastri modo imponere. Fouentur & decocto eius utiliter. Faciunt ad ea quæ pascendo serpunt, gangrenas & exedentia, cũ sale emplastri modo impositа.

INTERPRES.

TOtam galiopsis huius medicinam & historiam ẽisdem huic scriptori uerbis prosecutus XXVII. uolumine capite IX. Plinius est. Discrepant solum, q Plinius galactobdalon uocari ait: quam hic galeobdolon dicit: & nihilominus lactis candoris' ue in ea nihil est: quod Pliniana illa uox significare uidetur. Ignoramus & illud etiam, quod hic urticam labeonem à Romanis dici testatur.

περὶ γαλλίου. κεφ. χοή.

ΓΑλλιον. οἱ δὲ, γαλλέριον, οἱ δὲ, γαλάθριον. ὠνόμασαι δὲ ἀπὸ τοῦ γάλα πηγνύειν αὐτὶ πιτύας αὐτό. τὸ δὲ κλωνίον, καὶ τὸ φύλλον ἔχει ἐμφερὲς σάτυρα ἀπαρίνῃ. καὶ ὀρθὸν δὲ καὶ ἐπ' ἄκρου ἄνθους μικρὸν. λεπτόν. πυκνόν. πολὺ εὔοσμον. οὗ τὸ ἄνθος πρὸς τὰ πυρί καυτα καταπλάσσειν. καὶ αἱμοῤῥαγίας ἵστησι: μίγνυται δὲ καὶ κηρωτῇ ῥοδίνῃ κλιαζόμενον ἄχρις ἂν λευκὸν γένηται. καὶ ἔστι τὸ ποιοῦν ἄκοπον. ἡ δὲ ῥίζα πρὸς σπασμοὺς παρομᾶ. φύεται ἐν ἑλώδεσι τόποις.

De Gallio herba. Cap. XCI.

GAllion. Sũt qui gallerion, qui galation. ⌊Romani gallion pariter Græcis appellant.⌋ Quod pro coagulo lacti herba hæc est id'que coagulat, gallion nominata est. Rectos ramulos foliaq; aparinæ simillima habet. Florem in summo luteum, densum, exilem, numerosum, odore grato: qui ambustis emplastri modo impositus medetur: & sanguinis ex naribus profluuia fistit. Miscetur item ceratis rosaceo subactis, insolaturq; donec albescat: quo ad acopa utuntur. Radix Venerem stimulat. Nascitur paluſtribus locis.

INTERPRES.

LActeo non luteo flore galion hanc posteriores aliqui tradiderunt: testati nomen illi lactis cãdorem, qui in flore sit, non in coagulando lacte uim eius, ut hic ait, fecisse: Describuntq; eam binis foliis per interualla toto caule usque ad summum uestitam lauro similibus. Veruntamen scriptori huic Græcis q; aliis in historia eius magis credendũ: præsertim his uerbis docente eam in sexto sui operis Paulo Aegineta: γάλιον ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ γάλα πηγνύειν. πρόσπλησιον δέ ἐστιν ἀπαρίνῃ. ξηραντικὸν τὶ καὶ ὑπόθριμμ. τὸ δὲ ἄνθος αὐτῶν πρὸς αἱμοῤῥαγίαν ἁρμόττει, καὶ πρὸς πυρίκαυτα: quorum sensus est: A' ui coagulandi lactis dictum galion est, aparinę similе. Siccãdi uim mediocrem q; acrimoniam habet. Flore eius ad ambusta & sanguinis ex naribus eruptiones utuntur. Et hoc solum est quod pro gallio hac dici à nobis possit. Poterit ex notis suis cognosci & à pastoribus, sicubi pro coagulo lactis ea utantur.

περὶ Ἠριγέροντος. κεφ. χοθ'.

ΗΡιγέρων. ⌊οἱ δὲ, ἐρεχθίτης. ῥωμαῖοι ἔρβουλουμ. οἱ δὲ, σενέκιουμ.⌋ καυλίον ὀδὶ πηχυαῖον. ὑπέρυθρον. συνεχῆ ἔχον φυλλάρια. ἀκροχιδῆ ὡς πρὸς εὐζωμον. παραπλὴ δὲ ἐλάτῃ ονα. ἄνθη μικρίζοντα. ταχέως χιζόμενα καὶ ὀλιγανθοῦντα εἰς τοὺς λεγομένους πάππους. ὅθεν καὶ ἠριγέρων ὠνομάσθη, διὰ τὸ ἔαρος τὰ ἄνθη ξηχοειδῶς γηριοῦσθαι. ῥίζα ἄχρηστος. φύεται μάλισα ἐπὶ θριγροῖς καὶ πρὸς τὰς πόλεις. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν τὰ φύλλα σὺν τοῖς ἄνθεσιν. ὅθεν καταπλασσόμενα τὰ φύλλα ἐν ὀλίγῳ οἴνῳ καὶ καθ' ἑαυτὰ, φλεγμονὰς ὄγκων καὶ δακτυλίου θεραπεύει. σὺν δὲ μάννῃ, τὰ πάλαι ἑαύματα, καὶ τὰ ἐν νεύροις ἰᾶται.

De Senecione herba. Cap. XCII.

ERigeronta. ⌊Sũt qui erechthiten. Romãi herbulũ aut senecionẽ appellãt.⌋ Colicubitalis senecio est, quadantenus rubens, cõtiguis inuicẽ exiguisq; foliis, erucæ modo in extremitatibus incisuris diuisis, sed longe minoribus q eruca: Luteis floribus, cito delongescẽtibus, & in pappos defloreſcentibus. Vnde & erigeron dictus est, q uere scilicet flores humani capilli modo in eo canescãt. Radix illi est inutilis. Nascit plerũq; cica urbes & oppida in aggeribus muroꝝ & septis. Refrigerãt cũ foliis flores: eaq; ob causam impositа utraque simul emplastri modo per se, aut ex uino dulci, testium & sedis inflãmationes sanant: cum thuris autem polline, non aliis tantũ uulneribus cũctis, sed neruoꝝ etiã medẽti. Possunt

κηλὴ οἱ πάππι οἱ δὲ, καθ' ἑαυτὰς καταπλασθέντες ἐν ὄξει, ἃ αὐτὸ δηλοῖ. πρὸς ἕλκη μὴ τὰ νεαρὰ, πτισμὸν ὠμὸν φέρουσιν. ὅλον ὁ καυλὸς σὺν ὕδατι ἑφθεὶς, κηλὴ σὺν γλεύκει πινόμενον, σπάσμους πόνους τὰς ἀπὸ χολῆς διαπεύθει.

Possunt idē pręterea per se seneciōis pappi ex aceto emplastri mō impositi. Recētes cō trà poti strāgulāt. Totus etiā caulis in aquā elixus, mox in musto potus, bilioſos ſtomachi dolores ſanat.

INTERPRES.

CRedet facile aliquis audito tantū Græci erigerontis nomine, intempestiuā canicie quā Galenus diffinitionū suarū libro πρόωσιν nominauit, significari: dico aūt πρόωσιν sic ab eo diffinitā, humani capilli ante legitimā ætatē in candidū colorē mutationē. Neq; enim erigeron aliud Græcis significat, q̄ q̄d uere seneſcit. Eſt aūt uer anni nouitas, ut Naſo ait, quē admodū & iuuentus uitæ: Nec uidetur legitimo naturæ ordine fieri, ut in uitę nouitate & uere seneſcat aliquis: & ſi fiat, naturæ uitio fieri. At non fuit Græcis in cōpoſitione eius nominis hæc ratio nec uere seneſcentē herbā indicare uoluerūt: ſed tēpus simul quo floret, & floris cito defloreſcentis euentū, una uoce ignaris oſtendere: ut q̄ tēpore quærenda, & quibus notis inueniēda eſſet, omnes ſcirent. Nec senectutis ratio aliqua in ea eſt, ſed caneſcentes humani capilli modo poſt florem eius pappi, ut à senectute denominaret, effecerūt: Eamq; ob causam Romani etiā seneciōnē eā uocauerūt: facilē inuētu & cognitu herbā, qua urbani & in agro agētes paſſim in acetarijs utunt: Naſci eā hic ait ad radices parietū, & in eorę rimis iuncturisq; ueruntī incultis locis & aruis, copioſa etiā inueniť. Theophraſtus uiii. de plantarę hiſtoria inter κιχωριώδη eā numerauit: ſed uidendū in eo, cichoriodes ne ille plātas eodē mō semper & ubiq; appellet: & an ſatiuo intybo, aut erratico, ſimiles ea nota ſignificet. Si seneciōnis in ſcripto re hoc hiſtoria expēdať, in qua exigua & lōge q̄ erucæ minora eius folia deſcribunť, erratico intybo ſimilia intellexiſſe oportebit: ſin cōtrà cichoriodes Theophraſto erit, q̄d lōgo & lato folio, & ob id ſatiuo intybo ſi mile, aliā cōparationis & ſimilitudinis rationē in eo inueniſſe opus erit: aut in alterutro diuerſam ſuſpicari plātā: quale nō multo poſt in hoc capite etiā erat, q̄ loco ſcilicet paſſim & in cūctis ferè legebať: ἐν ὀλίγῳ οἴνῳ. i. in exiguo uino: nō em̄ ſic legendū erat, ſed in dulci uino, q̄d uetuſtiores & meliores Græci habebant.

intēpeſtiua canicies.

περὶ Θαλίκτρου. κεφ. χπ'.

ΘΑλίκτρον. φύλλα παρα πλήσια κορίῳ ἔχει. λιπαρώτερα δὲ, μὴ καυλίον πηγανίου πάχος, ἐφ' οὗ τὰ φύλλα. ἅπερ καταπλασθέντα λεῖα, τὰ χρόνια ἕλκη ἐπυλοῖ· φύεται δὲ μάλιστα ἐν πεδίοις.

De Thalictro herba. Cap. XCIII.

THalictrō. ⌊Romani pariter Græcis thalictrum dicunt.⌋ Coriādro ſimilia habet folia, pinguiora tamē. Coliculū rutę craſſitudine, in quo folia ſunt: quæ cōciſa & emplaſtri mō impoſita, diutina ulcera ad cicatricē perducūt. Naſcitur plerūq; in campeſtribus.

INTERPRES.

SVnt Plinio & huic de thalictro, exceptis paucis, eadem omnia: Hic rutæ coliculum, ille papaueris habere ait: ille ulceribus cum melle, hic ſimpliciter conciſa eius folia mederi dixit: hic contra diutina ulcera, ille ulcera ſimpliciter ſanari eo præcepit. Paulus Aegineta de eō tantum ait: Siccandi ſine eroſione uim habet thalictrum: diutina enim ulcera ad cicatricem perducit.

περὶ Βρύου θαλασσίου. κεφ. χπά.

ΒΡύον θαλάσσιον. οἱ μὲν, ἐξάλλιες. οἱ δὲ, ἐξάνιν. ῥωμαῖοι γνωμβυσίλου.⌋ φύεται ἐπὶ λίθων ὑποσφάκη πρὸς θάλασσαν. ἔχει ὕδατος. ἰσχνόν. ἀκαυλον. ἰσανῶς συμμικόν. πρὸς πρὸς φλεγμονὰς μὴ προάγρας, τὰς σύψεως δεομένας.

De Muſco marino. Cap. XCIIII.

BRyon Thalaſſion. ⌊Sūt qui ballarin, qui iranen. Romani gnomeuſilō appellāt.⌋ Naſcit in lapidibus & piſciū teſtis prope mare capillata herba, gracilis, ſine caule, egregia adſtringendi ui. Facit ad inflāmatiōes podagraſq;, quas adſtringi oporteat.

INTERPRES.

NOn facile perſuadeor eſſe bryō hoc loco à Dioſcoride tractatū idē à Plinio li. xxxii. v. cap. deſcripto: hic enim capillatū eſſe hoc ſuū dicit, ille lactucæ foliis quæ grādia & latiora ſunt, ſuū deſcribit. Quæ itidem alia in hiſtoria huius traduntur, omnia muſco magis q̄ herbæ congruunt: capillata ſpecies, gracilitas, natales in ſaxis & piſcium teſtis: ob quam cauſam nobis muſcum uertere potius q̄ herbam intelligere placuit. Cætera utriuſq; eadem ſunt, ideoq; à nobis ulterius non tractata.

περὶ Φύκους θαλασσίου. κεφ. χπϛ'.

ΦΥκος θαλάσσιον γίνεται. τὸ μὲν πρὸς αὐτῇ πλατύ. τὸ δὲ ὑπόμικες κηλὴ φοινίσσον. τὸ δὲ, λευκόν. φυόμενον δὲ ἐν κεφάλαις πρὸς τῇ γῇ. εὐανθὲς ἄγαν κηλὴ ἄσκληρον. τυκλοῖ δὲ ἕλκη πάντα τὰ πλὴν δύσκαμπτα. πρόσφορον ἐν καταπλάσμασι προάγρα καὶ κηλὴ ταῖς φλεγμοναῖς.

De marino Phyco. i. marina alga. XCV.

PHycon thalaſſion. ⌊Romani marinū phycum & algā maris dicūt.⌋ Plura ſunt eius genera. Aliud ſiquidē latū, aliud oblongū puniceūq; eſt: Præterea cādidū q̄d in Creta ad terrā naſcit: egregie floridū, nec putreſcens. Refrigerādi uim omnia habēt, podagris emplaſtri mō impoſita & inflāmatiōibus accōmodata ſunt:

δὲ αὐτῆς χρῆσθαι φύκμοις πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι. νίκανδρος δέ φησι καὶ δηριακὸν εἶναι τὸ φοινικοῦν. ὅ πῶς ἔδοξαν ἔνιοι εἶναι ὧν αἱ γυναῖκες χρῶνται. ὅντος ἐκείνου ῥιζίου. ὁμωνύμως δὲ καλουμένου φύκους.

sed oportet cum suo humore eis uti, & anteq̃ arescant. Venenatis Nicander puniceũ ait prodesse. Idq; crediderunt aliqui fucum esse, quo mulieres utuntur: cum tamen exigua radix illa sit, æquiuoco phyci nomine appellata.

INTERPRES.

QVæ dẽ marino phyco hoc quarto de plantarũ historia longius à Theophrasto docẽtur, cuncta à Plinio xiii. primũ uolumine capite xxv. mox pluribus alijs locis: & post Plinij à Barbaro in Corollario suo, præterito tamen scriptoris eius nomine, repetita fuerunt: nec ultra à duobus antiquis scriptoribus illis tractata, quicq̃ toto eo capite relatũ ab illo est. Nos ideo labori huic parcimus, ne toties idẽ à tam multis repetatur. Vocauit hoc Plinius plerunq; phycon, aliquando tamen maris algã: ideoq; nos utroq; nomine caput hoc inscripsimus, etsi autor ille dixerit libro xiii. quo diximus capite, non habere phycos alia lingua nomen: quoniã alga herba sit, ille aũt frutex. Nos tamen & Plinij qui algã maris aliquando uocauit, & aliorum autoritatem secuti, non ueriti sumus algã etiam nominare. Quod deinde hic ait Nicandrũ cõtra uenenata puniceo uti, sic in eo poẽta se habet: ἠέ τι κῆϱ φοινίσσον ἀλὶ καταβάλλεο φῦκος.

Περὶ ποταμογείτονος. κεφ. χπγ'.

Ποταμογείτων. ὁι δὲ, σαχνίτιδα. ξωμαῖοι φατάλιδα. αἰγύπτιοι ἐδέγχιδα. φύλλον ὅσῳ ὅμοιον σεύτλῳ. ἀσὶ δὲ καὶ ὀλίγου ὑπερκύπτον τοῦ ὕδατος. ψύχει δὲ καὶ σύφει ἀσμόζον κνησμοῖς, ἑλκεσιμνημονεύοις, παλαιοῖς ἕλκεσιν. ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ἐν τέλμασι καὶ ὑδρόχοις τόποις φύεσθαι.

De Potamogetone quam Romani Fontinalẽ herbam dicunt. Cap. XCVI.

POtamogetona. Sũt q stachytẽ, Aegyptij ethẽchin. Romani pariter Grẽcis potamogetona fontinalẽ herbã & betæ foliũ appellãt. Betę foliũ simile habet, hirsutum, paulũ extra aquã supereminẽs. Refrigerat & adstringit: pruritibus, & his quę pascẽdo serpũt, & uetustis ulceribus accõmodatũ. Nomẽ illi ex eo factũ est, q̃ in lacustribus & aquosis locis nascit.

INTERPRES.

CONgrua & antiquissimis Græcis à nobis inuenta potamogetonis appellatio, betæ folium etiam est. Nos etiam fontinalẽ emẽdauimus, quod in omnibus fantalis legebatur. Naturã enim herbæ omnes hæ uoces sequuntur. Quemadmodum & stachytis quasi spicata, ob caulem quem ex se mittit floribus & semine spicatum. Græci autem potamogetona à fluminum uicinitate prope quæ nascitur, appellauerunt. Vbiq; in aquosis nascitur betæ foliũ hoc, oleris eius egregia similitudine: in cuius foliis maculæ quædam ueluti puncta intercurrunt, colore inter puniceum & luteum.

Περὶ Στρατιώτου. κεφ. χπδ'.

Στρατιώτης. ὁι δὲ, πτάμιον στρατιώτιν καλοῦσιν. αἰγύπτιοι ἀκτέα. προφῆται αἷμα αἰλούρου. ὁ ἐπὶ τῶν ὑδάτων φυόμενος. ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ἰσχνὴν ἔχειν τὴν ὑδατι μὴ χωρὶς ῥίζης ζῆν. φύλλον δὲ ἔχει ἀνθρώπου ὅμοιον. μεῖζον μέντοι. καὶ ψυκτικὸν ἔχον δύναμιν. ἐφίσανοι τὰς ἐκ νεφρῶν ἀποῤῥαγίας πινόμενον. τραύματά τε ἀφλέγμαντα τηγεῖ. καὶ ἐρυσιπέλατα καὶ οἰδήματα σὺν ὄξει καταπλασσόμενον.

De Aquatico Stratiote herba. XCVII.

STratioten in aquis nascentem sunt qui fluuiatilẽ stratiotẽ. Aegyptij tibus. Magi sanguinẽ felis. Romani in aquis nascentẽ stratiotem uocant. Cognominatus ab aquis stratiotes hic est, q̃ aquis supernatat, & fibra radice uiuit. Sedo simile folium habet, maius tamen, refrigerandi ui. Sistit potum sanguinis ex renibus eruptiones. Vulnerum inflammationes arcet, sacrosq; ignes & tumores ex aceto emplastri modo impositum.

INTERPRES.

IN Aegypto & Nili inundatione nasci tantũ stratiotẽ hanc testati omnes alij sunt. Hic quod non abs re miretur aliquis in homine, qui diu illic fuisset, in aquosis simpliciter prouenire. Nullus etiã quod hactenus legerim causam nominis reddidit, aut ratione aliqua indicauit. Nec quomodo à castris & militia ad herbam id nomẽ trãsierit, docere nos audemus: stratiotes enim Græcis miles est. Obseruauimus tñ in antiquis Græcoq; lexicis non eadẽ militi penitus uoce eã scribi, sed in quinta Græcoq; nominũ declinatione & fœmino genere stratiotida. Quod licet multifaciendũ non fit, in re tñ quæ legentes suspendere posset, non penitus inutilẽ hanc etiã fore diligentiã credimus. Descripsit stratiotem hanc Plinius lib. xxiiii. cap. viii. ijsdem ferè huic scriptori uerbis. Variat tantũ q̃ sanguinis ex renibus fluentis remedio eius ille masculũ thus addit. Verba eius sunt: Sanguinẽ quoq; qui defluit à renibus pota cũ thure masculo mirifice sanat. Quod negligendũ in scriptore hoc non est, præsertim congrua thuris ad hanc rem ui: & quod uerisimile est, Plinij cætera omnia eadẽ huic scriptori docentẽ, ex eodẽ fonte etiã illud hausisse. Nec rarę difficile q̃ est scriptoribus à librarijs aliquid aliquando perijsse, & Dioscoridi posse id hac parte deesse.

Περὶ χιλιοφύλλου στρατιώτου. κεφ. χπε'. De Millefolia Stratiote altera, Ca. XCVIII.

Stratiotes

Στρατιώτης ὁ χιλιόφυλλος. ἔστι θαμνίσκος μικρός. ὡσὶ δαμιαῖος ἢ μείζων. ἔχων τὰ φύλλα ὅμοια νεοττῷ πτέρυγι. εἰσὶ δὲ αἱ ἐκφύσεις τῶν φύλλων σφόδρα βραχεῖαι. ἐοικε δὲ μάλιστα τὰ φύλλα τῇ βραχύτητι καὶ τῇ βραχύτητι κυμίνῳ ἀγρίῳ. καὶ ἔτι βραχύτερα. καὶ τὸ σκιάδιον δὲ πυκνότερον τούτου καὶ σφόδρα μικρόν. ἔχει δὲ ἐπ' ἄκρου κόμας μικρὰ. ἐφ' ὧν τὰ σκιάδια ὀλίγα ἀνίθου τρόπον. ἄνθη μικρά. λευκά. φύεται ἐν ἀγροῖς ὑπὸ βαχέσι καὶ μὴ πάνυ τραχέσι. τὰς δὲ οὐς μάλιστα. ἔστι δὲ αὐτῆ καὶ βοτάνη σφόδρα ἀγαθὴ πρὸς ἀιμορραγίαν καὶ ἕλκη παλαιὰ καὶ πρόσφατα, καὶ σύριγγας.

STratiotes cognomẽto millefolia exiguus & breuis frutex eſt, dodrantalis, & aliquando maior. Habet hæc folia auicularũ pennis ſimilia: ſuntq; folioꝝ illoꝝ eruptiones admodũ breues, inciſuris diuiſæ, breuitate aſperitateq; ſua ſylueſtri cymino maxime ſimiliũ. Quinetiam dẽſior & uegetior umbella huius eſt: habet enim paruas in ſummo feſtucas, in quibus anethi modo umbellæ ſunt. Parui flores & cãdidi. Naſcitur aſperioribus agris, præſertimq; ſecus uias. Mire laudatur contra ſanguinis eruptiones, uetuſta nouaq; ulcera, & fiſtulas.

INTERPRES.

OStendũt pro millefolia ſtratiote ætatis noſtræ herbarij coliculũ breuibus & exiguis foliis undiq; ueſtitũ: reſpondentq; hiſtoriæ huius omnia, exceptis umbellis illis, quas hic dicit anethi modo in ſummo eius eſſe: quas eñ nos uidimus, flores magis lõgiuſculis pediculis pendẽtes q̃ umbellæ ſunt: pediculos q; illos credimus nos eſſe quæ hic καμφίαν, id eſt feſtucas uocat, & qbus umbellã ſuſtineri ait. Sed ſinguli potius flores q̃ in umbellã plures congeſti ſunt. Cætera ut diximus hiſtoriæ huius egregie reſpondent. Nulla eſt quod meminerim modo ſtratiotes millefolia hæc Plinio, neq; hoc nomine deſcriptã in eo nos incidimus: Græci tamen omnes utrunq; hoc genus cõſtituerunt, iiſdẽq; huic ſcriptori notis diſcreuerũt ſtratiotem aquaticam & terreſtrem: millefoliã ſcilicet hanc, frigidamq; & humidam priorem illam: poſteriorẽ uero hanc præter humorem & frigus habentem aliquid quod adſtringat, deſcribentes.

περὶ φλόμου. κεφ. χπε'.

Φλόμος. [δι ὴ φλόν). ξωμαῖοι βερβάσκλουμ. δι ὴ φλογιλλή.] τὴν μὲν ἀνωτάτω διαφορὰν ἔχει διττήν. ἡ μὲν γὰρ ὄψιν αὐτῆ λευκή. ἡ δὲ μέλαινα. καὶ ἡ μὲν λευκὴ ἢ μὲν θηλέα. ἡ δὲ ἄρρην. ἡ μὲν οὖν θηλείας τὰ φύλλα πλατύτερα καὶ μᾶλλον ἐπιμήκη. διασύρα δὲ πολλῷ καὶ πλατύτερα, καὶ λευκά. καυλὸς πηχυαῖος καὶ μείζων. λευκός. ὑπόδασυς. ἄνθη λευκὰ ἢ ὑπωχρα. σπέρμα μέλαν. ῥίζα δὲ μακρά. συφυή. πάχος ἔχουσα διακτύλου. φύεται δὲ ἐν πεδίοις. ἡ δὲ ἄρρην καὶ λεμμίνη, λευκόφυλλος, ὑπερμήκης καὶ μὴ σεσωτέρα τῆς φύλλοις. καὶ τῷ καυλῷ ἢ λεπτοτέρα. ἡ δὲ μέλαινα ὁμοία ταῖς λευκαῖς καὶ πάνυ πλατυφυλλοτέρα μέν πως καὶ μελαντέρα τῆς φύλλοις ὑπάρχει. γίνεται καὶ ἡ λεπομμίνη ἀγρία. ἐξεσθιομένη ὑψηλὰς φέρουσα καὶ διακρεώδεις φύλλα ἐλελισφάκῳ ὅμοια. ἔχει δὲ κλῶνας περὶ τὰς ῥάβδους ὡς πρὸ πρασιλ. ἄνθος μίλινον. χρῶνται δὲ αὐτοῖς οἱ φλομίδες διπλαῖ. διασφαι. καὶ ἔτι φλομὶς ἡ καλουμένη λυχνῖτις. ὑπὲρ δὲ ταύτης θρυαλλίς. φύλλα γ' ἢ δ'. ἡ καὶ πλείονα. ἔχουσαι παχέα. λιπαρά. διασεά. εἰσὶ δὲ λύχνια χρήσιμα. τῶν μὲν οὖν πρώτων διὸ ῥίζας συπικὴ. ὅμοιον δὲ διαφέρουσι μόνοις, ὅσον ἀσφάλατος σὺν οἷς ὑφελίμως ἐν πότῳ διδόασι, καὶ ἀσθμασι, καὶ θλάσμασι, καὶ ἐκ παλαιαῖς ἀρθρίτιδι. ὀδυναλγίας τε πραΰνει διακλυζόμενον. ἢ δὲ χυσοφθείς τὰ ἄνθη, ξύ-

De Verbaſco. Cap. XCIX.

PHlomon. [Sunt qui pheminalẽ, Romani uerbaſcũ appellãt.] Summa uerbaſci diuiſio duplex eſt: candidũ enim alterũ, nigrum alterũ eſt. Rurſus in candido alterum fœmina, alterum mas eſt. Habetq; fœmina braſſicæ ſimilia folia, multo tñ latiora, hirſutioraq; & cãdida. Caulẽ cubitalẽ & aliquãdo maiorẽ, leniter hirſutum: Flores candidos palleſcentes ue. Semen nigrum. Radicẽ longam, acerbi ſaporis, craſſitudine digitali. Naſcitur in cãpeſtribus. Quod contrà maſculũ, & à folioꝝ candore leucophyllon quaſi albifoliũ uocatur, longiuſculis & anguſtioribus foliis & graciliore caule eſt. Nigrũ candidis in cũctis ſimile, latioribus tamẽ & nigrioribus foliis eſt. Naſcitur & quod ſylueſtre uerbaſcũ uocant, excelſis & arboreſcẽtibus uirgis ſaluiæ ſimilibus foliis. Habet ſylueſtre hoc uerbaſcũ in uirgis marrubij modo ramulos: florẽ uero luteũ fulgore auri. Sunt etiam uerbaſcula duo hirſuta, terræ inhærentia, rotundis foliis. Eſt præter hęc & tertiũ uerbaſculum quod lychnitim, id eſt lucernare, quidam uero thryallida appellant, tribus quatuor ue & aliquãdo pluribus foliis uirens: hiſq; craſſis, pinguibus, hirſutis, ad lucernaꝝ funiculos utile. Adſtringit priorum duorum radix: eamq; ob cauſam contra fluores alui quos diarrhœam uocant, teſſeræ quã titate utiliter in ſorbitione datur. Subuenit præterea eorundem decoctum ruptis, conuulſis, contuſis & diutinis tuſſibus. Colluuntur eodem utiliter in dolore dẽtes. Denigrat capillum quod

χας βάπτ. ἢ ὅπυ ἅμ πιθῇ σίλφας σωύτ. τὰ ἢ φύλλα ἐφθὰ ἐν ὄξ. λα, πρὸς ὀδ. ήματα ἢ ὀφθαλμ. φλεγμονὰς καταπλάσσεται. ἢ πρὸς σφακελίζοντα ἕλκη σὺν μέλι ἢ οἴνῳ. σὺν ὄξ. ἢ τραύματα θεραπεύ. ⁋ σκορπιοπλήκτοις βοηθεῖ. τὰ ἢ φύλλα ἀγρίας φύλλα πυρικαύτων ὁσὶ καταπλάσματα. τὰ ἢ φύλλα ἐλαίας φύλλα φασὶ μετὰ σύκ. ξηρ. σὺν ἁλὶ ἐμπλαστρα, ἄσηπτα αὐτὰ διαφυλάττ.

luteos fert flores, & q̃cunq; loco positũ fuerit, blattas ad se cõtrahit. Quinetiã elixa in aqua folia contra tumores & oculoꝝ inflãmationes utiliter emplastri modo imponunt. Imponunt & fideratis ulceribus ex melle aut uino: ex aceto etiã ulceribus medent. Succurrũt & scorpionum ictibus. Syluestris uerbasci folia etiã ambustis emplastri modo utiliter imponunt. Ferũt pręterea fœminę uerbasci folia caricis interposita ĩcorruptas eas seruare.

INTERPRES.

QVale uerbascũ omne sit, & quibus notis tot eius genera cognosci possint, satis ex historia Dioscoridis patet. Plinius etiã lib. xxv. cap. nono non minus in cognoscendis his præsidij legentibus afferet: paucis enim mutatis eadẽ ambobus omnia sunt. Paulus Aegineta etiã post hos multiplex uerbascum esse testatus: & inter ea quã Græci θρυαλλίδα, id est thryallim uocant, utriusq; decreta uidet confirmasse. Longius ob eam causam de uerbasco non agemus, præsertim uulgari & nota omnibus herba, & in cuius genere quæ fœmina dicitur, flore candido aut pallescente, semine nigro, radice longa: &, ut hic ait, στρυφνῇ est: quã uocẽ Barbarus uertit acerba radice, quod pomoꝝ est. Neq; enim herbarũ radices acerbæ dicũtur: nec στρυφνὸν acerbũ primo & per se significat, sed in saporibus est, qualis ex acerbis pomis sentiẽ. Indicat q̃ id Plinius libro xxvii. cap. nono. Quod enim hic scriptor de elatine στρυφνὸν ait, acerbã gustu ille uertit: esse q̃ στρυφνὸν saporis genus, manifeste docet Theophrastus in sexto de causis plantarũ: septẽ proprie & per se saporũ discrimina numerans, dulce, pingue, amaꝝ, austeꝝ, acre, acidũ, & acerbũ: mox ait addere aliquos octauũ, salsum scilicet & pręter hos credere quosdã, uinosum saporis discrimen & genus esse: qm̃ in multis terræ fructibus inueniat, & ex terris aliquibus effluat hic sapor. Veruntñ ut in lacteo sapore accidit, q ad dulcis genus referẽt: sic etiã uinosum ad aliquid prædictoꝝ referẽdũ esse. Siquidẽ dulcia uina, austera & acida inueniunt. Plinius numeꝝ eoꝝ auxit, generaq; fecit xiii. dulcis, suauis, pinguis, amari, austeri, acris, acuti quẽ nos acidũ dixímus, acerbi, acidi, & salsi: & præter hęc tria genera alia. Vnũ in q̃ plures sentiunt̃ sapores, ut in uinis: nanq; in his & austerus, & acutus, & dulcis, & suauis: omnes alieni ut ille ait. Alteꝝ itidẽ in q̃ sit & alienus quidẽ, sed & suus quidã & peculiaris, ut in lacte: qm̃ ut idẽ ait, ineſt ei, q̃d tñ iure dici nõ potest, dulce, & pingue, & suaue, obtinẽte lenitate: quæ ipsa succedit in saporis uicẽ. Et hæc Plinius pro saporibus q̃ diximus loco. Ex quibus ratiocinari facile est, quatenus & q̃modo à Theophrasto discrepet: Suauẽ enim & acutũ non numerat Theophrastus, sed oxyn tantũ. Videtur q̃ Plinius æquiuocã ad acutũ & acidũ saporẽ uocẽ illã, non ad alteꝝ, sed ad utrũq; explicuisse. Veruntamẽ credendum est, in dulci suauẽ intellexisse Theophrastũ. Non probauit pręterea Theophrastus salsum saporẽ dici: cuius manifesta est causa: quoniã alterius qualitatis cõmunicatione, non propria ui tale dicit̃, & qm̃ in nullo fructu inueniẽ: octauũ tñ fieri hunc ab aliqbus dixit. Vinosum deinde per se saporẽ non esse, & lacteũ ad dulcẽ referri: & quẽ Plinius lenẽ uocat, in dulci numerandũ fuisse, ab eo uerisimile est. Adiecit idẽ pręterea Plinius eodẽ loco, nullũ esse aquis saporẽ nec succũ quidẽ: ita tñ ut eo ipso fiat aliquis, ac suũ genus faciat. Quæ uoces nos monent, ne ultra differamus q̃d ad Græcoꝝ chymos pertinet, q̃s plerũq; succos Latini uocãt: cũ tñ maioris ambitus ea uox genti illi sit: nec succum tm̃, sed succo mixtũ & coniunctũ saporẽ significet. Indicat q̃ id Theophrastus q̃ diximus nõ multo antea loco, chymos ubiq; sapores appellãs. Indicat Plutarchus, q in naturalibus causis (sic eã cõmentariolũ eius inscribit) chymos sapores & ipse semper uocat: præsertim q̃ eo cap. q̃ quærit, cur ex octo saporibus (salsum em̃ inter sapores ille numerat) solus salsus in nullo plantę alicuius fructu inueniat. Nec minus etiã in cõmẽtario q̃ docuit, quomodo quis adulatorẽ ab amico secernat: cõparatione à coquis accepta usus, q̃s ille ait ad minuendã aliquando nimiã saporꝝ dulcedinẽ, quã cito fastidiunt omnes, πικροῦς χυμοὺς ζωὶ γλυκέσι, quod est: amaros sapores dulcibus miscere &c. Indicant postremo plures alij, ne longiores simus. Licet q̃ habeant ĩdẽ Græci χύμη, quã uoce certius saporẽ significant: non minus tñ certa in ea significatione chymus etiã est. At Græcoꝝ medici chymos passim non sapores, sed humani corporis notissimos humores quatuor uocant. Nec quicq̃ in eo cõmentarijs frequentius est: qua ratione multa passim dicunt euchyma & cacochyma: ea intelligẽtes, quæ bonos cõtra'ue malos in nobis alterutra qualitate humores hos faciant. Licet q̃ in eis sapores sint dulcis in sanguine, amarus in bile, & in alijs alij pariter: nõ tamen sapores, ueꝝ humores quibus sapores illi accedũt, intelligi uolunt. Repetenda igitur alcius res, diuersitatem q̃ significationis in eadẽ uoce tẽporibus & artiũ professione factã meminisse oportet. Siquidẽ Hippocrates, cuius ætate ea erat uocis huius æstimatio, ubiq; in humani corporis humoribus chymi appellatione utitur: sanguine scilicet, pituita & duplici bile. Secuta post Hippocratẽ ætas, Platoq; in primis & Aristoteles, chymi uoce in qualitate gustabili usi sunt. Nec minꝰ tamen antiquiorẽ illã Hippocratis significationẽ etiã seruauerunt, uocaruntq; chymos sapores pariter & humores eos nostros. Factũq; ob hanc causam est, ut medicina medicinæq; professores, chymos humores eos quibus animantiũ corpora stant, semper appellent: coqui uero alijq; omnes ea uoce sapores intelligant. Accedit his alia etiã ex natura rei obseruata ratio: q nunq̃ aut rarissime non coniuncta simul sunt humor & sapor: estq; humoꝝ omniũ sapor paulo minus q̃ inseparabile consequens. Docentur à Theophrasto vi. de causis plantarum uolumine in tota hac re plura alia, præsertim de causis omnium huiusce modi saporum. Docentur & à Plutarcho quo diximus loco: sed non possunt tam multa à nobis coaceruari. Licebit tamen uolentibus ex scriptoribus illis multiplices causas & mutationes illis cognoscere.

στρυφνόν. Acerbus sapor.

Sapores & eorũ discrimina.

χυμοί.

χύσις.

Περὶ Αἰθιοπίδος. κεφ. χπ̃ζ'. De Aethiopide herba. Cap. C.

Aethio-

Αἰθιοπίς. ἡ καὶ αὐτὸ παραπλήσια φλόμῳ ἔχει τὰ φύλλα. δασέα λίαν ἡ καὶ πυκνά. κυκλῳ περὶ τὸν πυθμένα φλοιζίζης. καυλὸν τετράγωνον. παχὺν ἡ καὶ τραχύν. ἐοικότα μελισσοφύλλῳ ἢ ἀρκτίῳ. μαχάλας ἀνιέντα πολλάς. κατὰ δὲ περὶ μέγεθος ὀρόβου σὺν δυσὶ καὶ ἐνὶ ἀγγείῳ. ῥίζας ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πυθμένος πολλάς. μακράς. παχείας. γλυκορριζώδεις. γίνονται δὲ ἐκ μαινομένων μήλων καὶ σκληρᾶς. κέρασιν ἐοικυῖα. πλείσκις ἐν ἀγρυπνίαις κατὰ πᾶν μεσονύκτιον καὶ πλῆθος ἵππων. ταύτης ἡ ῥίζα ἑψομένη καὶ πινομένη, βοηθεῖ ἰσχιάδι. πλευρίζοντι. αἵματος πτύουσι. ἕλκεσι τραχύτητι. λαμβάνεται δὲ μετὰ μέλιτος καὶ ἄντι ἐκλείκτου.

AEthiopida. Romani pariter Græcis Aethiopida appellãt. Et hæc uerbasco similia habet folia, hirsuta ualde & densa, circa radicis caput in orbẽ uirẽtia. Quadrangulũ caulẽ, crassum aspeꝝ, apiastro quod melissophyllon est, aut arctio herbæ similẽ, alaꝝ cauis multis. Semẽ erui magnitudine, in singulis uasculis geminũ. Radices ab eodẽ cespitis capite numerosas, longas, crassas, sapore glutinoso. Euadunt hæ cum aruerunt nigræ duræq; animalium cornibus similes. Nascitur plurima hæc Aethiopis ad Mesenẽ Arcadiæ & Idam Troadis montẽ. Coquitur radix eius, medeturq; potum decoctũ illud coxendicis doloribus, laterali dolori, cruentis sputis, & faucium asperitatibus. Sumitur & cũ melle in eclegmate.

INTERPRES.

IN Aethiopia probatissimã nasci Aethiopidẽ hanc testati alij sunt: neq; ab re forsan, quandò cõsueuerint homines multa simili ratione indicare. Hic tamen non magis in Aethiopia q̃ alibi nasci tradit. Ex eo nõ male aliquis suspicabitur, à colore, qui in radicibus eius cum aruerunt uidetur, uocari sic potuisse: Sunt enim nigri Aethiopes, quales hic eius radices esse dixit. Hoc nos tantũ conijcimus: illud autẽ testantur ex ueteribus aliquot. Eamq; ob causam nos magis illud probamus: quoniã non est par pondus suspicionis & testimonij. Egit de ea Plinius XXVII. uolumine, cap. III. ijsdemq; omnibus notis indicata ab eo est. Videndũ in eo tamen, sit'ne hæc illi eadẽ quã XXVI. uolumine, cap. quarto inter magicas uanitates Aethiopida pariter uocat: monetq; polliceri & iactare magos, coniecta Aethiopide herba amnes & stagna siccari. Addidimus nos locis in quibus ea nascitur Mesene, scilicet & Ida eoꝝ locoꝝ regiones, ut certius historia eius omnis pateret: plures enim Idæ montes sunt: & Plinius ad Idam Troadis contraxit. Mesene autem antiquissima Arcadiæ ciuitas est, lubrico nomine ad Messanam Siciliæ: ideoq; certiore indicatione signata à nobis.

Περὶ Ἀρκτίου. Κεφ. χπή.

Ἄρκτιον. οἱ δὲ ἄρκτειον. φλόμῳ μὲν αὐτὴ ἔοικε τὰ φύλλα. δασύτερα δὲ καὶ σφομυλώτερα. ῥίζαν ἀπαλήν. γλυκεῖαν. λευκήν. καυλὸν δὲ μαλακόν. μακρόν. καρπὸν δὲ κυμίνῳ μικρῷ ὅμοιον. ταύτης ἡ ῥίζα δύναται καὶ ὁ καρπὸς ἀφεψηθέντα ἐν οἴνῳ, ὀδοντάλγιας διακρατούμενα πραΰνειν. πτυϊκαύστων καὶ χυμέδεως ἕδρας κατάντλημα. πίνεται δὲ καὶ πρὸς ἰσχιάδας καὶ δυσουρίαν ἐν οἴνῳ.

De Arctio herba. Cap. CI.

ARction. Sunt qui arcturẽ. Romani pariter Græcis arction uocant. Habet hæc etiã uerbasco similia folia, hirsutiora tñ rotundioraq;. Radicẽ tenerã, dulcẽ, candidamq;. Caulẽ longũ, mollemq;. Semen cymino simile paruumq;. Decoquitur radix & semen eius in uino. Continetur q; utiliter in ore decoctum id contra dentium dolores. Imponitur eadẽ ambustis pernionibusq; emplastri modo pari utilitate. Bibitur & contra coxendicis dolores & urinæ angustias arctij radix in uino.

INTERPRES.

ANimaduertit docuitq; iampridem Nicolaus Leonicenus, miscere Plinij uicinitate nominis ut creditur deceptum, arction quam modo uertimus cum arcio quæ uertenda mox erit: personaciamq; appellare: cum tamen arcij non arctij propria sit personaciæ appellatio. Nouisseq; id ex scriptoris huius historia facillime omnes possunt. Diuersæ enim plantæ sunt, diuersis notis & uiribus descriptæ: ideoq; Græcorum medici & herbarij omnes priuatim seorsumq; utranq; descripserunt: & alteram folio cucurbitæ, alteram uerbasco similem fecerunt.

Περὶ Ἀρκείου. Κεφ. χπθ'.

Ἄρκιον. οἱ δὲ, προσωπίδα. οἱ δὲ, προσώπιλ. οἱ δὲ, ἀπήνιμον. ῥωμαῖοι πέρσωνάκεαμ. οἱ δὲ λάππαμ. καλεῖται. φύλλα ἔχει ὅμοια τῆς κολοκύνθης. μείζονα μὲν καὶ τραχύτερα, μὴ μελάντερα, μὴ δασέα. καυλὸν ὑπόλευκον. ἐνίοτε δὲ μὴ ἄκαυλον ἢ πόα. ῥίζα μεγάλη λευκὴ ἔνδοθεν. ἐξωθεν δὲ μέλαινα. ἣ

De Personacia. Cap. CII.

ARcion. Sũt qui prosopida, q prosopion, Lq aparinen. Romani personaciã uel lappam uocãt. Cucurbitæ folia habet personacia, minora tamen, duriora, nigriora, & hirsuta. Caulem albicãtem, etsi aliquãdo caulem non proferat. Radicem grandem, intus candidam, foris nigram, quæ

ζας βοηθῆ πρὸς τὰ ἀ. πλῆθος μετὰ σφο βίλων, ἀιμοπτοϊκοῖς. ἐμπυϊκοῖς. παύει ἡ τὰ ἐκ τῶν λυγισμῶν περὶ τὰς ἄρθρας ἀλγήματα καὶ παλαιὰς ὀμφάκας λείαν. ἡδὺ τὰ φύλλα δὲ ὠφελίμως ἐπὶ τῶν παλαιῶν ἑλκῶν καταπλάσσεται.

drachmæ pondere cum pineis nucleis pota, sanguinẽ expuentibus & purulentis excreationibus opitulatur. Sedat factos membrorum fractis ossibus circa articulos dolores cõcisa, tum emplastri modo imposita. Quinetiam folia uetustis ulceribus eodem modo utiliter imponuntur.

INTERPRES.

VTebantur personacia hac quondã ad personas tota Græcia & Italia gentes omnes, quies in theatris aliis'ue locis q cognosci à populo nollent, egisse quidpiã uolebãt: facili, sed nõ toto anno, ad eã rẽ ex incultis & pinguibus locis apparatu. Extrema siquidẽ hyeme, q̃ tẽpore nũc expletis totius anni uoluptatibus, ludis & epulis, à ieiunio & cinere aliã uitã & alios mores Christiani auspicant, amissis pergelicidia foliis, nullus potest hic eius usus esse: Maio Iunio'q; mensibus frequentẽ fuisse Palilibus & Floralibus ueri simile est, tribus decerptis foliis, quor uno frontẽ, duobus aliis utrinq; malas uestirẽt, relictis inter eor spatia liberis uidendi, spirãdi, loquẽdi'q; meatibus. Est em̃ folior personaciæ tãta amplitudo, ut lõge maius q̃ humana facies est, tribus uestiri spatiũ possit. Neq; immerito hic cucurbitar folijs cõparauit: figura em̃ illis respondẽt, etsi pinguiore loco nascant, magnitudine etiã superãt. Causa'q; hæc est, cur Græci etiã ab eodẽ personar usu prosopida & prosopiõ uocauerint: neq; em̃ uoces illæ aliud q̃ personã indicãt. Fuerũt præterea, ut in hoc scriptore legit, qui in Græcis aparinẽ, in Latinis uera lappã uocauerint: quoniã illi congener est. Nascitur ubiq; personacia: & quoniã desierunt uti ea ad personas, ob eã quã diximus causam Christiani, nec alios habet in sanitate usus, par hoc nomine nũc cognoscit. Habuit quondã psonacia in ludis & festis quẽ diximus usum: habuit & in medicina q̃s hic numerat: & inter cætera, πρὸς παύσιν τὰ ἐκ τῶν λυγισμῶν περὶ τὰ ἄρθρα ἀλγήματα: quã partẽ uerterũt antiquiores arthreticos dolores: no uissimi uero interpretes, ut in altero legit, doloribus articulor, qui ex euersiõibus at'q; collisiõibus contrahunt: uel ut alter uertit, dolores in artubus adstrictius uinctis: uidetur'q; is q̃d est ἐκ τῶν λυγισμῶν, ad nexus & uincula quę utilibus fiunt, cõtraxisse: alter plures eor dolorum causas numerasse, si forte eã quę esset, dicere contigisset. Nos quoniã eadẽ in cũctis Græcis lectio esset, factos membrorũ fractis ossibus circa articulos dolores, sedare eã diximus. Nõ quia id penitus placeret, sed quoniã nihil aptius dici posse uidebat. Inuenimus enim λυγισμὸν in antiquis Græcor lexicis ἀνάκλασιν τῶν μελῶν dici, id est membrorũ fracta ossa. Intelligenda'q; mẽbra sunt, quæ Græci κῶλα dicũt, crura scilicet & brachia:

λυγισμός. alioqui λυγισμὸν à nexu & uitiliũ nodis Græci q̃ uinciat appellãt. Volumus'q; hoc tẽporariũ esse, donec certius aliq̃d inueniat: Sumus em̃ in aliã sententiã propẽsiores, credimus'q; τρίμματα, id est luxata significari hoc

κῶλα. τρίμματα. loco: quoniam λυγίζειν τρίφειν sit, unde τρίμματα facta sunt, quæ Latini luxata uocant. Sed in re non satis certa

Luxata. illud maluimus, quod Græcorum scriptorum fide aliqua defendi posset.

Περὶ Πετασίτου. Κεφ. χς'.

ΠΕτασίτης. μόχος ὀξὺ μείζων πήχεως. δ'ακτύλου μεγάλου πάχος. ἐφ' οὗ φύλλα πεπασσῶδες μέγα. προσκείμενον ὅς τῇ μύκης. πρὸς τὰ κακοήθη ἡ φαγεδ'αινικὰ ἕλκη λεῖον καταπλασσόμενον.

De Petasite herba. Cap. CIII.

PEtasiten. Romani pariter Græcis petasiten dicũt. Pediculꝰ cubitalis & aliquãdo maior petasites est, pollicis crassitudine, in quo petasi figura folium est, grãde, fungi modo suppositũ. Facit ad malefica dolosa'q; & phagedænica ulcera cõcisũ & emplastri mõ impositũ.

INTERPRES.

Petasus. GRæca uox petasus est, Mercurij & Augusti Cæsaris usu in'antiquis scriptoribus celebrata. Vter'q; em̃ petasatus describit: sed alter dum cœlo præcipitẽ se mittit, aui similis: alter dum per diẽ in sole est, radios'q; eius munito capite petaso hoc, toto anno uitat. Est enim petasus galerus, cuius forma inter Græciæ ruinas in Mercurij imaginibus adhuc uidetur, ex Homeri & Maronis uersibus descriptis antiquitatis studiosis nota. Ornauit eadẽ uox herbã: uocarunt'q; Græci petasiten quasi galeritam herbam, in qua folium pediculo superpositum, non aliter in medio q̃ in fungis passim uidetur, hæret.

Περὶ Ἐπιπακτίδος. Κεφ. χσά.

ΕΠιπακτίς. οἱ δὲ, ἑλλεβορίνη. οἱ δὲ βόριον. Δαμνίσκος μικρός. ἐλάχιστα φύλλα ἔχων. πρὸς τὰ δακνάσιμα δὲ πίνεται καὶ πρὸς τὰ ἐν ὕπαλῳ πάθη.

De Epipactide siue Elleborine. Cap. CIIII.

EPipactida. Sunt qui elleborinen, qui borien. Romani epipactida & elleborinen uocãt. Breuis frutex epipactis est. Folio la habet minima, quæ contra uenena & iocinorum mala bibuntur.

PEregrina Italiæ autore Plinio epipactis est, q̃ inter Græciæ & Asiæ frutices eã xiii. uolumine, cap. xx. numerauit. Nõ satis ut cognosci nostra ætate possit, nec cur elleborinẽ uocauerit eã antiquitas, descripta. Si nomẽ ipsum tm̃ expendat, nõ ab re fuerit elleboro similẽ aut cõgenerẽ credere. Si cõtrà Theophrastũ aliquis audiat lib. ix. de plantar historia pro cãdido ueratro de ea sic tradentẽ: μίσγουσι δὲ πρὸς τὰ πόματα, ὅπως αὖ ἐμέσωσι, τὸ τῆς ἑλλεβορίνης ἀσπέρμου. τοῦτο δ' ἐστὶ φάρμακον. quor sensus est: Miscẽt aũt in ellebori poculo, ut uomitiones adiuuet elleborines semen. Herbula autẽ hæc est. Siquis inquã hæc dicentẽ Theophrastũ audiat, suspicari poterit non tam quia elleboro congener sit, elleborinen dici: sed quod ellebori uim augeat, coniuncta'q; illi faciliores uomitiones faciat. Vtraq; enim ex Theophrasto colligi causa potest.

περὶ καπνοῦ. κεφ. χϛβ'.

Κάπνος. Οἱ δὲ, κορυδάλιον ἢ κόριον. οἱ δὲ, κορυδάλιον ἄγριον. οἱ δὲ, καπνὸς ὁ ἐν ταῖς κριθαῖς. οἱ δὲ, καπνίτης. οἱ δὲ, μάραμαρίτης. οἱ δὲ, καπναργύριον. οἱ δὲ, χελιδόνιον μικρόν. οἱ δὲ, περιστέριον. οἱ δὲ, καθάρσιος. οἱ δὲ, καλκοκεί. ἔνιοι δὲ, μαῖοι ἄπιουμ. οἱ δὲ, φουμάρια. ἀιγύπτιοι κνύξ. οἱ δὲ, τοκιμ. Βοτάνιόν ὄζει θαμνοειδές. κομᾷ ἐοικός. πυροειδὲς πάνυ. τὰ δὲ φύλλα λευκόσπορα καὶ περφορεῖται πολλὰ πανταχόθεν. ἄνθος περφυροῦν. ῥίζα ὁ χυλὸς δὲ σμύραινα. ἐξωτερικῆς. δακρύων ἀπωγός. ὅθεν καὶ ῥύσις μαι εἴλκυσε. δύναται δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν βλεφάρων ὀπλὰς τρίχας σὺν κόμμι καταβιοῦσας μὴ ἐᾶν φύεσθαι. βρωθεῖσα δὲ ἡ πόα ῥῦσιν ἀχολώδη.

De Capno, id eſt, fumaria herba. Cap. CV.

CApnon. Sũt qui coridalion, qui corion id eſt, coriandrũ, q corion agrion, id eſt, coriandrũ agreſte, qui capnon in ſegete hordeacea naſcentẽ, qui capniten, id eſt, fumariã, qui marmaritẽ, qui capnogorgion, q chelidonion minus, q periſterion, q cãtharida, qui chalcochrun. Aegyptȝ cynx. Romani apiũ ſiue fumariã herbã appellãt. Fruticoſa herbula eſt, coriãdro ſimilis, egregię teneritudinis. Folia habet cãdida, cineracei coloris, & nũeroſum undiq; purpureũ florẽ. Habet ſuccus eius acrimoniam. Facit oculoꝝ claritatẽ, ſed lachrymoſus eſt: unde & nomen inuenit herba. Prohibet idẽ renaſci euulſos palpebrarum pilos, addito gummi inũctus. Pota herba etiã multã & bilioſam urinam trahit.

INTERPRES.

FVmariæ herbę notiſſima res fumus, nomen quondã fecit: haud ſanè quia triclinioꝝ parietibus eoꝝq; cameris inducta nigredine noceat, aut quia ut poëta cecinit, ſuſpẽſam exploret, duretq; ad fabricam materiã: ſed quoniã uis illi contra hominis oculos lachrymoſa ſit, qualis in fumo eſt: ob quã Flaccus lachrymoſum in carmine ſuo fumũ appellauit: & Ariſtophanis ſeruus in ſcenã rediſſe ſe dicebat fumo coactum: nec potuiſſe domi cũ cæteris eſſe: ὅτι ἐλακτὰ τὰ βλέφαρ' αὐτοῦ, quod eſt: Quoniã eroderet palpebras eius & oculos: quod maximũ à fumo huic parti tædiũ eſt: Cui potens idem fumariæ herbæ ſuccus à fumo indicata in Græcis fuit. Nec tantũ capnon æqualifumo appellatione eam uocauerunt, ſed capnitim etiam, id eſt, fumariã dixerunt. Quemadmodũ à ſimilitudine coriandrũ, quæ uox in ſcriptore hoc multifariã creuit, alijs ſimpliciter coriãdrum, alijs agreſte coriandrũ, alijs diminutiua forma coriandrion uocantibus. Naſci hic in ſegete hordeacea ait. Plinius tamẽ adiecit & hortis: nec malè: quniã frequẽtior in hortis q̃ in ſegetibus inueniatur, paſſim nota, & ob id non logius tractanda. Monuit idem Plinius emendandum in capitis huius & fumariæ herbæ medicina locum, in quo paſſim in cunctis Græcis legitur: ὀπλὰς τρίχας: quæ uoces duplices palpebras ſignificant, uitium quidem quod in oculis fit, ſed non recipiẽdum hoc loco: ſiquidem quod ſequitur, renaſci prohibet: euulſa primum indicat oportere eſſe, quę iterum naſci prohibentur: Credimusq; nos non ὀπλὰς, ſed πλθέσας, id eſt, euulſas legi oportere.

περὶ λωτοῦ ἡμέρου. κεφ. χϛγ'.

Λωτὸς ἥμερος. οἱ δὲ, τρίφυλλον. Λοῖ δὲ, τριπόδιον. οἱ δὲ, τριβόλιον. καλοῦσι. Φύεται ἐν παραδείσοις, ὃς χυλιοθεὶς μίτοις μέλιτι, ἄγγεμα νεφέλια λευκώματα καὶ τὰ ὠλισκοποιεῖ ταῖς κόραις ἀρκεῖ δαιζῆ.

De Satiua loto. Cap. CVI.

LOton ſatiuam. Sũt qui trifolium Lqui tripodion appellent. Romani pariter Græcis lotum ſatiuã uocant. Naſcitur in hortis. Repurgat oculoꝝ nubeculas, argemata, albugines, & quæ claritati oculorum officiunt, expreſſus ex ea ſuccus addito melle.

INTERPRES.

MOnuit grauis diligensq; in plantaꝝ hiſtoria autor Theophraſtus, oportere quemadmodum præmonſtraſſe ſe ſæpius ait in cognominibus plantis, τὰς ἰδιότητας θεωρεῖν, καὶ τὰς διαφορὰς πρὸς τὰ ἄλλα. λοῖς, καὶ ἄνθεσι, καὶ καρποῖς: quod eſt: Proprietatem & quas habent inuicem differentias contemplari: quædam enim multiformia ſunt, quamuis æquiuoco nomine indicẽtur, qualis lotus eſt. Eius em̃ plures ſpecies ſunt, folio, caule, flore & ſemine diſcretæ. Idem nos etiam monemus: Niſi enim id fiat, non poterunt in antiquis ſcriptoribus, multoq; magis in natura, quales tam multæ loti ſint, cognoſci. Diximꝰ primo uolumine de arbore quam ueteres Romani celtim uocabant, loton à Græcis dictam: ex cuius materia fiſtulæ quondam fiebant. Dicendum de herbis hoc loco, quarum prima ſatiua loco eſt, in hortis quondam uirens, & in delicijs habita: quoniam ampliore longioriſq; uitæ folio in hortis tota æſtate uireret. Plinius foliato caule eam tradidit: & antiquiores poëtæ inter herbas deorum uoluptati naſcentes, numerauerunt. Quæ omnia hic in una ratione tantum indicauit, in paradiſis & hortis naſci dicens. Qui deprehendiſſe eam ſe iactãt, humilem oſtendunt herbam, in pratis naſcentem, numeroſo folio, trifolio paulominus q̃ undiq; ſimili. Diſcrepat, q̃ in trifolio longiora, minora, & acuminatiora folia ſunt: in loto tria quidem numero, ſed longe maiora: nec in acutum, ut in illo, deſinentia: uerum paulominus q̃ in orbem circumacta. Quæ ſi ſatiua lotus ſit, uulgaris & cognitu facilis herba eſt. Fecit trium foliorum eius numerus, ut trifolium & tripodium diceretur.

περὶ λωτοῦ ἀγρίου. κεφ. χϛδ'.

De ſylueſtri Loto. Cap. CVII.

Λωτὸς ἄγριος. Λοτὸς ἡ, ξίφυλλος. Λοτὸς ἡ, λιβυκὸς καλοῦσι. ῥωμαῖοι ξιφόλιουμ. βίρους. φύεται μὲν, πλεῖστος ἐν λιβύῃ. καυλὸν φέρει δίπηχυν ἢ τριπήχυν μείζονα. μαχάλας ἔχουσα πλατείας. φύλλα ὅμοια λωτῷ τριφύλλῳ, τῷ ἐν χορτοκοπείοις γεννωμένῳ. σπέρμα ἐοικὸς τήλει. μικρότερον ἢ πλατῷ. φαρμακῶδες ἐστὶ τῇ γεύσει. δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν. ἀπτικὴν. ἀποκαθαρτικὴν ὡς ἴλεως τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου ἐφελίδων σὺν μέλιτι καταχριόμενος. πινόμενος δὲ καὶ ἑαυτὸν λεῖον ἡδονῇ μετὰ μαλάχης σπέρματος σὺν οἴνῳ γλυκεῖ, πρὸς κύσεως ἀλγήμασι βοηθεῖ.

LOton ſylueſtrẽ. LSũt qui trifoliũ, qui Libycã. Romani trifoliũ minus uocãt. Naſcit plurima hęc lotus in Libya. Caulẽ fert bicubitalẽ & aliquãdo maiorẽ, numeroſis alaꝝ cauis. Folia trifolio q̃d in pratis naſcit ſimilia: ſemẽ fœnographo, multo tamẽ minus: ſapore medicato. Calefacit ſylueſtris lotus: adſtringit leniter: & uultus maculas, aſperãꝫ & diſcolorẽ ceu à ſole cutẽ ex melle inũcta exterit. Bibit p ſe etiã cõciſa, aut cũ maluæ ſemine in uino paſſo'ue cõtra ueſſicę dolores utiliter.

INTERPRES.

SImilior cõmuni trifolio lotos hæc q̃ antedicta eſt, facilis inuẽtu inter nos etiã herba: etſi hic plurimam naſci in Libya teſteꝫ, ideoq; Lybicã à quibuſdã dictã. Longo eñ & acuminato folio quali trifoliũ paſſim uidetur hęc eſt: ideoq; à Romanis, ut in Dioſcoride legitur, trifolium minus appellata. In qua uocem uitium eſſe oportet: quoniã non poteſt noſtrati trifolio reſpondere, duorꝫ cubitorꝫ altitudo, & minus uocari. Nouimus enim omnes trifoliũ: ratiocinariq; facillimũ eſt, falſò minus trifolio noſtro dici aliquid, quod bicubitale ſit. Vetuſtiores Dioſcoridis Latini codices nõ minus ſed uirus habent: quæ uox certũ nõ habet intellectum: nec nos augurari aliquid in ea re uoluimus: ob eam cauſam quale in alijs erat, tale relictũ à nobis etiam eſt. Folia loto huic Dioſcorides ait ſimpliciter pratenſi trifolio ſimilia eſſe: non ut Barbarus uertit, loti trifoliæ. Non animaduertit ille quis uerborum curſus in Dioſcoride eſſet: neq; enim pratenſe trifolium loton ille uocat, ſed loti huius folia pratenſi trifolio ſimilia eſſe teſtatur. Diximus hoc capite etiam medicato ſapore ſemen loti huius eſſe: parum certo intellectu, niſi monuerimus medicata à nobis dici quæ medicas habent uires, & à Græcis φαρμακώδη uno nomine omnia uocantur, & in medicis uiribus purgandi uim. Auctor ſignificationis eius Theophraſtus libro nono de plantarum hiſtoria, φαρμακώδη appellans lac, ſuccos, liquores, ſemina q̃ illa omnia, quæ uim medicam habent, priuatimq; ad purgationes per inferna.

φαρμακώδη. Medicata.

Περὶ κυτίσου. Κεφ. χξέ.

Κύτισος. Λοτὸς ἡ, τηλίνῳ. ὁτὸς ἡ, λωτὸν μέγαν. ὁτὸς ἡ, ξίφυλλον. ῥωμαῖοι ξιφόλιουμ μαῖους. Θάμνος ὀξὺς λευκὸς ὅλος ὡς ῥάμνος. κλάδους ἀνιεὶς πηχυαίους ἢ μείζονας. πρὸς οὖς τὰ φύλλα ὅμοια τηλίνῳ ἢ λωτῷ ξιφύλλῳ. μικρότερα ἢ πλατύτερα ἔχων ἔμπροσθεν διατριβῶσι τοῖς δακτύλοις ὀζουσαν εὐῶδες. ἐν δὲ τῇ γεύσει ὅμοια ἐρεβίνθοις χλοερᾶς. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν. διαφορητικὴν πρὸς ἐν ἀρχῇ οἰδήμασιν, σὺν ἄλφιτοις λεῖα καταπλασθέντα. κινεῖ δὲ καὶ οὖρα τὸ ἀφέψημα αὐτῶν πινόμενον. ἔνιοι δὲ, φυτεύουσιν αὐτὸ παρὰ τοῖς σμήνεσιν ὡς ἐπακτικὸν τῶν μελισσῶν.

De Cytiſo. Cap. CVIII.

CYtiſon. LSũt qui telinon, qui grandẽ lotum, qui trifoliũ. Romani trifoliũ maius appellãt. LFrutex eſt cytiſus, albeq; cortus ueluti ſpina quã rhamnũ uocãt. Cubitales maioreſq; aliquãdo ramos ex ſe mittit, citica quos folia exeũt fœnographo loto'ue aut trifolio ſimilia, minora tantũ, & in medijs extante dorſo: quæ ſi digitis terantur, erucã olent: Sapore non ſot quæ ſi digitis terantur, erucã olent: Sapore non dum maturitate ficcis ciceribus ſimili. Refrigerãdi uim folia cytiſi habent. Diſcutiunt incipientes tumores cõciſa, mox cũ pane emplaſtri modo impoſita. Bibitur & ad ciẽdam urinam eorum decoctum. Conſerunt aliqui circa aluearia cytiſum, intelligẽtes grato eius ſapore allici & retineri apes.

INTERPRES.

LOnge maior & honeſtior in cæteris q̃ in hoc ſcriptore cytiſi hiſtoria eſt. Numeraueruntq; Plinius & Columella tã multas fruticis huius dotes, ut abũdaſſe in eius laudibus illos, aut parcè laudaſſe hũc tã utilẽ homini & pecori fruticẽ credibile ſit. Omittimus quæ ad ſaginã pecoris oẽs illi tribuerunt. Pertinet eñ ad rẽ pecuariã, nõ medicinã quã hic agit, lõgus ille cytiſi laudũ cẽſus & ordo ab illis tractatus: q̃d tacendum huic ſcriptori nõ fuerat, lactis copia eſt quã in homine facere cytiſum teſtati oẽs ſunt. Columella ultimo VII. libri cap. his uerbis ad copiã lactis cytiſum laudat. Mulieres quidẽ ſi lactis inopia premunt, cytiſum in aqua macerari oportet: & cũ tota nocte permaduerit, poſtero die expreſſi ſucci ternas heminas permiſceri modico uino, atq; ita potandũ dare: Sic & ipſæ ualebũt, & pueri abũdantia lactis cõfirmabunt. Plinius itidẽ lib. XIII. cap. XXIIII. de cytiſo hæc ait: Quin & nutricibus in defectu lactis aridũ atq; in aqua decoctum potui cũ uino dari iubẽt: & firmiores celſiores q; infantes fore. Paulus Aegineta etiã comã cytiſi iubet præcordijs prægnantiũ cõtra uomitiões ex ueteri uino imponi: Nec minus q̃ malua diſcutiẽtis & repellẽdæ naturæ eſſe. Notiſſimus quondã frutex hic omnibus agris cõſitus: & quò macrioribus, eò citius eũ comprehendẽtibus: Nũc q̃d ſciã nullibi in Italia eſt: aut ſi ſit, incognitus ſine honore iacet. Prima eũ mortalibus oſtẽdit Cytnus ex Cycladibus una, & ex ea omnẽ peragrauit Græciã & Italiã: ubiq; charus & in honore habitus. Poſt q̃d tẽpus in antiquũ & natale ſibi ſolũ reuerſus, nõ paruũ antiqua amãtibus deſideriũ ſui reliquit.

De Loco

περὶ λωτοῦ αἰγυπτίου. κεφ. χξθ'.

Λωτὸς ὁ ἐν αἰγύπτῳ γεννώμενος ἐν τοῖς ὑδάσι τοῖς ἐπικλυσθεῖσι πεδίοις, καυλός ἐστι τοῖς τοῦ κυάμου ἐμφερής. ἔχει δὲ ἄνθος μικρὸν λευκόν. ἐσθίεται δὲ ὁ καρπὸς ὃν φασὶ κατὰ τὰς ἀναπλάσεις τοῦ ἡλίου ἀνακύπτειν καὶ δύνειν. ἐν τοῖς ὑδασι. πάλιν τε πρὸς τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου ὑπεκκύπτειν. ἔοικε δὲ ἡ κωδία μήκωνι μεγίστῃ. ἐν ᾗ καρπὸς ὡς κέγχρος. ὃν ξηράναντες ἄλευρον ποιοῦσιν εἰς ἄρτων πρόσφαμιν. εἰσὶ δὲ ἔχει ὁμοίαν μήλῳ κυδωνίῳ. ἣ ἅς καὶ αὐτὴ ἐσθίεται ὠμή τε καὶ ἑφθή. ἀναλογεῖ δὲ ἑψηθεῖσα τῇ πρίστῃ λεκύθῳ ὠοῦ.

De Loto Aegyptia. Cap. CIX.

LOton in Aegypto naſcentẽ. LRomani lotũ Aegyptiam uocãt.⌋ Lotus quæ in Aegypti inũdatis aqua cãpis naſcitur, caulis eſt Aegyptiæ fabæ cauli ſimilis. Florẽ habet paruũ, cãdidũ, lilio ſimilẽ. Ferũt florẽ hũc ſole oriẽte explicari: occidẽte uero, claudi: totoq; capite ſub aqua cõdi: & rurſus oriẽte ſole emergere. Simile caput eius papaueris maximo uaſculo eſt: in quo ſemẽ milij quantitate, quod Aegyptij ficcatũ in panificio panibus cõpinſunt. Radicẽ cotoneo malo ſimilem habet: quæ cruda pariter & cocta eſtur: reſpõdetq; elixa pari ſaporis qualitate ouorum uitellis.

INTERPRES.

NEceſſarius uniuerſo animantium generi à labore ad otium, & à uigilia ad ſomnũ q̃tidie motus eſt: niſi forte glires, & quæ lõgiora habẽt mortis potius q̃ ſomni tẽpora, exceperit aliqs. Neq; eñ poteſt q̃d in animãtibus uigilia lãguebat, ſomno inſtaurare: rurſus q̃ q̃d quiete inſtauratũ fuerat, uigilia ad uolutates & labores uitæ exercere. Somnũ q̃ ab extremis corpor; partibus anima ad principiũ ſuũ reuertens in eo quieſceret: rurſus q̃ uigiliã, qua ab eodẽ principio in oẽs partes & mẽbra corporis eadem extenderet, operẽq; ſua omnibus adeſſet animãtibus, dedit: Tã neceſſariũ uitæ eor; & ſanitati utrũq; intelligẽs, ut in plãtarum genere aliquas eſſe etiã uoluerit: quæ q̃d uix credat aliqs, ſomni uigiliæq; certa & diſcreta tẽpora haberẽt: Ne ſi forte alior; brutor; exẽplo, lucis tenebrar; q;, & ex his uigiliæ & ſomni certa intelligeremus diſcrimina, q̃d cũctis ſeculis ſæpe fecerũt multi, pernocte alea, ut cecinit Aqnãs poẽta in ſatyra: aut protractis in lucẽ cœnis & ſpectaculis, naturę tẽpora cõmutãtes, ex eis id ſaltẽ cognoſceremus: quieſcẽtibus q; & ſopitis ſomno plãtis quieſceremꝰ, dormiremus q; nos etiã. Argumẽto eius rei ubiq; ſunt tã multi flores, ad ueſpere hiſcẽtes lætius admittãt: ſed nulla in toto plãtar; cẽſu certiorẽ ſomni & uigiliæ per ſua tẽpora rationẽ habet Aegyptia hac loto: quã admirata omnis antiqtas eſt, neq; immerito: eodẽ ſiquidẽ animãtibus ſenſu, claudi, dehiſcere, cõdi & ex aqs emergere à cũctis tradit: quaſi & ipſa quadrupes aliqua, matutino ex caulis in pa ſcua ſurgat & egrediat: ueſpere aũt noctis iniurias timẽs, eodẽ reuerſa ſe cõdat. Lõgiſſime Plinius xiii. vii. & viii. ſupra decimũ capite de ea egit: nihil tñ nõ à Theophraſto antea dictũ retulit: cuius lõgior etiã q̃ Plinij de Aegyptia hac loto hiſtoria eſt: multa tñ reliqt, quæ nouiſſe pro Dioſcoride neceſſariũ ſit. Eãq; ob cauſam nos quæ à Theophraſto dicunt ꝛſdẽ uerbis repetemus, nõ græcis: lõgius eñ id eẽt, ſed qualia in decurſu uertere licebit. Ea huiuſcemodi ſunt: Quæ uero lotus in Aegypto appellat, plurima in cãpis naſcit, cũ inũdata fuerit regio. In ea cauliũ natura eadẽ quæ fabæ Aegyptiæ: ſimiliter & folior; quæ ille petaſos quaſi gerosos uocat: uerũtamen minora ea & tenuiora ſunt. Naſcit lotus Aegyptia fabæ Aegyptiæ ſimiliter. Cãdidũ habet florẽ: cuius folia ſunt anguſta, lõgitudine lilior; foliis ſimilia. Naſcitur numeroſus, dẽſus, & ſibi ꝓnuicẽ cõferctus flos ille: cũq; ſol occidit, claudit, ſimulq; uaſculũ ſub aqua cõdit, mox oriẽte ſole aperitur, & ſupra aquã emergit: agitq; id donec uaſculũ perficiatur & flos defluxerit. Vaſculi magnitudo eſt quanta maximi papaueris, & eiuſdẽ papaueris modo inciſuris intus diuiſum: uer; in loto crebrius ſemẽ eſt, milio ſimile. Ferunt in Euphrate hoc amplius uaſculum & flores ueſpere uſq; in medias noctes mergi, deſcendere q; altius. Neq; enim demiſſa manu inueniri poteſt. Cũ uero illuceſcit, rurſus ſurgit ſubrigiturq;, & ad exortũ ſolis ſupra aquã apparet ac florem patefacit: patefactoq; etiamnum exurgit, ut planè abſit ab aqua. Coaceruãt in unũ uaſcula hæc Aegyptij putrefaciũtq;: tũ putrefactis corticẽ in flumine lauantes, ſemen auferũt, ſiccatũq; & toſtũ in panem pinſunt: eoq; utũtur cibo. Corſion uocant loti radicem hanc: ea rotũda eſt, magnitudine cotonei mali, cortice nigro foris ueſtita quali in caſtanea nuce eſt, intus candida: quæ toſta elixaq;, uitellis ouorum ſimilis ſapore eſt, guſtu ſuauis. Eſtur eadem & cruda. Et hæc Theophraſtus quarto de plantar; hiſtoria pro Aegyptia loto. Ex quibus intelligent facile omnes, malè in Dioſcoride legi: Similem hordeo eſſe: nec ſic, ſed lilio uertendum fuiſſe, cui manifeſte Theophraſtus eum comparat. Et Plinius ait: Flos qui candidus eſt, &c. quo colore lilia ſunt. Accedit his, quod parum uerifimile eſt tam grandis plantæ, & quæ κωδίαν, id eſt, papaueraceũ uaſculum fert, flores hordeaceis ſimiles eſſe, qui nulli ferè ſunt. Barbarus in Corollario ſuo ſuſpicatus id eſt, & nihilominus in Dioſcoride ſuſpicionẽ illam penitus neglexit. Facilis & lubricus in græcis lapſus fuit à crithe quod hordeum, ad crinon quod lilium ſignificat.

περὶ μυριοφύλλου. κεφ. χξ'.

Μυριόφυλλον. οἱ δὲ μυλλόφυλλον. οἱ δὲ σταλωσικόν. οἱ δὲ ἀχίλλειος. ἑρμαῖοι μιλεφόλιον. οἱ δὲ σουπερκίλιουμ βένερις. γάλλοι βελουκάνας.⌋

De Millefolio herba. Cap. CX.

MYriophyllon. LSunt q melophyllon, qui ſtratioticen, qui Achillion uocẽt. Galli beleocãda. Romãi millefolium aut ſupercilium Veneris appellant.⌋

Singularis

καυλίσκος ὀξὺ μονοφυής. ξυφοειδὲς. μονόῤῥιζος. περὶ ὃν φύλλα πρὸς λεπτὰ, μαράθῳ ὅμοια. ὅθεν καὶ ὠνόμασαν. ὁ δὲ καυλὸς ὀξὺς μὲν ὑπόκιρρος. διαπύκνιλος. ὡς ἐπίτηδες διαῤῥεγνυσμένος. φύεται δὲ ἐν ἐλώδεσι τόποις. τοῦτο τῆς ἀφλέγμαντα τὰ νεόβωτα τῶν ἑλκῶν σὺν ὄξει χλωρόν τε καὶ ξηρὸν καταπλασόμενον. πρίζεται δὲ εἰς πρὸς πτώματα σὺν ὕδατι καὶ ἁλσίν.

Singularis coliculus est, tener, fingulari radice: circa quẽ cũ lẽuore numerosa folia sunt, fœniculo similia, à quibus nomen inuenit. Habet caulis ruborẽ aliquẽ: per totũ densus est, & ueluti arte expolitus. Nascit paluſtribus locis. Arcet uulnerum inflãmationes millefolium, ex aceto uiride siccũq; emplastri modo impositũ. Bibitur & ex alto præcipitatis cum aqua & sale.

INTERPRES.

Millefolium Plinius Græcam myriophyllon uocat: haud sanè quia in Græca uoce certa eius numeri uis & significatio sit, sed q̃ aptius non poterat in Latinis nomen fingi: Nec referebat in re incerta, mille potius q̃ decẽ milia infinita' ue folia illi tribuisse, quod mutato tantũ accẽtu in Græcis μύρια significant: quemadmodũ nec malè penitus dixerit aliquis, mille pluribus' ue aut infinitis pilis constare hominis superciliũ: ex cuius similitudine Veneris superciliũ hæc ipsa etiã uocata à plerisq; fuit, quoniã scilicet quemadmodũ minuti densiq; pili eam hominis partẽ uestiunt: sic millefolij hutus coliculos minuta densaq; uestiũt folia: quæ licet hic fœniculo cõparauerit, nõ tamẽ eadẽ lõgitudine sunt: huius eñ breuia admodũ; fœniculi uero lõgiora & quasi capillata. Quod cõparatur, copia & exilitas eorũ tantũ est. Eadẽ ratio stratioten & Achillean uocari fecit: breuibus eñ & numerosis illæ etiã foliis describuntur & sunt. De stratiote non multo ante dictũ in hoc ipso scriptore à nobis fuit: & de Achillea lõge prius: repetẽda q̃ legẽtibus ex illis cõparatio ad hãc est. Relinquimus constituendũ in hoc capite peritioribus, q̃d ultimũ in eo legit: Bibi ex alto præcipitatis utiliter millefoliũ: præcipitatis' ne an aliter legi oporteat. Nos πτώματα in cũctis ferè Græcis inuenimus, quæ uox nihil aliud q̃ ex alto casus & lapsus significat. Nobis inclinat animus πνεύματα, id est, inflationes posse legi: uidimus q̃ in quo πνευματιζομένους, quod est inflationibus laborantes legeretur.

Περὶ Μύῤῥιδος. κεφ. χϛ΄.

Μύῤῥις. οἱ δὲ, μύῤῥαν. οἱ δὲ, κονίλλιον καλοῦσιν. ὃς καυλῷ ἐστὶ τοῖς φύλλοις ἔοικε κωνείῳ. ῥίζαν δὲ ἔχει ἐπιμήκη. ἄπαλήν. περιφερῆ. εὐώδη. ἡδεῖαν θρόδινον. ἡ δὲ πινομένη σὺν οἴνῳ φαλαγγιοδήκταις βοηθεῖ. καθαίρει δὲ ἔμμηνα καὶ λοχία. καθεψηθεῖσα δὲ ἐν ὀφθάλμασιν, ὠφελίμως φθισικοῖς δίδοται. ἰσοροῦσι δὲ ἔνιοι πινομένης ἀυτῆς δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας σὺν οἴνῳ ἐν λοιμικαῖς καταστάσεσι, βοηθεῖ πρὸς τὰ ἀνόσους διαμένειν.

De Myrrhide herba. Cap. CXI.

Myrrhida. Sũt qui myrrhã, qui conilã uocẽt. Romani pariter Græcis myrrhida appellãt. Cicutę foliis & caule similis myrrhis est. Radicẽ habet longã, tenerã, rotundã, odoratã: quę suaui gustu etiã est. Phalangiorũ morsibus eadẽ succurrit in uino pota. Purgat deinceps à puerperio fœminas. Trahit & mẽses. Quinetiã in melle elixa, tabidis forbẽda utiliter datur. Ferũt præterea aliqui bis ter' ue potа in uino quotidie in pestilentia radice eius, incolumes à pestilenti morbo seruari qui biberint.

INTERPRES.

Verisimile est à myrrhæ odore myrrhida & myrrhã dictã fuisse quondã quã modo tractam⁹ herbã. Nullus tamẽ q̃d hactenus inuenerim aperte id testatus in Græcis aut Latinis est. Odorata tamẽ radice ab hoc & à cũctis alijs describit: Potuitq; illi ab ea nota nomẽ hoc factũ fuisse. Cicutę similẽ oẽs tradiderũt: eãq; ob causam crediderũt aliqui, cicutariã nũc eã dici. Purgare eã ἔμμηνα καὶ λοχία Dioscorides ait: quæ uoces tã notas in Græcis & in cõmentationibus his nostris significatiões habẽt, ut lõgius dixisse de eis nõ oporteat. Quod tantũ monemus illud est, factũ fuisse dũ alter ex interpretibus Plinij nimis q̃ in scripto re hoc opus erat, amat & sequitur, pro Græcorũ lochijs partus uerterit. Plinij uerba sunt: Cit mẽstrua & partus cum uino: cum tamẽ lochia nihil ad partum pertineãt, modo partus quod in cõmuni significatiõis æstimatione habet, significet: sintq; lochia secundarũ et deinceps à puerperio fœminarũ purgationes: quẽadmodum ni fallimur in aristolochia diximus. Idem superiore capite de millefolio caulem eius indiuiduum uocauit, quem ille μονοφυῆ: non qui diuidi nequeat, sed qui singularis non numerosus à radice surgit. Hęc nos leuia quidem, sed interpreti non contemnenda signamus.

Περὶ Μυάγρου. κεφ. χϛθ΄.

Μυαγρος. οἱ δὲ, μελάμπυρον. πόα φρυγανώδης, δίπηχυς. φύλλα ἔχουσα ἐμφερῆ τῆς τοῦ ἐρυθρόδανου. ὠχρά. τὸ ἔρμα βαχέλῳ ἔοικός. λιπαρόν. ᾧ χρῶνται, κόπτοντες αὐτὸ περφωρμένῃ πρὸς πλάτη ὄντες ῥάβδοις. ἢ ἄντι λύχνου χρώμενοι. δοκεῖ δὲ καὶ αὐτὸ λίπος ὁμαλίζειν καὶ λεαίνειν τὰς τῶν σώματος βαχύτητας.

De Myagro herba. Cap. CXII.

Myagron. Sunt qui melãpyron. Romani myagrũ uocãt. Fruticosa & bicubitalis herba est. Folia habet rubię foliis similia, colore pallido. Semẽ fœnographico simile, pingue & oleosum: quo utunt tũdentes crematũ & uirgas eo circũlinentes, mox pro lucerna utentes. Creditur q̃ fœminis pinguitudo illa cutis asperitates exequare oẽs & leuigare.

INTER-

INTERPRES.

SYl melampyro eadē myagros est, q̄d Græci oēs testātur, binominē herbā facientes, in triticea segete nasci autore Theophrasto cōstituendū est, q̄ VIII. de plātarū historia uolumine Siciliæ melampyū priuatim assignat: & cōtrà q̄ in auena & lolio fit, innocentē & tritico nihil officientē describit: nec uox aliud indicat q̄ nigri coloris triticū: quēadmodū fortè myagros q̄d mures uenatē & perimit: in illo niger in plerisq; seminibus color, rē certā facit: in hoc rarus euētus, prēterq̄ ex historia cōstitui nō potest, quæ nobis nulla est: nec nos nisi ex uocis significatione rei coniecturā hāc facimus. Corrupta in hoc capite & aliena illi penitus uox erat in seminis similitudine & cōparatione, in qua ut ferè in cūctis legitur, λαχήλῳ ὁμοίοις est, q̄d simile colo significat: at nō collo, sed fœnogræco legendū & uertendū fuerat, τήλιδι enim nō λαχήλῳ in antiquioribus ipsidemq; melioribus legitur. Habetq; certiorem rationem, ut semen semini, q̄ hominis aut animantium collo comparetur, cui nec forma nec quantitate aliquod in plantis semen simile aliquis fortè uidit.

περὶ Οἰνάγρας. κεφ. ϕ'.

De Oenagra herba. Cap. CXIII.

ΟΙνάγραν. οἱ δὲ, οἰνοθήραν. οἱ δὲ, ὄνου γῆν. θάμνος ὅσῃ σευδοζοφοειδής. ἐυμεγέθης. φύλλα ἔχον ἀμυγδαλῆ παραπλήσια. γλυκύτερα δὲ ἢ κῆπεύτου. ἄνθη ροδοειδῆ μεγάλα. ῥίζαν δὲ ἡδυκήν. μικρόν. ἣ ὡς ξηρανθεῖσα, οἴνου ὀσμὴν ἀποδιδοῦσι. φύεται δ' ἐν ὀρεινοῖς τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει ἀποδεγματοειδῆ ῥίζης ὑπὲρ ἄκρων πινόμενον. μᾶλλον αὐτά. καὶ ἁπλοῦται τὰ ἕλκη.

Oenagrā. Sūt q̄ œnotherā, q̄ œnotherin, Romāi pariter Græcis œnagrā uocāt. Grādis hic frutex est & arboresci. Folia habet amygdalæ similia, latiora tñ, liliorum foliis similia, grādes & roseos flores. Radicem candidā & longā, quæ ficcata, uini halitu & odore sentit. Nascit mōtanis locis: habetq; uim dilutū radicis, ut potu eius ferocientiū omniū animaliū feritas mitigetur. Lenit eadem emplastri modo imposita, dolosa & malefica ulcera.

INTERPRES.

DIscrepant non leuiter in radicis œnagræ historia Theophrastus & Dioscorides, candidam hic, ille rubentem tradit: in reliquis eadem ambobus omnia: & Theophrasto huiusmodi sunt: ἡ δὲ τὸ οἰνοθήρα ῥίζα λευκοτέρα ἐν οἴνῳ, πραοτέρου πρὸς τὸ ἡδὺ. ἔχει δὲ ὁ οἰνοθήρας πρὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἀμυγδαλῇ. πλατύτερον δὲ. ἄνθος ἐρυθρὸν ὥσπερ ῥόδου. μέγας δὲ μίγας ὡς θάμνος. ῥίζα δὲ ἐρυθρὰ καὶ μεγάλη. ὄζει δὲ ἀναπεῖσα ὥσπερ οἴνου. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία: quorum sensus est: Radix uero œnotheræ mitiores & hilariores mores facit in uino pota: habetq; folium amygdalæ simile, uer untamen latius. Florem rubentem ceu rosam. Ipse grādis ut inter frutices est. Radix illi grādis & rubens, quę siccata uinū olet. Amat mōtana loca. Ex his multa in impressis scriptoris huius codicibus emēdare licuit: primūq; non γλυκύτερα, id est, dulciora eius folia, sed πλατύτερα, id est, latiora legi oportere: mox in radice nō μικράν, id est, paruā, uerū μακράν, id est, longā. Nomen illi ab euētu factū. Quodq; Theophrastus ait mitiores & hilariores mores facere, eodē pertinet, quo hic ait, poto diluto eius leniri ferocientium omniū animaliū feritatē: nomenq; id significat: siquidē οἰνάτρα & οἰνόθηρα siue οἰνόθυρον ex eadē ui capiēdi, tenendi & domādi uoces sunt. Significatq; οἰνάτρα quemadmodū & podagra aliaq; huiuscemodi, quæ uino capiat, uenetur & domet: ἀτρεύειν enim in uenatione capere est: nec minus etiā θηρᾶσθαι: à quibus uerbis Græci transferentes multa huiuscemodi finxerūt, & inter cætera οἰνάτραν hāc & οἰνόθηραν. Egit de ea Theophrastus cum numeraret quæ diuersis locis uina aut uinosa alterutrā hominis partē, corpus scilicet, aut animū mouent. Videturq; Theophrastus non tantū ad mulcendā brutorū feritatē uim illi esse ostendere, uerū inter homines etiā uelut inducta non ebrietate, sed quā Græci οἴνωσιν uocant, tristitiæ ex uino remissione usum eius quondam fuisse. Hic tamen ad ferocentia tantū animalia contraxit: neq; ab re, quando in iuuencorū domitura Columella præcepit eorū tergora tractare & respergere mero, quo familiariores bubulco fiāt. Idemq; à mellarijs etiā in apibus seruari. Rationem ex natura uini colligere facile est. Theophrastus etiam quo dixi modo eam breuiter reddidit. nō malè in ferocia & tristitia hominis, sine ebrietate & poculorū sumptu, radice œnagræ huius uteremur: si, quemadmodum inuentu, sic cognitu etiam facilis esset.

περὶ Κειρσίου. κεφ. ϕά.

De Cirsio. Cap. CXIIII.

ΚΙρσιον. οἱ δὲ, βούγλωσσον μέγα καλοῦσι. ῥωμαῖοι δὲ ἄκανθα μόλις. ἀκαυλός ἐστιν ἁπαλός. ὡς δ' ἔπος εἰπεῖν ἄκαυλος. τὰ κάτωθεν φύλλα ἔχουσα. τὰς γωνίας ἀκανθώδεις ἐκ διάστασης μακρᾶς μαλακάς. τὰ δὲ φύλλα βουγλώσσου ἐμφερῆ. διάστασιν μεγίστην μακρότατα. ὑπόλευκα καὶ ἀκανθώδη περὶ πέρατα. τὸ δὲ ἀνωτάτω τοῦ ἀκροπόρφυρα. ἐκπαππούμενα. ταύτης τὴν ῥίζαν ἀνορύξας ἀναγράφει ὑπὲρ τῶν ἀλγούντων τόπων, παύειν ἀναδούμενον, παύειν χεῖρας ὧν πόνους.

Cirsion. Sūt qui grandē bugloſſum. Romani spinā mollē appellant. Caulis tener est, bicubitalis ferè triquetrusq;. Habet ab inferiore parte foliola rosaceorū figura, aculeatis p interualla angulis, sed mollib⁹ aculeis. Folia bugloſſo quā linguā bubulā uocāt, similia habet, leniter hirsuta, lōgiora tñ albicātiaq;, & in extremitatibus aculeata. Quod uero in caule summū est, circinatū hirsutūq; capitula habet in summo purpurea: quę postremo in pappos euanescunt. Eius radicē tradidit Andreas herbari⁹ religatā qua parte sentiant, uaricū dolores finire.

INTERPRES.

Varices

Varices. VArices quos Græcorũ medici oẽs cirsos uocãt, cirsio de qua nũc agimus, nomẽ fecerũt: illis eñ mede tur: alioqui Aristoteles multis locis, priuatim q̃ Plutarchus in Mario, ixyas eos uocauerunt. Sunt q̃ uarices (in quorũ sectione, quẽadmodũ Cicero in Thusculanis quæstionibus testatus est, C. Marius rusticanus homo & planè uir, ligari se uetuit, cũ nullus ante eũ solutus diceret sectus fuisse) uenarũ dilatationes, quę aliquãdo in tẽporibus, nõnunq̃ sub umbilico, in imo uentre, sæpe circa testes, frequẽtissime aũt in cruribus fiũt. Constãt q̃ plerũq̃ & fiũt ex atræ bilis materia. Et quoniã uaricũ huiuscemodi doloribus im positũ cirsion hoc medet, ideo à beneficio nominis honorẽ eũ inuenit. Credimus q̃ nos ex his quæ obserua ta in antiquis scriptoribus à nobis fuerũt, medicorũ uocẽ esse cirsos, q̃ totũ hoc genus toto corpore dilatan tium se uenarũ cõplectuntur: ixyas aũt aliorũ scriptorũ, qua in cruribus tantũ factas easdẽ dilatationes indi cant. Latinis certè nescio ego an alibi q̃ in cruribus facti uarices inueniant. Quotidianũ & uulgare malũ, ire quens q̃ in his qui diutius stare aut onere aliq̃ graues iter facere coacti fuerint. Hanc, ut in Dioscoride legit, grãde buglossum de q̃ mox dicendũ erit, aliqui uocauerũt: nõ leui inter hãc & illã dubitatiõe, utra uerũ bu glossum, & quenã buglosso cõgener cirsion hęc sit: Sũt eñ multę inter se similitudinis cirsion et buglossum: licet illa à boũ linguis indicata fuerit, hæc à uaricibus de quibus pauloante dixim⁹: notũq̃ omnibus modo buglossum est. Quæ si sit qualis in hortis & agris fodit, necessario relinquit esse cirsion quã nostra ætas bor raginem uocat. Verũ quẽadmodũ Nicolaus Leonicenus in hac ipsa re cõmentatus iampridẽ est, nõ impor tune dubitauerit aliquis, cõmutatas inuicẽ duarũ herbarũ appellationes fuisse: esse q̃ antiquã buglossum, nostrã borraginẽ: cirsion uero hoc, nouã & nostrã buglossum. Quæ eñ huic & illi notę uires q̃ tribuunt, mu tatis hac ratione plãtis, magis cõuenient. Purpurea eñ flor cacumina, quæ in cirsio hic describit, eius po tius sunt quę buglossum nũc dicit, q̃ borraginis quę cęruleos habet flores. Quod q̃ buglosso hic paulo post tribuet, lætitiã & hilaritatẽ facere in uini pocula demissam, borragini passim tribuit. Iactat q̃ quotidie gens nostra ad cordis hilaritatẽ multo eius cibo utendũ esse. Quinetiã quæ eodẽ loco describũtur folia aspera & nigriora, borragini magis q̃ buglosso cõpetunt: quæ albicante folio penitus est. Sũt pręter hæc alia etiam, quibus significari id poterat: sed in re iampridem ab alijs tractata, satis hæc sint.

κιρσοὶ. ἰξίαι. Varices.

περὶ Ἀστέρος ἀττικοῦ. κεφ. ϛε'.

Ἀστὴρ ἀττικός. Οἱ δὲ, ἀστροβίσκος. οἱ δὲ, ἀστέριον. οἱ δὲ, βουβώνιον. οἱ δὲ, ὑοφθαλμον. ῥωμαῖοι ἐγγινάλις. δάκοι ῥαδίβιδα. Ξύλινον ξυλῶδες. ἐστὶ ἄκρου ἔχον ἄνθος πορφυροῦν μίλινον. ὡς πρὸς ἀνθεμίδος κεφάλιον περιχές. ἔχει δὲ φύλλα ἀστέρι ὅμοια. τὰ δὲ περὶ τὴν καυλὸν φύλλα ὑπερμήκη καὶ λασία. Ὠφελεῖ δὲ σύμαχον ἐκπυρούμενον καταπλασσόμενον. καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καὶ βουβῶνας. καὶ τὰς προπώσεις ἕλκη. φασὶ δὲ καὶ ἀπορρυίζον τοὺς ἄνθρακας μετ' ὕδατος ποδὸς, σωματικοῖς βοηθεῖν καὶ ὠλικίαις παιδίων. ἀσμόζει δὲ καταπλασσόμενον ὑγρὸν πρὸς βουβῶνα φλεγμονάς. ἐκρὸν δὲ ἀναμεμειγμένη τῇ ἀρίστῃ χρὴ τοῦ ἀλγοῦντος, καὶ περιαφεῖναι ἐπὶ βουβῶνι, ἀπαλλάσσει τῆς ὀδύνης.

De Astere Attico siue inguinali herba. Cap. CXV.

ASter Atticon. Sunt qui asteriscon, qui asterion, qui bubonion, qui hyophthalmon uocẽt. Daci rathybida. Romani inguinalẽ herbã appellãt. Lignosus caulis inguinaria herba est. Purpureũ & luteũ habet in summo florẽ ueluti chamæmali capitulum, un dicq̃ per orbẽ incisuris diuisum: foliolis stellæ simi libus. Quæ uero circa caulẽ folia sunt, oblonga & hirsuta sunt. Prodest æstuãti stomacho emplastri mõ impositа. Prodest & oculorũ inflãmationibus, inguinibus, procidẽtiq̃ sedi. Ferũt præterea q̃d in flore eius purpurescit, anginis cũ aqua porũ præ fidio esse: prodesse & comitialibus infantibus. Cõ tra inguinũ inflãmationes recens utiliter empla stri modo imponitur. Sicca eadẽ quæ tamen fini stra manu eius qui remediũ sibi quærit decerpta fuerit, inguini adalligata, dolores inguinũ finit.

INTERPRES.

FOliorũ in flore inguinalis herbæ numerus, positura & forma, quibus stellæ modo radiat, cognominẽ stellis uulgarẽ alioqui & in sepibus nascentẽ herbã fecerũt. Vsus deinde medicorũ q̃ cœtus utilẽ inguinibus cognitã in Græcis bubonion, in Latinis inguinalẽ appellauit. Nec ausim ego cõstituere, unde illi maior laus & nois honestior æstimatio fuerit. Gloriosum siquidẽ est è cœlo syderibus q̃ eius honorẽ inter gẽtes inueniss: Nõ minoris faciendũ tamẽ, potuisse aduersus naturę iniurias nullo etiã hominis sensu eũ tueri. Tãta siquidẽ tã q̃ præsens cõtra inguina eorũ q̃ dolores uis inguinalis herbæ est, ut adalligata solũ in eo ma lo medicinã faciat. Id q̃ grauissimi Græcorũ medici testati sunt, Galenus, Paulus Aegineta, Plinius etiã, & ipse, cui nõ minus curæ fuit hæc inuenire q̃ docere. Sit ergo illi asteris nomẽ à folio in floribus figura & situ: sint & asteriscos & asterion: in cũctis eñ stellæ uis & significatio est, quã Græci astera uocãt. Sola q̃ hæc nominis huius causa habeat, nõ quia noctu & in tenebris stellarũ modo fulgeat, ut posteriores Græci etiã crediderũt, quorũ aliqui inutiliter in extrema capitis huius coronide addiderũt, quæ in alijs interpretibus legũntur ab eo principio: Nascit autẽ media inter petras, &c. Omnia enim ex eo loco usq̃ ad reliquũ capur, ex hac opinione illi accreuerũt. Nos ea reiecimus, nullibi in antiquissimis & optimis Græcis Latinis q̃ inuẽtaq̃d nec Plinius huius scemodi aliquid nõ relicturus, nec Paulus Aegineta, nec Serapion, nec antiqua huius scriptoris interpretatio ostendũt. Accedit q̃ his omnibus, ut cũ superstitiosum aliquid, aut quod ad religionẽ nostrã pertineat, in hoc scriptore legit, persuaderi nõ possumus eius esse, ut sæpe alijs testati sumus.

Aster

After itaq́, id est, stella ob eam quã prius diximus causam dicta herba inguinalis est. Adiecerũt illi ab Athenien sibus agro notã ueteres Græci, q́ illic ob soli tenuitatẽ frequẽtior aut melior forte nascereť. Bubonios eadẽ ab ijsdem Græcis deinde dicta est, quoniã inguinibus quæ bubonas illi appellãt, tam præsenti remedio medetur, ut adalligata tãtũ medicinã in eo malo homini faciat. Hyophthalmos postremo quasi suis oculus, q́ totus eius flos animalis illius oculũ referre uideatur. In quo animaduertendũ est, quod hic ait habere inguinalẽ herbã purpureũ & luteũ florẽ, ad diuersas floris partes referendũ esse, sunt enim in eo purpurei coloris folia: quod uero mediũ inter ea folia capitulũ est, chamæmali modo lutescit: & hęc pro nominũ & flor hi storia satis sint. In reliqs poterũt legẽtes qualia cuncta sint per se æstimare. Et in inguinibus, quæ Græci una appellatione bubonas dicũt, meminisse: Omnium gener præter naturã tumores in quacũq́ corporis parte factos, sua uoce Græcos bubonas quondam uocasse: paulatim deinde ad certa aliqua genera contractã fuisse uocãt, ptuatim q́ bubones dictos, qui aut offensa propinqua parte, aut ulceribus alijs, aut doloribus sine periculo plerũq́ adnasci consueuerũt: aut qui per pestilentiã in febribus præsenti periculo ingruere solẽt in fœmoribus, alis, collo q́. Latini cõtrà inguina sua ad certã fœmor partẽ angustius q̃ decebat adhuc contraxerunt: quoniã scilicet, frequentiores illic fiant tumores & ueluti absessus huiuscemodi: quibus mederi inguinariam hanc Paulus Aegineta his uerbis testatus est: ὁ δὲ ἀπὸ ἀσήρ ὁ πρὸς ἥλιον βουβώνιον δὲ αὐτὸ τοῦτο καλοῦσιν, οὐ μόνον κατὰ παρόμοιον, ἀλλὰ καὶ διὰ παρόμοιον ὠφελεῖν πεπιστευκότες: q̃d est: Atticus aũt aster herba, quã bubonion. i. inguinalẽ ob hoc ipsum uocãt, nõ tm emplastri mõ imposita, uel adalligata etiã prodesse credit.

βουβῶνες Bubones

Inguina

περὶ ἰσοπύρου. κεφ. ψγ'.

De Isopyro herba. Cap. CXVI.

ΙΣόπυρον. οἱ δὲ, φασίολον καλοῦσιν. ἀνὴρ δὲ ῥιζοειδέα φασιόλῳ, ἐφ' ἧς κατ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ. λεπτὰ κεφάλαια ἐπ

toto anno uireat, & flores tenuí quidē ſed longiore coliculo altius à terra inter folia erigat, quæ hic meritò hederæ cōparauit: quoniā proxime ad eam figurā accedunt. Murariam uiolā à Latinis uocari in Dioſcoride legitur: neſcimus tamē q̄ uetuſta ex uoce ſit: ſed quæcunq; ea eſt, naturæ eius reſpondet: quoniā ut diximus, ad muroꝝ radices umbroſis locis frequens & ſpecioſa naſcit. Eadē cauſa fuit cur ſyluestris uiola itidē dicere, quoniā locis nō cultis naſcit: nec uiolaria in hortis, ut cæteræ illi cognomines, habet. Potuit quondā etiā religione aliqua & numinis gratia cōmēdari: ideoq; Cybelios uiola ab antiquiſſima dea Cybele dicta, laudē potius q̄ nomē id inueniſſe: ſed nobis nulla eſt eius nominis certa ratio aut cōiectura, quēadmodū & reliquæ aliæ penitus ignotæ: niſi Priapeios nō diſſimili ratione q̄ Cybelios ab antiquo ruris & hortoꝝ numine dicta fuerit. Deſcripſit eam Theophraſtus li. vi. de plantaꝝ hiſtoria. dixitq; προσριζόφυλλον καὶ ἀείφυλλον εἶναι, καὶ ὥσ τινες φασὶ, λυναιμόνην λιόλου φέρειν ἀνθ' ἑὰν μόπω τινὶ θιραπεύωτ: quod eſt: Exire & uiuere folia eius in radicis capite tantū, per petuaq; uirere fronde: id enim uoces illæ duæ ſignificant. Facileq; eſt uidere foliolum uiolæ huius ceſpitem, nullis caulibus aut ramulis à terra ſurgentē, q̄d cæteræ habent uiolæ: nec æſtu anniuerſcere aut hyeme, quod aliæ patiuntur: ſed poſt amiſſos flores, uirētibus foliis medicinæ toto anno etiā inſeruire. Adiecit præterea, teſtari quoſdam poſſe hāc uiolā cōtinue toto anno florere, ſi aliqua ratione curetur; quā tamen ille nō retulit, nec quibus locis id excogitauerint homines. Adiecit eodem libro idem ſcriptor, differre hanc à reliquis uiolis in reliqua natura, præcipue aūt, ὅτι πλατύφυλλος, καὶ ἐπίφυλλος, καὶ σαρκόφυλλος & ἰσ'νιφ ſcilicet, latiore folio q̄ reliquę uiolę ſit: intelligitq; reliquas uiolas, leucoia ab omnibus appellatas: eodēq; folio ſit ἰσ'νιφέϛερον, id eſt, terreſtri, quod à terra nō ſurgat: & præter id carnoſo & pingui. Quæ omnia lōgius forte dicta aliquibus uidebunt: ſed nos rei certitudini cōſulētes, obſcuriores breuitate nolumus fieri. Quo cōſilio in uiolæ huius ſignando colore à principio ſtatim uſi ſumus, & contra alioꝝ interpretū editiones nigrā nō purpureā uiolam propoſuimus: Ne ſi purpureā diceremus, miſcerētur diuerſi coloris cōgeneres flores. Sunt enim in leucoioꝝ genere purpureæ uiolæ quas Columella Sarranas ab eadē purpura & Sarrano oſtro appellat, in cenſu eaꝝ & ordine quæ ſurculoſæ ſunt, in parietibusq; & hortis naſcūtur, aliter q̄ hæc diſpoſitis in flore foliis, & plures uno pediculo pendētes: quæ proprie & uerius purpuræ uocant. In illis enim uera eſt purpura, quēadmodum in his in nigro purpureus magis color q̄ purpura. Et hæc pro notiſſimi floris hiſtoria ſatis ſint. Quibus adiiciemus, mutaſſe nos titulū capitis huius, & de nigra uiola inſcripſiſſe: quoniam res id extgebat, & in melioribus græcis aut nulla coloris nota addita fuerat, ſimpliciterq; de uiola caput inſcribebatur: aut τὸν μέλαν in aliquibus legebat. In quo nunq̄ ſatis demirabitur lamentabiturq; aliquis librariorum omnibus ſeculis incuriam, & profeſſorum tam ſupinam negligētiam, quæ non ſolum huic capiti à principio ſtatim nocuerint, ſed maiore iactura poſtremam eius partem in qua de remediis & medicina agebatur, ex ſuperiore inguinariæ herbæ, ut nos credimus, capite acceptam, iiſdem uerbis in nigra uiola reddiderint. Nolumus nos decernere (medicorum enim id eſt) an adeo pares in medicina uires nigræ uiolæ & inguinariæ herbæ ſint, ut iiſdem in homine malis pariter inſeruiant: fieri enim id poteſt. Sed quod ſuſpicari uitium nos cogit, idem uerborum ductus eſt, eadēq; nullis mutatis rerum omnium ſeries: quod nec neceſſariū erat, & paꝝ ueriſimile in ſcriptore hoc eſt. Accedit his etiam teſtis in Latinis Serapion, qui in poſtremo uiolæ huius capite reddit & ipſe: æſtuanti ſtomacho, oculorūq; inflammationibus, & procidenti ſedi, folia eius prodeſſe: Statimq; ſubiicit: flores eius anginis & puerorum epilepſię utiles eſſe. Quę omnia in inguinaria herba eodem ordine legūtur: idēq; uerborum ductus & ſeries in antiquiſſimo Longobardis literis ſcripto quē habemus Latino Dioſcoride etiā audiē. græci omnes itidem quos hactenus uidere licuit, utrobiq; eandē lectionem oſtendunt. Diſcrepant tantū à Latinis, q̄ in illis legitur: φασὶ δέ τὸ πορφυρίζον τῶν ἀνθέων quod eſt: Ferunt præterea quod in flore purpureſcit &c. Florem aūt Latini omnes ſimpliciter dicunt, non quod in flore purpureſcit. Videbaturq; autoritate eoꝝ poſſe florem ſimpliciter dici: Verūtamen in Græcis uoces illæ non florē ſimpliciter, ſed quod in flore purpureū eſt, ſignificant: diuq; in ea re anxij, qualia in ſcriptore hoc omnia erant, tandē uertimus: ita tamen ut moneremus, ex nimia reiꝝ & uocū in hoc capite cum illo ſimilitudine, Latinoꝝq; ſcriptorum in ea parte uarietate, ſuſpicari nos uitium, quoniā parum ueriſimile eſt, & ſi ſimiles & pares etiā uires habeant, diuerſæ plantæ totidē & iiſdem penitus uerbis doceri debuiſſe. Poterunt uolentes quæ dicimus utrobiq; totidem & eadem collatis inguinariæ herbæ & nigræ uiolæ huius extremis partibus & medicina cognoſcere. Cur aūt in flore nos à uocibus ſcriptoris huius nuſq̄ diſcedentes, quod in flore purpureſcit, q̄ florem ſimpliciter uertere maluerimus, cauſa & ratio non leuis fuit, autore Theophraſto indicanda: qui totius naturę præſertimq; plantaꝝ diſciplinæ peritiſſimus, lib. i. de plantaꝝ hiſtoria in floꝝ cenſu & ordine, monuit eſſe flores quos ille διανθῆ, quaſi duplicis floris uocat: & in re forte tūc

ἄνθη διανθῆ parū certa, his uerbis eam docet: λέγω δὲ διανθὲς, ὅτι φέρον ἄνθ' ἐν τῷ ἄνθῃ ἔχῃ δὲ μέσον, ὥσπερ τὸ ῥόδον, καὶ τὸ κρίνον, καὶ τὸν μέλαν: quod eſt: Dico aūt duplicis floris, quoniā medium alterū florem in flore habet, qualis roſa lilium & nigra uiola eſt. Omnibus his alterum flori florem ineſſe Theophraſtus monet: intelligendiq; ſunt flores in alio flore, apices capillamentaq; illa quæ croceo colore in mediis lilijs & roſis ſunt. Dico autem roſas non omnes, ſed puniceas & quæ latiore gyro ſe explicant, in quibus apices illi mediī certius & altius ſurgunt. Eadem ſpecies & in nigra uiola eſt, habetq; & ipſa in medio apices luteos, ſed non tam manifeſtos ut lilium & roſa: q̄ comparati reliquo flori, inutiles forte ſunt. Potuitq; Dioſcorides certiore diſciplina docere, nō eſſe in medicinæ uſum ſumendos totos nigræ uiolæ flores, ſed quod tantum purpureſcit. Ea aūt ē folia deſecto ungue ſunt, non aliter q̄ in roſaceo hic ipſe etiam monuit, auferendos ex roſis ungues, quoniā inutilis mediī cinæ ea pars ſit. His nos cauſis & autoribus perſuaſi, nihil à communi omnium Græcorum lectione mutauimus, & ſi quod teſtati antea ſumus, non aliter q̄ in iudiciorum queſtionibus & teſtium dictis, eadem in duobus capitibus omnia ſuſpectā nigrę huius uiolę medicinā fecerint & adhuc faciant.

περὶ κακαλίας. κεφ. ϡέ. De Cacalia. Cap. CXVIII.

Cacalian

Καλαλία. οἱ δέ, λεοντίκιον. φύλλα φέρει λευκά. εὐμεγέθη. καυλὸς δὲ καὶ αὐτὸς μέσος ἀρθός. λευκός. ἄνθος ἔχων εἰκὸς σταφυλῇ μέλαια. ἐν ὄρεσι δὲ φύεται. ταύτης ἡ ῥίζα ἐν οἴνῳ θερμῷ μιχθεῖσα ὡς ἓξ ἡμέρας καὶ ἑκλιχμωμένη ἢ διαμασωμένη καὶ ἑαυτῇ, βήχας καὶ δυσπνοίας τὰς ἀρτηρίας ἀφαιρεῖται. οἱ δὲ μετὰ τὸν ἀνθησιν ἐπιφυόμενοι κόκκοι λεῖοι, ἀναληφθέντες κηρωτῇ καὶ ἐπιχρισθέντες, πανοῦσι καὶ ἀξεστίδωτον τὴν τοῦ προσώπου.

CAcalian. Sunt qui leonticen. ⌊Romani pariter Græcis cacaliã uocant. ⌋Folia fert candida grandiaq;. Caulis ex medio exit rectus cãdidusq;: Flore candido, muſco aut oleæ ſimili. Naſcitur in montibus. Radix in uſu medicinę eſt: quã ſpinę hircinæ modo in uino madentẽ, in eclegmate dãt: aut per ſe commãducant contra tuſſim & aſperas fauces. Quæ uero cum defloruit ſubnaſcuntur grana, cera coacta, mox inuncta, ſine rugis & extenta cute humanam faciem ſeruant.

INTERPRES.

CAcaliam deſcripſit Plinius xxv. uolumine cap. ix. leonticẽq; uocari & ipſe ait: Minutis margaritis ſimile habere ſemẽ inter folia grandia pendens, natalesq; illi plerũq; montes eſſe: nec ultra in hiſtoria eius quicq; tradidit. Nos uero deſcriptũ ab eo florẽ fuiſſe optabamus: ut q̃d in antiquis Græcis hoc capite uariat, certius cõſtitueretur: in cunctis enim uno excepto qui nobis uetuſtiſſimus & probatiſſimus codex Dioſcoridis eſt, legitur: ἄνθος ἔχων ἰοικὸς θρύῳ ἢ ἐλαίᾳ. Quod ſi uerbũ de uerbo fiat, ſignificat florẽ habens quercui aut oleæ ſimilẽ: eamq; lectionẽ ſecuti cæteri interpretes, querno aut roboris flori ſimilẽ fecerunt. Nos muſco aut oleæ uertimus, ueterũ & meliorũ codicũ fidẽ ſecuti: in q̃bus ut nos credimus antiqua & uerior lectio eſt: λευκὸν ἄνθος ἔχων, ἰοικὸς βρύῳ ἢ ἐλαίᾳ: quod eſt ut nos diximus: flore candido, muſco aut oleæ ſimili. Sumuſq; ad hãc interpretationẽ præter Græcorũ fidẽ Latinorũ etiã antiquiſſimis monumẽtis uſi: inter quæ Lõgobardis literis ſcriptus Dioſcorides nobis eſt, in quo manifeſte bryo ſimilis legit. Eſt aũt Græcis bryon, qui in torrẽtibus aut arboribus cõcreſcit muſcus. Cui in cõparatione rñdẽt oleaginꝰ flores, qui paſſim à cũctis muſcoſi dicũtur. Quæ ratio etiã nos monuit, muſcũ magis q̃ quercũ aut robur hoc loco uertere: nihil enim muſcoſo oleæ flori ſimile habent querni aut robuſtei flores: at cõtrà, bene ad tertij floris ſimilitudinẽ alternãtur muſcus & oleagini flores. Eſt præter hæc in extremo capite quod nobis & Barbaro nõ cõueniat: quod enim hic ait, τιτανὸν καὶ ἀρρυτίδωτον τὴν τοῦ προσώπου. Rigores neruorũ peruncti molliunt, & rugas à facie defendunt, uertit Ille: Sed indignũ eo homine, id eſt, qui alioqui cõtinuus & diligens Plinij auditor erat: obſeruare enim & meminiſſe debuerat, xxvi. uolumine cap. xvi. his uerbis eũ ſcriptorẽ Dioſcoridis decreta hæc uertentẽ: Cacaliæ grana mixta ceræ liquidæ, extẽdunt cutem in facie, erugãtq;. Nihil quod ad rigores pertineat in cacaliæ remediis aut hic aut alij docuerunt. Neq; Græca uox τιτανὸς hoc loco ſubſtantiua for ma rigorem, ſed adiectiua quod tenditur & plenũ ſucco ſine rugis aſperitate' ue aliqua nitet, ſignificat. Indicatq; qui acuitur in fine accentus. Aliter enim Græci τίτανον, id eſt, rigorem ſcribunt, aliter τιτανὸν, id eſt, extenſum & ſine rugis. Sic docent Græcorum grãmatici: licetq; humiliora hæc ſint, ignorata tamen aut nõ obſeruata, rigores pro nitore cutis audire alios cogunt, & in medicina re mediorũ diſciplinã miſcent. τιτανέω

Περὶ Βουνίου. κεφ. φϟ'.

Βουνίον. ⌊οἱ δὲ, ἄπιον. οἱ δὲ, ἀκτίνιον. οἱ δὲ, ἀνεμόσφορον. πρωφῆται παράδαξυ. αἰγυπτίοι ἐξέωλον. ῥωμαῖοι σκόπα ἔρεγια. ἄφρον ζιγάς. οἱ δὲ, θεῖον.⌋ καυλὸν ἀνίκητον τετράγωνον. ⌊καὶ ἐν αὐτῷ κλωνάρια πλείονα φυλλαρίων λεπτῶν καὶ ἀνθῶν πολλά. τῷ μήκει δακτυλιαῖον.⌋ εὐμήκη. πάχος δακτυλιαῖον, φύλλα δὲ ⌊πρὸς τὴν ῥίζαν⌋ ὅμοια σελίνῳ. λεπτότερα δὲ πολλῷ πρὸς τὰ τοῦ κοχλίου ἄνθος ἀνήθῳ. σπέρμα εὐῶδες, ὑοσκυάμου μικρότερον. ⌊ἰσχνόμυλον μικρόν. δραχμαῖον.⌋ καλεῖ τε ⌊νεφροῖς, καὶ κύστει ἐπιτήδειον. χρῆσις δὲ αὐτοῦ ὑγρὸν τε καὶ ξηρόν. καὶ χυλὸν ἐνέπρησε σὺν ταῖς ῥίζαις, ⌊καὶ τοῖς καυλοῖς, καὶ τοῖς φύλλοις,⌋ μετὰ μελικράτου.

De Napo quod Bunion dicũt. Cap. CXIX.

BVnion. ⌊Sũt qui aron, qui arction, qui anemoſphoron. Magi paradacry. Aegyptij erxoën. Aphri zigar ſiue thepſo. Romani ſcopam regiam uocãt.⌋ Caulem ex ſe mittit bunion quadrangulũ, ⌊& ex eo ramulos plures foliolis tenuibus & floribus plenos,⌋ longitudine digitali. Folia ⌊ad radicẽ⌋ illi ſunt apio ſimilia, multo tamen tenuiora, ad coriandri figuram accedẽtia. Flos anethi illi eſt. Semen odoratũ, Apollinaris herbæ ſemi nibus minus. Calefacit bunꝰ ſemen. Vrinam cit. Secundas trahit: lieni, renibus & ueſſicæ accommodatum. Vtuntur eo recente pariter & ficco: utunt & ſucco ex eo expreſſo, radicibusq; & caulibus ⌊& foliis⌋ cum mulſa aqua.

INTERPRES.

ALterum & primũ in diuiſione Naporũ genus bunion hoc facit: deſcribiturq; à cũctis ñſdem huic ſcriptori notis & uiribus: non tamen in ſanitatis uſu receptũ à gentibus ut alterum & ſecundũ illud eſt, quod fœminino genere buniada Græci uocãt, ſecundo uolumine à rapis ſtatim quaſi eiuſdem illis generis ab hoc ſcriptore tractatũ. Vtriq; radix craſſior, ſed contrà q̃ in rapis acuminatæ longitudinis: huic etiã exilior q̃ buniadis & minor. Egit de eo Plinius libro xx. capite iiii. cũ de reliquo naporũ genere ageret. Nomen ambobus factũ aliqui tradiderunt ἀπὸ τοῦ βουνῶν. Vocant aũt Græci inter alia bunos tumẽtia, & quæ Βουνὸ

in amplitudinẽ creuerunt: quæ naporum radicis forma eſt. Cur aũt in Dioſcoride legatur ſcopam regiã bunion à Romanis dici, ignotum nobis eſt: nihil enim habet plãta hæc quod ſcopis congruat: nõ furculoſam naturam, nõ uſum, non folia, non aliud quidpiam quod ſcoparũ rationem indicet aliquam. Ignotæ alterius appellationes etiã, ſola arction ex ſimilitudine facta eſt, quã nos Pauli Aeginetæ autoritate iuſtauimus. Nõ legitur in Barbari editione hoc caput: nec nos ſcimus relictum' ne à librarijs imprudenter in excribendo fuerit, an potius quia de napis ſecundo uolumine actum fuerat, ratus abundare, uolens ipſe & prudens id reliquerit. Siquidem in Corollario etiam nihil actum de bunio ab eodem eſt. Verũtamen autoribus græcis omnibus recipiendum, & cum cæteris uertendum fuerat: qui enim de pſeudobunio agi mox poterat, niſi de uero bunio actum prius fuiſſet? Veræ enim alicuius oportet falſam & mentientem in plantis eſſe. Calido temperamento bunion eſſe Paulus Aegineta decreuit, ideoq; urinam & menſes ciere.

περὶ ψευδοβουνίου. κεφ. ψζ'.

Ψευδοβούνιον δαμώνιον ὃ καὶ ἀνδαμαῖον καλοῦσιν. ἔχον φύλλα [καὶ κλωνία] ὅμοια, μικρότερα δὲ καὶ τανυτέρα καὶ τὰ ἄκρα αὐτῶν πινόμενα κλωνία ὄσον δ'. σὺν ὕδατι, σφόδρα καὶ σφιγγούσας, καὶ πλευρᾶς πόνον δραπεύει. διαφορῶν δὲ καὶ χοιράδας μετὰ ἁλῶν καὶ οἴνου καταπλασσόμενα χλιαρά.

De Pſeudobunio, id eſt, falſa & mentiente bunio. Cap. CXX.

Pseudobunion. [Romani pariter Græcis pſeudobunion uocãt.] Dodrãtalis frutex in Creta naſcit: napi ꝗd bunion uocãt, folia habet [& ramulos:] ea acria ſunt: poſſuntq; cũ aqua poti quatuor fere eius ramuli, tormina, ueſſicæ ſtillicidia, & lateris dolores finire. Quinetiã ſtrumas diſcutit pſeudobunion cũ ſale ex aqua tepidum emplaſtri modo impoſitum.

INTERPRES.

QVale pſeudobunion ſit, præter Dioſcoridẽ, Plinium, cunctosq; alios qui oẽs napo ſimilẽ tradiderunt, nomen ipſum etiam indicat: neq; enim mentiri ueram bunion, nec fallere carpẽtes poſſet, niſi ſimilis illi eſſet: eaq; ſimilitudine fallens, falſum & mendax bunion à Græcis dictum eſt. Monere aliud legentes in eo non oportet: peregrina enim Italiæ herba, & ex Creta repetẽda eſt. Nolumus tamen relinquere quod Dioſcoridi & Plinio in uiribus & medicina eius idem non eſt: πλευρᾶς πόνους θεραπεύειν hic ait: quæ uoces in cõmuni ſignificationis æſtimatione lateris dolores tantum indicant: at ille ait, contra præcordiorum dolores bibi ramos bunij: non leui diſcrimine inter πλευρὰν καὶ ὑποχόνδριον, id eſt, latus & præcordia, quemadmodum ex anatome & partium humani corporis hiſtoria cognoſcere facile eſt: utrinq; enim latera: præcordia autem quo loco nouerunt omnes, ſunt.

περὶ χαμαικίσσου. κεφ. ψη'.

Χαμαίκισσος. [Οἱ δὲ, χαμαιλεύκην, οἱ δὲ, κισσὸς ἄκαρπος. οἱ δὲ, γῆς στέφανος. οἱ δὲ, σελινῖτιν. ἕωμαῖοι ἕδρα πλουβιάτικα.] φύλλα ἔχει ὅμοια κισσοῖς. μακρότερα δὲ καὶ λεπτότερα. πρὸς κλωνία ἀνδαμιαῖα. περίπλεα φύλλων ἀπὸ μιᾶς γόνυ. ἓξ. ἢ ς'. ἄνθη λευκοίοις ὅμοια. καὶ μικρότερα, καὶ πικρὰ πρὸς τὴν γεῦσιν. ἰσχυρῶς. ῥίζα λεπτή, λευκή, ἄχρηστος. φύεται δὲ ἐργασίμοις χωρίοις. ἀφέψει δὲ τὰ φύλλα ἐν χιαθίσκοις, ὅσον τριῶβολον ἐν ὕδατι κυάθοις τρισὶ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ'. ἢ ν'. καὶ ἔκτοπον δὲ ἀπροκαθαίρει, ὁμοίως πινόμενα πρὸς ς'. ἢ ζ'. ἡμέρας.

λευκότερα καὶ λεπτότερα.

De terreſtri Hedera. Cap. CXXI.

Chamæciſſon. [Sunt qui chamæleucen, qui ſterilẽ hederã, qui terræ coronã, qui ſelinitin uocent. Romani ſyluaticã hederã appellant.] Folia hederaceis ſimilia habet terreſtris hedera, longiora tamen tenuioraq;. Ramulos dodrantales, foliis plenos, per terrã ſparſos quinq; aut ſex. Flores uiolis quas leucoia dicunt ſimiles, minores tamen, egregiæ in guſtu amaritudinis. Radix illi eſt gracilis & inutilis. Naſcitur locis cultis. Contra coxendicis dolores trioboli pondere in aquæ cyathis tribus quadraginta quinquaginta'ue diebus folia eius utiliter bibuntur. Quinetiam fellis ſuffuſiones quinq; aut ſex diebus pariter pota emendant.

INTERPRES.

SImilem tantum non congenerem hederæ chamæciſſon ſua appellatione græci fecerunt: licetq; terreſtrem & humi ſerpentem hederam ea uox ſignificet, non tamen hederam intelligere oportet, ſed hederam cultis locis naſcentem, hederaceis foliis: neq; his tota figura: faſtigiantur enim in longitudinem, quod in hedera non fit. Spargit per terram ramulos hæc ſuos, non plures quinq; aut ſex, quemadmodum omnes tradiderunt. Nullos fert corymbos: ideoq; ſterilis hedera à pleriſq; dicta quondam fuit. Eadem terræ corona quondam uocabatur, quoniam ramulos ſuos per eam ſpargens, folioſo ueluti ſerto terrã coronare uidetur. Eam ob floris colorem Plinius ait uiolam albam exiſtimari poſſe cum floret. Cæteri lutei coloris florem illi aſſignant: nec male forſitan: quando leucoiorum uox, quibus flores eius hic comparat, non album magis ꝗ reliquos eius floris colores indicat: eamq; ob cauſam nos ſeruata Græcorum uoce, uertimus uiolis quas leucoia dicunt, ſimiles eius flores eſſe.

περὶ χαμελεύκης. κεφ. ψθ'.

De Chamæpeuce. Cap. CXXII.

Chamæpeucen

Χαμαιλεύκη. πριῆ πρὸς ὀσφύος ἀλγήματα ἐν ὕδατι λεία πινομένη. Ἔστι δὲ ἡ βοτάνη ὁλόχλωρος. ἔχουσα φυλλάρια ἐπικαμπῆ. ἡ ἄνθη ὡς ῥόδα. ἐπικαμπῆς. ἡ ἄνθη ὡς ῥόδα.

CHamæpeucen L Latini piter Græcis chamępeucē dicūt. ⌋Facit ad lūborū dolores chamæpeuce: in quē uſū cōcīſa in aq̄ bibit. L Sūt q herbā colore undiq; herbaceo deſcribāt, foliolis ramiſq; īflexis & roſeo flore,

INTERPRES.

NVlli inueniūtur in Græcis antiqui ſcriptoris huius concordes in hoc capite codices duo ſaltem: tam male & infœliciter actū cū illis etiā in bonis artibus ex multo tēpore eſt. Sed chamęleucem alius tractādā in hoc capite proponit, alius pro ea chamæpeucem habet: in alijs nullū eſt hoc caput: in quibuſdā cū bugloſſo quæ ſequit̄, & in extrema eius parte chamęleuce miſcet. Et prēter id alij breuiſſime rem, longius alij abſoluunt: tam confuſo intellectu & rei inconſtantia, ut quid reddendū nobis eſſet, diu dubitauerimus. Acceſſit tandē anxijs animo Plinius, monuit̄q; lib. xxiiii. cap. xv. in ancipiti chamępeucem potius legēdū eſſe, quoniā quod hic ait, πριῆ πρὸς ὀσφύος ἀλγήματα ἐν ὕδατι λεία πινομένη: ille dixerit lumborū & ſpinæ doloribus propitia eſt: eodem rei ſenſu & uerborū ductu. Veriſimile q̄ eſt ex his quæ Plinius eadem Dioſcoridi reddidit, chamępeucem legiſſe, & hanc fuiſſe eius ætate capitis huius lectionē. Chamæleuces enim aliæ uires & alia remedia ſunt. Deſcripſit̄q; idem Plinius eodē loco chamæpeucem laricis folijs. Suſpendit animo nos tantum Paulus Aegineta lib. vi nullibi tractata chamæpeuce, chamæleucem deſcribens: eam q̄ in tertio ordine calefacere, in primo aūt ſiccare dicens: quo fit ne pro cōperto cōſtituere aliquid audeamus. Multis enim iſſdem q̄ magnis indicijs & autoribus pugnatur: nos q̄ in tanta uarietate id elegimus, quod Latini ſcriptoris ſaltem deficientibus Græcis autoritate ſe tueretur. Id certe non tacebimus, uideri nobis non eſſe integrum Dioſcoridis hoc caput, quale etiam eſt quod ſtatim ſequitur bugloſſum.

περὶ Βουγλώσσου. κεφ. ψί.

Βούγλωσσον, L πρόσφυται γόνυσι ἀλλόχρως. ὀδυνᾶται τραυματικεῖ. αὐτὴ δὲ οἱ αὐτὴ ἐνεργεῖ βέσσων. ῥωμαῖοι λογγάφ. χρῶνται εἰς τὸ πρὸς ὁμαλῶς ἡ ατμώδης. λυσιτελεῖ. πρὸς μὲν πλαῖον δὲ ἔχοντες βοὸς γλώσσου ῥ. καυλοὺς, ὅλως ἀπορριτώσας μετὰ τῶν ἐξ ὧν ἐστὶ τὸ σπέρμα τῆς βοτάνης, ἡ δὲ τέως ἔχοντος ζωπυροῦ ταῖς ὀδοῦσι πιεῖν. ἡ δὲ ἐνέχουσι τὸ σῶμα οἶνον. ἐπὶ πρὸς ἀφεσίματα φασὶν αὐτὸ χρησιμεύειν. ⌋ ἔοικε δὲ φλόμῳ. φύλλον χαμαιπετές. τραχύ τε θιέμενον εἰς τὸ οἶνον, εὐφροσύνης ποιεῖν εἶναι.

De Bugloſſo. Cap. CXXIII.

BVgloſſon L Magi felis genituram. Oſthanes zanuchi. Aegyptij autueorinbeſor. Aphri anſanaphi. Romani bouis linguā, bubulā linguā, aut libanion appellāt. Naſcit fabuloſis & exæquatis in planiciem locis. Colligitur Iulio mēſe: feruntq; contra febrium in acceſſione cū tremore algores utilē: nō tamē ſimpliciter: ſed ad tertianas eā quæ tres tātū caules protulerit, totā cū radicibus ad tertias decoctā biben dā dant: ad quartanas uero, quæ quatuor. Quidā etiam decoctū eius contra abſceſſus ferūt in uino utiliter bibi. ⌋ Verbaſco ſimilia folia habet, & in terram decidua, aſpera nigrioraq;, bubulæ linguę ſimiliatquę in uinum deiecta, uoluptates animi & lætitiam facere creduntur.

INTERPRES.

DIximus non multo ante in cirſio quid alij de ea & bugloſſo hac noſtra ætate ſenſiſſent: diximus etiā quid nobis in ea re magis placeret, & quibus coniecturis mutata inuicē duarū herbarū nomina crederemus. Polliciti præterea ſumus in bugloſſo hac addituros eſſe aliqua: quę nullo modo alia ſunt, q̄ propēſiores cōtinue in eam partem fieri ut credamus, quā ueteres bugloſſon dixerunt, noſtræ ætatis borraginē eſſe: Vtimur q̄ ad eā rem hac etiā cōiectura, q̄ M. Cato xl. capite operis ſui de re ruſtica inſitionē arborū docens, cū inſtituiſſet quatenus & quomodo ſurculos inſeruiſſe & circūligaſſe oporteat, addidit: Inſuper lingua bubula obtegito ſi pluat, ne aqua in librum permānet: eam linguā inſuper librū alligato ne cadat &c. Veriſimile q̄ eſt in operiēdo truncæ & inſitæ ſtirpis rotunda ſectione rotundiore potius q̄ longiore folio uti præcepiſſe. At borraginis tale eſt. Eius uero quæ nunc bugloſſus habet, lōga folia ſunt: ideoq; operiendæ rotundę ſtirpi minus apta. Scimus quidē nō poſſe nec debere rem certā docētes tam incertis & ambiguis ueſtigijs niti: potuiſſe q̄ antiquos inſitores illa etiā uti: quoniā ſatis eſſet inſitā ſtirpē quocunq; operimēto à pluuia defendere: & quod primū inſerenti ſe obtuliſſet, luto, palea alijſq; huiuſcemodi uti. Nō tamē negligendū qualecūq; id fuerit, ignotæ rei ueſtigiū. Nec nos alio cōſilio id retulimus, q̄ ut haberēt legentes hanc etiā eruſcādæ ueritatis anſam: ſcirēt q̄ antiquæ bugloſſi quā Cato omnes q̄ alij à boū linguis quas imitatur bubulā linguā dixerūt, hūc etiā fuiſſe in ruſtica re uſum: In utbana aūt præcipuū quod in ſcriptore hoc poſtremū eſt: Deiecta in uinū bugloſſi folia uoluptates animi & lætitiā augere: neq; ultra hūc uſum bugloſſo aliud multifaciendū ab antiquis ſcriptoribus tribui. Plinius xxv. uolumine cap. viii. ſic de ea egit: Iungit̄ huic bugloſſos boum linguę ſimilis, cui præcipuū, q̄ in uinū deiecta animi uoluptates auget, & uocat̄ euphroſynon: mox xxvi. xii. cap. bugloſſo inareſcētē, ſiquis medullā è caule eximat, dicat̄q; ad quē liberandū febre id faciat, & alliget ei ſeptē folia ante acceſſionē, aūt à febre liberari: quod amuleti potius q̄ medicinæ

rationē habet. Paulus itidem Aegineta in vi. de bugloſſo hęc tantū monet: βουγλωσσον ὑγρόν τι καὶ θερμόν ἐστι τῇ κρά-σει. ὅθεν ζῶις οἴνοις ἐμβαλλόμενον, ἱλαρότητα καὶ εὐφροσύνην παρέχειν λέγεται: quod eſt: Humidū calidūq; tēperamento bugloſſum eſt. Eāq; ob cauſam uino iniectū, lætitiā animi facere dicitur. Nec ultra hęc quicq̄ de bugloſſo tradidit. Galenus etiā nihil dictis ab alijs aliud addidit, q̄ tuſſibus & faucium aſperitatibus eſſe. Nullus q; non ex antiquis lætitiæ & uoluptatis ſpem in bugloſſi uſu legētibus proponit, quod in borragine nūc paſſim ferē. Veriſimile q; eſt, quaſi per manus traditā ſeu opinionē ſeu famā ad nos peruenisſe & adhuc ſeruari. Non utimur ad hāc rem populari omnino ſenſu & iudicio plebis: Non tamen negligimus penitus: quod q; nos magis urget cirſij hiſtoria eſt, in qua flores ἀκροπόρφυροι, id eſt, in ſummo purpurei deſcribuntur: qui color proprius floris eius eſt, quā bugloſſum nunc paſſim uocant. Vrgent longiora folia quæ in borragine decurtatæ rotunditatis ſunt. At dicet aliquis, boū linguis ſimilior noſtræ ętatis bugloſſus q̄ borrago eſt. Nō negamus id: Verūtamē illud etiā monemus, neſcire modo nos, quæ fuerit antiquis Græcis cōparationis huius ratio: & quid nā boum lin guæ illi cōparauerint: uerbi cauſa, aſperitatē, latitudinē, colorē, longitudinē ue. Pro noſtræ ætatis bugloſſo lōgitudo præcipue & color eſt: pro borragine cōtrà: tā multa hactenus numerata indicia, quę diligētius cę teri etiā excutiēt. Nos enim pro deprehēdēda ueritate cogitāda alijs hæc tm̄ proponimus: Nec laboramus pro re: cunctis enim nota eſt: ſed pro mediçæ materię antiquis nominibus & hiſtoria, quæ à poſterioribus Grȩcis toto hoc capite male habita eſt. Credimus q; nos ex obſeruatis hactenus non eſſe Dioſcoridis quæ à principio capitis lōgius legūt uſq; ad: Verbaſco ſimilia habet folia &c. Quęcūq; eīm à Serapione antiqua ſcri ptoris huius interpretatiōe, & aliquot Græcis bugloſſo huic tribuunt, nulla alia ſunt, q̄ uerbaſco ſimilia habere folia: Folio in terrā deciduo eſſe, eodē q; aſpero & nigriore, boū linguę ſimili: id q; in uinū cōiectū, lætitiā augere credi. Cætera nulla in antigoribus Græcoq; codicibus & Latinis ſcriptoribus ſunt. Et Plinius quę nūc in ſcriptore hoc legūtur, dandā eſſe ſcilicet bugloſſum hāc, quę tres caules protulerit, ad tertianas: quę uero quatuor, ad quartanas: nō bugloſſo, ſed cynogloſſo tribuit. Verba eius ſunt li. xxv. cap. viii. Iungit & cynogloſſos caninas imitās linguas: aiūtq; quę tres thyrſos ſeminis emittat, eiꝰ radicē potā ex aqua ad tertianas prodeſſe: q̄ quatuor, ad quartanas. Accedit his etiā carpēdi bugloſſum hāc Iulio mēſe præceptū, quē hic ſcriptor Romana uoce ἰούλιον uocat, q̄d in Græcis antiqs ſcriptoribus nūq; aut raro inueniē. Dico aūt antiqs, nō dū penitus obliterata Græcorꝝ re: qm̄ poſt Cęſares Romanos Latinis mēſiū appellatiōibus potius q̄ Græcis ſuadēte id fortuna eius gētis & maieſtate, uſi oēs ſunt. Quod q; cōiūctū huic eſt, nō cōſueuiſſe Dioſcoridē tē porꝝ notas ex mēſibus accipe, ſed ex anni tēpeſtatibꝰ: uerbi cauſa ſolſtitijs, uere, autūno, hyemeq; & eſtate. Scimus medicinæ hæc nihil aut parꝝ cōferre. Sed nos herbariā tractamꝰ, conamur q; in hoc ſcriptore minꝰ corruptā ſaltē Latinis eā reddere: quoniā integrā in tāta poſteriorꝝ incuria & imperitia impoſſibile eſt. Efficerat pene nos q̄d ad bugloſſum & borraginē earūq; notas adhuc ptinet: id huiuſcemodi eſt: Cirſii bugloſſo hic ſimilia eſſe folia dixit, mediocriter hirſuta, lōgiora q; & albeſcētia, in extremitatibus aculeata. Bugloſſi aūt φύλλον χαμαιπιτὺς. βραχύ τι καὶ μιλάντερον: quod eſt: Foliū in terrā deciduū aſperūq; & nigrius. Cōferat nunc cū naturæ exemplaribus utriuſq; hiſtoria, carptas q; ex horto Bugloſſum & borraginē diligentius cōtēplemur. Mihi ſane prior illa cirſii hiſtoria noſtræ ætatis bugloſſo rīdere: poſterior aūt borragini undiq; uidet. Sunt enim bugloſſi folia lōgiora q̄ borraginis: albicāt illa, hęc cōtrà nigricant: illa ſurgunt & perſe ſtant, un altū nitētia, borraginis in terra iacent, eſt q; illi propriū quod hic ait, χαμαιπιτὺς, id eſt, humi ſtratū foliū.

Κυνογλώσσου. κεφ. φιά. Κυνόγλωσσον. οἱ δὲ, φυτόν. οἱ δέ, καβαλλάλι. οἱ δέ, σωλήνιον. οἱ δέ, σκόλυμος. ἔνιοι δὲ λίγουα κάνις. οἱ δέ, λίγουα κανίνα. φύλλα ἔχει ἀγνοῤῥώσῳ ὅμοια πλατυφύλλῳ ἐμφερῆ. στενώτερα δὲ καὶ μικρότερα. χνοώδη. ἄκαυλα. ἐπὶ γῆς ἐστρωμένον. φύεται ἐν ἀμμώδεσι τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα λεῖα σὺν στέατι παλαιῷ ὑείῳ, κυνοδήκτοις καὶ ἀλωπεκίας, καὶ καυσικαύμασιν ἰᾶται. ἐψηθέντα δὲ ἢ πόα καὶ πινομένη σὺν οἴνῳ, κοιλιακοῖς ἐστὶ μαλακτική.

CDe Canina lingua. Cap CXXIIII.

Ynogloſſon. Sunt qui phyton, q̄ cabalation, q̄ ſplenion, q̄ ſcolymon, Romani canis linguā, aut caninā linguā appellant. Folia latifoliæ plantaginī ſimilia habet, anguſtiora tamen minoraq; & lanuginoſa. Sine caule canina lingua eſt: p terrā ſternit. Naſcit ſa bulofis locis. Cōcīſa & cū uetere ſuillo adipe coacta eius folia, rabidoꝝ canū morſibus, capilli defluuijs, quæ uocāt alopecias, & ambuſtis medēt. Aluū mollit elixa eadē, & cū uino pota.

INTERPRES.

CAnis linguā herbā nouit Hetruſca omnis ruſtica plebs: utitur tamen ad ulcera & minora uulnera. Oſtēdit q; eam ſine caule, & paulo minus q̄ cunctis ijſdem huic ſcriptori notis. Naſcit plerunq; inter uites: uiret q; tota hyeme. Nos eam ſæpe uidimus folioſo ceſpite, radice pollicis humani craſſitudine albicante colore, & ſupercurrente aſperitate, quā credimus nominis & cōparationis ad caninam linguam cauſam fuiſſe: eſt enim cani qualis pleriſq; alijs animalibus, ſcobinæ modo aſperior lingua.

Περὶ φυτεύματος. κεφ. φιϛ'.

Φύτευμα φύλλα ἔχει ὅμοια σφενδίφ. μικρότερα δὲ καὶ καρδαμώμῳ πολλῷ πεπλυμένῳ. ῥίζαν μικράν. λεπτήν. ἐπιπόλαιον. ἣν ἀναγράφουσί τινες εὐθετεῖν πρὸς φίλτρον.

De Phyteumate herba. Cap CXXV.

PHyteuma. ⌊Romani pariter Græcis phyteuma dicūt.⌋ Lanariæ herbæ quā ſtruthion uocant, folia ſimilia habet, minora tamē: Semē copioſum perforatūq;. Radicē longā, gracilē, in ſuperficie terræ uirētem: quā ueneficijs amoꝝ utilē aliqui tradiderunt.

Interpres

INTERPRES.

POteramus exẽplo Plinij nihil phyteumati addere: præfatiq; solũ quod ille ait, quoniam sit sensus eius tantũ ad amatoria, superuacuum existimare aliquid pro ea monuisse. Verũtamen nõ adeo infensi amoribus sumus, ut utilem eis herbã negligere penitus cogitemus: sed pertinebit quod monemus ad radicem eius, quã cæteri interpretes μικρὰν legẽtes, exiguam aut breuẽ dixerũt: Nos antiquioꝝ in Græcis codicũ fidem secuti, longã uertimus: μακρὰν enim in illis inuenimus. Ignota nobis herba est: infamis amorum uene ficijs: eamq; ob causam à melioribus neglecta, qui quod Naso ait, scientes philtra nocere animis, & furoris habere uim, ignorari quod bonis moribus obesset, uoluerunt.

περὶ λεοντοποδίου. κεφ. φκϛ'.

Λεοντοπόδιον. Ἔστι δὲ, ζωόνυχον. ἔστι δὲ, ἀετώνυχον. ἔστι δὲ, κνημός. ἔστι δὲ, φλαμμυλίν. ἔστι δὲ, ἰδιόφυτον. ἔστι δὲ, φυτοβασίλια. ἔστι δὲ, κροκόδειλον. οἱ δὲ, κροκοσυμέριον. αἰγύπτιοι δὲ, δαφνοειδές. ἔριμαῖοι μινέρβιον. οἱ δὲ, νεοδμάτους. ἔστι δὲ, παλλάδιον. οἱ δὲ, Φλάμμουλα. Ἔχει δὲ δακτυλιαῖον ὅσον βοτάνιον, ἔχον φύλλα ἐρασεινά. ἴσχυρά. ὡς πεντάς δακτύλου ἢ καὶ ἔτι ὧν τὸ μῆκος. δασέα. εὐωδέστατα τὰ λῶπα κεφάλια ὡς πὸ πεντημμία, ᾧ διεξάνθη μέλαν. κεχυμμένον αὐτῷ χνοῦν. ἔριζα δ' ὑπεσι μικρά. φασὶ δὲ οἱ ταύτῃ εὐχρηστεῖν εἰς φίλτρα. Ἔστι πρὸς μανίαν. οἱ φήμαλα διαφορεῖν.

De Leontopodio herba. Cap. CXXVI.

LEontopodion. Sunt qui zoonychon, qui aëtonychon, qui camon, qui damnamenen, qui idiophyton, qui phytobasilion, qui crossion, qui crosophthoon uocant. Magi sanguinem crocodili siue crocomerion. Aegyptij daphnænes. Romani Mineruium, siue neumatus, siue Palladium, siue flammulã appellant. Digitalis herbula est. Foliola habet angusta: longitudine trium quatuor'ue digitorum, hirsuta, ab radice lanosa & albicantia. In summis caulibus capitula sunt quasi incisuris diuisa. Flores fert nigros. Semen habet: sed ob supercurrentem illi lanuginem, ægre deprehendi potest. Radix illi parua est. Feruntq; hanc amorum ueneficijs utilem corpori adalligatam.

INTERPRES.

ESse leontopodio eandẽ camon, de qua Plinius XXVII. uolumine cap. VIII. negauit se quicq; scripturꝝ, quoniã ad amatoria tãtum usus eius esset, pro cõperto nobis est. Vidimusq; nos antiquissimos & optimos græcoꝝ codices, in quibus nõ leontopodion, sed camos capitis huius titulus est. Habemus & uetustissimũ Longobardis literis scriptũ latinũ Dioscoridẽ in quo pariter non leontopodion sed camos est: issdẽq; omnibus hoc capite alijs: sola in Græcis & Latinis tituli capitis, & plãtæ appellationis diuersitas est: magno argumẽto, nõ differre leontopodion à camo nisi sola appellatione. Profuit plantæ huic binominẽ esse: perisset enim tota, nisi amisso altero nomine superfuisset alterꝝ quo indicaretur. Infamis amorꝝ ueneficijs ea quondã fuit: credimusq; nos camon dictã quasi frenũ: est enim κνημὸς Græcis inter cætera reticulatum, aut ex uiminibus textũ freni genus: de quo quotidie in Psalmo audiẽ: in camo & fremo maxillas eorꝝ constringe: quo quẽadmodũ uinciuntur iumentorꝝ ora, sic in amore amãtium animi retinerẽtur: eoq; nomine magis q̃ leontopodij nota ab his, qui pro religione bonisq; moribus amorum ueneficia hæc odissent examinãtia, appellationẽ eam in posterioribus amisit. Seruata tamẽ illi à diligentioribus altera est: auctusq; nominũ eius numerus: sed cũcta nostra ætate parũ certã habẽt rationẽ: nec cur Mineruiũ & Palladiũ à Romanis dici leontopodion in Dioscoride legatur, dicere nos audemus. Possemus quidẽ in cõpositis uocibus illis res in eorũ causis etiã cõiecturã facere. Et hęc pro leontopodio eadẽq; illi camo dicta hactenus satis sint. Reliquimus aũt cogitandũ alijs, an scriptoris huius leontopodion hoc eadẽ sit, qua Plinius XXVI. uolumine, VIII. XIII. & XV. capitibus ad medicinã utitur: amatorijs em̃ hic utilẽ indicauit, & in eũ usum solũ cõmendat. Addim9 & illud in historia eius præter dicta à Dioscoride, ab aliis camõ, siue leontopodion malis appellare, roseo flore describi, in quo folia albicent: quod uero inter folia mediũ est, nigrescat. Quinetiã herbę ipsius folia quæ in caulibus altius pendent, in extremitatibus incisuris diuisa esse, & aliqua sui parte cũ cãdore rubere. Quæ omnia periisse ex historia eius credimus, dum ignorari ad amores accõmodatã herbam aliqui uoluntrelictisq; huiusce modi notis, facile (quod factũ etiã est) posse id fieri crediderunt.

περὶ ἱππογλώσσου. κεφ. φιθ'.

Ἱππογλωσσον. Ἔστι δὲ οἱ μὴ τὸν ἀντίῤῥινον. ἔστι δὲ, ἀνάῤῥινον. ἔστι δὲ οἱ τὰ αὐτὰ λυχνίδα ἀγρίαν καλοῦσι. Δαμιν ίσκος ὅτι μυρσίνῃ ἀγρίᾳ λεπτὰ φύλλα ὅμοιος. κόμην δὲ ἀκανθώδη ἔχει. μηλέᾳ ἄκρον ὡς πὸ γλωσσίδα παρὰ ῥίζας φύλλοις. δοκεῖ δὲ ἡ κόμη πρόβλημα εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι. μίγνυται δὲ Ἔστι ῥίζα καὶ τὸ χύλισμα Ἐις μαλάγματα.

De Hippoglosso. Cap. CXXVII.

HIppoglosson. Sũt qui antirrhinon, qui anarrhinon, qui & hanc lychniden agrestem uocent. Romani pariter Græcis hippoglossum appellant. Exiguus frutex est. Folia syluestri & tenui myrto similia habet. Aculeatam comam, & in summo exiguas ueluti lingulas secus folia exeuntes. Creditur coma eius utiliter in dolore capitis adalligari. Malagmatis radix & succus miscetur.

INTERPRES.

RVsci quæ ſylueſtris myrtus eſt, folia habere hippogloſſon omnes teſtant. Ea non adeo grandia ſunt, & præter id in cuſpidē acuminata definunt: eamq; ob cauſam ſiue magnitudinē, ſiue equoꝝ linguę figurā in ea uoce intelligas, nulla in foliꝭ ratio eius erit. Nec ſi etiā ut in Plinio adhuc legiſ, græcam præpoſitionē hypo cōiunctā linguę à Græcis fuiſſe credideris, ſcriptoris huius hiſtoriæ reſpōdebit: ἐπ' ἄκρου enim, id eſt, in ſummo linguas exire hic ait, παρὰ ζῶν φύλλοις, id eſt, ſecus & ſecundū folia: quæ hic intelligit in caule ſuprema, qui definēs non folia profert, ſed conferctæ lanuginis potius q̄ folioſæ comæ in latitudinē ſe aperiens inuolucrum: non aliter q̄ in ſpicatis aliquibus ſeminibus & floribus fit. Differt tamē à ſpica q̄ rotundæ quatuor' ue plerūq; angulis ſpicæ ſurgunt: in hac quod ultimū in caule exit, in latitudinē ſe explicat. Et quoniā humanā linguā imitat, ideò facto à Græcis nomine hippogloſſon quaſi grandis lingua dicta eſt. Et hęc nobis origo nominis & cauſa eſt. Quæ licet hiſtoriæ Plinij diuerſa forte aliquibus uideat, ille ēm ait: Et in ijs ceu linguas folio paruo exeunte de foliꝭ: meminerint tamen omnes, ſequi nos Græcos ſcriptores, præcipue q̄ hunc: & in uertēdis uocibus eius quā debemus illi fidē, præſtare, qui ἐπ' ἄκρου παρὰ ζῶν φύλλοις, pro dire linguas ex hippogloſſo dicēs, quod eſt in ſummo & ſecundū folia: nō ex foliꝭ, ſed ex ſummo caule, qua parte definunt folia, exire ea dixit: id enim ἐπ' ἄκρου aperte ſignificat. Cæteræ appellationes ex ſimilitudine aliqua ueræ importune illi accreuerunt, ideoq; nō tractādæ à nobis. Verterūt in hoc capite cęteri interpretes Plinū ſecuti, quod in ſcriptore hoc eſt, λοιπὸν δὲ ἡ κόμη πρόλαμμα εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι. Capitis dolorē corona ex comis eius impoſita cōminuit &c. quo dicto in eo πρόλαμμα eſt, coronā intelexerūt. Habent ſane illi grauem autorē Plinium. Nec ratio uſus & remedij aliena eſt, ut cōtra dolorē capitis impoſita corona ſubueniatur. Verūtamen alia eſt πρόλαμμα & in Græcis & στέφανου ratio: hęc per orbē capiti circūpoſita tueſ id aut ornat: illud corpori adalligatū, præſertim q̄ ex collo ſuſpēſum, amuleti & tutelę tantū rationē habet. Indicantq; id paſſim Græci qui πρόλαμμα & πρόλαπα unum idemq; genus appellant, quęcūq; ſcilicet, ad arcendas malorum noxas aliqua corporis parte, præſertim q̄ collo adalligandē & ſuſpendūtur. Indicatq; id uox ipſa. Neq; ēm προλάπτεσθαι aliud eſt q̄ nexu appendere. Sit'ne igitur hippogloſſi huius contra capitis dolores in corona an in periammate remedium, alij cenſebunt. Nos hęc diximus, ne forte aliquis noſtram ab illis diuerſam ęſtimationem demiretur. Secuti enim ſumus autoris noſtri uoces & eaꝝ cōmunem ęſtimationem.

πρόλαμμα. στέφανος.

Περὶ Ἀνταρρίνου. Κεφ. ρκθ.

Ἀντίῤῥινον. οἱ δὲ ἀνάῤῥινον. ἔνιοι δὲ καὶ ταύτῃ λυχνίδα ἀγρίαν ἑκάλεσαν. ὡσάσι μὲν ἐμφερὴς ἀναγαλλίδος φύλλοις καὶ καυλῷ. τὰ δὲ ἄνθη πορφυρᾶ. ὅμοια λευκοίῳ. μικρότερα δέ, διὸ καὶ ἀγρία λυχνὶς ἐκλήθη. κεφαλὴ δὲ φέρει μόχθου ὅσον ὅμοιον. ἔσοπτρον ἰδεῖν. ἰσοξεῖ δὲ τὸν ἀνιπαδὲς εἶναι φιλάκοις πρὸς ἀποπόμενον. ὡς καὶ χαίρειν τοὺς περὶ μάλθακα φορμὸν σὺν ἐλαίῳ κεχυμένῳ, ἢ κυπρίνῳ.

De Antirrhino. Cap. CXXVIII.

ANtirrhinon. Sūt qui anarrhinon, quidā & hāc ſylueſtrē lychnidē uocāt. Roma ni pariter Græcis antirrhinon dicunt. Anagallidi caule foliꝭ q̄ ſimilis herba ē. Flores habet purpureos, uiolis quas leucoia uocāt ſimiles, minores tn̄: eāq; ob cām ſylueſtris lychnis uocata ē. Semē fert uitulorū narib⁹ aſpectu ſimile. Aduerſari ueneficijs malisq; medicamētis adalligatū ferē antirrhinō: uenuſtiores q̄ fieri & gratiā iuenire punctos eo ex lilino liguſtrino ue oleo.

INTERPRES.

PLures in Græcis anarrhinon q̄ antirrhinon uocant, à uitulorū naribus, quarū figura ſemen eſt, facto nomine, herbā: quę folio paulominus q̄ hederaceo tota figura eſt. Flore qualis uiola purpurei coloris, ut noſtrę ętatis herbarij oſtendunt, qui deprehendiſſe nobis eam uidentur. Multifaciēdum & in honore habendum anarrhinon hoc erit, ſiquod hic Plinius q̄ & ante eos Theophraſtus teſtati ſunt, ad gratiam & uenuſtatem homini proficiat. Deo eo Theophraſtus libro IX. de plantarū hiſtoria his uerbis egit: πασὶν ἀεὶ πρὸς τὸ ἀναῤῥῖνον καλούμενον. τοῦτο δὲ ὅμοιον ἐστὶν ἀπαρίνῃ, ῥίζα δὲ οὐχ ὕπεστιν· ὁ δὲ καρπὸς ὥσπερμόχου ῥίνας ἔχει· τὸν δ' ἀνθῶ ζώου ἀλφίμοιον εὐδοξεῖν: quorum ſit ſenſus: Gloriam enim ferunt continue antirrhinon facere. Aparine ſimile id eſt. Radicē non habet. Semen uituli naribus ſimile: & qui eo unguntur, ad gloriam proficere. Quę omnia ijſdem ferè uerbis à Plinio reddita ſunt XXV. uolumine, capite IX. Diſcrepāt tamen Theophraſtus & Dioſcorides aliquatenus: ille πρὸς εὐκλέαν καὶ εὐδοξεῖν facere antirrhinon dixit, id eſt, ad gloriam & honorē: hic εὐδοξεῖν fieri eo perunctos: quod ad gratiam tantum pertinet. Plinius uenuſtiores fieri dicens, Dioſcoridē potius q̄ Theophraſtum ſecutus hac parte eſt. Cōparuit Plinius etiam anarrhini flores Hyacintho, non purpureis leucoijs: magnitudinē eorū ſeruato colore indicās: ſunt ēm uiolis illis minores, ideoq; Hyacintho ſimiliores.

Περὶ Καταναγκῆς. Κεφ. ρκς'.

Καταναγκή. οἱ δ', δαμναμένη. οἱ δὲ διονυσιάς. οἱ δὲ, θύρσιον. οἱ δὲ, δῆμος. οἱ δὲ, κῦμος. οἱ δὲ, κερόλιον. πρόφητα δὲ ἀρχέλαος. οἱ δὲ, ἀρκόπους. ξωμαῖοι ἕρβα φιλικλᾶ. οἱ δὲ, δατίσκα. οἱ δὲ, ἰοβισμανδίβας. δακοὶ κωπίθλα. ἡ μὲν ῥίζα αὐτῆς ἔχει φύλλα μακρὰ ὡς κοχωνόπους. ῥίζαν

De Catanance. Cap. CXXIX.

CAtanancem. Sunt qui damnamenen, qui Dionyſiada, qui thyrſion, qui carnō, qui crotion, qui arcopodion uocēt. Magi archaras. Daci crepulā. Romani herbam filiculam, uel Iouis radium appellant. Duo catanances genera ſunt. Habet'que alterum folia longa cornicis pedis herbæ ſimilia. Radicem gracilem

λεπτῶν. χοινῶνικ. κεφαλὰς ἔχων ὡς ὀρόβους. ἢ γ'. ἓν ἄκρις κάπρος ὅμοιος ὀρόβῳ. κάμπτεται ἐν ξηραινόμενος ἐπὶ τὸν κάνν. μὴ ἰκτίνου ὄνυξιν ὁμοιοῦται νεκρόν. τὸ ἔτι χρῶμα μήλου μέγεθος ἔχει μικρόν. ῥίζαν δὲ μικρὰν ὅσον ἐλαία. χύμασι καὶ χροιᾷ ἐοικότα ἐλαίᾳ. μαλακὰ δ' ἐπὶ τῆς ἐσχομένα καὶ ἐπεχισμένα. κάπρον ἐπὶ ξαβδίοις μικρὰ μέχρι ὠὸν ἐρεβίνθου πεπρυμένον καὶ φοινικοῦν. ἀμφοτέρας δὲ ἰσχύουσι τινὲς εἰς φίλτρα ἁρμόζειν. χρῆσθαι δὲ λέγουσιν αὐταῖς τὰς θεσσαλὰς γυναῖκας.

gracilẽ iunceam q̃. Capitula uero ſex aut ſeptẽ, in quibus eruo ſimile ſemen eſt: quod cum ficca tur, ad ſpeciẽ unguium exanimati milui contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet. Radicem exiguam oliuæ magnitudine. Folia figura coloreq̃ oleagínis ſimilia, mollia per terram ſtrata, inciſuris diuiſa. Semen in uirgís exiguum, multis foraminibus terebratum, figura ciceris. Ferunt utroq; genere uti ad amorum ueneficia Theſſalas mulieres, amoribusq; accommodatum utrunq; eſſe.

INTERPRES.

DAmnauit Naſo in Amoribus ſuis philtra & amorẽ ueneficia omnia: ſatisq; uno uerſiculo qualia ea eſſent, indicauit cũ cecinit: Philtra nocent animis, uimq; furoris habẽt. Dãnauerunt & alij, ſapientiã inter gentes, & bonos mores profeſſi: nullaq; ætas nõ aliquẽ habuit, qui cõtra malas amorẽ huiuſce modi cauſas pugnaret. Omniũ aũt maxime à ſalutari exortu religionis noſtræ Chriſtiani principes & eccleſiæ autores, magicas uanitates quotidie & ubiq; exagitãtes: in quibus perierunt quidẽ antiqua, ſed aliunde noua irrepſerunt: tam uana mortalitas eſt: & in amoribus affectibusq; alijs ſuis plus poſſe herbã q̃ formã, uirtutẽ, laborẽ, induſtriamq; & operã hominis credit: certiorẽq; ſpem ab anu agyrte'ue aliquo in uotis ſuis cõcipit, q̃ à natura moribusq; & induſtria ſua. Libet hoc loco narrare quod factũ aliquãdo eſt. Amabat Philippus Macedonũ rex puellã è plebe: facileq; impar amantis & amicæ fortuna morigerã regi eam fecerat. Dolebat id Olympias Philippi uxor, quæ plures cõiugi ſuo Alexandros parere cuperet: quoniã nõ caperet unus tantã Macedonicæ fortunæ gloriã: licetq; nõ ſoliciti tantũ timoris, ut idẽ Naſo ait, ſed multo magis in intercepta debita ſibi uoluptate, grauiſſimi doloris plena res amor ſit: nihil tamẽ in alieno cõiugis ſui amore æque dolebat, q̃ ſe audiret à uenefica puella amatorijs philtris intercipi ſibi uoluptates ſuas: perireq; regis famã, perire fortunã, & agendarũ rerũ tẽpora. Eãq; ob cauſam ſibi & cõiugi cõſulens, irata iuſſit clam domo extractã ad ſe puellã duci: eo quidẽ animo, ut carcere aliquo clauſam, aut in lõginquas regiones trans mare relegatã male haberet. Paruerũt regiæ uxori quibus id mandatũ fuerat. Productãq; ante ſe puellã, cũ ſpecioſam, uenuſtã, ingenioſam & undiq; amabilẽ cõtemplata hoiem homo eſſet: mutato cõſilio (tãta uis pulchritudinis & gratiæ eſt) habere illã in corpore ſuo philtra, quibus omnibus merito placeret, dixit: nec iã amplius cõiugi ſuo aut illi iraſcebatur, cui, quod ſibi etiã placeret, tãtopere placuiſſet: Hæc uera amoris uenefícia eſſe dicẽs: à natura, aut ſi id abſit, ex ſe uirtute aliqua gratiã & amoris cauſam ſibi feciſſe: quæ omnia dicta ideo à nobis ſunt, nequis malis artibus potius q̃ uirtute aliqua amorẽ ſuũ, quibus optat, cõciliare conetur. Habemus eñ omnes, ſi id excolam⁹, quod in nobis amabile ſit: neq; camon catanãcen'ue, aut utiles philtris creditas herbas alias ob eam cauſam per mõtes aut ſyluas quæ ſiſſe oportebit. Idq; intelligẽtes ſapientiores, multas huiuſcemodi plãtas adeo neglexerũt, & ut ab alijs etiã negligerẽt autores fuerũt, ut incogniæ plures eæ; noſtra ætate ſint. Factũ aũt bene an male id fuerit, cẽſendũ alijs relinqmus. Quod ad rẽ noſtrã attinet, illud teſtamur, corruptis maleq; habitis ob eam cauſam hoc loco capitibus aliquot, inextricabiles oriri difficultates. Quales ea eſt ubi hic ait, in altero catanãces genere, μήλου μίγεθ' ἔχων, id eſt, pomi magnitudinẽ habere. Caret enim ratione herbã pomo comparare. Eodẽq; loco: ῥίζαν μικρὰν ὅσον ἐλαία, χύματι καὶ χροιᾷ ἐοικότα ἐλαίᾳ: in quibus nullus erat uerboꝝ certus ſenſus: indicatq; id à ſingulari ad pluralẽ numerũ nulla præcedente alia uoce tranſitus: niſi uaticinati omnes fuiſſemus, de folijs agi eo loco. Verũtamen in cunctis Græcis quos hactenus uiderim, eadẽ lectio & eodem modo corrupta eſt.

περὶ τριπολίου. κεφ. ψιζ'.

ΤΡιπόλιον. οἱ δὲ, ψυχλόν. οἱ δέ, μηρίδα. οἱ δέ, ποταμογείτονα. οἱ δὲ, σταχυίτην. ῥωμαῖοι καλοῦσιν ἀφρόδαμον. φύεται δὲ ἐπὶ θαλασσίοις τόποις, οὗς ἐπικλύζει θάλασσα. οὔτε δὲ ἐν ξηρᾷ, οὔτε ἐν θαλάσσῃ. φύλλα δὲ ἔχει ἰσάτιδος πλατύτερα μέντοι. καυλὸν πλήσιον. ξηρά. παχύτερα μέντοι. καυλὸν ἐπιθαμιαῖον. ἄνωθεν ἐπεχισμένον. ταύτης ἡ ἰσοξηθεῖσα κόμη τρὶς τῆς ἡμέρας μεταβάλλει τὸ χρῶμα. πρωῒ μὲν λευκόν. κατὰ τὸ μεσημβρινὸν πορφυροῦν. ὀψὲ δὲ φοινικοῦν. ῥίζα λευκή. εὐώδης. θλασθεῖσα ἡδυσματικὴ γευομένῳ. ἣ τις πινομένη ἐν οἴνῳ ἓξ. πλήθους, κοχλιάριον ὑδρωπικοῖς ἀρκεῖ ἡμιβάθρῳ. τέμνεται δὲ εἰς ἀλεξιφάρμακα,

De Tripolio herba. Cap. CXXX.

TRipolion. Sunt qui pſychen, qui merida, qui potamogetona, qui ſtachyiten. Romani caliumarem appellant. Naſcitur maritimis locis: nõ tamen in arida, neq; in mari, ſed quo fluctus peruenit & regreditur. Folia habet glaſto ſimilia craſſaq; ueratiora. Caulẽ dodrantalẽ, in ſummo ſe diuidentem. Fertur flos eius ter quotidie mutato colore uideri: matutino enim albet, meridie purpureſcit, ueſpere puniceo colore fit. Radix illi eſt candida, odorata, guſtu feruida. Ea pondere duarum drachmarũ pota, per inferna aquas & urinã trahit. Carpitur tripoliũ ad amuleta cõtra ueneficiorum noxas & alexipharmaca,

Interpres

COgimur post tot secula amissis uetery scriptory cōmentarijs antiquary obseruationū & eory quæ in his diligentius tradita ab eis fuisse uerisimile est, ueluti post desectam messem spicilegiū facere. Vtq; nāq; in reliquis Græcorū Latinorūq; scriptoribus tutò id conari liceret: nec miscuissent aliquando magni nominis autores, quę toto genere inter se differūt: decurtatisq; antiquis nominibus inuersis ue, aut aliorū uicinitate cōmutatis, nihil certū nobis reliquissent. Animaduertit multo ante nos Nicolaus Leonicenus, cuius diligētia, iudiciū & ingeniū nunq; satis à quoq; laudabitur, uicinitate nominis deceptū Plinium, tripoliū quod nunc tractamus, cū polio iāpridem dicto miscuisse: & quæ alterius erāt, alteri tribuisse. Quod nos modo relinquimus, dictis ab eo id tantū adijcientes, non solū miscuisse ea Plinium, uerum in Theophrasti plāta Gazæ eiusdem lapsus causam & autorē fuisse: qui in eo tripolium legens, plus Latino scriptori quod mireť aliquis, q̄ græco græcus homo detulit: quodq; in Theophrasto erat tripoliū, polium uertit. Theophrasti ix. de plantarum historia uolumine ad finē uerba hæc sunt: καὶ ὡς μέν φασιν ὁ τριπόλιον καλοῦσιν ἕτερον καὶ μουσαῖον ἐν πᾶσι πρᾶγμα ἀσυνδιαίτον χρήσιμον εἶναι &c. Ille aūt uertit. Adde polium quod Hesiodo & Musæo autoribus ad omnem rem seriam magniq; faciendā perutile prędicatur. Esseq; tripolium nō polium in Theophrasto legendum, multa indicant: præsertimq; quod præcedit de periaptis & alexipharmacis, id est, amuletis ab eo dictū. Poterant utriq; quod dicimus multa ostēdere, quod scriptor hic scilicet, & quod Theophrastus testati sunt: sed omniū euidētissime nomē: neq; enim tripolij uox aliud, q̄ quod ter uersaī mutatur q; significat: quæ rara & miraculi instar in eo uis est. Fueratq; hoc magis in Theophrasto & aliys optandū, q̄ quod ille ait: ἀλλὰ τἀναντία ἕτερα καὶ ἀπιθανώτερα, τάττει δ' ὁ πολλὰ τῶν ἀλεξιφαρμάκων λεγομένων ἔν τε σώμασι καὶ ταῖς οἰκίαις, καὶ ὡς μέν φασι τριπόλιον καλοῦσιν ἕτερον καὶ μουσαῖον, ἐν πᾶσι πράγμασι ἀσυνδιαίτον χρήσιμον εἶναι. διὸ καὶ ὀρύττουσιν αὐτὸ νύκτωρ, σκηνὴν περιθέμενοι &c. quorum sensus est: Illa aūt minus credibilia & fatui hominis erunt, quæ de amuletis & quæ ueneficijs aduertuntur, tam corporibus q̄ domibus alligata & appositā: Quēadmodū autoribus Hesiodo & Musæo dicunt, tripoliū ad omnia, quę digna studio sunt, utile esse: eamq; ob causam noctu erecto prope tabernaculo, effodiunt. Et hæc Theophrastus quo diximus loco. Coloris aūt mutationē, cuius causam docuisse decebat, ad eas referri causas ut credimus oportet: quę ab eodem de cōuersione foliorum, claudentibusq; se & dehiscentibus floribus quibusdā referuntur: quorum omnium una in sole causa est: ab eoq; credendū fieri in tripolio retiam per diem coloris mutationē: quò enim plus minusue humoris impetu solis ex flore exuctum fuerit, eò obscuriore dilutioreue colore fieri credendum est: mixtionibus enim exceptis primis, cæteri colores cōstāt. Diximus nos in extrema capitis clausura secari tripolium ad amuleta & cōtra ueneficiorum noxas, cōtra aliorū interpretum æditiones, qui ex Plinio ad medicamenta quæ alexipharmaca Græci uocant, rem tantum cōtraxerunt. Nos nō id tantum alexipharmacorū uoce significari hoc loco credidimus, qua uoce Nicāder priuatim uenenorū remedia appellat: sed amuleta etiā omnia, & quæcunq; fenestris ostijsue domorū, cubiculorūq; aut ante domū suspensa uel appositā, excantationū ueneficiorūq; omniū maleficia arcere creduntur: quoniā & hæc alexipharmaca quondā uocabātur, & Theophrastus, ut pauloante prædiximus, tripolio hoc uti homines tradidit ἐν τε θυρίαις καὶ ἀλεξιφάρμακα ἔν τε σώμασι, καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις: quod est, ad amuleta & alexipharmaca in corporibus & domibus. Sunt aūt, ut prædictum à nobis est, amuleta ab amoliendo dicta, quæcunq; superstitiose corpori adalligātur, aut è collo suspēduntur, ad arcendas naturæ aliquando, sæpissime aūt fortunæ iniurias, herbarū radices, religione cōsecratæ preces, aut syderū obseruatione factæ imagines, & id genus mille alia: Alexipharmaca aūt, quæcunq; ἀλεξοῦσι ἔν τε φαρμάκοις. Est aūt Græcis ἀλεξεῖν pellere, fugare, & lōgius arcere. Pharmaca aūt nō tātum ea significant quæ uenena, aut maleficio ueneni noxia bibuntur, sed excantationes, diras, execrationes, & quæ data iniecta'ue alicui, amare, furere, tabescere'ue hoiem cogunt: hinc q; φαρμακεύειν Græcis uerbū est: & φαρμακεὺς qui id agit. Hacq; tantū significatione Theocritus rusticā mulierē ex cātatiōibus huiuscemodi reuocātē ad se quē amabat, Pharmaceutriā uocauit: & ex ea carmē suū inscripsit. Vtrūq; genus ob eā causam cōplexi, autore præsertim Theophrasto, diximus carpi tripoliū ad amuleta, & cōtra ueneficiorū noxas & alexipharmaca: & si inclinet animus nobis, priusillud tantū amuletorū genus significari: quos em̄ ille citat Hesiodū & Musæū autores, id potius q̄ uenenorū remedia docuisse uerisimile est. Legebatur in hoc capite etiā ubi de tripolij foliys agit, male ξυρὰ, quę uox siccata uel arescētia significat, quod in eorū historia nullā habet rationē. Nos ex melioribus Græcis & ex Plinio, qui xxvi. uolumine cap. vii. folio isatis crassiore tripoliū describit, παχία, id est, crassa uertimus.

Gazæ lapsus

Amuleta

ἀλεξιφάρμακα.

Περὶ Ἀδιάντου. κεφ. φιή.

Ἀδίαντον. οἱ δὲ, πολύτριχον. οἱ δὲ, καλλίτριχον. οἱ δὲ, ξυχομανές. οἱ δὲ, ἐβενότριχον. οἱ δὲ, ἄργιον. οἱ δὲ, κόριον. ἔνιοι γὰρ. αὐτύπτιοι ἐπιέρ. ἔνιοι δὲ, θεσπεσίαν. οἱ δὲ, τρίχωμα γῆς. οἱ δὲ, σπληνίον. τρίχωμα γῆς. δ' ἄκοιτος φιλοφθεγγία. φυλλάδια ἔχει κοριάνδρῳ ὅμοια. ἐπεχισμένα ἐπ' ἄκρου. τὰ δὲ καυλία, ἐφ' ὧν ἐκπέφυκε μέλανα. ἰσχυρῶς λεπτά, ὡς θαμνιαῖα. σίλφιον. φύλλα ὅμοια πτέριδι. μικρὰ λίαν. οὔτε δὲ καυλόν, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸν φέρει. ῥίζα ἄχαρις. Δύναται δὲ τὸ ἀφέψημα τῆς πόας πινόμε-

De Adianto. Cap. CXXXI.

Adianton. Sūt qui polytrichon, qui calitrichon, qui trichomanes, qui ebenotrichon, qui argion, qui coriādrū aquaticum uocant. Aegyptij eper. Dacī phithophthetela. Romani cincinnalē herbam, terræ capillū, & supercilium terræ appellāt. Folia habet coriandro similia, exigua, & in extremitatibus incisuris diuisa. Coliculos quibus exeunt nigros, extremæ gracilitatis, dodrantales, nitentesq;. Folia filici similia. Non caulem, nō florē, nō semē ferr. Radix illi inutilis est. Suspiriosis adianti herbæ decoctū utiliter bibit. Bibitur

νομ, βοηθῆμ ἀσθμαίνοῖς. δυσπνοϊκοῖς. ἰκτε
ρικοῖς, σπληνικοῖς. δυσεντερικοῖς. θεραπ δὲ αὐ
λίσθους. αὐ κοιλίαμ ἴσκοι. καὶ ἀκριδώκαρις
βοηθῆ. αὐ σομάχῳ ξεύματα σὺν οἴνῳ πινό-
μενον. ἄγχ δὲ αὐ ἐμπλυσα καὶ λόχια. ἴσκοι
δὲ αὐ αἵματος ἀναπωγλώ. καταπλάττετ δὲ
αὐ πρὸς ἀκριδώκλα ὠμή. αὐ ἀλωπεκίας δ' α
σάν. χοιρέδας σκορπίζ. ἀπρομᾶ πίτυρα
αὐ ἀχώρας σὺμκονίᾳ. σὺμ λαδάνῳ ἢ κὴμυ
σινίνῳ, αὐ σουσίνῳ, ἢ αὐ ὑδατώπῳ, αὐ οἴνῳ, ἔπ
χας ξεούσας πρὰκρατῆ. καὶ τὸ ἀφέψημα ἢ
αὐτοῦ σὺν κονίᾳ καὶ οἴνῳ σμηχόμενον. πρὸς
καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τοὺς ὄρτυγας μα-
τᾶν δὲ ἐπ' ὠφελείᾳ προβάτων ἐν ταῖς μάν-
δραις. φύεται δὲ ἐν παλισκίοις καὶ ἐλώδε
σι τόποις καὶ τοίχοις ἐνίκμοις, καὶ ὡραὶ
τὰς κεφάλας.

tur & in anguſtia ſpiritus, ſuffuſis felle, lienoſis, uri
næ anguſtijs, & calculos ueſſicæ frãgit. Siſtit idẽ al
uũ. Succurrit & cõtra uenenatorũ morſus, deſtilla
tionesq; in ſtomachũ: in quẽ uſum addito uino bi
bit. Quinetiã mẽſes, & quæ à puerperio purgant,
trahit. Siſtit ſanguinis excreationes, Cruda uene-
natorũ morſibus emplaſtri modo imponit herba.
Capilli defluuia quas alopecias uocãt, explet. Stru
mas diſſicit. Furfures & manãtia capitis ulcera cũ
lixiuia exterit. Cũ ladano aũt myrteo ue & lilino
oleo, uel hyſſopo etiã, addito & uino, capillũ fluen
tẽ cõpeſcit. Facit etiã ad omnes capitis & reliqui
corporis furfures decoctũ eius cũ lixiuia & uino:
in quem uſum eo abſtergũtur. Facit & ad gallos
coturnicesq; pugnaciores enim eos reddit, ciba-
rijs eorũ admixtũ. Ouibus utile adiantũ circa ouí-
lia eaq; ſerit. Naſcit umbroſis paluſtribusq; locis,
humentibus muris, & prope fontes.

INTERPRES.

COronat interiores puteorũ parietes & fontiũ margines adiantum: & quaſi ſitiens, quas tamẽ odit & reſpuit, pronus quærit aquas: non aliter q̃ qui opes ſedulus cõtinue quærit, & inuẽtis miſer abſtinet. Miraculũ in eo Plinius id iactat, quaſi nõ multa alia paſſim uideant, quæ naturali corporũ diſſociati one miſceri ſimul quacũq; etiã illata ui, nequeũt. Ex eo nominis illi cauſa eſt, quã duobus uerſiculis in Theri acis ſuis Nicãder tradidit: ea eſt huiuſcemodi. ἀχραὶς τ' ἀδιάντοις. ὃ οὐκ ὄμβροιο ῥαγέντος λειπαλέι πίπτουσα νοτὶς πιέλοιο ἐν ἰφθίμῳ: quod eſt: Puræq; adiantum, in quo nec deſcẽdente imbre minimũ è cœlo cadẽs ſtillicidiũ, folijs infi-det. Docuit idem Theophraſtus VIII. de plantarũ hiſtoria: ὁ, τε ὕδωρ τὸ ἀδιάντου συμβαῖνον, οὐδὲ ὑγραίνεται τὸ φύλλον βραχὺ μόνον, οὐδ' ὑδαλέον ἐστὶ, διὰ τὸ πιὼν νοτίαν μὴ ὑπομένειν. ὅθεν καὶ ἡ προσηγορία: quorum ſenſus eſt: Et quod in adianto accidit: neq; enim madet foliũ eius aqua conſperſum, neq; humoris aliquod in eo ueſtigiũ remanet: unde et nomen illi factum eſt. Plinius etiam XXII. uolumine capite XXI. Aliud adianto miraculum: æſtate uiret, bru ma non marceſcit: aquas reſpuit perfuſum, merſumq; ſicco ſimile eſt: tanta diſſociatio deprehenditur: unde & nomen à Græcis. Omnium Græcorum Latinorũq; eadem in nominis origine ratio & ſententia eſt. Vox ipſa etiã indicat: neq; enim adiantum aliud eſt, q̃ quod οὐ διαίνεται, id eſt, non madeſcit. Teſtatus idem Plinius eſt polytrichon & callitrichon adiãtum dici, ſed diuerſa ratione: polytrichon quidem, quia capilli defluuia explet: callitrichon autem, quia eos tingit & ſpecioſiores reddit: utrunq; enim effectum habet. Theophra-ſtus nihil ultra q̃ χρήσιμα εἶναι ἀμφότερα πρὸς ἴκφυσιν κιφαλῆς ῥιχῶν ἐν ἐλαίῳ ῥιβόμενα: quod eſt: Vtilia ambo genera eius eſſe ad explendum capillo caput ex oleo inuncta. Sequitur appellationes has trichomanes, quæ ſecun do generi de quo nox agendum erit, priuatim cõpetit. Succedit illi etiam quæ in cunctis Græcis pariter le-gitur ebenotrichon: ex qua nos credimus in Latinis factum nomen, quod in cõmuni uſu eſt, capillus Vene ris: id in antiquioribus inuentum hactenus à me nõ eſt: Dico aũt antiquiores, Theophraſtum, hunc ipſum, Plinium, & his æquales alios: ideoq; oborta ſuſpicio eſt, ex corrupta uoce illa ebenotrichon Veneris capillũ factam fuiſſe: be enim ſyllabam Græci ue pronũtiant: facilisq; potuit lapſus eſſe ab audito euenotricho in Veneris trichas, id eſt, capillũ: Suſpicionẽ tamẽ hãc, nõ decretũ uolumus eſſe. Alioqui ex ebeno, quę nigro colore eſt, factum id nomen fuit, & ad adianti trichomanisq; nigros coliculos tranſlatum: neq; enim aliud ebenotrichon q̃ ebeni capillũ, id eſt, nigrum & quali colore ebenus eſt, ſignificat. Cæteræ adianti appellati-ones quæ in Dioſcoride leguntur, ſatis certam habẽt cauſam & originem: ideoq; à nobis relinquuntur. Sed non relinquenda quæ Theophraſtus eodem libro retulit: γίνει δ' ἀνζῶν δύο. ὁ μὲν λευκὸν, ὁ δὲ μέλαν. χρήσιμα δ' ἀμφότερα πρὸς ἴκφυσιν κιφαλῆς ῥιχῶν ἐν ἐλαίῳ ῥιβόμενα. φύεται δὲ μάλιστα πρὸς τὰ ὑδρηλά. ὡς ἔοικέ τισιν, καὶ πρὸς σπραδουρίαν ὁ ῥιχομανὲς τρίτον. ἔχειν δὲ οὐ καινὸν ὅμοιον ταῖς ἀδιάντῳ ταῖς μέλαινι. φύλλα δὲ μικρὰ σφόδρα, καὶ πυκνὰ, καὶ πιφυκότα κατ' ἀντικρὺ ἀλλή-λων. ῥίζα δὲ οὐχ ὕπεισι. χωρία δὲ φιλεῖ σκιερά: quorum ſumma hæc eſt: Genera aũt eius duo: alterũ qdẽ cãdidũ, alterũ nigrũ: utrũq; tamen explendis in capite capillis utile: in quẽ uſum ex oleo cõfricãt. Naſcũt aquoſis locis, & ut opinantẽ multi, facit ad ueſſicę ſtillicidia quod trichomanes uocatur: habetq; caulẽ nigro adianto ſimilẽ: folia parua dẽſaq;, cõtrarijs inter ſe pediculis pendẽtia. Radix illi nulla eſt: amatq; umbroſa loca. Et hæc pro adianto & trichomane Theophraſtus: quæ à Plinio ijſdem ferè uerbis reddita ſunt quo diximus loco: lõge diuerſa ab his quæ Dioſcorides tradit: qui adiantũ coriãdri folio deſcribit: neq; in eo candidũ aliquod genus numerat, ſed nigris coliculis & hoc & trichomanes deſcribit. Sed nec Theophraſtus etiã, in qua parte cãdi dũ id genus ſit, retulit. Verũtamen ut obſeruaſſe licuit & ex his q̃ Theophraſtus indicat, totius generis no-mẽ adiantũ eſt: idq; ſtatim diuidit in candidũ & nigrũ. Vocauerũtq; cãdidũ, qd cõparatũ alteri, albicãtibus folijs ſit: qd eẽ ad coliculos ptinet, totũ genꝰ nigros habet: in cãdido tñ augẽtibus ſe coliculis cõtinue minꝰ nigreſcũt, deſinũtq; in ſummo colore uiridi. Sed certius diſcrimẽ in folijs eſt: q̃ in nigro minora, pẽnata, & ſi licis mõ diſpoſita ſunt: in cãdido q̃lia in coriandro, incertis interuallis, pdeũtia, & in extremitatibꝰ inciſuris diuiſa: lõgius itidẽ cãdidũ nigro eſt: hãcq; rõnẽ ſecutꝰ Plinius ait: Duo gña eius, cãdidius & nigrũ bteuiusq;:

id

id quod breuius est, polytrichon aliqui trichomanes uocant. Quæ tota est huius scriptoris historia, qui primo candidũ hoc adianti appellatione, mox nigrũ trichomanis indicat. Nõ est difficile utrũq; inuenisse. Sed quoniã frequẽtius illud nascit, habetq; easdẽ huic uires, ideo notius & in frequẽtiore usu: idq; tm̃ Veneris capillũ nũc uocãt: Facillime in Dioscoride oĩa intelliget, q oculatus testis fide sensus ad ea uteť. Neq; eṁ dubitare poterit q̃lia in adiãto coriãdri folia dicãt, & quẽ ἐπ' ἄκρου ἐχισμένα: q̃ alij interpretes serrata & cacuminibus tãtũ, sed uisa dixerũt: cũ tñ impares folioꝝ incisuræ sint, & aliter sectæ q̃ in serra dẽtes: neq; in cacuminibus dissimiles undiq; p extremitates diuidãt. Credimus q; nos quod in adianti folijs legit filici similia, abundare: & exactero gñe ad historiã huius trãslatũ esse: ideoq; uitij nota eo loco adiecta est. Nihil eṁ filicis folio adiantũ hoc simile habet: neq; si tota folia aut earꝝ segmẽta inuicẽ cõpares. Fuerat ob eã causam animꝰ duas tres ue illas uoces tãq̃ inutiles relinquere: sed in cũctis Græcis Latinisq; inuẽtas seruauimꝰ, præsertim dicẽte Plinio: utriq; ramuli nigro colore nitẽt, foliꝭ filicis. Vertũtamẽ ut pauloante p̃mõstrauimus, nõ pñt simul coriãdro & filici eiusdẽ plãtæ folia cõparari. Suspicatiq; sumus & adhuc suspicamur, non esse integrã primã huius capitis partẽ: perñsseq; uoces aliquas quę certiorẽ totius adianti historiã facerẽt: & quę nũc tã incerta legũt, reliquas illius esse, quæ truncæ intellectũ miscẽt: cogũtq; legẽtes incertis animis inter adiantũ & trichomanes esse. Sed qualẽ nos diximus pauloante, ut credimus, utriusq; historia est. Adianti appellatiõe in toto hoc genere antiqua medicina usa semp est: & q; generis ea uox est, & q; omnis adianti eadẽ uires ad omnia sunt: Paulusq; Aegineta cũ de adianto egisset, de trichomane nihil tradidit, præfatus in adianto dictũ de eo fuisse.

Περὶ τριχομανὲς. κεφ. φιδ'.

Τριχομανές. Ἔστι ὃ, πτέριον. ἔστι ὃ, ὃ πτέρον. ἑωμαῖοι καπιλάρεμ. ἔστι ὃ, πίννλαμ. ἔστι ὃ, φιλικλάμ. Ἔστι δὲ ὃ καὶ ἀδίαντον καλοῦσι. φύεται αὐτὸ τόπου. ὅμοιον πτέριδι. μικρὸν λείαν. σοιχαδὸν δὲ ἑκατέρωθεν μέρεσι τὰ φύλλα ἔχοντα λεπτά. φακοειδῆ, ἐναντία ἀλλήλοις. ἐπὶ ἑκάστου λεπτῶν, ὡς σιλπνῦ, ὡς σφυρῦ. ὑπομελάνων, δοκεῖ δὲ τὰ αὐτὰ δύνασθαι τῷ προειρημένῳ.

De Trichomane. Cap. CXXXII.

TRichomanes. Sunt qui pterion, qui eupteron. Romani capillarẽ herbã, fiue pinnulã, siue filiculam uocãt. Sunt etiam qui adianton & hoc appellant. Nascitur ĩsdem locis filici simile, multo breuius. Ex utraq; parte folia deinceps habet, tenuia, lenitifimilia, contrarijs inuicem pediculis, in gracilibus, nitentibus & nigrescentibus ramulis. Creditur hoc etiã antedicto eadẽ omnia posse.

INTERPRES.

SVspicari ex trichomanis historia facile diligentioribus erit, quod pauloante dicebamus, credere nos in adianto uitium esse: relictasq; à librarijs uoces membrum'ue aliquod, quo ille Theophrasti exẽplo totum adiantum diuideret: trichomanesq; hoc, non illud filici similia habere folia diceret. Huius enim non illius, iudice sensu, similitudo ea est. Ideoq; pterion quasi filiculam à quibusdam dici Dioscorides ait: pteryn enim Græci filicem uocant: cui folia similia pariterq; in ramulis nascẽtia hoc genus habet. Eupteron alij itidem dixerunt, quoniam pennatum folium eius sit: nec aliter q̃ in alijs auium pennæ folia deinceps in eo sint. Eas omnes uoces imitati Romani, capillarem, quę trichomani responderet: pinnulam, quæ eupteron: filiculam, quæ pterio responderet, dixerunt. Græci hoc genus à ui sua trichomanes uocauerunt: q; rara cute fluentem capillum explet, & subnasci facit: μανὸν enim ea gens rarum uocat.

Περὶ ξανθίου. κεφ. φκ'.

Ξανθιον. Ἔστι δὲ φάσγανον. ἔστι ὃ ἀνθεμίσιον. ἔστι ὃ χάσκανον. ἔστι ὃ χοιραδόλεθρον. ἔστι ὃ καὶ ταύτην ἀπιόνην. Ἕλληνες λάπα. καλοῦσι. φύεται εὐθείοις τόποις, καὶ λίμναις ἀνεξηραμέναις. καυλὸν ἔχει πηχυαῖον. λιπαρόν. γονοειδῆ. καὶ ἐπ' αὐτῷ μαλάχας πλείονας. ἀτραφάξει δὲ τὰ φύλλα ἐμφερῆ ἔχει σύμαις ἔχοντα. κλάδους δὲ τοὺς ὁσμὴν παπλησία. καρπὸν ὃ σφονύλοις ὡς ἐλαίαν μεγάλην. ἀκανθώδη ὡς πλατάνου σφαίρας. ἀναλαμβανόμενον πρὸς ἱματίων καὶ πλοῦν φαῦσιν. Δύναται δὲ ὁ καρπὸς πρὶν πλείους ξηρανθῆναι, συλλεγεὶς καὶ κοπεὶς, καὶ ἀποπεθεὶς εἰς κοράμεδον ἀγγεῖον, ξανθὰς ἔχας πιεῖν. ἐὰν ᾖς ἐπὶ τῷ χρόσεως λαβὼν ἔγχυλίου πλῆθος ἡλίκου αὐτοῦ, δύσις πυρὰ χλιαρῷ, καὶ προεκνίσας τὸν κεφαλὴν, καταπλάσῃ. ἔνιοι δὲ καὶ μετ' οἴνου κόψαντες αὐτὸ, ἀποτίθενται. καταπλάττεται δὲ, καὶ πρὸς οἰδήματα ὁ καρπὸς ὠφελιτικός ἐστι.

De Xanthio herba. Cap. CXXXIII.

XAnthion. Sunt qui phasganion, qui antithesion, qui caschanon, qui choradolethron uocẽt. Sunt etiã qui & hanc aparinen. Romani lappã appellant. Nascit pinguibus locis & siccatis ẽsta te paludibus. Cubitalem habet caulẽ, pinguẽ, anguloſum, & ex eo prodeuntia alarum ẽaua multa, atriplici folia æqualia, incisuris diuisa, nasturcij odore. Fructum rotundum, grandioli uæ æqualem, aculeatum, figura pilularum plantani, tenaci contactu hærentem uestibus. Potest fructus hic antequam penitus arescat, lectus tususq;, & in fictili seruatus, flauum capillum facere, si quis cum eo uti destinauerit, trylibrij pondus ex eo sumens, tepidaq; aqua diluens, nitro prius præparato capite, emplastri modo imposuerit. Quidam tusum uino miscent & seruantq;. Idem etiam contra tumores utiliter emplastri modo imponitur.

Interpres

INTERPRES.

PLura lappæ genera, folio, semine & natali solo diuersa. Obseruatũq; à nobis est, quæcũq; hamatis uncis aculeatisq; & uestitũ tenacibus seminibus plãtæ sunt, in Græcis & Latinis eorũ aliqñ nomine indicari: in illis aparines, in nostris lappę: quę ueluti generis uox omnibus his est. Inter eas & xanthiõ hæc est, numeratis ab hoc scriptore notis satis cognoscẽda: sic dicta à Græcis, ὅτι ξανθὰς ἶχας ποιεῖ. i. flauũ capillũ facit. Habet & alias appellationes, sed nobis parũ certas, & ob id alijs relictas. Circa rusticas domos pingui, ut hic ait, sed frequẽtius humido solo nascit: idq; est q̃d hic ait arescẽtibus paludib⁹: paludes em̃ appellat loca etiã, in qbus p̃ hyemẽ aqua fuerit, æstate uero aruerint. Omniũ aũt notarũ quę xanthio huic à Dioscoride tribuũtur, nulla certior fructu eius est: dico aũt fructũ lappã, in qua semẽ est: quẽ figura grãdis oliuæ & aculeatũ hic describens, facillimã eius deprehensionẽ fecit. Sed nihil frequentius præmonstratis nascit locis.

περὶ Αἰγίλωπος. κεφ. ψκά.

Αἰγίλωψ. Ἔστι δὲ, σιτόσπελτος. ὁ δὲ, σίφων. ὁ δὲ, βρῶμος. ξωμαῖοι δὲ βένα. Βοτάνιον δέ φύλλα πυρῷ ἔχον ὅμοια, μαλακώτερα δὲ, ἐπ' ἄκρας ἔχον θλίψεις κεφαλῆς, κἀπὸ τούτων ἐκπίπτουσιν ἐφ' ὧν ἀθέρες ὁμοίως ἔχουσι. ἢ γ'. ἐρυθρόν. πεύκη δὲ ἡ πόα μετὰ ἀλεύρου καταπλασθεῖσα αἰγίλωπια. Σκληρίας διαφορᾶ. ἀπτίδετη ἐκφυομένης.

De Aegilope herba. Cap. CXXXIIII.

AEgilopen. Sunt qui sitospelton, qui siphona, qui bromõ. Romani hauenam dicunt. Herbula est folia tritico similia habẽs, molliora tamen. In summo autẽ capite gerit duo tria'ue colore rubro semina: inter quæ aristæ ueluti capilli exeunt. Sanat herba eius cum farina emplastri modo impositа, oculorum fistulas quas ægilopas uocant. Durities eadem discutit. Seruatur succus eius ad eadem, farinæ mixtus, tum siccatus.

INTERPRES.

AEquiuoca in Græcis ad hauenã cũctis notã & ubiq; nascentẽ frugẽ, & eã quã mõ tractamus herbã, ægilopis appellatio Latinis aliq̃t, ut uidet, præsertimq; Plinio & posterioribus Græcis miscendi causa fuit, quæ alioqui seperanda & in diuerso genere constituẽda fuerãt. Idq; nõ leui periculo usus, & turpi retũ incertitudine factũ est. Qui enim poterit pro hauena fruge modo cognosci quæ hoc capite à Dioscoride describit ægilops, duobus tribus' ue seminibus in summo rubentibus, & inter ea exeuntibus aristarũ modo capillis, quæ 11. uolumine ab hoc ipso scriptore bromos dicta descriptaq; est: pendentibus in summo paruulis ueluti locustis, duplici crure diuaricatis: in quibus semen: quæ tota hauenæ frugis pictura & præsens imago est? Qui etiã poterit idẽ utriusq; usus esse: cũ huius ad oculorũ fistulas quas ægilopas dicũt, præcipuus usus tradat: illius ad pultes, quæ tussiẽtibus inseruiãt? Qui etiã poterit nõ imperitus medicæ materię haberi Paulus Aegineta, antiquus & medicinæ grauis autor, seorsum de utraq; agens bromon q̃ similẽ hordeo uiribus tradẽs: Aegilopẽ uero discutiẽdi uim habere? Plura q̃ alia quę lõgius repetẽda mõ nõ sunt. Satis enim est ut diuersæ sint & cõstituant plãtæ ægilops & bromos, historia & autoritate eius scriptoris intelligi. Quẽadmodũ in hoc ipso uidere facillimũ est: qui inter fruges hauenã describẽs, bromõ eã uocauit: inter herbas aũt ægilopa hoc loco numerãs, diuersam ab hauena herbã nõ frugẽ descripsit. Qualis aũt hauena inter fruges sit, facile est 11. uolumine uolentibus cognoscere: qualis aũt ægilops, hoc loco cognoscenda erit: in cuius descriptione nihil est q̃d ad hauenã frugẽ pertineat. At Theophrasto ægilops multis locis nulla alia q̃ hauena est: & quæ ab eo illi tradunt, frugi non herbæ cõpetere uidenẽ. Nolumus nũc nos in ambigua re tanq̃ de cõperta agere: quæ enim de ægilope ab eo VIII. de historia & V. de causis plantarũ dicunt, huiuscemodi sunt: ἄλλ' ἴδιον ζῷόν ἐστι βοὸς λέγεται δὲ μὴ ἀπὸ πάντων βλαστάνειν ἅμα τὸ σπέρμα τοῦτο, ἀλλὰ ζῷου μόνου ἀνζωτικοῦ. ζῷου δὲ ἐστι νίωνε, cap. XVII. reddidit: Miꝛ loton herbã & ægilopa non nisi post annũ è semine suo nasci: quod aliqui, rusticæq; præsertim plebs, hauenæ frugis propriũ credunt esse. Idẽ Theophrastus V. de plantarũ causis cũ ageret de pestibus & iniurijs frugum, ait: καὶ ὅσα μὴ συμφωνᾶται καθ' ἕκαστον σπέρμα, οἷον αἶρα καὶ αἰγίλωψ ἐν πυροῖς καὶ κριθαῖς. quod est: Et quæcunq; singulis seminibus connascuntur, ueluti loliũ & ægilops in triticea & hordeacea segete. Qui locus à Plinio etiã libro XVIII. cap. XVII. his uerbis redditus est: Triticũ simili modo æra, & hordeũ festi Græcis uocibus cum Latinis eius uidere. Nos illud monemus, festucã non frugẽ ægilopa à Plinio nũc hauenam dici: quæ nihilominus pauloãte hauena ab eodẽ dicta fuerat. Videturq; uagus in Græcorũ ægilope, nunc frugẽ, nunc herbã describere. Suspicetur merito aliquis etiã ægilopa frugẽ hauenã esse, Galenũ primo de alimentis dicentẽ audiens: In triticea & hordeacea fruge cum impedimento aliquo infœliciter egerit in loliũ alterũ, alterũ in ægilopẽ sępe mutari: quod passim in re rustica & agrorũ disciplina iactatur. His multisq; alijs ueterũ scriptorũ decretis & autoritatibus facile receptũ est, ægilopa inter fruges hauenã indicare. Nec nos in re quæ iampridẽ tãtopere inoleuit, cõtraniti decreuimus: etsi nõ desint quibus probare id liceret: Sed ea iãpridẽ II. uolumine fuisse: ægilopẽ uero herbã omnibus facile cognoscendã esse, si in naturę contẽplatione diligentiores fuerimus: & quas hic illi tribuit seminis in summo coliculo numeri & coloris notas obseruauerimus. Cubitali fere altitudine coliculus ex folijs quæ in summa radice sunt, exit ægilops: primũq; floret gtana seminis prodeuntes duo tria' ue ut hic ait, sed frequentius tria, cũ matureſcunt rubentia, maioꝛ

locustarũ corneis oculis similia semina illa sunt, nec minus nitent: quod & in punicis grana contactu hærẽtẽ eodẽ & in capitulo ægilopis semina illa. Nascit macrò terreni genere, frequentissima in uineis. Inuenitẽ & in triticea hordeacea q; segete: quæ causa etiã fuit, ut eodẽ nomine & hæc & hauena indicatæ fuerint. Plinius post ea quæ aliis locis dixerat, & ex Theophrasto uerterat, XXV. uolumine, cap. XI. ex hoc scriptore totam his uerbis descripsit: Et ægilopas sanat eodẽ nomine herba, quę in hordeo nascit tritici folio, semine cõtrito cũ farina permixta imposita q; uel succo. Exprimit hic è caulibus foliis q; prægnãtibus dẽpta spica, & in trimestri farina digeritur in pastillos. Et hæc de ægilope obseruata à nobis in Græcis & Latinis sunt. Relinquimus aũt cogitandũ legẽtibus, an satis ad constituendã inter fruges ægilopem hauenã q; existimandã, Theophrasti de ea historia fit. Quod enim ad Plinii pertinet, manifeste deprehendit frugẽ in Theophrasto ægilopem existimasse: in Dioscoride autẽ herbã pauloãte à nobis descriptã: Non esse aũt Dioscoridis ægilopa hauenã, historia eius apertissime indicat. Quæ em in summo eius duo tria' ue grana rubentia & inter grana illa exeuntes ueluti aristas habet, neq; sunt in hauena, neq; esse possunt. At in Dioscoride legit bromẽ dici, & à Romanis hauenã. Imperitor q; additamenta illa sunt: ab his huic scriptori adiecta, qui alterã illã ægilopis significationẽ cum hac miscuerint, & ubiq; eandẽ esse crediderint: propterea q hic ait tritici folio esse ægilopẽ, & Theophrastus ea tradiderit quæ pauloante longius dicta à nobis fuerunt.

Περὶ βρώμου. κεφ. ϕκβ'.

Βρῶμος ἡ πόα· οἱ δέ, σιφώνιον. οἱ δέ, ἀκρόσπελτος. ῥωμαῖοι δὲ βρόμαν. πόα ἐστὶν ἀγίλωπι ἐμφερής. Δύναμιν ἔχουσα ἣν ξηρανθεῖσαν οὖλον σὺν ταῖς ῥίζαις μετ' ὕδατος, ἕως ἂν ἐπιτηθῇ τὸ ἀπόζεμα, διυλίζῃ αὐτὸ, ἐπίμισγε μέλι ποσοῦτον μὴ ἕψει μέχρις ἂν ἔχῃ πάχος ὑγροῦ μέλιτος, μὴ πρὸς ἐπίτηδον ἕψων, εἰ δὲ ἐφ' ὀδόντων πρόσοιθες τῷ μυκτῆρι, μὴ καθ' ἑαυτὸ μόνον τρίβε οὕτως. ἔνιοι δὲ μὴ ἁλόντα λιώσαντες πρὸ μίσγουσι, μὴ οὕτως χρῶν τῇ. πρὸς δὲ μὴ μετὰ ῥόδου ἔχῃ ἀφεψηθεὶς σὺν οἴνῳ πρὸς τὰς τοῦ σώματος διαφορήσεις.

De Bromo herba. Cap. CXXXV.

BRomon herbã sunt qui siphonion, qui acrospelton. Romani hauenã dicunt. Herba est ęgilopi similis. Natura & uis ficcandi illi est. Decocta igitur una cũ radicibus in aqua, donec ad tertias decreuerit, per colum trãsito, & mellis tantundem misce to: coquitoq; iterum usq; ad liquidi mellis crassitudinem. Facit ad narium ozęnas: in quẽ usum linteolo impositа naribus superpõitur. Potest & per se idem. Quinetiam tritam aloẽm aliqui miscẽt, eoq; modo utunt. Facit & cum ficcis rosis in uino decocta ad oris graueolentiam.

INTERPRES.

SI descripta hoc capite bromos herba in frugũ genere hauena est, ut in Dioscoride legit, bis nec suo loco actum ab eo de ea fuerit: quod in scriptore hoc absurdũ, & historia medicina q; eius indignum. Si in herbarũ genere ęquiuoca frugi est, nõ dissimulabo ignorare me eam, palã fateri. Barbarus in Corollario suo syluestris fere habitus hanc esse dixit, multoq; ante inter fruges II. uolumine dixerat: illic de grano & semine, hic aũt de herba tradit: discrimen q; obseruasse in prima eius nominis syllaba ait: quoniã nunc per ω, nunc per ο scriberet. Nos in ignota re fidẽ penes autorẽ uolumus esse. Non tamen tacebimus, nõ legi hoc caput in antiquoribus & melioribus Græcis: nec qui nobis est uetustissimus Latinus Dioscorides hoc habet. Obseruauimus q; nos eiusdẽ fidei cõcordes q; in cunctis & hunc & illos esse, magno argumento nulla quidam in Dioscoride fuisse quæ hoc capite leguntur. Non uerebimur & illud addere, si diligẽtius capitis huius phrasis expendat, ab ingenio & usu uocũ Dioscoridis longissime abesse uidebit. Quinetiã Paulus Aeginetа omnẽ ex hoc scriptore medicã materiã percurrens, unã tantũ bromon, & eã frugẽ numerauit. Ob quæ incliuat animus nobis, ut credamus adulterinũ esse hoc caput, & à posteriore aliquo huic scriptori additũ. Scio fore ut audacior multis in censura hac uidear, & contra alioq; omniũ placita & codicũ fidẽ petulantius desilire censere: sed nihil timere nos persuadet studij huius nostri fides & conscientia: quæ sine alioq; criminatione & rerum iactura suspicionibus saltem (quoniam forte alia ratione non potest) prodesse conatur.

Περὶ γλαυκός. κεφ. ϕκγ'.

Γλαυξ, κιτίῳ ἢ φακῷ τὰ φύλλα ἔοικεν. ὧν τὰ κάτωθεν λευκότερα, ἄνωθεν δὲ χλωρά. κλωνία δὲ ἀπὸ γῆς ἀνίησι πέντε ἢ ἑξ. λεπτὰ ὡσεὶ δαμαλία ἀπὸ ῥιζῆς. ἄνθη λευκοΐας ὅμοια, μικρότερα δὲ πρόφυλλα. φύεται παρὰ θάλατταν. ἄυτη ἐφοψηθεῖσα μετὰ ἁλεύρου κριθίνου μὴ ἅλὸς μὴ ἐλαίου, μὴ ζοφηθεῖσα, γάλα σβεννύμενον ἀνακαλεῖται.

De Glauce herba. Cap. CXXXVI.

GLauca. ⌊ Romani pariter Græcis glaucẽ dicunt. ⌋ Cytiso aut lenticulæ folia habet similia: in quibus auersa pars candida, superna herbaceo colore est. Ramuli p terram serpũt quinq; aut sex dodrãtales, à radice proꝛ deuntes. Flores illi sunt uiolis quas leucoia dicũt fimiles: minores tñ, colore purpureo. Nascitur prope mare. Ea cũ farina hordeacea sale & oleo cocta, tũ in sorbitiõe data, extinctũ lac nutricibus reuocat.

INTERPRES.

EVgalaton à copia lactis quã facit, uocasse ueteres Græcos glaucẽ hãc testatus Plinius est, ijsdẽ aut parum diuersis notis eam XXVII. uolumine, cap. IX. describens. Nec alia figura nostræ ætatis herbarij eã ostendunt

ostendunt. Relictū in historia eius id tantū ab hoc scriptore est, ꝙ folia in ramulis deinceps dispositа sunt bina: contrarijs pediculis & exiguis interuallis pēnata. Legebat in hoc capite corrupte, κλωνία δι ἀπὸ γῆς &c. quod est ut cæteri interpretes uertunt: Ramuli à terra. Id nos ueterum Græcorꝫ fide adiuti & rei necessitate admoniti, ἀπὸ γῆς, quod est per terrā, mutauimus. Fecimusꝫ id primum autore Plinio qui ait: Rami in terrā serpunt: sed multo magis ꝙ inconcinnum erat bis idem dixisse: primum à terra, mox à radice ramos exire. Satis enim alterum est: nec differt dixisse à terra & à radice aliquid surgere.

περὶ πολυγάλου. κεφ. φκδ'.

Πολύγαλον. δαμνίον ὅ δὴ καὶ δαμιαῖον, ἔχον φύλλα φακοῦ δίκην. γεύσει ὑποστύφουσαν. πρὸς ὀμφακίαν.

De Polygalo herba. Cap. CXXXVII.

POlygalon. L Romani pariter Græcis polygalon dicunt. ⌋ Dodrantalis frutex polygalon est. Lentis folia habet: gustu leniter acerbo. Creditur & hoc potum lactis abundantiam facere.

INTERPRES.

QVam habet solam potestatem polygalon herba, ipsum statim indicat nomē in quo sola est multi lactis significatio. Breuissime & hāc Plinius eodem libro sed capite XII. descripsit. Brevis herba ea est, singulari caule, in quo bina folia deinceps figura lentis, uerum maiora paruis interuallis prodeūt. In summo ueluti spicatum folioſum cacumen est.

περὶ Ὀσύριδος. κεφ. φκέ.

Ὄσυρις φευγάνιος μέλαν. λεπτόραδον. ῥιζοθραυστον. κὴ περὶ αὐτὸ φυλλάρια γ'. ἔστι δὲ κλῶν δ'. ἢ ε'. αὐθις ὡς περὶ λίνου μέλανα καὶ ταχέα. μεταβάλλοντα δὲ ὑπέρυθρα γίνονται. ταύτης δὲ τὰ φύλλα πινόμενον ἰατρεύει βοκάδα.

De Osyride herba. Cap. CXXXVIII.

OSyris. L Romani pariter Græcis Osyrim dicunt. ⌋ Singularis surculus, niger & gracili uirga Osyris est. Idem lētore suo difficillime frangitur. Circa eum folio la sunt lini foliis similia, à principio nigra, sed paulatim mutato colore rubescētia. Decocto eius fellis suffusiones emendantur.

INTERPRES.

LAxandi iecur in medicina uires habere Osyrim ueteres Græcorum medici testati solū sunt: in reliquo uitæ usu mulieribus cognitam herbam dixerunt, quæ ad exterendam leuigandamꝫ cutem ea uebantur. Nominis causam & originem nos ignoramus. Nec scimus unde ex Aegypto in qua gente prius uatim Osyris non contemnendum tunc numen colebatur, ad herbam transierit. Ostendunt hanc etiā herbarij, modo uera Osyris ea sit: intelligiturꝫ facile quæ hic ait folia à principio nigra, mutato deinde colore rubere maturitate, & quasi ficcitate eum contrahere colorem: quoniam superiora cōtinue nigro colore uirent. Inferiora autem quasi humore destituta, rubente colore illo uidentur.

περὶ Σμίλακος τραχείας. κεφ. φκς'.

Σμίλαξ τραχεῖα. L δι μὲν ἡπατίτις. δι δὲ λυκάνθεμον. δι δὲ κυνόσβατος. δι δὲ ἀνίκητον. δι δὲ ἡλιόφυτον. δι δὲ ἀναρλικόν. δι δὲ λυκόν. δι δὲ ἐλίσσαλία. ⌋ τὰ μὲν φύλλα ἔχει περικλυμένῳ ὅμοια. ⊂ κλήματα πρηνῆ. λεπτά. ἀκανθώδη ὡς παλίουρος. ἤθερε. ἐλίσσεται πη περὶ τὰ δένδρα ὡς ἄμπελος. ⊂ κάτω μέλανα. κάρπον δὲ φέρει βοτρυώδη ὡς ἄμπελος. ⌋ πεπαν δὲ ἔντα δέχεται ὑπέρυθρον. ὑπόστυφον. φύεται δὲ τόποις ἑλώδεσι ⊂ τραχέσι. ταύτης τὰ φύλλα πεπὸν ὁ καρπὸς θανασίμων ἐστὶ φάρμακα. πρόσπινόμενα καὶ ἐπιπινόμενα. ἐὰν δέ τις ἐσθίῃ ἢ πίνῃ τῶν ἐλαιῶν παιδίῳ τρίφας ὑπὸ τῶν δὲ ἐὰν ἀφέλῃ τὸν ἀφλοιὸν τοῦ κλάδου φάσμακα.

De Smilace aspera. Cap. CXXXIX.

SMilāca tracheam. L Sunt qui hepatitim, qui lycanthemon, qui canis sentē, qui anicetū, qui heliophyton, qui anatolicon, qui dyticon, qui Elidem appellāt. Aegyptij lyathe. Thusci rhadia. Romani merginam uocant. ⌋ Folia habet periclymeno similia: habet & numerosas uiticulas, graciles, paliuri aut canini sentis modo spinosas. Aduoluitur arboribus supra infraꝫ se circumagens. Fructū fert uuæ racemicꝫ modo L qualis est quem Græci epiphyllida uocāt, ⌋ cum maturuit rubentem: leniter in gustu adstringentem. Radicem habet duram crassamꝫ. Nascitur palustribus & asperis locis. Folia eius & fructus contra letalia uenena prius postꝫ pota, antidotum sunt. Tradita præterea est, si tritum eorum aliquid nuper genito infanti bibendum detur, nullum illi postea nociturum uenenum. *

INTERPRES.

TRactata in croco fabulosa smilacis historia à nobis est. Fuerunt ꝫ tūc ex antiquis aliquot scriptoribus repetita, quæ in Plinij & Nasonis lectione nouisse pro smilace hac omnes oporteret. Eo labore nūc, & ut poēta ait, fasce leuati, nec habētes quod illi aliud adijciamus, (Omnia em̄ ex Theophrasto & Plinio

Barbarus in Corollario ſuo coaceruauit) breuiores in cõmentatione eius erimus: præſertim naſcente ubiq; inter ſtirpes & in ſepibus ſmilace: cunctisq; ob eam cauſam noto ſarmentoſo frutice: cuius flos cãdidus eſt, & egregie odoratus. Quæ duæ eius notæ in Dioſcoride non leguntur, in deprehendenda ſtirpe non minus tot alijs ab eo numeratis neceſſariæ: quæ aut forte in hoc ſcriptore perierunt, aut in uulgari ſtirpe neglectæ ab eo fuerunt. Nihil pro cognoſcenda ſmilace certius Theophraſti hiſtoria eſt, quã multis toto opere locis, ſed longiſſime ad finẽ tertij de plantarũ hiſtoria uoluminis tractauit. A quo didiciſſe facile fuit, quã nã hic in fructus deſcriptione ἐπιφυλλίδα uocat, & nos uertimus racemi modo quẽ Græci epiphyllida dicunt: qm Latina illi uox reddi non poterat. Eam alij interpretes parũ curaſſe uidẽt: alioqui præcipua eſt ſmilacis nota. Nec ſine cauſa Theophraſtus quo diximus loco ait: κῆν κατ' ἄκρον ὁ μίσχος βότρυς ἔχων κατάλον &c. pluribus quidem ſed certioribus uerbis rem deſcribens. Pro qua ſciendũ eſt, epiphyllidẽ à Græcis dici ultimũ in ſummo uitis palmite racemũ, qui plerunq; paruus, rarisq; acinis ſero matureſcit, quoniã poſtremus conceptus eſt: ideoq; inutilis, & in uindemia plerunq; neglectus. Diſſiniuntq; Græci epiphyllidẽ βοτρύδιον μικρὸν ἐπὶ τέλει βλαστάνον. quod eſt: Racemulũ paruũ in ſummo germinantẽ. Teſtis eius ſignificationis Ariſtophanes in Ranis ſuis eſt, de poëtis aliquot dicens: ἐπιφυλλίδας ταύτ' ἐσὶ κῆν, σωμύλματα. quod eſt epiphyllides hi ſunt & dicaces. Quo loco interpres eius autore Calliſtrato alijsq; ait: τὰς ἐν κορυφαῖς τοῦ κλημάτων βοτρύδια, id eſt in cacuminibus palmitũ racemulos ſic uocari, quoniã non ſub folijs ut alij, ſed ἐπὶ τοῦ φύλλων, id eſt ſupra folia naſcant. Et quoniã ſmilax hæc racemoſum fructũ in ſummo palmite fert, ideo hic ab epiphyllidibus his accepta cõparatione rem indicauit. In quo animaduertendũ & illud eſt, autore eodẽ Theophraſto fructũ etiã à lateribus uiticula rum ferre ſmilacem: ſed præcipuum & omniũ ſpecio ſiſſimũ in ſummo palmite, & nihilominus omnẽ epiphyllidi ſimilem eſſe. Poterant dici & alia multa, ſed paulominus q̃ omnia à Barbaro collecta ante nos fuerunt: & nos ambitioſius fore credimus, ſi ab alijs dicta à nobis dicerentur.

ἐπιφυλλίς.

Epiphyllis.

Περὶ Σμίλακος λείας. Κεφ. ϕκζ'.

Σμίλαξ λεία. ὅμοια κατὰ τὰ φύλλα ἔχει, μαλακώτερα δὲ καὶ λεπτότερα. τὰ δὲ κλήματα ὡς ἡ πρὸ αὐτῆς ἀκάνθας οὐκ ἔχουσα. ἐλίσσεται δὲ περὶ τὰ δένδρα ὡς ἡ προτέρα. καρπὸν δὲ ἔχει ὡς ἡ δέρμου μέλανα μικρόν. ἀεὶ δὲ ἐπάνω ἔχουσα ἄνθη λευκὰ πρῶτα. καὶ πᾶσαν τὴν σμίλακα καὶ περιφθίνει καὶ σκληραὶ δι' αὐτὴν γίνονται τοὺς δέρεις. φυλλορροεῖ δὲ περὶ φθινοπώρου. τέρμα δὲ καρπὸς μετὰ δ' ὀγδοηκοντοῦ πινόμενον, τριωβόλου ὁλκὴ ἑκάτερον, ὑπνία πολλὰ καὶ ταραχώδη ὀφᾶν ἐργάζεται.

De Leni & ſine aculeis ſmilace. Cap. CXL.

SMilaca lean, id eſt ſmilacẽ ſine aculeis, Romani pariter Græcis ſmilacẽ non aculeatã dicunt. Hederæ ſimilia habet folia, molliora tñ tenuioraq;, & maiore lẽuore. Viticulas itidẽ antedictæ ſimiles, ſed aculeis carentes. Aduoluit & hæc ut antedicta arboribus. Fructum fert lupino ſimilẽ, nigrũ, paruũq;: ſupra quẽ numeroſi colore candido per totã ſmilacẽ orbiculati flores exeũt. Scenæ tabernaculaq; ſmilace hac ætate fiunt. Autumno folia amittit. Eius ſemen cũ dorycnio & utrunq; triũ obolorũ pondere potũ, multa & tumultuoſa inſomnia facere credit.

INTERPRES.

QVatuor in ſcriptore hoc & in reliquis Græcis ſmilacis genera numerantẽ: uerũ duo hæc primo, perſe, & uere ſmilaces dicunt: quæ enim 11. uolumine à Dioſcoride tradita & hortenſis dicta ab eo & ab alijs eſt, ex eadẽ ui ueſtiendi ſepes muroſq;, & ut hic ait, ſcenas faciẽdi, in cẽſum & nomẽ hanc uenit: licetq; hederaceo folio illa etiã deſcribat, fructu tamẽ & ſemine penitus diuerſo eſt: hęc enim lupinis, illa fœnogræco comparatur. Præterea in cenſu medicæ materiæ, quæ à Paulo Aegineta VI. ſui operis uolumine tractat, quatuor eodẽ nomine ſmilaces numerant: aſpera hæc, & ſiue aculeis altera, quas Galeni exẽplo milaces nõ ſmilaces & ipſe uocat: quẽadmodũ in croco nos etiã diximus: tertiã hortenſem illã, cuius fructus lobia, id eſt ſiliquas uocari & hic & ille ait: quartã poſtremo taxũ arborẽ, quã aliq per y diſcriminis cauſa ſcribi uoluerunt. De qua dictũ à nobis hoc ipſo uolumine fuit: tota q; ſmilacũ omniũ in antiquis Græcis hiſtoria hæc eſt: nec cõtra codicũ omniũ fidẽ, uetereq; medicorũ autoritatẽ nouare aliquid nos audemus. Non tñ credimus legentibus fore inutile monere eos, dubitaſſe nos & adhuc animo pendere, hortẽſem illã lenemq; & ſine aculeis eandẽ hanc eſſe, & pro una duas in hoc ſcriptore legi: utimurq; ad hanc dubitationẽ his cõiecturis: Vtraq; hederaceo folio deſcribit: illa graciles caules & clauiculas, quibus propinqs fruticibus ſe implicet: hæc uiticulas eiuſdẽ rei ſignificatiõe habere dicit: illa multo incremẽto augeat eousq;, ut ſcenas & tabernacula faciat: idẽ & hæc facere tradit. Illa ſemẽ habet ὑπνοφόρον), id eſt inſomnioſum, hæc ὑπνία πολλὰ καὶ ταραχώδη, id eſt multa & tumultuoſa inſomnia facere dicit. His nos cõiecturis & obſeruatiõibus moniti, dubitauimus eandẽ eſſe & pro una duas numerari. Sed tanti apud nos merito eſt ueterũ medicorũ autoritas, ut eos ſequi potius q̃ ſolus importune ſapere uoluerim, præſertim uocãte Plinio aliq; locis hortẽſem illã Græcorũ exẽplo ſiliquã: Dico aũt Græcorũ exẽplo, quoniã illi diſcernentes eã ab alijs, ſmilacẽ quidẽ proponunt, ſed ſtatim addunt cuius fructus ſiliqua uocat: Veriſimileq; eſt hortẽſem illã in ſmilacũ nomẽ, ut diximus ſola ſimilitudine tranſiſſe: & hæc pro ſmilace omni ſatis dicta hactenus ſint: meminerintq; legentes, quã nos modo tractamus, frequentiorem eſſe, & in uſu coronarũ quondam ob floris ſpeciẽ & odorẽ fuiſſe.

Περὶ Μυρσίνης ἀγρίας. Κεφ. ϕκή. De Ruſco, quã ſylueſtrem myrtum Græci uocant. Cap. CXLI.

Myrſinen

Μυρσίνη ἀγρία. Οἱ δὲ μυρτάκανθα. Οἱ δὲ ἱερόμυρσον. Οἱ δὲ ὀξυμυρσίνη. Οἱ δὲ μυάκανθα. Οἱ δὲ ἄγονον. Οἱ δὲ σκίσκος. Οἱ δὲ μίνθη. Οἱ δὲ κατάγγελος. Οἱ δὲ ἀνάγγελος. Οἱ δὲ ἄκαγγι. Οἱ δὲ ὀκνηρόν. Οἱ δὲ κίνλων. Οἱ δὲ λιχλώνη. Οἱ δὲ χαμαμύρτη. Βοιωτοὶ δὲ γυρηνίδα. Μάγοι Ἡρακλέους γενεαλογίαν. Ῥωμαῖοι δὲ σκοπόν. ¶ Τὸ δὲ φύλλον μυρσίνης ἔχει ὅμοιον πλατύτερον δὲ καὶ λογχοειδὲς. ὀξὺ δὲ ἐπ' ἄκρου. τὸν δὲ καρπὸν στρογγύλον. ἐν μέσῳ δὲ τῷ πεπαίνεσθαι ἔχοντα ὀστᾶ δύο ὁσῶδες. κλωνία λυγοειδῆ πρὸς ἓν σφίγγεσθαι αὐτοὺς δύνασθαι. ὅσον πήχεως. φύλλα μεσά. ῥίζαν παραπλησίαν ἀγρίῳ γλυκομύρρῃ στρυφνόν. ὑπόπικρον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς ἐν οἴνῳ πινόμενα, οὖρα κινεῖν. καταμήνια ἄγειν, καὶ λίθους τοὺς ἐν κύστει θραύειν. Διαπεύθει δὲ καὶ ἡπατικοὺς ἐκ στραγγουρίαν. καὶ κεφαλαλγίαν. φύεται δὲ ἐν βαχέσι τόποις καὶ κρημνώδεσι. ἐκ δὲ ἀφέψημα δὲ φύλλων σὺν οἴνῳ πρὸς ἔμ, τὰ αὐτὰ ποιεῖ. καὶ ἀντὶ ἀσπαράγου δὲ οἱ καυλοὶ νεοθαλεῖς λαχανώδομενοι ἐσθίονται. εἰσὶ δὲ ἔμπικροι καὶ διουρητικοί.

MYrsinen agrian ⸗ id est, syluestrẽ myrtum. Sunt qui myrtacanthã, quasi aculeatã: qui hieromyrton, quasi sacram: qui oxymyrsinẽ, id est acuminatã myrtum: qui myacanthã, id est murinã spinã: qui agonon, qui scingũ, qui minthẽ, qui catangelõ, q anãgelon, qui acorõ, qui ocnerõ, qui cinen, qui lichenẽ, qui chamæpytin, qui chamæmyrtũ, quasi humilẽ & terrestrẽ myrtũ appellent. Bœotij gyrenia da. Magi Herculis genituram. Romãi ruscũ uocãt. ¶ Myrto simile foliũ habet, minus tamen, lanceæ figura, in summo acuminata cuspide. Fructũ fert in medio folio hærentẽ, rotundũ, cũ maturuit rubentem, ossea intus duritie. Ramulos uitiliũ modo lentos, numerosos, ab ipsa radice statim infragiles, cubitali longitudine, foliis plenos. Radicẽ gramini similẽ, sapore acerbo amarescẽte q: bibunt in uino folia fructusq; ad ciendas urinas, ducẽdos mẽses, & frangendos in uessica calculos: prosunt eadem fellis suffusionibus, urinæ stillicidio, & capitis doloribus. Nascitur asperis locis & præruptis rupibus. Potest idem & radicis decoctũ cum uino potum. Quinetiam noui eius caules pro asparagis olerum modo eduntur: amaritudinem tamẽ habent, sed urinam cient.

INTERPRES.

RVscũ nouisse omnibus facile erit, tam certas in scriptore hoc eius notas ruri inter sepes & rupes obseruantibus. Potuit cuspidatus magis q̃ spinosus frutex in usu medicinæ aliquo & sanitatis quondã, ut hic ait, fuisse: nunc in nullo honore est. Aliquibus locis tñ scopæ ad purgãda pauimẽta ex eo fiũt. Pueri etiã rubentes baccas ex foliis eius decerpentes, ceu coralijs per ludũ se illis ornant. Rustica posterior cuspidẽ folioꝝ eius cacumina penetrare animalia illa audent: quã ob causam myacanthã, id est murinã spinam dictã fuisse etiã credimus. Hetruria certe modo non aliũde facto nomine appellat. Theophrastus etiã præter hæc libro tertio de plantarum historia κεντρομύρρινον, id est cuspidatam myrtum uocauit.

Περὶ Δάφνης. Κεφ. ρμδ'.

De Lauro Alexandrina. Cap. CXLII.

Δάφνη Ἀλεξάνδρεια. Οἱ δὲ Ἰδαία. Οἱ δὲ Δανάη. Οἱ δὲ ὑπόγλωττον. Οἱ δὲ Ζάλεια. Οἱ δὲ στεφάνη. Οἱ δὲ, δάφνος. Οἱ δὲ, Σαμοθρακική. Οἱ δὲ μύρτιον. Οἱ δὲ ὑπογλώσσιον. ¶ Φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει, μείζονα δὲ καὶ μαλακώτερα. καὶ λευκότερα. καὶ ἐν μέσοις ἐξογκότερα. κλῶνας ἐπὶ γῆς πιδαμαίους ἢ καὶ μείζονας. ῥίζαν παραπλησίαν τῇ ὀξυμυρσίνῃ. μείζονα δὲ καὶ εὐώδη καὶ μαλακωτέραν. φύεται ἐν τόποις ὀρεινοῖς. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα πιομένη. ⊀ς'. πλῆθος μετ' οἴνου γλυκέος, βοηθεῖ ταῖς δυσοδίαις καὶ στραγγουρίωσιν. ἔτι δὲ καὶ αἵμα.

DAphnen Alexandream. Sunt qui Idæã lauꝝ, qui Danaën, qui hypoglottõ, qui Zaleã, qui stephanen, ⸗ qui daphnon, qui Samothraciã lauꝝ, qui myrthrion, qui hypoglossidion uocent. Romani lauꝝ Alexãdrinam dicunt. ¶ Folia rusco similia habet, minora tamen, molliora & cãdidiora. Fructũ in mediis foliis fert, rubentẽ, magnitudine ciceris. Ramulos per terrã spargit dodrãtales & aliquãdo maiores. Radicem rusco similem, maiorem tamen, odoratam mollioremq;. Nascitur mõtanis locis. Succurrit in difficili puerperio põdere drachmaꝝ quinq; pota cum dulci uino radix eius. Succurrit & stillicidio uessicæ & menses trahit.

INTERPRES.

VIdimus aliquando ex Gallia in Italiam aduectum hominis in natura monstrum, quod per urbes ad spectaculum quæstus causa à plerisq; circũferebatur: Id puer nondum plenæ pubertatis erat, cui ab anteriore parte inter imum pectus & umbilicũ eiusdem sexus paulominus q̃ integer alius pendebat homo: alterius illius & integri, ex quo pendebat, tertia fere pars. Caput illi tantũ & superiores humero rũ partes deerant: quæ uetuti insitione quadã in integro illo latentes, tam apte quo diximus loco coaluerãt,

ut ſine labore uitæq; tædio duo ſimul paulo minus q̃ tota corpora in uno homine uiuerẽt. Brachia incœpta illi tantũ uidebantur: reliquũ undiq; integrũ corpus erat, quod ad alterius ſenſus neceſſitatesq; omnes etiã moueretur. Simile illi Alexandrinæ lauri foliũ eſt. Habet enim integræ quantitatis folio ſupernatũ à ſuperiore parte, paulo ſupra longitudinis dimidium minus aliud foliũ: quod ueluti monſtrũ aliquod in eo ſuperna ſcitur & uiuit, eiuſdem, excepta magnitudine, per totum figuræ: Neq; ab re hic utrunq; hoc foliũ ruſci foliis cõparauit: acuminata enim ſunt: ſolaq; ut hic ait, magnitudine mollitieq; & candore differunt. Habet præterea Alexandrina laurus hæc aliud quod ruſco ſimile ſit: ἐπιφυλλόκαρπον enim ut Theophraſtus ait, id eſt in foliis contra aliarũ ſtirpiũ naturã fructum fert: quod hic breuius indicauit dicens: καρπὸς δὲ ἐν μίσοις &c. nos q; uertimus, fructum fert in mediis foliis. In quo animaduertendum eſt, fructũ ferre Alexandrinam hanc laurum in medio quidem folio, quemadmodum & ruſcus: non tamen ſimpliciter, ut ille, ſed in geniculo alterius eius folij, quod nos maiori folio ſupernaſci diximus: illic enim hæret fructus: eamq; ob cauſam potuit hic ſcriptor ἐν μίσοις dicens, non media folia, ſed inter folia medium naſci fructum teſtari. Quemadmodum Theophraſtus libro 1. de plantarum hiſtoria his uerbis indicauit: καὶ ἴνια καρποφόρα μεταξὺ πεφυλλοφόρα ἀν καρπὸν, ὥσπερ ἡ ἀλεξανδρέα λάφνη. quod eſt: Sunt & folia quædã fructũ ferentia, & inter ſe fructũ amplexa, qualis Alexandrina laurus eſt. Inter ſe fructũ amplexa ait, paucis quod dicimus manifeſte indicans. Eſſe autem Alexandrinam laurũ ἐπιφυλλόκαρπον, id eſt in foliis ferre fructũ, pluribus locis teſtatur Theophraſtus idem: præſertimq; tertio de plantarum hiſtoria uolumine. Idæa laurus etiã dicta hæc ab Ida monte eſt, quo loco ſpecioſior & copioſior forte naſcitur. Stephanon itidẽ, id eſt coronã, q; pro lauro ad coronas forte uterentur: Credimusq; nos Alexandrinã laurum dictam, q; Alexander uictor ea uſus fuerit, & ſi Plinius daphnoidi id tribuat. Sciendum illud etiam, inueniri aliquando in ea ſimplicia folia, quæ ſupernatum alterum illud minus folium non habent: ſed ſterilia ea ſunt: manifeſto argumẽto, ſupernaſci alterũ illud foliũ fructus cauſa. Hypoglotton & hypogloſſidion uocari à quibuſdã eandẽ hic ait. Idẽ monuit & Plinius. Factum q; id nomen à lingua eſt: nec aliud ſignificat, q̃ quod ſub lingua habetur, aut huiuſcemodi quodpiã. In quo non facile perſuaſerit mihi aliquis à ſimilitudine humanæ linguæ dictã fuiſſe: acuminato enim mucrõe folia eius ſunt, à qua figura longe humana lingua abeſt. Quò fit, ut credamus potuiſſe quondam ſic dici, quoniã ad ſiccandã linguæ nimiam humiditatem in pueris forte uterentur: eſt enim illi acrimonia & calefaciendi uis: id tamen in antiquis hactenus inuentum à nobis non eſt. Veruntamen ſcimus Inſubres aliasq; gentes aliquas in balbutientibus pueris uti ea: iuberiq; ſub lingua habere mares duplex eius folium & fœcũdum: ſimplex uero & ſterile illud fœminas. Veruntamen ut diximus, in Græcis nullum eius uſus habemus autorem.

ἐπιφυλλόκαρπον.

περὶ Δαφνοειδοῦς. κεφ. φλ'.

Δαφνοειδὲς. οἱ δὲ εὐπέταλον, οἱ δὲ χαμαιδάφνιν, οἱ δὲ πέπλιον καλοῦσι. δαμιώσκος ὅσῃ πηχυαῖον. κλάδους πολλοὺς ἔχει μαλακοὺς πρὸς τὸ ἄνωθεν ἥμισυ. φυλλοφόρους. φλοιὸς δὲ περὶ τὰς ῥάβδους γλίσχρος καὶ ἰσχνός. φύλλα δάφνῃ ἐοικότα. μαλακώτερα δὲ καὶ ἰσχνότερα καὶ οὐκ εὔκλαυστα. δάκνουσα καὶ πυρώδη τὰ σώματα καὶ φάρυγγα. ἄνθη λευκά. καρπὸς μέλανα ὅταν πεπανθῇ. ῥίζα ἄχρηστος. φύεται ἐν ὀρεσφύτοις τόποις. ἄγει δὲ καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ ἐμέτους καὶ ἔμπυα. καὶ διαμασηθὲν καὶ προφλεγματίζει. ἔστι δὲ καὶ πταρμικόν. καθαίρει δὲ καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ ὅσον κόκκοι ι'. πινόμενοι.

De Daphnoide. i. Laureola herba. CXLIII.

DAphnoides. Sũt q à ſpecioſa folioq; pulchritudine eupetalon, qui chamædaphnen, qui pepliõ uocẽt. Romani paliriter Græcis daphnoides dicũt. Cubitalis frutex eſt. Ramulos habet multos, à medio in ſuperiorẽ partẽ iũceo lẽtore flexiles, in quibus folia ſunt. Cortex ramuloq; eoq; egregij lẽtoris eſt. Folia lauro ſimilia habet, molliora tñ ualidioraq;, nec facile fragilia: erodẽte & feruido in ore & fauces ſapore. Flores candidos. Fructũ cũ maturuit nigrũ. Radicẽ inutilem. Naſcitur montanis locis. Ducit per inferna pituitam recẽs ficcatum ue potum daphnoidis folium. Vomitiones idem & mẽſes cit. Quinetiã commanducatũ pituitas oris purgat. Sternutamenta itidem cit. Purgant etiam ſeminis eius pota grana numero ſexdecim.

INTERPRES.

NOn lauroq;, ſed lauri formã & ſpeciẽ: neq; eam toto corpore, uerũ in foliis & fructu tantũ habentẽ herbam Græci daphnoides dixerunt. Plinius præter nomina quæ in Dioſcoride legũt, ſtephanon, id eſt coronã Alexandri uocari etiã dixit. Noſtræ ætatis peritiores herbarij hanc priuatim laureolã uocant: oſtenduntq; laurinis foliis ſurgentẽ à terra ſurculoſum fruticẽ, conſertis coaceruatisq; ſub foliis ſemini bus quæ laurinaq; baccaq; figura ſunt, nigris ut hic etiã ait in maturitate. Florem uidere non licuit. Eamq; ob cauſam nihil pro cõperto de eo teſtamur: ſed reſpondentibus naturæ cæteris notis ueriſimile eſt reſponſuros etiã & flores. In quibus damnauimus nos & exploſimus quod à capitis principio ſtatim legebatur: Alypo ſimile daphnoides: & florem nympheq; habere: & quod ſequitur: in medio floris eſſe cono ſimile quiddã, in quo ſemen: quoniam non reſponderent daphnoidis hiſtoriæ, & nullibi in antiquiſſimis Græcis & Latinis ea legerentur: & paulopoſt de flore eius legitimo loco ageretur. Naſci multum daphnoides hoc Theophraſtus in Arcadia teſtatus eſt. Numeraturq; ab eo inter ea quæ præcipuam purgãdi uim habent: quod hic etiã indicat, monens per aluum pituitas ducere, uomitiones ciere menſesq;, & commanducatum pituitas oris purgare. Quinetiam ſternutamenta facere: quæ omnia eiuſdem poteſtatis ſunt.

De

περὶ χαμαιδάφνης. κεφ. φλά.

Χαμαιδάφνη, οἱ δὲ, ἣν ταύτην ἀλεξάνδρειαν οἱ δὲ, δαφνίτην. οἱ δὲ, ὑδροχαρωνόμ. ἐσμαῖοι λαυρίολα. οἱ δὲ, λακτάγω. γάλλοι δυσουνους. πτελεαίους. ὀρθάς. λεπτὰς καὶ λείας. καὶ ταύτης δὲ τὰ φύλλα ὅμοια δάφνῃ. λεπτότερα δὲ πολλῷ καὶ χλωρότερα. καρπὸν δὲ περιφερῆ. ἐξυθρόν. τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα. ταύτης τὰ φύλλα λεῖα καὶ λαπλαθένια, κεφαλαλγίας καὶ σομάχου ἐγκαύσεσιν ἀρήγει. πεθένσιν δὲ μετ' οἴνου σφόδρα παύει. ὁ δὲ χυλὸς καὶ ὠτων πολλῶν μενος καταμήνια καὶ οὖρα ἄγει. καὶ ὧν πεσσῷ προσεθεὶς τὸν αὐτὸν τρόπον.

De Chamędaphne, id eſt, humili & terreſtri Lauro, quam Latini uincam peruincam. Cap. CXLIIII.

CHamædaphnen. Sũt qui & hãc Alexandrinã lauũ, qui daphnitin, q hydragogon. Galli ufibim. Romani laureolã ſiue lauraginẽ uocant. Virgas ex ſe profert ſingulares nulliſq; ramulis cubitales, rectas & cũ leuore graciles. Laurinis huiꝰ etiã folia ſimilia, maiore tamẽ leuore uiriditateq; ſunt. Fructũ fert rotundũ, rubentẽ, foliis adnatũ. Capitis doloribus & æſtuanti ſtomacho conciſa eius folia emplaſtri modo impoſita ſuccurrũt. Sedãt tormina cũ uino eadẽ pota. Quinetiã potꝰ cũ uino succꝰ eius mẽſes & urinas trahit: idẽq; in peſſulo appoſitus præſtat.

INTERPRES.

HVmilis & terreſtris laurus chamędaphne eſt, ſola foliorũ ſimilitudine Græcorũ adoptione in nomen lauri & honorẽ adſcita: topiaria herba ſi Plinio credimus, & à Latinis herbariis ſua ætate uincaperuinca appellata. Quæ ſi ea eſt quã Hetruria nũc uincam herbã uocat, qua defunctæ uirgines in gẽte noſtra ad ſepulturã coronatæ efferũtur, & qua familiæ apud nos aliquæ gentili iure ſuo primũ ingredien tem urbem archiepiſcopũ coronatę ad portã excipiũt ſtipantq;, & per urbem comitãtur, cognitu facillima eſt: in hortis paſſim naſcens, tenuiſſimis uiticulis potius per terrã ſerpens q̃ uirgis, ut Dioſcorides ait, à terrã ſe extollens, foliisq; oleaginis magis q̃ laurinis ſimilibus. Verũ à Dioſcoridis chamædaphnes hiſtoria longe differt, ob eas quas pauloante numerauimus & pleraſq; alias notas, quas uolẽtibus obſeruaſſe facillimũ erit. Meminit Theophraſtus chamædaphnes ad extremũ tertiũ de plantarũ hiſtoria uolumẽ: ſed tam breuiter ut nihil poſſit ab eo aliud intelligi, q̃ ferre chamædaphnem fructũ foliis adnatum: quod à noſtræ ætatis uincã lõgiſſimè abeſt. Ea etiã in nullo ciborũ uſu modo eſt, quod ueteres Græcorũ medici in chamędaphne fuiſſe quondã teſtãtur. Siquidẽ Paulus Aegineta in VI. de ea agẽs ait: αὐτὴ καὶ ἐσθίεται, quod eſt: hæc etiã comeditur. Præterea libro I. quo capite docet de omnium oleꝝ aſparagis, cum longius de pluribus egiſſet, ſubiecit: ἥ τε πτελαία δὲ, καὶ ὁ τῆς χαμαιδάφνης ἀσπάραγος, id eſt: Nutrit ſimiliter etiã & chamædaphnes aſparagus. His nos indicijs autoribus q̃ perſuademur, nõ eſſe chamædaphnem Hetruriæ uincã herbã: Et nihilominus quæ à Plinio uincaperuinca XXI. uolumine capite XI. deſcribitur, noſtræ gentis uincę ſatis reſpondet. Siquidem uincam peruincam ait ſemper uirere in modum lineæ, foliis geniculatim circũdatam, topiariam herbam, & inopiam florum aliquando ſupplere: quæ omnia noſtræ huic competunt, in chamædaphne autem inueniri nequeunt. Quærendum itaq; qualis chamædaphne ſit folio lauri, cubitalibus uirgis, fructu rotundo rubenteq;, & foliis adnato: cuius aſparagus in ciborum uſu eſſe poſſit.

περὶ ἑλλεβόρου λευκοῦ. κεφ. φλϛ.

Ἑλλέβορος λευκός. οἱ δὲ, ἀσκίδα. οἱ δὲ ἄτμον. οἱ δὲ, πτυγατόξυον. πρὸς φθίσιν γόνος ἡράκλειος. οἱ δὲ, πολύφλοιος. οἱ δὲ, ἀνάφυσος. αὐτύπιοι σομφία. λάτινον. οἱ δὲ, ἀνεψιά. φύλλα ἔχει ὅμοια τῆς ἀγγουσσώδους. ἡ στύλου ἀτρίου. ῥαχὺ τρα καὶ μελάντερα καὶ ἐρυθρὰ τὴν χρόαν. καυλὸν παλαισιαῖον. κοίλον. πτιφλοιζόμενον ὅπερ ἄρξεται ξηραίνεσθαι. ῥίζαι δὲ ὑπεσι πολλαὶ λεπταί, ἀπὸ κεφαλίου μικροῦ καὶ ἐπιμήκους. ὡς τοῖς τόποις καὶ τραχέσι. συλλέγειν δὲ δεῖ τὰς ῥίζας περὶ τὸν πυραμικτόν. ἄριστος δὲ ὁ ὀξὺν αὐτῶν, ὁ μεξίως πεταμῶδης καὶ λευκός. καὶ εὐθραυστος καὶ σαρκώδης. οὐκ ἄρρυς δὲ καὶ ὀσμὴν ἔχοντα ἀρτίως ἐν τῷ θραύεσθαι. ἔχων δὲ καὶ τὸν ὑπὸ δριμύτητα λεπτόν. ἐκπυροῦται γεύσιμον οὐ λίαν, οὐδὲ ἀηδόδης. σίελον

De Veratro albo. Cap. CXLV.

ELleboron albũ. Sunt qui aſcidẽ, qui ectomon, qui pignatoxarim, qui polydes, qui anaphiſton, qui urne appellẽt. Magi Herculis genituram. Aegyptij ſomphiã. Galli laginon ſiue anepſa. Romani ueratrum album uocant. Plantagini aut ſylueſtri betæ folia ſimilia habet, breuiora tamen nigriora q̃ue: colore aliqua parte rubro. Caulem palmi altitudine, concauum cum ficcari incœperit, cortices ceu tunicas dimittentem. Radices illi ſunt numeroſæ, graciles ab exiguo capite & oblongo ceparum modo prodeuntes. Naſcitur montanis & aſperis locis. Carpendæ per meſſem radices eius ſunt. Probatiſſimum in toto ueratri albi genere eſt quod mediocriter riget albetq;: quod itidẽ carnoſum, fragile, non adeo acuminatum, iunceumq; aut cũ frangitur puluerulentum: ſed quod interiorẽ medullã exilẽ habet: quod linguã feruido guſtu incẽdit: nõ ualde tamen neq; uniuerſim: q̃dq; ſaliuam

ὠφελῶσαι. πυιγῶδες δὲ ὁ Ποντικὸς. πρωτεύει δὲ ὁ κυρηναϊκός. ὁ δὲ γαλατικὸς καὶ καππαδοκικὸς, λευκότερος καὶ χνοῶδες καὶ πυκνότερος. καθαίρει δὲ διὰ ἐμέτων ἄνω πρικίλα. μίγνυται δὲ καὶ κολλυρίοις τοῖς δυναμένοις τὰ ὑπομελανθέντα τῶν ὀφθαλμῶν καθαίρειν. καὶ ἔμπλαστα. καὶ ἔμβρυα κτείνει. προσιδέμενος. πεμούς τε ἐξεθίζει. καὶ μύας κτείνει, σὺν μέλιτι καὶ ἁλφίτῳ φυραθείς. συγκαθεψόμενός τε κρέασι, σωτηρικὴ αὐτά. διὸ ὅταν δὲ νήσευσι καθ' ἑαυτὸν καὶ μετὰ σησάμου καὶ θαψίας χυλῷ, ἢ ἄλυκος, ἢ μελικράτῳ, ἢ πόλτου, ἢ φακῷ, ἢ ἄλλου ἑφθήματος. συνεπιτρίβειν δὲ καὶ ἄρτῳ καὶ ὀπτᾶσαι. ἢ δὲ προσαπαγχόμενος καὶ διαπνοίας, ἀφελεῖσθαι παρὰ τῆς προκομιζούσης τὸ φάρμακον ἀσφαλῶς τὸ δόσεως αὐτοῦ χράσασι. μάλιστα δὲ συγκαλυφθέντα φιλονίδη τῷ σικελῷ τῷ ἀπὸ ἔννης. μακρὸν γάρ ὄζειν ἐν ὕλης παρασκευῇ προκομιζούσης ἀφεψηθέντα ἐκτίθεσθαι ἀπογλύκ. διδόασι δὲ ἔνιοι σὺν πολλῷ ἑφθήματι ἢ χυλῷ πλήθει. ἢ καὶ ἑφθὸν ὀλίγον προδιδόντες, ἐπιδιδόασι ἄμμον ἐλλέβορον εὐθέως. ἐφ' ὧν μάλιστα πυιγμὸς ὑπερπίπτει καὶ θάνατος σώματος ὑποκύπτει. ἀκίνδυνος δὲ ἐπὶ τοῦτο λαμβανόντων ἡ κάθαρσις. διὰ τὸ μὴ ἀκαίρως τὸ φάρμακον παρατίθεσθαι τοῖς σώμασι. καὶ βάλανοι δὲ ἓξ αὐτοῦ προπαθεῖσαι τὴν ἕδρα μετ' ὄξους, ἐμέτους κινοῦσιν.

proritat: quod enim huiuſcemodi nõ fuerit, ſtrãgulat. Primam bonitatis prærogatiuam Cyrenaicum ueratrũ habet. Quod enim in Galatia & Cappadocia naſcitur, candidius, puluerulentũ, & maiore ſtrangulãdi ui eſt. Purgat uomitionibus ueratrum album diuerſa & multiplicia trahens. Miſcetur collyriis, quæ claritati oculorum officiẽtia, repurgare poſſunt. Ducit idem mẽſes, fœtus in utero appoſitum enecat, ſternutamẽta cit: quinetiã melli cum polenta maceratum, mures necat. Cat nibus concoctum eas minuit. Datur ieiunis per ſe & cũ ſeſamo aut Thapſię ſucco, aut alica, aut mulſa aqua, aut pulte, aut lenticula, aut ſorbitione aliqua alia. Pani etiam cõpinſitur & torretur. Menſura diſpenſatio'que eius ab his tradita eſt, quibus præcipuum fuit ſtudium de ea docere. Nosq; Sicilo ab Ethna Philonidæ in ea re ſubſcribimus. Lógum enim fuerit medicam materiam ex propoſito tractantes, faciendæ medicinæ rationem docere. Dant ſiquidem aliqui ueratrum album in ſorbitione pultis aut alicæ: quidam cum modicum antea dederint cibum, ueratrum album ſtatim ſuperinferunt: præſertimq; his, in quibus ſuſpecta commenda'ue erit ſtrangulatio, aut corporis imbecillitas impediet: tutò enim ſic ea purgatio peragitur. Propterea q; importuna corpori non aduenit. Sedi etiam ex ueratro albo appoſitæ balani cũ aceto, uomitiones faciunt.

INTERPRETS.

ERimus in re nota, & qua in Latinor; poëtis frequẽtior nulla alia ſit, merito breuiores. Nullus enim humaniores literas aliquãdo auſpicatus, nõ audiuit quę Flaccus & poſt eum Satyra; ſcriptores alij de Antycira, naſcẽte q; in ea elleboro in ſuis carminibus cecinerũt. Qui deinde magis profecerũt, meminiſſe poterũt quæ Plinius in Latinis & in Græcis Theophraſtus de utroq; ueratro tradiderũt: Qui in deſcribenda re totaq; nigri & cãdidi hiſtoria, ſiue traditã per manus in carpenda hac plãta ſuperſtitioſam & magicæ uanitatis plenã obſeruationẽ negligere nõ auſi: ſeu uires eor; admirati, præſertimq; nigri, maieſtatẽ eius nec minus q; diuinas uires noua & admirabili ratione gratã mortalibus, & amabilẽ utranq; plantã facere conati ſunt. Poſtremo q; ſi aut hactenus auditũ nihil de ueratro alicui fuerit, pigeat q; Plinium & Theophraſtũ legiſſe, paratus cũctis Barbatus erit, collectis & in Corollariũ ſuũ reuocatis omnibus antiquor; de ueratro obſeruatiõibus & dictis: etſi tã nota medicinæ res modo ſit, ut nulla noua cõmentatione indigeat.

Rarum ubiq; naſcit ueratrũ: aliquot locis tamen abũdat: nec difficile cognitu eſt, diſcrimen coloris in radice præſertim. Folia candidi hic ſcriptor plãtagini aut ſylueſtri betæ cõparauit: mox excipiẽs breuiora nigriora q; eſſe intulit: ſubijciens ſtatim, ἐρυθρὰ πλὴν χρόαν. Quo loco uitiũ neceſſario oportet ſuſpicari: Neq; eñ ſimul nigrum & rubens aliquid eſſe poteſt. Plinius libro xxv. capite v. folia eius deſcribens ait: Hæc quoq; nigriora & canaliũ dorſo rubeſcentia: ſignauit q; certã quæ ruberet partẽ. Sed nos nõ ſatis certè colligimus, quoſnam in folijs canales uocet. Dorſum quidem nouimus in folijs à tergo partem quæ per longitudinem ſpinæ animalium modo extenditur, & à reliqua ſuperficie eminet. Barbarus deficiente alio ſenſu, ex Plinio eas arripuit uoces. Nos ſimplicius aliqua parte rubentia diximus, obſeruandam alijs eam relinquentes: Inclinat enim animus nobis, quos in Plinio nunc canales legimus, caulium quondam potuiſſe legi: ſed ſine autore nihil mutare auſi ſumus. Suſpicamur & uitium illic eſſe quo loco in probatione ueratri hic ait: ἄρις & ἀκτερίως τεταμένον: quæ uoces nihil ſignificant aliud, quàm optimum eſſe quod mediocriter extenſum ſtat & riget: Neque enim bonitatis huiuſcemodi notam quampiam in plãtis hactenus inuenimus. Sed quoniam in cunctis pariter ea uox legebatur, qualis erat eam reliquimus. Obſeruauimus etiã uariare antiquos oras cos in ueratri probatione, quæ per gentes & nationes ab hoc ſcriptore fit: & qui Cyrenaicus in primo ordine paſſim & in pluribus laudatur, Anticyrenus in illis præponi: quod ferè ab re non fuerit credidiſſe. Monere illud etiam uolumus, quod legitur: Datur ieiunis etiam per ſe & cum ſeſamo: non cum ſeſamo, ſed cum ſeſamoide fortè melius legi: ſeſamoide enim non ſeſamo admixto, ut mox patebit, tẽperabatur ueratrũ: Sed in communi omnium lectione nihil mutari à nobis debuit.

Περὶ Ἐλλεβόρου μέλανος. Κεφ. ϕλγ'. De Veratro nigro. Cap. CXLVI.

Ellebo-

ELleboron nigrum. Sunt qui Melampodion, qui ectonion, qui polyrrhizõ Lid est, multiradicem, qui Prœtion, qui melanorrhizon, id est, nigri radicẽ, qui cirrhanion, qui elaphinem, qui celinen, qui saraca appellent. Magi zomarition. Aegyptij isaiam. Daci prodiorna. Romani ueratrum nigrum dicunt. Dictum à Græcis Melampodion ueratrum nigrum est quoniam creditur Melampus pastor quidam furẽtes Prœti filias primus eo purgasse, & ad sanitatẽ mẽtis restituisse. Herbacei coloris folia habet platano similia, minora tamen, ad uerticilli herbę figuram accedentia, pluribus præterea q̃ platanus incisuris: nigriora q̃ cũ scabritie aliqua. Caulis illi est scaber. Flores in candido purpurascẽtes figura racemosi. Semen cnico simile, quod in Anticyra sesamoides uocatur: Vtũturq; eo ad purgationes. Radices subsunt graciles, nigræ ueluti ex ceposo capite aliquo exeuntes, quarũ usus est. Nascitur asperis tumulis & ficcaneis locis. Probatissimũ quod ex huiusce modi locis fodit, quale in Anticyra est: nigrum enim probatissimum in ea nascitur. Eligito quod carnosum speciosumq; sit, exili medulla, gustu acri & feruido. Tale autẽ est quod in Helicone Parnasoq; & Aetolia nascitur. Antecedit tamen bonitate Heliconium. Purgat superiorẽ uentriculum, pituitam trahens & bilem: daturq; per se & cum scammonio saleq; drachmæ aut trium obolorum põdere. Coquitur cum lente etiã esculentoq; iure aliquo ex his quę ad purgationem sumuntur. Prodest comitialibus, melancholicis, insanientibus, articulorum doloribus, & resolutis. Trahit mẽses idem appositũ. Fœtus in utero enecat. Fistulas purgat inditum, & post tertiam diem exemptum. Inditur eodẽ modo & auribus in earum difficili auditu: nec nisi post biduũ triduũue eximitur. Sanat scabies etiam: in quem usum cũ thure ceraue, piceq; & cedrino liquore inũgitur. Ex aceto per se emplastri modo impositum, utiligines, impetigines, lepras q̃ emendat. Contra dolores dentium in aceto decoquitur: colluunturq; decocto illo utiliter. Miscetur emplastris quæ exedendo sint. Contra cutem subeũtes aquas cum farina hordeacea uinoque emplastri modo utiliter imponitur. Seritur ad radices uitium ueratrum nigrum, fitq; ex eis uinum quod purgando est. Inspergunt eo etiam domos, purgationibus aptum existimantes. Eamq; ob causam effossuri illud, stãtes Apollinẽ & Esculapium precãtur, aquilã identidem obseruantes, non sine periculo ut ferũt aduolantem: mortẽ siquidẽ fodientibus affert auis illa, si nigri ueratri succisionẽ uiderit. Celerrime itidem succidi ueratrũ oportet: caput eĩ halitu suo aggrauat:

Ελλέβορος μέλας. οἱ δὲ, μελαμπόδιον. οἱ δὲ, ἕκτορον. οἱ δὲ, πολύῤῥιζον. Λοί δὲ, πρώτιον. οἱ δὲ, μελανόῤῥιζον. οἱ δὲ, κυῖσάραν. προφῆτις ζωμαρίτιν. Αἰγύπτιοι ἰσάϊαν. οἱ δὲ, ἐλαφινέ. οἱ δὲ, κεμελέν. ξωμαῖοι δὲ νάρκισσον. οἱ δὲ, σαράκα. Δάκοι προδίορνα. Ῥωμαῖοι μέλαν μελαμπόδιον λέγουσι, ἐπειδὴ δοκεῖ μελάμπους τὶς ἀπόλλωνος τὰς προίτου θυγατέρας, μανείσας ἐν αὐτῷ καθάραι πρῶτος. Ἔχει δὲ τὰ φύλλα χλωρά. πλατάνῳ προσεμφερῆ. ἐλάτινα δὲ πρὸς τὰ τοῦ συκαμίνου, ἢ πλυσίου ἕρπα. Ὁ μελάντροπα, ἢ ὑπερφυῆ. καυλὸς, ξανθὸς ἄνθη δὲ λευκὰ, ἐμπόρφυρα. τῷ δὲ σχήματι ὅμοιος. οὗ ἡ αὐτὴ καλοῦσιν οἱ ἀνδρώνυχα σησαμοειδῆ. χρώμενοι πρὸς τὰς καθάρσεις αὐτῷ. ῥίζαι δὲ ὑπόλεπτοι. μέλαιναι. διονεῖ ἀπὸ ἑνὸς κεφαλίου κερομμυώδους ἠστημμένοι, ὧν ἡ χροιὰ. φύεται δὲ τραχέσι καὶ λοφώδεσι καὶ ἀξηροῖς τόποις. καί ἔστιν ἄριστος ὁ ἐκ τῆς Αἰτωλίας λαμβανόμενος χωρίων. οἷς ὄξιμος ὁ ἐξ ἀνδρώνυχος. ἡδὺς δὲ ὁ μέλας καὶ κάλλιστος ἐν αὐτῇ γευσάμενος. ἐκλέγει δὲ τὸν εὐσαρκον καὶ ἐν ἕξει μεστὸν λεπτῆς ἔχοντα τὴν ψυχὴν. διὸ ἐν τῇ γεύσει καὶ πυρώδη. Αἰτωλίτης δὲ ὄξιμος. διαφέρει μέντοι καὶ ὁ ἑλικώνιος. καθαίρει δὲ ἄνω κοιλίαν. ἄλλ φλέγμα Ὁ χολήν. καὶ ἑαυτὸν μὲν μετὰ σκαμμωνίας δραχμῶν τριῶν. Ὁ ἕλκη. καὶ ζωμοῖς τοῖς εἰς κάθαρσιν λαμβανομένοις. ὠφελεῖ δὲ ἐπιληπτικούς. μελαγχολικούς. μανομένους, ἀφροδισιακούς. μελαγχολικούς. προσεθεὶς δὲ ἔμμηνα ἄγει, καὶ ἔμβρυα κτείνει. σὺν ἡδυόσμῳ καθαίρει καταπεθεὶς καὶ μετὰ τρίτην ἡμέραν ἐξαιρεθείς. ὁμοίως καὶ ἐπισυσκοούντι καθιέντες εἰς τὰ ὦτα, ἐὰν μύωσι. ἐπὶ δὲ ἕλκη. ἡμέρας. Θεραπεύει δὲ καὶ λειχῆνας, καὶ ἀκροχόρδονας, καὶ πίσσους δὲ καὶ ἐλαίου καταχριόμενος. μετ' ὄξους δὲ καὶ ἑαυτὸν καταπλασόμενος, ἀλφούς καὶ λιχῆνας, καὶ λέπρας θεραπεύει. ἐψηθεὶς δὲ σὺν ὄξει καὶ οὐλαλίας πραΰνει διακλυζόμενος. σκληρίας τε μίτυος). μετὰ δὲ κηρωτίνου ἀλεύρου. Ὁ οἴνου, κατάπλασμα ὄξιμον ὑδρωπικοῖς ὠφέλιμον. συμφυτευθεὶς δὲ ἀμπέλοις πρὸς τὴν ῥίζαν, τὸν μὲν αὐτὸν οἶνον καθαρὸν ἐργάζεται. πηγνύουσι δὲ καὶ οἰκίας αὐτὸν καθαρὸν εἰργάζεται. νομίζοντες. ὅθεν μὴ ὀρύσσοντες ἴσασιν) προτόμενοι ἀετόν. ἐφίστασθαι γάρ φασιν οὐκ ἀκινδύνως. ἴσασι δὲ θάνατον ὁ ὄρνις ἐὰν τῆς ῥίζης τὸν ὄρυγμὸν τῆς ἐλλεβόρου. σαυτόμως δὲ ὄρυγμεν. διὰ καρηβαρίαν ἐκ φλὸς ἀποφορᾶς

γίνεσθαι. ὅθεν εἰς προφυλακὴν οἱ ὀρύττοντες, ἐσθίουσι σκόροδα, καὶ οἶνον πίνουσιν. ἄλλα δέ τινες οὕτω διατίθενται. ἄζωνον περίζεται δὲ ὡς πρὸς τὸ λευκὸς ἐλλέβορος.

aggrauat: Quapropter qui effodiunt, præsumptis alijs se muniũt, uinumq; bibunt: sic enim tutius effodiunt. Eximitur ex nigro ueratro quemadmodum & ex candido interior medulla.

INTERPRES.

QVæ in extremo capite fabulosa, & ad augendã rei admirationẽ potius q̃ medicinæ aut historiæ ueratri necessaria à Dioscoride referũtur, omnia ex Theophrasti IX. de plantarũ historia uolumine paucis mutatis repetita sunt: etsi ab eo ἐπίθετα, id est, adiecta, & ob id falsa uideri omnia hæc dicantur. Longiores in opere hoc nostro præsertimq; in re nota erimus, si ex eo scriptore commentationibus his nostris addere ea uoluerimus. Satis sit Græcarũ literarũ peritis locũ in Theophrasto signasse: ignaris uero Plinium lib. XXV. ca. V. audire, eadẽ illa omnia ijsdẽ ferè uerbis narrantẽ. Quæ licet plura nec penitus eadẽ huic scriptori uideãtur, nõ ideo tamẽ ex uarietate uitiũ suspicari oportebit: Aliter enim hic herbariã q̃ illi fabulosam historiam, docet. Diximus superiore capite cãdidi nigriq; coloris in ueratro discrimen in radicibus esse, quas alterũ candidiores, alterũ nigriores habet: ideoq; hoc priuatim melanorrhizon, id est, nigræ radicis uocari in Dioscoride legit: quemadmodũ à radicũ numerosa copia utriq; cõmunis appellatio est polyrrhizon. Ectonion uocari itidẽ ueratrũ Dioscorides ait, antiquissima appellatione, qua usus Hippocrates sæpissimè est, & post eũ eiusdẽ gẽtis medici aliquot. Adiecit uocari etiã ueratrũ nigrũ Prœtion & Melãpodion, diuersis sed eodẽ tẽpore & ex eadẽ causa factis appellationibus: quoniã scilicet Melãpus siue pastor, siue catharta, siue uates is fuerit Argiuus, in Arcadia Prœti insaniẽtes filias remedio hoc ad sanitatẽ restituerit. Nouerũt id facile qui in poëtarũ lectione aliquando occupati fuerũt: & præter poëtas qui Vitruuij de architectura libros legerũt: qui sui operis lib. VIII. cũ ageret de quarundã aquarũ mõstrosis uiribus, inter cætera ad Clitorẽ Arcadiæ ciuitatem fontẽ esse ait, apud quẽ Melãpus sacrificijs purgauisset furorẽ Prœti filiarũ, restituisseq; earum uirginũ mentes in pristinã sanitatem: testariq; id epigramma quod ad eũ fontem scriptũ erat, quod nos primi ex Ifigono antiquissimo de aquis scriptore è tenebris in lucem traximus: in cuius extrema clausura uersiculi quatuor sunt: φεύγει δ' ἐμὸν πηγὸν μισάμπελον, ἔνθα μελάμπους, λουσάμενος λύσατο προτίδας ἀργαλέης, πάντα καταρμὸν ἔκοψεν ἀπήμυφον εὗρ' ἀν ἀπ' ἄργους οὔρια ἴχνεα βλῶν ὄφρ ἀρκαδίης: quod est: Fugito & meũ fontẽ qui uitibus aduersatur, in quo Melampus lotas Prœti filias difficili rabie liberauit, quando ab Argis in asperos Arcadiæ montes uenit. Ex hoc euentu à medicinæ autor Melampodion dictũ ueratrum nigrũ est: πρὸ/πον autẽ, id est, Prœtion à Prœti filiabus, quæ eo remedio ab insania conualuerũt. In cuius curationis genere etsi diuersa restari uideantur magni nominis autores, q̃ ille lotas in fonte, hic ueratro purgatas uirgines eas dicit: rei tamen nulla est diuersitas. Siquidem hic uerã naturalemq; purgationem ueratro nigro factam ostendit: ille quod simulata religione ad augendam curationis admirationem à Melampode factum fuerat: Is enim ut plerunq; hoc genus hominum consueuit, factis sacrificijs, solenniq;, & ut Theophrastus ait κατ' ἐυχὰς, id est, precedentibus deorũ precibus ueratri effossione, mox mõstrosa fontis eius aqua lotas, in antiquã mentis sanitatem restituisse Prœtidas uideri uoluit: quod poëtæ & in fabulosa historia plures quondã iactauerant: eosq; secutus Vitruuius, religione sacrificijsq; & aquæ eius ui factũ à Melampode dixit: quod ueratri nigri potestate factũ tunc fuerat, & passim adhuc fit. Id in Anticyra sesamoides uocari etiã Dioscorides ait, haud sanè ueratrũ cũ his quæ statim sequuntur sesamoide miscens: alia enim à ueratro ea sunt, ut mox patebit: sed quoniã figura & specie sesami semẽ illi sit: quod nono de plantarũ historia Theophrastus indicauit, quo loco de ueratro agens inquit: καθάπερ οἱ ἐν ἀντικύρᾳ φασὶ τῷ καρπῷ καθαίρουσιν ἔχει δὲ σησαμώδη τὸν. quod est: Quemadmodum qui Anticyrã incolunt, semine ut aiunt purgãt. Habet aũt id figura sesami, ex qua Anticyrenses sesamoides ueratrũ uocabant. Diximus inter ueratri remedia & uires, melancholicis & insanientibus mederi ueratrum: non intelligẽtes simpliciter insaniã furorem'ue: neq; ut in cõmuni significationis æstimatione in melancholiæ uoce est, dolorẽ animi tristitiamq;: sed in altera uoce quã priuatim Græcorũ medici μανίαν, & posteriores eodẽ nomine maniam & maniacos uocauerũt: in censu malorũ à Galeno primũ in Diffinitionibus suis descriptã, mentis alienationẽ, siue ut ille ait, ecstasim mutationẽq; sine febre ab hominis moribus & insanitate cõsuetudinibus. Mox in Isagoge certius, cuius uerba hæc sunt: Duo aũt præcipua sunt alienationis genera, insania & melancholia: pluresq; in his differentiæ sine nomine: causa uero insaniæ, flaua bilis est: Eamq; ob causam in ea constituti, tumultuosi, præcipites, audaces, manu prompti, contumeliosiq; fiũt. In altera uero quã ijdem Græcorũ medici priuatim in indicatione mali eius à nigra bile melancholiã & melancholicos dixerunt. Quod mali genus in Diffinitionibus suis idem Galenus esse ait affectionẽ quæ mentem noceat: fiatq; sine febre cũ profunda animi tristitia & à charissimis sibi auersione. Idem etiã in Isagoge præter pauloante dicta melancholiæ causam in nigra bile constituit, frigido & turbido humore: ideoq; strepitus oẽs horrere, qui in eo malo sint, tristes animo fieri, suspicari omnia, odisse homines & solitudines quærere: qualẽ ab Homero fictũ Bellerophontẽ idem Galenus testatus est. Errabat ille quidem per cãpos, suũ crucians animũ, frequentiã hominũ uitans. Et quoniã ut præmonstratũ est, ex nigra bile malũ id fit, ἀπὸ τῆς μελαγχολίας melancholia dicta est: & ex similitudine eius in quotidiano gentis nostræ sermone omnis tristitia animi melancholia improprie tamen uocatur. Posteriores Græcorũ medici desipientiæ genus sine febre melancholiam uocauerũt: quæ occupante cerebrũ melancholico humore præcipue fit: Habet enim alias etiã id malũ causas, & ex his totidem genera medicis nota: quę prosequi neq; operis neq; consilij nostri est. Illud tantum monemus, præter tristitiã, odium, metumq; hominũ, mortis desideriũ, rursusq; eiusdem mortis metum & fugam: in alijs risum, in alijs luctũ, quæ omnia quotidiana sunt: Sæpe fieri etiam, ut credant se maiore ui aliqua defendi & ornari qui ea affectione sunt: Vaticinentur' que futura. Et hoc genus ἐνθουσιαστικὸν ἐνθουσιάζοντας eadem gẽtim Græci dixerunt quasi deo plenos, non aliter quàm uates diuinaculos' que omnes: ἐνθουσιάζοντας etiam appellauit, atræ bilis euentus omnes. Tradiderunt præterea posteriores ijdem Græcorum medici: sit exusta

Melancholici. Insaniẽtes. μελαγχολικοί. μαινόμενοι. ἐνθουσιαστικοί. ἐνθουσιάζοντας.

exusta supra modum flaua in bile in nigram mutatio facta fuerit, tunc quam maniam uocant fieri: in qua non ut in melancholia timide ignauéq;, sed ferocius desipiant eousq;, ut qui incautius circa eos fuerint, sæpenumero malè habeantur. Vtrunq; hoc genus significauit Dioscorides μελαγχολικοὺς καὶ μανιώδεις purgare ueratrum dicens: nosq; alteros maniacos scilicet insanientes, alteros Græcorum seruata uoce, melancholicos diximus: quoniam deficerent in re Latina uoces priuatim id significantes, & Plinius fic usus fuerit, Celsus tamen phrenitim: duoq; hæc uno insaniæ nomine indicauit.

περὶ Σησαμοίδους τοῦ μεγάλου. κεφ. ϕλδ'.

Σησαμοίδες τὸ μέγα. Λοί δέ, σησαμίτης, οἱ δέ, σησαμίς. οἱ δέ, λευκοσκυτάλιον. οἱ δέ, ἑλλέβορος λευκός. οἱ δέ, ἀνδρακύδιον. Ἅ γινώσκειν ἐν ταῖς καθάρσεσι, ὡς τὸν λευκὸν ἑλλέβορον. ἔοικε δὲ ἡ πόα ἡσυχέρουλλι πικάνῳ. φύλλα, μακρά. ἄνθος, λευκόν. ῥίζα, ἰσχνή. ἄτακτος. σπέρμα ὅμοιον σησάμῳ. πικρὸν ἐν τῇ γεύσει. Ὁ καθαίρει ἄνω Λπλὴν κοιλίαν. Φλέγμα τε καὶ χολὴν ὅσον πρὸς τρισὶ δραχμαῖς τριῶν ἡμιοβόλων σὺν μελικράτῳ.

De maiore Sesamoide herba. Cap. CXLVII

SEsamoides maius. Lsũt qui sesamitem, qui sesamida, qui leucoscytalion, qui candidũ elleborũ, qui Anticyricũ. ⌋Anticyreni elleborũ. LRomani pariter Græcis sesamoides uocant. ⌋Quia in purgationibus cãdido ueratro miscetur elleborũ, Anticyreni sesamoides hoc uocauerũt. Senecioni herbæ aut rutæ similis herba est. Folia habet lõga: florem candidũ: radicẽ gracilem inefficacemq;. Semen sesamo simile: gustu amarum. Purgat id superiorem Luentriculum: ⌋pituitam bilemq;, pondere quantum tribus digitis tritum in puluerẽ capere aliquis possit: bibitq; in mulsa aqua cũ ueratri albi obolo & semisse.

INTERPRES.

SEsamoidi quemadmodũ uox, & præter uocẽ hic ipse scriptor Plinius q; testatur, nomen sesami similitudo fecit: neq; enim sesamoides aliud q̃ q̃d sesami speciẽ & figurã habet, significat. Plinius q; sesamoides à similitudine nomen accepisse ait: & hic ὅμοιον σησάμῳ, id est, semen sesamo simile habere. Duo præter Dioscoridẽ autore eodẽ Plinio & in Græcis Paulo Aegineta, plãta hæc est. Siquidẽ Plinius cũ primũ describ isset genus lib. xxii. cap. xxv. subiecit statim: Est etiam nũ aliud sesamoides, &c. Paulus uero Aegineta colore cãdido alterũ indicans, suas illi uires assignauit: mox alterũ maius appellãs, ueratrũ passim uocari ait. Nec dubitandũ tam certa uterq; scriptor testimonia sunt duo σησαμοειδῆ esse: Vtq; hoc cõstat, sic contrà parq; certũ est, sint' ne eorũ in colore an in magnitudine discrimina. Antiquissimi Græcorũ codices q̃s uidere licuit, colore discernũt: uocantq; prius hoc μέλαν, id est nigrũ: posterius λευκὸν, id est, candidũ. Qui ueratro passim circũferuntur, à magnitudine & breuitate notas & discrimina eorũ ostendũt, μέγα καὶ μικρόν, id est, magnũ & paruũ appellãtes. Paulus Aegineta alterũ λευκὸν, id est, candidũ: alterũ μέγα, id est, grande & maius uocat. Contrarioq; tamen ratio exigebat, ut si cãdido colore alterũ signaretur, nigro alterũ è diuerso indicaretur: quemadmodũ in quantitate factũ in alijs codicibus est: in quibus grande primũ, mox breue sesamoides describitur. Pendemusq; nos in ea re animo, tam facilis & lubricus lapsus in Græcis est unius tantũ litteræ mutatione ex nigro ad magnũ, & è diuerso: μέλαν eñ nigrũ, μέγα grãde græcis significat. Receptoq; in primo sesamoide semel huiusce modi uitio, facilis in secũdo error fuit. Potuitq; hoc & in Dioscoride & in Paulo Aegineta pariter fieri. Aegre enim persuademur, proposito candido, non reddendũ illi fuisse nigrũ. Et si recipienda à colore discrimina hæc fuerint, ratiocinari tũc oportebit, qua parte colores illi in alterutro sesamoide inueniẽdi sint: quod difficillimũ erit. Ob eam causam inclinat animus nobis in alterã partẽ: probamusq; ex magnitudine magis q̃ ex colore in sesamoide sumi discrimina. Duplicẽ enim colorẽ illũ ueratri exemplo tributũ sesamoidi fuisse ex eo opinamur, quod quemadmodũ duplex ueratrũ est, candidũ scilicet & nigrũ, promiscueq; sesamoides ueratrũ, & ueratrũ sesamoides ob eam quã mox dicemus causam, quondã diceret: Sic etiã ab imperitis rei creditũ fuerit, candidũ & nigrũ oportere sesamoides dici: Nõ quatenus diuersa à ueratro herba sesamoides est, sed q̃d illi ob promiscuũ ex usu nomen eadẽ esse credebatur. Fuisseq; usum sesamoidis in purgationibus ueratro coniunctũ, indicant ferè omnes: hic primũ dicens: οἱ δὲ ὠνὰ ἀντικύρᾳ ἑλλέβορον καλοῦσι, διὸ καὶ τὸν μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἑλλεβόρῳ: quod est: Qui aũt Anticyram incolũt, elleborũ sesamoides, q̃ in purgationibus candido elleboro miscẽt, appellant. Idem testatus Plinius est lib. xxv. cap. v in Anticyra insula tutissime sumitur: qm̃ ut diximus sesamoides admiscent. Testatus & Strabo ix. suæ geographiæ uolumine in descriptione Thessaliæ: priuatim q; Anticyræ, q̃ loco sic de elleboro agit: Postea Anticyra, quo nomine & alia est ad sinũ latens Maleacũ & Oetã montẽ: illic mitẽ elleborũ nasci ferũt. Hic aũt optime præparatur: q̃ circa frequentes huc aduenæ confluunt, purgationis & curationis ergô. Etem̃ in Laconica pharmacũ nasci q̃ddam sesamorũ semini perq̃ simile, cui permixtũ præparãt Oetæũ elleborũ. Paulus Aegineta tñ certiorẽ eius rei causam in sexto attulit, cuius uerba hæc sunt: σησαμοειδὲς τὸ μέγα, ὃ πρὸς ἀντικυρικὸν ἑλλέβορον ὠνόμασαι, διὰ τὸ ὁμοίως ἑλλεβόρῳ καθαίρειν αὐτῷ τὸ ποτόν: quod est: Sesamoides maius quod palàm elleborus nominabam esse, Et quia misceretur illi in purgationibus aut easdẽ habet uires, elleborum creditam à multis fuisse: ideoq; nigri & candidi, utriusq; ueratri modo discrimina ab imperitis inuenisse: sui generis tamen herbam: & quia sesamo simili semine sit, sesamoides appellatam.

περὶ Σησαμοίδους τοῦ μικροῦ. κεφ. ϕλε'. De minore Sesamoide. Cap. CXLVIII.

Sesa-

Σησαμοειδὲς τὸ μικρόν. Λοιδὲ κορώνιον. οἱδὲ, σήσαμον ἄγριον καλοῦσι. Δκαυλία ὅτι ὠτιθαμιαῖα. ἔχοιτα φύλλα κορωνόποδι ὅμοια. δασύτριχα μᾶλλον τι καὶ μικρότερα. ἐπ' ἄκρου δὲ τῆς καυλίωμ κεφάλια ἀνθίωμ ὑπερφύρωμ. ὧν τὸ μέσον, λευκόν. ἐν οἷς ὠτέρμα σησάμῳ ἐοικός. πικρόν. κιρρόν. ῥίζα, λεπτή. καθαίρει δὲ χολὴν καὶ φλέγμα κάτω πρὸ τὲ ὠτέρμα, ὀξυβάφου ἥμισυ σὺν μελικράτῳ. καταπλασθὲν δὲ μετ' ὕδατος, φύματαὶ οἰδήματα διαφορεῖ. φύεται ἐν τραχέσι χωρίοις.

SEsamoides paruũ. Sũt qui coronion, qui syluestre sesamũ. Romani sesamoides minus appellãt. Dodrantales coliculi sunt. Folia hi habent cornicis pedi herbæ simi lia, hirsutiora tamen minoraq; In summo colicu los capitula flora penè purpureora sunt, quoꝝ mediũ albicat: in quibus semẽ sesamo simile est, amara ruffumq; Radicẽ habet gracilẽ. Purgat bilem pituitãq; potũ acetabuli semisse cum mulsa aqua minoris sesamoidis semen. Idem ex aqua emplastri modo impositum, panos & tumores discutit. Nascitur asperis locis.

INTERPRES.

SVpereſt pro seſamoide dicendum quod ſuperiore capite imprudenter relictum à nobis eſt. Naſci seſamoides in Anticyra: ideoq; ut hic & Plinius dixerunt, Anticyricon uocari. Quæ etiam cauſa fuit, ut in rei æſtimatione miſcerentur ab imperitis ueratrum & ſeſamoides: quoniam idem natale ſolum habe rent. In quo uidendum diligentius erit, quoniam duæ Anticyræ quondam fuerunt, altera Phocidis urbs, al tera in Maleaco ſinu inſula: utrobi ſeſamoides hoc naſcatur. Ex antiquis enim ſcriptoribus plures ad purga tiones ueratro faciendas inſulam magis laudauerunt in Maleaco ſinu quàm in Phocide urbem. Alij in Pho cidis Anticyra tutius ſumi ueratrũ dixerunt, quoniã ſeſamoides hoc illi admiſceretur: manifeſto argumen to, in hac non illa Anticyra naſci ſeſamoides. Animaduertendum & illud, miſcere Plinium utriuſq; ſeſamoi dis hiſtoriam & medicinam: & quæ alterius ſunt, alteri tribuere: quod nominis ſimilitudo & æquiuoca co rum appellatio uidetur feciſſe. Locus eſt XXII. uolumine capite XXV. in cuius rei indicatione locus in eo ſcri ptore corruptus adhuc eſt: Granum ſeſamæ dari dicens in uino dulci ad detractiones quantum trinis digi tis capiatur: Seſamoides enim non ſeſamæ legendum autore Dioſcoride illic eſt, à quo cuncta illa Plinius ac cepta Latinis reddidit. Poterunt uolentes utriuſq; ſcriptoris dicta inter ſe conferre.

περὶ Σίκυος ἀγρίου. κεφ. φλς'.

De ſyluestri Cucumere & Elaterio. CXLIX.

Σικυὸς ἄγριος. Λοί, ἐλατήριον. οἱδὲ, γρῶμον. οἱ, βαλίς. οἱ, σύρκρισις. οἱ, βουβάλιον. οἱ, σκόπιον. οἱ, φέρομβρον. οἱ, πευκεδανόν. οἱ δὲ, νότιον. ῥωμαῖοι ἀγκέτουμ. οἱ, ἀγρέσεμ. ἄφροι κουσιμεζάς. Δοκεῖ κοπῷ μόνῳ διαφέρειν τοῦ ἡμέρου σίκυος, ἐλάσσονα πλατῶ ἔχων, βαλανείοις ἐπιμήκεσιν ἐοικότα. τὰ φύλλα καὶ τὰ κλήματα ἡμέρῳ ὅμοια. ῥίζαν ἔχει λευκὴν καὶ μεγάλην. φύεται ἐν οἰκοπέδοις καὶ ἀμμώδεσι τόποις. ὁ λος δὲ ὁ θάμνος πικρός. ἁρμόζει ὁ τῷ φύλλῳ χυλὸς ἐνσταζόμενος ὠταλγίαις. ἡ δὲ ῥίζα καταπλασθεῖσα μετὰ ἀλφίτου πᾶν οἴδημα παλαιὸν διαφορεῖ. μετὰ ῥητίνης ἢ τερεβινθίνης ἐπιπεθεῖσα, φύματα ῥήγνυσι. μετ' ὄξους ἢ ἐψηθεῖσα καὶ καταπλασθεῖσα, πρόσφατα διαφορεῖ. καὶ ἰσχιάδος δὲ ὄντι ἔγκλυσμα. νεφρῶν δὲ ὀδυνηλῶν διάκλυσμα τὸ ἀφέψημα. ξηρὰ ἢ λεία ἀλφούς, λέπρας καὶ λιχῆνας σμήχει. οὐλάς τε μελαίνας, καὶ ὠτίλους τοὺς ἐν προσώπῳ ἀπικαθαίρει. καὶ ὁ χυλὸς ἢ ῥίζης, πλῆθος ἡμιωβολίου τὸ ἐλάχιστον. καὶ ὁ φλοιὸς δὲ ὅσον τέτταρα ὀξυβάφου καθαίρει φλέγμα καὶ χολήν. καὶ μάλιστα ἐπὶ ὑδρωπικῶν. δίχα δὲ τοῦ τὸ μυελοῦ χρὴ τοῦτο πρίασθαι τὸν κάθαρσιν. δεῖ δὲ τὴν ῥίζης λαβόντα ἡμίλιτρον, μετὰ δυοῖν ξεστῶν οἴνου μάλιστα λευκοῦ λεαίνειν καὶ διδόναι ἐκ τούτου κύαθους

SIcyn agrion. Sunt qui elaterion, qui grynon, qui balidem, qui ſynchriſin, qui bubalion, qui ſcopion, qui pherembron, qui peucedanon, qui notion uocent. Aphri cuſime Romani anguinum, erraticũ, & ſyluestrẽ cucumerem uocãt. Solo fructu à ſatiuo cucumere differt, quẽ longe minorẽ oblongis glandibus ſimilem fert. Folia tamen uiticulæq; ſatiuo ſimilia ſunt. Radix cãdida illi eſt & grãdis. Naſcit fabulo ſis locis, & in domorum areis inter rudera: totusq; frutex amarus eſt. Auribus in dolore utiliter folio rum ſuccus inſtillat. Veteres tumores omnes di ſcutit radix eius cũ polenta emplaſtri modo impo ſita. Eadẽ cũ terebinthina reſina impoſita panos erumpit. Quinetiã in aceto elixa, mox emplaſtri modo impoſita podagras diſcutit. In dolore coxẽ dicis præterea clyſtere decoctũ illud utiliter infun dit. Eodẽ etiã in dolore dẽtes pari utilitate colluũ tur. Sicca è diuerſo tritaq; uitiligines, lepras, impe tigines exterit. Nigras itidẽ cicatrices uultusq; maculas, quas ſpilos Græci uocãt, repurgat. Eiul dẽ præterea radicis ſuccus ſeſquioboli põdere mi nima diſpẽſatione datus, & corticis quarta aceta buli parte pituitam purgãt & bilẽ, præſertimq; in ſubeũtibus cutẽ aqs: purgãtq; nulla ſtomachi in iuria. Verũtamen in cutẽ ſubeũtibus aquis ſumen da radicis ſelibra eſt, duobus'que uini præſertim Lybici ſextarijs miſcenda, tum pondere cyathoꝝ trium

γ'. Lυσεσι πρὸ ἡμέρας γ'. ἕως ἂν ὁ ὄγκος ἱκανῶς συσταλῇ.

trium duo danda donec tumor satis subsederit. Quod uero elaterio uocatur, ex fructu cucumerum huiusce modi hoc modo fit: Sumito cucumeres hos, eligitoq; tẽpestiuos. Id autem erit cum solo tactu humorem ex se profundent: repositosq; per noctẽ dimittito. Matutino deinde cribrũ non adeo densis & angustis foraminibus crateri superponito: supinoq; cultro. i. auersa ei⁹ acie figillatim cucumeres illos utraq; manu nitẽs diuidito: & per cribrũ in subiectum craterem humorẽ eoꝝ exprimito. Superexprimito etiã quod carnosum ex eis cribro hærebit, ut illud etiã descendat. Cum uero totos expresseris, finito subsidere in cratere humorẽ: tũ in paratũ peluim expressa omnia conĩcito: coacer uatisq; in cribro omnibus quæ incisa antea fuerint, dulci aqua cõspergito: & cũ expresseris, abĩ cito quod supererit: liquorem uero in pelui miscens & subigens, linteolo operculatũ in sole ponito. Cumq; subsederit, omnẽ supernatãtẽ aquã cum eo quod in spumã concreuerit, excolato. Facitoq; id sæpius, quãdiu supernatabit aqua: quã cum excolaueris diligenter, coniectũ in mortarium sedimentũ terito, & in pastillos conformato. Quidã ut celerrime humorem exiccent, cribratum cinerem in terra sternunt: cauumq; in medio excauantes, triplici extenso linteolo, elaterion cum suo liquore illi inspergunt: ficcatũq; in mortario ut præmonstratũ est terunt. Sunt etiam qui pro dulci aqua mare adspergũt. Quidã præterea ultimæ loturæ mulsã adspergũt aquã. Creditur probatissimũ esse elateriũ q̃d cãdido colore humescit, q̃d leuitatẽ simul & lẽuorẽ habet, gustu amarissimũ est: q̃dq; lucernis admotũ, facile accenditur: alioqui q̃d uiresc it, asperaq; & turbidũ aspectu est, medio inter eruũ & cinerẽ colore ponderosumq;, improbat. Miscent aliqui etiã cucumeris huius succo amylũ, ut candorẽ leuitatemq; eius imitetur. Bimũ usq; ad decenniũ purgationibus accõmodatũ elateriũ est. Integra & maxima in usu mẽsura integer obolus: minima, semiobolus: infantibus, ærei duo: maiore enim copia potũ, periculosum est. Purgat per inferna pariter & superna, bilem & pituitam trahẽs: purganturq; eo utiliter qui spiritus angustĩs laborant. Quòd si purgare per aluum uolueris, duplum salis misceto, stibĩq; quantum satis sit, dilutasq; aqua erui magnitudine pilulas dato: facitoq; tepidæ aquæ cyathum superbibat. Ad uomitiones etiam aqua diluitur, penna'que eo madente quàm maxime intimo sub lingua loco inunguntur. Quod si ad uomitum difficilis qui curatur erit, oleo aut irino unguento diluetur,

περὶ ἐλατηρίου. κεφ. φλζ'.

Τὸ δὴ λεγόμενον ἐλατήριον, ἐκ τῶν κολοκυνθίδων σικύων σκευάζεται ἐκ τοιούτου τρόπου τοῦτον. τοὺς ἄκμα ὡραίους καὶ ἀγρίους σικύους ἀπτικοὺς ὄντας ἐκλέγε, τοὺς κοσκινουμένους ἐπίδες. μὴ μαχαίρισι βάκτροις ἀμφοτέρωθεν ταῖς χερσὶ καθ' ἕνα τῶν σικυῶν, διαίρει καὶ ἐκθλίβε διὰ τοῦ κοσκίνου ἐπὶ τὸν ὑποκειμένου κρατῆρα. προσεκτίθει δὲ καὶ κοσκίνου, ἵνα μὴ αὐτοῦ σαρκῶδες, ὃ δὴ καὶ προσπίπτει δὲ καὶ κοσκίνῳ. ἵνα μὴ αὐτὸ διεκπίπτῃ. ὅταν ὅλον ἐκθλίψῃς, ἐάσας αὐτὸ καταστῆσαι. μὴ εἰς λεκάνιον προσκειμένου τὰ ἐκθλιβόμενα βάλλε. σωρεύσας δὲ τὰ πεπιεσμένα ἐπὶ τὸ κοσκίνου, ὕδατος γλυκέος πρὶν ἐξαφρισθῆναι ἐπίχεε μὴ ἀποπιέσας, ταῦτα λέπιε. τὰ δὲ ἐξαφρισθέντα ἐκ τοῦ ὑγροῦ μὴ σκεπάσας ἐάσῃς, τίθεσο ὑπὸ ἥλιῳ. μὴ ὅτε σὴ πᾶν τὸ ὑγρὸν χειμὼν χόμβῳ ὕδατος μετὰ τὸ ἀποπάσου, ἀπόσε μον ὕδατος. ὅτε δὲ ἐκτραφίσας ὡς μελῶς, τὸ ὑπερέχον μικρὸν βαλὼν εἰς θυΐαν, λέαινε. μὴ ἀνάπλαττε ἔχοντας. ἔνιοι δὲ πρὸς ταχέως ἀνικμασθῆναι τὸ ὑγρὸν, τέφραν σεσισμένου ἐπὶ γῆς καταστρώσαντες, μὴ κοιλάναντες τὸ μέσον, ἐπιπλάττουσι τὸ ὑγρὸν ἐπιτείναντες, καὶ τοῦτο τὸ ἐλατήριον σὺν τῇ ἰκμάδι ἐπίχεουσιν ἀναξηραν τὶ τὸ ὕδατος θάλαττα προσχέοντες, πλούσιοι δὲ ἔνιοι ἂν μὴ τοῦ ὕδατος τῆς πελαγίας πλύσει μελικράτους προσχέουσι. δοκεῖ δὲ ἐλατήριον κάλλιστον εἶναι τὸ μετὰ τὸ λευκὸν ἡσυχὴ ἐνικμον. κοῖλον. λεῖον. πικρὸν μὲν πρὸς τὴν γεῦσιν. μὴ προσαχθὲν λύχνῳ εὐκαές. γέμον ὀροβίου μὴ τέφρας, ἐφ' ᾧ τέθηται μὴ φαῦλον. ἔνιοι δὲ μὴ τῷ χυλῷ τὸ σικύου, μιγνύουσι μᾶλλον. πρὸς τὸ μὴ μισᾶσθαι αὐτὸ λεῖον μὴ κοῖλον. εἰς μὲν τὰ καθαρτικὰ ὁ μετρίως ἀρμόζει ἄχρι δεκαετοῦς. ἡ δὲ πελεία πόσις ὀβολός. ἡ δὲ ἐλαχίστη ἡμιωβόλιον. παιδίοις δὲ διχάλκου. πλεῖον δὲ προσθεὶς κίνδυνον ἐπιφέρει. κινεῖ δὲ τὰ κάτω καὶ ἄνω κάθαρσιν ἄγον φλέγμα μετὰ χολῆς. ἀρίστη δὲ τῶν διὰ σπουδῆς ἡ διὰ αὐτοῦ κάθαρσις. εἰ δὲ βούλοιο διὰ πλείονος ἢ διὰ κοιλίαν καθαίρειν, διπλάσιον ἁλῶν μίξας μετὰ σίμμεως ὅσον χῶσαι, διὰ ὕδατος ὀροβιαίας καταπόσια διδοῦ. ἐπιβοφείτω δὲ χλιαροῦ ὕδατος κύαθον ἕνα. εἰς δὲ ἔμετον ὕδατος ἀνεῖς, πτίσσε τοὺς ὑπὸ γλῶσσαν διάχριε τόπους ὡς ὀλιγιστάτῳ. εἰ δὲ δυσεμετώτερος εἴη, ἡ ἐλαίῳ, ἢ ἰρίνῳ μύρῳ διεῖς.

κῶλυε ἢ κοιμᾶσθ. πῖσε ἢ ὑπὸ καθαιρομένοις, συνεχῶς προσφέρειν σὺν ὀλίγῳ ἐλαίῳ. ἐμοῦντες δὲ ἀπὸ καθίσαντ. μὴ παυομένων ἢ τῶν ἐμέτ, ὕδωρ ψυχρὸν, μὴ ἄλφιτα, μὴ ὀξύκρατον, μὴ ὀπώραν, μὴ ὅσα σίτου) τὸ μὸμαχον πυκνῶσαι, προσενεκτέον. κινεῖ ἢ τὸ ἐλατήριον μὴ ἔμμιξα. ℂ ἔμβρυα κτείνει ἓν προσθέτῳ. ἐγχυθὲν τε μετὰ γάλακτος εἰς τοὺς ῥώθωνας, ἵκτερον λύει καθαίρει, ℂ κεφαλαλγίας τὰς χρονίους ἀπαλλάττει. σὺν αγχικοῖς τε δὲ ἄχρισμα πρὸς λικὸν μετ' ἐλαίου παλαιοῦ, ἢ μέλιτος, ἢ χολῆς ταυρείας.

Arcendi etiã à somno erũt qui curant. Oportet præterea his q supra modũ purgabunt, uinũ oleo mixtũ cõtinue bibendũ dare: supaccedẽte eñ uomitu, desinũt purgari: nõ cessante aũt uomitiõe, dãda frigida aqua, polẽta, posca, pomamq, & quæcũq; stomachũ dẽsare possunt. Ducit elateriũ mẽses, & fœtus in utero necat appositum. Fellis suffusiones idẽ emẽdat, naribus cũ lacte instillatũ: quinetiã diutinos capitis dolores finit. In anginis utiliter inungitur cũ oleo melle'ue ex taurino felle.

INTERPRES.

PRiuatim seorsum q; duobus capitibus de syluestri anguino'ue aut erratico cucumere (his eñ oñibus appellationibus inter Latinos censẽt) cõfectoq; ex eo medicamento, q̃d oẽs elateriũ uocant, cæteri interpretes egerunt. Nos rẽ & ueteres Græcos codicũ fidẽ secuti, cõtinuata historia de utroq; tradidimus. Quod fuerat præterea in extremo totius capitis calce inutiliter & temerè adiectũ de satiui cucumeris radice, totũ reliquimus: neq; in eo alioꝝ interpretũ, qui oẽs erratico satiuũ cucumerẽ importune miscuerunt, re morata autoritas est. Memineramus enim cũ id ageremus, in secundo uolumine ab hocipso scriptore eadẽ omnia ijsdẽ uerbis in satiui cucumeris fine tradita fuisse: superfluũq; nunc fore, iteꝝ de eadẽ re agi. Poterunt hoc uolentes facillime deprehendere. Obseruauimus etiã uariare in extrema capitis huius parte uetustissimos Græcoꝝ codices: & quo loco legitur, συναγχικοῖς τε διαχρισμα πρακτικόν. q̃d est, efficaciter contra anginas inungi &c. non πρακτικὸν, q̃d à faciendo efficax siue actiuũ aliquis dicat, sed πλαρμικὸν, id est, ciendis sternutamentis aptũ legi: aliosq; id ad anginas, alios ad diutinos capitis dolores referre: Serapionẽq; in suffusis fellefieri id dicere. Verba eius sunt: Et qñ fit sternutatoriũ cũ eo & lacte confert ictericiæ &c. quod remediũ simpliciter à Dioscoride descriptũ est. Neq; enim aliud tradidit, q̃ fellis suffusionẽ emendare elateriũ naribus cũ lacte instillatum, & capitis diutinos dolores finire. Cui aũt malo ex tribus his sternutamenta cisse utilius fuerit, medici censebunt: nobis signasse locũ & suspicionẽ satis sit: Qui de syluestri anguino'ue aut erratico cucumere hoc, nihil q̃d non omnibus in q̃tidiano spectaculo sit, dicere possumus. Vbiq; enim nascens, ubique etiã notus est, præsertim q; ueterinariã medicinã tractantibus, quibus inter alia iumentoꝝ remedia præcipuũ ex hoc cucumere est: pepũculosq; in gẽte nostra appellant. Satiuo neq; immerito cõparauit erraticum hunc cucumerẽ Dioscorides: foliis enim, uiticulis & flore simillimus illi est, solo differt fructu, qui in hoc pilosus & grandioris longioris q; glandis specie est. Differt & eo etiã, q; cæteri cucumeres oẽs nõ tam facile ut hic humores suos remittunt: qui uix tactus, clausum intra se liquorẽ quasi maiore aliqua ui pulsum eiacula tur: Idq; est q̃d hic ait, ἅμα τῷ ἅψασθαι ἢ σικύας ἀπορριπτοῦντας ὑγρὸν. q̃d non satis uidentur nobis cæteri interpretes expressisse dicentes: Decerpti cucumeres qui tacti protinus exiliunt seruantur nocte una &c. Et cucumeres eligis qui simul tangunt exiliunt recedunt q; à pediculo: neq; enim res ipsa id ostẽdit: sed q̃d nos diximus, solo tactu prosiliente eoꝝ liquore: ea siquidẽ fructus eius natura est. Docet q; Dioscorides tunc tẽpestiuos ad elateriũ confectionẽ esse, cũ solo tactu prosilientẽ ex se humorẽ remittunt, Barbarus priuatim q̃d à Dioscoride dicitur, τὸ λεγόμενον ἐλατήριον ἐκ τοῦ καρποῦ τοῦ σικύων σκευάζεται, ex semine fieri elateriũ: cũ tñ hic καρπὸν dicat: quæ uox & si aliqñ in scriptore hoc semen significat, propria tñ eius significatio est in his, quæ causa seminis à natura fiunt. Verba causa: in pomis proprie semina dicunt interiora grana, κάρπος aũt tota cũ seminibus poma, id est claudentẽ ea exteriorẽ illã carnem: In leguminibus itidem semina quę siliquis clauduntur, κάρπος uero, id est, fructus cũ seminibus integras siliquas: & ne longiores simus, quod dcũq; seminis causa fectum est, id proprie κάρπον Græci uocant. Miscentur tñ aliqñ hæc, quoniã alteꝝ alterius causa est. Nec male penitus κάρπον fructũ scilicet aliquis semen appellat: ueruntñ in aliquibus distingui ea oportet, idq; in elaterio præsertim, q̃d non ex semine, sed ex toto fructu fit, quemadmodum ex cõfectione eius omnibus patet. Fecit id Barbarus Plinii imitatus, qui lib. xx. cap. 1. de confectione elateriꝝ sic egit: Ex eo medicamentum fit quod uocatur elaterion, succo expresso è semine: cuius causa nisi maturius incidatur semen, exilit oculorũ etiã periculo. Nolumus nũc cõtra Plinii de uocũ proprietate agere: neq; si Latinis fructus & semen idẽ sunt, aut si quondã scribente eo naturæ historiã alia q̃ nunc sit uocũ illaꝝ estimatio erat: relinquimus enim id pe ritioribus censendũ. Quod aũt in Dioscoride monemus illud est, qm̃ hic manifeste ex fructu elateriũ non ex semine fieri docet, rei incertitudinẽ fugiendã interpreti fuisse: eãq; ob cãm nos fructũ, non semen in conficiendo elaterio dixisse: quæ enim à Dioscoride fieri deinceps præcipiunt, non aliter q̃ de toto fructu intelligi posse manifestũ est. Oẽs ex syluestri cucumere factũ medicamentũ elaterion uocant: nullus tñ q̃d hactenus inuenerim, nominis certã indicauit cãm. Gaza in Theophrasti plantis cõmunem uerbi ex q̃ deflexa uox illa est, significationẽ secutꝰ, agitatoriũ uocauit: sed hoc Latinis incertius, q̃ si elateriũ simpliciter dixisset. Potuit quidẽ ob acrẽ purgãdi uim quã habet ἀπὸ τοῦ ἐλᾶν q̃d est pellere, quasi expulsorium dici: sed hoc cõe illi cum multis aliis est. Paul. Aegineta in VI. fructus agrestis cucũeris succũ eẽ elateriũ ait: nec minꝰ etiã radicis & folioꝝ, quasi ex aliis etiã his partibꝰ fieret: q̃s q; hic diutinos capitis dolores in remediis & medicina curari dixit, ille simpliciter cephalæas ait, eiusdẽ rei significatione, qñ nihil aliud cephalæa q̃ diutinus & pmanens capitis dolor est. Nolumus illud relinquere q̃d Dioscorides ait à bimatu ad decenniũ eẽ elateriꝝ usum, aliter à Theophrasto tradi, quẽadmodum lõgius in cõmentatione procemiꝝ scriptoris huius dictũ à nobis est.

κάρπος Fructus
σπέρμα Semen.

De

De sylvestri Staphide. Cap. CL.

Staphida agrian. Sunt qui trifoliũ, q ſtefiõ, qui aſtaphida, qui phthiroctonõ, id eſt pediculos enecantẽ, qui phthirion, id eſt pedicularẽ, qui apanthropon, q polyides, qui pſeudopathes, qui arſenotẽ uocẽt. Aegyptij ibeſaſdẽ. Romani herbã pedicularẽ appellant. Labruſcæ folia habet, inciſuris diuiſa. Coliculos rectos, molles, nigroſq;. Florẽ fert glaſto ſimilẽ. Semen in folliculis herbacei coloris ceu ciceris, triquetrũ, aſperũ, in nigro ſubruffum foris, intus candidũ, guſtu acre. Eius grana decẽ aut quindecim ſiquis trita in mulſa aqua dederit, craſſa uomitionibus purgabit: ſpatient tamen qui biberunt. Quinetiã adhibenda continue mens: dandaq; mulſa aqua ob ſtrangulationis periculum q̃d imminet, & ardoris uim quo exurunt fauces. Trita eadẽ cõtra pediculationes, prutitus & ſcabies ex oleo utiliter inunguntur. Plurimã trahũt cõmanducata pituitã. In aceto elixa contra dentium dolores præſenti remedio colluunt. In gingiuas deſtillationes reprimũt, & oris ulcera quas aphthas uocant cum melle ſanant. Miſcent præter hæc malagmatis quæ fouendo ſint.

INTERPRES.

Quam Græci agrian ſtaphida, ſylueſtrem paſſam uuam ſua uoce intelligentes dixerunt, Romani taminiam uuam, pediculare herbam, pituitariãq; uocauerunt. Etſi Plinius contra Celſum aliã à Græcorũ ſtaphidragria taminiã Latinorũ uuã eẽ teſtatus bis fuerit. Eſt ſanè Græcis ſtaphis, & ut Athenienſes dicere cõſueuerant, aſtaphis, paſſa uua: ex cuius ſimilitudine hæc ſylueſtri tñ habitu ab ea diſcreta eſt. Vocarũtq; Latini pituitariã, pedicularẽq; ex uiribus quas habet: feruore em̃ ſuo cõmanducata multã pituitã trahit, & erũpentibus è corpe pediculis ex oleo inũcta aduerſatur. Quinetiã ut Plinius ait, in aceto decocta etiã ueſtes eo tædio liberat. Facilis cognitu herba, tã certis notis à Dioſ. deſcribit: paꝛq; à Græca uoce deflexa appellatione, gẽs noſtra adhuc eã indicat. Folia habet plerũq; ſeptẽ, aliqñ tñ pluribus nonnunq; etiam paucioribus inciſuris diuiſa. Vtebant ea ueteres Græcorũ medici inter alia in his q Venerẽ exercere nõ uale-rẽt, ex adipe cui uuæ huius admixtũ ſemẽ fuiſſet, genitalia inũgi iubẽtes. Vtebant & in purgãdo capite, cõmanducandam dãtes: eaq; rõne pituitas eius partis per os trahẽtes: efficaciſſimę em̃ acrimoniæ eſt. Plinius quẽadmodum præmõſtrauimus ſalsò taminiam uuã xxiii. uolumine capite ii. his uerbis uocari ait: Aſtaphis agria ſiue ſtaphis, quã aliqui uuam taminiã uocãt falsò: ſuũ em̃ genus habet &c. Idẽ xxvi. capi. xiiij. taminiæ uuæ uires deſcribens, quæ ſtaphidagriæ ſunt, palã illi tribuit. Verba eius ſunt: Itẽ phthiriaſi qua Sylla dictator cõſumptus eſt. Naſcunt quoq; in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus. Reſiſtit uuæ taminiæ ſucco, aut ueratri cũ oleo perũnctis corpibus. Taminia quidẽ in aceto decocta etiã ueſtes eo tædio liberat: quæ omnia ex ui ſtaphidagriæ huius dicta ſunt, qua pediculos enecantẽ & pedicularẽ dici in Dioſ. legit. Monere legentes hoc tm̃ uoluimus, ut inueniſſe & ipſi conent, an de eadẽ uua taminia à Plinio duobus locis diuerſe traditũ fuerit. Cur aũt ſtaphida potius, id eſt, paſſam uuã q̃ ſtaphylen, i. ſimpliciter uuã ueteres Græci dixerint, folliculoꝝ figura fecit: qui rugoſam uuã magis q̃ integros uuaꝝ acinos referunt. Ob quã cauſam & Plinius ait folliculos magis q̃ acinos eã ferre. Videbimur fortè aliqbus cõtrà quã cæteri antiquiores & iuniores fecerint, & ipſi in raphanino oleo primo uolumine incœperimus, audacius & incõſtantius Græcorũ phthiriaſes pediculationes hoc capite noua uoce indicaſſe. Siquidẽ Plinius & poſt eũ fere oẽs alij Græcã ſeruãtes uocẽ, phthiriaſes ſordiũ & labis hoc omne genus dixerũt: & nos tũc ſcaturientibus à lõga ualetudine pediculis mederi oleũ illud uertimus. Sed nõ eſt q̃ audaciã aut inconſtantiã noſtrã demirent: In uocũ em̃ nouitate licuit ſemper, ſi Flacco credimus, Semperq; licebit. Signatũ pñte nota producere nomẽ. Vtq; illis quondã placuit Græca uti uoce omnibus forte tunc notiſſima, nõ diſſimili rõne cõceſſerit nobis etiã neceſſitas nõ augẽdæ Latinæ rei ſtudio, ſed ut certius quod docemus mõ intelligat, pñte nota, id eſt, certa ſignificatione nec abſurda analogia nomẽ finxiſſe, quò manifeſtius q̃d dicimus legẽtibus pateat. Neq; enim hoc loco Dioſcorides ut in raphanino oleo dixerat à lõga ualetudine pediculationibus mederi pedicularem herbam ait, ſed ſimpliciter φθειριάσεσι, quæ uox multiplex & uniuerſum pediculorũ genus, & in quacũq; corporis parte factos hoc capite colligit: ſunt enim plura ut in animalium hiſtoria legitur pediculorũ genera: quę longius proſequi nolumus, diuerſa forma, longiores, latiores, pluribus paucioribusq; cruribus, diuerſis etiã corporis partibus naſcẽtes: & in illis hęrẽtes aut mobiles. Fiũt in capite, fiunt in piloſis alijs corpis partibus, &

Pediculatio

φθειριάσεσι

Plura pediculorũ gña

tibus,& in ijs diuersi:fiunt & in toto corpore.Omniũ discrimina nouerunt medici, nouerunt & naturæ auctores alij,priuatimq; Galenus in Isagoge sua:pediculationẽ phthiriasem ille uocat: palpebrarum uocari aiunt, quoties circa pilosas cilioꝝ partes lati,exigui & copiosi innascunt pediculi.Paulus Aegineta etiã pro ijs plerisq; alia tertio suæ medicinæ cõmentario monuit, quæ breuitatis causa reliquimus.Idẽ longius de ijs qui in capite nascunt 1. uolumine etiã egit: Plinius & plerisq; alij de ijs qui in toto corpore scaturiunt, præsertimq; VII. uolumine, cap. XLIII. cum de dictatore Sylla agens,inquit:Age nõ exitus uitæ eius omniũ proscriptorũ ab illo calamitate crudelior fuit,erodente seipso corpore & supplicia sibi gignẽte.Quod tamẽ certius ab eodem dictũ postea est XXVI. uolumine,cap. XIIII. Itẽ phthiriasi qua Sylla dictator consumptus est.Nascunt quoq; in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus.In quo uidendũ est,an magis ex naura & re dictum fuerit Plinius:non in sanguine,sed ex sanguine ea nasci animalia,siquidẽ Theophrastus lib. II. de plantarum causis ait: ἡ δὲ ἀθυμία πᾶσι τοῦ συνεχοῦς ὥσπερ τοῖς φθείρσιν ἄιμασι, ἢ τὸν διαφθαρίνδα γίνεσις, id est omnibus enim cognati nutrimenti desideriũ est, quẽadmodũ pediculis sanguinis, quo corrupto,generatio eoꝝ est.Pediculãtur ut uidetur,& id quidem diuersis pediculoꝝ generibus diuersæ corporis partes:ijsq; omnibus ut uereres Græcoꝝ medici docent,medetur staphidagriæ semen.Eam ob causam ne hoc magis q̃ illud genus pediculorum,& hac potius q̃ illa corporis parte nascentes intelligerentur,una pediculationis uoce omnia pediculorum genera,& omnes humani corporis partes nos complexi sumus.

περὶ θαψίας. κεφ. ϕλδ'.

Θαψία. Lδοι ἡ, ὑπωπλ. ὁι ἡ, πάγκρα υ. ὁι ἡ σκαμμώνι. ὁι ἡ θηλυτρὶς. ῥωμαῖοι φερουλάτω. ὁι ἡ φέρυλα σιλβέστρις. ἄφροι βοίθ'κν. ⌋ ὠνόμασαι μὲ θαψία, ἀπὸ τ' δοκεῖμ πρῶτ' εὑρῆθ'ς ἐν θάψῳ τῇ νήσῳ τῇ ὁμωνύμῳ. τῇ δ' ὅλῃ φύσ'ι ἐοικεμ νάρθηκι. ἰσχνότ'ρος δ' αὐτ' μᾶλλον ὁ κορμός. κὴ τὰ φύλλα μικρότερ ἐμφερῆ. ἐπ' ἄκρου δ' σκιάδια καθ' ἑκάστ μ ἀπόφυσιμ. ἀνηθῴ ὅμοια. ἐφ' ὧμ ἄνθος μίλιν. ὡς ἔρμα ὑπόπλατυ. τῷ δὲ νάρθηκος ἐμφερές. ἐλαττομ μὲν πι. ῥίζα ἔνδοθεμ λευκή. μεγάλη. μέλαινα δ' ἔξωθεμ. παχύφλοιος. δριμεῖα. ἣ ἂς ὀπίζει πηγνυχθεῖσα κὴ ἐκκοπτομένη τ' φλοιόμ, ἢ κοιλανθεῖσα αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ θολοειδῶς ἢ ῥίζα κὴ πωμαζομένη πρὸς τὸ καθαρὸμ μένειμ τ' ὀπόμ. τῇ δ' ὑστεραίᾳ δ' ἢ πιόντας ἀναιρεῖ δ τ' πνευμόνα ὀπόμ. χυλίζεται δ' ἡ κοπεῖσα ἡ ῥίζα, καὶ διὰ κυρτίδος κὴ ὀστράκινου ἐκθλιβεῖσα, κὴ ξηραθεῖσα ἐν ἡλίῳ δ' ὀξυακίνου παχέος ἀγγείσ. ἔνιοι δ' κὴ τὰ φύλλα συναπθλίβουσιν. ἀοθενὴς δ' ὁ πιόντας. διακρίνει δ' τῷ σώματος ἔδρου εἶναι τ' ἀπ' τ' ῥίζης κὴ μένειμ. ἐκραίνεδ' δ' τ' ἀπ' τ' φύλλ' κὴ τ' χυμ' ὀνίζεδ'. ὀπίζουσα δ' μὴ κατ' ἄνεμον ἴσαδ'. μᾶλλ' δ' νίτρεμίας οὔσης. ἐπρίσ' δ' ἰσχυρῶς τὸ πρόσωπομ κὴ φλυκταινᾶτ τὰ γυμνὰ μέρκ δι' τ' δριμύτητα τ' ἀπορροᾶς. δ' οὖμ κηρωταῖς συφόσαις ὑγραῖς προχρίσμ τὰ γυμνὰ τ' μορ'. κὴ οὕτως ⌊ τὰ γυμνὰ σώματα ⌋ προσέρχεδ'. Δύναμιν δ' ἔχ καθαρτικὴν ὅ, τε φλοιὸς τῆς ῥίζης κὴ ὁ χυλός. κὴ ὁ ὅλης σὺν μελικράτῳ πινόμενος. ἄνω γ' κὴ κάτω χολὴν καθαίρουσι. δ' ἴδ'οταμ δ' τῆς μὲν ῥίζης πεντόβολομ μετὰ ἀνήθου σπέρματος < γ'. τοῦ δὲ χυλίσματος τριόβολομ. τοῦ δὲ ὀπὸς ὀβολός. πλεῖομ γ' δ' ὀθὲν, κινδ'νωδεῖς. ἀσμόζει δὲ ἡ δ' αὐτ' κάθαρσις πάθεσιν ἀθ' μαλικοῖς, πλευρῶν

De Thapsia. Cap. CLI.

THapsiam.⌊Sunt qui hypopion,qui pancranõ,qui scãmonion, qui thelypteridã appellant.Aphri bæden. Romani ferulã siue sylueſtrẽ ferulã dicũt.⌋ Thapsia dicta quondã est,q̃ in Thapso cognomine insula primũ inuẽta fuerit, ferulę tota specie similis, gracilior tñ caulis eius est: folia fœniculo similia. Vmbellas in singulis germinibus in summo habet anetho similes,in quibus luteus flos est.Semẽ modice latũ,ferulę semini simile, ueruntñ minus. Radix grandis, intus cãdida, foris nigra, crassiore cortice uestita & acris.Colligit ex ea liquor, effosſa circa eã terra uulneratóq; cortice, aut ipsa in sepsam in gyrũ inuersę testudinis modo aut fastigij excauata,& ut purus sit liquor,operculara. Sequẽti dein die auferẽdus omnis qui cõfluxerit liquor. Exprimit ex ea succus etiã:in quẽ usum tunditur radix,tũ ex uiminibus qualo iniecta torculari exprimitur, & in picato crasso fictili in sole siccatur. Quidã simul etiã folia exprimunt: uerũ inefficax. qui additis folijs expressus fuerit succus.Discernitur,q̃ qui ex radice expressus erit, uirosiore odore est,& humidus perseuerat:qui uero ex folijs,siccatur & teredines sentit.Oportet liquorẽ colligentes auersos à uento stare, aut cessante omni uento potius id facere:intumescit enim uehementer colligẽtis hominis uultus,bullãtq; ambustoꝝ mõnudæ corporis eius partes ob halitus eius acrimoniã.Eamq; ob causam cerato liquidiore aliquo exadstringentibus & dẽsantibus præunxisse nudas partes oportet: munitóq; hac ratione ⌊corpore⌋ ad opus accedere.Purgãdi uim habet radicis cortex,succus & liquor:in quẽ usum bibitur cũ mulsa aqua:Bilẽ em̃ per inferna & superna purgãt:dãturq; radicis oboli quatuor cum tribus anethi seminis drachmis,succi tres,liquoris postremo unus: maiori enim copia datum mortis periculum ferri. Purgantur eo aptæ suspirioſi, diutini laterum dolores,

βλητήμασι χρονίοις, καὶ ἀναγωγαῖς. τρίς δὲ ὑσεμέσιμος σιτίοις ἢ ἐφήμαλι δίδοται. κέκτηται δὲ καὶ μετὰ συγκριθικῶν ἀναμιγ ὃ πόας καὶ ῥίζα πάντων μάλιστα τῆ ἰσοδυ ναμούντων, ὃ πρὸ τοῦ δεῖ ἐκ βάθους ἑλκύσαι, ἢ μεταπορεῦσαι. ὅθεν ἀλωπεκίας καταχριό μενος ὁ χυλὸς ἢ ῥίζα χλωρὰ προσριβομέ νη, διασῴζει. ὑπώπιά τε αὖ καὶ πελιώματα λεία ἡ ῥίζα ἡδὺ χυλὸς σὺν λιβανωτῷ καὶ κη ρῷ ἴσοις. δεῖ δὲ μὴ πλέον δυοῖν ὡρῶν ἐᾶν. μετὰ δὲ ταῦτα πυρίᾳ χρῆσθαι θαλάττῃ. αὖει λέπρας ἀφίστησι. φύματά τε ἐκπῖπτει μετὰ θεί ου καταχριόμενος ὁ χυλός. χρησίμως δὲ καταχρίεται καὶ ἐπὶ τῶν χρονίας ἐχόντων διαθέσεις πορὶ πλευρὰν, ἢ πνεύμονα, ἢ πό γωνία ἐπὶ τῶν μὴ ἐκ ῥοπῆς μιᾶς λειποθυ μοποιήματα ἐγείρων, ὃ πρὸς καταντλήμενον μὴ τοῖς λιπαίνουσι μαλαπτόμενον, τὸ ἐλλει πὲς φλ πόθους ἐκπληροῖ.

dolores,& difficiles excreationes. Datur in difficili uomitione in cibarijs & obsonijs. Habent præterea ex alto in summũ extrahendi uires liquor pariter & radix. Omniũq; aliorũ maximas quæ similes habere uires traduñt: siquãdo ex alto quidpiã trahendum sit,aut meatus cutis mutasse laxasse'ue oporteat.Eamq; ob causam contra defluuia capilli quas alopecias uocant succus utiliter inungitur,aut radix confricat:explet enim capillos. Sugillata liuoresq; emẽdat trita radix aut succus,additis pari portione thure & cera: oportet tamen non ultra duas horas eo remedio uti, tum calida maris aqua locũ fouere. Quinetiã ad asperã & ceu ab æstiuo sole discolorẽ cutẽ cũ melle utiliter inũgitur. Lepras pellit,panosq; erũpit cum sulphure inunctus Thapsiæ succus. Inungitur etiam utiliter in diutinis lateꝝ, pulmonũ, pedũ, articulorũq; affectionibus. In apellis præterea,sed non ex circuncisione,præputijs utilis est, tumorem excitãs: qui deinde fotus pinguibusq; emollitus, quod genitali deest,sarcit & explet.

INTERPRES.

COgnomines diuersis locis Thapsi urbes, insulæ, cherſonesiq; aliquot, Thapsiæ huic quã modo tractamus,ab eaꝝ aliqua primo quondã sic appellatæ, diuersos natales & diuersas bonitates laudis fecisse uidentur. Nicander in Theriacis suis ex Sicilia Thapsiã in primis contra uenenata laudauit: νῦν δ' ἄχι θ' ἁλίμικτα νόσων ἀλεκτήρια λέξω. θρινακίλιν μὲν ῥίζαν ἔλεν γυῖα λθία θάψου μίξας &c. quod est: Nũc age compositæ te malorũ remedia docebo. Trinacriã sumito Thapsi radicẽ q̃ corpori medeẽ &c. Plinius cõtrà xiii. uolumine, cap. xxii. Thapsiã in Africa uehementissimã esse ait. Hic scriptor quẽ plures alij secuti sunt, in Thapso insula primũ inuentã fuisse ait: nec bonitatis maioris q; in ea efficacię discrimina aliqua numerauit. Ex eo fit, ut creteiæ,qui primus illic plantã & eius uires obseruasse dictus est: potuisseq; alios ex alijs locis eam potius laudamus primã Thapsiæ inuentionẽ Thapso quæ una ex Sporadibus insulis est,deberi: & in ea herbario Cradare q̃ natale solũ Africã Siciliam'ue,aut alia loca illi assignare. Hanc ueteres Græci hipopion uocarunt, ancipiti nisi uitiũ in Theophrasto sit,& rei & nominis significatione. Pro qua intelligendũ est,significare Græcis hypopion,cui in ultima syllaba i non y sit,sanguinis ex ictu suctu'ue,aut iniuria aliqua alia in quãpiam corporis partẽ concursum,integraq; cute in eo loco cessantem,& q̃ extra uenas sit quasi mortuũ. Auditaq; hypopij huius uoce nihil aliud Græci intelligunt,q̃ cessante sanguine nigrescentẽ cutẽ. Nec dubium est his mederi Thapsiã,& ab eo remedio nomen id factum illi esse. Siquidẽ hic ait: ὑπώπιά τι αἵρῃ καὶ πελιώματα. quod est: Hypopia & liuores delet. Et Plinius rem augens eodem libro & capite ait: Nero Cæsar claritatẽ ei dedit, initio imperij nocturnis grassationibus uerberatã faciem illinens sibi cum thure ceraq;,& sequenti die contra famã cutẽ syncerã circunferens. Solus Theophrastus libro nono de plantaꝝ historia aliter hypopia quibus ea medetur,intellexisse creditur. Verba eius sunt: ἡ δὲ τῆς θαψίας ἐμετική· ἐὰν δέ τις κατάχῃ, καθαίρει καὶ ἄνω καὶ κάτω. δύναται δὲ καὶ τὰ πελιώματα ἀφαίρειν. ὑπώπια δὲ πρίεῖ. ἀλλὰ ἔκλευκα. quorum sensus est: Thapsiæ aũt uomitoria uis est. Quod siquis eam retinuerit,per inferna pariter & superna purgat. Facit & hypopia,ueruntamen cã dida. Ex his nisi uitiũ in eo scriptore sit,maculas quæ in cute albicant, hypopia intellexisse oportet:neq; eã significare aliud potest quod dicitur: Facit & hypopia, ueruntñ cãdida. Estq; hoc q̃d pauloante diximus ancipiti,id est ad utranq; partẽ significatiõe, hypopion uocari Thapsiã potuisse: & si recipiendũ in Theophrasto id est,ad aliã. Thapsię naturã referenda res erit,ad pallorẽ scilicet,à q̃ Thapsinus color in Phocione à Plutarcho dictus est: & à Theocrito in Pharmaceutria: ἢ μιν χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνῃ θ πρλλάκι θαψῶ. quod est: Et corpus meũ Thapso simile factũ est: nulla alia q̃ palloris significatione, qui color Thapsia fiebat: Consueuerantq; ueteres ad excusandã ualetudinẽ corporisq; morbos non aliter nec alio euentu q̃ cymino Thapsia se inũgere: Potuitq; Theophrastus hypopia candida pallores Thapsia factos indicare: quod legentibus significasse satis fit: & si sciamus Theocriti interpretes & alios Græcorũ scriptores, Thapson chrysoxylon,id est aurei coloris lignũ non herbã hanc interpretari solitos. Scãmoniã uocari ab aliquibus Thapsiã in Dioscoride legit: ueruntamen non potuit ad Thapsiã scammoniũ nisi ex pari in purgando ui trahi. Romani ex totius plantæ similitudine,quoniã ut Plinius ait, Thapsia sine dubio ferula est, ferulaginẽ & syluestrẽ ferulã eã uocauerũt. Fœniculi folia habere eã Theophrastus dixit, uerũta mẽ latiora, caulẽ ferulaceũ, radicẽ candidã, liquorẽ eius efficaciorẽ esse,per superna pariter & inferna purgare,seminis nullũ esse usum: nascíq; Thapsiã alibi quidẽ, sed in Attica non uesci ea indigenas pecudes: peregrinas aũt uesci ea quidẽ, sed aut perire,aut diarrhœa uexari. Barbarus in colligendo Thapsiæ liquore quorundã codicũ, quos & nos uidimus, fidẽ secutus,quod in

Hypopion. ὑπώπιον.

Dioscoride passim & uerius legitur, ἀναιρεῖσθαι τὸν συλλεγέντα ὀπὸν, uertit: succidunt eā & tollūt: ἀνιᾶσθαι ut in illis legitur, id est radicē non ὀπὸν, id est liquorē interpretatus. Nobis cōmunis lectio uerior & aptior uisa est, quoniā nulla est ad colligendū liquorē succidēdæ & auferēdæ radicis necessitas. Præterea non semel tantū sed sępius uerisimile est colligi posse liquorē eū: & si colligendus est, ex uiuente adhuc in radice sua plāta colligendum esse. Idem quod erat κνηστίδι & fiscū uertit, à quo & fiscella dicta est: nec male quidē, nisi fisci uox nostra ætate ad alterius rei æstimationem trāslata penitus iampridē esset. Monemus id ne quis discrepare nos putet: nulla enim rei, sola uocis inter nos differentia est. Quod & organis ille ait exprimendū radicis Thapsiæ succum, scriptoris huius uoces secutus, prælum torcular' ue in ea uoce intellexisse oportet.

περὶ Σπάρτίου. κεφ. ϕμ'.

Σπάρτίον. Λοὶ ὃ, λοβόν. οἱ ὃ, λύγος καλοῦσι. Θάμνος ὀστὶ φέρων ῥάβδους μακράς. ἀφύλλους. σπερμάς. ἁψυχούσας, αἷς τὰς ἁμπέλους δεσμεύουσι. φέρει δὲ λοβοὺς ὡς πρὸ φασίλους. ὧν οἷς ἀπὸ μάλλια φακοειδῆ. ἄνθος μήλινον ὡς πρὸ λευκοΐου. τόπου δὲ κρεῖττος μὴ τὰ ἄνυδρα θερινὰ σαῦ μελικράτῳ ὁλκὴ ὀβολοῦ ἑνός. καθαίρει ἄνω μετ' ὀρθόπνοιας ὡς πρὸ ἐλλέβορος ἀκινδύνως. ὁ δὲ κάρπος κινεῖ τὰ κάτω κάθαρσιν, μὴ αὐτὸ δὲ τὸ ῥάβδος ὧν ὑδρωπικοῖς βραχέα σῶμα, εἶτα κοπέντα καὶ χυλισθέντα, ἰσχιαδικοῖς, μὴ συναγχικοῖς ὅστι βοήθημα. ὅσοι δὲ νάδου εἰς πινόμενον ὑπέστησαν. ἔνιοι δὲ ἀναπεξέσαντες ἄλμῃ ἢ θαλάττῃ, ἐγκλύζουσι τοὺς ἰσχιαδικούς. ἄγει δὲ αἱματώδεις καὶ ξυσματώδεις.

De Sparto, id est Genista. Cap. CLII.

Sparton. Sunt qui lobon. i. filiquā, q lygō, id est uimen. Romāi spartū uel genistā dicūt. Frutex est breues, duras, & sine foliis uirgas habēs, easdēq; natiuo lentore infragiles, quib⁹ uites ligāt. Siliquas phaseloꝛ mō fert, in qbus semen ceu lētis est. Florē luteū qualē uiolæ habēt, quas leucoia appellant. Bibunt flores semenq; eius in mulsa aqua pondere oboloꝛ qnq;, purgantq; per superna egregie ueratri modo sine periculo. Solū semē itidē p inferna purgat. Quine tiā maceratis in aqua uirgis eius, mox tusis & expressis, cōtra anginas coxēdicisq; dolores succo illo cyathi pōdere ieiunis poto auxiliāt. Quidā etiā muria aut mari eas macerātes, clystere expressum succū contra coxēdicis dolores infundūt, cruēta simul & intestinoꝛ ramenta trahentem.

INTERPRES.

VVlgarē genistā passim & incultis locis nascentē, cuius & in re rustica ad nexus quotidianus usus est, non Hispaniæ spartū descripsisse hoc capite Dioscorides uidetur: quās enim sparto huic breues sine foliis uirgas, & natiuo lentore infragiles, quaꝛ in ligandis uineis usus sit, phaseloꝛ figura siliquas, & in his lenticulæ semen, luteū & leucoioꝛ colore florē scriptor hic tribuit, integrā genistaꝛ quas diximus & iconiā imaginē ostendunt. Nec nos in re alioqui ex scriptoris huius descriptione satis certa, suspicari miscerē ue aliquid audemus: etsi sciamus à Plinio XIX. uolumine, cap. II. spartū aliter descriptū: & medicinā remediaq; omnia quæ hoc capite à Dioscoride docent, sparto non genistæ cui debebant, XXIIII. uolumine, capite IX. ab eodē tributa fuisse. Res enim nos sequimur: & quæ in antiquis scriptoribus uaga aut ambigua sunt, ad certā quatenus licet significationē contrahere conamur: credimus & ex his quæ in Græcis Latinisq; diu obseruauimus, monere tutò legentes posse, duo fuisse Græcis sparti genera, quæ tamen alicuius noræ adiectione distinguerent. Quod em in Dioscoride nūc forma diminutiua legit, nouū discrimē est, ideoq; à nobis nō seruatū: alteꝛ q̄d in Hispania nasceret, XIX. uolumine, cap. II. à Plinio descriptū: alteꝛ q̄d genistæ appellatione à cunctis Latinis censet. Indicant & q̄d dicimus hic ipse primū scriptor, qui intelligens alteꝛ esse sparton, nullius (q̄d hactenus inuenerim) in medicina usus, ut certius cognoscere t, ait quo uites ligant, uti omnes possunt: at sparto q̄ uites ligant, uti omnes possunt: ubiq; enim nascun genistæ, & eundē inter ruris uitilia ubiq; usum habent, quod Plinius in Hispaniensis sparti historia nusquā testatus est. Quod & illi præcipuū ab eo tribuit, ad funes pertinet. Totam q habet Hispaniæ spartus, ne longiores simus, diuersam penitus à genista historiā: esse & spartō genistā præter hactenus dicta indicat etiā Theophrastus I. de plantaꝛ historia, linos partū inter polylopa numerans. Sunt autē polylopa quę plures sibi inuicē superpositas tunicas seu cortices habent: eū Plinius genistā eodē libro, cap. I. appellauit. Asia e genista facit lina ad retia præcipue, quod linos parti uox indicat, nihil aliud q̄ lineū spartū significās. Erant & alia quibus ostēdi poterat duplicem Græcis esse spartū, peregrinū illū Italiæ, & in Hispania tantū nascentē, & quē Latini genistam uocauerunt. Consueuisse & Romanos peregrinū illū spartū semper appellare: nostratē uero & omnibus cōmunē alteꝛ illū, genistā: Etsi Plinius tractata multis locis cōmunis & uulgaris sparti historia, quos & usus in corōis & in re rustica haberet, semper & sub genistæ nomine: medicinā, XXIIII. uolumine, cap. IX. nō sub genistæ Latini nominis, sed Græcoꝛ sparti indicatiōe tractauit. Quæ causa multis fuit, ne alteꝛ ab altero discernere in eo & in scriptore hoc cognoscere genistā possent: esse & hoc loco intelligendā genistā nō Hispaniæ spartū, quæ ex natura & usu adiecte illi appellationes fuerūt, facile ostēdunt. λόβον enim aliqui quasi filiquā, à longioribus & inflexis siliqs quas cū defloruit fert, merito dixerūt. Ab usu itidē lygō quasi uimen. Quid aūt lygos Græcis sit in uitice lōgius dictū à nobis est: qm scilicet ad nexus uitiliū alioꝛ mō usus eius in agro fit: q̄d hic aperte declarauit, dicēs uites eo ligari: quæ tātope auxilio hoc indigēt, ut Columella penul-

timo

timo tertij libri capite præceperit circa uineã ſeri geniſtas oportere, alioqui ſponte ſua locis incultis naſcentes, ut palmitibus idonea præbeãt uincula. Quæ poſtremo dicta à nobis in extremo capite ramenta, ab alijs Ramenta. uero ſtrigmenta ſunt, eiuſdem rei intellectu, exigua adipis & carnium fruſtula ſunt, quæ ui medicamenti huius deraſa ab inteſtinis pelluntur, qualia in lignorum raſura ferramentis ramenta deraduntur.

περὶ Σιλύβου. κεφ. ϕμά.

Σιλυβον. ἄκανθά ἐστι πλατεῖα. φύλλα ἔχουσα χαμαιλέοντι ὅμοια τῷ λευκῷ. ἡ ῥίζα ἀφεψηθεῖσα ἁλοῖ. φύλλα δὲ ῥίζης ὁ ἐπὶ ὀξυμέλι πότος ὅσον ὁλκὴ πάσεις σὺν μελικράτῳ, ἐμέτους κινεῖ.

De Silybo herba. Cap. CLIII.

SIlybon. Romani pariter Græcis ſilybum dicunt. Latior ſpina eſt. Chamæleoni albo ſimilia habet folia. Eſtur ea nuper nata cum ſale & oleo elixa. Facit uomitiones potus drachmæ pondere cum mulſa aqua radicis liquor.

INTERPRES.

NEgauit Plinius ſilybi huius eſſe aliquem in medicina uſum, maiore tamẽ quàm hic apparatu ad cibos coqui indicauit: Siquidem cum oleo & ſale elixam comedi Dioſcorides ait: ille uero ne in Cilicia quidẽ aut Syria, aut Phœnice ubi naſcitur, coquere tanti eſſe ait: ita operoſa eius culina traditur. Ex quibus ratiocinari illud facile eſt, peregrinam Italiæ herbam ſilybum eſſe, & diligentiore cura & opera coqui ſolitã. Qui deſcripſerunt eam poſteriores, latiſſimis foliis, & in foliis per extremitates latis ſpinis eam tradunt. Nos in peregrino frutice quod aliud moneamus non habemus.

περὶ Βαλάνου μυρεψικῆς. κεφ. ϕμϐ'.

Βαλανος μυρεψικὴ. κάρπός ἐστι δένδρου μυρίκης ἐοικότος. ὅμοιος δὲ λεγομένῳ ποντικῷ καρύῳ. οὗ τὸ ξύλον θλιβόμενον ὡς πρὸς τὰ πιλωτικὰ μύρα ἀντ' ἐλαίου χρῶνται. χυνᾶται δὲ ὡς ἀμύγδαλα ἐξ ὕσατος ὑγρόν. ᾧ εἰς τὰ πρόσωπα ἀντὶ τῆς κατὰ ἰουδαίαν πέτρας. διαφέρει δὲ ἀνθολίνεα καὶ πλίσις. λευκή τε καὶ εὐπλάστου ὅσον ὁλκὴ, σὺν λίτρᾳ τρίμμα, καὶ καταπλάσεται ἐπ' αὐτοῦ μετὰ αἰγείου ἀλεύρου, καὶ μετὰ μελικράτου, καὶ ἐπὶ ποδαγρικῶν. σὺν μέλιτι δὲ ἐφελκίδας ἀπορμήγει φῶ μελαίνας. σὺν οἴνῳ δὲ ἀλφούς. οὐλὰς ἐφίλης. ἡμιωβόλια ὧν προσώπου. ἐμέτους δὲ κινεῖ, καὶ κοιλίαν λύει μετὰ ὕδατος. κακοσόμαχον δὲ ὄντι ἰκανῶς, καὶ τὸ ἀφ' ἕλκους ἔλαιον ποιεῖ, τὴν κοιλίαν ἐπάγει. συμπικώτερον δὲ ὄντι ὁ φλοιὸς αὐτοῦ. τὸ δὲ ἐκκοπὲν ἰσχεῖ ἐκθλιβὲν ἀνθολίνεα ἐκπίεσμα, μίγνυται σμήγμασι τοῖς πρὸς ἐχύτητας καὶ κνησμούς εὐθετοῦσιν.

De Glande unguentaria. Cap. CLIIII.

BAlanon myrepſicen. Romani unguẽtariam glandẽ uocant. Myricæ ſimilis arboris fructus unguẽtaria glans eſt: auellanæ nuci quã Ponticã uocãt æqualis. Cũ exprimunt quæ intra eam ſunt, eodẽ quo amaræ amygdalæ modo liquorẽ ex ſe remittunt, quo in pretioſioribus unguentis pro oleo utũtur. Naſcitur in Aethiopia, Aegypto, Arabia & ad Petrã Iudææ oppidũ. Antecedit bonitate quæ recẽs, plena, cãdidaq; eſt, & quæ ſuo cortice facillime ſpoliat. Trita hæc drachmæ pondere in poſca pota, lienẽ minuit: in quẽ uſum etiã eidẽ parti cũ ſoliacea farina emplaſtri modo imponitur. Imponit & cum mulſa aqua, & præter lienẽ podagris itidẽ. Eadem in aceto elixa, ſcabies exterit lepraq;: addito nitro aũt utiligines cicatricesq; nigras: & cũ urina lẽtigines, uaros, aſperã diſcoloremq; cutem, & in uultu eruptiones oẽs. Vomitiones præterea cit. Aluũ ſoluit cum dulci aqua pota. Stomacho grauiter nocet. Quinetiã potũ quod ex ea expreſſum oleũ eſt, aluum deiicit. Cortex contrà maiore adſtringendi ui ſpiſſat. Miſcetur præterea quod extuſa expreſſaq; ſupereſt his, quæ ad exterendas ſcabies & pruritus conficiuntur.

INTERPRES.

CAppari magnitudine figuraq; unguentariam hanc glandem comparauit Theophraſtus quarto de plantarum hiſtoria uolumine: utiq; ea unguẽtarios & ipſe teſtatus eſt: Eamq; ob cauſam Plinius XII. libro capite XXII. myrobalanon uocauit, eadem eiuſdem rei ſignificatione cum ſcriptore hoc, qui myrepſicen balanon eam inſcripſit, q; ſcilicet unguẽtis tantũ inſeruiat. Diximus primo uolumine de palmulis agentes quod ad balanos Græcamq; balanon uocem pertineret: ideoq; relinquendũ hoc loco q̃d dictũ ſemel eſt, ne toties idem repetaã. Quod pro re ipſa etiam dicendũ fuerat, à Barbaro undiq; collectum in Corollario eius expoſitum omnibus eſt: iiſdem enim uerbis ut erat in cũctis, diligens ex Theophraſto Pinioq; omnia de unguentaria hac glande reddidit, ſignauitq; diligenter in quibus antiqui ſcriptores illi in eius hiſtoria diſcrepent. Nobis monuiſſe tãtum ſupereſt, augure uateq; aliquo opus eſſe, ut intelligamus quonam modo unguentaria hæc glans à priore libro qui proprius illi inter unguẽta aut aromata locus erat, in quartum & ad uulgares herbas tranſierit: quod conijcere hactenus nobis non licuit. Monemus & illud etiã, non eſſe nobis cum Barbaro idem quod Dioſcorides ait: οὗ τὸ ἐντὸς θλιβόμενον: quorum uerborũ ſi integra ea lectio ſit, ſenſus eſt: Cuius quod intus eſt, expreſſum, &c. Ille autem quaſi ἐκτὸς, id eſt, extra legi oporteret, ex cortice

expresso uertit. Nec scimus an alioꝝ codicum lectionē secutus id fecerit, an potius autore Theophrasto crediderit extra nō intus legendū esse. Siquidē Theophrasti in ea re uerba sunt: τὸ καρποῦ ὃ ζωῖς κελύφοισι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ, κόπτοντες. ἐνῶδες δὲ ἔχει, καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ καρπὸν οὐ τὸ ἀχρεῖον. quod est: Cortice aūt fructus utunt ungentarij tundentes eum, odoratā enim habet hāc partē, fructū uero inutilē. Quē scriptorē secutus etiā Plinius quo diximus loco: Cortices inquit unguētarij exprimūt: medici nucleos tundūt, adfusa paulatim aqua. Graues hi sanè autores sunt, nec malè eoꝝ fidē aliquis sequeť. Facilis è diuerso & lubricꝰ in una tantū litera ad uitiū lapsus est ab ἐνὸς εἰς τὸ ἰκνός: inclinatq; animus nobis in hāc partē: Verūtamen in una eadēq; omnium Græcoꝝ lectione nihil mutare ausi sumꝰ, præsertim dicente Plinio, unguētarios cortices, medicos uero nucleos tūdere, &c. Posseq; si desint cætera hoc medicoꝝ usu saltē defendi q̄d in Dioscoride legiť, præsertimq; adscita ab amaris amygdalis cōparatione, in quibus nuclei nō cortices tusi exprimunť. Arbitrariū id legentibus relinquimus: contra fidem eīm Græcoꝝ omniū & uetustissimoꝝ Latinoꝝ quos hactenus uidimus, nouare aliquid impium nobis uisum est. Contra lienis tormenta utitur glandis huius remedio Celsus libro quinto capite XVIII. his uerbis: At si lien torquet, glandis quā balanon Græci uocant cortex, & nitrum paribus portionibus contundunť: respergūturq; aceto q̄acerrimo. Vbi cerati crassitudinem habent, linteo antea in aqua frigida madefacto illinuntur, & sic imponuntur: Supraq; farina hordeacea iniiciťur: sed manere ibi nō amplius sex horis debent, ne lienē absumant: satiusq; est id bis aut ter fieri. Volumus & Pauli Aeginetę de unguentaria hac glandem decreta quæ Galeno eadem sunt breuiter addere. Ea huiusmodi sunt: Quæ intra unguentariam glandem ceu carnosa sunt, abstergendi incidendiq; cum adstrictione aliqua uim habent. Eamq; ob causam pondere drachmæ unius pota, uomitiones cient, & aluum deiiciunt. Cum posca aūt, laxandis extis accommodata sunt: Cutis præterea ex aceto inuncta exterunt uitia. Cortex alioqui egregia adstringendi ui est.

Περὶ Ναρκίσσου. κεφ. φμγ'.

Ναρκισσος. Λοιὸν δὲ, νάρκισσος ἄνυδρος. οἱ δὲ, αὐτοκυές. οἱ δὲ, βολβὸς ὁ ἐμετικός. οἱ δὲ, λείριον. ξωμαῖοι. βούλβους μορβιτάριους. ἔνιοι καὶ τοῦτον ὥς τὸ κρίνον λείριον ἐκάλεσαν. τὰ μὲν φύλλα πράσῳ ἔοικε. λεπτὰ δὲ καὶ μικρότερα καὶ πράσου. καὶ σενότερα. καυλὸν κοῖλον. ἄφυλλον. μείζω πυθαμένης. ἐφ' οὗ ἄνθος λευκόν. καὶ μέσῳ, ἔσωθεν δὲ κροκῶδες. ἐπ' ἐνίοις δὲ περφυρόεδές. ῥίζα ὁμοία λευκή. ἔνδοθεν στρογγύλη. βολβοειδής. κατὰ πᾶν ὥς ὑμήν, μέλας, προμήκης, φυεῖ ὁ κάλλιστος ἐν ὀρεινοῖς τόποις. ἐυώδης. ὁ δὲ λοιπὸς πρασιᾷ. καὶ βοτανώδη τὴν ἀπόφυσιν ἔχει. τούτου ἡ ῥίζα βρωθεῖσα ἐφθὴ καὶ πεφθεῖσα, ἐμέτους κινεῖ. ἁρμόζει δὲ καὶ πυρικαύτοις σὺν μέλιτι λεία. καὶ τοῖς πρὸς νεῦρα διακοπὰς παρακολλᾷ καταπλασσομένη. στέμματά τε σφυρῶν καὶ τὰ πρὸς ἄρθρα χρόνια ἀλγήματα λεία σὺν μέλιτι καταπλασθεῖσα ὀνίνησι. καθαίρει καὶ ἔφιππον, καὶ ἀλφόν, σὺν κινίδι καὶ ἐρεμαῖα καὶ ὄξει. σὺν ὀρόβῳ δὲ καὶ μέλιτι, τοῖς ἀκανθίσασι πρὸς ἑλκῶμα ἀποκαθαίρει. καὶ τὰ δύσεπτα πρὸς ἀποσκήματα ῥήσσει. ἄγει καὶ σκόλοπας σὺν ἀλείνῳ ἀλεύρῳ καὶ μέλιτι καταπλασσομένη.

De Narcisso. Cap. CLV.

Narcisson. Sunt qui anydron, qui autogenes, qui bulbum emeticō, qui lirion, Romāi bulbum uomitoriū appellāt. Quidam & hunc non minus quàm lilium lirion uocant. Folia habet porracea, multo tamen tenuiora minoraq; & angustiora. Caulem concauū fine foliis, altitudine supra dodrantē tin quo cādidus flos est, in medio croceus, in quibus autē purpuræ aspectu. Radix illi intus cādida, rotūda, bulbosaq;. Semen ceu in membrana clausum nigrum & oblongū. Nascitur probatissimus mōtanis locis, grato odore. Reliquum genus porraceum & herbę halitum ex se mittit. Cit uomitiones elixa, tum in cibo sumpta aut pota radix eius. Facit ad ambusta eadam ex melle trita, Neruorum præcisiones glutinat emplastri modo imposita. Luxatis talis, diutinis articulorū doloribus ex melle itidem emplastri modo prodest imposita. Quinetiam uitiligines, asperamq; & discolorem ceu ab æstiuo sole cutem, cum urticæ semine & aceto repurgat. Cum eruo autem & melle ulcerum sordes, quiq; ægre maturantur abscessus erumpit. Surculos præterea extrahit, cum loliacea farina & melle emplastri modo impofita.

INTERPRES.

Lilio congenerē narcissum antiquiores oēs faciūt, à lilio statim cōtinuata historia de eo agētes: oímq; certissimè Theophrastus lib. VI. de plantarꝝ historia his uerbis inter cętera de eo agēs: ὁ δὲ ναρκισσος ἢ ἀνθερικος ἢ λειριον. ὀνομάζει δὲ τοῦτο, οἱ δὲ ἐκεῖνο καλοῦσιν: quod est: Narcissus aūt aut liriō, sunt eīm qui hoc & qui illo nomine appellēt. Manifesto argumēto, cōgenerē aut similē saltē lilio narcissum esse. Ex q̄ lirion, qua uoce lilia ueteres appellauerūt, & ipse quondā dici poterat: etsi ex antiquis Græcis testati aliq̄t fuerint, lirion priuatim narcissum indicare, quēadmodū crinon solū liliū. Addiderūt quidā etiā, ab Homero flores oēs una lirij appellatione indicari: q̄d & Aristophanes in comœdia etiā seruasse credit. Sed quemadmodū nos in scriptore hoc, & in alijs obseruauimus, uaga hæc nomina, similitudo, & penè eadē natura fecit: uocari q̄ solitū liliū à Græcis lirion manifeste hic scriptor ostēdit cū ait: Quidā etiā quēadmodū liliū, liriū narcissum uocāt. Videntq; Latini una tantū mutata litera, & ut balbutiētes solēt pueri, pro r, l pronūtiasse: sicq; ex Græcoꝝ lirio suū liliū fecisse: eodē modo q̄ lepidissimus Græcoꝝ comicus in Equitibus suis, blesa lingua in cōcione loquentē Alcibiadem finxit: ὁλᾶς θὤωλος κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Cū tamē in eo q̄d intelligi uolebat, ubi l litera auditur, intelligendar erat:

etat: ἐρᾷ δ' ὕδωρ & κιφαλλὼ κόρακι & ἔχει. Sed ut rem noſtram agamus, pro comperto ſit congenerem lilio aut illi penitus ſimilẽ narciſſum eſſe: & quoniã dolores & torpidas capitis grauitates faciat, à narce, qua uoce Græci torporẽ indicant, nõ à fabuloſo puero ut poëtæ finxerũt, narciſſum Græcis dictum fuiſſe. Teſtes in eo ſtro mine rationis eius ſunt Plinius XXI. uolumine capite XIX. & Sympoſii ſui III. commentario capite I. Plutachus, cuius obiter de narciſſo uerba hæc ſunt: καὶ γὰρ νάρκισσον, ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα καὶ βαρύτητος ἐμπιοῦντα, καρ-πώδεα. διὸ καὶ σοφοκλῆς ἀνδρῶνα ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν, ζοφερὸν τοῦ χθονίων τεφράνωμα προσηγόρευκε: quod eſt: Et narciſſum appellauerũt quaſi neruos hebetantẽ, & torpidas facientẽ grauitates. Quapropter & Sophocles magnorũ deorum, id eſt, ſubterraneorũ coronamentũ eũ uocauit, q̃ ſcilicet defuncti & morte torpidi, torpido flore meri eo coronarẽtur. Anydron uocaſſe quoſdã narciſſum etiã in Dioſcoride legiẽ, idq̃ nos factũ illi nomẽ credimus, q̃ longe ab aquis in mõtanis floret. Quod etiã illi adiectũ eſt autogenes, quæ uox à ſeipſo genitũ, uel per ſe naſcẽs ſignificat, rationẽ eam habet quã Theophraſtus his uerbis indicauit: οὗτ & δ' ἐκπίπλων τρίτει βλάσει αὐτόμαθον: de flore & ſemine dicta ea ſunt, ſignificantq̃: Hic aũt decidens, ſponte ſua germinat & naſcitur. Et ſi idem ſcriptor ſtatim teſtetur, colligi ſemen eius ſeriq̃ opere humano: nec minus etiã ut in cæteris bulbis plantari radicẽ. Vocari à quibuſdã etiã uomitoriũ bulbũ in Dioſcoride audimus, haud ſanè quia idem uomitorio bulbo ſit qui II. uolumine deſcriptus eſt, ſed quia bulboſæ radicis ſimulq̃ uomitorius ut ille eſt, quẽ in antiqua medicina habet præcipuũ uſum. Serebat quondã in hortis ad coronamẽta narciſſus, nũc montanis locis in quibus naſciẽ quærẽdus eſt, nõ difficilis inuẽtu, ſi diligẽtius quæraẽ: totã enim, excepta caulis altitudine & calathi ambitu, quæ duo minora q̃ in lilio ſunt, lilioq̃ ſpeciẽ referre eũ teſtati oẽs ſunt. Et præter id ſerotinus flos (poſt arctumq̃ eñ Auguſto menſe & ad Autumni æquinoctiũ floret) inter lilia floresq̃ alios, qui ferè oẽs tũc defecerũt, latẽre nõ poteſt. Habet & alias in ſcriptore hoc notas quibus deprehẽdi poſſit: Fo lia porracea, quæ Plinius in radice eſſe illi ait, minora tamẽ & anguſtiora: Concauum caulẽ, & ſine foliis dorantali altitudine: Poſtremoq̃ florẽ candidũ in medio croceũ: & q̃d alteri eius generi cõpetat neceſſe eſt, in aliquibus purpureũ. In qua deſcriptione niſi in cũctis Græcis q̃s hactenus uidere licuit uitiũ ſit, ratiocinari oportet duplicẽ eſſe narciſſum, q̃d Plinius ſanè manifeſtè indicat duobus locis, primum uigeſimoprimo uolumine capite quinto in liliorum hiſtoria dicens: Narciſſum uocãt: huius alteriq̃ genus cãdido flore, calice purpureo. Mox etiã ſdẽ libri capite decimonono. Narciſſi duo genera uſu medici recipiũt: unum purpureo flore, & alteriq̃ herbaceũ. Nõ leui ut uideẽ in docẽdis his uarietate. Siquidẽ in priore illa deſcriptione alterum narciſſum flore candido & calice purpureo, in poſteriore alteriq̃ purpureo flore, alteriq̃ uero herbaceũ eſſe dixit. Theophraſtus quod hactenus in eo obſeruauerim, cum ſæpius narciſſi meminerit, nulla huiuſcemodi generiq̃ diuiſione uſus eſt: ſemperq̃ tanq̃ unus narciſſus ſit, de eo docet: nũc folia, nũc florendi tempus, nũc caulẽ deſcribẽs: à q̃ credimus Pliniũ alteriq̃ genus herbaceũ uocaſſe: ſiquidẽ in eius hiſtoria inter cætera auditur: ἐν δὲ καυλὸν ἄφυλλον μόνον, πρώιμα δὲ: quod eſt: Caulẽ quidẽ ſine foliis, uerũtamen herbaceũ. Ex q̃ potuit Plinius nõ à flore herbaceũ alteriq̃ id genus appellare. Non ideo tamen non recipiendũ duplicẽ narciſſum eſſe: hoc enim à Dioſcoride Plinioq̃ & ab aliis traditẽ: ſed quæ eoq̃ diſcrimina in flore docẽtur, nõ ſatis & in ſcriptore hoc & in Plinio certa ſunt. Cætera quidẽ ut ex Theophraſto patet, eandẽ habẽt hiſtoriæ ueritatẽ: illeq̃ ſexto de plantariq̃ hiſtoria narciſſum his uerbis deſcripſit: ὁ δὲ νάρκισσος & ἡ λείριον. οἱ μὲν δὴ τὸν, οἱ δ' ἐκεῖνο καλοῦσι. τὸ δὲ ἄκρον τὸ ἄνθος, ἢ ὠὸν ὑμῆνι πυὶ καθάπερ ὢν ἀφίεσθαι. καρπὸν μέγαν ἐν μήλοις ἢ μίλακα τῇ χροιᾷ, χύμασι δὲ προσμίκτοις. οὗτος δ' ἐκπίπλων τρίτον δὲ σοφίσματος. μετὰ δὲ ἀρκεῦθον ἢ ἄνθωσις καὶ πόας ἰσημερίαν: quorũ ſenſus eſt: Narciſſus uero aut liriũ: ſunt eñ qui hoc & qui illo nomine appellent: foliũ aſphodeli figura terræ proximũ habet, latius tamen q̃ aſphodeli & quaſi liliaceũ. Caulẽ nudũ quidẽ foliis, uerũtamen herbaceũ: in ſummo cuius flos eſt. Semen ueluti in uaſculo membrana quadã clauſum, grãde, nigrũ, & figura oblongũ. Id decidẽs ſponte ſua germinat: uerũtamen id colligẽtes etiã, in terra depangũt. Serũt & radicẽ, quã rotundã, carnoſam & grandẽ habet. Serotinus flos eſt, poſt arctumq̃ eñ & circa æquinoctiũ floret. Idem eodẽ libro in folioq̃ diſciplina ait: narciſſum anguſto, numeroſo & pingui folio eſſe. Nec multo poſt de caulibus plantaq̃ agens, ait: θαυμαστὸν δὲ ἐπὶ πάντων ὅπως ἐπὶ τε τῶν σκίλλης καὶ τοῦ νάρκισσου συμβαίνει. πρῶτον μὲν ἀπ' ἄλλων, καὶ πρῶτον ἀπ' ἀρχῆς φυτευομένων καὶ πρῶτον βλαστανόντων, καθ' ὥραν δὲ φύλλων ἀνατέλλει πρῶτον. εἶθ' ὕστερον ὁ καυλός. ἐπὶ δὲ ζώντων ὁ καυλὸς πρότερον. τοῦ δὲ νάρκισσου δὲ ὁ μὲν ἄνθους μόνον, τῆς δὲ σκίλλης, &c. q̃d hoc & per ſe regerminant, uere folia primũ prodeunt, dein caulis: in his autẽ, id eſt, ſcilla & narciſſo, caulis præcedit: & narciſſo floris tantum caulis. Poſt quæ cum longius deſcripſiſſet ſcillæ caulis & floris ortum, ſubiecit: Cum aũt caulis hic conſenuerit, tunc poſt aliquot dies folia prodeunt. Similiterq̃ & in narciſſo fit: πλὴν οὗτε καυλὸν ἕτερον ἔχει πρὸς ἐν τῷ ἄνθους, ὥσπερ ἐπῆμυν. οὔτε νάρκισσον φανερὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἀνὸ ἄνθος & ἅμα ἄνθει καὶ καυλὸς καταφθίνει. καὶ ὅταν ἀνανθῇ, τότε τὰ φύλλα ἀνατέλλει, id eſt, Veruntamen nullum alium caulem præterquam floris cauſa prolatum ut præmonſtrauimus narciſſus habet. Manifeſtũ itidem non habet ſemen. Flos autem ipſe unà cum caule arefcit: & cum aruerit, tunc folia emergunt. Præterea florere priùs ſcillam, poſtea uero narciſſum, idem paulo poſt teſtatur ſcriptor: nosq̃ tam multa ex eo collegimus, ut facilius & certius deprehẽdi poſſit tanti nomis in antiquorũ coronamentis flos. Quæ enim Plinius diuerſis locis de eo tradidit, ex Theophraſto quidem deflexa ſunt, ſed tanta breuitate ab eo tractata, ut obſcuriora legentibus aliquando fint. Et ut reſpondere ſibiinuicem Theophraſtus & Dioſcorides uideantur, cuncta enim de foliis, caulibus, & ſemine ambobus eadem ſunt: Floris color, & coloris diſcrimen in Theophraſto tantum deſideratur: idq̃ obſeruaſſe & diſcreuiſſe legentes oportet, præſertimq̃ quod hic croceum & purpureum in medio deſcribit, quod Plinius florem appellat: non ſatis certo intellectu, totum'ne florem ſic uocet, an quę crocata in eo ſunt & purpurea, ut hic manifeſtè docet: poteſt enim utraq̃ pars flos dici, quemadmodum in uiola nigra de duplici floris, ex diſciplina Theophraſti, floribus diximus. Nos in apenninis montibus his noſtris frequentem uidimus florem

Auguſto

Augusto & Septembri mẽsibus florentem, figura lilij, dodrãtali altitudine, foliis quàlia in narcisso hoc describũt, singulari caule, ijsdẽq; aliis omnibus, excepto colore qui nec cãdidus nec purpureus ut Plinio docet fit, sed inter candidũ & luteũ colorem, nullius aut exigui odoris. Vidimus & in mitioribꝰ collibus natũ, sed nõ tã speciosum, & magis albicantẽ: diuq; credidimus narcissum eũ esse: neq; ab opinione ea lõgius adhuc discedimus. Inclinat eñ animus, potuisse antiquis uagũ narcissi nomen esse: &, ut in plantaꝝ disciplina sæpe aliâs testati sumus, cõgeneribus similibusq; multis cõmunem eã appellationem fuisse: tantũq; abest ut constituamus luteo colore narcissum esse, ut inueniendũ hũc florem legentibus relinquamus, qui cãdido colore sit, croceis intus staminibus, in aliquibus purpureis: qd unum in colore eius à dioscoride discrimen traditũ. Nobis eñ hactenus uidere nõ licuit cãdidos lilioꝝ figura flores, capillamentis aut staminibus intus purpureis. Relinquimus etiã peritioribus cogitandũ, probauerit' ne hic scriptor narcissum simpliciter mõtanis locis nascentẽ, ut à satiuo & hortẽsi secerneret: an desiderari ultra aliquid possit, quale scilicet Plinio ait, probatissimũ nasci in Lyciæ mõtibus: in quã partẽ propẽsiores trahimur: superlatiuũ eñ illud κάλλιστα certiores sibi nescio quõ natales locos exigere uidet: & præpositiuus ille articulus eodẽ sensu rẽ etiã indicare credi potest. Suspicio tñ hęc fit nõ decretũ: qualis etiã est in uerbo πρασίζη qd statim sequit, significet'ne uiresc ere & herba ceo colore esse, an potius à porro uerbũ factũ fuerit, significetq; porri odore sentiri, quod tamen nullibi inuentum in antiquis à nobis est: quæ omnia diligentius obseruanda & cõstituenda aliis relinquuntur.

Περὶ Ἱππροφαῦς. κεφ. φμδ'.

Ἱππροφαές. Οἱ ἵππροφυές. οἱ ἱππροφανές. οἱ δὲ ἱππίομ. οἱ δὲ ἐχίνιομ. οἱ δὲ πελεκῖνον. ἐωμαῖοι λαππάτιω. οἱ δὲ λαππλάμφα καλοῦσιμ. ᾧ γνάφουσι τὰ ἱμάτια. φύεται μὲν ἐν παραλίοις καὶ ἀμμώδεσι τόποις. θάμνος δέ ἐστι φυγανώδης. πυκνός. ἀμφιλαφής. φύλλα ἔχων μακρὰ πρὸς τὰ τῆς ἐλαίας. σκώληκα δὲ ἐπιλεπτότατα, ἐπὶ μεταξὺ ἀκάνθας ἐκβάς ὑπερεύκους. γονιοφθεῖς. ἀπ' ἀλλήλων διεστώσας. ἄνθη κορύμβοις ἐοικότα κιττοῦ, ὡς βοτρύδια προσκείμενα ἀλλήλοις. πλοῦ μικρόπα καὶ μαλακά. καὶ μετὰ τοῦ λευκοῦ φοινίσσοντα ἐκ μέσου. ῥίζα παχεῖα καὶ μαλακή. ὀπτὸς μεσή. γλυσαμμώδη πικρά. ὀπίζομμιν ὡς πρὸ θαψίας. Αρτίδεται δὲ καθ' ἑαυτὸμ ὁ ὀπὸς καὶ σὺν ὀξυβάφῳ ἀλεύρῳ ἀναλαμβανόμενος καὶ ἐκμαινόμενος. καθαίρει δὲ χολῶδες, ὑδατῶδες, καὶ φλεγματῶδες κάτω, ὅσον ὀβολὸς ἀκέρασος. τοῦ δὲ μετὰ τοῦ ὀξυβάφου πεῖόβολομ σὺν μελικράτῳ. Ὁ δὲ θάμνος δὲ σὺν ταῖς ῥίζαις ἐκβαινόμενος κόπτεται, καὶ δίδοται λεῖος μετὰ μελικράτου κοτύλης μιᾶς ἡμισείας. γίνεται δὲ καὶ χύλισμα ἀπὸ ῥίζης καὶ τῆς πόας ὡς πρὸ ἐπὶ ἀπὸ θαψίας. δίδοται δὲ τὸ πυρ < ά. εἰς τὰς καθάρσεις.

De Hippophaë herba. Cap. CLVI.

HIppophaës. Sũt qui hippophyes, qui hippophanes, qui hippion, qui pelecinon uocẽt. Romani lappaginem fiue lappulã minorẽ appellant. Vestes ea uellicando poliunt. Nascitur maritimis & sabulosis locis. Surculosus frutex, densus, frondosus. Folia habet longa, oleaginis similia, angustiora tamen molliora q;, et inter ea duras albicãtes q;, & angulosꝝ figura spinas à seipsis distantes. Flores corymbosꝝ hederæ modo ceu racemos inuicem sibi adiacentes, minores tamẽ mollesq; & in candido colore ex parte rubẽtibus acinis. Radix illi est crassa, mollis, liquore plena, gustu amara, & ex qua Thapsiæ modo liquor colligitur: qui per se & cum erui farina cõformatus & siccatus seruatur. Purgat purus & per se seruatus per inferna biliosa, aquosa, pituitosaq; intestinorum oboli pondere: cum farina erui autem semodi pondere quatuor obolorum cum mulsa aqua. Quinetiã frutex ipse cum radicibus tunditur siccatus: daturq; tritus heminę & semissis pondere. Exprimitur prẽterea ex radice & herba succus non aliter quàm ex Thapsia: daturq; ad purgationes drachmæ pondere.

INTERPRES.

DEsideratuimus lanariã radicem & herbã quã Græci struthion uocãt in cõmentationibus his nostris II. uolumine describentes, ut certius ex antiqua appellatione cognosci nũc posset: haberemusq; paratam herbã qua lanæ candorẽ traherent: Non perijsse nobis usum eius, nec mutatã faciendi in lanarum cãdoris à posterioribus rationẽ fuisse. Sentiebamus eñ q; difficilẽ medicæ materiæ disciplinã q̃tidie facerẽt mutatæ præter alia multa in gẽtibus artes aliquæ, & artiũ illarum instrumẽta: quibus si nostra ætas adhuc uteret, quẽadmodũ similibus alijs utiẽ, facilia cognitu & inuẽtu parata ubiq; multa essent: præsertimq; hippophaës hoc q̃d modo tractamus, q̃ Dioscorides ait τὰ ἱμάτια γνάφεσθαι: uertitq; ex interpretibus alter, interpolant: alter, cõcinnant: nos aũt, uellicãdo poliiũt: rei simul & uerbi aptiorẽ (ni fallimur) rationem secuti. Pro qua sciendũ primo est, spinosum fruticẽ esse hippophaës: neq; à Dioscoride tantũ hoc habitu describi, uerũ à Theophrasto Plinioq; etiã, quoꝝ alter spinis albis esse dixit, alter ἀνάκανθαν ἔχειν φύλλοις descripsit, id est, nullas habere in foliis, sed ut hic ait inter folia spinas, quales ab eodẽ plures aliæ numerãtur: idq; in eius historia tã manifestè patet, ut nihil de spinis dubitandũ sit. Mox ope spinarꝝ quas habet, ad usum ueſtiũ translatũ à ueteribus fuisse: nec aliud significare Dioscoridẽ cũ ait: ᾧ γνάφουσι τὰ ἱμάτια, id est, ut nos uertimus, q̃ uestes uellicãdo poliũt, id enim est γνάπτειν, & ut Athenienses dicere cõsueuerant, κνάμπτειν, id est, καταξαίνειν, q̃d uellicando expolire significat. Quę aũt uestiũ expolitio hæc spinis facta esset, facillimã habet cõiecturã, eandẽ scilicet, aut illi similẽ, quã carduis aut hamis ferreis ætas nostra in nouis & obsoletis uestibus quærit, iacentẽ aut lõgo usu attritũ pilũ erigens: & si in textura flocci festucæ ue, aut alterius coloris aliquid inhæserit, ope spinarum illa-

κνάμπτειν. γνάφειν.

rum illaq; extrahens. Eamq; ob causam Galenus hippophaës hoc gnaphon etiã uocat: Græcoq; grãmatici eã exponentes uocem, dicũt κναφοι ἀνάνθαι ἕις κνάμπτεται τὰ ἱμάτια, id est, Cnaphæ spinę sunt quibus expoliũtur uestes: quasi nõ sola hæc spina eũ quondã haberet usum, sed plures honoris eius prærogatiua gauderẽt. Sic etiã κναμπτόμενα ξαινόμενα dixerũt, id est, quæ uellicãtur. Galenus tamen ut diximus priuatim hippophaës hoc gnaphon appellauit: quę causa etiã fuit, ut quemadmodũ in Dioscoride nũc legit, Romani lappaginẽ id dicerẽt. Nec aliud significasse nobis Plinius uidet cũ ait lib. xxvii. cap. x. Hippophæston nascit in spinis, ex quibus fiunt æneæ tulloniæ. Aeneas enim ut credimus uocauit ad eundẽ usum æneũ instrumentũ aliq̃d hamatũ forficulatũue, q̃d primo ex ære factũ nomen in spinis postea seruauerit: auditoq; æneaq; nomine, instrumentũ: additis deinde fullonijs, materia & usus intelligeretur. Credimꝰ fore ut uideãtur aliquibus nostra hæc duriora, præsertim cũ fulloniã & fullones receperint iampridẽ in Latina re omnes pro his, qui uestes purgãt, & lotura aut infectione candorem illis aliũue aliquem colorẽ acquirũt, q̃d nos non negamus: neq; his quæ nos pro hippophaë hoc dicimus, aduersantur quæ illi de fullonibus dicũt. Potest eñ utrũq; ab ijsdem tractari: nec repugnat posse eum qui uestes lauet aut inficiat, eadem qua diximus ratione expolire. Nos enim antiquæ uocis rationẽ & ueterẽ autoritatẽ secuti, quales κναφεῖς quondã fuerint, & quæ uerbi κναφεῖν significatio sit, demonstrauimus: quæ nulla alia est, q̃ ut Græce loquamur, τὸ ἀπρξύνειν καὶ ἀποξαίνειν, id est, deradendo expolire uellicare q; &, si id patiũtur grãmatici, expilare. Nascitur fruticẽ hũc Plinius ait sabulosis maritimisq; locis, scriptorẽ hũc secutus. Theophrastus sabuloso quidẽ, sed tenui solo: qui præter ea quę paulo ante ab eo accepta diximus, quærendas cognoscendasq; facile notas has illi tribuit: μονόρριζον ὑπτιόφυτον, ὕψος ἐνίοτε ὡς ἐν ὄρεσι ἱεραστιμοις οὐ βλαστάνει καὶ ταῦτα πόδιτὰ ἄσκιὰ ἐν ἐνυλίοις τόποις φυομένων: quorũ sensus est: Singulari radice nititur in terra hippophaës: terrestre est, & caules per terrã spargit: per æstatẽ germinat & floret: permanetq; uiridi folio usq; ad pleiadem Autumni. Sabulosum & tenue solũ amat: diciturq; locis cultis nasci nolle, cum tamen circa oppida & apricis locis nascatur. Hæ hippophaës notę à Theophrasto numerantur: quæ ideo à nobis repetitæ sunt, ut pluribus ueluti testibus deprehendi latens frutex possit, & cuius nõ satis certa nomi illi est) accõmodatæ esse equorũ naturæ, neq; ex alijs causis nomen accepisse: quippe quędã animaliũ remedijs nascãtur locupleti diuinitate ad gerẽda remedia, &c. Quod si recipiat, poterũt eandẽ cætera quæ diximus: obseruasse nos in plantarũ disciplina magnitudinẽ significare coniunctã eis hippo uocẽ. Neq; nos Plinij autoritas mouet, nihil eñ cõstituit dicẽs: Debent accõmodatæ esse equorũ naturæ, &c. nos eñ antiquorum scriptorũ testimonijs ad eã rem usi sumus. Nec aliud hoc loco significare credimus hippophaës & hippophæston, q̃ in eo genere grandius. Poterunt tamen legentes quam maluerint rationem sequi.

κναφεῖν ἀπρξύνειν καὶ ἀποξαίνειν

περὶ ἱππροφαίσου. κεφ. ϕμέ.

Ἱππόφαισον. οἱ δὲ ἢ τὸ ἱπποφαὲς καλοῦσι. φύεται δὲ ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις ἐν οἷς καὶ τὸ ἱπποφαές. ἢ αὐτὸ ναφικὴς πετές. ἔχει μόνη φυλλάρια μικρά. ἀκανθῶδη. κεφάλια χαῦνα. οὔτε δὲ καυλόν οὔτε ἄνθος φέρει. ἕλκειν δὲ παχεῖαν καὶ μαλακὴν. ταύτης τὰ φύλλα, καὶ τὴν ῥίζαν, καὶ τὸ κεφάλιον χυλίσαντες ἔκρανε καὶ δίδου ὁλκὴν τριωβόλου μετὰ μελικράτου ἢ ὄξους. ἡ δὲ διάτρυκνα ποιοῖ ἄκρως ὑδρωπικοὺς, καὶ φλεγματικούς. ἰσχίου δὲ ὀρθοῦται καὶ ὠλικὰς, καὶ τοὺς περὶ τὴν ὑστέραν πάθεσι μὴ διάτρυκνα δὲ ἔστω.

De Hippophæsto herba. Cap. CLVII.

HIppophæston. LRomani pariter Græcis hippophæstum dicũt.J Sũt qui & hãc hippophaës uocant. Nascit ijsdem quibus & hippophaës locis. Genus hęc etiam fulloniæ spinæ est. Serpit hæc per terram, foliola tantũ parua capitula q̃ue spinosa habens. Non caulem, non florem fert. Radicem crassam mollemq;. Colligitur ex folijs radice q̃ue & capitulo eius expressus succus: qui siccatus trium obolorũ põdere cum mulsa aqua datur quibus opus erit: aquas enim & pituitam purgat. Priuatim non nisi recta ceruice spirantibus, comitialibus & neruorũ affectionibus quæ fit ope eius purgatio, accommodata est.

INTERPRES.

MIscuerunt in Græcis & in Latinis aliquot quod præmonstratum modo est, hippophaës & quod nunc tractamus hippophæston, nominis similitudine decepti: persuasisseq; id eis uidentur ijdem amborum natales & in artibus usus: utraque enim fullonia spina, eadem q̃ue in morbis utriusque plura remedia sunt: ueruntamen seorsum à peritioribus actum de utraque est, neque enim omnia penitus eadem utrique in historia & medicina sunt. Quinetiam Paulus Aegineta libro sexto cum de hippophaë prius egisset, non multo post de hippophæsto agit: nec ut hippophaës cõposito à uoce hippo nomine scribit, sed à prępositione ὑπὸ hypophæston. Quam rationem secutus etiam libro uigesimoseptimo capite octauo Plinius est, quamuis antea libro uigesimosecundo capite duodecimo & hanc & hippophaës dixisset debere equorum naturæ accommodatas esse. Nos ut illius sic etiã huius nominis rationem ignoramus: oportet tamen & hanc aculeatam intelligere, ex quo hic ait, & hanc fulloniæ spinæ genus esse, ratiocinariq; facile erit, ut superiore capite præmonstrauimus, omnes quibus possent uestes qua ratione diximus expoliri, consueuisse ueteres κνάφους & κναφικὰς ἀκάνθας, id est, fullonias spinas appellare: & ex earum cẽsu hanc etiam esse: quæ non difficilis inuentu erit, tam certis notis ab hoc scriptore describitur.

περὶ κίκεως. κεφ. ϕμς'.

De Ricino frutice. Cap. CLVIII.

Cicì

Κίκι ἢ κρότων. οἱ δέ, σήσαμα) ἄγριον. οἱ δὲ, σέσελι κύπριον. οἱ δέ, κρότωνα. Αἰγύπτιοι σύθαμνα. οἱ δέ, ξίξιμ. προφέρεται αἷμα πυρετῶν. ῥωμαῖοι ῥικίνουμ. οἱ δέ, λοῦπα. Ὀνόμασαι κρότωνα, διὰ τὴν ὡς πρὸς τὸ ζῶον ἐμφέρειαν τοῦ σπέρματος. δένδρον δέ ἐστι συκῆς μικρᾶς μέγεθος ἔχον. φύλλα δὲ ὅμοια πλατάνῳ. μείζονα δὲ καὶ λιπαρὰ, καὶ μελάντερα. τὰ δὲ σελίχνια καὶ τὰς κράσπεδας κοίλα καλάμου δόπτει ἔχει. κάρυα δέ ἐστι βότρυσι παχέσι. λεπιδώδη, ὅμοιον κρότωνι τῷ ζώῳ, ἐξ οὗ καὶ ἀπθλίβεται τὸ λεγόμενον κίκινον ἔλαιον. ἄβρωτον μέν. ἄλλως δὲ χρήσιμον εἰς λύχνους καὶ ἐμπλάστρους. καθαίρει δὲ ὄσον λ'. κόκκοι δὲ ἀριθμὸν καὶ πθέντες λῦοι, ἄγουσι κοιλίαν φλέγμα, καὶ χολάν, καὶ ὕδωρ. κινοῦσι δὲ καὶ ἐμετον. ἔστι δὲ λίαν ἀκίνδυνος καὶ ἐρωτικὴ καὶ τριαύτη κάθαρσις, ἀναβέπτουσα σόμαχον, ἰχῶρας. κοπτομένη δὲ καὶ καταπλαττομένη ἰόνθους καὶ ἐφίλιδας καθαίρει. τὰ δὲ φύλλα βιβέντα μετὰ παπάλης ἀλφίτου, ὀφθαλμῶν οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς παύει. καὶ ἀγρίων λάσματα δύσ. ἐρυσιπέλατα πυοβέννυσι καθ' ἑαυτὰ καὶ μετ' ὄξους καταπλασσόμενα.

CIci siue crotonẽ. Sũt qui agreste seſamũ, qui seſeli Cypriũ, qui crotona, id est, ricinũ. Aegyptij systãna siue trixin. Magi sanguinẽ pyretu. Romani ricinũ appellãt. Ricinus ob seminis ad animal illud similitudinẽ frutex hic dictus est: Arbor paruæ fici magnitudine. Folia habet platano similia, maiora tamen nigrioraq; & maiore lẽuore mollia. Caudicẽ uero ramosq; harũdinis modo cõcauos. Semẽ in racemis asperis, q̃d cortice nudatũ ricino animali simile est, ex q̃ colligit q̃d ricininũ oleũ uocãt, in nullo sanitatis & ciboꝝ usu: alioqui tamen lucernarũ huminibꝰ & emplastris utile est. Purgãt seminis hordei triginta grana trita potaq; pituitã bilemq; & aquas per inferna purgãt. Vomitiones etiã cietue rumtamẽ laborioſa ingratissimaq; huiusce modi purgatio est: stomachũ eñ ualidissime subuertit. Varos asperãq; & ceu ab ęstiuo sole discolorẽ cutẽ tusa eadem semina & emplastri modo impositа, emendãt. Quinetiã trita folia cũ polẽta, oculoꝝ tumores & inflãmationes finiunt. Fœminarũ præterea mãmas à partu copia lactis inflammatas, & larcros ignes extinguũt, per se & ex aceto emplastri modo impositа.

INTERPRES.

COpioſus in Aegypto quondã nasci ricinus hic dicebat: idq; uerisimile est, quoniã luminũ necessitas, sine quibus uitæ nullus est per tenebras usus, faciendis lucernarũ funiculis & oleo aptum, deficiẽte alio omni, optabilẽ gẽti illi fruticẽ fecerat: Etsi Plinius lib. XXIII. cap. V. testatẽ ellychnia quidẽ ex eo fieri claritatis præcipuę, ex oleo tamẽ propter nimiã pinguitudinẽ lumẽ obscurũ. Nec aliud hic idẽ scriptor uolumine significauit, dicẽs Aegyptios multũ indigere, & copioſe uti ricinino oleo. Cogebant eñ q̃d comicus ait, si nõ possent q̃d uellẽt, id uelle q̃d possent. Plinius XV. uolumine cap. VII. altitudine oleę in Aegypto & Hiſpania prouenire ait, caule ferulaceo, folio uitiũ, semine uuarũ graciliũ pallidarũq;, quas hic ἐλλυχνίους dixit, id est, racemos asperos. Theophrastus duobus locis I. de historia, mox II. de causis plantarũ, nihil ęque in eo admiratus est, q̃ ut ille ait folioꝝ ἀνομοιότητα καὶ μετασχηματισμόν, id est, inęqualitatẽ siue dissimilitudinem & transformationẽ: Numeraũitq; primũ inter ea quoꝝ folia diuersis tẽporibus diuersa figura uident: uerbi causa, à principio rotũda, mox cũ creuerint angulosa, aut è diuerso: qualia ostẽdunt hedera, populus alba, & ricinus hic. Sũtq; de eo scriptoris eius hæc uerba: τὰ δὲ φύλλα πρῶτον μὲν ἄλλων ἀλλήλων ὅμοια πάντων ἀπὸ ἀρχῆς γοῦν. ἴσως τῶν δὲ λεύκης, καὶ τῶν κισσοῦ, καὶ τῶν καλουμένων κρότωνος, ἀνόμοια, καὶ ἑτεροχώμονα. τὰ μὲν οὖν πλάτη φύεται, τὰ δὲ παλαιότερα γωνιοῦται. καὶ εἰς τοῦτο μετάστασις πάντων. Rursusq;: ὁ δὲ πρῶτος φύλλων μετασχηματισμὸς καὶ ἑτέρων κοινός. ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν κρότων καὶ πεφυλλωμένα πλὴν ἀρχῆθεν ὕστερον ἀπογωνιοῦται καθάπερ ἀναδιαρθρούμενα: quoꝝ sensus est: Aliarũ uero omniũ arborum folia ipsa sibijpsis similia sunt, populi uero albæ, hederæ, & eius quẽ uocant ricinũ, dissimilia & alterius figuræ: noua enim & à principio circinata: adultiora deinde angulosa. Et omniũ mutatio talis est, &c. Rursus: Foliorum uero transformatio & alijs cõmunis est, quoniã eius qui ricinus nominatur à principio nascentia folia circinata sunt, tẽpore deinde angulosa fiunt, quasi dearticulentur. Quã rationẽ ex Theophrasto à cæteris relictam addere placuit, ut hac nota etiam deprehendi ricinus possit, etsi uulgaris iampridẽ hic frutex fit, seraturq; passim in hortis ad spectaculũ. Neq; enim ætate hac nostra aliũ quẽ sciamus in medicina aut reliqua uita usum habet: uocatq; Hetruria phaselũ Romanũ. Diximus de eo etiã in ricinino oleo, eãq; ob causam nõ erimus in descriptione eius longiores. Id tantũ testamur, uera esse quę hic ait, uomitiones ciere, & per inferna laboriosa purgatione purgare. Scimus enim pueros aliquãdo deuoratis incaute seminibus eius aliquot, integram cum sua nocte diem paulominus q̃ ad mortẽ eo cibo periclitatos. In quo monemus & illud, non dicere Dioscoridem ut barbarus uertit, uomitiones mouere cici admodũ iniocunda fastidienda q; potione. Quod enim laboriosum καὶ ἀηδὲς esse hic ait, purgatio non potio est: quod sequitur scilicet, non eoꝝ cibus: κάθαρσιν siquidẽ, id est, purgationẽ hic, nõ πότημα, id est, potionẽ inquit. Nec illud etiã reliquisse uolumus, ferulaceum caulem aliter q̃ hic tribuere illi Plinitũ, qui σελίχνη κοίλα καλάμου δόπτην ἔχειν, id est caudices calami modo concauos habere dixit: quæ ratio longe distat à ferulaceis: In ferulis enim medulla est, sed fungosa & exiguę leuitatis: ναρθηκώδη q; Theophrastus plerũq; appellat, quæ similẽ ferulę medullã habent, quale fœniculũ multaq; alia in plantarũ censu sunt: in arundinibus autem peruia internodia, nullo farctu plena. Poterunt uolentes naturam contemplari, & ex fide eius alterius historiam probare.

περὶ τιθυμάλων. ριζ'. De omni Lactaria herba, quã Græci Tithymalũ uocãt. CLIX.

Tithymalũ.

Tithymalum. Romani herbam lactariam, siue marinam lactucã, aut caprinam appellant. Tithymali numero genera septem. Primus mas est, characiasq; quasi uallaris dicitur. Idẽ ab aliquibus ob comã quã in summo caule iunci modo gerit, cometes: uel à foliorũ figura quę amygdalæ similia habet, amygdaloides: uel à lõgitudine eorũ qua gobium piscem referũt, gobios etiam nominatus est. Secundus fœmina, aut à myrti foliorũ figura myrtites quasi myrtaceus uocat. Idẽ à nucib⁹ quibus similẽ fructũ fert, caryites aut myrsinites etiã dictus est. Tertius paralius, id est, maritimus, quem quidã diminutiua forma & genere fœminino tithymalida itidẽ quasi lactariolã herbã uocauerũt. Quartus helioscopos, id est, soliscquus. Quintus à cupressi similitudine, cyparissias. Sextus à ramorũ copia, & q ferè arboresc it, ddẽrodes. Septimus à latitudine foliorũ platyphyllos, id est, latifolius. Eius quæ uallaris lactaria herba appellat, caules cubito lõgiores sunt, rubentes, acri & lacteo liquore pleni. Folia circa uirgas habet oleaginis similia, longiora tamen & angustiora. Radicem crassam, lignosamq;, & in summis caulibus comã qualis in iuncorum uirgis pẽdet: sub ipsisq; caua peluibus similia, in quibus semẽ. Nascit asperis & mõtanis locis. Natura & uis lacteo eius liquori est per inferna aluũ purgare, pituitãq; & bilẽ trahere: in quẽ usum põdere duorũ obolorũ in posca bibit. Idẽ cũ mulsa aqua potus uomitiones cit. Colligit lacteus ex lactaria herba liquor per uindemiam: oportetq; in fascẽ collectas, tum sectas eius uirgas in uas ut defluat lac, pronas deflectere. Quidã erui farinã miscẽtes, erui magnitudine pastillos cõformant. Aliqui etiã siccatis eodẽ tpe caricis, tria quatuor'ue stillicidia eius instillãt: siccataq; simul omnia reponũt. Per se aũt lacteus liquor hic in mortario cõfricat, diuiditurq; in pastillos & seruat. In colligendo liquore hoc, à uẽto oportet auersum stare hoiem qui id agit, neq; referẽdę ad oculos manus sunt: & anteq; ad agẽdũ id accedat, adipe oleo'ue cũ uino corpus ungẽdũ est, præsertimq; facies, collũ, & scrotũ. Exasperat idẽ fauces: quapropter quæ ex eo cõformata deglutiẽda sunt, cera aut decocto melle illeuisse oportet, siccq; illita dare. Caricæ duæ tres'ue satis per se ad purgãdũ sunt. Depilat liquor hic recẽs capillũ ex oleo in sole inunctũ: subnascẽtẽq; aliũ flauũ et exilẽ facit, tandẽq; omnẽ expellit. Cauis dẽtium inditur, dolorẽq; leuat. Verũtamen cera dẽtes antea illeuisse oportet, ne defluens fauces aut linguã lædat. Pellit idẽ quas Græci in uerrucarũ genere formicas uocãt, uerrucas, thymos, clauos, & cõdylomata, impetigines q;: in quem usum mala hęc eo inungũtur: Vtilis & cõtra oculorũ pterygia, carbũculos, phagedænas, gangrænas fistulasq;. Legit & autũno semẽ, siccatq; in sole, mox leui-

φως. ἐπιθεραπευθεὶς καθαρῶς ἀποτίθεται. τὰ φύλλα ὁμοίως ξηρά. πρίει δὲ ὁ καρπὸς καὶ τὰ φύλλα τὰ αὐτὰ τοῖς ὀπῷ. πλήθος ἡμίσους ὀξυβάφου πιζόμενα. ἔνιοι δὲ καὶ ταριχεύουσιν αὐτά. μιγνύντες τοῖς διὰ τοῦ γάλακτος λεπιδίῳ. τυρῷ κοπτῷ. ἡ ῥίζα δὲ ὠμὴ παθεῖσα ἀσὰ ὑδρομέλιτι πρθεῖσα, ἄγει καὶ κοιλίαν. ἐψηθεῖσα δὲ σὺν ὄξει διακλυζομένη, ὀδοντα λγίας κοιθεῖ.

περὶ τοῦ θήλεως.

Ὁ δὲ θῆλυς ὃν ἔνιοι μυρσινίτιδα ἢ καρυΐτιδα ἐκάλεσαν, πρὸς εμφέρειαν τοῦ δένδρου τῇ φύσιν. τὰ φύλλα ὅμοια ἔχει μυρσίνῃ. μείζονα δὲ καὶ σκληρά, ἐπ' ἄκρου ὀξέα. ἀκανθώδη. κλήματα δὲ ἀπὸ τῆς ῥίζης πολυθαμνιαῖα ἀφίησι. τὸν δὲ καρπὸν φέρει πᾶς' ἕνιαυτόν. καρύῳ ὅμοιον. ἥσυχῇ δ' ἀκνουλατοῦ γλῶσσαν. ἐν ξαχέσι ἢ χωρίοις καὶ ὄρεσι φύεται. δύναμιν ἔχει ὁ ὀπὸς καὶ ἡ ῥίζα, καὶ ὁ καρπός. τὰ φύλλα ὁμοίαν τοῖς πρόσθεν. ἐμετικώτερος μέν τι ἐκεῖνος τούτου ἐστίν.

περὶ τοῦ πτελαίου.

Ὁ δὲ πτελαίος λεγόμενος θυμαλος, ὃν ἔνιοι θυμαλίδα ἢ μήκωνα ἐκάλεσαν. φύεται ἐν πτελαθαλασσίοις τόποις. κλῶνας ἔχει ὀλιγους ὑπτίους ὄρθους ε'. ἢ ς'. ἀπὸ τῆς ῥίζης, πρὸς ὀρθὰς τὰ φύλλα στοιχηδὸν μικρά. ὑπόσμυρνα. πρόμικα. ἐοικότα λίνῳ. κεφαλὴν ἔχει ἐπ' ἄκρου πρίφυλλον. ἐν ᾗ ὁ καρπὸς ὡς ὄξυος. πρικίλος. ἄνθει λευκά. ὅλος δὲ ὁ θάμνος καὶ ἡ ῥίζα ὀπῶ λευκῷ μεστή. τούτου χεῖσις καὶ ἀπόθεσις, ὁμοία ὅσπερ τοῖς προγεγραμμένοις.

περὶ τοῦ ἡλιοσκοπίου.

Ὁ δὲ ἡλιοσκόπιος λεγόμενος, ἀνθρακίνῃ ὁμοία φύλλα ἔχει. λεπτότερα δὲ καὶ πρόμικα ῥίζης δ'. ἢ ε'. ὀλιγαμιαίους, λεπτοὺς καὶ ἐρυθρούς. ὀπῶ λευκοῦ μεσοὺς πολλοῦ. κεφαλὴ δὲ ἀνηθοειδής. καὶ ὁ καρπὸς δὲ ὡς πρὸ ἐν κεφαλίοις. συμπεριφέρεται δὲ τούτου ἡ κόμη τῇ τοῦ ἡλίου κλίσει. ὅθεν καὶ ὠνόμασαι ἡλιοσκόπιος. ἐν ξηροῖς δὲ μάλιστα καὶ πρὸς τὰς πόλεις φύεται. συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς καὶ ὁ καρπὸς ὡς πρὸ καὶ τῶν ἄλλων. δύναμιν ἔχουσι παραπλησίαν τοῖς πρότερον, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐπιτεταμένως.

περὶ κυπαρισσίου.

Ὁ δὲ κυπαρισσίας. καυλὸν μὲν ἀφίησι πολυθαμνιαῖον, ἢ καὶ μείζονα. ὑπέρυθρον. ἐξ οὗ θερμαίνεται τὰ φύλλα τοῖς τῆς πίτυος ὅμοια. ξυφοειδῆ πεπλατυσμένα τι καὶ λεπτότερα. καὶ καθόλου ἔοικε πίτυϊ ἀγρίᾳ φυῇ. ὅθεν καὶ ὠνόμασαι. πεπλήρωται δὲ καὶ ὀποῦ λευκοῦ. δύναμιν δὲ ἔχει ὁμοίαν τοῖς πρόσθεν.

περὶ τῶν ταῖς πέτραις φυομένων.

Ὁ δὲ ἐν ταῖς πέτραις φυόμενος δενδροειδὴς καλούμενος, ἀμφιλαφὴς ἀνωθεν καὶ πλήκομος, ὀπῶ

ter tusum pure conditur & seruatur. Seruantur & folia pariter ficcata: præstantq; lacti eadē omnia, semē & folia, semissis acetabuli pondere pota. Sale condiunt ea aliqui etiā, lepidio cum lacte & tuso caseo miscentes. Radix eius prætrea in pastillos conformata drachmæ pondere cum dulci aqua pota per aluum purgat. Coquitur eadē in aceto: decoctóq; eius utiliter in dolore dentes colluuntur. Quæ aūt fœmina lactaria herba dicitur, quā quidā myrsinitem aut caryitem dixerunt, laureolæ quā daphnoides dicunt, gustu similis est, colore albicante. Folia habet myrto similia, maiora tamē & solida, in summo acuminata & spinosa. Viticulas à radice mittit dodrantales, annuum fructum inuicem alternantes, iuglandi nuci similem, leniter linguam erodētem. Nascitur & hæc asperis locis. Possunt lac eius, radix, fructusq; & folia antedicta omnia eadem: maiore tamen ui ad ciendas uomitiones illa est q̄ hæc. Quæ deinde paralios, id est maritima dicitur lactaria herba, quā aliqui tithymalida uel papauer uocarunt, maritimis nascitur locis. Ramulos habet dodrantales, rectos, rubentes, quinq; aut sex à radice statim: circa quos folia deinceps sunt parua, angusta, oblonga, lino similia. Habet in summo præterea circinatum capitulum, in quo semen est eruo simile, colore uario. Flores candicant: totusq; frutex & radix multo lactis liquore abūdat. Similis idemq; antedictis usus eius est, feruaturq; pariter. Quæ itidem helioscopos, id est solisequa lactaria herba dicitur, portulacæ similia habet folia, graciliora tamen circinatioraq;. Ramulos à radice statim mittit quatuor aut quinq;, dodrantales, graciles, rubentes, copioso lactis liquore plenos. Capitulum huic est anetho simile, in quo semē ceu foliis claudit ur. Circumagitur & huius coma ad salis cursum: unde & nomen inuenit. Nascitur præcipue in ruinarum ruderibus, & circa urbes & oppida. Colligitur ex hac etiam aliorum tithymalorū modo lac: habet'que antedictis easdem uires, non adeo tamen efficaces. Quæ etiam cyparissias nominatur, dodrantalem & aliquando maiorem & rubentem caulem profert: ex quo germinant folia picearum foliis similia, tenuiora tamen graciliora q;. In uniuersum autem nuper nascenti piceæ similis est, id'que nomen ex eo inuenitur. Abundat hæc etiam lacte, & easdem antedictis uires habet. Nascitur præterea in petris lactariæ herbæ genus aliud, quod dendrodes, id est arboreſcens uocant: superiore sui parte frondosum comosumq;, lacte plenum,

μεσός. ὑπέρυθρος τοὺς κλάδους. περὶ οὗς τὰ φύλλα μυρσίνῃ λεπτῇ ἢ προσεοικότα. κάρης ὁ ὅμοιος ἀβρότονον. περὶ πλησίον δὲ καὶ οὗτος ἀπτέται, καὶ σπέργει ὁμοίως τοῖς προειρημένοις.

plenum, rubẽtibus ramis, circa quos folia sunt tenui myrto similia. Semẽ simile priori, quẽ characiam, id est, uallarem uocauerunt. Seruatur eodem modo & hic, æquali antedictis potestate.

Περὶ πλατυφύλλου.

Ὁ δὲ πλατύφυλλος φλόμῳ ἔοικε. καὶ αὐτοῦ δὲ ἡ ῥίζα, καὶ ὁ χυμός, καὶ τὰ φύλλα, ἄγει τοὺς ἰχθύας κοπείς καὶ διεθείς ὡς ὕσαλα. καὶ οἱ προγεγραμμένοι δὲ τὸ αὐτὸ δρῶσι.

Est postremo quæ latifolia lactaria herba appellatur, uerbasco similis. Eius lac, radix, & folia per aluum aquosa trahunt. Quinetiam pisces herba enecat, tusa & aquæ mixta. Nec minus præmonstratæ omnes idipsum possunt.

INTERPRES.

SAtis uno uersiculo & in eo una tantũ uoce in Theriacis suis monuit Nicander, quod cõmune tithymalis omnibus esset, & unde potuerint posteriores Latini nomen illis apte & fœliciter facere. Is aũt est. σαμψύχου. κυπρισσόν τε καὶ ὑγλαχίδας θυμαλίδας, id est, Sampsuchũ cypressum q́, & copioso lacte plenas tithymali des. γλάγος. & eũ eius gẽtis poëtæ lac aliquãdo appellãt: Eãq́ ratione secuti ueteres Romani, lactariã herbã cõmuni appellatiõe, ob cõe oĩnibus lac uniuersum hoc genꝰ uocauerũt. Mox ut plerũq́ in his fit q pariꝫ dicerũt, quantope undiq́ cõmunia esse oporteat, quibus cõstituendũ genus aliq̃d est, uidẽtes aliq nõ aliter q̃ ex lactuca secta tithymalis lac fluere, lactucã uocare inceperũt: cũ tamen nullius tithymali foliũ ad eius similitudinẽ accedat. Licet q́ lactuca à lacte, quod secto eius caule defluit, nomen inuenerit, nõ ideo tamẽ hac una in re tantũ illi similes plantæ aliæ, eodẽ illi nomine indicãdæ fuerãt: nullus enim audita lactuca, nõ foliorꝫ eius similitudinẽ quæret, quæ inueniri in tithymalo aliqua nõ poterit. Nec refert, addideritne illi quis piam ex re aliqua discrimen, caprinã q́ aut marinã uocauerit: semper enim audito lactucæ nomine, simile foliis illi herbã aliquis cogitabit, id q́ sentiẽs Celsus libro v. cap. vii. cũ lactucã marinã appellasset, adiecit statim q̃ tithymalos à græcis nominat. Intelligebat eĩ q̃ late pateret lactucæ nomen, & quatenus fallere quẽrẽtes tithymalũ id nomẽ posset: multa enim ad mare nascũtur: nec si lactuca etiã uocari tithymalus posset, totũ genus ea uox indicabit. Quæ enim à Græcis paralios nominat, sola ad mare nascit, & sola uere marina dici potest: cęteræ enim montibus, cãpestribus locis, inter rudera & circa oppida nascũtur. Verisimile q́ est fuisse id nomẽ tantũ in usu his, qui aut nullã aliã tithymalũ apud se nascentẽ haberent, aut medicoꝫ qui ea tãtũ ad remedia uterẽtur. Eadem aut nõ dissimilis in caprinæ lactucę nomine ratio est: uescũtur eĩ capræ nõ tithymalis his tantũ, ueꝫ infinitis penè alijs. Nec facile erat ex eius animalis cibo tã multiplicẽ herbã deprehendere. Eam q́ ob causam nos autore Plinio, multo q́ magis suadẽte id ratione, ne tithymalis aliæ miscerẽtur plantæ, ex tot alijs eius appellationibus lactariam herbã elegimus, quę tam multis eius generibus inseruiret, & cõmunẽ omnibus haberet ex cõmuni omnibus lacte indicationẽ. Et hæc pro lactariæ herbæ appellatione satis dicta hactenus sint. Quibus adderẽ docerẽq́ lõgius quę priuatim per singulas species ferent illi nomina antiqtas, nisi qua licuit breuitate obiter interpretes ea docuissem: Vallarẽq́ primũ eius genus uocari dixissem, nõ aliter q̃ & harũdinis genus quoddã characiam Plinius etiã uocauit, q́ uallis septis munierẽdis idonea sit: qua similitudine lactariæ herbę primũ hoc genus characiã hic etiã uocari ait, altitudine (ut hic inquit) supra cubitũ: ut plerique aũt alĩ bicubitali, & crassitudine digitali: quę tota quantitas erigẽdis uallis satis est. In cęteris ex historia eoꝫ per se ratio nominis patet: nec nos aliud habemus quod ad eã rem certius afferre ualeamus. Eam q́ ob causam relictis huiusce modi, ex Theophrasto monebimus lactariæ herbę tria tantũ genera ab eo describi: eam scilicet, quę prima ab hoc numeratur, characiã siue marem: myrsinitem mox aut fœminã: postremã q́ paralium, quę tertia Dioscoridi est. Cuius descriptionis quoniam multa erit pro scriptoris huius historia utilitas, nõ pigebit lõgius ijsdẽ uerbis ex eo omnia repetere, quę huiusce modi sunt: τῶν δὲ τιθυμάλων ὁ μὲν παράλιος καλούμενος κώνιος, φύλλον ἔχων πρασοειδές. καυλὸν δὲ καὶ ὅλον μέγεθος ὡς ἀσφοδέλου. καλούμενος, ἐν μὲν φύλλον ἐλαιώδες ἔχων. ὁ δὲ ὅλον μέγεθος λιπαρυκαῖον. ζωὸν ὀπίζουσιν ἅμα γυνῇ δ, καὶ θραπεύσαντες οὕτω χρῶνται. καὶ ῥιζὴ ὁ κάτω μᾶλλον. ὁ δὲ μυρσίτης καλούμενος τιθύμαλος, λευκός, ἐν μὲν φύλλον ἔχων καθάπερ ὁ μύρρινος, πλείω ἀκανθώδης ἐπ' ἄκρῳ. καὶ ματία ὁ ἀφίησιν ὡσεὶ γῆν ὡς ἀσφοδελοειδῆ. ταῦτα δ' οὐχ ἅμα φέρει τὸν καρπόν, ἀλλὰ παρ' ἔτος, τὰ μὲν νῦν, τὰ δ' εἰς νέωτα. πιφυκότα δὲ ἐν τοῖς ἀνύδροις χωρίοις. ὁ δὲ καρπὸς αὐτῷ καλεῖται κάρυον. ἀμῶσι δ' ὅταν ἀδρύνοντι ἀκριβεῖ. ξηραίνοντες δὲ ὁ μὲν καθαίρουσι τοὺς ἀνυδρίους ὁ δὲ συναμφότερον ὅσον ὀξυβάφου. καθαίρει δὲ φλέγμα κάτω. ἐὰν δὲ ὁ καρύου ἀνὸ διδῶσι, βλαπτουσι ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διδόασιν. ὠὸν σησάμῳ πεφρυγμένῳ καταλαχεῖν. quorꝫ sensus est: Tithymalorꝫ aũt maritimus qui coccos uocat, circinata habet folia. Caulẽ totã q́ plantam altitudine ferè dodrantali. Semen candidũ. Demetitur cum primũ incœperit uua maturitate nigrescere: datur q́ siccatũ semen & tritũ tertia ferè acetabuli parte. Qui deinde mas tithymalus dicitur, oleaginũ habet foliũ. Tota est planta bicubitalis. Lac ex eo in uindemia colligunt: & cũ id curauerint, utunẽ: purgat aũt magis per inferna. Qui etiã myrtites uocatur tithymalus, colore cãdido, foliũ habet myrto simile, sed in summo aculeatũ. Spargit hic per terrã uiticulas lõgitudine ferè dodrãtales, quæ annuũ fructũ alternãt: aliæ scilicet, nunc, aliæ uero sequẽti anno ab eadẽ radice exeuntes. Mõtana amat loco tithymalus hic, uocatur q́ fructus eius caryon, id est, nux. Demetitur cũ ad plenã crassitudinẽ hordea in spica maturuerint: Cũ q́ siccauerint purgauerint q́ semen eius aqua lauant, siccatũ q́ rursus dant bibendũ, additis nigri papaueris partibus duabus, ita ut sit totũ unius acetabuli pondus. Purgat aũt per inferna pituitam. Si uero nucẽ ipsam dederint, tritã in uino dulci bibẽdam, aut in frixo sesamo comedendã dant. Hæc sunt quæ Theophrastus

phrastus de tribus tithymalorũ generibus quo diximus loco docuit: lõgius ideo à nobis repetita, ut ex eius historia tãtiq; autoris testimonio pleraq; in Dioscoride certius cognosci possint: collatisq; simul duorũ scriptorũ decretis uideant legẽtes, siqua aliter ab alijs reddita à nobis fuerunt, autore Theophrasto & antiquorum Græcorum ope reddita fuisse: Quale est quod in secundo genere fœminam myrtitem & caryitem diximus, laureolæ quã daphnoides uocant, gustu simile esse, colore albicãte. Qui color quoniã in impresso alijsq; aliquot nõ legit, relictus ab alijs est: & quod ad daphnoides pertinebat, nõ plene expressum: legitur enim in antiquissimis, ὡς δαφνοειδὲς τῇ γεύσει καὶ ὡς ἐλαίᾳ λευκῷ. q̃d est ut nos uertimus: Laureolæ quã daphnoides uocãt gustu simili colore albicante. Fecimusq; id confidẽtius Theophrasto adiuuãte, qui in tithymali huius historia ait: ὁ δὲ μυρτίτης καλούμενος τιθύμαλος λευκός: quod est: Qui aũt myrtites dicitur cãdidus tithymalus. Declarat idem Theophrastus etiã quod in Dioscoride & in secundo tithymali genere est, τὸν δὲ καρπὸν φέρειν παρ' ἐνιαυτόν. quod alter ex nouissimis interpretibus uertit: Fructum fert alternis annis simile nuci: Alter, Fructum fert post annũ nuci similem: Nos autem, annuum fructũ inuicẽ alternãtes: manifeste enim id docet Theophrastus, cuius in ea re uerba sunt: κλημάτιος δ' ἀφίησιν ὑπὸ γῆν ὡς σπιθαμιαῖα. ταῦτα δ' ὀυχ ἅμα φέρει τὸν καρπὸν, ἀλλὰ παρ' ἔτος, τὰ μὲν νῦν, τὰ δὲ εἰς ὕστερα: quibus nihil certius audiri potest: Viticulas aũt per terrã spargit dodrantali fere longitudine. Hæ aũt non simul ferunt fructũ, sed annua temporũ uicissitudine, aliæ quidẽ nunc, aliæ uero sequenti anno. Sentiens enim Theophrastus non satis intelligi illud παρ' ἔτος, ut certiorẽ faceret rem, addidit: alias quidẽ nunc ferre, alias sequenti anno. Idemq; est Dioscoridi παρ' ἐνιαυτὸν quod Theophrasto παρ' ἔτος: Græcæ præpositionis uis id facit, qua carentes Latini, non possunt una uoce id exprimere. Plinius ex Theophrasto locũ interpretatus lib. XXVI. capite VIII ait: Fructus non pariter matureſcit, sed pars anno sequẽte: cum tamen Theophrasti uerba ea sint quæ nos proposuimus: neq; ex communi uocum illaq; æstimatione, ut nobis uidetur, locus ille aliter intelligi poterit. Idẽ etiã paralion, id est, maritimũ tithymalũ coccon uocari ait, quod forte ex Dioscoride perijt. Est aũt græcis coccos non simpliciter omne granũ, sed quod rotundũ est: & si non semper in laudatis scriptoribus ea ratio seruetur. Pertinet ea appellatio ad capituli aut seminis figura & magnitudine ostendit: Sunt alia etiã quæ Theophrasto & huic scriptori non penitus eadem sint, & in tithymalo hoc figurã, quam in altero Dioscorides περιφερῆ, id est, circinatã, in altero ὡς ὀρόβου, id est, erui filiquæ in medicina aliter doceãtur, ea cognitu legẽtibus facilia erunt. Tria, ut uidetur, tithymali genera tantũ Theophrastus cognouit: ea q; sunt quę prima à Dioscoride numerãtur: cętera nec illi neq; herbarijs antiquis in hoc censu fuerunt. Siquidẽ Crateias & Micton antiquissimi herbarij, quẽadmodum Nicandri interpres testatur, primũ genus masculum dixerunt: appellarique cobium fruticẽ exiguũ, rubẽtibus uirgis: secundum myrrhinẽ, & tertiũ tithymalida, qui paralios est: cętera em̃ solo lacte quo abũdãt, à posterioribus in cẽsum tithymalorũ recepta fuerũt. Paulus Aegineta scriptorẽ hũc secutus, totidẽ illi genera numerauit: discreuitq; quibus uiribus & qua natura cõmuniter priuatim q; singula sunt. Quæ omnia quoniã non erit inutile audisse, ex eo ijsdem uerbis tradẽtur, quæ huiusmodi sunt: Prædominantẽ alijs uiribus acrimoniã habẽt lactariæ herbæ omnes: ineſt eis etiã ualida amaritudo. Primas habet partes lac, tum semen, mox folia. Particeps & radix earũ qualitatiũ: eãq; ob causam in aceto elixa, exesorũ dentiũ dolores sedat: lac uero cauis eorũ indit. Quod si os tetigerit, q̃primũ urendo exulcerat: ideoq; cera id antea inuoluunt. Secundi enim ordinis in calefaciẽdo est, quẽ causticũ esse dicũt. Eadẽ ratione defluũt lacte tithymalorũ inuncti capilli, sed quoniã uehemẽtius est, oleo miscẽ. Et si sępius radices capillorũ aliquis inunxerit, exustæ penitus pereũt, glabrũq; relinquũt locũ. Eadẽ potestate pterygia, formicas, uerrucas, & thymos tollũt. Quinetiã scabies, impetigines, carbunculantia, phagedænica & cancrescẽtia sanant. Omniũ tithymalorũ efficacissimus maximasq; habet uires qui characias, id est, uallaris dicit, quẽ etiã marẽ uocant. Fœmina itidẽ, qui & myrsinites uocat. Quinetiã in petris nascẽs & arboreſcẽs. Post hos qui uerbasco similis est, cyparissias & maritimus: postremus omniũ soliſequus est. Proportione his omnibus respõdet eorũ cinis & lixiuius cinis. Hæc sunt antiquorũ medicorũ de omni tithymalo decreta, ex quibus multa poterũt & paulominus q̃ omnia in scriptore hoc deprehẽdi. Supereſt nunc ut moneamus etiã ex antiquis græcis, quo loco in Dioscoride legit, prodesse lac tithymali formicis, uerrucis & thymis: legi etiã clauis: & quod in quarto genere quod soliſequũ uertimus legitur, καὶ ὁ καρπὸς δὲ ὥσπερ ἐν κεφαλίοις: quod est: & semen ueluti in capitulis: in antiquioribus ijsdẽq; probatioris fidei græcis legitur, ὥσπερ ἐν φύλλοις, id est, ueluti in folijs: alij cõmunẽ lectionẽ secuti, in capitulis reddiderũt: nos meliorũ codicũ fidẽ magis amauimus, præsertim cõfirmãte eam qui mihi uetustissimus est Latinus Dioscorides, quẽ ob multa amamus, sed ex eo præsertim, q̃ melioribus Græcis in omnibus cõuenit: & ubi aliqd uariet, semper illis respõdet. Multa sunt quæ Plinio & Dioscoridi in tithymalorũ historia eadẽ nõ sunt: quales aũt priuatim singulos hic describit, nouisse facile est. Plinius primo generi tribuit quę in Dioscoride nõ leguntur: in ramis digitalẽ crassitudinẽ, in ijsdem̃q; rugas, & quinq; aut sex numerũ, & in asperis maritimis natales: q̃s Dioscorides mõtanos tãtũ dicit, magno locorũ in qbus nasci dicat discrimine. Sũt & in medicina quę interdũ, nõ dicere Dioscoridẽ ut Barbarus uertit, in colligẽdo tithymali lacte oportere faciẽ, collũ, & inguina, adipe, aut oleo cũ uino pręunxisse, sed ὄχεον: quę uox lõge aliã ab inguinib⁹ indicationẽ habet, si Galeno in diffinitionibus suis credendũ est dicẽti: Hernias fieri omnes in oscheo: quã partẽ nos autore Celso & alijs scrotũ uocauimus: neq; hydrocelen, id est, aquosam herniã aliud esse, q̃ humoris collectionẽ in aliqua oscheipartẽ: Sic hydrenterocelẽ, & hygrocirsocelem & plerasq; alias. Multo q; certius in Anatome sua, in qua cum dixisset lõgius de tota maris uirilitate, subiecit: καὶ ὄχεον τὸ πρὸς ζωὸς διαλύμους, id est, & q̃d circa testiculos est oscheon, id est, scrotum: quæ pars inguinum appellatione indicari à Latinis non potest. Diximus hoc obiter, & ut aliud moneremus: Non uidere nos scilicet, quam ob causam hic iubeat adipe aut oleo muniri hanc partem quæ in homine pudoris causa semper tecta, nullũ potest ex halitu contactu'ue lactis tithymali periculum sentire: quod enim in eo nocet, causticа uis est: eam q; ob causam pingui aliquo iubẽtur munire cor-

pus

pus. Est enim oleo & pinguibus alijs natura aduersari causticis, ut in oleo uolumine primo dictū ab hoc & à nobis est. At non possunt sua ui nisi per contactū nocere corpori causticā hæc: ideoq; nos rem parū probamus, præsertim nihil Plinio & antiqua scriptoris huius interpretatione huiuscemodi indicātibus: ideoq; uitij nota signatus locus à nobis est. Serapion tamen eam cum reliquis partibus numerauit: & nos qualē in cunctis Græcis inuenimus, uertimus: cogitandū peritioribus relinquentes, quā habeat rationē & necessitatē in colligendo tithymali lacte alioqui munitā tectamq; in homine partē contra lactis eius maleficiū pinguī aliquo munijsse. Siquidē facies & collū, quoniā in homine nuda semper & aperta sunt, lædi cōtactu & halitu eius facile possunt: quæ uero amictu aliquo munita sunt, lædi posse nō uidētur. Neq; em lactis huius eadem quæ gladij uis est. Discrepat & in secūdi generis historia à Dioscoride Plinius: quæ em hic maiora q̄ myrti folia illi tribuit, Plinius molliora uocat: nō leui discrimine, nisi in Plinio pro maioribus, mollioribus corrupta sit lectio. Id nos expendendū peritioribus relinquimus. Longior etiā ille q̄ hic in reliqua eius historia & medicina est. Sunt & in tertio genere quæ plura Plinius q̄ hic docuerit, ex Theophrasto tamē accepta, præsertimq; q̄d ait semen habere albū paraliū tithymalū, q̄d colligitur incipiente uua. Theophrasti uerba sunt: ἀμᾶται δὲ ὅταν ἄρτι πρωάσῃ σαφυλή. Vertit q; Plinius πρωάζειν uerbū, incipiētem uuā: & fœliciſſime quidē: quoniā non nisi matureſcēs, aut matura proprie uua appellat: ante enim omphax à Græcis dicitur: cui parē simplicem uocem quā sciam Latini nō habent, sed adiecta acerbitatis aut immaturitatis nota eam indicant: proprieq; & apte Plinius id ex Theophrasto uertit. Est em πρωάζειν Græcis μελανίζειν, πρινίλλειν, κηϱᾶν πεπαίνεσθαι, id est, nigrescere, uariari & matureſcere. Neq; aliter hic ipse scriptor quinto uolumine dicet in agresti uite, οὐ πρωάζῃ σεπτεμβρίῳ σαφυλίῳ, id est, nō nigrescere uuam maturitate. Quod placuit cōmentationibus his nostris addere, ut non satis certa res in eo scriptore intelligeretur. Scirent q; rex Græcax ignari, quid Plinio incipiens uua sit. Nos id ex Theophrasto explicātes uertimus: Demetitur cum primū incœperit uua maturitate nigrescere. Habet & quartū genus in Plinio multo breuiorē q̄ in Dioscoride historiā: adiecit q; ille quod in hoc non legitur: Stantibus furculis. Neq; enim Dioscorides stantes magis q̄ iacētes describit, sed simpliciter κλωνας ἀφίησιν ἀραιοτέρους ἢ ἑλίσσοντας. Quo magis Barbax demiramur, qui stātib⁹ & ipse adiecerit: uoluerit q; Plinio ubiq; Dioscoridi miscere. In quinto deinde quod cyparissiam à cupresso ueteres Græci nominauerūt, non est q̄d miret aliquis à cupresso nomen factum illi esse: mox piceę folia eius cōparari. Vtrunq; enim ex re factū est: neque enim simpliciter folia eius piceæ cōparantur, sed piceæ nuper nascenti: quæ cupresso tūc similiora q̄ piceæ sunt, breuiora & simul implicita. Hoc q; Plinius, nō superius illud, nasci circa oppida ait. Mox quæ sequūtur ultima duo genera, nō eodem ordine ab eo numerātur: sed sextū latifoliū illud facit, q̄d hic septimū numerat: priuatim q; hoc a myg dalitem, nō primū characiā dictū, ut hic à similitudine folioꝝ uocari ait, cōtrà q̄ Dioscorides qui uerbasco folia eius cōparauit: & nihilominus nullius latiora esse folia Plinius testatus est, quæ sibi inuicē aduersari uidētur. Miscuit præterea in septimo pleraque alia, uocariq; contra ueterꝝ omnium decreta cobiū hoc, non primū dixit. Et præter alias appellationes contraria latifolio ratione leptophyllon, quod est tenuifolium etiam nominari: quæ omnia poterūt peritiores in eo certius expendere.

Incipiens uua.

Omphax.

De Pityusa frutice. Cap. CLX.

Pityusam. Sunt q̄ clema, id est sarmentū uel uiticulā, qui crābion, qui paralion, qui Canopicon. L. Romani pariter Græcis pityusam ⌋ uocant. Specie à cypariſſia lactaria herba differre creditur: unde inter lactarias herbas alias & hanc numerāt. Caulē ex sē mittit cubito maiorē, multis geniculis intersectū, acuminatisq; & tenuibus foliolis uestitū, piceæ similibus. Flores habet paruos colore penè purpureo. Semē latū figura lentis. Radicē candidā, crassam, lacteo liquore plenā. Inuenitur aliquibus locis grandis hic frutex. Purgant per inferna radix duax drachmax pondere cum mulsa aqua potæ: semen, unius: lac, cochlearis: in quē usum farinæ exceptū & in pilulas conformatum deglutiendū datur: Folioꝝ postremo drachmæ tres.

περὶ πιτυόσης. κεφ. ϕμη.

Πιτύουσα, οἱ δὲ κλῆμα. οἱ δὲ κραμβίον. οἱ δὲ παράλιον. οἱ δὲ κανοπικὸν καλοῦσιν. εἴδη δ' ὁκτὼ διαφέρει τὸ κυπαρισσίου ϑυμάλου. ϑέμεν. εἶδος δὲ αὐτῆς κατὰ διαμέτρησιν. ἀνίησι δὲ καυλὸν πήχεως μείζονα πλυσόνατον φυλλάριοις ὀξέσι λεπτοῖς κατακλιμμένοις, ἐμφερέσι τοῖς τῆς πίτυος. ἄνθη μικρὰ ὡσεὶ πρασφυρᾶ. κάρπον δὲ πλατὺν ὡς φακόν. ῥίζαν L. ἣν καλοῦσι τερπετ. ⌋ λευκὴν, παχεῖαν, ὀπῶδη μελίκρατον. εὐρίσκεται δὲ κ⌋ τόποις σφόδρα εὐμεγέθης ὁ θάμνος. καθαίρει δὲ κάτω ἡ μὴ ξίξα ⊿ β'. ὁλκὴ ὁ δοθεῖσα σὺν μελικράτῳ. τὸ δὲ καρποῦ ά. τὸ δὲ ὀποῦ ὅσον κοχλιάριον ἐν καταπτίσματι ἀναλαμβάνεται ἀλεύρου. πίνει δὲ φύλλων ὁλκὰς γ'.

INTERPRES.

INter arbores libro XXIIII. capite VI. pityusæ meminit Plinius: & à picea statim breuissime quā ille credidit satis fore omnē eius historiā & medicinā prosecut⁹ est: nulla alia q̄ nominis occasione fretus. Neq; enim pityi quā piceā uocauimus cōgener pityusa est. Frutex siquidē hęc, illa uero arbor: toto q; genere inter se diuersæ. Ille tamen ne cognata à cōgeneribus suis seperare uideretur, cognomines potius q̄ cōgeneres plantas simul & cōtinuata historia descripsit. Hic contrà naturā magis q̄ nomina secutus, lactarijs alijs herbis eam statim subiecit: quoniā parē lactis ubertatē & similē in purgādo uim habet: nec tanti folia eius piceæ similia fecit, ut reliquā naturam negligeret. Quod enim pityusa piceæ simile habet foliū tantum est. Cætera lactariæ herbæ similiorē & congenerem faciunt: ideoq; ait à quibusdam inter tithymaloꝝ species

& hāc numerari, ſola q; ſpecie à cyparisſia lactaria herba differre. Animaduertit hoc ante nos etiā Nicolaus Leonicenus, longius q; de tota hac re in cōmentariolo ſuo egit. Eam uocari à quibuſdā hic clema ait, id eſt, uiticulā & ſarmētū: quoniā forte quos habet caules, aliaq; modo quæ uiticulas habent per terrā ſpargit. Paralium uero, quoniā tithymalo ob lactis copiā ſimilis ſit. Quod deinde cæteri interpretes in radice dixerūt, uocari eam turpet, adiectū Dioſcoridi à poſterioribus fuit: id enim in nullis ueteribus Græcis aut Latinis legitur, nec legi etiam debet, quando barbara ea uox eſt, & à poſterioribus medicis quæcūq; ea ſit, ſic appellata. Ob quas cauſas nos libenter & merito ex hoc ſcriptore eam eiecimus.

περὶ Λαθυρίδος. κεφ.

Λαθυρίς. ὁι δὲ καὶ ταύτην θύμαλον καλοῦσιν. καλαμώδης ἐνίοις καὶ αὐτὴ ἐν τοῖς θυμάλοις. καυλὸν ἀνίησι πήχεως τὸ ὕψος. κενόν. πάχος δακτύλου. ἐπ' ἄκρου δὲ αὐτοῦ μαχάλαι. φύλλα δὲ τὰ μὲν ἐπὶ τοῦ καυλοῦ ἐπιμήκη. ὅμοια τοῖς τῆς ἀμυγδαλῆς. πλατύτερα δὲ καὶ λειότερα. τὰ δὲ ἐπ' ἄκρων τῶν κλωνίων μακρότερα, ὡς πρὸς ἀρισολοχίας ἢ κισσοῦ τοὺς ἐπιμήκους. καρπὸν δὲ ἔχει ἐπ' ἄκρων τῶν κλάδων τρίχωρον. περιφερῆ ὡς πρὸς κάππαριν. ἐν ᾧ τρία ὠοειδῆ θύμαλα διηρημένα ἐλύτροις ἀπ' ἀλλήλων. περιφερῆ. μείζονα ὀρόβων. λεπιδέντα δὲ λευκὰ καὶ γλυκέα ἐν τῇ γεύσει. ῥίζα λεπτή. ἄχρηστος. ὅλος δὲ ὁ θάμνος ὁπῶν μεστὸς ὡς πρὸς θύμαλον. Δύναμιν δὲ ἔχει καθαρτικὴν κοιλίας τὰ ὠοείδη μαλακά, ὅσον ζ. ἢ ἡ. ἐμβαπτόμενα λαμβανόμενα ἐν καταπότιον. ἢ ἐσθιόμενα καὶ λαπινόμενα μετὰ ἰσχάδων ἢ φοινίκων ὕδατος ψυχροῦ ἐπιῤῥοφουμένου. ἄγει δὲ φλέγμα, καὶ χολήν, καὶ ὕδατος. καὶ ὑπερανακαθαίρει ὡς πρὸς τὸ τῆς ἀμυγδάλου, τὰ αὐτὰ ποιεῖ. σωφέρεται δὲ καὶ ὄρνιθι ἢ λαχάνοις τὰ φύλλα πρὸς τὰ αὐτὰ ἐνέργεια.

De Lathyri. Cap. CLXI.

LAthyrin. Sunt qui & hanc tithymalum, id eſt lactariā herbā uocent, & inter tithymalos numerent. Caulē profert altitudine cubitali, inanem, digiti craſſitudine, in ſummo cuius ex alaꝝ cauis exeunt germina. Folia habet ex caule exeuntia oblonga, amygdalinis ſimilia, latiora tamen & maioris leuoris. In ſummis autē ramulis longiora ariſtolochiæ figura, aut oblongæ hederæ. Fructum fert in ſummis ramis tribus loculamentis diuiſum, circinatum, capparis figura: in quo tria ſunt ſemina, uiticulis inuicem diſcreta, rotunda, eruis maiora: quæ ablato cortice, candido colore & ſapore dulci ſentiuntur. Radix illi eſt gracilis & inutilis. Totus frutex lacte lactariæ herbę modo plenus eſt. Purgāt aluum ſemina eius numero ſeptem aut octo deuorata, aut in cibo ſumpta, potaue cum caricis aut palmulis, frigida ſuperpota aqua. Ducunt quocunq; modo ſumpta pituitam, bilem, & aquas. Quinetiam lacteus liquor & lactis lactariæ herbæ modo cōformatus idem præſtat. Coquuntur præterea cum gallinaceo oleribus ue in eundem uſum folia eius.

INTERPRES.

DEmonſtratam pauloante pityuſam, & quā modo tractamus lathyrim, ob eandē lactis notā & purgandi uim, Paulus Aegineta in VI. tithymalis aliis adnumerauit: ſuntq; de pityuſa eius hæc uerba: Et hanc aliqui tithymali ſpeciē dicūt, quoniā ſimile lac habet, & ut ille purgat. De lathyri autē quæ ſequunt: Priuatim hanc quidē tithymalū uocant, quoniā pariter illi lac eius purgat: & ſi in lathyri præcipuā purgandi uim ſemen habet. In qua deſcriptione animaduertēdum in primis illud eſt, quod dicit priuatim quoſdā lathyrim tithymalū uocare, eò ptinere, quaſi nō lathyris, ſed certiore tithymali nomine ab illis indicetur. Credimus q; nos ex hac deſcriptione, poſteriorū q; tēporꝝ uſu, cataputiā minorē à noſtræ ætatis medicis lathyrim appellatā fuiſſe. Nihil de lathyri hac quod hactenus in eo inuenerim Theophraſtus, maſculino tamē genere lathyron inter legumina lib. VIII. de plantaꝝ hiſtoria numerauit: uertitq; Gaza cicerculā: quæ nihil ad lathyrim hanc pertinet. Plinius XXVII. uolumine XI. capite lathyrim diuerſa penitus ab hoc ſcripture hiſtoria tradidit, præſertim q; in foliis, quę hic amygdalæ, illæ lactucę ſimilia fecit, magno ut uidet figurę diſcrimine inter lactucæ & amygdalæ folia. Sunt præter hæc & alia quæ poterunt uolētes inuicē cōferre. Nobis ſatis ſit locū ſignaſſe, interim q; illud monere, non repugnare ſcriptoris huius hiſtoriæ quod traditur, folia lathyris in caule oblonga eſſe, amygdalinis ſimilia: quæ uero in ſummis caulibus, μακρότερα, id eſt, longiora: ideoq; contra fidē omniū Græcorꝝ q̄d alter ex interpretibus fecit, nō lōgiora, ſed minora uertere oportuiſſe: quaſi μικρότερα una tantū mutata litera legēdus locus eſſet. Neq; enim aliud hic docet, q̄ in ſummo caule augeri & extendi foliorꝝ longitudinē: patetq; id maxime ex eo quod ſtatim ſubñcit, ariſtolochiæ aut obłōgæ hederæ ſimilia fieri. Nolumus quod medicinæ inſeruiat ulterius differre, quæ hoc capite totq; alijs hactenus hic ſcriptor ὕδατα trahi medicamento aliquo dixit, & nos aquas ſemper aut aquoſa uertimus: ſubeuntes cutem aquas, & malū quod Græci hydropem dicunt, ea uoce plerūq; indicari: deprehēdiq; & cognoſci facillime id à medicis ex ui remediorꝝ poterit: ab alijs aūt ex his quæ Plinius quo diximus loco ſcriptori huic reſpondentia tradidit, dicens: Hæc uicena (de ſeminibus autem ſermo illi eſt) in aqua pura, aut muſta pota, hydropicos ſanant. Nihil aliud intelligēs q̄hic ait, ἄνευ ὑδατος. Poſſunt quidem in ea uoce aquoſæ aliq; ſubſtantię intelligi, ſed ad hydropicos pleruncq; ea uox pertinet.

Ὕδατα Aquæ & Aquoſa.

περὶ πέπλου. κεφ. ϕμθ'.

De Peplo herba. Cap. CLXII.

Peplon

Πεπλος. ὁι ἡ, συκλῶ. ὁι ἡ μήκωνα ἀφρώδη καλοῦσι. θαμνίσκος ἐστὶν ὁπὸ λευκὸς μεσόφ. ἔχ φύλλον μικρὸν ὅμοιον πηγάνῳ. πλατύτερον δέ. ἡ ὁ σύμπασα κόμη ὡς σφαιρώδης. περιφερὴς. ἐκκεχυμένη ἐπὶ τῆς γῆς. ἡ ὑπὸ τοῖς φύλλοις κεῖται μικρὸς, στρογγύλος, ἡ πόα τοῦ λευκοῦ μήκωνος. πλύγκυσος ἡ ἡ πόα. ῥίζαν ἔχουσα μίαν ἄχρηστον. ἀφ' ἧς ὅλος ὁ θάμνος πέφυκε. χλυνᾶται μετὰ ξηραινομένη ἐν σκιᾷ, καὶ σωεχῶς στεφομένη. ἀρτίθεται ἡ ὁ κάρπος κοπεὶς καὶ ἀρβοεύεις. ἄγει ἡ φλέγμα καὶ χολὴν ὀξυβάφου πλῆθος, μεταχυσθεὶς μέλιτος κυάθου πινόμενος, καὶ ἐν προσφήμασι δὲ μιγνύμενος τοῦ βάσεως τὸ κοιλιακὸν. τρέχεται δὲ εἰς ἁλμαίας.

PEplon. Sunt qui ſycen, qui ſpumeũ papauer. ⌊Romani pariter Græcis peplum dicunt.⌋ Exiguus frutex eſt, candido lacte plenus, paruo folio, rutæ ſimili, ueruntñ latiore. Tota eius coma dodrãtalis ferè eſt, in orbem circumacta, in terra iacens. Habet ſub foliis minutũ ſemẽ, rotundũ, minus q̃ papaueris albi. Multos habet uſus herba: una tamen radix illi eſt, eaq; inutilis, à qua totus exit frutex. Naſcit in hortis & uinetis. Colligitur meſſibus, ficcaturq; in umbra continua uerſatione. Seruatur ſemen eius tuſum & feruẽti aqua aſperſum. Trahit acetabuli pondere pituitam & bilem in dulci aqua cyathi menſura potum pepli ſemen. Herba etiã obſoniis mixta aluum turbat. Sale & hæc etiam inter alia ruris ſalgama ſeruatur.

INTERPRES.

MEconion meconitim q̃, id eſt, papauer aut papaueraceam herbam uocaſſe peplon hãc Hippocratem, teſtis eſt Galenus. Idem & Dioſcorides teſtatur, ſpumeũ papauer ab aliquibus dici affirmãs: poſtq; hos omnes Plinius lib. xxvii. cap. xii. quod nõ aliunde q̃ ex ſeminis ſimilitudine factũ eſt: quod omnes albi papaueris eſſe dixerunt. Paulus Aegineta præter id habere peplon lac etiam ait, tithyma arbor ea abundet, ideo lactariæ herbæ communicaſſe ſuum potuit nomen. Plinius qno diximus loco iſtdẽ notis deſcriptam facile cognoſcendam diligentioribus reliquit.

περὶ Πεπλίδος. κεφ. ψν'.

Πεπλίς. ὁι ἡ ἀνθάχνλω ἀγρίαν. ἱπποκράτης ἡ πέπλιον καλεῖ. φύεται μάλισα ἐν παραθαλασσίοις τόποις. βάμνος ἁμαλαφίς. ὁπὸ μεσὸς λευκὸς. φύλλα ἔχ ὅμοια τῇ κηπαίᾳ ἀνθάχνῃ. περιφερὴς ἡ ἡ ἐκ τ κάτω ἔχουσα ἐνδοθές. ἡ ὁ καρπὸς ἡ σφονύλος ὑπερκάτω τ φύλλων. ὡς πὸ τὸ πέπλ. πυρώδης τῇ γεύσ. ῥίζα λεπτή. μία. ἄχρηστος. συλλέγεται δὲ καὶ ἀρτίθεται. καὶ δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτήν.

De Peplide herba. Cap. CLXIII.

PEplida. Sunt qui agreſtẽ portulacã. Hippocrates pepliõ. ⌊Romani pariter Græcis peplin uocant.⌋ Naſcitur maritimis præcipue locis, frutex frõdoſus, lactis liq̃re plen⁹. Folia habet hortẽſi portulacę ſimilia, circinata, & ex inferiore parte rubẽtia. Quineti am ſub foliis rotundũ eodẽ q̃ peplus mõ ſemen habet, ſapore feruido. Radix illi eſt una, gracilis & inutilis. Colligitur peplis, reponitur, datur, & inter ſalgama ſale conditur eodem quo peplus modo, eaſdemq; uires habet.

INTERPRES.

NEutro genere, ſed eadem diminutiua forma, Galenus peplion, peplida hanc uocat: & ad ducendam pituitam & bilem ſemen eius commendat: autore q; Hippocrate difficiendis inflationibus utilẽ prædicauit. Paulus Aegineta à decretis ſcriptoris huius non diſcedens, feruidi ſaporis ſemen habere peplida hanc ait, peplo q; pariter purgare. Quam ob cauſam eandem peplo eſſe aliqui crediderũt. Solum' que in declinatione nominis diſcrimen eſſe. Veruntamen certis diſcriminibus duæ inter ſe plantæ differunt, præſertimq; foliorum quæ in altera rutæ, in altera portulacæ ſunt. Ex quo factum eſt, ut tertium genus ſyluſtris portulacæ hæc credita fuerit. Et ſanè ſimilis illi paulominus q̃ tota figura eſt, adeo ut facile pro portulaca fallere legentes poſſit.

περὶ Χαμαισύκης. κεφ. ψνά.

Χαμαισύκη. ὁι ἡ συκλῶ ⌊ὁι ἡ μήκωνα ἀφρώδη.⌋ καλοῦσι. κλῶνας ἀνίσησι πεπλασμένους, ἐπὶ γῆς ἐξημμένους, δακτύλων τεσσάρων μήκος. ὁπὸ μεσὸς. φύλλα χαμαιπίτυος. πέπλῳ ὅμοια. μικρά. λεπτὰ πρὸς τῇ γῇ. καρπὸς δὲ ὑπὸ τοῖς φύλλοις στρογγύλος. ὡς πέπλου. οὔτε δὲ ἄνθος οὔτε καυλὸν ἔχει. ῥίζαν λεπτὴν ⌊ἄχρηστον.

De Chamæſyce, id eſt, humili & terreſtri fico. Caput CLXIIII.

CHamæſycen. Sunt qui ſycen, ⌊ qui ſpumeũ papauer appellent. Romani pariter Græcis chamæſycem ⌋ dicũt. Ramulos profert chamęſyce longitudine digitorũ quatuor, per terram ſtratos, in orbẽ circũactos, lacte plenos. Folia lentis figura peplo ſimilia habet, parua, tenuia, in terra iacentia. Semen illi ſub foliis rotundũ pepli modo eſt. Non florẽ, non caulẽ habet, radice gracili

Δύναμιν ἔχουσιν οἱ κλῶνες λεανθέντες σὺν οἴνῳ, τὰς ὡραίους μήτρας ὀδύνας παύουσι, ἀντὶ πεσσοῦ προσεπιτεθέντες. καταπλασσόμενοι δέ, οἱ δήματα καὶ ἀκροχορδόνας καὶ μυρμηκίας ἀφοῦσιν. ἐφθοὶ δὲ ἐσθιόμενοι κοιλίαν ἐκλύουσι. καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν δὲ ὀπὸς τὰ αὐτὰ δρᾷ. καὶ καταχριόμενος, σκορπίου πληγὴν βοηθεῖ. ἀχμάζῃ καὶ πρὸς ἀμβλυωπίαν καὶ ἀχλύν. καὶ ἀρχομένας ὑπερχύσεις. οὐλάς. νεφέλια σὺν μέλιτι ἐγχριόμενος. φύει δὲ καὶ πετρώδεσι καὶ αὐχμηροῖς τόποις.

& inutili. Finiunt muliebrium locorũ in fœminis dolores ramuli eius concisi, & ex uino pro pessulo appositi. Idẽ emplastri modo impositi tumores, uerrucas, & quas in uerrucarum genere formicas uocant, difficiunt. Quinetiã elixi in cibo sumpti aluum soluunt. Potest idem & lac ex eis collectum, Scorpionũ ictibus utiliter etiã inungit, hebetibus oculis, eorũ caliginib⁹, incipiẽtibus suffusiõibus, cicatricibus, nubeculisq; apte & utiliter idẽ inungit. Nascit chamæsyce petrosis & squalẽtibus locis.

INTERPRES.

QVæ à lactarijs herbis deinceps à scriptore hoc numeratæ tractatæq; sunt, pityusa, lathyris, peplos & peplis, uno quamuis cætera desint, lactis liquore quem sectæ omnes destillant, facile congeneres nulla intercedẽte herba frutice'ue alio, cõiunctã merito descriptionẽ in eo habuerũt. Nec aliunde humilis iacensq; in terra terrestris ficus hæc, quę tota chamæsyces græcis significatio est, in ordinẽ & numerũ illarũ uenit: solóq; lacte, quod ficis simile habet, honestiorem q̃ decebat ab arbore appellationẽ inuenit: neq; enim ramos, folia, fructus' ue ficulneos habet. Quod fico cõmune habet, lac tantũ est. Quã ob cam parũ proprie pumilã ficũ, q̃d aliqui fecerũt, eã aliquis dixerit: Aliud enim est pumilã platanũ & ceratum dicere coactæ breuitatis arbores, & aliud quas græci chamæsycẽ, chamæcisson & alia huiuscemodi. Illę sicut idẽ suũ genus seruãtes, sola breuitate ab alijs differũt: hæ similitudine aliqua tãtũ, & alicuius solũ partis in alio genere constitutæ, deficiẽte omni alio noie ab arbore plãta' ue alia, cui in ea parte similes sunt, id imperarũt: Quod facillime in chamæsyce hac deprehẽdit, quæ ramulos suos per terrã spargit, & folia lẽtis habet, parua ut hicait, tenuia q̃q; & in terra iacẽtia: quæ lõgissime à fico arbore absunt: nec relinquitur unde ficus uocari debuerit q̃ lactis liquor, quo multis oculorũ uitijs & morbis medeť: Inter quos hic incipiẽtes suffusiones numerauit, eas intelligẽs quæ ueteres græcorũ medici ὑπερχύματα & ὑπερχύσεις dixerũt: diffinierunt q; esse pigri humoris cõcretionẽ in cornea tunicula ad oculi pupulã, qua uisus impedit: aut saltẽ uidẽdi perspicua claritas: addiderunt q; fieri frigiditate aut infirmitate spiritus, quo uisus peragit: ideo q; sentibus aut post longam ualetudinẽ frequẽtius accidere. Fieri etiã ex uiolẽto uomitu, ex ictu q;, & ob alias causas: differe q; ab albuginibus quas Græci glaucomata dicũt, q; albugines crystallini humoris uitiũ sunt, quo mutat' in glaucum colorẽ humor ille. Suffusionẽ uero fieri subeuntibus cõcretis humoris inter corneã & crystallinam: esse q; omnes albugines incurabiles: suffusiones contrà curabiles, sed nõ omnes: ideo q; curãdas ante q̃ inualuerit malum: id q; est quod hicait, incipientes suffusiones: quoniã cũ inualuerũt, neq; hoc neq; alijs remedijs curari iam possunt, sed ad chirurgiam trãseundũ: quis & ea nõ omnes etiã suffusiones has curare possit: q̃d certius ex Galeno alijsq; græcorũ medicis poterunt qui hoc nouisse cupient audire: longius enim omnem hanc albuginum & suffusionum rationem illi docuerunt. Nos enim ad alia festinamus.

ὑπερχύματα ὑπερχύσεις Suffusiões oculorum. Albugines γλαυκώματα

Περὶ Σκαμμωνίας. - κεφ. ϕνϑ'.

De Scammonia. Cap. CLXV.

Σκαμμωνία L. Οἱ δὲ σκαμμωνίας ῥίζαν, οἱ δὲ κολοφωνίαν, οἱ δὲ δακτυλίδα. ἔστι δὲ καὶ ἰατροῖς κολοφωνία μὲν προσφάτου ἀπὸ πλευμόνους αὐτυπτιοσάντος. κλῶνας ἀνίησι πρώους, ἀπὸ μιᾶς ῥίζης ἕξ ἢ πήχεως, λιπεῖς, ἐμφαίνοντας τὸ παχύτητα. καὶ τὰ φύλλα δὲ ὅμοια ἐλξίνῃ ἢ κιττῷ. μαλακώτερα μέν πως καὶ τριγωνοειδῆ. ἄνθη λευκὰ πυκνὰ κοῖλα ὡς οἱ κάλαθοι. βοτρύωμα. ῥίζαν δὲ εὐμήκη. παχεῖαν ὅσον πῆχυν. λευκήν. βοτρύωμα. ὀπὸν μέσην. συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς τῆς κεφαλῆς ἀπὸ τῆς ῥίζης ἀφαιρουμένης. καὶ θολοειδῶς τεμνομένης εἰς κοιλότητα, συρρέει τε εἰς αὐτὴν ὁ ὀπός, καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς μύακας. ἔνιοι δὲ τὴν ἀρχὴν ὀρύξαντες, θολοειδῶς καρύας φύλλα ὑπιθέντες, καταχέουσι τὸν ὀπόν. καὶ οὕτω ἐκραινθέντα ἀναιρεῖται. ἔστι δὲ καλὸς ὁ διαυγὴς καὶ κοῦφος. ἀραιός. ταυροκολλώδης τὴν χρόαν. σπαργανώδης ἔχων λεπτάς. σφογγώδης. πιστὸς δὲ ὅστις ὁ ἐκ μυσίας τῆς κατὰ τὴν ἀσίαν καλουμένην. μὴ προσέχειν δὲ μόνον

Scammoniã. L. Sunt qui scammoniæ radicẽ, qui Colophoniã radicẽ, qui dactylion. Magi apopleumenon. Aegyptij fanilũ. Romani Colophoniũ appellãt. Numerosos ab una radice ramos mittit scãmonia triũ & aliquãdo q̃tuor cubitorũ lõgitudine, pingues quadãten' pilosos. Folia itidẽ pilosa helxinę aut hederę similia, molliora tamẽ & triangula. Flores candidos in orbẽ circũactos, calathorũ modo cõcauos & graueolentes. Radix illi est longior, crassitudine cubitali, colore candido, grauissimi odoris liquore plena. Colligitur liquor defecto radicis capite, tũ in profundũ tholi modo excauata radice, ut liquor in caauum cõfluat: qui deinde cõchulis excipiet. Quidã effossa eodẽ modo terra, substratisq; iuglãdis nucis folijs, liquorẽ excipiunt, siccatũq; auferũt. Procis folijs, liquorẽ excipiunt, siccatũq; auferũt. Probatur qui pellucidus, non ponderosus, fungosus, taurino glutini colore similis: qui tenues habebit discurrentes uenas, spongiosusq; erit, qualem ex Mysia Asię afferunt. Neq; est in probatione id so-

lum

νον τῷ λευκαίνεσθαι αὐτὸν κατὰ τὴν τῆς γλώττης θίξιν. τὸν τοῦ γίνεται καὶ παραμιγέντος αὐτῷ ὀποῦ τιθυμάλου. μᾶλλον δὲ τοῖς προειρημένοις. καὶ τῷ μηλίαν πυροῦν τὴν γλῶσσαν. ὅπερ γίνεται τιθυμάλου μιγέντος. ὁ δὲ συριακὸς καὶ ὁ ἐν Ἰουδαίᾳ γεννώμενος, χείρισοι. βδέλλεις. πυκνοί. δολούμενοι τιθυμάλῳ, καὶ ὀροβίνῳ ἀλεύρῳ. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς λυφθεὶς σὺν μελικράτῳ, ἢ ὕδατι πλῆθος < ἢ τε τροβόλου, καθαίρει κάτω χολὴν καὶ φλέγμα. εἰς δὲ λύσαι τὴν κοιλίαν ἀρκέσουσιν ὀβολοὶ β'. μετὰ σησάμου ἢ τινὸς ἄλλου σπέρματος λαμβανόμενοι. δίδοται καὶ πρὸς ἐνδρεστέραν κάθασιν τὸν μὲν ὀπὸν τριόβολον. ἐλλεβόρου δὲ μέλανος ὀβολοὶ β'. καὶ ἀλόης < ά. σκευάζονται δὲ καὶ ἅλες καθαρτικοὶ πρὸς κυάθους ς'. τῶν ἁλῶν ὁλκῶν κ'. καὶ σκαμμωνίας τοῦ ὀπὸν μιγνυμένου. λαμβάνεται δὲ πρὸς δύναμιν τὸ μὲν τέλειον, τρία κοχλιάρια. μέσον δὲ β'. τὸ δὲ ἐλάχιστον ά. καθαίρει δὲ καὶ καὶ ῥίζης < ά. ἢ < β'. σὺν οἷς εἴρηται. ἔνιοι δὲ ἀφέψοντες αὐτὴν, πίνουσι. συνεψηθεῖσα δὲ ὄξει καὶ λεανθεῖσα μετὰ ἀλεύρου κριθίνου, ἰσχιαδικῶν ἐστι κατάπλασμα. ὁ δὲ ὀπὸς προσιθέμενος ἐν ἐρίῳ τῇ μήτρᾳ, ἔμβρυα φθείρει. διαφορεῖ δὲ καὶ φύματα σὺν μέλιτι ἢ ἐλαίῳ καταχριόμενος. ἑψηθεὶς δὲ ἐν ὄξει καὶ καταχρισθεὶς, λέπρας ἀτράγει. κεφαλαλγίας τε χρονίας ἐστὶν ἐπίβρεγμα σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ.

lum animaduertendum, ut linguæ admotus albescat: sequitur enim hoc etiã in adulterino, admixto illi lactariæ herbæ lacte: Sed obseruandæ potius præmonstratæ notæ sunt, & ne multo feruore linguã incendat, quod admixta illi lactaria herba fit. Reprobantur qui in Syria & Iudæa nascuntur scammoniæ liquores uirosi, densi, lactaria herba & erui farina adulterati. Est scammonio liquori uis & natura, cum mulsa aqua simplici'ue aqua sumpto drachmæ aut obolorum quatuor pondere, per inferna bilem & pituitam purgare. Ad soluendam uero aluum satis sunt cum sesamo semine'ue aliquo alio sumpti oboli duo. Dantur & ad efficaciorem purgationẽ scammõij liquoris tres, ueratri uero nigri oboli duo, & aloës drachma. Conficitur & sal qui purgando sit, additis in cyathos salis sex scammõij liquoris uiginti drachmis. Sumitur habita uirium sumẽtis ratione, maxima mensura cochlearibus tribus, media duobus, minima uno. Purgat radicis etiã drachma una duæ'ue cum his quæ præmonstrata sunt. Quidã & decoctum eius bibunt. Eadem in aceto decocta concisaq; cum hordeacea farina, coxendicis doloribus emplastri modo imponitur. Fœtus enecat liquor in lana fœminarum locis appositus. Quinetiam panos discutit cum melle aut oleo inunctus. Decoctus hic etiam in aceto mox inũctus, lepras pellit: & contra capitis diutinos dolores cum rosaceo & aceto inspergitur.

INTERPRES.

ERimus ueterũ & iuniorũ exẽplo in scãmoniæ & scãmonij commẽtatione breuiores: quotidiani em̃ in medicina usus res est: nullusq; nõ audito alterius nomine, intelligit q̃d ad purgationes præsentem & maximã uim habet: nouerũtq; oẽs quẽ uendũt officinæ concretũ ex radice herbæ liquorẽ, quę multis quidẽ locis prouenit. Probatissima aũt trãsmarinis regionibus, præsertimq; Asia & toto Colophonio agro: Ex qua regione factũ illi aliquãdo fuisse nomen hic à gentibus testat̃: quę dũ probatissimũ scammoniũ quę runt, & ex Colophone Asiæ id petũt, paulatim fecerunt, ut quæ bonitatis nota erat, in nomen & appellationem transierit. Veruntamen facile id nomẽ perijt, seruato ubiq; quod primũ & aptius illi fuerat à principio factũ: q̃d nos credimus rationẽ à fossura habere, quã hic ad excipiendũ liquorẽ fieri docet: σκάπτειν enim Grecis fodere est. Vocauitq; genus illa fœminino genere scammoniã herbã: masculino aũt aut neutro, exceptũ ex secta radice eius ὀπὸν aut ὄπισμα, id est, liquorem. Fecitq; usus, qui plerunq; liquoris eius est, ut miscerentur quondam & adhuc misceantur in appellationibus simul liquor & planta: Probatiores tamen Gręci neutro genere semper scammoniũ liquorem uocauerũt. Sic Plutarchus in cõmentario quo docet quibus notis secernẽdus ab amico adulator sit, cum moneret nõ esse in calamitate & infortunio castigandũ hominẽ, quoniam non aliter reiecturus tũc præcepta illa esset, q̃ si ægroto assidẽs medicus diceret: Ob præteriti tẽporis uoluptates, nimiã Venerem, longiores cœnas, & quotidianã ebrietatẽ omnia illi ea mala adesse. Fieri em̃ ut respondeat dolens iratusq; παρασκευάζεταί μοι καστόριον καὶ σκαμμώνιον, σὺ δὲ νουθετεῖς καὶ φιλοσοφεῖς: quod est: Præparatur mihi castoreum & scommoniũ, tu aũt mones et philosopharis. Protulitq; genere neutro scammonium, ὄπισμα, id est, collectũ & seruatũ in medicinæ usum radicis scãmonię liquorem intelligens. Descripsit longiore historia Plinius scammoniũ & scammoniã lib. XXVI. capite VIII. Hortamurq; nos bonarũ literarũ studiosos omnia eius scriptoris dicta, singulasq; uoces cũ Dioscoride cõferre: neq; enim erit ad utranq; partẽ negligendum operæ pretium. Siquidem intelligent in radicis descriptione, quam hic ait βαρύοσμον, quæ uox Græcis graueolentem simpliciter significat, ab eo nauseosam dici: & quam hic ὀπὸν μεστὴν, id est, liquore abundãtem, madidam, multa'que alia, quæ Barbarus Plinium imitatus, ab aliquibus forte longius à scriptoris huius sensu discessisse uidebitur: madidam enim & ille uertit. Nos quoniam post tot secula sentim⁹ mutatam in multis uocibus antiquam significationis æstimationem, aut si ea adhuc seruetur, apertiorem tamen docendi rationem ineundam in his esse. Vertimus graueolentem & multo liquore abundantem: ijsdem uocum uestigijs huic scriptori per plantas eius ingredientes. Non probamus etiam quod in florum scammoniæ pi-

Calathus Qualus.

niæ pictura Dioscorides ait ἄνθη λευκὰ, πορφυροῦ, κοῦλα ὡς κάλαθοι uersum ab eo fuisse florē candidū, maleolentē, rotundū, & cauū ceu qualus: Calathis enim eos Dioscorides cōparat, quorū figura longe à qualis diuersa. Estq; omnibus facile qualis calathorū forma sit, ex Plinio audire, & exēplo cognoscere. Lilia enim XXI. uolumine capite V. scriptor ille describens ait: Candor eius eximius, foliis foris striatis, & ab angustijs in latitudinē se laxātibus effigie calathi. Qua descriptione nihil pro calathi figura certius audiri potest. At nō possunt hac forma quali esse, si Maroni poëtæ omniū in re Latina merito principi credendū est, in Georgicis suis ad deprehēdendā salsuginē & amaritudinē terræ, iubenti fumosis diripi tectis Colas, & spisso uimine qualos, in quibus terra aqua madens calcetur: pro quo usu oportet in orbē patere qualos, nō ab angustijs in latitudinē se laxare, quales Plinius calathos describit, qui siue recti siue inuersi cōstituāt, nō poterūt apte eum habere usum. Videbunt hæc forte aliquibus leuiora, neq; nos id negamus: Verūtamen in cognoscēda medica materia necessaria: nō leui enim discrimine calathi figura flos dicet, qui quali erit, & è diuerso: in altero siquidē lilij species, in altero rosæ aut alterius in orbē circūacti floris intelliget. Nō uertimus & nos eodē alijs interpretibus modo quod in Dioscoride legitur: καὶ θολοειδῶς τεμνομένης εἰς κοιλότητα: quod est: Tholi modo secta in cōcauitatē radice. Id alter eorū uertit: Radix in testudinis speciē cultro excauata: alter uero, in modū testudinis cauerna incisa: nō male quidē testudinis uoce illi usi sunt: Græci em̄ tholon camerā, id est, testudinē priuatim & proprie uocant: Verūtamen eadē hac uoce indicauerūt etiā rotundū ædificiū, cuius finis in acuminatū culmen & fastigiū paulatim decrescit & desinit. Pro cōperto itaq; sit, significare græcis tholon ædificij camerā testudinēq;, aut eā structurā quæ altius crescēs, rotunda forma in fastigiatū culmē desinit: & utrāq; altius se extollentē, nō in cōcauitatē, quæ in colligēdo liquore necessaria omnino est. Negauit enim natura aquis humoribusq; alijs omnibus per se sursum ferri: tantūq; abest ut possit in testudinē aqua cōfluere, ut nihil æque portētosum sit, si uideat per se aqua altiora petere loca: & nihilominus hic θολοειδῶς, id est, testudinis modo ait secandā esse radicē eius, ut in eam cofluat liquor, qui humiliora semper loca naturæ suæ ui quærit. Nō est igit̄ in illo θολοειδῶς simpliciter intelligēda testudo, sed cōiungendæ simul uoces illæ duæ sunt, θολοειδῶς εἰς κοιλότητα, id est, cōcauæ descēdētis, & quasi testudinis inuersæ modo: illud enim εἰς κοιλότητα, id est, in cōcauitatē cōuexæ testudinis formā & rationē mutat. Est enim omnibus testudinibus cōuexa forma, sed in sectione radicis scāmoniæ est ea quidē secanda testudinis modo, sed nō ut cōuexa sit ea testudo, uerū cōcaua, id est, descēdēs inuersaq;, & ut apertius dicamus, in lacunā excauādā: Neq; aliud huic scriptori hoc loco & alibi aduerbiū θολοειδῶς in radicū sectione ad excipiendū liquorē significat, q̄ esse excauādam radicē ea forma, ut à superiore parte maiore gyro & laxius cauū illud sit, descendēsq; paulatim in punctū, ut sic loquamur, desinat, nō aliter q̄ ea quæ terebro perforanē: idq; ut credimus Dioscoridi est θολοειδῶς εἰς κοιλότητα: Eamq; ob causam nos nulla testudinis adiecta uoce uertimus, in profundū excauata radice, ut humor in cauū cōfluat. Suspicamur deinde & quasi pro cōperto habemus uitiū in pōdere liquoris huius esse, quo loco de cōficiēdo scāmoniæ sale in scriptore hoc legit̄: Iubet enim salis cyathis sex miscēri scāmonij liquoris drachmas XX. quod pōdus lōge maius est q̄ exiguæ salis mēsuræ cōpetere posse uidetur. Auxitq; suspicionē hāc nostrā uetereū Græcorū Latinorūq; codicū in numeris & pōderibus his multiplex uarietas: in aliquibus enim par salis & scāmonij pondus legit̄: in aliquibus impares quidē portiones, sed multo minores his quę nūc in Dioscoride legūt̄. Satis sit monuisse hoc, quoniā cōtra omniū Græcorū fidē mutare aliquid nō bonæ fidei inter pretis erat. Vidēdū itidē an deesse possit aliqd eo loco etiā quo legit̄: daſ & ad efficaciorē purgationē scāmonij qdē &c. ueratri uero nigri &c. adiectū em̄ scāmonio ueratrū, & utriusq; rei certa discretio, priuatim nobis certū aliquod mali genus exigere uidet̄: q̄d nos peritioribus augurādū relinquimus: nihil enim in cunctis græcis quos hactenus uidere licuit aliud legit̄. Meminit scāmoniæ Theophrastus IX. de plantarū historia, monuitq; primū ex sola radice eius liquorē excipi, mox contrà q̄ hic decreuit, unius tantū liquoris usum in scammonia esse: hic aūt radice & radicis decocto in quibusdā utitur.

περὶ χαμελαίας. κεφ. ψνγ'.

Χαμελαία. οἱ δὲ πυξὸς ἄχνη ἢ ἄκνησος. οἱ δὲ χαμελαία μέλαινα. οἱ δὲ ἡράκλειον. οἱ δὲ βολυρά. οἱ δὲ, κόκκος κνίδειος. ξωμαῖοι κιτρά κισμ. οἱ δὲ, ἐλεάτην. οἱ δὲ, ὁλοασέλλουμ. κλῶναι μὲν ἔχει σπιθαμιαίους. ὁ δὲ θάμνος φυγανώδης. φύλλα ἔχει ἐλαίας πλατύτερα λεπτότερα δὲ καὶ πυκνὰ, καὶ πικρά. δάκνουσα τῇ γεύσει. ῥίζα χαμαίπιτυς τὰ ἀρτικείαν. ταύτης τὰ φύλλα κάτω καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν μάλιστα δὲ καὶ παρτίῳ λαμβανόμενα. μιγνυμένου δὲ πλασίονος ἀψινθίου πρὸς ἓν μέρος τῆς χαμελαίας. ἀναλαμβανέσθω δὲ ὕδατι ἢ μέλιτι εἰς καταπόσιον. ἔστι δὲ ἄδηκτα. διαχωρεῖ δὲ ὅσα λαμβάνεται. ἀναλαμβανόμενα λεῖα τὰ φύλλα μετὰ μέλιτος ἀνακαθαίρει τὰ ἕλκη καὶ ἐκχαρωμένα.

De Oleastello siue oleagine frutice, quē Græci chamelęam uocāt. Cap. CLXVI

Chamelęan. Sunt qui pyrosachnen, qui achneston, qui Heraclīā, qui bdelygran, qui Cnidiū granū. Romani citocaciū, oleaginē aut oleastellum appellāt. Dodrātales habet ramulos oleastellus furculosus frutex, foliis oleæ similibus, tenuioribus tamē, amaris, gustū erodētibus, & fauces piscarificātibus. Purgāt per inferna folia eius pituitā & bilē: in quē usum deglutiēda dantur unius foliorum parti duabus absinthij additis, cōficiuntq; in pilulas mulsa aqua. Non conficiuntur ea in stomacho, sed qualia sumpta fuerunt redduntur. Repurgant cum melle concisa itidē folia sordida, & quæ crustas quales signe fiunt contraxerunt, ulcera.

Interpres

INTERPRES.

NOn auſim ego dicere quod feciſſe uidentur aliqui, pro cõperto mihi eſſe Græcorꝝ chamelæam capite hoc à Dioſcoride tractatã, Columellæ cilibracam oleam eſſe, quã XIII. uolumine capite XLIX. ad ſirapæ cõfectionem oliuarꝝ genera, ex arboribus nõ fruticibus legi præcipiunt, poſeæ, liciniæ & culmigiæ bonitatis pariter eſſet, præſertim dicente eodem Columella: Verũtamen habetur prꝛcipua in hos uſus olea cilibraca, quã quidam propter ſimilitudinẽ oleaſtellũ uocant. Ratiocinari enim ex his oportet, meliorem probationẽq; cilibracã oleam præmõſtratis illis eſſe: quod parꝝ ueriſimile eſt in bacca oliuaq; illa, quæ ſola ſimilitudine, non quia congener oleis ſit, in cenſum earꝝ uenerit. Nec obſtat dicere Columellã propter ſimilitudinẽ oleaſtellum uocari: poteſt enim ad totius arboris formã id referri. At Plinius XV. uolumine capite VII. oleum ex chamelæa fieri teſtatur, expreſſo ex oleaſtris ſimillimum. Scimus id quidem, & niſi aliud doceatur, ex oliuis oleum etiã exprimi: oportereq; ſi exprimendum ex chamelæa oleũ ſit, oliuas baccas'ue inea intelligi, quod tamen hic in chamelꝛæ hiſtoria nõ teſtatur: & ſi Plinius apte id dicat. Nõ conſtituimus ob eam cauſam cilibracam Columellæ oleam, & ſi oleaſtellum uocari à quibuſdã ille dicat, Dioſcoridis chamelæam omnino eſſe. Siquidem oportet ad conficiendã ſirapam, (ſic enim ab eo appellatur oliuarꝝ condituræ antiquum genus) meliores probatioresq; oliuas eligi: quæ ſi in chamelæa ſint, quemadmodum ex Plinio ratiocinari licet, immaturas aſperasq;, & quales in oleaſtris ſunt, intelligere oportet. Non enim oleæ chamelæa eſt, ſed à foliorum ſimilitudine ſurculoſus & dodrãtalis frutex ſic appellatus. Eamq; ob cauſam ſi baccas aut oliuas fert, quales diximus eſſe eas, ueriſimile eſt. Patetq; id ex eodem Plinio quo diximus loco dicente poſt deſcriptum ex oleaſtro oleum: Simillimum huic eſt ex chamelæa frutice, foliꝭ oleaſtri bacisq; frutice ſaxoſo, non altiore palmo. Quæ tota deſcriptio longe à ſcriptoris huius hiſtoria diuerſa eſt. His nos rationibus uſi, quod in Dioſcoride legitur: aliqui uero citocacium chamelæam uocãt, non mutauimus: & ſi ea uox nihil modo nobis ſignificet: ſed qualis in cunctis Græcis eſt, ſeruata à nobis fuit. Barbarus liter. rarum prima ueſtigia ſecutus, cilibracam ex Columella interpretatus eſt: Neq; aliam ob cauſam longius diecta hæc à nobis ſunt, q̃ ut diuerſitatis huius & ſeruatæ à nobis communis lectionis ratio omnibus pateret. Heracliam mox, id eſt, Herculeam uocari etiam chamelæam in Dioſcoride legitur: credimusq; nos factum id nomen ex antiqua fabula fuiſſe, quam ex Pindaro in oleaſtro primo uolumine retulimus, q̃ ſcilicet, Hercules ex Scythia coronatus oleaſtro in Græciam redierit: & quoniam ſimilis chamelꝛæ oleaſter ſit, & oleaſtro chamelæa: ideo ſimilitudine decepti aliqui, non oleaſtrum ſed chamelæam Herculeam uocauerint fruticem & coronam. Reliquimus etiam contra aliorum interpretum rationem quod inter has appellationes auditur, οἱ δὲ χαμελαίαν μέλαιναν, quod eſt: aliqui autem chamelæam nigram. Error enim id eorum eſt, qui Grꝛ carum uocum ſimilitudine decepti, chamæleonem cum chamelæa miſcuerunt. Neq; enim nigredo chamelæ competit: qui colore nigro à candido diſcernitur chamꝛleon eſt: & quoniam nihil in chamelꝛa id cauſꝛ haberet, inutiles eas uoces expunximus. Erraſſe autem in duabus his plantis non Græci tantum ſed Latini & hi quidem inter medicos probatiſſimi Auicenna & Serapion uidentur: qui mezereon quꝛ chamelꝛa hꝛc barbaris eſt deſcribentes, multa quꝛ chamꝛleoni debentur illi tribuerunt: & è diuerſo: potueruntq; uolentes id certius in chamꝛleone & mezereon poſterioꝝ ſcriptorum uidere. Sunt chamelꝛ huius appellationes aliꝛ, ueruntamen improprie & ex aliꝭ plantis importune ad hanc relatꝛ, quemadmodum in thymelꝛa quꝛ mox ſequitur patebit: ea enim proprie pyroſachne & Cnidium granum uocatur, ſi Plinio & antiquis Græcis credendum eſt.

De Thymelæa. Cap. CLXVII.

THymelæam, ſunt qui & hanc chamelæan uocẽt, qui pyroſachnen, qui cneſtrõ, qui cneoron. L. Romani pariter Græcis thymelæam appellant. Ex hac Cnidiũ granũ, quod ſemẽ eius eſt, colligit. Id Syri apolinõ uocant, quidã etiã linon, propterea q̃ frutex natura ſimilis ſatiuo lino ſit. Speciоſas ex ſe uirgas mittit, graciles q̃ & bicubitales ferè. Folia chamelææ id antedicto oleaſtello ſimilia habet, ueruntñ anguſtiora pinguioraq;, & in cõmanducando gũmoſa glutinoſaq;. Flores candidos, & in eis ſemen myrto ſimile, paruum, rotundum, à principio uiride, mox rubens: operimentũ cuius foris durum nigrumq;, intus uero candidum eſt. Purgant per inferna pituitam, bilem & aquas, pota uiginti eius ſeminum interanea: fauces tamen urunt: eam'que ob cauſam in pane pulte'ue danda ſunt, aut acino uuæ incluſæ, aut decocto melle inuoluta

Περὶ Θυμελαίας. κεφ. ϕνδ'.

Θυμελαία. οἱ δὲ χαμελαίαν. οἱ δὲ πυξοδάφνην, οἱ δὲ κέστρον, οἱ δὲ κνέωρον καλοῦσιν. ἐκ ταύτης ὁ κνίδιος κόκκος καρπὸς ὠμὸν συλλέγεται. ὁμοιοῖται μὲν αὐτὸ λίνῳ διὸ καὶ λινοῦν καλοῦσιν. οἱ δὲ λίνον. διὰ τὸ εἶναι τῷ ὄντι λίνῳ θάμνον τὴν φύσιν ὅμοιον. ξάβδους δὲ ἀνίησι καλὰς καὶ πλατὰς ὅσον δίπηχυς. τὰ δὲ φύλλα χαμελαίας ὅμοια. πλὴν σεσωρευμένα καὶ λιπαρώτερα. ὑπόλευκα. ἄνθη λευκά. καὶ μεταξὺ αὐτῶν ὁ καρπὸς, ὡς μύρτου μικρός στρογγύλος. ὁ δὲ ἀρχὴν μὲν χλωρός. εἶτα δὲ ἐρυθρός. τὸ δὲ πυκάριον σκληρὸν μέλαν. τὸ δὲ ἐντὸς λευκόν. ὁ πιὼν κατω χολὴν καὶ φλέγμα καὶ ὕδωρ, ὅσον κ'. κόκκων δὲ ἔντος πρὸς μ. καὶ ἢ τὸ φάρμακον. διὸ μετὰ ἀλεύρου ἢ ἀλφίτου δοτέον. ἢ ἐν ῥαγὶ σταφυλῆς ἢ μέλιτι ἐφθῷ περιελιγμένους

μῦρον καταπιεῖν. συγχεῖν δὲ καὶ τοὺς δυσεντερικοὺς λεῖον μετὰ νίτρου καὶ ὄξους. τὰ δὲ φύλλα ἃ πρὸ ἰδίως καλεῖται κνέωρον, συλλέγειν δεῖ πρὸ τοῦ πυραμητόν. καὶ ἀποτίθεσθαι ξηράναντας ἐν σκιᾷ. δεῖ δὲ ταῦτα καὶ πρὸ τοῦ καταχεῖν τὰς ἐν αὐτοῖς ἰνας. καθαίρει δὲ ὕδατος ἐπιπλασόμενον ὀξυβάφου πλῆθος μετὰ κεράματος ἄγρου ὑδατῶδες. μεταχειρίζεται δὲ πρὸς τὰ κάθαρσιν μιχθὲν ἐφθῇ φακῇ καὶ λαχάνοις ἑψητοῖς. ἀποτίθεται δὲ λεῖα ἀναλαμβανόμενα ὄμφακος χυλῷ εἰς ἀστίσκους. ἔστι δὲ καὶ κακοσόμαχος ἡ βοτάνη. προστιθεῖσα δὲ ἔμβρυα κτείνει. φύεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι τόποις. πλανῶνται δὲ νομίζοντες τὸ κνίδιον κόκκον, τὴν χαμελαίας εἶναι καρπόν. ἀπατώμενοι διὰ τὴν τοῦ φύλλου ὁμοιότητα.

luta. Vnguntur trito eo etiã additis nitro & aceto quibus ægre sudores euocãtur. Folia quæ priuatim cneoron uocant per messem carpenda sunt: post quod siccãtur in umbra & seruãtur. Ea cũ dãda erũt, tundenda prius, & auferendæ omnes eorum fibræ. Purgant corporis aquas pondere acetabuli in diluta uini potione potæ: mitiorẽ tamen purgationẽ faciunt elixæ lenti aut cõcisis oleribus mixta. Seruantur etiam trita omphacio, id est, acerbæ uuæ succo in pastillos conformata. Noxia stomacho herba est. Eadẽ fœminis pro pessulo appositæ fœtus in utero enecat. Nascitur montanis & asperis locis. Errãt qui Cnidion granũ oleastri quam chamelæam Græci dicunt, semen esse existimãt foliorum similitudine decepti.

INTERPRES.

ANtiquæ & antiquorũ scriptorũ autoritate receptæ appellationes omnes thymelææ huic scriptori adiectę sunt: quãdoquidẽ Plinius XIII. uolumine capite XXI. his uerbis de thymelæa egit. Fruticem uero thymelæã, alij chamelæã, alij pyrosachnẽ, alij cnestron, alij cneoron: qui uocũ & nominũ numerus idẽ huic scriptori est. Theophrastus itidẽ primo de plantarũ historia de foliorũ diuersitate agẽs, cneoron thymelæã uocauit. Eius uerba hæc sunt: τὰ δ' ὅλον σαρκώδη λεπτὸν δὲ ὅτι σαρκῶδες ἔχουσι τὸ φύλλον, οἷον κυπαρίττου μυρίκης, μηλέας. τοῦ δὲ φρυγανικῶν κνίωρος, σοίβη. τοῦ δὲ πωδῶν, ἀσφόδελος &c. quod est: Carnosi folij quædã etiã, & id quidẽ quoniã carnosum id habent, qualis cupressus, myrice & malus est. In surculoso itidẽ genere cneoros & qualis thymelæa hæc sit, certius adhuc cognoscat. Surculosi generis herba & carnosi folij: quæ in Dioscoride conijcienda magis q̃ manifeste intelligẽda sunt: siquidẽ uirgas in ea dixit, & lino cõparauit, & folia pinguia gũmosa q̃ descripsit: quod totũ Plinius ex Theophrasto acceptũ eodẽ loco retulit, similẽ oleastro thymelęam faciens, foliis angustioribus, gũmosis si mordeantur, myrti magnitudine &c. In quo laudãdus etiã Theophrastus, qui foliũ thymelææ describens, cneoron eam uocauit: quasi sciret & ipse quod Dioscorides testatur, folia tãtum ea uoce cẽseri. In IX. deinde remedia & uires eius tractaturus, Cnidium granũ uocauit, easdẽ q̃ huic scriptori uires illi assignauit: τὸ δὲ κνίδιον καὶ κόκκον στρογγύλον, ἐρυθρὸν τῇ χροιᾷ, μεῖζον δὲ τῆς πιπέρεως, ἰσχυρότερον δὲ καὶ πολὺ τῇ θερμότητι. διὸ καὶ, ὅταν διαδιδόασιν κατὰ πρόσωπον, διαδιδόασιν ἐπὶ πρὸς κοιλίας λύσιν ἐν ἄρτῳ, ἢ σίδατι πεφυραμένοις. καὶ ἄλλως πρὸς φάρυγγα: quod est: Cnidium uero granũ rotundũ, colore q̃ rubẽs, semen fert pipere maius, multoq̃ ad calefaciendũ pipere ualidius. Quam ob causam cum dant, (datur aũt ad soluendam aluum) in pane aut adipe inuolutũ dant: alioqui fauces urit. Et hæc nominũ diuersitas in Theophrasti thymelæa est. Quibus addiderũt alij alia, uocaruntq̃ aliqui pyrosachnẽ ab urendi ui quam habet: πῦρ enim Græci ignem uocant: nec aliud pyrosachne cõpositum ex igne & tenui stipula nomen indicat, q̃ quod egregie urit. Chamelæa eadem dicta fuit, quoniam ut Plinius ait, oleastro similis sit: ut hic scriptor aũt, quoniam chamelęæ quæ superiore capite præmonstrata est, folia similia habet: quod totum eodem redit: quod enim simili simile est, eandem similitudinis causam, & principium habere oportet. Cnestron postremo eandem hanc thymelæã uocarunt probatissimi Græcorum scriptores, Hippocrates, Galenus, & pleriq̃ alij: nobis tamen ignota uocis eius origo & causa. Comparauit eam Dioscorides λίνῳ ἀπαίρτῳ: neq̃ aliud uoces illæ in cõmuni significationis æstimatione significant, q̃ satiuum linum. Quærendum tamen & eruscandũ diligentius opinamur, lino' ne satiuo simpliciter, an surculoso frutici quem sparton omnes uocant, & hic eodem hoc libro descripsit, similem thymelæam dixerit. Nobis in hanc partem inclinat animus, & si aliorum interpretum modo & nos satiũ linum uerterimus: genistæ enim similior q̃ lino, ex historia descriptioneq̃ eius uideri potest. Vniuersæ plantæ nomen factum uidetur ab olea cui similis est, & à thymo herba cuius habet flores. Paulus Aegineta præter ea quæ nunc in Dioscoride leguntur, radicem eius contra sanguinis profluuia cõmendauit, uiribus saporeq̃ acerbo: eiq̃ malo prodesse potam, & foris impositam.

Περὶ Ακτῆς. Κεφ. ψνέ.

De Sambuco & Ebulo. Cap. CLXVIII

Ακτή. Λοιὸν δένδρον ἄγριον. οἱ δέ, ὕμβρον. ξωμαῖοι σαμβούκουμ. γάλλοι σκοβίμ. δακοὶ σέβα. διαπέζειν. ἢ μᾶλλον ὅτι δένδρῳ κλάδους καλαμοειδεῖς ἔχουσα. στρογγύλους. ὑπολείους. ὑπολεύκους. εὐμήκεις. τὰ φύλλα ς'. ἢ δ'. ἐκ διασκιάτου πρὸς τὸ ἥδιον. καρύᾳ θασιλικῇ ὅμοια, βλύσμασί τε καὶ τμήμασιν

ACten. Sunt qui ursi arborẽ, qui satiuã actem dicunt. Galli scobiem. Daci seba, Romani sambucũ appellãt. Duplex genus eius est: arborescit alterum: uirgas habet rũdinũ forma, rotũdas quadãtenus, inanes, albescẽtes & lõgas. Folia tria q̃uor' ue, aut quinq̃, aut sex, aut septẽ, per interualla ex uirgis exeũtia, iuglãdi nuci similia, graueolẽtia & maioribus incisuris

ὅμοια. βαρύοσμά τε καὶ τιμιώτερα. ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν κλάδων ἡ τὸ καυλὸν, σκιάδια πυριτρόμινθα. ἐν ᾧ μέλανι ὑπόφυσον. ὀξυώδη. πλύχυλον. οἰνώδη.

Περὶ χαμαιάκτης. κεφ. ϕυς'.

Τὸ ἔτερον αὐθις χαμαιάκτη καλεῖται. οἱ δὲ, ἐλιοσακτή. οἱ δὲ, ἀκτιώδακτή. οἱ δὲ εὐβοϊκή. ἑωμαῖοι ἔβυλον. ἄκτη χαμαιπετὴς οὖσα, ἐλάας ὄζοις ὁμοιοφυὴς ἑρπύουσα. καυλὸν ἔχουσα τετράγωνον κοίλην πλατύνατον. τὰ δὲ φύλλα ἐκδιασκιάζει πρὸς ἑκάστου γόνυ τεταρσωμένα. ὅμοια ἀμυγδαλῇ σχίζα. μακρά. ἀκτύλου πάχος. Δύναμις ἡ αὐτή. Ὑδροπωτός. κακοσόμαχος μᾶλλον πως. ἐφύγματα δὲ τὰ φύλλα ὡς λάχανα, καθαίρει φλέγματα χολάδη. οἱ καυλοὶ δὲ ἁπαλοὶ ὄντες τοῖς ἀφεψηθεῖσι σὺν οἴνῳ ἡδυσμένῳ πρὸς τὰ ἰάματα, ὑδροπικοὺς ὠφελεῖ. βοηθεῖ ἐχιοδήκτοις, ἐγκάθισμα, μαλάσσει ὑστέρας καὶ ἀναδιδοῖ. καὶ διορθοῦται τὰς περὶ αὐτὰ διαθέσεις. ὁ καρπὸς δὲ σὺν οἴνῳ πρόσθεσις, τὰ αὐτὰ ποιεῖ. μελαίνει δὲ καὶ τρίχας ἐγχριόμενον. τὰ δὲ φύλλα πρόσφαλα καὶ ἁπαλὰ, φλεγμονὰς πραΰνει μετὰ ἁλφίτων καταπλασσόμενα. καταπλασσόμενα. κοιλίας δὲ ὑπροφορᾶς καὶ πρὸς ἀγκοῖς βοηθεῖ. μετὰ σέατος ταυρείου ἢ τραγείου καταπλασσόμενα.

furis diuisa. Habet & in summis uirgis circinatas umbellas, flores cãdidos, fructũ terebintho similem, in nigro purpurascentẽ, racemosum, copiosi uinosiq; succi. Est & alterius eius genus, chamæacte id à Græcis uocatur, quasi humilis & coactæ ad terram breuitatis sambucus, quem alii quihelioſactem, aliqui sylueſtrem, aliqui Euboicam sambucum. Galli ducone. Daci olma. Romani ebulum dicunt. Humilis & coactæ ad terram breuitatis sambucus ebulum est, minus antedicto, & herbæ q̃ arbori similius. Caulem habet ebulum quadrãgulum, multis intersectum geniculis. Folia per interualla ex singulis geniculis exeuntia, pennata, amygdalæ similia, per ambitum secta, longiora tamen & graueolẽtia. Vmbellam in summo fert sambuco similem, floresq; itidem & fructum. Radix illi est longa, digiti crassitudine. Eadem sambuco & ebulo uis est: ficcant, adstringunt refrigerantq; & aquas ex corpore pellunt: stomacho tamen nocent. Purgant pituitam & bilem elixa olerum modo utriusq; folia. Quinetiam teneri adhuc caules in fictili elixi eadem præstant. Radix in uino decocta, subeũtibus cutem aquis auxiliatur. Prodest & contra uiperarum morsus: in quos usus decoctum eius id pariter bibitur. Decocta eadem in aqua fœminarum locos insidentibus mollit & aperit, & quæ in eis sunt mala, emendat. Potest idem & fructus in uino potus. Inungũtur eo etiam ad nigrum colorem capilli. Leniunt oculorum inflammationes folia tenera & recentia, cũ polenta emplastri modo impositа. Prosunt ambustis itidem & canum morsibus eodem modo. Cauernosa glutinant ulcera. Podagris opitulantur cum taurino hircinoue adipe emplastri modo impositа.

INTERPRES.

PRimum & in templis religioneq; maximum sambuco & ebulo honorem fecerunt sanguineq; utriusq; baccæ: quibus ante inuentum minium, & excogitatam coloris eius rationem superstitiose deos colentes hoies, non ante ad aras & sacrificium accedebant, q̃ rubente natiuo aliquo colore, qualis in anchusa, moris, sambucoq; & ebulo est, facies eorũ colorassent, quasi placare sibi sine coloris ei⁹ lenocinio numen nõ possent: aut fœminarum modo nollet deus nisi purpurisso fucatus uideri. Fuisseq; hunc gentibus morẽ, antiquitatis maximus autor testis Verrius quondam fuit, cuius autoritati credere necesse est, dicẽtis Iouis simulacri faciem diebus festis minio illinire solitos, & à censoribus in primis miniandum Iouem locari instítutum fuisse. Verum non fuit hic Romanis usus, nisi aucta urbis maiestate, & cũ iam incepisset minium in pretio & honore haberi. Rudi autem adhuc seculo & in mundi nouitate, natiuis herbarũ & pomorũ coloribus ad eandem religionẽ usi sunt. Idq; in Bucoli. suis Maro rerũ omnium & antiquitatis peritissimus indicauit, canens ad lamentandos Galli amores uenisse Pana Arcadiæ deũ, quẽ uiderat ipse sanguineis ebuli baccis minioq; rubentẽ: qđ ex quotidiano deorũ imaginũ in tẽplis spectaculo fictũ ab eo est. Cœperunt deinde post inuentũ miniũ negligere homines qđ paratum ubiq; erat, translatũq; ad ruris disciplinã & necessitates sambucus & ebulũ est: priuatim uero sambucus in castra etiã peruenit, scutis faciendis utilis, propterea q̃ uulnerata eius materia contrahit se protinus, uulnusq; suũ claudit, & ob id cõtumacius transmittit ferrum. Habuit & alios in rustica re usus, q̃s longius eius disciplinæ autores tradiderũt. Inuenit & inter pastores gratiã, canoras buccinas tubasq; ex ea conficientes, utiliores q; in eo usu existimãtes, quæ cęsæ illic fuissent, ubi gallorũ cãtus frutex ille nõ exaudiat. Fuit in honore & ebulũ, haud sanè qa utilitatis aliquid colono afferat, sed qa sperãdæ utilitatis notã & indiciũ facit. Siquidẽ in probatione agri, & dulcẽ terrã, & frumẽtis habilem,

copiosum & sponte nascens indicat: Idq; dulcis saporis & frumentarij agri certissimum indicium sibi fecerunt semper agricolæ, si Columellæ & antiquioribus alijs credimus. Nunc etiã sunt qui per uindemiã uina sua ebuli maturis baccis colorent. Quæ omnia uitæ remedijs, quæ multa utrunq; hoc genus habet, cõparata, nihili facienda sunt. Satis descripta à Dioscoride utriusq; species est: Vtrunq; etiã passim nascens & cognitum, nulla longiore historia indiget: Etsi Theophrastus III. de plantarũ historia longissime totã sambuci naturã & speciẽ prosecutus fuerit: possintq; ex eo scriptore multa quę huic nostro usui sint, audiri. Ea nos libẽter cõmentationibus his nostris adiecissemus, nisi in re nota parũ necessaria fore cẽseremus: & liceat omnibus quæ nos obseruauimus non multo labore pariter obseruare. Hortamur tamen naturæ studiosos, scriptorẽ illum audire, præsertimq; qui id possunt, græce loquentẽ. Multa enim parũ apte Latinis reddita in eo sunt, præsertimq; qđ ab omnibus uersum est: Caudicũ crassitudo galeæ: ex eo quod ille ait, πρὸς ἡλικίαν πηχυαῖον ὄσον πρὸς μιφαλαίας. Crediderunt illi πρὸς μιφαλαίαν Græcis tantũ militarẽ galeã significare: uerũ in ornatu capitis muliebris capilli spiras ea uoce aliqui etiã intellexerunt, & earũ crassitudini nõ galeis cõparat, ut nos credimus, sambuci caudices Theophrastus: nullã enim militares galeæ qualiscunq; earũ forma fuerit, cum caudicibus plantarũ similitudinem habent. Sunt & pleraq; alia quæ cognoscenda peritioribus relinquimus. Nos in Dioscoride rem nostrã agentes, monemus in numero foliorũ sambuci quintum, sextũ, & septimum, Nos in Dioscoride rem nostrã agentes, monemus in numero foliorũ sambuci quintum, sextũ, & septimum, addidisse folium: nõ tam quia antiquissimi Græcorũ codices id haberent, q̃ quia natura id palam facit. Plures enim uirgæ ultra quartum folium quinto sextoq; & septimo uestiũtur. Intelligitq; hic folia quæ per interualla disposita uno pediculo pendẽt, & mox in plures quasi pennas diuiduntur. Cuius rei diligẽtissimus pictor Theophrastus fuit, qui hoc multaq; alia aliter potius q̃ alia ab hoc scriptore tradidit. Qualia deinde sint quæ hic πτερωματώδη & nos pennata folia diximus, facile est ex re ipsa deprehendere.

περὶ πυκνοκόμου. κεφ. ψξ'.

Πυκνόκομον φύλλα ἔχει ὅμοια εὐζώμῳ. ξαχέα ἢ μὴ παχέα μηδ' ἁψιμύθια. καυλόν, πεξάονα. ἄνθος ἢ ζῷ τὸ ὠκίμῳ ἐμφερές. κλῆμα δὲ, ὡς πράσιον. ῥίζαν, μέλαιναν. σπορτύλην. ὠχράν. ὡς μικρὸν μᾶλον. τοῦτο ὅζουσαν. φύεται ἐν πεδίοις τόποις. δύναμιν ἔχει ὁ κλὴξ πιθεὶς ὅσον ⊰ ά. πλῆθος, τραχώδη μὴ δεῖν ἀνύπνια ποιῆσαι. διαφορεῖ ἢ μὴ οἰδήματα ὧν πλατόμενος σὺν ἁλφίτῳ. μὴ ἀκίδας μὴ σκόλοπας ἐξάγει. μὴ τὰ φύλλα ἢ καταπλατόμενα, φύματα & ὀδοντιῶντας διαφορεῖ. ἡ δὲ ῥίζα αὐθ' λυτικὴ κοιλίας & κινητικὴ χολῆς. δίδοται ⊰ β' ἐν μελικράτῳ.

De Pycnocomo herba. Cap. CLXIX.

Pycnocomon. Romani pariter Græcis pycnocomũ dicũt. Erucæ similia habet pycnocomũ folia, aspera tamen, crassiora & acriora. Caulẽ quadrangulũ: florem ocimi: porri semen: radicem nigram, rotundam, lutei coloris, exiguo malo æqualẽ, terram olentem. Nascitur petrosis locis. Grauia tumultuosaq; facit semen somnia, potum drachmæ põdere. Idẽ cũ polẽta emplastri modo impositũ, tudit & cuspides. Quinetiã folia emplastri modo impositã, panos & furunculos discutiunt. Radix aluum soluit, bilemq; exinanit. Datur in mulsa aqua drachmarum duarum pondere.

INTERPRES.

Svnt Plinio & scriptori huic nr̃o de pycnocomo oĩa eadẽ, tantũq; non ijsdem uerbis cũcta Latinus scriptor ex Græco gẽti suæ reddidit. Locus est XXVI. uoluminis, VIII. cap. A foliorũ confercta densitate nomen illi fecerunt Græci: neq; enim aliud pycnocomon indicat, q̃ quod densa & cõfercta coma est. Herbarũ aũt comæ folia sunt, quæ hic à Plinio relictũ asperа constituit: ille enim crassiora tantũ & acriora q̃ erucæ sint, dixit. Non indicauit etiã Plinius quale semen pycnocomi sit: nõ dico aũt quale uiribus, sed figura & specie. Desiderauimusq; nos id magnopere hoc agẽtes, ut uariã in Græcis lectionẽ teste & autore eo tutius eligeremus: sunt enim in quibus marrubij, in quibus porri seminibus cõparetur pycnocomi semen, una id discrimen faciente litera. Cæteri interpretes cõmunem secuti lectionẽ, marrubio simile fecerũt. Nos probatiores & uetustiores Græcos & quẽ habemus egregiæ antiquitatis Latinũ Dioscoridẽ secuti, porro cõparauimus: uolumus tamen incertæ nobis rei fidẽ penes naturã esse. Discrepãt in radicis colore Plinius & Dioscorides, ille lutei coloris tantũ, hic nigrã primũ, mox ὠχράν, id est, pallidã, qđ idẽ luteo colori est, descripsit. Suspicari multa in uarietate hac licet, aut deesse Plinio, aut abũdare huic nigrũ colorẽ, aut foris nigrã, intus uero lutei coloris intelligi oportere, Plinijq; alterũ colorẽ tantũ indicasse: qđ suspicari ab re forte nõ fuerit. Nigrã tantũ tradit quẽ antiquissimũ habemus Latinus Dioscoridis. quotcũq; aũt Græcos uidimus, oẽs nigrũ & luteũ colorẽ illi assignãt. Eãq; ob causam inclinat animus nobis, ut credamus diuersos colores illos ad diuersas referri oportere partes. Legẽtibus tñ hoc liberũ sit, donec ut in semine paulo añ diximus natura & res cognita, tã multas difficultates extricauerint. Animaduertendũ illud etiã, in uiribus & ptãte radicis dicere Plinium exinanire eã aluũ, bilẽ, & pituitã: hũc aũt & reliqs Græcorũ medicos bilẽ tantũ, & inter eos præsertim Paulus Aeginetã, qui pycnocomi radicẽ, semen & folia, discutiẽdi & extrahendi uim habere ait: Et semen quia uiridus sit, infixa corpori etiã extrahere. ῥίζαν δὲ ξανθῆς χολῆς εἶναι καθαρτικὴν. quod est: Radicẽ uero flauam purgare bilem. Id Barbarus extenuare dixit, non satis apto ad eam uim uerbo, ut nouisse omnes facile possunt.

περὶ Ἀπίου.

De Apio herba, quia similem piro radicem habet, à Græcis sic appellata. Cap. CLXX.

Apion

Ἄπιος. οἱ δὲ, ἰσχιάδα. οἱ δὲ, χαμαιβάλανος, ὀξυὴ ἀρχία. οἱ δὲ, λινόζωστις. Ἑρμαῖοι φάσὶ σιλβέστριε. ἄφροι θορφαθσαδοί. κλωνία δύο ἢ τρία ἀπὸ γῆς ἀνίσοι. χοινώδη. λεπτά. ἐρυθρά. μικρὸν ὑπὸ τῆς αὐξούσα. φύλλα πηγάνῳ ἐοικότα. ἐπιμήκη δὲ μᾶλλον ἢ πλατέα. χλωρά. κόμαι, μικρὸς ῥίζα ἀσφοδέλῳ πολυπλησία, ἢ πρὸς ἓν ἅπιον ἄχημα. στρογγυλωτέρα δέ. μεσὴ ὀπή. φλοιὸν ἔχουσα ἔξωθεν μέλανα. ἔνδοθεν δὲ λευκόν. ταύτης δὲ μὴ ἔνδοθεν μέρος τῆ ῥίζης λαφθὲν, δίημερ ἀγαχολοῦ ἢ φλέγμα. τὸ δὲ πρὸς τῇ ῥίζῃ κάτω καθαίρει. ὅλη δὲ λαφθεῖσα, ἀμφοτέρας τὰς καθάρσεις κινεῖ. ὁπίσαι δὲ βουληθεὶς, κόπτε τὰς ῥίζας. ἢ βαλὼν εἰς κρατῆρα ὕδατος σωτάραξον. εἶτα τὸ ἐφιζάμενον ὑπόμενε ἀναλέγ ἔξεσαν. τέτρυ τρία ἡμιοβόλια πιθέν τα, ἄνω καὶ κάτω καθαίρει.

APion. Sunt qui iſchiada, qui mõtanam aut agreſtẽ raphanũ, q chamæbalanõ, q linozoſtin uocẽt. Aphri thorphatſande. Romani radicẽ ſylueſtrẽ appellant. Ramulos duos tres ue iuncorũ ſpecie, gracíles rubẽtesq; ex ſe profert, ſupra terrã parum ſe extollentes. Folia habet rutæ ſimilia, oblõgiora tñ anguſtioraq; & uirẽtia: Exiguũ ſemen. Radicẽ ſpondylio herbæ ſimilẽ, ad piri figuram accedentẽ, rotundiorẽ tñ, liquore plenã: intus candidã, foris nigro cortice. Purgat per ſupna uomitiõibus pituitã & bilẽ ſuperior radicis eius pars: inferior uero p inferna: tota uero ſumpta utriq; purgat. Cum liquorẽ colligere uolueris, tundito radices eius, coniectasq; in craterẽ aqua plenum miſceto: tum penna collectum qui ſupernatabit liquorem, ſiccato. Purgabitq; hic potus ſeſquioboli pondere utraq; parte.

INTERPRES.

HAec eſt apios illa ſolo nomine, ſed ab imperitis facto, notiſſimę cunctis raphano cõgener exiſtimata, de qua longius II. uolumine in raphano egimus: pollicitiq; ſumus iterq; hoc loco de ea dicendum nobis eſſe: haud ſanè quia ſupfuerint tunc aliqua quibus nũc dictis ſecernẽda hæc ab illa eſſet: ſed q p lo erat: tractandaq; cũ cæteris quæ efficaciorẽ in purgãdo uim hñt, quales multę deſcriptę hoc libro hactenus & deſcribẽdæ adhuc plãtæ ſunt, ſylueſtres oẽs, mõtibus & incultis locis naſcẽtes: nõ qualis ſatiua in hortis, aut ſylueſtris in cãpis raphanus naſcit, q̃ nihil huic ſimile æquale ue aut idẽ habet: nõ ramulos, nõ folia, nõ ſemen, nec radicẽ etiã. Siquidẽ in raphanis lõgiores, in apio hac rotũdiores & piri ſiles radices ſunt. Quin etiã p ter totã ſpẽm obſtat color, q in nulla raphano foris, ut in apio hac, niger conſpicit. Sũt aliæ plures diuerſitatis notæ, quas breuitati cõſulentes expendẽdas legẽtibus relinq̃mus. Apion à radicis forma Græci herbã appellauerũt. Eſt aũt Græcis apion in pomoq; gñe pirũ: Et qm̃ piri forma radix eius ſit, contractior tñ rotundiorq; ideo nomen hoc illi ea gens fecit. Antiquũ ſanè, & quo ſcribente Theophraſto plantarũ hiſtoria uolumine hæc ſunt: ῥ δὲ ἓν αὐτὸ ῥίζωμα τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω καθαίρειν, θαυμασιώτερον. διὸν καὶ τὸ θαψίαν καὶ ἡ ἰσχάδα. οἱ δὲ ἄπιον καλοῦσι. quod eſt: Purgare aũt in eadẽ radice alias partes per ſuperna, alias per inferna, magis mirabile: quales Tapſiæ ſunt & iſchiadis quã apion aliqui appellant. Teſtis ut uidẽt utriuſq; appellationis Theophraſtus eſt. Vtq; alterius appellationis apĩ ſcilicet, manifeſta eſt ex forma radicis rõ: ſic ignota nobis alterius: Nec quã ob cauſam à coxẽdice coxendicis ue dolore, niſi hoc loco iſchias aliud ſignificet, nomen id inuenerit, rõnari licet. Eſt quidẽ omnibus in promptu facillimum q; ratiocinari, quia purget & purgando dolores coxendicis leuet, ſic fortè appellatam fuiſſe: ſed nimis cõmune id eſt: neq; hic aut Theophraſtus quicquam pro coxendicis dolore palam illi tribuerunt. Quò fit ut nos, & ſi in communi Græcorum omnium lectione nihil mutare auſi ſimus, credamus non iſchiada, quæ uox coxendicem & eius dolores, ſed iſchada, quæ caricam ſignificat, non abſurde penitus exiſtimaſſe quoſdam dici apion hanc oportere: ſimilis enim & turbinata figura, nõ aliter quàm pirum, carica eſt. In Theophraſto quidem iſchas paſſim legitur, non iſchias. Quò fit ne demiremur qui in eo caricam uerterunt: quemadmodum non conſtituimus ſcriptoris huius codicibus magis quàm Theophraſti credẽdum eſſe. Plinius nec piro nec caricæ radicẽ eius comparauit, ſed cepæ, ampliorem tamen q̃ cepa ſit eam deſcribẽs. Legitur paulopoſt in ſcriptore hoc, chamębalanon dici etiã apion hanc: ea uox terreſtrem ſignificat glandem, quaſi latentẽ & obrutam terra glandis formã radicem: oportetq; non glandis ſimpliciter intelligere, ſed ut Græci balanorum communi appellatione longiores fructus indicant. Cur deinde agreſtis aut montana raphanus dicta eadem fuerit, ſatis ſecundo uolumine in raphano & hoc loco dictum à nobis eſt. Radicem eius ut ferè in cũctis Græcis legitur, ſpondylio herbæ hic comparauit: Reſpondetq; id naturæ, quoniã & hæc & ſpondylion tertio uolumine tractata, raphani radice deſcribitur: oportetq; inuicem ſimilia eſſe quæ alteri pariter ſimilia ſunt. Vidimus tamen nos in quibus nõ radix ſpondylio ſimilis legitur, ſed aſphodelo, & his quidẽ probatiſſimis & antiquæ fidei, quod ab re penitus non eſt. Siquidem aſphodeli bulboſæ radices illæ non penitus diſſimilem huic ſpeciem habent. Secuti tamen communem lectionem & nos ſumus, ob eam præſertim cauſam, quòd hic in ſpondylio radicem eius raphano comparauit: & hæc ob eandem cauſam ſylueſtris & montana raphanus à multis credita & dicta eſt.

περὶ κολοκυνθίδος. κεφ. ψνά.

De Colocynthide, quæ ſylueſtris cucurbita eſt. Cap. CLXXI.

Κολοκυνθίς. ὁι μ̀ν, κολόκυνθα αὐτός. ὁι δὲ, σικύαρ πικρόν. ὁι μ̀ν, κολόκυνθα ἀλεξανδρίνη. Ζωροάστρης θύμβρυ. ὀδάνης αὐτρενές. ῥωμαῖοι κουκούβιλα σιλβάτικα. Δακοὶ τὸ βασσα. Κλημάτια φύλλα ἐσχωμμένα ἐπὶ γῆς ἀνίησιν, ὅμοια τοῖς τοῦ ἡμέρου σικύου. ἐπέχει σμίλακα. κάρπον φέρει πέπονι ὅμοιον σφαίρᾳ μέσῃ. πικρὸν ἰσχυρῶς. ὁμοίως σαίνεται ἀσχόμενον μεταβάλλει ἐπὶ ἀχρότητον. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ μὲν ἔντερον τῆς κάπρου καθαρτικόν. πρὸς βόλους πλῆθος μετὰ ὑδρομέλιτος λαμβανομένη σὺν ἴρεως, ἢ σμύρνης, ἢ μέλιτι ἐφθῷ εἰς καταπόσιον. αὗται δὲ αἱ σφαῖραι ξηραίνεται, ὠφελίμως μίγνυνται κλύσμασιν ἐπὶ ἰσχιάδος. καὶ παραλυτικοῖς. καὶ κωλικοῖς. ἄγουσαι φλέγμα, χολὴν, ζύσμα. ἔδονται δὲ καὶ ἁλιματῶδες. ἔμβρυά τε φθείρουσι προσιθέμεναι, ὀδόντων τε ἀλγίας διακλύσμα. ἐὰν δὲς ἐκκαθάρας αὐτὴν καὶ πρὶν πλάσας πυκλῷ, ἐναρτήσας τὸν ὄξει καὶ νίτρῳ δόξῃ, διακλύζεσθαι. εἰ δέ τις ἐναφεψήσας μελίκρατον ἢ καὶ γλυκὺ, καὶ διαθυμιάσας δι' ὕσσου, καθαίρει πάχος καὶ ξύσμα. ἔστι δὲ κακοσόμαχον λίαν. προσίδεται δὲ καὶ βάλανον διὰ αὐτῆς, πρὸς κομιδὴν τῶν πρωτωμάτων. καὶ χλωρᾶς δὲ αὐτῆς ὁ χυλὸς, ἐπὶ ἰσχιάδος ἀναγιβόμενον ἄσμοσι.

COlocynthida. Sunt qui caprinã, qui Alexandrinã, qui amarã cucurbitã uocent. ⌊Zoroaster thymbrẽ. Osthanes autogenes. Daci tutrastra. Romani syluestrẽ cucurbitã appellant.⌋ Viticulas foliaq; incisuris diuisa, similia satiuo cucumeri per terrã spargit colocynthis. Fructũ fert in orbẽ circumactũ mediocris pilæ quãtitate, egregiæ amaritudinis: quẽ carpsisse oportet, in pallidiorẽ colorẽ mutari incipientem. Habet interius colocynthidis farctũ, purgandi uim, quatuor obolorũ põdere cum mulsa aqua, nitro, myrrhaq; & melle cocto in pilulas deuoratum. Siccati item fructus tritiq;, utilissime miscẽtur his quæ clystere infundẽda sunt, contra coxendices, resoluta, & crassioris intestini quod colon uocant dolores: pituitã, bilẽ, strigmentaq; & aliquando cruẽta trahẽtes. Fœtus in utero enecant fœminis appositi. Colluunt utiliter etiã in dolore dentes, si quis purgato omni interiore farctu aliquo ex his fructu, mox luto circũlito, acetũ nitrũq; in eo inferuefecerit: & ad colluẽdos dentes decoctũ id dederit. Siquis etiã mulsam aquã passum ue in eadem decoxerit, sub dioq; per noctẽ refrigeratũ bibendũ alterutrũ dederit, crassiora & strigmẽta purgatiõe trahet. Stomacho inimica colocynthis est. Sedi etiã subiiciunt ex ea balani, ad euocanda alui excrementa. Quinetiam uirentis succus cõtra coxendicis dolores utiliter confricatur.

INTERPRES.

CVcurbitulam Græcorũ exemplo non male aliquis colocynthida inter Latinos dixisset. Cur em̃ filicula diminuto à colocyntha, quæ illis cucurbita est, nomine syluestrẽ & amarã hanc colocynthida dicere: non liceat & nobis à Latinorũ cucurbita cucurbitulã facere: æqualẽq; illis æstimatione & uocis cõpositione rei passim notæ appellationẽ ad medicinã afferre? Nos sanè in eam partẽ trahebamur, Fuitq; diu nobis animus cucurbitulã huic capiti titulũ facere: sed reuocauit nos ab eo cõsilio recepta iampridem à medicis omnibus & officinis Græca uox: multoq; magis ne æquoca appellatione miscerent simul plantã hæc, & quas Latini scriptores oẽs ad aliũ medicinæ usum transtulerunt, cucurbitulas eas uocantes, quæ spiritus & prouocatæ flãmæ ui corporibus nostris impactæ, in superiorẽ partẽ & extimã cutẽ, sanguinem, & quæ alia opus fuerint, trahunt. Eamq; ob causam seruata Græca appellatione, de colocynthide quæ syluestris cucurbita est, caput inscripsimus: alioqui colocynthis parua cucurbita est. Fecerunt q; eam cucurbitis aliis congenerem uiticulæ folia & fructus: ideoq; tam multas ab eadem cucurbita appellationes alias in uenit. Credimusq; nos quod in Dioscoride legitur, ὁι δὲ κολοκύνθα ἄγριος: quæ uoces nihil significãt aliud, quàm capræ cucurbitam, & à cunctis ex eo caprina cucurbita reddita est, potuisse quondam legi, ὁι δὲ κολοκύνθα ἄγριος quod est syluestris cucurbita. Nolumus nunc quærere, uescantur ne ea capræ an non, amaritudinẽq; eius in cibo sentiant: & an quod homini nocet, possit aliis animalibus nõ nocere: quotidianum enim id est: fitq; passim quod Lucretius cecinit, ut non sit idem nobis & brutis multarum rerum sensus. Quippe uidere licet pingue escere sæpe cicuta Barbigeras pecudes, homini quæ est acre uenenum. Verum quod suspicari hoc nos coegit plantæ genus est, quę ab omnibus in syluestrium censu numeratur: omnesq; colocynthida describentes syluestrem cucurbitam uocant: & omnium maxime Plinius lib. xx. capite iii. quod à scriptore hoc relinquendum fuisse ueri simile non est. Monere id uoluimus, & si non multifaciendum fortè aliquibus uideatur. Fecit amaritudo quæ colocynthidi maxima est, & omnibus tam manifesta, ut qui plantam & rem ignorant, solo colocynthidis audito nomine, amaritudinem intelligant, ut amara cucurbita à quibusdam etiam diceretur: quemadmodum quoniam copiosa in Aegyto nascitur, cuius rei testes etiam sacræ Hebræorum literæ sunt, Alexandrina cucurbita. Et hæc pro colocynthidis appellationibus dicta hactenus sint. Eam hic ait, καρπὸν φέρειν πέπονι ὅμοιον σφαίρᾳ μέσῃ. Verterunt que id non eodem modo cæteri interpretes, sed alter, fructum in speciem mediocris pilæ conglomeratum: alter, fructu orbiculato dimidiati globi figura: non leui inter mediocrem pilam & dimidiatum globum diuersitate, quam una in Græcis uox μέσῃ faciat. Nullum enim globi & pilæ in descriptione hac discrimen est: & si mathematicis globus orbiculare solidum que corpus sit, uulgo autem pila eiusdem formæ lusorium instrumentum.

Quod

Quod diuersam facit in eis formam μίσυον illud est à Barbaro dimidiatum dictū: quasi, ut est dimidiati significatio, crediderit ille colocynthidis fructum orbiculare quidē esse, uerū non toto globo, sed ceu in duas æquales partes diuisum, altero latere exæquatū & sessile iacere: altero, ut erat globi figura, tumere: q̄d natura & res ipsa falsum oñdit. Orbiculati enim & integra globi figura colocynthidis fructus sunt, præterq̄ à pediculo ex quo nituntur & pendent, qua parte quadātenus fastigiantur. Eam q̄ ob causam probamus nos magis q̄d ab altero dictum est, in specie mediocris pilæ: tā enim in mathematicis globum q̄ in ludis pilā Græcorū σφαῖραν significat. Et q̄d μίσυι dictum à Dioscoride est, eam habet rōnem, ut quoniā in antiq̄ pilæ ludo paruæ esset, quod Galenus & Paulus Aegineta testantur de exercitiorū gñibus agentes, & ex parua intelligenda etiā magna sit: hic quantitatē fructus colocynthidis huius descriptur⁹, à quotidiana re exēplum eius sumpserit: dixeritq̄ orbiculatū esse fructum eius, lusoriæq̄ pilæ similem: Et quoniā non esset eius pilæ certa q̄titas: erat enim parua, ut diximus, & ex eo discrimine magna etiā hic adiecit, colocynthidis fructū media inter utrāq̄ pilā quantitate esse. Neq̄ ad figurā eius referendū id tantū est, uerū ad quantitatē etiā. Id q̄ nos magis probamus, & eā rōnem secuti, uertimus: mediocris pilæ figura esse colocynthidis fructum: qualē scilicet natura & res ipsa omnibus oñdit. Neq̄ in ancipiti uocis eius μίσυι significatione, uerbis rem, sed rei uerba (ut Flaccus ait) summisimus. Certa enim in his naturæ disciplina est, tutoq̄ tradunt quæ à tā sapiente magistra accepta fuerint. Sequit non multo post duplex locus, in quo uertēdo parū certa rōne cæteri interpretes usi sunt, ut nos credimus, fuerunt: Is aūt in altero est: Dentiū dolorē tollunt si unà repurgetur, & luto ob̀lita cū aceto & nitro inferuescat, hoc q̄ iure decocti dentes colluant, si aqua mulsa aut passum incoquatur &c. In altero: repurgata & luto circūlita ut in aceto nitro q̄ sufferueat, dolorē dentiū colluit. Decoctū eiusdē in aqua mulsa uel passo refrigeratū sub diuo, crassitudines & ramenta trahit: Quoru qui sensus sit, poterunt legentes augurari. Nos aliter, & ut credimus certius & ex re magis totā descripsimus rē: Colluunt utiliter etiā in dolore dentes, si quis purgato omni interiore farctu colocynthidis fructu aliquo, mox luto circūlito acetum nitrūq̄ in eo inferuefecerit, & ad colluendos dētes decoctū id dederit. Siquis etiā mulsam aquā passum'ue in eodē decoxerit, sub dio q̄ per noctē refrigeratū bibendū alteruterū dederit, crassiora & strigmēta purgationē detrahet. Fecimus q̄ id non tā ueterū Græcorū fide admoniti, q̄ rei necessitatē sequentes, in qua cū rōcina remur quē usum habere posset luto circūlinire colocynthidē, circumlitāq̄ ut in cōmuni lectione est, in aceto & nitro inferuefacere, non inueniebamus cur id fieri oporteret. Statim q̄ ut seipsam semp aperit ueritas, quod sequitur ἐὰν δέ τις ἀναφυήσας μελικράτου ἢ γλυκὺ &c. quod est: Si quis aūt mulsam aquā aut passum intus coquens & c. contēplatus animaduerti iubere Dioscoridem purgari, id est oñi interiore farctu exinaniri colocynthidis fructū: mox luto foris circūlini, plenū q̄ aceto addito nitro prunis admoueri: & cum inferbuisset acetū illud, tunc eo dētes in dolore collui. Rūdent q̄ huic usui apte circūlitum luto colocynthidis fructum igni admouere. Est em illi natura ad ignē durari, duratū q̄ ueluti fictile aliquod humores non remittere: q̄d alioqui sine eo factū in coctura hac fuisset, in qua simplex ille fructus ignis ui aliqua parte disruptus, actis rimis humorē illū continere non potuisset. Et ne longiores simus, est illud in coctura hac cogitandum, si in aceto colocynthidis fructus coquendus est, quē usum, quē necessitatē habebit circūlitum luto coqui oportere? Id quidē colligere rōnari q̄ nos non ualemus. Præterea quæ sequentis mēbri series & structura erit, in quo nulla intercedente alia re hic ait: ἐὰν δέ τις ἀναφυήσας μελικράτου ἢ γλυκύ. quod est ut uerbum de uerbo uertamus: Si quis aūt incoquēs mulsam aquā aut passum &c. Iubet Dioscorides coqui mulsam aquā aut passum &c. non in mulsa aqua passo'ue coqui & c. Et si coquenda ea sint, in aliquo coquenda sunt: Dico aūt nunc coqui, ad ignē feruere. At ex uerborū structura non pñt, præterq̄ in eodem illo fructu, luto circumlito coqui: Id q̄ manifeste significat quæ coniuncta est participio ἀφυήσας præpositio ἐν, nihil indicans aliud, quàm siquis in eodem illo fructu, ut præmōstratum est, purgato & luto circūlito, mulsam aquā aut passum inferuefecerit &c. Fecerunt rōnes causæq̄ huiuscemodi, ut aliter locū hunc ab alijs uerteremus. Secuti illi sunt sūorum codicū fidē: nos rei necessitatē & usum, & præter id Græci codicis quē habemus uetustissimū, & Latinorū autoritatem, qui omnes sic legisse quondam & uertisse hęc uidentur. Diximus hoc capite etiā trahere in purgatione colocynthidem strigmenta: ea intelligentes quæ Græci sua uoce ξύσματα à deradendo appellant: Ea in diuersa re diuersam habent significationem, quēadmodum primo uolumine de oleo agentes diximus: In purgationibus autem & morbosis alui excremētis, quales dysenteriæ tinesmiq̄ & alia id genus sunt, priuatim significant quæ carnosa aut adipis fructula, mali aut purgationis eius ui pelluntur, & quasi stringendo derasa detrita q̄ trahuntur. Quod enim ex rasura rei alicuius ramētum exteritur, id Græcis ξύσμα, Latinis uero præsertimq̄ Celso, strigmētum est. Cumq̄ hic ait trahere colocynthidem pituitam bilēq̄, strigmenta, & aliquando cruenta, nihil aliud significauit, quàm ui sua pellere excrementa illa, & præterea uiolentiore purgatione sanguinem carnisq̄ & adipis minuta ramenta. Strigmēta. ξύσματα

περὶ Ἐπιθύμου. Κεφ. ϕνθ'.

Ἐπίθυμον. Λοὶ ἢ κεδροίς. ξωμαῖοι ἐμβόλουκον. ⌋ θύμου δὲ μάνθος, τὸ σκληρότερον ἢ θύμβρα ἐοικός. ἔχει ἢ κεφάλια λεπτὰ κἄφα, οὐρὰς ἔχοντα ὡς ἴχας. πινόμενον ἢ σὺν μέλιτι, κάτω καζομὲ ἐπὶ μελαγχολικῆς ἢ ἐμπνευματουμένων, ἐξυβάφου πλῆθος πρὸς ὀλκὰς δ'. σὺν μέ-

De Epithymo herba. Cap. CLXXII.

Epithymon. Sunt q̄ cędes. Romani inuolucrū appellāt. ⌋ Durioris & satureiæ similis thymi flos epithymō est. Capitula habet tenuia, inania, caudas capillorum mō hñtia. Potum id cum melle, pituitā, bilēq̄ nigram per inferna purgat: priuatim melancholicis & inflationibus accommodatum acetabuli mensura usque ad drachmas quatuor cum mel-

λιῦ ἡσὶ ἅλσι ϖολίγῳ ὄξει. γίνεται ἡ πλῆσμονὴ καπαδοκίᾳ ἡσὶ παμφυλίᾳ.

le sale & exiguo aceto. Nascitur plurimũ in Cappadocia & Pamphylia.

INTERPRES.

QVod in Italia nascens nostræ ætatis herbarij epithymon ostendunt, id nobis uidetur ꝗd Plinius xxvi uolumine capite viii. de epithymo agens aliter ab illo & his uerbis describit: Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci, renui similitudine pallioli rubẽs &c. Tenuissimis quasi capillamentis in glomerem conuolutis, & his rubentibus epithymon hoc uidetur: Floribus minimis, candidisq; thymo similibus, nullis ut ille ait radicibus, eaq; forma ut lanæ stuppæ ue glomerẽ uidere te credas. Quam ob causam nõ male crediderit aliquis potuisse hoc genus à posterioribus inuolucrum dici: quod enim ab hoc describitur, & copiosum in Cappadocia & Pãphylia nasci traditur, diuersum ut ex historia eius paret & aliud à nostrate hoc est: simile tamen aut coniunctum thymo aliquid habere nomen indicat, aut alterum forte thymi genus esse à Theophrasto & Plinio descriptum, nigro colore, quod tertio uolumine inter appellationes thymi numeratum ab hoc scriptore est. Theophrastus quidem palam id docet quinto de plãtarum historia dicens: ἡσὶ θύμον ὁ μὲν λευκὸν, ὁ δὲ μέλαν. quod est: Et thymon candidum alterum, alterum nigrũ. Et Plinius xxi. capite x. totidem & thymi species candidum ac nigricans. Neq; hic aliud indicat dicẽs: Epithymum thymi esse florem, durioris & thymbræ similis, quasi alterum sit thymi genus mollius nec thymbræ simile. Quocunq; autem modo se habet, si non alterum thymi genus sit, coniunctum thymo aliquid esse oportet: id enim ea uox significat, quod in thymo est scilicet. Et Paulus Aegineta lib. vi. de eo agens, ait in tertio ordine siccare calefacere q; epithymum, & thymo efficacius esse. Quo ductu & conceptu uocum quod diximus ratiocinari facile est: Nihil aũt in eam partẽ magis nos trahit, ꝗ nominis ratio, qua ut diximus quod in thymo sit nascatur' ue, intelligi oportet. Vtitur eo idem Paulus, ut hic ait, in melãcholicos q; purgatione: nec minus etiam in ducenda simpliciter aluo: In quem usum bibi in uino iubet.

περὶ Αλύπου. κεφ. ϕξ'.

Αλυπ. φυτιώδης ἐστὶ πόα. ὑπέ ξυθρος. πλατύκλαδος. λεπτόφυλλος. ἄνθους μαλακοῦ ἡ κόμη μέση. ὡς ῥίζα πεύτλου λεπτή. μέση ὀπῦ δ' ἡμέρος. σπέρμα ὡς ἐπιθύμου. γίνεται ἡ ἐν τόποις ἁθαλασσίοις. μάλιστα τοῖς φιλυδνις τόποις πλήν. ἡ ἄλλοις ἡ χωρίοις πλείσι. καθαίρει ἡ δὲ σπέρμα μέλαναν χολὴν κάτω λαμβανόμενον ἴσον πλῆθος μετὰ ἁλῶν τῷ ἐπιθύμῳ ἡ ὄξει. τὰ δὲ ἔντερα ἐλαφρῶς ἕλκοι.

De Alypo herba. Cap. CLXXIII.

ALypon. Romani pariter Græcis alypon dicũt. Surculosa herba & rubẽs alypon est, gracilibus surculis & minutis foliis, molli & leui flore plena. Radicem habet gracilẽ, betæ similẽ, acri liq re plenã: semen epithymo simile. Nascitur maritimis locis pstertimq; Libyæ, ubi plurimũ etiã prouenit, quanq; & alibi etiam prouenire. Purgat nigrã bilẽ semen per inferna sumptũ, eodem epithymo põdere, additis aceto & sale: leuiter tamen intestina exulcerat.

INTERPRES.

SEmel tm̃ & id etiam breuissime alypi xxvii. uolumine cap. iiii. meminit Plinius. Nihil etiã Paulus Aegineta dictis decretisq; scriptoris huius addidit. Vtinamq; omnes non multo breuius & incertius q̃ hic de eo tradidissent. Verba enim Plinij sunt: Alypon cauliculus est, molli capite, non dissimilis betæ, acre gustu ac lentum, mordensq; uehementer & accendens. Aluum soluit in aqua mulsa addito sale modico. Minima portio duarum drachmarum: media, quatuor: maxima, sex: ea purgatione quibus datur e gallinaceo. Horũ nihil aut unũ alterum' ue in Dioscoride legit: cetera aut ab alijs accepta, aut aliter cognita Plinio fuerunt: Paulus Aegineta ijsdẽ uerbis Dioscoridi subscripsit: Alypi dicens semen per inferna nigram purgare bilẽ pari epithymo mensura sumptũ, additis aceto & sale: ueruntñ leniter intestina exulcerare. Quæ tota est in scriptore hoc alypi medicina. Qui deprehendisse nostra ætate alypon se credũt, surculosam ut hic ait herbam, sed non ultra duos tres' ue surculos in ea oñdunt: in quibus per interualla bina sunt folia rubentia, & insummo lutei floris umbella: quæ posset alypon credi, nisi radix quæ in scriptore hoc gracilis & quantitate betæ traditur, in ea longe crassior inueniretur. Potuit illi à ui sua nomen fieri: & qm̃ nigram bilem purget, qua purgata animi tristitia in melãcholicis pellitur, eaq; pulsa adest statim lætitia humani animi naturalis habitus, sic dici. Est enim Græcis alypon, quod tristitia dolore q; caret aut liberat.

περὶ Εμπέτρου. κεφ. ϕξά.

Εμπετρον. οἱ δὲ, φακοειδές. γίνεται παραλίοις ἡ ὀρεινοῖς φύεται. ἁλυκὸν τῇ γεύσει. τὸ δὲ προσαγόρευον, πικρότερον. διδόμενον δὲ ἐν ὕδατι μιῷ ἡδυσμένῃ λιτὶ, καθαίρει φλέγμα, ἡ χολὴν, ἡ ὑδατώδη.

De Empetro herba. Cap. CLXXIIII.

EMpetron. Sunt q à similitudine lẽtis quã refert, phacoides: Romani piter Græcis empetron uocãt. Nascit maritimis montanis locis gustu salsa herba: ꝗ magis ad aridam à mari cõcessit, eò amarior. Dat in esculento iure aut dulci aqua, bilem, pituitam, & aquas purgans.

INTERPRES.

NAsci in petris empetron satis indicat nomen: epipetron eadem significatione ex antiquioribus aliqui etiam uocauerunt: Nec solum quia lentis figuram & speciem refert phacoides, sed marrubio similẽ prasoides etiã. Plinius saxifragã à Latinis uocari ait: miscet q; cum ea quę priuatim & seorsum à Dioscori-

Dioscoride saxifragà hoc ipso uolumine descripta est. Ex quo iterum suspicari cogimur, quod in saxifraga dictum hoc ipso uolumine à nobis est, non esse illud in hoc scriptore eo nomine recipiendum: aut si sit, qd uerisimile tamen non est, uariantibus historia & medicina, bis de eadem actum fuisse: non multo ante sub titulo saxifragæ, quæ Latina: & iterum nunc sub empetri, quæ tota Græca uox est. Paulus quidem Aegineta qui totum in sexto suæ medicinæ Dioscoridē multa breuitate excripsisse uidetur, empetri manifestè meminit, saxifragæ autem nusquam: quod non relinquendum ab eo fuerat, si tunc in Dioscoride saxifraga legeretur: aut ipse pro diuersa eam recepisset. Crederemus nos etiam eandem saxifragam & empetron esse, nisi diuersa penitus utriusq; historia & medicina esset. Ob eam causam peritioribus hoc relinquemus, certius de saxifraga inuenturis quod recipiendum constituendumq; sit.

περὶ Ἀμπέλου ἀγρίας. Κεφ. ψξϛ'.

Ἄμπελος ἀγρία κλήματα ἀνίκητα μακρὰ ὡς ἀμπέλου, ξυλώδη. ἔρχεα. φλοιὸς ῥαγοῦντα. φύλλα δὲ ὅμοια ἡμέρῳ κιττῷ. πλατύτερα δὲ καὶ μακρότερα, ἄνθος ὡς ἔχει ἐρυθρόν. καρπὸν ἔχει ἐρυθρὸν ὅμοιον, ἐρυθρόν. πυθμένες δέ εἰσι τὸ χεῖμα ἐν μεσογείοις ἀπρόσοδα ὄντα ὑπὸ ὄμβρων πινόμενα, θαλασσωμένων καὶ θερμῶν. ὑδατώδεις καθαίρει. δίδοται δὲ ὑδροπικοῖς. οἱ δὲ βότρυες ἐφίλησε πρὸς καθαίρεσιν τῆς ἀκρεμόνες ἀφεψήσεις ἐς ἕξωσιν.

De syluestri Vite. Cap. CLXXV.

AMpelō agrian. L. Romani syluestrē uitē dicūt. ⌋ Lōgas ex se mittit uiticulas, uinū ferentis uitis modo: lignosas, asperas, rimosi corticis. Folia hortēsi solano similia habet, latiora tamen longioraq; Florē ceu musco sum capillū: fructū exiguis uuis similē: cum matu rescit, rubentē. Rotunda & in orbem circūacta aci nis eius figura est. Radix in aqua decocta, & in uini marini aqua conditi cyathis duobus pota, corporis aquas purgat. Dat cōtra cutē subeūtes aq̄s. Repurgāt acini uuarū eius asperā & ceu ab æstiuo sole discolorē cutē, oēsq; alias maculas. Cōdiūt sale etiā, seruāt'q; in cibos nup ,pdeūtes eius ramuli.

INTERPRES.

NOn est syluestris hæc uitis quā Romani labruscā dixerūt: illa enim sola consitionis priuatione à reliquo uitiū genere differt: hæc uiticularū & racemosi fructus quē fert similitudine, inter uites numeratur. Eamq; ob causam duobus locis ab hoc scriptore, hoc scilicet, & à quinti uoluminis principio statim de syluestri uite agitur: hæc inter herbas, illa inter uites: hæc folio hortensi solani describitur, illa uiti gineo folio intelligenda est: Et nihilominus quod raro in ea gente fit, utriusq; idem nomē audit: & utraq; am pelos agria uocatur. Fuitq; hæc Plinio causa nominū magis aliquādo q̄ rerū rationē sequēti, ut bis diuersis locis de eadē syluestri hac uite importune ageret: Primū xxiii. uolumine cap. ii. inter uites: mox iterū xxvii. cap. vii. inter herbas. Poterūt uolētes certius in eo qd dicimus cognoscere: legētesq; palàm deprehendere, paulo minus q̄ totā duobus locis eiusdē plātæ historiā & medicinā esse. Quę em̄ folia xxiii. uolumine can dicantia ab eo dicūtur, xxvii. deinde cineracei coloris uocātur: nullo discrimine inter candicans, & quod cī neracei coloris sit. Quodq; priore illo loco in medicina decernitur: Radix decocta in aqua, & in uini Coi cya this duobus humorē alui ciet: ideo hydropicis datur: in posteriore pariter docet: Radix eius decocta in aquæ cyathis cernis, additis uini Coi cyathis duobus, aluū soluit leniter: ideo hydropicis datur. Quæ ex multis mon strasse satis sit, ne dubitent qui in Plintana lectione occupantur, quales in eo syluestres duæ uites sint: Vna enim tantū est, & inutiliter iterū ab eo repetita, neq; apte inter uites tractata quoniam herba sit, & in herbarum censu seruāda fuerit. Nominis ut diximus ratio magis q̄ rei misceri in eo hęc fecit. Theophrastus ix. de plantaq; historia breuiter & his uerbis de radice agrestis uitis egit: θερμαντικὸν δὲ καὶ λεπτομερὲς, καὶ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίας δὲ μᾶλλον: quod est: Calefacit acrisq; est & syluestris uitis radix: eamq; ob causam depilando est, & cutis aspredines exterit: fructu depilantur coria. Cędit quocunq; tēpore, sed Autumno præcipue. Dictum à nobis hoc etiā est, quoniā & à Theophrasto inter herbas peucedanū, daucū, dracunculum q; non inter arbores syluestris hæc uitis numeratur: multoq; magis ob diuersitatem remedij ex ea cōtra cutis asperitates, quod hic in fructu & acinis, Theophrastus in radice constituit. Videndum tamen an syluestris hæc Theophrasti uitis ea sit, de qua nūc agimus: an quæ statim ab hac tractanda erit, ex quo depilare fructum eius dicit: qd à Dioscoride albę uiti quæ mox dicetur, tribuitur. Sit ergo inter herbas syluestris uitis, inter arbores autem alijs traditur, satiui solani folio à principio, paulatim deinde in uitiginei figurā trāseunte: uiticulis longis, & quales in uite sunt lignosis, asperis, rimosi corticis, acinis paruis, rotundis, in maturitate rubescentibus: quibus obseruatis notis non erit difficile inter fruteta eam & in sepibus inuenire, etsi nō adeo frequens nascat: Nos qualē hic descripsit aliquādo uidimus. Dicendū hoc loco etiā ueruntamen breuiter, quoniā iterū de cōditis marina aqua uinis sequenti uolumine agendū ex professo erit: nō præcipere in hoc capite diuersa Dioscoridē & Plinio: licet alter in Coi uini cyathis duobus, alter cōditi marina aqua eadē mensura bibendū hydropicis syluestris huius uitis radicē dicat: Videat'q; Plinius à gente bonitatē uini in hoc usu signasse, Dioscorides aūt à conditura: Idem enim hoc ambobus est: nec refert Coum'ne an marina aqua conditū uinum ali quis dicat: in Italia em̄ Coi uini appellatione nullū aliud intelligebat, q̄ marina aqua conditū: quoniā scilicet in Co primū cōdituræ eius ratio inuēta fuerit, à serui furto origine orta, sic mensurā quā ille q̄tidie deplebat explentis. Indicantq; id antiqui Romanorū scriptores oēs, præsertimq; Cato libri sui de re rustica capite

centesimoquadragesimoprimo qui condituram hanc familiam & gentem suam docens ait: Vinum etiam Coum si facere uoles, aquam ex alto marinam sumes mari tranquillo, cum uentus non erit, & c. toto eo capite marina aqua condiendi uini certam rationem instituens. Erit in scriptore hoc longius itez de his agendum. Satis ideo nunc sit monuisse idem, marina aqua condito scriptoris huius Plinij Coum uinum esse, & utrunq; scriptorem gentis suæ uocabulo usum fuisse: Græci enim totum hoc condituræ genus πιθαλασσωμένον uocabant, quod est: marina aqua factum, infectum, conditum & concinnatum.

Περὶ Ἀμπέλου λευκῆς. κεφ. ϟξγ'.

Ἄμπελος λευκή. ἡ δὲ βρυωνίαν. οἱ δὲ ὀφιοσάφυλον. ἣν δὲ χελιδόνιον, ἣν μήλωθρον, ἣν ψίλωθρ, ἣν ἀρχέζωσιν, ἣν ἄργωσιν, ἣν κέδρωσιν καλοῦσι. ταύτης τὰ κλήματα, καὶ τὰ φύλλα, καὶ οἱ ἕλικες, ὅμοια τῇ ἡμέρῳ ἀμπέλῳ δασύτρα δὲ πάντα. καὶ ἐμπλέκεται τοῖς παρακειμένοις θάμνοις ἐλλαμβανομένη τοῖς ἕλιξι. κάρπον δὲ ἔχει βοτρυώδη, πυρρόν. ᾧ φιλεῖται τὰ σήσαμα. ταύτης οἱ ἀσταφυλαγοι καὶ τὸν πρῶτον ἐκβλάστησιν ἐφθοὶ ἐσθίουσιν, οὐρητικὸν καὶ κοιλίαν κινοῦντες. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα, καὶ ὁ κάρπος, καὶ ἡ ῥίζα σὺν μέλιτι. ὄθεν ἐπὶ τὰ χειρωνιῶντα, καὶ καρκινικὰ, καὶ φαγεδαινικὰ, καὶ σαπρὸν καὶ ἕλκος μετὰ ἁλὸς καταπλασσόμενα πρῶτον. ἡ δὲ ῥίζα χρῶνται ξύσματι καὶ πεπανοῖ, καὶ ἔφηλιν ἀπὸ καθαρᾶς ἰόνθου. φακὸς, οὐλὰς μελαίνας σὺν ὀξυβάφῳ καὶ γῆ Χίᾳ καὶ τίλῳ. καθεφθεῖσα δὲ μετ' ἐλαίου μέχρι τακρωθῇ, πρὸς τὰ αὐτὰ ἁρμόζει. αἴρει δὲ καὶ ὑπώπια, καὶ πρηγία τὰ ἐν δακτύλοις συσέλλει. σὺν δὲ οἴνῳ καταπλασσομένη, διαφορεῖ φλεγμονάς, καὶ ἀπορήματα ῥήσσει. ἀνάγει δὲ καὶ ὀσᾶλεία καταπλασσομένη. σκιρραῖς τε μίγνυται πρὸς τὸ ἰᾶσθαι. πίνεται δὲ καὶ πρὸς ἰλλιακὰς διακαίας. καθ' ἡμέραν πρὸς ἑαυτόν. ὠφελεῖ δὲ καὶ πλήκτρους καὶ σκοτωματικοὺς ὁμοίως λαμβανόμενον. διυοῦται δὲ ὀλκὴ πρόσω, ἐχινοδήκτοις βοηθεῖ, καὶ ἔμβυα φθείρει. ὑπαγάγηται δ' ἑαυτὸ τὴν διάνοιαν. δι' αὐτῆς καὶ οὖρα πινομένη. καὶ ἐκλύει δὲ καὶ προσεδεῖται ὑστέρα, ἔμβυα, καὶ δεύτερα ἐπισπᾶται, κινεῖ μετὰ μέλιτος τοῖς πνιγομένοις, καὶ διανοσοῦσι, καὶ βήσσουσι. πλευρᾶν τε ἀλγοῦσι. καὶ ῥήγμασι. καὶ σπάσμασι διὰ ὁδοῦ. καὶ σπλῆνα τήκει βιοδόλου ὀλκὴ πρόσω σὺν ὄξει ἐπὶ ἡμέρας λ'. καὶ καταπλάσεται μετὰ σύκου πρὸς τὰ αὐτὰ χρήσιμος. ἀφέλκεται δὲ καὶ εἰς ἐγκάθισμα, καθάπερ κόμυσος ἐρασα ὁμοίως ἐκβάλλουσα. χυλίζεται δὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς ἔλαιον. πίνεται δὲ σὺν μελικράτῳ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτὰ, ἄγαν φλέγμα. ὁ δὲ κάρπος πρὸς πρὸς ὑδρωπας καὶ λέπρας συγχρίμενος καὶ καταπλασσόμενος. καταπάσσεται δὲ καὶ γάλα ὁ κάρπος αὐτοῦ χυλισθείς. καὶ μετὰ πυροῦ ἐφυμνίωμα ἐποιήθη.

De Vite alba, quam Græci ampeloleucem uocant Cap. CLXXVI.

Ampeloleuce. Sũt qui bryoniã, qui ophystaphylẽ, qui chelidoniũ, qui melothrõ, qui psilothrõ, qui archezostin aut agrostin uocent. Romani uitẽ albã dicunt. Viticulas, folia clauiculas q; satiuæ uitis similia habet, pilosiora tamen omnia, propinquis fruticibus alba uitis se implicat, clauiculis apprehẽdens. Fructum fert racemosum, rubentẽ, quo coria depilãt. Comedunt in prima germinatiõe elixi eius aspargi, aluum & urinã cientes. Habent folia fructus & radix acrimoniã: ea propter Chironijs & in gangrænam phagedænam q; transeuntibus, & putrescentibus tibiarum ulceribus cum sale utiliter emplastri modo imponuntur. Repurgat cutem radix & erugat. Asperam itidem & ceu exustam à sole cutem, uaros, lentigines, & cicatrices nigras cum eruo Chiaq; creta & fœnogræco emendat. Eadem in oleo usquedum coctura flaccescat decocta, ad eadem accommodata est. Deletur fugillata & digitorum pterygia compescit. Quinetiam ex uino emplastri modo impositæ inflãmationes discutit, & abscessus erumpit. Trita eadem & emplastri modo impositæ, fracta extrahit ossa. Miscetur apte etiã emplastris quæ exedẽdo sunt. Datur & comitialibus bibenda, drachmæ pondere quotidie ad annũ. Datur & attonitis uertiginosis q; eadem utilitate. Bibitur & contra uiperę morsus põdere duarũ drachmarum. Fœtus in utero enecatos quadãtenus tamẽ mentẽ aliquãdo cõmouet. Fœminarũ locis appositæ fœtus & secũdas trahit. Potæ urinã ducit. Fit ex ea etiam addito melle electuarium, spũs præfocatiõibus, suspiriosis & tussiẽtibus utile. Datur præterea in dolore lateris, ruptis, cõuulsis q;. Lienẽ triũ obolorũ põdere triginta diebus cũ aceto pota minuit. Cũ caricis etiã ad eadẽ utiliter emplastri modo imponitur. Decoquitur eadem, decocto'que illo insidentium fœminarum loci purgantur, & eiectione exinaniuntur. Expritur per uer ex radice eius succus: bibiturq; ad eadem cum mulsa aqua pituitã trahens. Semine ad scabiem & lepram utiliter inunguntur. Idem emplastri modo imponitur. Facit lactis abundantiã succus eius cum tritici decocto potus.

INTERPRES.

Quod poterat à legẽtibus in scriptoris huius bryonia desiderari, quos scilicet natales habet & quibus locis inueniẽda sit, Columella Romanus scriptor in carmine suo expleuit dicens: Quæq; tuas au- dax imi-

dax imitatur Nysie uites: Nec metuit sentes, nam uepribus improba surgens Achradas indomitas q̃ bryonias alligat ulmos: Bacchi uitibus similẽ & in sepibus spinas & aculeatos frutices alligantẽ describẽs: quæ tota ferẽ est candidæ in hoc scriptore bryoniæ historia. Monuit illud obiter etiã Romanus ille autor, cõsuesse uetereſ ob quotidianũ & multiplicẽ eius ad uitæ remedia usum, syluestrẽ alioqui stirpẽ in hortis cõserere, ne cogerent incultis locis & inter sepes quærere, quod nõ in morbis tantũ utile esset, sed in sanitatis usu simplex & sale seruatũ etiã placeret: q̃d hic primũ indicat dicẽs, comedi è terra primum prodeũtes bryonię asparagos: mox etiã in primo Paulus Aegineta de omnibus asparagis agens, et inter Latinos Columella libro XIII capite VII. multaq̃ herbaq̃ cũ floribus & coliculis suis conditurã docẽs, quæ omnia à posterioribus neglecta dubiũ nobis modo utriusq̃ bryoniæ nomen & historiam faciũt: Cum tamen nihil ubiq̃ notius & medicina etiã nostri tẽporis barbaris uocibus in his utẽs cognita re bryoniam non satis cognoscit. Laudauit magnopere bryoniæ asparagos quo diximus loco Paulus Aegineta his uerbis: κρὸς δὲ ἀπὸ τῆς βρυωνίας ἀσπαράγους ὁ πτωρ de his qui nunc priuatim asparagi dicũtur: mox ea subiecit: Et bryonię asparagi stomacho quidẽ accõmodati sunt & urinã cient, parũ tamen nutriũt: etsi cũ cõcoquuntur, oleoq̃ asparagis in nutriẽdo efficaciores sint. Quod totum ad sanitatis usum pertinet: nam in medicina præter has aliæ ab eodẽ in sexto uites utriq̃ bryoniæ assignãtur, omnes tamẽ ex hoc scriptore acceptæ, in quibus minus efficacẽ candida nigrã, de qua mox dicetur, tradit: nec aliud in remedioq̃ usu discrimen inter eas tradidit. Quibus aũt notis & partibus inter se differãt, facile erit ex scriptoris huius historia cognoscere, præsertimq̃ ex folioq̃ figura & fructus colore. Sunt enim in alba satiuæ uiti similia folia, pilosiora tamen in nigra, hederæ priuatimq̃ similaci: fructus in utraq̃ quidẽ acinosus, sed in cãdida πυῤῥὸς ruffus scilicet: in nigra ante maturitatẽ uiridis, cum maturuit nĩ Non erit ut dicimus difficile in sepibus & inter fruteta quærentibus utranq̃ bryoniã deprehẽdere, ubiq̃ emĩ nascũtur: & cũ deprehẽderit aliquis, si uoluerit antiquoq̃ exemplo eaq̃ asparagis in sanitate uti, poterit: sin minus, medicinæ seruare. Numerauit Plinius XXIII uolumine cap. II. bryoniæ albæ easdẽ huic scriptori appellationes, ophiostaphylem, melothrũ, psilothrũ, archezostim, cedrostim, & nadon: uerũ ultima hęc dio scoridi nulla est, nisi quæ in eo chelidonion legit, nadon legi debuerit: aut è diuerso legi in Plinio oporteat. Omnium huiusce modi nulla satis certa origo est, præterq̃ psilothri, quæ à depilandis corijs, quem usum habent acini eius, facta est. Ex quo potuit etiã & melothron fieri. Siquidẽ Græci μήλοθρα dixerũt βάμματα & καλλωπίσματα, id est, colorq̃ infectiones & cõcinnationes: quod corijs fortè ex bryoniæ albæ fructu accederet. Sed in hoc scriptore per ω, melothron: in illis per ο scribit. Potuit etiã ophiostaphyle dici, quasi anguina uua: id emĩ ea uox Græcis indicat. In sepibus enim uitigineo folio & acinoso fructu nascit, in quibus & angues plerunque latẽt: quasi crediderint aliqui, ut ex satiuis uitibus uuæ homini debẽtur: sic anguibus natura illas eo loco seruauerit. Diximus secũdo uolumine de asparagis agentes, q̃ latè pateret asparagi nomen, & quæ uocis eius tota significatio esset: cogimur iteq̃ de eadẽ re agere, autoritateq̃ ueteq̃ Græcoq̃ monere, quoniam Barbarus asparagoq̃ similitudine caules uitis albæ huius interpretatus sit, non cõparare Dioscoridẽ asparagis bryoniã hanc, neq̃ posse caules in ea dici quæ κλήματα, id est, uiticulas habet: sed ex antiqua aspragoq̃ in Græcis æstimatione, asparagos simpliciter dicendos illi fuisse. Neq̃ emĩ antiquis Græcis asparagus priuatim solã spinosam significabat plantã, quæ nũc asparagus dicit, sed omnẽ eaq̃ plantaq̃ primã germinationẽ, quæ nullis discretis foliis, sed solido & tereti adhuc germine è terra prodeunt. Quod quoniã præcipuum asparagi spina habet, ideo nomẽ id priuatim in ea seruatũ est. Sũtq̃ in Græcis eius significatiõis innumeri testes, præcipuusq̃ omniũ Paulus Aegineta lib. I. caput de asparagis inscribens: lactucę, atriplicis, maluæ, betæq̃ asparagos appellans: & inter eos bryoniæ huius chamædaphnesq̃ & aliaq̃ multaq̃ huiusce modi plantaq̃. Ex qua significatione satis illi fuisset asparagos bryoniæ simpliciter dicere, nõ asparagoq̃ similitudine: neq̃ enim spinis quas priuatim omnes nũc asparagos uocãt, bryoniæ prima hic cõparat germina: uerum simpliciter ait primos bryoniæ asparagos. Nimiũ Plinij studiũ Dioscoridẽ sic uertendi causa illi fuit: & quoniã in eo legerat: Ex ea caules asparagi modo exeũt: nõ dubitauit scriptoris eius autoritate uertendũ hoc sibi esse. Quod sanè in eo nõ solũ, ut credimus, excusabũt multi, uerũ extollẽt & laudabũt. Nos tamen in Græcis scriptoribus Græcoq̃ leges & decreta sequimur: reiq̃ & nominũ interpretes æquiuocas aut parum certas significationes libẽter uitamus: ideoq̃ asparagos simpliciter uertimus. Sũt alia etiã quę toto hoc capite ex Plinio magis excripta q̃ ex Dioscoride trãslata uideri possint: ea collatis inuicẽ utriusq̃ historia & medicina, cognosci à uolentibus facillime poterũt. Non tacebimus tamen quod contrariũ huic & Plinio penitus sit: hic uitis bryoniæ albæ radicẽ ait mentẽ hominis aliquãdo turbare: ille aũt dari mẽte cõmotis iubet omnes: dari utiliter attonitis: non satis certa nũc Latinæ uocis eius æstimatione, nisi in antiquis Græcis scirit aliquis, nõ differre ἀπόπληκτος & ἀποπληκτικούς: Hippocratemq̃ & Galenũ hominem simul & hominis crustem: Attonitos quoq̃ raro uidemus, quoq̃ & corpus & mens stupet. Fit interdũ ictu fulminis, interdũ morbo. Apoplexian hũc Græci appellãt. Diffiniuit id malũ Galenus in diffinitionibus suis, ait q̃ mẽtis oppressio nem esse apoplexiam, cum priuatione sensuum & corporis resolutione. Differreq̃ à paraplegia, quę diminuta apoplexia est, ut à toto pars differt. Apoplectici siquidẽ paraplectici sunt. Paraplectici autem non omni no apoplectici: Differunt, quòd sani mente paraplectici resolutam corporis aliquam habent partẽ: Apoplecticiautẽ & hanc & mentem, & uniuersa. Idem in Isagoge sua inquit fieri apoplexiam opplẽtibus crassis humoribus capitis partes, per quas in totũ corpus sensus & motus distribuitur: ideoq̃ sine sensu, sine uoce & sine motu fieri apoplectos: Sic enim & ipse appellat eosdem huic scriptori, & quos autore Celso attonitos uocasse licuit. Diximus de ijs etiam in cardamomo, cum de resolutis ageremus.

Pſilothron. melothron.

Attoniti. ἀπόπληκτοι. ἀποπληκτικοί. ἀπόπληξία. παραπληγία.

De nigra

περὶ Ἀμπέλου μελαίνης. κεφ. ϟξδ'.

Ἄμπελος μέλαινα. οἱ δὲ Χρυσωνία μέλαινα. οἱ δὲ Χειρώνιον ἄμπελον. οἱ δὲ, Βρυωνία. οἱ δὲ, Βρυωνία ἀγρία. οἱ δὲ, Βατανόστα. οἱ δὲ Βελισάλκα. δάκοι περιδρόμα. οἱ δὲ πεγχίνα. ἄφροι λαουθέμ. φύλλα ἔχει κισσῷ ὅμοια. μᾶλλον δὲ πρὸς τὰ φιλύρινα, ἢ οἱ καυλοί. μείζονα δὲ ταῦτα. ἐλαμβάνεται δὲ καὶ αὐτῶν τῶν φύλλων τῶν ἀρτιφύτων ταῖς ἕλιξι. κατάπλασσε βοηθοῦσι. χλωρὸς κατ' ἀρχὰς. πεπανθεὶς δὲ μέλας γίνεται. ῥίζα μέλαινα ἔξωθεν, ἔνδοθεν δὲ πυξοειδής· καὶ ταύτης οἱ καυλοὶ καὶ τὰ πρῶτον ἐκβλάσκοντα λαχανεύονται. εἰσὶ δὲ καὶ οὐρητικοὶ καὶ καταμηνιώδη ἀπορροί. πικτικοὶ ἀπολιθοῦ. ὠμὴ πεπανθεῖσα ἡ ῥίζα ἀνάγει τὴν λευκὴν πρὸς τὰ αὐτὰ ἀρμόζουσαν. ἥπερ μᾶλλον ἐνδρεῖ. πρὸς δὲ τοὺς ὑπερσαρκοῦντας λόφους ἐπιπλάσσεται ἑλκωθῶσι τὰ φύλλα σὺν οἴνῳ καταπλασσόμενα. καὶ πρὸς στέμματα ὁμοίως ἐπιτίθενται.

De nigra Vite. Cap. CLXXVII.

AMpelon nigram. Sunt qui bryoniam nigram, qui Chironiã uitem, qui bucranion, qui batęõta, qui betisalca, qui perenion, qui bateõta, qui betisalca, qui peregrinam appellent. Daci priadela. Aphri laonothen. Romani uuã taminiã dicũt. Folia hederæ fimilia habet, ad fmilacis tamen hederæ foliã magis accedẽtia, cui & caules habet etiam fimiles, maiora tamen eius folia q̃ illius funt. Clauiculis & hæc nititur, apprehẽditq; propinquas arbores. Fructus illi racemofus eft, à principio uiridis, mox rubens, deinde niger. Radix foris nigra, bucũ maturuit deinde niger. Radix foris nigra, buxei coloris intꝰ. Huius etiã caules in prima germinatione oleræ modo in uſu funt, mẽſes & urinam trahentes. Minuunt ꝛdẽ lienes. Comitialibus, uetuſtis & reſolutis accommodati funt. Habet nigræ huius bryoniæ radix albæ fimiles uires, & ꝛdem accommodatas, minus tamen efficaces. Faciunt ad iumentorum ceruices cum exulceratæ fuerint nigræ bryoniæ folia: in quem uſum ex uino emplaſtri modo imponuntur. Quinetiam luxatis eodem modo imponuntur.

INTERPRES.

RArior inuentu, ideoq; cognitu difficilior nigra q̃ alba bryonia eſt: inuẽta tamen totã ueterũ ſcriptorũ hiſtoriam confirmat. Sunt illi per interualla cũ foliis diſpoſiti racemi, & qui non ultra octo decẽ uacinos oſtendunt, multo minore q̃ in punicis magnitudine, & colore ante & poſt maturitatem quo ab hoc deſcribũtur. Quos tamen hic caules uocat, nos potius uiticulas dixerimus: earum enim ſpeciem magis q̃ cauliũ habent. Matureſcunt acini eius extrema æſtate: & ubi minus calet, umbroſis q; locis, Autumno. Naſcitur & hæc ut in alba diximus, in ſepibus & inter fruteta, propinquas ſtirpes aſcendens & alligans. Minor hæc q̃ alba eſt: nec tam late ut illa uiticulas ſuas ſpargit. Pares utriuſq; uires antiqui omnes eſſe tradiderunt, ideoq; ſine diſcrimine uti alterutra iuſſerũt: licetq; id in Paulo Aegineta cognoſcere, qui contra nigras cicatrices utriuſq; ope his uerbis utitur: ὀνλὰς μελαίνας ἀίρει βρυωνίας ῥίζης λευκῆς καὶ μελαίνης ἑφθείσης ἐν ἐλαίῳ ἢ χυλῷ ἐλαίου ἢ ὑδρομέλιτος: quod eſt: Nigras cicatrices delet bryoniæ radicis albæ & nigræ in oleo decoctæ, &c. De eius appellationibus non eſt quod dicamus, præterquam Chironiam uitem uocari potuiſſe, aut Chiron medicinæ & herbarum in Theſſalia peritiſſimus ulceribus iumẽtorum & hominum ex ea primus remedium inuenerit: aut quòd Chironijs ulceribus ea ueteres mederentur. Quod autem in ſcriptore hoc legitur, uuam taminiam dici à Romanis, falſum eſt: alia enim à bryonia taminia uua eſt, quemadmodum Latini antiquiores omnes docuerunt.

περὶ Πτέριδος. κεφ. ϟξέ.

Πτέρις. οἱ δὲ, πτέριον. οἱ δὲ πτίνεον. οἱ δὲ ἀσπύκλωνα. οἱ δὲ ἀνάσφοιον. ἡμιόνιον οἱ δὲ πολύῤῥιζον προφῆται ἑρμοῦ βάϊν. ῥωμαῖοι φιλισφαγία. οἱ δὲ λακτύλλα. οἱ δὲ φιλικέμ. αἰγύπτιοι αἷμα ὄνου. καλοῦσι. φύλλα ὄζῃ ἄκαυλα. μὴ ἀνανθῆ. μὴ ἄκαρπα ᾖ ἐνδόμοχου. περὶ πῆχυν τὸ μέγεθος. ὑπερμιμύα μὴ ἀνηπλωμένα ὡς πτέρις. ὑποδυσώδη. ῥίζαν δὲ ἔχει πόλαιον. μέλαιναν. ὑπρμήκη. ἐκφύσεις ἔχουσαν πολλάς. ὑποσυφούσας τὴν γεῦσιν. φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ πετρώδεσι τόποις. ταύτης ἡ ῥίζα ἕλμιν πλατεῖαν ἐκτινάσσει ϟ δ'. ὁλκὴ μετὰ μελικράτου λαμβανομένη. βέλτιον δὲ εἰ μετὰ σκαμμωνίας ἢ ἑλλεβόρου μέλανος ὁβολῶν τεττάρων

De Filice. Cap. CLXXVIII.

PTerin. Sũt qui pterion, qui prerineon, qui daſyclonõ, qui anaſphoron, qui blachnon, qui polyrrhizon uocent. Magi Mercurij ſurculũ. Romani filicem fœminam, ſiue laculã, ſiue filicem. Aegyptij poſtremo afini ſanguinem appellant. Folia ſunt ſine cauli, ſine flore, ſine ſemine, ex uno pediculo cubitali magnitudine inciſuris diuiſa, & alarum auium modo explicita, in quibꝰ odoris grauitas aliqua eſt. Radicem habet filix in ſumma terra nigram, oblongam, ex qua plures ueluti adnatæ progrediuntur aliæ, quadãtenus in guſtu adſtringẽtes. Naſcitur montanis & ſaxoſis locis. Pellit uentris lumbricos latos filicis radix pondere drachmarum quatuor in mulſa aqua pota: fœlicius tamẽ id præſtat, ſi cum ſcãmonij aut nigri ueratri quaruor

ξωμ δοίητις. δῶ δ' ὃ προσκοδοφαγεῖν τὸν λαμβάνοντας. πρὶν δὲ ἢ πρὸς ἀπρικατάσασιμ ωλη νιῶσι. ἢ μετὰ ἄξουν οἴου δὲ ἢ ἔζα πρθσα νὴ κα ταπλαθεῖσα, πρὶν πρὸς τοὺς ὑπὲρ καλάμου πλη γάντας. ἢ δ' δοκιμὴ τριαύτη. ἔνθα ὅδι πλὺς κά λαμος ἢ πολὺ βλάχνομ, σεφάνωσομ. ἀ φαιρεῖται ὁ βλάχνομ.

tuor obolis detur. Veruntamen oportet sumentes allia præsumpsisse. Lienosis ut in antiquum habitum restituantur, prodest pota etiam radix. Et cum axungia emplastri modo impositа contra ictus noxasq; alias ab harundinibus factas utilis est. Indicatq; id q̄ ubi multa harundo. *

INTERPRES.

INuisam Maro in Greogicis suis: cōtrà in Bucolicis ἁπαλὸν, id est, mollē, & ex eo amabilē Theocritus filicem, clari rei omniū peritia poëtæ duo dixerūt: neuter tamē simpliciter, sed alter aratris & frumētario agro, alter pastoribus & pecori: eadē fortuna, q̄ua tota ferè natura est: quæ benigna semper & utilis, q̄d aliīs importunè abstulit, aut in quo nocuit, aliīs liberaliter dedit & profuit. Sterilitatis aut parū fœcundi ad fruges agri indiciū filix est: & præter id obliquis & longis radicibus terrā amplexa, bubulcos & boues longioris laboris tædio arantes remorat. Contrà in mōtibus incultisq; locis nascēs, grata pecori & pastoribus quæsita: his cubilia & tomenta per hyemē sicca præbēs, illi utroq; tēpore cibos: inutilis homini & infœlix, nisi eiusdē naturæ benignitate malorū remediis & medicinæ ipsa etiam se miscuisset: natāq; in nobis uētris animalia enecaret & pelleret: q̄d nō tantū hic docet, sed multo certius Theophrastus ad extremū nonū de plantarū historia uolumē, cuius de filicis potestate & ui uerba hæc sunt: ἡ δὲ τῆς πτέριδος ῥίζα μόνον ὑφ' ὑγροῦ καὶ ξηροῦ γλυκύρριζα δ' ἔλαιόν θα δὲ πλατεῖαν ἐκβάλλει. ἀσίτιμα δὲ ὄυκ ἔχει, οὐδὲ ὀπήν. τίμιοι δέ εἰσι ὡραίαν μιδόπωρον φασίν. quod est: Radix uero filicis sola sapore dulci simul & acerbo est. Latos lūbricos pellit. Non semē, nō liquorē habet. Ferūt quarū specie in ramulis dispositа eius folia referūt, factæ à gētibus fuerūt. Pennatus enim & pennatis foliis frutex filix est: quæ quoniā numerosa & cōfercta in pilosis ramulis eius sunt, ideo etiā à quibusdā dasyclonos dicta est: δασὺ em hirsutū, pilosum & asperū græcis significat. Quod deinde in eodē scriptore hoc passim & in cūctis Græcis legit, uocari à quibusdā filicē βλάχνον, id est, ut nos uertimus blachnon, parū certā nobis habet rationē. Nec scimus an ex pulegio q̄d βλάχωνα ueteres aliqui nominauerūt, ad filicē malè & importune deflexa appellatio ea fuerit: siquidē nihil pulegio & filici simile cōmune ue est. Nec legisse meminimus, gustatam pecori primū filicē, q̄d pulegio oēs tribuerūt, balatū in toto grege excitare, ideoq; sic uocatā fuisse: Et nihilominus ut paulo ante testati sumus, quotquot uidimus Græcorū codices, blachnon uocari filicem indicāt. Solus Nicāder in Theriacis suis, nisi alia filicis in eo ea uox sit, aut malè in eo id legat, aliter appellationem hanc protulit. Versiculus eius est: ἐν δὲ πολυσχιδὲς βλίθρου πτέρι βάλλεο χάρτῃ: blethrū ille nō blachnon filicem, in multa folia diuisam uocauit: quiq; interpretatus est eū Græcus scriptor, blethrū ait filicē dici, quæ etiam blachnon nominet. Ex quo, si recipiendū sit hominis testimoniū, colligere oportebit, utroq; modo & blachnon & blethrū filicē quondā dictā fuisse: eamq; ob causam nos nihil mutātes, blachnon uocari eam à quibusdam uertimus. Folia hic sine caule filicē merito & ex re uocauit. Sunt enim sibi folia non minuta illa, quæ numerosa & penè infinita totis ramulis dispositа sunt, sed quæ uno pediculo cubitali, ut hic ait, longitudine à terra statim, aut exstipite eius exeūt, in plura & minora alia illa foliola diuisa. Nullos habet caules filix. Siquid enim in ea supra terrā extollitur, pediculi foliorū non caulis rationē habet: quoniā negato illi semine, merito caulē natura etiā negauit. Propter semē enim plerūq; caulis est. Sterilē & sine semine oēs filicem dixerūt. Falsumq; est quod iactant aliqui, una solstitiali nocte florere filicem, eadēq; hora cū defloruit, maturum in terrā semen cadere: ideoq; nisi aliquis tunc adfuerit, nec uideri florē, nec colligi semē posse: quę omnia agyrtarū cōmenta sunt, humanæ ignorantiæ ad quæstū tam impudenter illudentiū. Neq; hoc mendacij genere cōtenti, ne quid fraudi eorū & sceleri deesset, religionē etiā cōmentis suis addiderūt: Natali nocte eius, q̄ (ut sacræ Christianorū literæ testātur) inter natos mulierū maior alius nō surrexit, cūcta illa fieri & obseruari præcipientes. Nec sentiūt quo dierū numero natalis ea nox & solstitialis illa nūc inter se distent. Sterilis ut rem nostrā agamus, priuataq; semine filix est: quodq; à natura sibi ea nō inuenit, homini etiā inuidet. Siquidē quod in scriptore hoc nō legit, ueteres Græcorū medici & herbarij, posse filicē dixerūt uiuētes in utero animantiū fœtus enecare, & enectos pellere: quod ab hac statim dicēdæ thelypteridi à Dioscoride tribuit: cuius & filicis pares paulominus q̄ omnino uires sunt. Supereſt pro filice dicendū q̄d ab aliīs interpretibus in extremo capite parū certè redditū est: Alter enim locū uertit: Probat maxime quæ in harundine tis prouenit, & locis pulegio scatētibus: alter: Probatissima talis est ubi harūdo multa, itemq; pulegiū multum coronet se filix peribit. Nos autē ut in editione nostra legit, nihil quidē, sed q̄d indicare rē & suspicionē nostrā legētibus tantū possit. Nolumus quærere nūc an in harūdinetis frequēs nascat filix, & an probatissima illic proueniat, & an ijsdem locis & ea & pulegiū inueniatur. His enim omnibus experiētia & scriptoris huius alioq; omniū autoritas repugnat, qui mōtanis, petrosis & incultis locis nasci filicē testant. Nec cum pulegio cōmune aliquid illi ostendūt: neq; etiā si coronet se, peribit filix, quod Barbar⁹ sine intellectu aliquo rei protulit: nullum enim hic uocum ductus sensum legentibus affert. Dicet fortè aliquis, non potuisse ex Dioscoride qui ea parte corruptissimus est, aliter ea uerti: Scimus id quidem. Non ideo tamen fingenda alteri erant, quæ in eo non leguntur, ut aliquis fieret sensus: alteri uero scribenda, quæ omni carerent intellectu. Honestiorem & tutiorem nos ingressi uiam, uitium in eo loco signauimus, ne absurda & incerta res legentes falleret. Et nunc quale id quondam fuisse credimus, monemus. Docet in extremo capite Dioscoridis contra plagas, ictus, sectionesq; omnes ab harundine factas, filicis radicem utiliter cum axungia impo ni: mox malè sequentibus incertisq; uocibus quibusdam præter hoc aliud quidpiam monet: ἡ δὲ λοκιμὴ θιαύτη

ζιαύτη ἔνθα ἐστὶ πλὺς καλαμὼ καὶ πλὺ βλάχνον στεφάνωσον. Nullo aut tam incerto sensu, ut quid intelligendum sit, non ausim ego dicere. Quid enim significabit, siue dicat aliquis, probata filix talis est, ubi est multa harundo, & multum pulegium siue multa filix: nam βλάχνον utrunque potest significare, ut prænostratum est: Mox relicto penitus imperfecto sensu, audire imperatiui modi uocem, coronato: nulla adiecta re quapiam alia, quæ qualemcunque saltem possit sensum facere. Hæ sunt loci illius angustiæ, inter quas euadere non licuit. Bonæ enim fidei in interpretatione hac fumus: & quod ignoramus, fateri non pudet: multo quæ magis ubi diligentiæ, laboris & ingenij nullus potuit esse fructus, & ubi uaticinari magis quàm intelligere aliquid oportuisset, quod facere hoc loco coacti sumus. Quid autem uaticinemur huiusce modi est: Mederi harundinũ ictibus & sectionibus filicis radicẽ hic ait: quod in Latinis & Græcis testati plures alij sunt: nec tantum mederi, sed priuatim aduersari, & natiuas quasdã inimicitias inter se exercere filicem & harundinem: eousq; ut ubi altera sit, non inueniatur altera: inuicem se perimãt, & cõtrarijs uiribus uulneribus à se factis inuicem medeãtur. Plinius lib. xviii. cap. vii. discordiã & antipathiã hãc his uerbis describit: Aiunt (de filice autẽ sermo illi est) circa solstitiũ auulsas nõ renasci: nec harũdine sectas, aut exaratas harũdine uomeri impositas. Similiter & harundinẽ exarari uomeri imposita filice præcipiunt. Idem xxiiii. cap. xi. de harũdinis medicina agens ait: Siquidẽ harũdinis radix cõtrita & imposita, filicis stirpẽ corpore extrahit. Item harundinem filicis radix. Et ne uno teste tantũ res agatur, Celsus lib. v. idem etiã testat: Pessima ex furculis harundo est, quia aspera est: eademq; offensa etiã in filice est. Sed usu cognitũ est, utranq; aduersus alterã medicamentum esse, si cõtrita superimponat̃. His autoribus & alijs, filicis & harũdinis natiuã discordiã & antipathiã cognoscere & ratiocinari adhuc licet: quondã ex hoc scriptore forsan etiã licebat: qm̃ credim⁹ nos cũ filicis remedia docuisset, aduersariq; harundinũ ictibus & sectiõibus eã priuatim uellet ostẽdere, decreto eius mali remedio subiecisse statim. Probatio aũt talis est. Vbi em̃ multa harũdo, &c. Et ubi multa filix, &c. Vt ueritatẽ remedij hac etiã ratione confirmaret, q⁹ aduersarenẽ sibijnuicẽ filix & harũdo: patere q; id, q⁹ ubi multa harundo sit, ibi nulla filix: & è diuerso. Quod enim in extremo capite priuatim q; hoc loco blachnon legitur, non ad pulegiũ herbam, sed ad filicem hanc referri oportete credimus: quam hic à principio statim dixerat à quibusdam sic uocari, testante id Plinio etiã xxvii. capite nono. Quod totum longius fortè dictum à nobis aliquibus uidebitur: uerũtamen inutile penitus non fuerit, quod nullum in scriptore hoc habet intellectum, quale quondam esse potuerit, his coniecturis intellexisse.

περὶ θελυπτεριδος. κεφ. ϟξϛ'.

Θελυπτερίς. οἱ δὲ νυμφαίαν πτέριν. Ῥωμαῖοι λίνγουα κορβίνα. Ὀνομάζουσι. τὰ μὲν φύλλα πτέριδι ὅμοια. οὐ μονόμοχα δὲ ὡς τὰ ἐκείνης, ἀλλὰ πλατὺ ἔχοντα ἀσωφύσεως ὑψηλοτέρας. ῥίζαι δ' ὑπόσται μακραί. πλατεῖαι. πλείους. ὑπόξανθοι ἔξω μέλανες. ἔνδοθεν δὲ ἐρυθραί. καὶ αὗται δὲ σὺν μέλιτι ἐκλείχουσι λαμβανόμεναι, πλατεῖαν ἕλμιν ἐκβάλλουσι. σὺν οἴνῳ δὲ πινόμεναι. ⊲ γ'. πλῆθος σχοινύλιον ἐκ ἑνὸς ῥιζώματος ἕλμιν. γυναιξὶ δ' ὀθνείας, ἀσυλλήπτους ποιοῦσι. κἂν ἔγκυος δὲ διαβῇ ἐκ βώσκει. ἕξεται δὲ ἐπὶ τῶν δυσάλωτων καὶ καθύγρων ἑλκῶν πλάσσονται. λόφους τε ὑπεζωμένους ἰῶνται. τὰ δὲ φύλλα αὐθημερὸν ἀρτίβλαστα. σαλαχανεύεται ἐφθὰ βιβρωσκόμενα. ☾ κοιλίαν μαλάσσουσιν.

De Thelypteride quæ fœmina filix dici potest. Cap. CLXXIX.

THelypterin. Sũt qui nymphæan pterin. LRomani pariter Græcis thelypterin ꝯ uocãt. Folia filici similia thelypteris habet, non tamen uno fingulariq; pedículo hærẽtia ut illa, sed multis hisq; altioribus ramulorũ è terra statim eruptionibus. Radices illi sunt numerosæ, longæ, obliquæ, & in nigro colore ruffæ. Rubent earum tamen aliquæ etiam non secus quàm filicis. Radices huius cum melle sumptæ lactos uentris lumbricos pellũt: cũ uino aũt, rotũdos: in quẽ usum pondere triũ drachmarũ bibunt. Sterilitatẽ fœminis, prægnantibus abortum dare faciunt. Siccæ eædem & in farinam tritæ humentibus, & quæ non facile sanantur ulceribus inspersæ, & quæ non facile sanantur ulceribus inspersæ, & iumentorũ ceruicibus medẽtur. Quin etiam nuper prodeuntia eius folia olerum modo elixa, comeduntur: molliuntq; aluum.

INTERPRES.

COpiosior & pluribus locis filix q̃ thelypteris nascitur, ideoq; rusticę & urbanæ plebi notior: & quatenus homini inutilis plãta, in maiore honore est: alioqui eosdẽ natales easdẽq; uires utraq; habet: specie etiã adeo similes, ut imperitos inuicẽ sæpe fallãt. Quod aũt maxime simile habent, pinnata folia sunt, eodẽ ordine & magnitudine in utraq; dispositа. Quod cõtrà discrepat inter eas, ramuli & ramulorũ color est: qui fruticosi in hoc ab uno principio ex terra oriũtur: & q̃ colore radices hic esse ait, in nigro & rufo, & aliquãdo rubẽte uidenẽ. Discrepat & illud, q⁹ filix ubiq; ferè nascit̃, & cõtumax agricolæ repugnat, postconsitos etiã agros regerminans: hęc locis incultis, frigidis, umbrosis et humẽtibus semper inuenit̃. Quã ob causam nymphęa pteris, id est, nymphęa filix dicta est, q⁹ nymphas scilicet, id est, solitudines, nemora & aquas amet. Fœminam filicẽ Græci eã nominauerũt, nõ sexus diuersitate aliqua, sed ut ea ratione qualia in plãtis & medica materia pleraq; alia sunt, à priore illa discernerẽt. Plinius & Græcorũ herbarij alij & medici, simul cõtinuata q⁹ historia de utraq; egerunt: hic tamen seorsum: eumq; nos secuti, duobus capitibus duas descripsimus plantas: Alioqui non male forsan coniunxisset eas aliquis, tãta inter eas similitudo, & tam cõmune genus pares q; uires sunt. Legebantur in hoc capite cõtrà q̃ oporteret duo: alterę Barbarus ex Plinio emendauit,

emendauit,in radicum hiſtoria ſcilicet,in qua male in Græcis legitur,πλακτεῖαι quę uox latitudinẽ ſignificat: cũ tamen nulla ſit radicibus his latitudo:unius literæ uitiũ & lapſus id fecit,πλαγεῖαι enim,id eſt,obliquæ le gi oportet. Plinius de his agens ait: Radices utrinq; longę in obliquum,nigrę &c. Alterũ ambo interpretes ex quarũ uocũ ſenſus quidem eſt ut illi crediderunt:Et ſi prægnans ſupergrediatur &c.uerũ non λιαβῆ quod ſignificat,ſed λάβῃ quod eſt ſumat,legi oportebat. Sic qui uetuſtiſſimus & probatiſſimæ fidei apud nos eſt græcus Dioſcorides habet:ſic ratio etiã oſtendit,& Plinius cõfirmat dicens: Neutra danda fœminis, quoniã grauidis abortũ,ceteris ſterilitatem facit. Plinio etiã antiquior Theophraſtus libro IX. de plantarũ hiſtoria de thelypteride hac his uerbis docuit:ἡ δὲ θηλυπτέρις χρησίμη πρὸς τὰς ἑλμινθας, τός τε πλατεῖας καὶ τὰς λεπτάς. πρὸς μὲν τὰς πλατεῖας ἀναδεδομένη μέλιτι. πρὸς δὲ τὰς λεπτὰς, ἐν οἴνῳ γλυκεῖ μιγεῖσα ἀλφίτων διδομένη. γυναικὶ δὲ ἐάν γε ᾖ ἐμβρυον, ἐὰν μὲν ἐν μόνοις τοῖς πλατέσι καὶ λείοις, ἐκβάλλειν φασίν. ἐὰν δὲ μὴ, τὸ ὅλον ἄτεκνον γίνεσθαι: quorũ ſenſus eſt: Vtilis aũt cõtra lumbricos uentris thelypteris & latos & graciles:contra latos quidem,cũ melle:contra graciles aũt, in uino dulci cũ polẽta. Quinetiã hiſtoria eadem cũctis aliis:omnes ut uidetur cibo potu'ue thelypteridis ſterilescere fœminas, grauidas uero abortum facere affirmant:nullus autem,ſi grauida filicem hanc ſupergrediatur, fieri abortum teſtatur, ẽãq; ob cauſam tot teſtiũ cõcordi fide & autoritate aliter q̃ cæteri locũ,& ut legiẽ,intrepide uertimus.

περὶ πολυποδίου. κεφ. ψξʹ.

Πολυπόδιον. Οἱ δὲ, σκολόπενδριον. οἱ δὲ πτέριδα, οἱ δὲ πολύτριχον. γίνεται ἐν πέτραις τῆς ἐπὶ ῥίζῃ δρυῶν. ἔστιδαμῆς ἔχουσα τὸ φύλλον. ὅμοιον τῇ πτέριδι. ὑπόγλυκυ. τετμημένη δὲ οὕτω λεπτοχιδῶς. ἔχει δὲ ὑπεσιδασμα. πλεκτάναις ὡσανρεὶ πολύπους ἔχουσα, πάχει μικροῦ δακτύλου. ξυσθὲν σμα δὲ ἐνδιδοῖ φλῶμα, χλωρά. σῦφον. τῇ δὲ γεύσει ὑπόγλυκυς. δύναμιν ἔχουσα καθαρτικήν. ὅταν δὲ συγκαθεφθῇ ὄρνιθι. ἢ ὑδρίᾳ. ἢ σεύτλῳ. ἢ μαλάχῃ πρὸς κάθαρσιν. ἔνιοι δὲ ἐπιπασσομένην ἐν μελικράτῳ, ἀγεφλέγμαν ποιεῖ χολήν. πρὸς δὲ πρὸς σπλῆνα ἢ ῥίζα λεία, καταπλασσομένη. καὶ πρὸς ἐγκαθίσας τὰς ἐν μεσοδακτύλοις.

De Polypodio quæ Romanis filicula eſt. Cap. CLXXX.

POlypodion. L Sunt qui ſcolopendriũ, qui pterin,id eſt filicẽ,qui polyrrhizon, id eſt multiradicẽ uocent. Romani filiculã uel filiculariẽ herbã appellant. J Naſcit in muſcoſis petris polypodiũ,& in uetuſtis arboribus earumq; truncis,præſertimq; quercuũ:dodrãtali altitudine,quadantenus piloſum,inciſuris diuiſum, non tamẽ adeo minutis ut filix. Radix illi eſt piloſa,polyporũ modo cirros habẽs, minimi digiti craſſitudine. Derafa hæc intus herbacei coloris eſt: Sapore in acerbo ſubdulci. Purgãdi uires ea habet: daturq; ad purgatiõem cum gallinaceo piſcibus'ue,aut beta,aut malua elixa. Sicca eadem & in farinam trita cõſpergitur in mulſam aquam, bibiturq; ad purgandam pituitam & bilem. Facit & ad luxata trita & emplaſtri modo impoſita: facit & ad digitorum rimas eodem modo. *

FOlia Romanis filiculam, Græcis piloſæ cauernoſæq; acetabuloru mõ radices, polypodium fecerunt, exiguam herbã,ideoq; diminuto nomine ab utraq; gente appellatã. Folia emũ (q̃d hic, Theophraſtus, Plinius, Latiniq; & Græci ferè oẽs teſtantur) filici ſimilia habet: radices aũt piloſas, minimi digiti craſſitudine. Sed q̃d marinis polypis cognominẽ plantã fecit, per longitudinẽ certis interuallis diſpoſiti cõcaui tumores,eadẽ ſpecie & naturę uſu quo in polypis acetabula uidentur,fuerunt. Neq; enim à multitudine pedum,quos nullos habet,ut polypũ polypodium Græci herbã nominauerunt: ſed quoniã polypo qua dixi mus nota ſimilis eſt,ſic quondã uocata fuit,nulla alia q̃ exigui polypi ſignificatione: diminutũ ſiquidem à polypo nomen polypodium eſt. Facile intelliget quod dicimus qui oculatus teſtis radicis eius fuerit. Vide bit enim qualẽ nos diximus craſſitudine & uilloſitate radicẽ: mox in ea aperros & cõcauos tumores quoſdam quibus nititur & hæret, non aliter q̃ in mari polypi acetabulis ſuis hærent, fugunt,& quæ ceperunt,tenent. Qualia aũt acetabula ſint, & unde ad multas naturæ partes id nomen trãſierit, in acetabulo herba & alibi lõgius diximus. Idq; eſt quod Plinius XXXVI. uolumine ait: Radix craſſitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſa ceu polyporũ cirri: Fœlici deſcriptione uſus rei, quam añ eum Theophraſtus & hic ſcriptor iſdem ferè uerbis tradiderant. Theophraſti uerba libro IX. de plantarũ hiſtoria ſunt, quo loco de radicũ diuerſitate agit, hæc: ἡ δὲ ζῦ πολυποδίου ἀσπὶς, καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας, ὥσπερ δὲ καὶ ζῦ πολύποδος πλεκτάνας. κάθαιρει δὲ κάτω. φύεται δὲ καὶ ἐν ὄμοιον τῇ πτεριδιστῇ μεγάλῃ. καὶ φύεται ἐν ταῖς πέτραις: quorũ ſenſus eſt: Piloſa aũt polypodij radix, acetabula habens, qualia polyporũ cirri habent: purgat per inferna. Foliũ maiori filici ſimile habet,& in petris naſcit. Hic non tam manifeſte rem deſcripſit: ſed cum diciſſet habere polypodij radicem cirros polypo ſimiles, cogitanda legentibus reliquit acetabula, quæ neceſſario eos ſequuntur, & ſine quibus in polypis cirri eſſe non poſſunt. Alioqui differũt à cirris acetabula: illi enim tota polyporum flagella ſunt, illa autem in flagellis & cirris his cauernoſæ concauitates, quibus id animal nititur, apprehendit,& apprehenſa exugit. Et hæc tota polypodij nominis ratio in Græcis & cauſa fuit. Romani quæ certius & in aperto magis erant folia contẽplati, filiculam uocauerunt. Teſtaturq; id Plinius eodem loco dicẽs: Detrahit bilem polypodium, quam nostri filiculam uocant, ſimilis enim filici eſt: Sed multo certius ante eum M. Cato operis ſui de re ruſtica capite CLVIII. qui cũ familiam ruſticam doceret quo modo aluum deijcere oporteat, plura ſimul coqui iube-

Flagella & cirri polyporum.

Acetabula.

bat, fruſtum de perna, braſſicæ & betæ cum radice ſua coliculos, tum filiculæ paulum: polypodium hanc intelligens, cui, teſtantibus id cunctis alijs, egregia in purgãdo uis eſt. Polyrrhizon, id eſt, multiradicem uocari hic etiam ait ut pauloante diximus, à copia radicũ: quod nomen accreuiſſe nos illi credimus ex piloſitate eius. Naſci in petris tm̃ Theophraſtus ait: omnes alij tm̃ ultra petras in arbores, præſertimq; quercu trũcis puenire etiã tradiderũt. Probãtq; officinæ ex quercu magis q̃ ex petris aut alijs arboribus. Plinius ſub arboribus uetuſtis naſci ait: Cæteri uero in, nõ ſub arboribus. Addidit ille tamẽ uetuſtatẽ neceſſariam polypodij natalibus: inter corticis em̃ rimas naſcit, quas uetuſtiores tãtũ arbores amiſſo iuuẽtutis humore & lẽuore ducũt. Eaq; fuit cauſa ut q̃d erat in Dioſcoride ἐν ξύλοις ἀγρίοις πρίμνοις, id eſt, in ſylueſtrib⁹ trũcis, nos uetuſtis uerterimus: facili lapſu ab ἀρχαίοις ad ἀγρίοις: ſed multo magis q̃ parũ apte & frigide nimis dici uidebãtur ſylueſtres trũci, præſertimq; in quercu quæ ſatiuæ diſcrimen non habet, & aſpero ubiq; & in uetuſtate rimoſo cortice eſt. Cogitabamus etiã in extremo capite antiquo & codicũ fide adiuti, locũ emẽdare: rhagadasq;, id eſt, rimas, quibus prodeſſe polypodij radicẽ hic eo loco ait, ad ſedis rimas cõtrahere: ἐν πλακτυλίῳ enim in illis legitur. Sed cõmunis omniũ Græcorũ lectio ab eo conſilio nos reuocauit. Serapion ſane utriuſq; partis rimas, ſed alteras ſub hæmorrhoidũ uoce cõplexus eſt. Medico & iudicio id relinquemus, monentes ſolũ ſuſpectã nobis illic uocẽ ἐν μεσοδακτύλοις eſſe, rarã huic ſcriptori, inſuetã, & ut certius dicamus, parũ Græcã, maleq; ſignificantem aut medios digitos, aut medias inter digitos rimas.

Περὶ Δρυοπτερίδος. Κεφ. ϕξή.

Δρυοπτερίς. Λοί ὴ πτέριον. οἱ ὴ γυμφαία πτερίς. ⌋ φύε) κ⌋ τὰ βρυώδη μέρη τ παλαιῶν δρυῶν. ὁμοία πτερίδι. ἐλάττων ὴ πρὸς τῇ χίσῃ. ῥίζας ὴ ἔχη κατ' ἐπιπλοκὴν δασείας. σχυφὰς κ⌋ τ γεῦσιν, ὡς ἓν γλυκῆ ξέπρυσα. Αὕτη ἐπιπλαθῆσα λείαν σὺν ταῖς ῥίζαις, ξηρὰς ψιλοῖ. δι ὴ ἀπρὰξαν τὸ πρῶτον μετὰ τὸ ἰκμάσαι τ χρῶτα. κ⌋ νε δὸν ἐπιπλάσσειν.

De Dryopteri herba. Cap. CLXXXI

Dryopterin. Lũt qui pterion, qui nymphæam pterin. Romani pariter Græcis dryopterin uocant. ⌋ Naſcit in muſcoſis uetuſtarũ quercuũ partib⁹, filici ſimili, ſed multo minoribus folioq; inciſuris. Radices habet implicitas, piloſas, ſapore in dulci acerbo. De pilat hæc emplaſtri modo cũ radicibus impoſita, in quo uſu diſtringere cutẽ pri⁹ ea oportet: tũ exciti ſudoribus nouã recẽtẽq; itẽq; imponere.

INTERPRES.

Querna filix dryopteris eſt, id em̃ græcis ea uox ſignificat. Eãq; ob cauſam ex filice pleraq; illi nomina accreuerũt. Polypodio ſimilis eouſq; dryopteris eſt, ut ſæpe carpẽtes fallat. Filici enim ſimilis ut illud, & in uetuſtis quercubus pariter naſcit. Quod diſcrepat radix eſt, & in natalibus muſcoſæ arboris illarũ partes. Sapor in utraq; idẽ, ſed ad medicinã uires diuerſæ. Breuiſſime de ea antiquiores omnes egerunt, Nosq; eos ſecuti, nihil ultra de ea monebimus, q̃ oportere in carpẽdo diligentiores herbarios eſſe: ne ſi legentes ſimilitudo fefellerit, nullas polypodij uires eſſe utentibus credendum relinquat.

Περὶ Κνίκου. Κεφ. ϕξθ'.

Κνίκος φύλλα ἔχει ἐπιμήκη. ὠὴτετμημένα, ξαχέα. ἀκανθώδη. καυλὸς δὲ πηχυαῖος, ἐφ' ὧν κεφαλὴ κ⌋ μέγεθος θαλλίας. ἄνθος κρόκῳ ὅμοιον. σπέρμα λευκὸν κὴ πυξὸν, ἐμίμηκες. γεννιωμένου. τότῳ δὲ ἄνθει χρῶν) εἰς τὰ προσοφθήματα δὲ σπέρμα κοπτόμενον ⊂ χυλιζόμενον σὺν ὑδρομέλιτι ἢ γλυκεῖ ὄξυθος, κοιλίαν καθαίρει. κακοστόμαχον δέ ὄξει. τίνες) ὴ κὴ κοπτάρια κοιλίας μαλακτικά. τὸ ὀπὸ αὐτοῦ μιγέντος ἀμυγδάλῳ ⊂ νίτρῳ, κὴ ἀνίσῳ, κὴ μέλιτι ἐφθῷ. δὲ ὴ πρὸ δείπνου λαμβάνειν εἰς δ'. δραχμὰς. ὡς βασιλικὸν κύαθου μέγεθος ϛ'. ἢ γ'. σκυβάλλειν ὴ τὸν πρόπυον τοπον δι. κνίκου λευκοῦ ξέσμα ά. βασίλειον πεφωτισμένων κὴ λελεπυσμένων κυάθους τρεῖς. ἀνίσου ξέσμη ἕνα. ἀφρονίτρου ⊂ ά. ἰχάδων τῆς σαρκὸς ἀριθμῷ λ'. πίνει δὲ κὴ γάλα ὁ χυλὸς τ πέμματος. ⊂ λυκώτερον πρίῃ.

De Cnico quam poſteriores Cartamum dixerunt. Cap. CLXXXII.

Cnicon, Romani pariter Græcis cnicũ uocãt. ⌋ Folia habet cnicos oblõga, inciſuris diuiſa, aſpera aculeataq;. Caules cubitales: in qbus capitula ſunt magnitudine * Florẽ croco ſimilẽ. Semẽ cãdidũ rufum q;, oblongũ, anguloſum, q̃ in obſonijs utũtur. Tundit id, datq; expreſſus ex eo ſuccus ad purgãdã aluũ in aqua dulci aut gallinacei eſculẽto iuuer ſtomacho tñ nocet. Fiũt offulæ itidẽ ad molliendã aluũ, amygdalis, nitro, aniſo, & deſpumato melli admixto liqre eius. Ante cœnã ſumere oportet in q̃tuor diuiſas partes iuglãdis nucis q̃titate, duasq; aut tres ſumpſiſſe. Eas hoc modo cõficere oportet. Sumito cãdidi cnici ſeminis ſextariũ. Ex Thaſo inſula amygdalarũ q̃ cremate pri⁹ purgateq; ſint cyathos tres, aniſi ſextariũ unũ, ſpumę nitri drachmã, & caricarũ triginta carnẽ. Coagulat lac cnici ſeminis ſuccus: facit ad ſoluendã aluũ efficacius.

INTERPRES.

Aegyptiam ubiq; in hiſtoria ſua, & Italiæ ignotã Plinius cnicon ſuã facit: confici q; in ea gente ex eius ſemine oleũ. Theophraſtus alij q; omnes, nõ magis in Aegypto q̃ Græcia & alijs locis naſci decreuiſſe uidẽtur, ſimpliciter de ea agẽtes, nullum q; huiuſcemodi diſcrimen in ea indicãtes. Eorum nos, præuatim q; ſcriptoris huius hiſtoriam ſecuti, quam nouerũt rura omnia aculeatam herbã intelligimus, cuius flore

flore ad coloranda obsonia pro croco rustica plebs passim nunc etiã utitur, crocũq; Saracenũ totus Hetruscus ager uocat: cõgruunt enim omnes illi quę à scriptore hoc notę illi tribuunt, folioꝝ modica lõgitudo, incisio, asperitas, aculei, cubitalis caulis, & in eo capitulũ, flos itidẽ croco similis: postremũq; omniũ cãdidũ, oblongũ, & angulosum semen: eamq; ob causam uulgarẽ & quotidiani pro croco usus herbã intelligimus: quã diligẽtius etiã rura ob eã utilitatẽ serere cõsueuerũt. Nolumus, ut factũ ab alijs est, quomodo ab agresti fuso cnicos differat docere, & an cõgener illi diuersa'ue sit: ex Theophrasto enim libro vi. de plãtaꝝ historia nouisse huiuscemodi aliquid forte dlligẽtior quispiã poterit: qui duo genera cnici cõstituens, syluestre & satiuũ, in altero potuit hanc, in altero illã numerare. Locus in eo nobis non satis integer uidet, eãq; ob causam nihil ultra ex eo cõstituimus. Relinquimus etiã, cnicus'ne an cnecos dicẽda & scribẽda index herbæ huius uox sit: uariant enim antiqui Græcoꝝ codices, præsertimq; in Theophrasto: & nos cõmunẽ lectionẽ alioꝝ omniũ sequimur: nullibi enim in Galeno alijsq; Græcoꝝ medicis non sic scribitur. Quod magis in scriptore hoc prosit potius monebimus, nulã uideri nobis habere rationem quod ferè in cunctis græcis legit: ἐφ' ὧν κεφάλαια κατὰ μέγεθος θαλλίας: qd est: in quibus capitula sunt magnitudine thalliæ: ab interpretibus alijs ad oliuæ magnitudinẽ relata: alter enim: quibus in summis capitula oliuæ magnitudine, uertit: alter nõ contẽtus tuliin cnico magnitudinẽ qualiscunq; oliuæ etiã quãtitati. Secuti illi sunt thalliæ in Græcis nõ propriã significationẽ, sed qd propinquũ illi est. Nec nos credimus, si interrogẽt, dicturꝝ eoꝝ aliquẽ thalliã Græcis oliuã significare, quã in lacte & in alijs forte locis oleã interpretati sunt. Licet em̃ oliua oleę fructus sit, toto tamẽ genere ab ea differt: tãtũq; abest ut possit thallia oliua dici, ut nec oleã arborẽ simpliciter ea uox significet: patebitq; id repetentibus quæ in lacte à nobis secũdo uolumine dicta sunt. Concedendũ tamẽ, deficiẽte in Latinis uoce qua priuatim Græcoꝝ thalliã significemus, oleã dici: At oliuã thalliæ appellatione indicare, interpreti non dẽ, nõ hoies, nõ cõcessere colũnæ. Est enim Græcis thallia autore Theophrasto, summus no uæ germinationis in olea coliculus: cui nequit cnici capitulũ cõparari, siue figurã, siue quãtitatẽ intelligas: hoc enim orbiculatũ pappis intus plenũ, illo quacũq; lõgitudine & latitudine natura eũ protulerit, nunq̃ oliuæ similis aut orbiculatus. Voluetũt, ut uidet, illi aliquid eo loco reddere: nec aptius cõiũctiusq; thalliæ, quę oleæ pars est, quã oliuã inuenerunt. Nos cõtrà nõ respõdere thalliã cnici orbiculato capitulo aliquo modo sentiẽtes, uitiũ illic potius q̃ qd nullũ esse posset, signare uoluimus: relictoq; spatio, cogitandũ inueniẽdũq; peritioribus reliquimus, quid nã illic legi quondã potuerit. Antiqua scriptoris huius interpretatio rotundũ simpliciter appellat: Nec falsò, siquidẽ tale est. Qui deinde antiquissimus mihi est Græcus Dioscorides non θαλλίαν illic, sed θαλασσίαν habet: quæ uox marinũ significat. Ex quo censemus male quidẽ in cunctis legi eum locũ: in hoc tamen ueræ lectionis certiores forsan supereſſe reliquias. Suspicamurq; nos cnici huius capitũ marino echino potuisse cõparari, quoniã rotũditas & aculei in utroq; sunt: nec multũ magnitudine inter se differũt. Cõiectura tamen nõ decretũ hoc sit. Et quale id fuisse quondã suspicamur, monuisse tantũ nos legẽtes sciant. Est deinde quod hic scriptor ait, florẽ cnici croco similẽ esse: sic intelligendũ: nõ cõparari crocini floris calatho cnici florẽ: sed quæ rutilant in utroq; interiora capillamenta, quoꝝ ad obsonia æqualis est usus. Eã em̃ ptẽ hic tm̃ florẽ uocat, eadẽ naturę ratione & Theophrasti disciplina, quã nos de geminis simul floribꝰ in nigra uiola diximꝰ. Seqt̃ postremo qd ad colorẽ seminis ptinet, quẽ ut oẽs Græci codices passim indicant, duplicẽ & diuersum hic tradit: candidũ scilicet & ruffum: non satis certo, ut uoces illæ indicant, intellectu, quomodo candidum simul & ruffum possit esse id semen. Neq; enim miscentur colores illi, sed simpliciter copulantur: neq; albescere ruffescere'ue id dicitur: neq; alter color alteri adijcitur: neq; cnici generibus, aut regionibus, aut seminis eius partibus discernuntur: sed simpliciter candidũ & ruffum semẽ eius traditur. Nobis id male respõdet: eamq; ob causam quoniã sine cõtrouersia deprehẽditur male habitũ à Grę coꝝ librarijs hunc scriptorẽ fuisse, pluraq; ex incuria magis q̃ ignorãtia irrepsisse in eum uitia, dubitauimus in uoce illa πυῤῥὸν quæ ruffum significat, uitiũ forte esse: neq; πυῤῥὸν, sed una tantũ mutata litera πικρὸν, id est, amaꝝ legi potuisse. Fuitq; suspicionis huius autor nobis Theophrastus, qui libro vi. de plantaꝝ historia utrãq; cnicũ describens, amaro semine esse bis tradidit. κόκκον δὲ ἔχει πικρὸν, id est, semen aũt amaꝝ habet. Cognitauimus etiã quoniã tritico simile semen cnici præterq̃ in candore & angulis sit, potuisse illi forsan comparari: ideoq; non πυῤῥὸν sed πύρινον, id est, triticeum legi oportere. Ad eius enim longitudinẽ & figurã accedit. Coniecturis agimus: quæ quoniam sæpenumero fallunt, non tanti apud nos fuerunt, ut contra Græcorũ omnium fidem aliquid mutauerimus, præsertim q̃ in medicina iubente hoc ipso scriptore: Sumi candidi cnici seminis &c. Qui modus constituendi confirmare uidetur diuersum in cnico seminis colorem esse. Eamq; ob causam alioq; exemplo & nos πυῤῥὸν ruffum uertimus: nihil pro comperto aliud in toto hoc capite habentes, quod incertum maleq; habitum undiq; se nobis obtulit.

De Mercuriali herba. Ca. CLXXXIII.

Περὶ λινοζώστεως. κεφ. ϡό.

Λινόζωσις Λάχνη. Λοι δὲ πάρθενιον. Λοι δὲ, ἄργυρος. οἱ δὲ, ἀρίθρυλλις. οἱ δὲ χρυσῖτις. Λοι δὲ ἐρμοῦ ὀρχίον. Λαὐτύπιοι ἄφλοφο. ἔφραιοι ἔρβα μέρκουριάλις μάσκουλα. οἱ δὲ πασκουλάτα. ἄφροι ἀσουμέφ. Λκαλοῦσι. ἔχει τὰ φύλλα ὅμοια ἀκίμῳ. πρόσταὶ τῆς ἐλξίνης, ἐλάττονα δέ. κλωνία δὲ γόνα-

LInozostin. Sunt q partheniõ, Lq argyrõ, q arithryllida, q chrysitin, Lqui Mercurij herbã, Lqui testiculatã uocẽt. Aegyptij aphlopho. Aphri asumephes. Romani Mercurialẽ herbam appellant. Duplex genus eius est. Sexu discernuntur. Habet Mercurialis herba ocimo similia folia, ad helxines folioꝝ figurã accedentia, minora tm̃. Ramulos geminatis geniculis

νασ. μαχάλας φύλλα πυκνὰς ἔχουσα. ἡ μὲν κάτω ῥίζα, ἡ μιᾷ δίλιτρα βοτρυοδὴς ἢ καὶ πλείω. ὁ δὲ ἄνθος, πρὸς τῇ πετάλοις μικρὸν σφονδύλῳ ὅμοιος πρὸς ὀχίδια δύο προσκείμενα. ὅλος δὲ ὁ θαμνίσκος ὠφέλιμος ἢ καὶ μείζων. κινοῦσι δὲ ἀμφότερα κοιλίαν λαχανώδη μᾶλλον ἢ ἐναντιώτερα. καθεψόμενα δὲ ἐν ὕδατι καὶ πινόμενα τοῦ ὕδατος ἄγουσι χολὴν καὶ ὕδατώδη. δοκεῖ δὲ τὰ μὲν τῆς θηλείας φύλλα λεῖα πινόμενα καὶ προσιδέμενα μετὰ πηγανίου κάθαρσιν τοῖς αὐτοῖς, σὺν μέλιτι θηλέως πρέπειν. τὰ δὲ τοῦ ἄρρενος ὁμοίως ὠφελεῖν καθ' ὑπερβολὴν ἀρρενογόνα γίνεσθαι.

niculus, & alaꝝ cauis multis. Semen fert fœmina racemosum & multũ: Masculaꝝ uero iuxta folia exiguũ, rotũdũ, binũ, testiculoꝝ specie pẽdens. Totus frutex dodrantalis & aliquãdo maior est. Soluit aluũ utraq; oleꝝ modo in cibo sumpta. In aqua itidẽ elixa si ea bibat aqua, bilẽ & aquosa trahit. Creditur præterea fœminæ Mercurialis herbę folia trita, tum pota, aut post purgationes fœminaꝝ genitalibus appositа, ut fœminæ cõcipiant, facere: masculę uero cõtrà, mares.

INTERPRES.

COmmendat se statim diuino nomine Mercurialis herba, uulgaris alioquí uinetis q̃ & cãpis ferè omnibus nascens: aliquibus locis tam copiosa & efficax, ut sapore suo uina etiã inficiat, & bibentibus ingrata reddat. Vna præcipuaq; illi in deijciẽda aluo naturæ uis est, & à cunctis in medicinæ usu receepta. Numerauit quo diximus in polypodio capite M. Cato & hanc inter ea quæ familiã rusticã ad deijciẽdã aluũ docebat: monens nõ multũ ex ea accipiẽdũ esse: Quæ uis quoniã cõmunis illi cũ pluribus alijs est, nõ uidetur diuino nomine ornare eam debuisse. Credimus q̃ nos quod in extremo capite ex alioꝝ fide à Dioscoride & à Plinio xxv. uolumine capite v. traditũ est, diuini eius nominis causam illi fuisse: id enim magis deum hominibus ostendisse decuit, rarã, incognitũ, multisq; omnibus seculis optatũ: qui aut dum ægre ferunt plures sibi nasci filias, uxorũq; suaꝝ in eo sexu fœcunditatẽ calamitosam sibi fore animaduerrunt: aut dum nominis sui memoriã, generis subsidium, hæredes familiæ & reip. ciues post se quotidianis uictimis & preciõus reliquisse optant, qua ratione alia præstare id sibi possent à deo cognouerũt. Factũq; ex eo est, ut Græci ἑρμοῦ πρᾶν, id est, Mercurij herbã, Latini Mercurialẽ uocauerint: notam uulgo ut diximus, & quę ob nimiam soluendi uim quam habet, pro maledicto in gente nostra etiam nunc sit.

περὶ κυνοκράμβης. ✻ κεφ. φοά.

Κυνία ἢ κυνοκράμβη. οἱ δὲ, λινόζωσις ἀγρία ἄρρην. ἄφροι ἀσμάς. οἱ δὲ, ἀσουμέσλαβον, καυλίον ἀνίκητον διαπαμιαῖον. τρυφερόν. ὑπόλευκον. φύλλα ἐμφερῆ λινοζώσιδι ἢ κισσῷ. ὑπόλευκα. ἐκ διασκήματων. ἡμῖν δὲ κάτω πρὸς τοῖς πετάλοις προσκείμενον μικρόν. σφονδύλον. Δύναμιν δὲ ἔχει ὅ, τε καυλὸς καὶ τὰ φύλλα πινόμενα, κοιλίας κινητικώτερα. λαχανώδη. καθεψόμενα δὲ, τὸ ὕδωρ ἄγει χολὴν καὶ ὑδατώδη.

De Canina brassica. Cap. CLXXXIIII

CYnian aut cynocramben, id est, caninã brassicã, sunt qui masculã Mercurialem herbã syluestrem, qui asumes labon uocẽt. Aphri armas. ⊥ Romani caninã brassicã dicunt. ⊥ Dodrantalẽ coliculum ex se mittit, teneꝝ & albescẽtem. Folia Mercurialí herbę aut hederæ similia habet, per interualla dispositа & albescentia. Semen iuxta folia in ea hæret exiguũ rotundumq;. Est cauli folijsq; uis & natura, ut potа aluum soluãt: olerum uero modo cocta, bilem & aquas corporis trahunt.

INTERPRES.

QValis canina hæc brassica sit, non satis nobis constat. Si nomen solum expendatur eadem apocyno, quæ non multo ante hoc ipso uolumine tractata est uidebiẽ: si uires & q̃ posse traditur, Mercurialis esse merito credetur, præsertim ijsdem penitus uerbis in hoc scriptore tractata: quæ enim de ea feruntur, semen eã secus folia habere, exiguum rotundũq; potam præterea aluum soluere, & oleꝝ modo coctam, bilem & aquas corporis trahere: omnia pauloante dictæ Mercurialis herbæ sunt. Quod aũt nos maxime suspendit, & in ancipiti tutbauit, uetustissimoꝝ Græcoꝝ codicum & Latinoꝝ fides est, in quibus non legitur hoc caput. Nec Plinius (quod hactenus deprehenderim) aut Theophrastus de ea alicubi agentes. Inclinat ideo animus nobis, adulterinum scriptoris huius esse hoc caput, & alterius Mercurialis herbæ traditam ab aliquo sub hoc titulo historiam esse. Censebunt de ea peritiores: nos enim nũq; quod ignoramus fateri pudebit.

περὶ ἡλιοτροπίου τοῦ μεγάλου. φοϛ.

Ἡλιοτρόπιον τὸ μέγα. οἱ δὲ, σκορπίουρον, οἱ δὲ, ἡλιότροπος. οἱ δὲ, διάλιον. οἱ δὲ, ἡλιότρυμ. οἱ δὲ, σκορπιοκτόνον. οἱ δὲ, σήσαμον ἄγριον. οἱ δὲ, σκορπίου οὐρά. ⊥ οἱ δὲ ἔνιοι ἐκάλεσαν σκορπίουρον ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸ ἄνθος σχήματος, ἡλιοτρόπιον δὲ ἀπὸ τοῦ συμπεριτρέπε-

De Maiore solari herba. Cap. CLXXXV.

HEliotropiũ maius. ⊥ Sunt qui scorpiuron, qui heliotropon, qui dialion, q heliopun, qui scorpioctonon, qui sesamũ agreste, q scorpij caudã dicũt. Romani solarẽ herbã uocãt. ⊥ A floris figura dicta scorpiuros herba est: heliotropion uero, q̃ admodũ soliseq; iclinationem

ἀμφὶ τὰ φύλλα τῇ τοῦ ἡλίου κλίσει. ἔχει δὲ τὰ φύλλα ὠκίμῳ παραπλήσια. βλαστύρα ὑπὸ μὲν λάτυρα μὴ μείζονα. κλωνία ἀπὸ τῆς ῥίζης ὅσον γ'. δ'. ε'. μὴ ἐκ πλείονων μαχάλας πλείους. ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἄνθος λευκόν. ὑπόπυῤῥον. ἐπικαμπές. καὶ ἀπὸ σκορπίου οὐρά. ῥίζα δὲ λεπτὴ μὴ ἄχρηστος. φύεται ἐν τραχέσι τόποις. τὸ πυθόμενον δέσμοι ἀφεψηθὲν μετὰ ὕδατος μὴ πολλοῦ, ἕλκη φλέγμα ἐν χολῇ μὴ κολίας. ἀφεδρῶν ὑπὸ μὴ σκορπιοπληξίας μετὰ οἴνου πινόμενον μὴ καταπλασσόμενον. πρὸς ἀτόκιον ὑπὸ πάθους. φασὶ δὲ πρὸ μιᾶς ὥρας φαγεῖν ἐπισκαμμονίας, τὸν κρεῶν δ'. κόκκους μετ' οἴνου πρὸ δείπνου, πεντεκαίδεκα καταπιόντα. τριακοντούτεις ὑπὸ ῥίγους. καταπλασσόμενος ὑπὸ κνιδώδους, μυρμηκιάσεις ἐν ἀκρωτηρίοις μὴ θύμους, μὴ ἐπινυκτίδας ξηραίνει. τὰ δὲ φύλλα τοῦ ἀγρίου, καὶ σπέρμασι, μὴ συρίττουσι παιδίοις ἐπιπλάττει ὠφελίμως. κνίδῃ δὲ ἐν ἔμπλεως. ἐν ἔμβρυα ἄκρα μὴ λᾶα προσιέντα.

nem folia eius circumaguntur. Ocimo similia habet folia, pilioſiora tamen candidioráq; & maiora. Ramulos à radice tres quatuor'ue aut quinq; profert, & in his caua alarũ multa, & in eorũ ſummo candidum florem, purpuraſcentẽ, ſcorpionũ caudæ modo inflexũ. Radix illi gracilis & inutilis eſt. Naſcitur aſperis locis. Decoquit in aqua faſciculꝰ eius, potũq; id decoctũ per inferna bilẽ & pituitã trahit. Contra ſcorpionũ ictus bibitur heliotropium utiliter, & emplaſtri modo imponit. Facit idẽ ſterilitatẽ corporis aliqua parte adalligatũ. Quin etiam ferunt ante acceſſiones febriũ cũ uino pota quatuor heliotropij ſemina, quartanas: tertianas uero tria finire febres. Verrucas, & in uerrucarum genere formicas, thymos & epinyctides ſiccat heliotropij ſemen emplaſtri modo impoſitũ. Imponuntur eodem modo utiliter folia, podagris, luxatis, & capitis ardoribus in infantia quos Græci ſyriaſim dicunt. Menſes eadẽ & fœtus conciſa trahunt & appoſita.

INTERPRES.

Circumagitur cum ſole heliotropium, non ut fabuloſe quõdum in Transformationibus ſuis Naſo cecinit, ut quæ priusq; in flore mutaretur, ſyderis illius lucẽ & formã uiuens homo amauerat, mutata etiã cõtinue cõtẽpletur: ſed ut hoc etiã habeant ruſtici horariũ, quod nubilo cœlo diurna illis horarũ ſpatia oſtendat, qualia pleraq; alia humano generi cõſulens natura dedit & adhuc dare poteſt, ſi in cognoſcenda maieſtate eius diligẽtiores fuerimus. Neq; enim æternos beneficiorũ ſuorum theſauros quotidiana liberalitate ea exhaurit: nec mutato conſilio, quoniã uoluptas illi eſt benefacere, quod ſemel animaliũ generi & homini dedit, indignata aliquãdo aufert. A nobis illi hæc inuidia eſt: cogimusq; nos male audire eã quæ nunq; ſatis laudabitur, cum grauius quicq; obijcere illi non audemus, defatigatã, exhauſtã, effœtam et ingratam appellantes: non aliter q; qui comeſſationibus ludisq; ſuis paſſim faciles patres, auaros, inutiles, deliroſq; ingrati filij appellant. Benefica præſertim q; homini natura eſt, propter quẽ feciſſe omnia uideri poteſt: tam multa nobis in cunctis eius partibus inſeruiunt. Ideoq; non cõtenta in heliotropij flore diei ſpatia & horas homini indicaſſe, radice, folijs ſemineq; medicinã etiã inſtruxit: quam priusq; hic doceret, nominũ quibus indicatur, & partiũ quibus cognoſcit, hiſtoriã quatenus oportebat, proſecutus eſt. Sciendũq; illud, heliotropium, heliotropon, & heliopon plantæ floriſq; huius ueluti congeneres appellationes à ſole omes factas eſſe: ſignificareq; priores duas, quod ad ſolem ſe uertit: tertiã uero, quod ſolẽ aſpicit. Quam rationẽ probaſſe potius uidetur M. Varro rei ruſticæ primo uolumine capite XLVI. heliotropium enim deſcribẽs, ſic uocari ait, q; ſolis ortũ mane ſpectat, & eius iter ita ſequitur ad occaſum, ut ſemper eum ſpectet. In maluia ex Theophraſto omniũ huiuſcemodi cauſa reddita à nobis fuit. Scorpiuron mox & ſcorpij cauda à floris, uel ut nos certius dici credimus, ſeminis inflexione, q; ſcorpionũ caudæ ut hic ait ſpeciẽ refert, dictũ heliotropium fuit. Scorpioctonon aũt à uiribus quas contra ſcorpionũ ictus efficaciſſimas habet, & quia ſcorpiones enecet, ideo ſcorpioctonon dictum etiam eſt. In reliquis non tam certa ratio eſt, ut doceri à nobis poſſint. Solarẽ Latini priuatim q; Celſus uocauerunt, Græcorum imitatione, qui à ſole eam indicauerũt. Fuerunt præterea qui uerrucariam uocauerint, quoniam tam multis uerrucarũ generibus, quæ ab hoc numerantur, medetur. Numerauit heliotropium Theophraſtus inter ea quæ perpetuo folio ſunt. Ex quibus tam multis notis facile erit multi nominis quondam & uſus herbam & florem deprehendere. Vtebantur enim ſolari hac herba paſſim ueteres Græcorum medici in his naturæ uitijs & morbis, quibus mederi ſcriptor hic eam teſtatur: quæ nec numero pauca, nec periculo leuia negligenda'ue ſunt.

Περὶ Ἡλιοτροπίου τοῦ μικροῦ. Κεφ. ϕογ'.

Ἡλιοτρόπιον τὸ μικρόν. Λοιὸν ὃν, σκορπίουρον. ⌋ φύεται ἐν πελματώδεσι τόποις ⟨ παλίμναις. ἔχον φύλλα παραπλήσια τῷ πρασείῳ μικρῷ. σφονγυλώτερα δὲ καρπὸν, σφογγύλον ἀκανθεμάμμον ὡς ἀκροχορδόνας.

De minore Solari herba. Cap. CLXXXVI.

Heliotropium minus. ⌊ Sunt qui & hanc ſcorpiuron. Romani ſolarem minorem dicunt. ⌋ Naſcitur lacuſtribus locis & iuxta paludes. Folia antedictæ ſolari herbæ ſimilia habet, rotundiora tamen. Rotundum ſemen etiam fert, uerrucarum modo pendens.

Δύνατι δὲ ἡ πόα μετὰ τοῦ καρποῦ πινομένη σὺν νίτρῳ, καὶ ὑσσώπῳ, καὶ ὕδατι, ἕλμιν πλατεῖαν τε στρογγύλην ἐκτινάσσειν. αἴρει δὲ τε ἀκροχορδόνας σὺν ἁλσὶ καταπλασσομένη.

Possunt herba simul & semẽ additis nitro, hyssopo, nasturcio & aqua pota, latos & rotũdos uẽtris lũbricos pellere. Quinetiã uerrucas tollũt cũ sale emplastri mõ imposita.

INTERPRES.

DVo esse heliotropia, maius scilicet & minus, quo diximus in maiore loco Varro testatur. Verba eius sunt: Nec minus admirandum quod fit in floribus quos uocant heliotropia. Idem & Paulus Aegineta lib. VI. cõfirmat, seorsum priuatimq; de utroq; agens. Quibus aũt notis inter se differant, hic satis docuit: nec minus quibus etiam uiribus discrepent. Quod tamen hic additis nitro, hyssopo, nasturcio & aqua ait & cętera. Paulus Aegineta pro nasturcio, nisi uitium ineo sit, cardamomum numerat, frequenti in scriptore hoc & aliis à cardamo, quę uox nasturcium Gręcis significat, ad cardamomum lapsu & mutatione.

Περὶ Σκορπιοειδοῦς. κεφ. ψοδ'.

Σκορπιοειδές. βοτάνιον φύλλα ἔχον ὀλίγα τε σπέρματα, οὐραῖς σκορπίου ἐμφερῆ. βοηθεῖ δὲ καταπλασσόμενα σκορπιοπλήκτοις ἄκρως.

De Scorpioide herba. CLXXXVII

SCorpioides. ⌊ Romani scorpion uocant. ⌋ Breuibus foliis herbula scorpioides est, semina scorpionum caudis æqualia habens. Scorpionũ ictibus subuenit emplastri modo imposita.

INTERPRES.

SCorpionem Plinius uocare hanc aliquot locis uidetur: non satis tamen nobis constat, an ubiq; hanc intelligat. Theophrastus enim libro IX. de plantarum historia, scorpion à radicis non seminis figura dictam aperte ostendit. Verba eius sunt: οἱ δὲ σκόρπιον καλοῦσιν, διὰ τὴν ῥίζαν ἔχειν ὁμοίαν σκορπίῳ: quod est: Alij autem scorpion uocant, quia scorpioni similem habet radicem. Hic autem seminis eam figuram dicit esse. Cogitandum itaq; quærendumq;, qualis scorpioides hæc sit.

LIBRI QVARTI FINIS.

ΠΕΔΑΚΙ PEDACII DI

ΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕ ΩΣ, ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ ΙΑΤΡΙΚΗΣ, ΒΙΒΛΙΟΝ Ε΄.

OSCORIDAE ANAZARBEI De medica materia. Liber V.



ΡΟΔΟΝΤΕΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΡΟΓΕΓΡΑΦΗΣΙΤΕΤΡΑΣΙ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΦΙΛΤΑΤΕ ΑΡΕΙ ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΡΩΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΕΛΑΙΩΝ, ΚΑΙ ΜΥΩΝ, ΚΑΙ ΔΕΝΔΡΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΞ ΑΥΤΩΝ ΚΑΡΠΩΝ ΤΕ, ΚΑΙ ΔΑΚΡΥΩΝ. ΕΤΙ ΤΕ ΖΩΩΝ, ΚΑΙ ΜΕΛΙΤΩΝ, ΚΑΙ ΓΑΛΑΚΤΟΣ, ΚΑΙ ΣΤΕΑΤΟΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΑΛΟΥΜΕΝΩΝ ΣΙΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΛΑΧΑΝΩΝ. ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΜΠΑΝΤΑ ΤΟΥΤΟΙΣ ΡΙΖΩΜΑ, ΚΑΙ ΒΟΤΑΝΩΝ, ΚΑΙ ΧΥΛΙΣΜΑΤΩΝ, ΕΙ ΩΔΕ ΡΗΜΑΤΩΝ ΛΟΓΟΝ. ΩΝ ΤΟΤΕ ΤΕΛΟΥΜΕΘΑ ΠΕΡΙ ΟΙΝΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΑΛΟΥΜΕΝΩΝ ΜΕΤΑΛΛΙΚΩΝ. ΑΡΞΑΜΕΝΟΙ ΔΗ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΜΠΕΛΟΥ ΠΡΩΤΟΣΤΑΣΕΩΣ.



RA DIDIMVS quatuor hactenus libris charissime Aree de aromatis, oleo omni, unguētis, arboribus, earumq; fructibus & lachrymis: animalibus itidem, melle, lacte, adipe omni, & his quæ frumentacea dicuntur: omnemq; de oleribus, radicibus, herbis, succis & seminibus rationem. In hoc qui ultimus totius operis est, de omni uino, & his quæ metallica dicuntur, sumpto à uite principio, agemus.

INTERPRES.

DEsiderauit forte hactenus nostra hæc legēs aliquis, appellatū toties à Dioscoride Areum hūc nouissē: quod uerisimile est, animo identidem repetens, aut fortuna, aut sapientia clarū hominē intelligi oportere, qui amicitia scriptoris huius, tamq; honesto munere dignus fuerit. Docti enim doctos amāt: & quò se fortuna, ut Liuius testatur, illic etiā fauor hoīum inclinat. Gaudentq; in hoc genere hominū plures, huiuscemodi laboribus suis maioris alicuius, & qualis regia est, fortunæ gratiā & honorē accedere. Nec nos aliter diu opinati sumus. Nihil tamen de maiore hominis fortuna in Areo hoc pro cōperto nobis erat. Necq; ex antiqua græcorūq; aut Latinorūq; regū historia quicq; inueniebaē, quod ad Areum gentis alicuius regē principē ue pertineret. In alterā ideo partē trahebamur: quærentesq; ex sapientiæ professoribus ætate scriptoris huius clarū aliquē, cui tantū hoc opus meritò dedicareē, in Plutarchi M. Antonio philosophū Areū Alexandrinū hominē inuenimus: quē ob sapientiā suam profectus Alexandriā Octauius futurus paulopost Augstus Cæsar, nauali bello fusis fugatisq; ad Actiū Antonio & Cleopatra multifecerit, ornauerit. & in primo honore inter alios professores, quos tuuc Aegyptus audiebat habuerit. Plutarchi uerba sunt: αὐτὸς δὲ καὶ σαφῶς ἐσέλαμπεν ἐν τῇ πρώτῃ ἀρείῳ τοῦ φιλοσόφου προσδιαλεγόμενος, καὶ τὸν Ἀλεξίωνα διδάσκων. quod est: Ingrediebaē uero Cæsar ciuitatē philosopho Areo colloquens &c. Post quæ longius etiā de eo agens, testatus idem scriptor est, progressum in gymnasium Cæsarem, ex suggestu Alexandrinos omnēq; populū à belli eius culpa absoluere se dixisse: Primū quidem ob conditorē eius ciuitatis Macedonē Alexandrū cognomento magnū, mox ob ciuitatis pulchritudinē & maiestatē, postremoq; ob Areum philosophū, quē digito ostendebat iuxta se stantem: unius sapientiæ salutis suæ gratiā habere eos iubens. Addidit his etiā multa alia, quæ pro honore Arei huius Cæsar Alexandriæ fecerit. Hunc nos credimus Areū scriptoris huius esse: conueniunt enim tēpora. Siquidē hic scriptor, ut Græci aliquot testanē, Cleopatrā Aegyptiā reginā Antonij tēpore sequebaē. Et si hoīem Cæsar ob sapientiā amauit & ornauit, debuit & hic scriptor laboris sui æterno hoc munere claris gētibus facere. Nobis in hāc partē inclinat animus, & si sciamus aliter sentire alios, & plures diuersis tēporibus eodē noīe claros medicinę professione Dioscorides fuisse, præsertimq; quē Paulus Aegineta Alexandrinū patria citat, ab hoc diuersum, medicinā simpliciter professum. Vertit in quinti libri huius procœmio Barbarus aromata odores, sensibilē qualitatē pro rei subsētia indicās. Nō enim odores, uelq; odorata seu odoramēta tradidisse se hic ait. Anceps quidē in Græcis ad odorē & ad ea ex quibus odor sentiē, ea uox est: Verūtamen hic rem non odorē dixisse manifeste testaē. Sunt enim primo & per se Græcis aromata quæ odorata sunt: quæ quoniā in aris ad suffitus incēdebāē, thymiamata etiā dicta sunt: nihil aliud q̄ ut Thucydides inquit, ἀγνὰ θύματα, id est, pura sacrificia: quoniā nulla cæde nullo q; uictimarū sanguine arā cruētabāt. Sūt deinde odores qui ex illis incēsis, fractis ue aut simpliciter sentiūē. Nec aliter Theophrastus intelligit dicēs, οἷς μὲν οὖν ἐπὶ τὰ ἀρώματα χρῶνται, χεδὸν τὰ πλεῖστά ἐστιν, κασία, κιννάμωμον &c. q̄d est: Quibus igiē ad aromata utunē hæc ferè sunt, casia, cinnamomū &c. aromata intelligēs eo loco odores. Quā rationē secutus forte Barbarus, odores uertit. Nos dotatā iāpridē Latinitate Græcā uocē magis amauimus, diximusq; aromata certo rei ubiq; intellectu.

Aromata.

ΠΕΡΙ ΑΜΠΕΛΟΥ ΟΙΝΟΦΟΡΟΥ. ΚΕΦ. ϕοέ.

ΑΜΠΕΛΟΣ ΟΙΝΟΦΟΡΟΥ ΤΑ ΦΥΛΛΑ ΚΑΙ ΑΙ ΕΛΙΚΕΣ ΛΕΙΑΙ ΚΑΤΑΠΛΑΣΘΕΙΣΑΙ ΚΕΦΑΛΑΛΓΙΑΣ ΠΑΥΟΥΣΙ. ΦΛΕΓΜΟΝΑΣ ΤΕ ΣΤΟΜΑΧΟΥ ΚΑΙ ΚΑΥΣΟΥΣ ΣΥΜΦΟΡΑΣ ΑΛΦΙΤΩ, ΚΑΙ ΚΑΘ ΕΑΥΤΑ ΕΠΙΤΙΘΕΜΕΝΑ ΤΑ ΦΥΛ-

De Vinifera Vite. Cap. I.

AMpelon œnophoron. Romani uinifera uitē dicūt. Leniunt dolores capitis concisa uiniferæ uitis folia capreoli que emplastri modo impositā. Leniunt stomachi itidē inflāmationes cū polēta & ardores fo-

λα ψυκλικὰ καὶ συπικὰ ὄντα. καὶ ὁ ἀφ' αὐτῶν δὲ χυλὸς πρὸς ἕλκη ὠφελεῖ, δυσεντερικοὺς, καὶ αἱμοπτοϊκοὺς, καὶ στομαχικοὺς, καὶ κιρσώσας. ἀποβραχέσαι δὲ καὶ ἀπὸ ἕλικες ἐν ὕδατι ἢ πρόσφατα, τὰ αὐτὰ πριοῦσι. τὸ δὲ ἀπ' ἄκρου αὐτῆς ὅμοιον ὄμκομμι, πρὸς πνιγμοὺς μενον πρὸς τελέχεσι, λίθους ἐκλυόμενον σὺν οἴνῳ. ἰᾶται δὲ καὶ λειχλίωσας, καὶ φώρας, καὶ λέπρας καταχριόμενον. δεῖ δὲ προεκνιτροῦν τὸν τόπον. σὺν ἐλαίῳ δὲ ἐγχριόμενον σωρεχῶς, ψιλοῖ τὰς τρίχας. καὶ μάλιστα ὁ ἀπὸ τῶν χλωρῶν καιομένων κλήματος ἀφριζόμενος ἰχώρ. ὅς καὶ μυρμηκίας ἐγχριόμενος ἐκβάλλει. ἡ δὲ ἐκ τῶν κλημάτων καὶ σεμφύλων τέφρα, τὰ πρὸς δακτύλιον ἀφαιρεθέντα κονδυλώματα καὶ θύμια, σὺν ὄξει καταπλασθεῖσα θεραπεύει. καὶ στέμματα. καὶ ἐχινοδέρμους ὠφελεῖ. καὶ σπληνὸς φλεγμονὰς σὺν ἕρπυλλίνῳ, καὶ πηγάνῳ, καὶ ὄξει καταπλασσομένη.

lia etiã ob eam quã habent refrigerandi & adstrin gendi uim: quinetiã per se idẽ præstant. Potus qui ex his expressus fuerit succus, intestinorũ tormini bus, cruentis sputis, cibũ in stomacho nõ continẽ tibus, & prægnantiũ fastidijs, uarijsq; & absurdis rerũ in cibo eaq; appetitibus succurrit. Facit ad ea dem potũ capreolorũ qui in aqua maduerint dilu tum. Quę cõcrescit gũmi modo in uitiũ truncis la chryma, calculos pota cũ uino pellit. Impetigines eadẽ lepræq; & scabies utiliter inunguntur: oportet tñ locũ antea nitro confricasse. Glabrescũt quæ cõ tinue addito oleo ea inunguntur: præstatq; id præci pue qui ex incensis palmitibus exudat aquosus humor. Tollunt inũctæ ea etiã quas in uerrucarũ genere formicas uocãt. Imponit emplastri modo utiliter ex aceto defectis à sede cõdylomatis & in uerrucarũ genere thymis, sarmẽtorũ uinaceorũq; cinis. Luxatis idẽ & uiperarũ morsibus opitulatur & ex aceto rosaceoq; cum ruta lienis inflãmationi bus emplastri modo impositus medetur.

INTERPRES.

QVæ à rusticæ rei scriptoribus in conserenda uinea tam multæ numerãtur uites, aminææ, psythiæ, uer runculæ, bumasthi, & pleręq; alię, omnes quocunq; colore matureſcũt, uindemiam'ue aut rusticam penũ explent, una uiniferæ appellatione à Dioscoride colliguntur: omniũ enim in medicina eadẽ uis, pares q; in earũ partibus ad remedia uires huic scriptori sunt: & si posteriores aliq in plerisq; uitis cãdido colore uuam maturãtis folia, palmites & capreolos magis probauerint. Quod q; uiniferæ discrimen additũ illi ab eo est, non aliã habet causam, q̃ ut ea nota satiua omnis uitis ab alijs quæ superiore uolumine cogno mines illi tractatę sunt, separaretur. Hæc enim ad uindemiã & sanitatis usum ubiq; ferè cõserit & excolitur: illæ spõte sua nascẽtes, nulla hominis cultura, medicinę tantũ inseruiũt. Hæc passim & omnibus notæ: illę me dicã materiã tantũ tractãtibus, solaq; similitudine aliqua gentiũ adoptione in nomẽ uitiũ receptæ: de q̃bus dixisse tũc quæ oportebat satis sit: quẽadmodũ nũc in quotidiana & notissima re nullũ operę pretiũ laborasse fuerit. Mirabit forte aliqs hoc capite, nec sine causa quæret, quale mali genus intellexisse in prægnantibus oporteat quo loco Dioscorides ait: κιασώσαις bibi utiliter ex uitiũ folijs expressum succũ, cũ audierit ex inter pretib⁹ alterę malaciã stomachi, alterũ à cõceptu mulierũ defectiões: nos uero prę gnãtiũ fastidia, uarios q; & absurdos rerũ in cibo appetitus, unã eandẽq; in Grę cis uocẽ uertisse. Verũ nõ erit illi diuersi tatis huius dif ficile casuam cognouisse, si quæ dicta à nobis lõgius in omnibus malis primo uolumine iã pridẽ sunt, ad lo ci huius intellectũ retulerit. Intelliget em̃ eiusdẽ tẽporis cuncta hæc mala in prægnãtib⁹ fieri, plura q; ex his sæpe simul coniungi: nõ tamẽ ijsdẽ uocibus omnia indicari: priuatim q; κίασιν & κιασᾶν uerbũ, uehemẽtiores & impetus magis q̃ appetitus propositarũ rerũ in gerẽtibus uterũ esse, quæ quotidianos cibos fastidiẽtes, absurda & insueta homini comedisse tunc cupiũt: carbones, terrã, cęmenta, & asperrimi acerbiq; saporis ci bos. Quo magis Barbarũ demiror, qui à cõceptu defectiones id malũ dixerit, cũ nõ à cõceptu, sed post ter tiũ ferè mẽsem: nec id malũ fiat ληθυμούσαις, id est, animo deficientibus, sed κιασώσαις, id est, picarũ more quæ pauloante diximus appetẽtibus Dioscorides dixerit. Alter grauidarũ malaciam, affectionẽ eam interpreta tus, cõmuniore q̃ oportebat uoce usus est. Síquidẽ malacia Græca uox est, significat q; gẽti illi languorẽ & eneruatã mollitiem: quæ licet eo tẽpore in prægnantiũ stomacho dici possit, & à Plinio forte sic appellata aliquãdo fuerit, nõ tamẽ indicat quod propriũ græcæ illius uocis est, qua ut diximus priuatim absurdi præ gnantium illi appetitus indicãtur: & à pica aue, ob eas quas in omnibus malis causis diximus, nominantur. Quibus libet nunc addere: credere nos picã, quæ huic malo nomen fecerit, eam esse, quæ à Plinio x. sũę hi storiæ uolumine capite xxix. describitur: Longa insignis cauda, & uaria, id est, non sibi concolor: sed quæ alias plumas & pennas candido, alias nigro colore ostẽdat. Nulla enim in picarũ genere lõgiore cauda est: quæ enim uersicolores sunt, glandariæ ab eodẽ Plinio & ab alijs manifeste dicuntur. Scribentes q; Græcorũ medici in prægnãtibus cissan uocari διὰ τὸ ποικίλον τῶν χρώων, id est, ob uarietatem auis, facile persuaserunt eam esse quam Plinius ut diximus uariam appellat: gens nostra priuatim gazam nunc uocat.

Περὶ Ἀμπέλου ἀγρίας. Κεφ. ϙος'.

Ἄμπελος ἀγρία διττή. ἡ μὲν γὰρ αὐτῶν οὐ πρὸς κάζει πλὴν σαφυλλίῳ. ἄχρι δ' ἀνθήσεως ἄγει πλὴν λεγομένῳ οἰνάνθῃ. ἡ δέ τις τελεσφορεῖ μικροῖς βοτρυδίοις οὖσα, καὶ μέ-

De Labrusca. Cap. II.

AMpelon agrian. ⌊ Romani labruscã di cũt. ⌋ Duplex labrusca uitis est. Alterius non matureſcit uua, sed usq; ad puberta tẽ pducit eã quæ œnãthe. i. flos uitis ap pellat. Fructũ absoluit altera minimis acinis, ni gra, &

λαινα ἡ συπ̃λικ̃ή. Δύναμιν δ' ἔχ[ ]ταύτης τ[ὰ φύλ λα ἡδέα ἕλικες ἡδὲ οἱ καυλοὶ, ὁμοίως τῇ ἡμέρᾳ.

gra, & adſtringẽdi ui. Huius fólia, palmites capre oliq̃, uiniferę & ſatiuę uiti ſimiles habent uires.

INTERPRES.

ALia eſt ſylueſtris uitis hæc ab ea quæ ſuperiore uolumine ampelos agria, id eſt, ſylueſtris uitis dicta etiã à Dioſcoride & tractata fuit: hæc enim ſatiuæ cõgener, ſylueſtri habitu tantũ diuerſa: illa ſola racemoſi fructus ſimilitudine ſic appellata: Eãq; ob cauſam illa ſylueſtris, hæc labruſca uitis ſit: nota ubiq; & cuius flores nũc etiã cõdiendis & odorãdis unis, quo tẽpore pubeſcit, diligẽtius leguñ. Dicimus aũt pubeſcere uites, florere: poëtæ noſtri exẽplo, qui flaui tranſlatione à pubertate hominis uſus, ait. Tunc lõgo pubeſcit uinea fœtu: florẽ uitis intelligens, qui flauo colore lanuginoſus primæ in homine pubertatis ſpeciem oſtendit. Græci à flore ἄνθησιν uocant. Quid aũt œnanthe Græcis ſit, primo uolumine in œnanthini unguenti confectione diximus, & ab hoc loco non multo poſt etiam dicemus.

περὶ Σταφυλῆς.

κεφ. φοζ'.

Σταφυλὴ. ἡ μὲν πρόσφατος πᾶσα ἑκτικὰ σῴζει κοιλίαν. ἡδὲ ἐμπνευματῖ σόμαχον. ἡ δὲ ἐπὶ χρόνον ξυνὰ κρεμαθεῖσα, ὀλίγον μετέχει τούτων. διὰ τὸ πολὺ τὸ ἰκμάδος ἀνεξηρᾶνθαι. εὐσόμαχός πως δέ ἐστι τῆς ὀρέξεως ἀνακλητική. ἡδὲ ἐπιτήδειος πρὸς τοὺς ἀδυνωδεῖς. αἱ δὲ ἐκ τῆς εμφύλου καὶ ἐκ τῆς βακ̃ρ, εὐσομοι. εὐσόμαχοι. κοιλίας ἐφεκτικαί. κύστεως δὲ ἡ κεφαλὴς ἄπιονῆ). ἀρμόζουσι δὲ ἡδὲ αἱ μοπῆοικοῖς. ὅμοιαι δέ εἰσι καὶ αἱ εἰς τὸ γλεῦκος ἐμβαλλόμεναι. αἱ δὲ ἐκ τοῦ ἐφήματος καὶ γλεύκους κακοσομαχοῦσι. σωτίθεντες δὲ καὶ μετ' ὀμβρίου ὕδατος προσαφιδωθεῖσαι. γίνονται δὲ αἱ τριαῦται ἐπ' ὀλίγον οἰνώδεις. δυσώδεσι δὲ ἡδὲ καὶ σώδεσι καὶ χρονίοις πυρετοῖς χρήσιμοι. τὸ δὲ σέμφλεγμονὰς ἡσκληρίας ἡδὲ ἀπέπωσιμμας̃. τὸ δὲ ἀφέψημα τῆς σεμφύλ̃, δυσεντερικοὺς ἡδὲ κοιλιακοὺς ἡδὲ οἰκὰς ὠφελεῖ ὠμὲμμον. ἡδὲ εἰς ἐγκαθίσματα ἡδὲ γίγλας συπ̃λικά. εὐσόμαχα. φευγέντως ἡδὲ αὐτὴ γίγλας συπ̃λικά. εὐσόμαχα. φευγέντως ἡδὲ αὐτὴ ἀντὶ ἀλφίτου ὠμὴ πλαστὸν μᾶζα. ἀρμόζει δυσεντερικοῖς. καὶ κοιλιακοῖς. καὶ τοῖς τὸ μὲν στόμαχον ἀναλελυμμένοις.

περὶ Σταφίδος. κεφ. φοή.

Τῆς δὲ σταφίδος λεπτικωτέρα ὀξυμελὴς ἡ λευκή. ὠφελεῖ δὲ ἡδὲ καὶ αὐτὴ ἐθιομένη ἀστηρίας καὶ βῆχας καὶ νεφροὺς καὶ κύστιν καὶ δυσεντερίαν σὺν τοῖς γίγνεσθαι ἐθιομένη καθ' ἑαυτήν. μιγεῖσα δὲ ἀλεύρῳ καὶ κριθίνῳ καὶ ὠμῇ, καὶ τηγανισθεῖσα μετὰ μέλιτος καὶ λαμβανομένη, εἴς τε ἀποφλεγμασμοὺς καθ' ἑαυτήν. καὶ σὺν πεπέρει μασσωμένη εὐθετεῖ. δι' ὑμῶν τὰ φλεγμονὰς παύει. καὶ ἀπλασθεῖσα μετὰ ἀλεύρου κυαμίνου. καὶ κυμίνου. ὠφελεῖ δὲ καὶ ἄνθρακας καὶ κηρία καὶ τὰς περὶ ἄρθρα σκληρόνας καὶ γαγγραίνας, χωρὶς γιγάρτου. ἰᾶται λεία σὺν πικράνῳ ὠφελεῖ μὲ καὶ ἀπλασθεῖσα. πρός τε ποδάγρας ἀρμόζει μετὰ τοῦ ὀποπάνακος καὶ ἀπλασθεῖσα. καὶ ὄνυχας δὲ θᾶττον ἀφίστησι σαλθυθεῖσας ὠφελασθεῖσα.

De Vuis. Cap. III.

STaphylen. Romani uuã dicunt. Turbat aluum recens uua omnis, & ſtomachũ inflat: innocentior quæ aliquandiu pependit: exaruit enim in ea maior humoris ſui pars. Stomacho accommodata: appetentiam cibi reuocat: quibus infirmum corpus eſt, etiam utilis. Ollares & in uinaceis ſeruatæ in cibo quidem ori ſuaues gratæ'que, & ſtomacho utiles aluum compeſcunt: ueſſicam tamen & caput infeſtant. Sanguinem expuentibus utiles. Similes ijs & quæ in muſto fuere, ſapa & paſſum, inutiliores ſtomacho facit. Seruãtur & cœleſti aqua paſſæ prius factæ, exiguo uino, ut uinoſæ fiant, antea conſperſæ: ſiticuloſis, ardentibus & diutinis febribus utiles. Seruantur earum uinacei, imponũtur'que emplaſtri modo contra mammarum durities, inflammationes, & nimiam lactis abundantiam. Inteſtinorum torminibus, cœliacis, & fœminarũ fluctionibus utiliter infunditur earum decoctum. Fouentur eodem inſidentes fœminę, & inſpergun tur pari utilitate. Vinaceorum nuclei, q̃ adſtringendi uires habẽt, ſtomacho & ipſi utiles. Frixi idem tritiq̃ & pro polenta emplaſtri modo impoſiti, inteſtinæ torminibus, cœliacis, & ſtomachi reſolutionibus medent. In paſſis uuis adſtringendi maiore ui albæ q̃ nigræ ſunt. Cõfert faucibus, tuſſientibus, & ueſſicæ in cibo eatę caro. Inteſtinoę torminibus cum nucleis ſuis eędem per ſe proſunt in cibo ſumptæ. Milij uero hordeiq̃ farinæ & ouo mixtæ, tũ cum melle frixæ & in cibo ſumptę, per ſe cum pipere commanducatæ, oris pituitas purgant. Teſtium inflammationes cũ lomento fabæ aut cymini farina ſedant emplaſtri modo impoſitæ. In uerrucarũ genere quas epinyctidas uocant, carbunculos, fauos, & articulorum exedentia ulcera, gangrẹnasq̃ ſine nucleis ſanant cum ruta impoſitæ. Podagris cum panacis liquore utiliter emplaſtri modo imponuntur. Pellunt eædem mobiles ungues breui tempore, emplaſtri modo ſimiliter impoſitæ.

Credun-

CReduntur neq; immerito alterã humanæ uitæ partẽ & neceſſitatem uites, uindemia & uuę explere. Deficienti enim in nobis frigido & humido, quæ tota ſitis eſt, quotidianis poculis ſubueniũt. Nec ali unde non uitæ modo, ſed beatioris uitę multis fœlicior occaſio eſt: tã multis ſaporibus uina & uuas natura uariauit. Quam ob cauſam pleriq; eas æſtiuoq; autũnalium q; pomoq; omniũ, quæ una uoce Græci oportã dicunt, primũ maximũq; caput & quaſi ſummã eſſe eas tradiderunt. Verũtamen ſi omnis uuaq; uſus toto anno æſtimetur, ſi, q̃ multiplici ratione ſeruẽtur, & q̃ ſæpe pro fruge & obſonio homini ſint, ſi, quãdiu ruſticas & urbanas mẽſas ſuaui & utili cibo inſtruãt, nõ paq; in altera humanę uitæ neceſſitate quæ fames eſt, illis debebimus. Nunq̃ ob eam cauſam ſatis in eo pomo laudabitur natura: ingrateq; homines fecerint, ſi quocũq; potuerit aliquis ſtudio, tã neceſſariũ generi humano & fœlix naturæ munus nõ excoluerit, orna uerit, & ubi opus ſit, uetuſtate negligentia'ue hominũ amiſſum, inſtauraverit. Quod nos in paſſis uuis & uino toto hoc capite agemus, quoq; iãpridẽ periſt in Italia cõfectio & uſus. Cũ tamen fœliciore illo Romanæ gẽtis ſeculo paſſim cuncta hæc fierẽt. Et in diſciplina ruris uillici q; & uillicæ præceptis nõ aliud certius ob quotidianas neceſſitates & uſus doceret, quod ex ſcriptore hoc patere omnibus poteſt, tã multis locis iubẽte bibi in paſſo, & additis paſſis uuis cõfici aliquid, & his ſimilia alia. Scimus quidẽ paſſas uuas nũc etiã in uſu eſſe, ueq; ex Coryntho, alioq; locis peregrinas peti: & pro paſſo dulciore liquore aliquo, qualis uerbi cauſa ſapa defrutum'ue & mel eſt, uti medicos poſſe & uillicos. Sed ſi noſtris licet uti opibus, cur alienas quęramus? Et ſi paſſim exiguo labore cõficere uillicus poterit, & à uillico excepto medicus, ſine inflationis periculo quod mel habet, uti: cur ſimilia potius q̃ quæ priuatim & tutò medicinæ deberi aliquãdo tradita ſunt, amabimus? Indignũ profecto nobis & medicinæ id fuerit. Quod ne fiat quatenus licebit repetitã exantiquitate utriuſq; rei cõfectionẽ trademus. Eſtq; illud ante omnia ſciẽdũ, à patiẽtia paſſis uuis & uino nomẽ quondã factũ fuiſſe, ſi Plinio credimus XIIII. uolumine capite primo dicẽti: Quin & à patiẽtia nomen acinis datur paſſis. Qualis aũt ea ſit quãtãq;, XIII. uolumine cap. XVI. docuit Columella, iubẽs ad paſſas eligi maxime albas, dulciſſimi ſaporis, maximis acinis & raris: fieriq; id oportere luna deſcreſcẽte, ſereno & ficco cœlo, circa meridiẽ, lectas q; uuas has in tabulis pauliſper porrigi, ne inter ſe preſſæ ſuo põdere collidant: mox in aheno aut fictili aliquo nouo, amplo, ex ſarmẽtoq; cinere factã lixiuiã uſq; ad feruorẽ calefacere: & cũ feruebit, aliquid puri & optimi olei adiicere, ſimulq; miſcere: tum racemos uuaq; pro magnitudine binos uel ternos ſimul colligatos in ahenũ illud feruẽs demittere: tãdiuq; illic habere dũ decolorẽtur, nõ tamẽ excoquãtur: in qua re agẽda moderatione tẽperamẽtoq; opus erit. Exemptas dein ex aheno uuas in crate diſponi idẽ iubet rarius, q̃ ut altera alterã cõtingat: ſingulas deinde poſt tres horas inſolatas cõuerti: neq; ubi primus fuerãt, reponẽdas: ne relicto illic humore corrũpantur: noctibus etiã tegi, ne irrorẽtur aut imbre madeãt. Poſt aliquot poſtea dies cũ modice aruerint, in uaſa noua cõdi præcipit & c. Et hæ ſcriptoris eius paſſæ uuę ſunt. Palladiũ alia ratio eſt, quã in Octobri mẽſe his uerbis monſtrauit, nõ ut Italia ſed ut Græcia conficere cõſueuerat. Vuã paſſam græcã ſic facies: Melioris acini & dulcis & lucidi botryones in ipſa uite torquebis, & patieris ſponte ſua inareſcere: deinde ſublatos in umbra ſuſpẽdis, & uuã diſtrictã cõponis in uaſculis: ſubſternis pãpinos ficco algore frigentes & c. Diuerſa hæc à Romana paſſæ uuæ confectio eſt, quẽadmodum & eius condituræ fuerunt. Quæ quoniã longius à Columella eodẽ capite docẽtur, non reddentur à nobis: poterunt enim ab illo uolentes omnia certius audire. Interim aũt nos docebimus, primum qua ratione Columella, tum qua Palladius paſſum & uterq; ſuum cõficiant. A Columella XIII. uolumine capite XXXIX. ex Magonis Africani præcepto: nam eius gentis primũ paſſi confectio & maximus uſus fuit, ſic fieri paſſum præcipitur: Vuam præcoquam bene maturam legere oportet: acina arida aut uitioſa reiicere: furcas mox palos'ue qui cannas ſuſtineant, inter quaternos pedes figere, & perticis iugare: tum inſuper cannas ponere & in ſole pandere uuas: noctibus uero tegere, ne irrorẽtur. Cum deinde exaruerint, acina decerpere, & in doliũ coniicere. Eodem muſtum q̃ optimum, ſic ut acinis ſuperſtet, adiicere: ubi combiberint uuæ ſeq; impleuerint, ſexto die in fiſcellam conferre, & prælo premere, paſſumq; tollere. Et hæc conficiendi paſſi diſciplina ueteribus fuit: & ſi aliæ etiam rationes ab eo eodem loco numerentur. Palladius non diſſimilem huic confectionem Octobri menſe ſua ætate fieri docuit. Ante uindemiam enim paſſum fieri iubet uniuerſæ Africæ more pingue atq; iocundum. Leguntur uuæ paſſæ q̃plurimæ, & in fiſcellis clauſæ iunco factis aliquatenus rariore contextu, uirgis primo fortiter uerberantur. Deinde ubi uuarum corpus ui contuſionis exoluerit, cochleæ ſuppoſita ſporta cõprimunt. Hinc paſſum eſt quicqd effluxerit: & cõditũ naſculo, mellis modo ſeruat. Breuior ſane hæc ratio ſed non diſſimilis priori. Siquidẽ quæ à Palladio paſſę uuę legi iubẽtur, præcoques illæ & ſole arefactę Columellæ ſunt: Et quas ille muſto implet ut ſuccum reddant, hic uirgis flagellat & lenteſcere cogit: quamq; hic cochleam, ille prælum: & quam fiſcellam Columella, hic ſportam uocat. Fuit quondam paſſum quotidiani uſus: eratq; in ſanitate & ualetudine homini pro melle, ſine inflationis periculo ut diximus, quã mel præcipue facit. Exoleuerunt noſtra ætate omnia huiuſcemodi: ideoq; quæ illa hæc quondã fiebant, repetita à nobis longius fuerunt, ut cognoſcant intelligantq; omnes, quantopere in paſſis uuis & paſſo à ueteq; diſciplina & moribus diſceſſerimus: multoq; magis in tam multis uuaq; condituris quæ illis penè infinitæ fuerunt, ex Columella alioq; rei ruſticæ ſcriptoribus cognoſcẽdæ, ut certius intelligant legentes quas hic in uinaceis, in ollis, in ſapa & muſto, & in cœleſti aqua ſeruaras dicit. Cuncta eñ ab eo tradũtur eodem operis ſui uolumine, capite XLIII. Nos enim tam multis obſeruationibus cõmentationis has noſtras augere nolumus. Erit etiam ex lectione ſcriptoris illius aliud operæpretium: intelliget eñ qui id aget, quas hic paſſas antea factas uuas in cœleſti aqua cõponi iubet: additq; ὑπ' ὀλίγον τοὺς βότρυς ἵνα θᾶσσον ξηρανθῶσιν, eam habere rationẽ quã nos locum illũ uertentes indicauimus, exiguo ſcilicet uino ut uinoſę fiãt cõſpergi oportere. Ex paſſi eñ cõfectione tota ea ratio fluxit, in q̃ iubet ille uuas in muſto demergi ut uinũ cõbibant. Neceſſariũ eñ eſt, ut q̃ ſole natiuus humor in eis aruit, nouo & cõgenere liq̃re aliq̃ iterq; uecſcat, Idq; nos præcipi à Dioſcoride credimus: & ſi alioq; aliter locũ interpretati ſint, q̃s nõ dãnamus, ſed interpretationis

Vuæ paſſæ

tationis noſtræ quã debemus cauſam indicamus. Quẽadmodũ à principio capitis huius cõtrà q̃ Plinius & alij dixerũt, locũ ipſi etiã uertimus, πρὸς τοὺς ἀσθενοῦντας: quas uoces Plinius XXIII. uolumine capite II. uertens ait: Innocẽtiores quæ decerptæ diu pepẽdere: qua uẽtilatione etiã utiles fiũt ſtomacho ægriſq; Aegros appellãs, quos hic ἀσθενοῦντας. Plinio ſecuti interpretes alij, ægris prodeſſe & ipſi dixerũt. Nobis, quibus infirmũ corpus eſt, magis uertere placuit: nõ ob aliã ſane cauſam, q̃ ut certiore intellectu res nũc pateret. Nolumus nũc quærere quid ægrũ Latinis proprie ſit, grãmaticis enim cognoſcẽdum hoc relinquimus. Sed quod mõnemus illud eſt, nõ ſignificare Græcis ἀσθένεια & ἀσθενοῦντας totũ & propriũ alicuius ualetudinis & mali genus, ſed uel per ſe, uel ex ualetudine relictã corporis infirmitatẽ, qua legitimæ naturæ operationes impediãtur, aut parũ fœliciter ſaltem expleãtur. Eſt enim ἀσθενὲς Græcis, Latinis uero infirmum, quod robore ſuo caret, Aptiusq; non ex ui & ratione nominis tantum, q̃ ex re ipſa id uiſum nobis eſt. Eſt illud in medio hoc capite etiã animaduertendum, non uideri nobis ſine uitio eſſe quod legitur, frixi ĩſdem tritiſq;, & pro polentã em plaſtri modo poſiti, inteſtinoq; torminibus &c. neq; enim poſſunt pro polẽta quæ humeſcit & glutinoſa eſt, uſum habere uinaceoq; nuclei arentes & frixi. Credimusq; cum polenta, non pro polenta, legi locum oportere, eamq; ob cauſam ſuſpicionis uitij nota ſignatus locus à nobis eſt.

ἀσθένεια, ἀσθενοῦντες Infirmitas, Infirmi.

De Labruſcæ uitis flore, quem Græci Oenanthem dicunt. Cap. IIII.

OEnanthem. ⊥Romani pariter Græcis œnãthem uocãt. ⊥Labruſcę uitis cũ floret fructus œnãthe eſt. Legẽda cũ floret, & in fictili nõ picato ſeruãda: cũ legit ſubſtrato linteolo excipiẽda, & in eodẽ in umbra ficcãda eſt. Naſcit pbatiſſima in Syria, Cilicia & Phœnice. Adſtringẽdi uis & natura illi eſt, eapropter ſtomacho utiliter bibitur. Vrinã cit, aluũ fiſtẽs, & ſanguinis expuitiones cõpeſcens. Vtilis eadẽ contra aceſcentẽ ſtomachũ, & ex repletione faſtidia: in quẽ uſum ficca emplaſtri modo imponit. Inſpergit dolori capitis ex aceto roſaceoq; uiridis pariter & ficca. Imponitur eadẽ emplaſtri modo ad arcendas cruentorũ uulnerũ inflãmationes, & incipiẽtes oculorũ fiſtulas quas ægylopas uocant. Imponit eodẽ modo & oris ulceribus, & his quæ in genitalibus paſcẽdo ſerpũt, additis melle, croco, roſaceo & myrrha, cũctisq; his ſimul coactis. Peſſulis p̃terea ad coërcẽdũ fœminarũ ſanguinẽ addit. Cõtra oculorũ deſtillatiões & ſtomachi ardores cũ uino hordeaceaq; polẽta emplaſtri mõ imponit. Cremat œnanthe ignitis carbonibus in teſta teſtæ ſuperpoſita: crematąq; oculorum medicinę utilis eſt. Reduuñsq; & digitorũ pterygĩs: Cruentas poſtremo diffluentesq; gingiuas ſanat.

περὶ οἰνάνθης.

κεφ. φοθ'.

Οἰνάνθη καλοῦσι τὸ τῆς ἀγρίας ἀμπέλου ἄνθος. ὁπόταν ἀνθῇ. ἀποτίθενται δὲ εἰς ἀκόνιτον ἀγγεῖον ὀστράκινον. συλλέγοντας τὰ ἐκφαίνοντας ἐπὶ ὀδόντος, ὧν σκιᾷ. καλλίστη γίνεται ἡ συρία καὶ κιλικία καὶ φοινίκη. Δύναμις δὲ αὐτῆς συστατική, ὕδατι πινομένη εὐστόμαχος καὶ οὐρητική. κοιλίαν ἐφιστῶσα καὶ αἵματος πτύσιν. ἐκφοὰς δὲ καταπλασθεῖσα καὶ πρὸς ἀσκώδη καὶ ὀξύοντα σώματα. σὺν ὄξει δὲ καὶ κεφαλαλγίαις ἔμβρεχε. κατάπλασμά τε αἱμάτων ἀφλέγμαντον. καὶ ἀρχομένων μαίγιλώπων. καὶ τῶν σωμάτων οὐλῶν. ἃ νομῶν φ. ἃ αἰδοίοις. σὺν μέλιτι καὶ κρόκῳ, καὶ ξηρᾷ σμύρνῃ λεανθεῖσα, εἰς τε πεσσοὺς μίγνυται πρὸς ὠὰ κεστοῦ αἵματος, τὰ ῥεύματα ὀφθαλμῶν, καὶ καυσούμενον στόμαχον καταπλάσσεται σὺν πεπάλῃ ἀλφίτου καὶ οἴνου. καυθεῖσα δὲ ἐπ' ὀστράκου διαπύοις ἀνθραξὶ, πρὸς τὰ ὀφθαλμικά. πεσσοὺς χίμαιρας τὰ πρόγεια, καὶ οὖλα ἀφεσῶτα, καὶ αἱμασόμενα σὺν μέλιτι ἀδραπεύει.

De Labruſcæ uitis flore, quem Græci Oenanthem dicunt. Cap. IIII.

OEnanthe. Romani pariter Græcis œnãthe uocãt. Labruſcę uitis cũ floret fructus œnãthe eſt. Legẽda cũ floret, & in fictili nõ picato ſeruãda: cũ legit ſubſtrato linteolo excipiẽda, & in eodẽ in umbra ficcãda eſt. Naſcit pbatiſſima in Syria, Cilicia & Phœnice. Adſtringẽdi uis & natura illi eſt, eapropter ſtomacho utiliter bibitur. Vrinã cit, aluũ fiſtẽs, & ſanguinis expuitiones cõpeſcens. Vtilis eadẽ contra aceſcentẽ ſtomachũ, & ex repletione faſtidia: in quẽ uſum ficca emplaſtri modo imponit. Inſpergit dolori capitis ex aceto roſaceoq; uiridis pariter & ficca. Imponitur eadẽ emplaſtri modo ad arcendas cruentorũ uulnerũ inflãmationes, & incipiẽtes oculorũ fiſtulas quas ægylopas uocant. Imponit eodẽ modo & oris ulceribus, & his quæ in genitalibus paſcẽdo ſerpũt, additis melle, croco, roſaceo & myrrha, cũctisq; his ſimul coactis. Peſſulis p̃terea ad coërcẽdũ fœminarũ ſanguinẽ addit. Cõtra oculorũ deſtillatiões & ſtomachi ardores cũ uino hordeaceaq; polẽta emplaſtri mõ imponit. Cremat œnanthe ignitis carbonibus in teſta teſtæ ſuperpoſita: crematąq; oculorum medicinę utilis eſt. Reduuñsq; & digitorũ pterygĩs: Cruentas poſtremo diffluentesq; gingiuas ſanat.

INTERPRES.

LAbruſcæ uitis tantum œnanthe medicis flos eſt: neq; ad medicinã ex alia uite utuntur. Cæteris ſatiuæ etiã flos: & prima uitiũ omniũ pubertas œnanthe dicitur. Numerauit inter aues etiam Plinius hoc nomine quæ ſtatos latebræ dies habet exoriẽtes ſirio occultata ab occaſu eius progrediens: ſic forte dicta, q̃ cũ uitiũ prima pubertate hac prodeat: nec ultra quicq̃ de ea tradidit. Diligẽs alioqui in œnanthes huius hiſtoria & medicina, quam: alterã XII. uolumine capite XXVIII. alterã XXIII. capite I. longius proſecutus eſt. Ex eo multa quæ in Dioſcoride nõ legũtur Barbarus editioni ſuæ miſcuit, quæ poterũt uolẽtes facile in eo deprehendere. Nobis totidẽ quatenus licuit & ĩſdẽ uerbis omnia reddere placuit. Eadẽq; fide monemus ſcribere in VI. ſuæ medicinæ Paulũ Aeginetã, plurimũ quidẽ ex labruſca œnanthes uſum eſſe, quoniã egregie adſtringit, ſtomachumq; & aluũ maxime firmat. Verũtamẽ traditis his idem ſtatim ſubĵcit: ὁ δὲ Διοσκουρίδης ταύτην ὑπογράφει ταύτῃ ἐναντίαν τὴν δύναμιν ἔχουσαν. ὅθεν διύτρα φυσὶ, καὶ σπασμουρίαν, καὶ ἴκτιρον ἰᾶται: quod eſt: Dioſcorides autem aliã deſcribit œnanthen contrarias huic uires habentẽ: ideoq; ſecundis, ſtillicidio ueſſicæ & fellis ſuffuſionibus eam mederi ait: quorum nihil in capite hoc legitur, neq; in ſcriptore hoc alibi legiſſe memini: & nihilominus non negligenda Aeginetæ autoritas & teſtimonium eſt: quẽ credere oportet uera, & quæ aliquãdo legiſſet teſtari: nobis nihil eſt q̃ adĵcere aliud his ualeamus. Rem tamen ſignauimus, ut ſi forte laxandi uires habere œnanthẽ aliquando aliquis inuenerit, autoritate ſcriptoris eius ſciat aliam ab hac illam eſſe, alteriusq; uitis quærendum cum florebit fructum, qui contrarias huic uires habeat. Qualis autem ea ſit, non auſim ego dicere,

De

Περὶ Ὀμφακίου.
Κεφ. ϕπ'.

Ὀμφάκιον. ἔστι μὴ χυλὸς ὄμφακος θασίας σαφυλῆς μήπω πεπαζούσης. ἢ ἀμιννδαίας. δεῖ δὲ πρὸ κυνὸς ἐκθλίβουσθαι τὸν χυλὸν ἡλίῳ μὲν χαλκώματι ἐρυθρῷ ἐσκεπασμένῳ ὀθονίῳ, μέχρις οὗ συσταφῇ ὅλον, ἀεὶ δὲ περιπηγνύμενον μίσγων ὑγρῷ. νύκτωρ δὲ αὔριον αὖθις ἀπὸ τοῦ παιδείου. κωλύουσι δὲ αἱ σφόδρα πλὴν σύσασιν αὐτῶν. ἐκλέγου δὲ τὸ ξανθόν. εὐθρυπτον. σύφορον ἰκανῶς. σκληρὸν πλὴν γλῶσσαν. ἔνιοι δὲ ἕψοντες τὸν χυλὸν συσταφοῦσιν. Αξμάζει δὲ πρὸς πᾶσι μὴ σαφυλίῳ. ἄφθας. οὖλα πλαδῶντα σὺν μέλιτι ἢ γλυκεῖ. πρὸς δὲ σύριγγας καὶ παλαιὰ ἕλκη καὶ νομὰς σὺν ὄξει. ἐγκλύζεται δὲ ἐπὶ δυσεντερικῆς καὶ ῥοϊκῶν. ἔστι δὲ καὶ ὀξυδρακές. τραχύτησι δὲ ὀφθαλμῶν ἀσμάζει καὶ τραυματίαις καυθῶν. πίνεται καὶ πρὸς αἱματος πτύσιν πλὴν πρόσφορον καὶ κατὰ ξύσιν γλυκυμλύκην. ὑδαρεῖ δὲ δεῖ χρῆσθαι λίαν μὴ ὀλίγῳ. ὠμὴ καίεται δὲ ἱκανῶς.

De Omphacio, qui ex acerbis uuis expressus succus est. Cap. V.

Omphacion. Romani pariter Græcis omphaciũ dicũt. Acerbæ necdũ maturescẽtis Thasiæ aut Amineæ uuæ succus omphaciũ est. Exprimit pæstatẽ ante canis ortũ: expressũq; in æreo rutilo uase linteolo optũ donec totũ denset, insolat. Oportet dũ insolat qđ in eo subinde cõcrescit & densat, liqdo misceri. Per noctẽ ne sub dio irroret, sub tectũ referendũ est: dẽsari em huiuscemodi prohibẽt nocturni rores. Probat omphaciũ qđ colore fuluo erit & friabile, egregie adstringẽs & linguã erodẽs. Quidã coquentes omphaciũ dẽsant. Tonsillis, uuæ, ulceribus oris quas aphthas uocãt, diffluẽtibus humore gingiuis, & pruritẽtis auribus cũ melle passo'ue prodest. Cũ aceto aũt fistulis, uetustis ulceribus, & his quæ pascẽdo serpunt. Clystere cõtra intestinorũ tormina infundit. Infundit & contra muliebres fœminarũ fluctiones. Facit ad oculorũ claritatẽ. Scabris genis & angulorũ in oculis erosionibus utile est. Bibit cõtra recentem & ruptis uenis factã sanguinis expuitiõem. Verum tamen modico & copiosa aqua diluto uti eo oportet: uehementissime enim urit.

INTERPRES.

NOn animaduerterũt Dioscoridis omphacium uertẽtes interpretes alĩ, informẽ, nec reliquo corpori cõgruentẽ in extremis clunibus caudã illi reliquisse. Nec aliter q̃ Flaccus cecinit, qđ ille fingebat monstrũ, turpiter in atrũ piscẽ desinere: ex omphacio omphacite uinũ fecisse. Quod em in extremo capite in eaꝝ editionibus legit: Vis succo adstrictoria &c. Vel ut alter ex eis eã incœpit partẽ: Idẽ adstringit: prodest stomacho qui cibi tenax nõ fit: & ab his qđ totũ legitur usq; ad integrã capitis huius clausurã, totũ ex historia & medicina uinorũ quæ statim sequitur, in omphaciũ irrepsit, in qua hic idẽ ait: ὁ δὲ ὀμφακίτης &c. Mox συστηκὼν δὲ ἔχει πλὴν δύναμιν. καὶ εὐστόμαχον. καὶ διαιρέσει, καὶ ἐπιλύσει, καὶ τοῖς δυσεντερικοῖς, καὶ εὐστόμαχον ἁρμόζουσαν. λοκεῖ δὲ καὶ λοιμικαῖς διαθέσεσι βοηθεῖν &c. Ne lõgius q̃ decet tam multa repetantur, omnia ut uidetur duobus locis eadẽ, & importune ab aliquo ex uino ad omphacium trãslata, qui omphacite id uinũ uocari sentiens, omphacio cõiungi debere credidit. Verũtamen lõgo interuallo omphaciũ ab omphacite uino differt, ut mox in cõfectione eius legẽtibus patebit. Debuerãt hoc illi animaduertere, nec prætermittere tantũ, sed inuenienda post hac etiã in scriptore hoc cognouisse. Calchãtis enim Homerici maxima illa fuit & omniũ integra semper laus erit, præterita meminisse, præsentia intelligere, & futura cõijcere: cognitisq; his apte omnia constituere. Nos eam reliquimus partẽ inutilẽ hoc loco, non multo post appositæ tractãdã. Indicarunt q; id nobis antiquioris fidei codices, in qbus nihil huiuscemodi legitur: sed multo magis res ipsa suis locis docẽs tractanda singula, nec diuersa simul miscenda rerũ genera esse: importuneq; bis aliquid nulla urgente necessitate tractari nõ debere. Discrepant nobis etiã cũ alijs interpretibus pleraq; alia, & si forte nõ multifacienda alicui uideri poterunt: quale est qđ alter eorũ pro acerbis, necdũ maturis uuis, quas Græci notissima cunctis uoce omphacas uocãt, acidas dixit: quod priuatim ad saporẽ pertinet: potestq; in maturitate etiã sentiri. Neq; enim acidũ ὄμφαξ Græcis simpliciter significat, sed acerbũ, in quo poterit acidus, poterunt & alĩ sapores esse: ut q; priuatim acidũ dicimus, quod sapore suo acescit: sic acerbis omnibus cõmunis omphacis uox est: neq; uuã magis q̃ oliuas, lauri baccas, & innumera alia nondũ matura Græci ea uoce indicant: nõ ex sapore omphacite oleũ, sed ab immaturitate oliuarũ appellãtes: Eãq; ob causam cõmunẽ eius uocis æstimationẽ nos secuti, acerbã uertimus. Nec dissimili ratione qđ hic scriptor, μήπω πεπαζούσης ait, uertit q; idẽ nondũ nigrescẽtis: nos nondũ matures cẽtis diximus, cõmuniore in uuis eius uerbi significatiõe usi. Est enim Græcis πεπαζῆναι μελανίζεσθαι, id est, nigrescere: est itidẽ ποικίλλεσθαι, id est, uariari: est postremo πεπαίνεσθαι id est, maturari, & maturitate mitiũs fieri. Fecimus q; id, ne quod hic non decernit, ex albis uuis fieri posse omphacium negaremus: quod contracta ad nigredinem uuarum maturitate, necessario futurum erat. Sunt quidẽ leuia hæc, uerũtamẽ non negligẽda penitus in his quæ ad artes & uitã pertinent. In quibus nulla satis fides aut diligentia hominis unquam fuerit. Quales autem Amineæ uites, quas hic cæteris anteponit, in disciplina ruris sint, copiosissime docebunt Columella quarto operis sui commentario, capite 11. & xiiii. uolumine, capite 11. Plinius: breuissime q; omnium & fœlicissime in georgicis suis Maro cum cecinit: Sunt & Amineæ uites firmissima uina. Quæ una firmitatis laus causa antiquis scriptoribus tam Græcis quàm Latinis fuit, ut ad medicinam ex hac uite materiam, uuam, omphacium & uinum præ cunctis

Ὀμφακίου πεπαζούσης

cunctis aliis laudauerint semper & amauerint. Idemq; de Thasiis constituendum est, quarę idem Maro hoc uase, ad genus æris pertinet: quod eo colore in hoc usu probabatur. Id Cyprium uas alter ex interpretibus uertit, relicto legentibus desiderio ex qua materia quærendum id uas sit. Scimus quidem anteferri cunctis aliis in medicina Cyprium æs, & in Plinio Cyprium uas pro æneo ex ea gente intelligi aliquādo oportere: Verūtamen nō erat nostra ætate tā obscure dicendū, quod à Dioscoride apertissime ostendebat, præsertim nihil de Cyprio magis q̄ de quo uoluerit aliquis alio ære hæc docente. Quinetiā quē Dioscorides χυλὸν succi simplici significatiōe indicat, ex Plinio melliginē interpretati ambo sunt: eandē Plinianę lectiōis studio obscurius incertiusq; q̄ nostrorę temporę medicina exigat rē ostendentes. Dicendū hoc capite etiā prius q̄ ab omphacio discedamus: Cū decreuit hic scriptor ἧς ὄμφακι μή πω πρὸς κυνὸς ἐκβλύσιας ὀμφάκιον, id est, ut nos uertimus, ex acerba uua nondū maturitate nigrescente per æstatē ante canis ortū exprimi omphaciū: quartum signari totius anni interuallum, quod autore Varrone primo rerum rusticarę suarę cōmentario à solstitio ad caniculæ signum uiginti & septem diebus quondā numerabatur: quo tpe nulla sui parte nigrescens, tota adhuc uiret omnis uua: tuncq; exprimi omphaciū hic iubet. Exigebat hic locus ut de interuallis ijs temporę certius ageremus: interest enim medicinæ & salutis humanæ qualia ea sint cognosci: præsertim docentibus multa Græ corę medicis ex eorū ratione, sed longior rei series & historia est: Satis mō sit Varronē quo diximus loco & Dioclem in epistola ad Antigonū regem citasse, à quibus poterunt uolentes plura in to ta hac re audire. Nos tamen nō tacebimus ab antiquissimis Gręcis ὥραν, id est, horā interuallū hoc uocatum fuisse, receptumq; à posterioribus in aliquibus adhuc seruari, præsertimq; in medicina & rustica re, quarę al tera æstiuum mel horęū appellauit. Idq; significauit Plinius lib. xi. cap. xiiii. dicēs: Alterum genus est mellis æstiui, quod ideo uocatur horęum à tempestiuitate præcipua ipso sirio explendescente post solstitium diebus xxx fere. De quo dictum iampridem quatenus tunc, & quō res exigebat in myrrha est: tunc enim de speciosiore habitu sermo erat, quem Græci ὥραν etiā uocant: quod Plinius eo loco etiā indicat, à tempestiuitate præcipua horęum dici ostendens. Nunc aūt alia uocis huius ratio tractatur & docetur. Altera communi a pellatione horæa nominauit, oēs toto illo temporis spatio matureſcentes fructus, q̄s posteriores meridi horarios passim nunc etiam nominant, æstiuos & ipsi etiā intelligentes. Nō aliunde nominis & rei inuenta indicatione, q̄ à temporis interuallo, eo quod nos ex Varrone descripsimus, & antiquiores Græci horam uocarunt. Est sanè cunctis anni tempestatibus cōmune nomen hora, idq; in Gręcis omnibus patet: cōsueuitq; ea gens cū horā nominat addere aliquid semp, uerbi causa, ὥρα θέρους, & ὥρα χειμῶνος, quod est, æstatis & hyemis hora, id est, tēpestate. Crederēq; ego honoris ob multa eius temporis cōmoda prærogatiua hac ornatam eam fuisse anni partem, ut priuatim, scilicet hora hæc diceretur: nisi Homerus eadē hac ratiōe in uere usus fuisset, cum cecinit: μυρίοι ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ. quod est: infiniti quot folia & flores fiunt per horam, id est, per uer: patetq; significari ea uoce uer ex reipsa: tum ex Silio poēta etiam, qui eius uersiculum uertens ait: Millia quot foliis, quot floribus incipit annus. Receptū tamen id est. Nec ausim ego nunc dicere quod antiquissimi scriptores etiam nescire se palam testati sunt: Id iam nunc monebimus, ex quo in horæis fructibus ab antiquis Græcorum medicis numerantur tantum cucurbitæ, cucumeres omnes, & pepones omnes, non male dubitari posse horęorum nomine significari certum genus, & eos tantum, qui maiore & specioſiore habitu toto eo tempore maturantur: speciosum enim grande, elegans, & undique amabile Græci ὡραῖον uocāt. Nam quod ad omnes æstiuos & autumnales alios omnes fructus pertinet, unum oporæ nomen satis erat. Quæ uox licet proprie autumnum, & ex eo autumnales fructus significet, in censu tamen eius numerantur ab antiquis: æstiui etiam qualia mora, cerasa, pruna, & præcoqua & Armeniaca sunt, omnia æstate matureſcentia. Quod totum manifeste primo libro indicat Paulus Aegineta, de horęis et omni opora agens: & hęc quidem hactenus. Dicendum etiam q̄ ad uuas humani oris malum pertinet, quibus mederi omphacium Dioscorides ait. Nec poterit quale id sit facile intelligere aliquis, nisi ex historia & Anatome partium corporis humani cognouerit, descēdentibus à palato ad interiora occurrere, quàm Grę-
corum medici κίονα, id est, columnam, uel κιονίδα diminutiua forma, id est, columellam uocant. Cuius partis ope & auxilio diuiditur cibus, qui uniuersus in stomachum properabat: ne maiore copia influens hominē præfocet. Eadem hæc pars quæ passim columna uel columella dicitur, à Grǽcis etiam aliquibus βρόγχος, id est, guttur dicta est: ab aliquibus q̄ cartilaginea sit, χόνδρος, id est, cartilago: ab aliquibus etiā γαργαριών: à qua uoce Latinum uerbū gargarissare factum fuisse credimus, q̄ scilicet gargareone hoc humor ore retentus subinde repellatur ne influat, sed quod quærimus, eam tantum colluat partem. Superiacet ea guttu ri & stomacho. Hanc partem Onomastici sui secundo commentario Iulius Pollux ait, si uitio aliquo inflammetur & in pallorem transeat, tunc σαφυλῶ, id est, uuam uocari, ut Aristoteles uocauit σαφυλοφόρον. Quę licet recipienda sint, non tamen totam huius mali rationem explent, quæ à peritioribus Grǽcorum medicis repetenda est. Sciendum q̄ illud primum: in aliis scriptoribus plerunq; hæc misceri, uocariq; partem & partis eius malum nunc columnam, nunc columellam, nunc uuam. Veruntamen à Grǽcis, præsertimq; à Galeno gargareon pars illa uocatur, & à Paulo Aegineta ueluti plectrum oris quoddam describitur: ut quemadmodum plectro in cithara sonores discernunt, non dissimili rōne & uox, & cibus potusq; in humano ore ope eius discernatur. Fit ergo sæpius ut descendente in eā partem à capite destillatione, præter naturā ea increscat: quo incremēto si oblongior in gracilitatē extenditur, tunc κίων, id est, columna, & κιονὶς, id est, columella in maiorę censu uocata à peritioribus medicis est: si uero crassior in rotunditatē creuerit, feratur q̄ deorsum, tunc uuam ijdem Grǽcorum medici uocauerunt: Vtrāq; ex similitudine: nec nisi hoc intellectu in scripto re hoc uuam oris aut columellam, tam multis locis intellexisse oportet.

ὥρα. ὡραῖα. Hora.

περὶ ποιότητος τῶν οἴνων ἐκ φιλιατρίας. κεφ. ϛπϛ.

De Omni uino. Cap. VI.

Οἶνοι δὲ μὴ παλαιοὶ νεῦρα θλαπτικοὶ εἰσὶ τῶν λοιπῶν ἀσθενῶν. πρὸς δὲ γεῦσιν ἡδίονες. ὄδμὴ ἐπὶ τῶν ἀσθενέα ἢ μέρος ἐχόντων ἔνδον, πραυτηρόν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς ὑγείας χρήσεως ὀλίγος τε καὶ ὑδατώδης λαμβάνεται ἀθλαβῶς. ὁ δὲ νέος ἐμπνευματικός. δύσπεπτος. δύσνοτος. οὐρητικός. ὁ δὲ μέσος τὴν ἡλικίαν, ἐκπέφυκε τὰ ἀμφότερα ἐλαττώματα. ὅθεν ἐκκριτέος ὀξὶ μὲν τε ὑγείας καὶ ἀσθενείας χρήσεσιν.

Ἐκ τῶν χρόας. κεφ. ϥπβ'.

Ἔτι ὁ μὲν λευκὸς λεπτός τε καὶ εὐανάδοτος καὶ εὐσόμαχος ὑπάρχει. ὁ δὲ μέλας παχὺς καὶ σύστομος. μέθης καὶ σπάσεως γεννητικός. ὁ δὲ κιρρὸς μέσος ὢν, μέσιν ἔχει καὶ τὰ πρὸς ἑκάτερα τούτων δυνάμεις. αἱρετώτατος μὲν οὖν ἐν τε ὑγείᾳ καὶ ἀσθενείᾳ ὁ λευκός. ἔπειτα καὶ πρότερα διαφέρουσιν.

Ἐκ τῶν γεύσεως καὶ τῶν μεμιγμένων. ϥπγ'.

Ὁ μὲν γλυκὺς οἶνος, ἁδρομερής τε ὢν καὶ δυσδιάπνευστος. σοβαρὸς πνευματωδικός. κοιλίας τε καὶ οὐρητῆς παρακλητικός. ὥς πῃ καὶ γλεῦκος, ἤπερ ἂν μεθύσκῃ. κύστει δὲ καὶ νεφροῖς εὐθέως. ὁ δὲ αὐστηρὸς οὐρητικώτατος. κεφαλαλγίας τε καὶ μέθης πρακτικός, ὁ δὲ στυφνὸς εὐθετώτατος πρὸς ἀνάδοσιν σιτίων. κοιλίας τε σαλευτικός. καὶ τἆλλα ἑξῆς εὐμαλισμῶν. ὁ δὲ ἀπαλὸς ἤπερ ἄπεπτος τοῖς νευρώδεσι. καὶ ἤπερ ὀξὺν οὐρητικός. ὁ δὲ πεπαλασσωμένος, κακοσόμαχος. δύσφορος. νεῦρα κακωτικός. εὐκοίλιος. ἀνεπιτήδειος πρὸς ὀξεῖς ἀσθενείας. ὁ δὲ ἐκ τῶν θλοπαδυθείσης σαφυλῆς ἢ ἐπὶ τῶν κλημάτων ὀπωθείσης, καὶ ξυνομνύμενος γεύμενον, γλυκὺς καλούμενος, κρηνικός, ἢ πρόξορος, ἢ πραύνιος. καὶ ὁ καθεψομένου τὸ γλεύκους σείριος, ἢ ἕψημα καλούμενος, ὁ μὲν μέλας, καλούμενος δὲ μελαφίνθιος, παχὺς ὀξὺς καὶ πρὸς ξοφος. ὁ δὲ λευκὸς, λεπτότερος. ὁ δὲ μέσος. μέσην ἔχει καὶ τὴν δύναμιν. συπτικὸς δὲ πᾶς ὀξὺς. σφυγμῶν ἀνακτικός. πρὸς πάντα τὰ θανάσιμα ὅσα κατὰ ἕλκωσιν ἀναιρεῖ, πινόμενος σὺν ἐλαίῳ, καὶ ἐγχεόμενος. καὶ πρὸς μηκώνιον ἢ καὶ φαρμακόν, καὶ κώνειον, καὶ κάλλα θρομβώθεν. καὶ πρὸς κύστιν, καὶ νεφρούς. ὀδαξομένους, καὶ ἑλκωμένους. εἰσὶ δὲ πνευματικοὶ καὶ κακοσόμαχοι. ἰδίως δὲ ἐπὶ τῶν κοιλίαν ξευμαλιζομένων ἁσμένως. ὁ μελαφίνθιος. ὁ δὲ λευκὸς μαλακτικὸς κοιλίας τῶν ἄλλων μᾶλλον). ὁ δὲ τῦφος ἔχει κακωτικὸς τε νεύρων, καὶ κεφαλικός. πυρώδης. κύστει ἄθετος. πρὸς δὲ τὰ θανάσιμα τῶν ἄλλων εὐθετώτερος. οἱ δὲ πίσσαν ἢ ῥητίνην πιτυΐνην ἔχοντες, θρομβωτικοί. καὶ πεπτικοί. ἄθετοι δὲ πρὸς αἱμοπτοϊκοῖς. οἱ δὲ καλούμενοι ἀπύρηνοι, ἔχοντες δὲ ἕψημα μεμιγνύμενον), κεφαλῆς εἰσὶ πληκτικοί. μέθης γεννητικοί. δύσπνευστοι. κακοσόμαχοι.

Oenõ. L. Romani uinum dicũt. Neruos & ſenſoria alia lædũt uetuſta uina: guſtu tamen iocundiora ſunt: eapropter uitãda his, qui interiora aliqua ſui parte infirma ſunt. In ſanitate modicum & aqua dilutum, ſine periculo ſumitur uinũ. Inflat nouũ, ægre cõcoquitur: grauia & tumultuoſa facit inſomnia, urinãq; magis expellit. Quod mediam agit ætatem, utroq; uitio caret: Eãq; ob cauſam in ſanitate & ualetudine reliquis anteferẽdum.

Digeritᵗ facile albũ, tenue & ſtomacho accõmodatum eſt. Craſſum nigrũ eſt, & ægre concoquitur. Facit idẽ ebrietatẽ & corpus auget. Verumiculum ꝗd medio colore inter utrũq; eſt, mediasᵃ ad alterutrũ eorũ uires habet. Probandum tamen in ſanitate & ualetudine magis albũ eſt. Differunt præter colorẽ ſapore etiã inter ſe uina.

Dulce ſiquidẽ craſſioris ſubſtantiæ eſt, ægerrime reſoluitᵗ, ſtomachũ inflat, & muſti mõ aluũ & inteſtina turbat, minus tamẽ inebriat: ueſicæ & renibus utile. Auſterũ magis urinã pellit, ſed capitis dolores & ebrietatẽ facit. Acerbũ ciborũ digeſtioni maxime accõmodatum, aluũ & in alias ptes deſtillationes cõpeſcit. Molle minus neruos tẽtat, minuſq; urinã pellit. Nocet ſtomacho marina aqua curatũ uinũ: ſiticuloſum idem eſt, neruos lædit, bonam facit aluũ, & ab infirmitate corporis * inutile. Quod ex uua in crateribus ſiccata, aut in farmẽtis adhuc pẽdente arefacta expreſſum fuerit paſſum, Creticũ prottopũ'ue, aut Pramniũ appellatũ: & ꝗd decocto muſto ſapã aut ſireum dicũt: nigrũ quidẽ, ꝗd melapſinthium uocaᵗ, craſſum multiq; nutrimẽti eſt: ꝗd contrà albũ, tenuius: ꝗd inter utrunq; mediasᵃ inter utrunq; uires habet. Adſtringit omne hoc uinũ: languẽtes uenarũ pulſus excitat: facit cõtra uenena oĩa, quęcunq; exulceratione perimunt: in quẽ uſum bibiᵗ cum oleo, & uomitionibus redditur. Facit & contra opiũ, toxicum, cicutam, concretumq; in ſtomacho lac. Prodeſt ueſſicæ, prodeſt & renibus quæ erodũtur & exulcerantur. Inflant tamen omnia: & ſtomacho noxia ſunt: priuatimq; contra in aluum deſtillationes uim habet melapſinthiũ. Albũ in molliẽda aluo magis alĩs poteſt. Nocet neruis gypſatũ, capitis grauedines facit, ignea ui inflãmat, & ueſicæ inutile eſt: contra uenena tamen cũctis aliis utilius. Quæ pice picearũq; reſina condita fuerint uina, calefaciẽdi uim habent, & cõcoctionem adiuuãt, ſed ſanguinẽ expuentibus inutilia ſunt. Vina quæ à Græcis aparachyta dicũtur, quibus admixta ſapa eſt, caput implent, ebrietatẽ faciũt, ægerrime diffluantᵗ, & ſtomacho noxia ſunt.

Quod

Ὁ μεμοῶδης οἶνος πρωτεύμ τ ἐμ Ἰταλίᾳ οἶνος, φαλέρνος ὑ καλούμενος. παλαιωθεὶς, ἀραιεῦ ωτε πτ. γναθικός, ἡ εὐσόμαχος. κύστ ἄθερ. ἡ ἀμβλαβὴς ἀδρομερέστερος τ φαλέρνου, ἐγγλυκος. ἐμπυθμαπ σόμαχον. κοιλίαμ τὲ μαλάπτωμ. πέψ τε οὐχ ὁμοίως σωμ. τ ὑδρωτοῦς αὐσηρός γίνετ. ὁ ὑ κέκκουβος γλυκὺς ὤν, ἀδρομερέστερός ἐστι τ ἀλβανῶν. σφ πε ἡ εὐτόνος αὐσηρός ἐ καὶ ὧδε ἔστι μ ὅθεν ἐν τέσωμ ἡ σοφεύμα ἴσηστ. κεφαλῆς πεπομάπτ. ἀδίωμ γίνετ. ὁ ὑ ἀδριανός ἡ ὁ μαμερτίνος μᾶλλον ἐν σικελίᾳ, κατ' ἴσομ εἰσὶμ ἀδρομεταί. ἧπομ τε τ ὑδρώδους ἄπτ, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ λεπτόμ. ὁ ὑ πραιπιανός ἡ αὐτὸς ἐν τ κατ' ἀδριαμ κομιτόμμυος τόπῳ, εὐώδης ἡ φυλάπτ τὲ ἐφ' ἑ καιρόμ τ μέθημ ἡ κοῖ. ὁ δ ἐρικὸς λεγόμενος, ἔοικε τῷ πραιπιανῷ οὐρᾶ ρος τ προσηκόντως. εὖ ἔχοφ. πόλμος. ἧπομ μεθύσκων. ξεύματος σαλικός. χρήσιμος εἰς τὰ ὀφθαλμικά. ὁ ὑ λέσβιος εὐανάδοτος. κοῦφόν ἐστ τ χίου, ἡ εὐκοίλιος. τ αὐτ ὑ τόπῳ κέκτηπ δ' ὠναμμ ὁ κ ἔφεσομ γνωμένος, καλούμενος ὑ φυγελίτης. ὁ δ ἐκ φ ἀσίας μεσογείτης ἐκ τ τμώλου, κεφαλαλγὴς ἡ εὐξωμβλαπτικός. ὁ ὑ κῶος ἡ κλαζομένιος, διὰ τ θαλάττης πλεῖς μετέχθμ, εὐ φθάρτος, ἐμπυθματώδης. κοιλίας τὲ τ ἁλικός, ἡ εὐξωμ ὄζει βλαπτικός.

περὶ Δυνάμεως τ οἴνων. κεφ. ψπέ.

Κοινὸς ὑ πᾶς ἀμιγὴς οἶνος ἡ ἀκέραιος, ἀυσηρός ὑ τ φύσιν, θερμαντικός, εὐανάδοτος. εὐσόμαχος, ὀρεκτικός, εὐχροίας πρασκευαστικός. ἱκανῶς ὑ πρὸς βοηθεῖ πρὸς κώνωπα, ἡ κόριν, ἡ φθεῖρα, ἡ ἰξίαν, ἡ μυκώνειον, ἡ λιθάργυρον, ἡ σμίλακα, ἡ ἀκόνιτον, ἡ μύκητας εἰληφότι. πρός τε ἐχεπτ δηλητήρια πάντων. ὅσα πλήξαντα ἡ ψύξιν ἀναιρεῖ ἡ ἀναπτέπ σόμα χολ. πρὸς ἡ πρὸς ἐμπνευματώσιμ χονίαμ ἡ δύσπνοιαν ὑπερχολοῦσι. ἡ πλατυσμόν. ἡ λύτταν σομάχου. ἐντέρ τε ἡ κοιλίας ξεμαλασμόμ. ἡ ἐφιδροῦσι. ἡ διαφορουμένοις ἀσμόζουσ.

Quod in Italia primã bonitatis æstimationem habet, Falernũq; ab incolis uocatur, in uetustate sua concoctionem magnopere adiuuat. Excitantur eo uenarum pulsus, aluum fistit, stomacho accommodatum, sed ueſſicæ inutile est: hebetibus oculis itidem, minimeq; aptum ut abũdantius bibatur. Albanum Falerno crassius est, dulce itidem, stomachum inflat, aluum mollit, concoctionem non adeò adiuuat, neruos minus infestat, uetustate austerꝫ hoc etiam fit. Dulce Cecubum est, Albano crassius, corpus cũ amabili coloris bonitate auget: cõcoctionem tñ impedit. Austerꝫ præcipue Surrentum est: eapropter in stomachũ intestinaq; destillationes fistit: idem tamen q; tenue est, minus caput infestat. Vetustate ad suauitatem proficit, fitq; stomacho accommodatum. Hadrianum Mamertinumq; ex æquo crassa sunt, mediocriter adstringũt, uetustatem celerius cõtrahunt: & ob tenuitatem suam, neruos minus infestant. Parætypianum quod ex Hadriano agro itidem affertur, odoratum mollius'que est: eapropter fallit bibentes copiosè potum: diu ebrietatem seruat, somno'que sopit. Quod Histricum uocant Parætypiano simile est, magis tamẽ urinã pellit. Chium prædictis omnibus mollius, nutrit egregie, maiore copia bibitur, minus inebriat, destillationes compescit, oculorum medicinæ utile est. Lesbium facillime digeritur, Chio leuius est, & bonam facit aluum. Easdem huic uires habet quod ad Ephesum gignitur à propinquo oppido Phygelite dictum. Facit capitis dolores, & neruos lædit. Asiaticum ex Tmolo, monte mesogite quasi mediterraneum appellatum. Coum Clazomeniumq;, quòd multam ex mari aquam admixtã habent, facile corrumpuntur, & inflationes faciunt: aluum itidem turbant, & neruos lædunt. Vinum omne quod purum, nec admixta re aliqua fit, natura austerum communiter hæc præstat: calefacit, facillime digeritur, stomacho utile est, cibi appetentiam excitat, corpus alit, somnum conciliat, uires firmat, & amabili colore cutis bonitatẽ commendat. Idem copiosius potum his qui cicutam, coriandrum, pharicum, ixiam, opium, argenti spumam, taxum, aconitum'ue aut fungos hauserint, succurrit. Nec minus contra serpentes omnes prodest, quæcunque illato morsu ictu'ue refrigeratione enecant, aut stomachum subuertunt. Facit & ad inflationes diutinas, præcordiorum erosiones distentiones'que, stomachi resolutionem, & in aluum intestina'que destillationes. Prodest sudore languentibus, & quibus immodico sudore corpus digeritur. Possunt'que hæc præcipue alba, uetusta, & odorata uina.

μάλισα ἢ οἱ λθνκοί, ἢ παλαιοί, ἢ εὐώδ ϛ ας. οἱ μλύ τι παλαιοὶ ἢ γλυκεῖς. ἢ πρὸς τὰ πρὶ κύ σιμ ἢ νεφρους ἐπιτηδ ϛ ότροι. πρός τε ῥαύμαλα φλεγμονὰς σὺν ἐρίοις οἰσυπηροῖς ἐπιτηδ ϛ έμλυοι. καταντλοῦνλαι ἢ ὀφελίμως πρὸς τὰ θη ριώδ ϛ η, ἢ φαγεδ ϛ αινικὰ, ἢ ἑυμαλζόμενα ἕλκη. πρὸς ἢ τ ϛ ὲν ὑγεία χρῆσιμ ἔυθετοι οἱ ἀθάλασσοι. αὖσηροὶ ἢ λευκοί. δ ϛ ιαφέρουσι ἢ τὰ τ ϛ ῦ οἱ ἰλαλι κοί. ὡς ὁ φαλέρνος, σ ϛ ρεντῖνος ἢ κέκ ϛ υβος. ὅ τε σιγνινός, ἢ ἄλλοι πλλοὶ οἱ ἀπ ϛ ὸ καμπανί ας. ἢ ὁ πγαπιανὸς ἀπ ϛ ὸ ἀδ ϛ ριανοῦ. ἢ σικελι ωλικὸς ὁ μαμ ϛ ρτῖνος καλούμενος. ἑλλωνὶς δὲ χῖος. λέσβιος φυγε ϛ λίτης ὁ ὢν ἐφέσῳ γεννώμε νος. οἱ ἢ παχεῖς ἢ μέλανες κακοσόμαχοι. φυσ σώδ ϛ ης. σ ϛ ύφος μλύ τι γλυκυπλικοί. οἱ μλύ τι λε πτοὶ ἢ αὖσηροὶ εὐσόμαχοι. ἥπιον ἢ σ ϛ υφριοί. οὐρητικώτεροι ἢ ἢ κεφαλαλγεῖς οἱ σφόδρα πα λαιοί, ἢ λεπτοί, ἢ λευκοί. ἄπουτι ἢ τὸν νευρώ δ ϛ ους πλεοναθέντες. οἱ μέσοι ἢ τ ϛ ὴν ηλικίαμ ἄρ ιστοι πρὸς πόσιμ. ὡς οἱ ἀπ ϛ ὸ ζ. ἐτ ϛ ῶν. ἡ ἢ πρώτη πρὸ τ ϛ ῆς ηλικίας, ἢ τ ϛ ῆ ἔτους ὥρᾳ, ἢ ἔθει, ἢ πρό πλα ϛ ὸ οἴνου ὁρι ζέσθω. ἢ τὸ μὴ δ ϛ ῆξαι ἢ ἄρισον ὅτι πρὸ ἄγελμα, ἢ δ᾽ με ῥίως ῥαχῦναι τ ϛ ῆς ῥο φλῶ. μέθη ἢ πᾶσα, ἢ μάλισα ἡ σωεχὴς ὠλι βλαβής. τά τε δ᾽ νεῦρα πλιορκ ϛ μλυα καθ᾽ ἑ κάσλω δ ϛ υσ ϛ ίδ ϛ ωσι, ἢ παθ᾽ ὁ ϛ ξέως ἀρχὰς ἐμπρι ῆς καθημέραν ἡ πλυπρσία. μετρίως ἢ οἰνοῦσθαι ἐπ ϛ ίζνωμ ἡμᾶς, ἢ μάλισα ἐπὶ ὑδ ϛ ροπρσίας, ὀφε λίμ). μεταδ ϛ υγκρίνη γάρ πως τάς τε αἰσθητὰς ἀνακαθαίρομ. ἐκκρίσεις. ἢ ἀδ ϛ ήλως πρωπριοῦν. δ ϛ εῖ μέν τι γε μετὰ τ ϛ οῦ οἴνωσιμ ὕδ ϛ ως πίνη μ. ἀπ ϛ ὸ βραπείας γάρ ζνος ἔ συγκ ϛ ρώσεως οἰνώσεως, πρόπη ἐπάγη βοκθείας.

Περὶ Ομφακίτου οἴνου. κεφ. ϕπε′.

Ο δὲ καλούμενος ὀμφακίτης, σκευά ζετη ἰδ ϛ ίως ὢν λέσβῳ. θλοπαι δ ϛ ευο μλύως μή πω ἢ πάντα πεπείρου τ ϛ ος αφυλῆς οὔσης. ἕως ἢ ὀξ ζόσης, ἐπὶ ἡμέρας ϛ′. ἢ δ ϛ′. ἕως ἂμ ῥυασωθῶσιν οἱ βότ ῥυες. ἢ μετὰ τὸ ἐκθλιβῆναι ἡλιάζετη ὢν κραμίοις οἴνοις. σ ϛ υπτικλὸν ἢ ἔχ ϛ ει δ ϛ ύναμιν ἢ εὐσόμα χον. ἢ κατασθέσι, ἢ ἐλεώδεσι, ἢ τοῖς δ ϛ υσ ϛ έπτοις, ἢ ἐκλελυμένοις τ ϛ ὸ σόμαχ) ἀσμόζοσαμ. δ ϛ οκεῖ ἢ ἢ λοιμικαῖς δ ϛ ιαθέσεσι βοδθοῦσα καταῤ ῥοφούμενος. χρήζουσι ἢ οἱ ῥεῦσι οἴνοι ἐτ ϛ ῶν πλεό νων. ἄλλως τε οὐκ εἰσὶ πότιμοι.

Περὶ Δευτερίας ἢ ἀδ ϛ ιαμίου. ϕπζ′.

Ο δὲ καλούμενος δ ϛ ευτερίας, ὃν ἔνιοι πότιμον καλοῦσι, σκευάζετη τ ϛ ὸν μὲ πρόπον. εἰς τὰ σέμφυλα ὧν ἐξέθλιφας οἴνου μετρητὰς λ′. βάλε ὕδ ϛ ατος μετρητὰς γ′. καὶ μίξας, καὶ πατήσας ἐκθλίψον, καὶ ἀφέψησον εἰς τὸ ῥί-

Vetusta etiam & dulcia renibus ueſſicæ'que accommodata, uulneribus inflammatiõibus'que ſuccidæ lanæ ex ijſdem utiliter imponuntur. Fo uentur his etiam aſperiora, quæ Græci theriode uocãt, phagędenica, & quę in deſtillationes fluũt ulcera. Habent utilem in ſanitate uſum quæ ma rinæ aquæ nihil admixtum habent auſtera ui na & alba: ſuntq; in hoc genere præcipue boni tatis Italica Falernum, Surrentinum, Cecubum, Signinũ, & ex Campano agro multa alia. & ab Hadria Parætypianum Siculum'que quod Ma mertinum uocatur. Ex Græcia autem Chium, Leſbium, Phygelite quod ad Epheſum gigni tur. Inflant nocentq; ſtomacho craſſa uina & ni gra, corpus tamen augent. Tenuia contrà & au ſtera ſtomacho acõmodata ſunt, ſed corpus mi nus augent. Faciunt dolores capitis, magisq; u rinam pellunt: quæ uetuſtiſſima tenuia'que & alba uina ſunt. Eadem abundantius hauſta ner uos infeſtant. Quæ media ætate ſunt, tutiſſime bibuntur, qualia ſeptimo ferè anno ſunt. Quan titas bibentis ætate, anni tempeſtate, conſuetu dine, & uini qualitate decernenda eſt. Optime præcipitur non eſſe luctandum cum ſiti. Opti mum etiam uino mediocriter madere cibum. Noxia omnis ebrietas, pręſertim'que continua ta: cedunt enim nerui, quotidiana ueluti obſidi one laborantes. Ingeneratq; copioſus quotidie uini potus acutorum morborum principia. Vti lis nihilominus pręſertimq; à potu aquæ aliquo tempore uinoſitas: in ſummũ enim euocat, me atus laxat, laxatisq; his ſenſuum cęca excremen ta purgat. Oportet tamen poſt uinoſitatem hãc aquam bibere: ab ea enim ueluti cõtraria cura tione auxilij ratio aliqua quęrenda eſt. Quod omphacite quaſi acerbum dicitur uinum, priua tim in Leſbo conficitur: conficitur autẽ hoc mo do: Areſcit ſub ſole in cratibus diſpoſita nõdum penitus matura uua tribus quatuor'ue diebus, donec rugoſa fiat. Exprimitur deinde, & in doli is preſſum inſolatur uinũ. Adſtringendi uires id habet, ſtomacho accommodatum eſt. Vtile prę gnantium in fœtura abſurdis ciborum appetiti bus: utile ileoſis, ægre concoquentibus cibos, & reſoluto ſtomacho. Creditur potum id uinũ etiã contra peſtilentiam utiliter bibi. Multor; anno rum ætate uina hęc indigẽt, alioqui potu ingra ta ſunt. Vinum q̃d Græci deuterian. i. ſecunda rium, Romani loram, quidã uero potimon, id eſt, potu gratum uocant, hoc modo conficitur. Vi naceis unde expreſſi triginta uini cadi fuerint, aquæ cadi tres miſcentur: mixtaq; ſimul oia cal cantur: & ex calcatis q̃d expreſſum fuerit, ad ter tias de

τερμ. χοᾶς ἓξ ἑκάστῳ τῶν πλεόντων μεῖξαι, μίξαι δὲ ἁλὸς ξέσεως ϛ'. ἢ μετὰ τὴν χειμῶνα διαχεῖσθαι εἰς ἡδύτητα. χρῶ δὲ αὐτῷ μετ' ἐνιαυτόν. ταχέως δὲ ἐξίσταται (γίνεται). ἀσμόζεται δὲ ἐφ' ὧν διὰ σάζομεν οἶνον διδόναι. ἀναγκαζόμενοι δὲ ἐπιθυμίαν τοῦ νοσοῦντος ἢ ἐπὶ τὸ νόσημα ἀναλαμβανόντων χρονίως. γίνεται) δὲ ἢ ἀδύναμος λεγόμενος τοῦ αὐτοῦ ἔχων τῷ διὰ τριῶν δύναμιν. δεῖ δὲ ἴσον μέρος ὕδατος τῷ τοῦ γλεύκους μίξαντας, ἑψῆσαι πρὸς πυρὶ μαλακῷ, ἄχρις ἂν μὲν ἑξαπλασθῇ τὸ ὕδωρ. ἢ μετὰ τὸ φύσαντας καταψύξαι μὲν ἀρτίως πεπιασμένου. ἔνιοι δὲ θαλάττης πελαγίας, ἢ ὕδατος ὁμβρίου, ἢ μέλιτος, ἢ γλεύκους ἴσα μίξαντες ἢ κατέψυσαν πρὸς ἡλίαν δύσιν ἐπὶ ἡμέρας μ'. χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ αὐτὰ μετ' ἐνιαυτόν.

tias decoquitur: finguliſq; decocti eius uini congijs ſalis ſextarij duo miſcentur. Poſt hyemem deinde in dolia diffunditur. Bibitur eodem anno: cito enim bonitatem ſuam amittit. Datur ægrotis, cum de uino dando ancipites appetentibus his dare compellimur. Fit præterea uinũ quod adynamon, id eſt impotens uocant, eaſdẽ antedicto uires habens. In confectione eius oportet parem muſti & aquæ menſuram miſcere, tum lento igne leniter decoquere, donec tota excoquatur aquæ mẽſura: idq; cum refrixit, in picatum dolium diffunditur. Quidam ſalſæ ex mari aquę, cœleſtiſq; itidem, mellis etiam & muſti pares portiones miſcentes, & in alia uaſa diffundentes, quadraginta diebus inſolant: utũturq; eo ad eadem omnia eodem anno. Quod ex labruſcæ uitis uuis nigrum expreſſum fuerit uinum, adſtringendi ui quam habet, fluenti aluo & ſtomacho uile eſt: utile & cunctis alijs quæcunq; adſtringi reprimi'ue opus ſit.

Περὶ οἴνου ἐκ τῆς ἀγρίας σαφυλῆς. ψπέ.

Ὁ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας σαφυλῆς μέλας, συμπικὸς ὑπάρχει, ἀσμόζεται κοιλίας ῥεῦμα ἰζόμενον. ἢ σομάχῳ. ἢ πρὸς τὰ ἄλλα ὅσα σύφεως ἢ συσολῆς χρῄζει.

INTERPRES.

Diſcedentibus quondã ex Sicilia in Italiã Troianis, quæ uniuerſæ claſſi & genti ſatis forent, Vina bonus ſubinde cadis onerarat Aceſtes. Carthaginenſis regina etiã exceptis à naufragio ijſdẽ, cum regi ſuo centũ inſtituerat famulas, totidẽq; pares ætate miniſtros, qui dapibus onerarent menſas, & pocula cunctis deinceps ponerent. Ipſa etiã cum laticũ in menſam libaſſet honorẽ, Bitiæq; poculũ increpitanſ dediſſet, tanta copia diffundi uinũ iuſſit, ut cũ pleno ille ſe proluiſſet auro, poſt alij omnes biberent proceres. Tantus præterea & eouſq; uini laudator in ſuo carmine Homerus quibuſdã uiſus eſt, ut una hac ſuſpicione uinoſus facile creditus fuerit. Fuerunt & in alijs cœnarũ apparatibus numerata à poẽtis, præſertimq; à Flacco in carminibus ſuis tã multa & gñoſa uina, ut naturæ copiã & hominũ pro uita & uoluptatibus ſtudiũ & artẽ merito aliqs in uino admiretur. Nullus tñ toto orbe naſcentibus uinis, & quibus tũc gẽtes maxime uterentur, plures certioresq; ad ſalutẽ & noxã ſcriptore hoc notas aſſignauit. Nec aliunde ad utrãq; fortunã ex uini uſu maior homini q̃ ex eo occaſio eſt. In cæteris eñ unius aut alterius horæ uoluptas in conuiuio quæſita uino eſt: laudauitq; unuſquiſq;, aut q̃d maxime apud ſe natũ nouiſſet, aut q̃d ingenio naturæq; ſuæ aptiſſimũ ſentiret. In hoc lõgiore hiſtoria cunctorũ habita rõne, ſingulorũq; in natura decretis uiribꝰ nihil deſiderandũ legentibus relinquit, ſiue ad uoluptatẽ cœnas, ſiue ad honorẽ cõuiuia & epulas, ſiue ad ebrietatẽ cõmeſſationes, ſiue in q̃tidiano uſu pocula, ſiue ad medicinã remedia paraſſe aliquis ſibi uelit. Magna ſanè in multiplici hoc bono & liberaliore naturæ uarietas: nõ minor tñ ſcriptoris huius diligentia, qui obſeruatis toto orbe per ſe naſcentis, & humano artificio exculti uini ptãte & uiribus, à principio ſtatim uetuſta citer' ne uitãda foris & intus uetuſta uina ſint his, qui uitioſa & infirma interiore aliqua parte ſint: an uitanda intus tm̃ his, qui infirma & uitioſa interiore aliqua parte ſint. Dubitationi huic & ſi nõ multifacienda ſit, cauſam dedit, q̃ in antiquis Græcis diuerſo loco librarij dictiones eas pupugerunt. Sunt eñ in quibus legitur: ἀσθενὲς τι μέρος ἐχόντων ἕνδον, πρακτικὸν & c. quod eſt: His quibus uitioſa & infirma interior aliqua pars ſit, uitanda eſſe hæc uina. In aliquibus aũt ἀσθενές τι μέρος ἐχόντων, ἔνδον πρακτικὸν & c. q̃d eſt: Vitanda his intus uina hæc eſſe, id eſt non bibẽda, qui infirmã aliquam partẽ habent, non interiorẽ magis q̃ exteriorem: quaſi intus damnandus, foris autem concedendus eorũ uſus ſit. Nos in ambiguo cõmuniorem lectionem ſecuti, & ex potiore frequentioreq; uini uſu, grauioreq; eius noxa rẽ docuimus: uitanda his uetuſta uina præcipiẽtes, qui interiore aliqua parte infirma ſint. Aptiusq; id uiſum eſt ob ea quæ à principio ſtatim hic monuit, neruis ſenſorijſq; omnibus alijs nocere uetuſta uina. Diximusq; eo loco contra q̃ cæteri interpretes, qui ſenſus illic reddiderunt autore Ariſtotele, alijſq; Græcorũ ſcriptoribus ſenſoria q̃ illi αἰσθητήρια uocant, nõ ſentiendi uim, ſed inſtrumẽta: oculos uerbi cauſa, aures, neruoſq; quibus læſis lædunt quidẽ ſenſus, non tñ idẽ ſunt, nec parum Ariſtoteli & alijs differunt αἰσθήσεις & αἰσθητήρια: quorum alterum Latinis ſenſus, alterum ſenſorium eſt. Priuatim poſt hæc quo loco de uino albo agitur, quod hic ſcriptor ait, λεπτόν τε καὶ ὑγρανάλοσιν εἶναι: Barbarus leue & deiectu facile uertit, longe alio ut credimus q̃ uoluerit Dioſcorides intellectu, qui λεπτὸν non ad ponderis ſed ad tenuitatẽ craſſitudini cõtrariã referri id uoluit: & ὑγρανάλοσιν nõ ad deiectionẽ, quæ alui ꝓpria eſt, ſed translationẽ digeſtionemq; eam nutrimenti in omnes corporis partes, quam priuatim Græci ἀνάλοσιν dicunt, de qua ſecundo uolumine longius in caſeo actum à nobis eſt. Vino eñ id maxime conuenit, cui natura eſt in omnes corporis partes citiſſime ferri: ideo q; in cenſu uirium laudumq; eius ueteres Græcorũ meritum ſit, album tenue coniungit, relinquitq; legentibus cogitandum, ex quo albũ tenue ſit, eſſe etiã album

crassum: & quod album tenue sit, stomacho utile esse & facilime digeri: contrà uero quòd album crassum, cum tamen scriptoris huius sensus sit, album uinũ tenue esse. Signauimus ex multis obiter pauca hęc: neq; enim animus est omnia prosequi, ut hoc ueluti gustu librarios simul legẽtes, que moneremus, in scriptore hoc diligentius scribenda omnia, & animaduertenda esse, collatis q; inuicẽ omniũ editionibus, utrobi certior ueritas sit, curiosius censendum. Sequitur hæc statim quod omnibus nobis diuersum sit: siquidem Barbarus rubrum, Ruellius giluũ, nos aũt uermiculũ uertimus, quod hic scriptor κιρρὸν uocat, & nigrum colore uinum. Qua uoce & alij Græcorũ medici passim usi sunt, præ omnibus alijs colore hoc uinum laudantes, & in ægrotorũ diæta anteferentes: præsertim q; Paulus Aegineta, qui primo medicinæ suæ cõmentario capite q̃ de utribus uini agit, breui sententia, & ut solent medici aphorismo quodã omniũ optimorum optimũ hoc decreuit, Verba eius sunt: ἄριστος δὲ πάντων οἶνων ὁ κιρρὸς πλὴν χρόαν, id est, uinorũ aũt omniũ optimum q̃d colore κιρρὸν est. Qualis aũt in uino hic color sit, facile nouisse erit scientibus igni præsertim à Græcis eũ tribui colorẽ, passim q; πῦρ κιρρὸν ab eis uocari: Manifesto argumento rubere hoc uinũ, siquidẽ ignis rubet: Eã q; ob causam non male rubens rubrum'ue hoc uinũ aliquis dixerit: quẽadmodum contrà qui giluũ, aũt in equis giluũ, quoniã priuatim animali huic ab antiquis scriptoribus seruatus giluus color est. Nos scriptoris huius secuti decreta, medio colore inter albũ & nigrũ κιρρὸν uinũ scribẽtis, ex antiquis scriptoribus eã elegimus uocẽ, quæ certi⁹ id significaret: Ea aũt uermiculũ fuit, coloris huius priuatim quondã index. Neq; electa ex multis alijs à nobis ea est, q; in hoc uini colore & plerisq; rebus alijs in gẽte nostra adhuc seruatur. uermiculum uinũ, multaq; alia sic appellante, id est, coccina & rubẽtia: Sed q; antiquiores ijdẽq; graues scriptores in hoc colore manifeste usi ea sunt. Columella primũ lib. II. cap. VI. cum de generibus seminum agit: Adorei dicens uideri in usu quatuor plerũq; genera: far quod appellatur Clusinũ, candidioris & nitidi seminis: far quod uocatur uermiculũ rutilũ &c. Mox post Columellã diuus Hierony. in Leuitici interpretatione: qui cũ in Græcis inuenisset τὸ κελοσκώκκινον, à cocci colore coccinũ uermiculũ transtulit, quòd cocci colore ruberet, aperte scilicet ostendens, quẽadmodum Columella rutilũ dicebat esse, quod uermiculũ sua gente in agro uocabatur. Eundẽ hunc in uino colorẽ aliqui sanguineũ uocauerunt, quatuor uino colores tribuentes, album, fuluũ, sanguineum, & nigrum: in quibus albus & niger extrema sint, fuluus autẽ & sanguineus non tam inter extrema hæc medij, q̃ ab altero extremo quadãtenus discedentes: fieriq; fuluũ cum albedini obscuritatis & nigri aliquid se miscuerit: sanguineũ uero, cũ nigredinis obscuritati & tenebris tantũ lucis accesserit, ut pellucens in nigro rubor uideat. Scimus quidẽ à Cicerone & ab alijs aliquot Lucilij poëtæ citari uersiculũ: Ante pauimenta atq; emblemata uermiculata. Sed nihil ad hanc rẽ illud ptinet, si Nonio credimus, de curatis marina aqua uinis, decerniturq; ab infirmitate &c. inutilia ea esse. Cæteri locum expleuerunt, à ualetudine seu infirmitate se recolligentibus, inimica asserẽtes. Credimus quidẽ & nos fuisse id scriptoris huius decretũ: eò enim ferunt quæ illic uoces sunt, in nullis Græcis tamẽ q̃s hactenus legerim integer sensus ille inuenitur, aliquidq; in cunctis desideraꝛ. Licetq; sermonis & rei necessitas eò legẽtes trahat, ingenuetiq; & qua decet interpretẽ fide, quale id in cunctis Græcis nunc legiꝛ, ostẽdere non puduit. Numerant post hæc à Dioscoride uini q̃d priuatim dulce quondã uocabaꝛ plura genera, Creticũ, Pramnium, & q̃d sua uoce Græci protropon, Latini sua lixiuiũ appellauerunt. Et inter passi genera & in eorũ censu alij, alij inter dulcia simpliciter numerauerunt: Nos passum totũ id genus uocauimus: ne cũ simpliciter dulci misceret, confunderetq; rei intellectũ: passi enim magis q̃ uini rationẽ habẽt, quẽadmodum XIIII. uolumine Plinius cap. IX. Iongius tradidit: resq; ipsa & confectionis modus ostendit. Licet enim γλυκὺ Græci dulce simpliciter uocent, cõtracta nihilo minus in uino eadẽ hæc uox ad passum est. Vocantq; passim γλυκὺ genere neutro Græci, q̃d posteriores Latinorũ medici dulcorẽ, Columella lib. XIII. ca. XXVIII. dulce appellauit: titulũq; capiti de uino dulci adiecit: confectionẽq; eius docuit his uerbis: Vinũ dulce sic facere oportet: Vuas legito, in sole per triduũ expãdito, quarto die meridiano tpe calidas uuas proculcato, mustũ lixiuiũ (hoc est anteq̃ prælo pressum sit, q̃d in lacũ musti fluxerit) tollito &c. Plin. hãc ipsam plures q; alias cõficiendi dulcis uini huius rationes mõstrauit, q̃ ab eo & Columella repetẽdæ erũt: nolumus enim in re quæ iampridẽ in usu esse in Italia desierit, ultra hæc lõgiores esse. Quod q; hactenus dictũ à nobis est, nõ aliã habet causam, q̃ nequis editionis nostræ uarietatẽ demiraretur, alijs dulce, passum nobis uini genus hoc appellantibus. Priuatim enim dulcia hęc uina quondã ob egregiã saporis eius qualitatẽ uocabantur: alioqui passi potius q̃ musti confectionẽ habebãt. Ea cũ desierint nostra ætate fieri ut credimus tutius passi appellatiõe, q̃ dulcis uini mõ indicanꝛ. Diximus paulo ante autore Columella quod Græcis προζυμον est, Latinis lixiuiũ esse mustũ, apta nominis translatione ab ea quæ primo priuatim q; lixiuia dicitur. Vt enim in ea per colũ madente cinere paulatim destillat aqua, nõ dissimili ratione q̃d per se anteq̃ prælo subijciaꝛ uua, paulatim destillauit, à Græcis protropon, à Latinis lixiuium mustũ dictũ est: quoniã scilicet reliquũ mustũ præueniat, ea enim Græcæ uocis significatio est: Etsi alij quibus nationis notã magis q̃ cõfectionis ea uox indicet. Creticũ in hoc dulcis uini genere laudauerũt oẽs, neq; immerito, ob fœlicẽ cunctis seculis eius insulæ uindemiam: & ob communem & antiquam eius laudẽ, qua iactatur quicquid alicubi proueniat, in Creta omniũ fœlicissime prouenire. Laudauit priuatim Homerus etiam Pramnium, uel à Pramnia uite lectum, uel quasi πρὸ μνήστου, id est, permanentẽ & perennãtem, ut Græcorum grammatici in eo poëta docuerũt. Lãguidos arteriæ ictus recreare hæc uina Barbarus paulo post dixit: nos uenarũ pulsus excitare. Habet q; ille uocis suæ autores oẽs primum Græcorũ medicos, qui σφυγμοὺς, id est, pulsus cordis & arteriarũ motum esse dixerunt, qui insurgẽdo extollendo q; se, q̃d diastolem Græci, contrahendo & confidendo fiat: quod eadem gens systolem uocat. Eorũ infinita penè genera sunt à medicis obseruata, ex proprijs notis & consequentibus descripta. Habet & Plinium eius uocis magistrũ XI. uolumine capi. XXXVII. de arterijs hæc dicentem: Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. His innatant uenæ

Vermiculus color. κιρρός.

Giluꝰ color

προζυμον. Protropũ. Lixiuiũ uinum.

Pulsus Arteriæ

uenæ, id est, sanguinis riui: arteriæ pulsus in cacumine membrorũ euidẽs, index ferè morborũ, in modulos certos leges'q metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus, descriptas ab Herophilo, &c. Imitatus'q tot graues autores, nõ potuit nõ fœliciter arterias dixisse: q̃d cõtrà euenisse illi in ictibus uidet: quos cõtra- tia motus ratione in Latina re intelligi oportet. Nunq̃ enim ictus aliter q̃ foris illatos intelligimus: habẽt'q semper hominũ non naturæ iniuriã. In arteriæ aũt pulsu naturæ & intrinsecũ motus principiũ est, nec uul- nerari ici'ue, sed pulsari uenæ illę dicũtur. Habemus cõtrà nos in pulsibus autores Latinos oẽs, in uenis uero non poëtas tantũ qui passim uenæ pulsus uocãt, ut in satyra Persius, post q̃ Tertia cõpositas uidit nox cur rere uenas. Et Naso: Prætẽtat'q suo saliente pollice uenã: sed Celsum Romani sermonis & medicinæ profes- sorem, qui uenas ubi'q appellat, præsertim'q 1. libro & totius operis ueluti procemio dicẽs: Neq; quid uenas mouẽat, sed quid quæq; motus genera significẽt. Habem⁹ & Vitruuiũ 1. suæ Architecturæ libro rhythmos uenæ; dicentẽ. Habemus & Pliniũ lib. XXIII. dicentẽ, nullo uino æque q̃ Falerno uenas excitari. Habemus postremo naturã, quæ ut Græcoꝝ medici monent, λιχίτωνας, id est, duabus tunicis distinctas fecit arterias. Hæ præter ante dictũ motũ sanguinẽ & spiritũ in se cõtinent, à corde per totũ corpus utrũq; trãsferentes, no nus est, qui uenã sanguinis, & cõmixti sanguini spiritus uasculũ neruosum humido & calido sensu esse in- quit. Arteriã uero sanguinis & ipsam uasculũ, cõmixti'q sanguini naturalis spiritus: Differre tamẽ, q̃ in arte ria minor sanguinis copia & is purior est: Spiritus aũt maior, & is tenuior: q̃d cõtrà in uenis est. Accedit his etiã, q̃ arteria calidior ficcior'q & sentiendo aptior q̃ uena est. Quinetiã præter hæc, ut idem Galenus ait, mine magis q̃re, & hac ratione tantũ à uenis discretæ, quemadmodũ in diffinitionibus suis testatus Gale- ῥυγμοστωδῶσι, id est, pulsando mouetur. Persuasit præterea uenæ uoce in pulsibus uti potius q̃ arteriæ, q̃ in Latinis alijs hanc uocẽ obseruauimus pro canali animæ, quã ijdem Græci asperam arteriã uocant, in usu plerũq; fuisse. Credidimus'q autore Celso & alijs Latinis tuto uenã dicere potuisse, etsi spiritus tantũ pulset, & spiritus uasculũ aut canalis arteria Græcis maxime sit. Volumus anteq̃ à pulsibus his discedamus mone re, q̃d Plinius in arteriæ descriptione ait in leges metricas ab Herophilo descriptos eæ pulsus fuisse, &c. ad rhythmos pertinere, qui à musicis primũ in cãtibus & modulationibus suis docẽtur, tũ similitudine ali- qua ad uenæ pulsus eoꝝ'q interualla trãslati sunt. Habẽt em̃ musici rhythmũ, habẽt & medici, sed in diuer- sis artibus diuersa definitione descriptũ: Siquidẽ in Musicis & carminibus Hephestion Græcus scriptor à mẽ sura quã eadẽ genus μέτρον uocat, differre rhythmos ait, q̃ mẽsuræ, id est, metri materia syllaba est, & abs'q syllaba nõ potest metrũ esse: Rhythmus uero in syllaba quidẽ est, sed sine syllaba esse potest. Malleis em̃ in incude potest rhythmus fieri, potest digitoꝝ motu, potest & in cũctis alijs quę in suo motu certis interual lis mouentẽ sentiri. Differũt etiã, q̃ metrũ stabiles habet semper tẽporũ suoꝝ quãtitates: Rhythmus contrà q̃ uoluerit aliquis modo, cõtrahi & produci potest: quæ musici q̃tidie in carminibus alijs'q modulationibus docẽt. Atqui in medicina rhythmus à Galeno diffinit, nihil aliud est q̃ motus certã in tẽpore legẽ habẽs. Dif- finiuit & Zeno Herophilius rhythmũ dicẽs: Ordinẽ legẽ'q esse tẽporũ, in quib⁹ arteriæ concidũt & insurgũt. Ex qua uoce in Græcis aliquãdo ὑπερρύθμους, id est, alterius rhythmi pulsus audit, is scilicet, qui alterius ętatis sit, uerbi causa in sene iuuenis, & è diuerso, plures'q alij eadẽ hac uoce cõpositi, q̃s Græcoꝝ medici nouerũt. Et hos pulsuũ in uenis rhythmos metricas leges appellasse Plinius uidet: ut grãmatici forsan censebũt, nõ sa tis apte ob eas quas pauloante dixim⁹ causas, q̃niã scilicet differãt rhythm⁹ & metrũ ut Hephestion docuit: in q̃ Vitruuiũ autorẽ etiã habebũt lib. 1. suæ Architecturę uenæ rhythmos nõ metra appellantẽ: quẽadmo dum aũt nos credimus bene, tã paruo aut nullo discrimine in musicis ea differũt, tã'q cõmune metri nomẽ omnibus his est, quæ quãtitatis mẽsurã aliquã & interualla motus habẽt. Succedũt his uina q̃ hic aparachy ta uocari ait: Ea cæteri interpretes parachyta uocãt, negationẽ auferẽtes, qm̃ sequat statim, quib⁹ admixta sapa est: & quasi adjiciat illis nõ auferat aliquid, sic potius appellari debuisse cõstituẽtes: alioqui in cunctis Græcis q̃s hactenus uidere licuit, ἀπήχυθοι nõ πηχύθοι legit. Nos etiã inuenimus à Græcoꝝ grãmaticis ἀπήχυθον dici, ᾧ οὐ προτίθενται θάλασσαν, id est, cui ex mari aqua admixta antea nõ fuerit. Et si recipiendũ id sit, ui- na intelligere oportebit quibus nõ fuerit adfusa maris aqua, & præter id admixtã habebũt sapam, &c. Δυσ- πνευστα uina hæc esse Dioscorides ait. Eam uocẽ cæteri interpretes ut uidebũt legẽtes reddiderũt: Nos diffi cillime efflari diximus, q̃d est euaporari: intelligit'q hic diu uires suas in stomacho seruare hęc uina: facta'q ebrietate fero eã solui: quoniã difficile & sero ea euaporent. In Falerno deinde q̃d cæteri uerterũt cõcoctio- nem adiuuare, uel q̃d idem est, facile cõcoqui, Barbarus ait uetustate admodũ sapit. Diuersitatis causa est, q̃ alij cõmunem lectionẽ secuti, ἄνυπτον scilicet, q̃d ad facilẽ in stomacho cocturã pertinet, sic uerterũt: ille al- terius codicis, quẽ nos etiã uidimus, lectionẽ secutus, aliter reddidit: ἄνυπτον enim in eo legitur: quæ uox ad saporis suauitatẽ pertinere potest. In ambiguo cõmunem sequi lectionẽ tutius ut credimus fuit. Etsi nõ le- uis suspicio oborta nobis aliquãdo sit, potuisse quõdã aliter legi: neq; ἄνυπτον, id est, facilis, sed ἄπτυστον, id est, difficilis cocturæ legendũ esse: monuit'q in eo nos Plinius XXIII. uolumine cap. 11. scribẽs: Falerna utiliora, concoctionẽ minus adiuuãt. Facile in his librarij peccãt. Eãq; ob causam collatis ueteꝝ in quacũq; re dictis, ueritas aliquãdo emergit. Grauẽ Falerno alioqui in tota Italia laudatissimo uino inuidiã Barbarus fecit, scri- bẽs narijũ polypos hoc uinũ nutrire: q̃d in scriptore hoc neq; in alijs q̃d hactenus meminerim, nullibi legit: ἀνάρμοστον πρὸς πλυπρασίαν esse hic ait: q̃d est: nõ posse maiore copia bibi hoc uinũ: id em̃ πλυπρασία est, nõ ad na- rium polypos pertinet. Variãt post hæc græcoꝝ antiquiores & meliores codices, q̃ loco de Hadriano & ma- ximo Siciliæ constituit: in cũctis em̃ fere legit, minus tẽtare neruos διὰ τὸ οὐ αὐζῆς λεῖον, q̃d propter eoꝝ te- nuitatem significat: at nõ sic in aliquibus legit, sed διὰ τὸ οὐ αὐζῆς λεῖον, id est, propter eoꝝ mollitudinẽ. Dicim⁹ autem mollitudinẽ in uino, asperitatis & austeritatis priuationẽ. Facit'q ut credamus sic fortè legi posse, q̃ nõ tenuia hæc uina pauloante hic esse dixit, sed ex æquo ἀδρομερῆς, id est, crassa, q̃d tenui aduersatur. Præte- rea causam indicat ea uox cur neruis minus noceant. At mollitudini magis quàm tenuitati congruere id ui detur: id Paræty piano ex eadẽ regione tributum etiã est, λειότερον εἶναι mollius scilicet esse, eam'q ob causam

Venæ.
Διαστολή.
συστολή.
Diastole.
Systole.
Rhythm⁹.

bibentes fallere. Hoc ad tenuitatē Barbarus itidem retulit, ſuoq; codicum fidē ſecutus. Non ſatis deinde certus ſequitur locus, cum doceat contra diutinas inflationes præcordioq; & eroſiones utiliter uina bibi, κραιπνισμὸν καὶ λύσα σομάχου: quæ uoces diſtentionē & ſingultū ſtomachi ſignificāt. Sūt enim & ex melioribus in quibus nō λύσα, quæ uox nihil ſignificat: Singultū ſiquidē Græci λυγμὸν nō λύσα uocāt, ſed λύσιν, quod eſt languorem & reſolutionē, quod uitiū ſtomachi eſt. Singultus aūt etſi ex conuulſione eroſione ue ſtomachi aliquando fiunt, conſequēs tamen malū eius quoddā nō malū ſtomachi ſunt. Eamq; ob cauſam nos reſolutionem uertere maluimus: & nihilominus tota eo loco res non ſatis certa nobis eſt, quod monere uoluimus.

Vinoſitas. Ebrietas. Sunt ſimilia his plura alia, quæ legētibus cognoſcēda relinquimus, dum q̄d ad uinoſitatē & ebrietatē pertinet, autore Plutarcho docemus. Neq; eā contemnendū de utraq; ſcriptoris huius præceptū alicui eſt, ebrietatem ſimpliciter dānantis, uinoſitatē uero utilē aliquādo conſtituētis. Illud itaq; ante oīa ſciendū, à uino uinoſitatem nos appellaſſe, quā hic & Græcoq; ſcriptores alij ἀπὸ τοῦ οἴνου, οἰνώσιν dixerūt. Nec malē, ut nos credimus, quādo & Flaccus citra ebrietatē uinoſum Homeriq; multo uino plenū dixerit: nihil aliud uinoſitatem q̄ relaxationem animi uino factā, intelligētes: qua calētes & à torpore excitati, toto corpore ſpiritus ad agenda omnia, ut Flaccus ait, uegetiores efficiūtur. Eam ebrietatēq; breuiſſime Plutarchus in cōmentariolo de

οἴνωσις. μέθη. loquacitate his uerbis deſcripſit: οἰνώσεως καὶ μέθης διαφορὰν ταύτην ἔφην εἶναι. οἰνώσεως μὲν ἄνεσιν, μέθης δὲ φαναρίαν: quod eſt: Vinoſitatis diſcrimen hoc eſſe & ebrietatis ait: Vinoſitatis quidē relaxationē ſeu exhilarationē, ebrietatis aūt importunā loquacitatē. Qua ratione aūt dānanda alia, recipiēda uero alia ſit, facile ex Dioſcoride & naturæ ſcriptoribus aljs intelligi. Nolumus enim nūc longius utriuſq; euētus cauſas recēſere: id tantū monebimus, ideo uinoſitati ſuperbibēdā aquā & eā quidē copioſam, remediūq; ab ea impetrandū eſſe, ut uomitu q̄plurima reſciamus, & eroſiones ſtomachi ea ratione hebetemus. Has eā cauſas quærendæ uinoſitatis antiquiores Græcoq; medici tradiderūt. Plinius tamē alias reddidit lib. xxiii. cap. xx. Sequitur ab hoc loco ſtatim q̄d in omphacio dictū pauloante fuit, eſſe omphacite uinū hoc loco nō illo tractandū. Quale aūt id ſit, per ſe ſatis patet: nec nos aliud nūc monemus, q̄ debuiſſe alios interpretes q̄d malē eo loco coaluerat, ex huius obſeruatiōe emēdare. Nec uinū ſola nominis ſimilitudine cū omphacio miſcere. De deuterijs, id eſt, ſecūdarijs & quaſi oparijs uinis, quod totū genus M. Cato & antiquiores Romani lorā uocauerūt, monere aliud nō oportet, q̄ uina eſſe quæ maceratis aqua uinaceis fiūt: quoq; tria fuēre antiquis genera, xiiii. uolumine cap. x. à Plinio tractata. Nec minus à Columella etiā, xiii. uolumine cap. xl. unde repetēda nouiſſe ea uolentibus erūt. In quo operā penitus nō perdet qui in cognoſcēda ea re laborauerit. Diſcet emē aut malē legi in ſcriptore hoc, mutandūq; in melius q̄d in huiuſcemodi uinis præcipiē, poſt annū utendū eis eſſe. Ex q̄ Plinius eodē loco ait, nulli ex ijs plus q̄ anno uſus eſt: q̄d quotidiana etiā probat experiētia: aut ſi nihil mutandum in hoc ſcriptore fuerit, quod factū à nobis & aljs eſt, autore Columella q̄ diximus loco tueri rem poterit: Qui cū loræ certū genus docuiſſet, ſubiecit: cōmodius aūt ſeruat in amphoris. Hanc ipſam loram M. Columella ex aqua uetere faciebat, & nonnunq; plus biennio innoxiā ſeruabat. Quo cōfectionis genere de fendi poſſe uideē q̄d à Dioſcoride præcipiē. Nobis tamē in cōtrariā partem inclinat animus: credimus q; nō μετ' ἐνιαυτὸν, q̄d eſt poſt, ſed πρὸς ἐνιαυτὸν, q̄d eſt ad annū, rectius legi poſſe. Cōcordes in eo tamen Græci oēs & ante nos interpretes aljj, cōmunē ſequi lectionē perſuaſerūt. Intelliget etiā qui Plinij audierit de uinis fictijs eodē lib. ſed ca. xvi. agentē, quale adynamon q̄dā uinū Græcis fuerit, & quō cōficeret. Id nos feſtinātes relinquim⁹ monētes tm̄ ideo à Græcis adynamō dictū, q̄m admixta prius aqua, mox igne excocta, frāgeret uires ei⁹: fractis q; uirib⁹ par; potēs, quē hic docet, in medicina haberet uſum. Et hęc p omni uino hactenꝰ.

Περὶ μελιτίτου οἴνου. κεφ. ϛπδ'.

De uino Melitite. Cap. VII.

Οἶνος μελιτίτης, ὃν ἴσασιν οἱ πλείονες καλούμενον πυρετοῖς ἀσθενῶς σώμασιν ἔχουσιν. ὑπερμαλάττει δὲ τὴν κοιλίαν. οὐδὲ κινεῖ σώματος ἀρκαθαίρετα. ἀσμόζει δὲ ἀσθενικοῖς. μὴ νεφριτικοῖς. δὲ τοῖς ἀσθενῆ τὴν κεφαλὴν ἔχουσι. χρήσιμος δὲ γυναιξὶν ὑστερικαῖς. εὐώδης γάρ ἐστι μὴ θερμαντικός. διαφέρει δὲ τοῦ οἰνομέλιτος, ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἐξ αὐστηροῦ οἴνου, καὶ παλαιοῦ, μὴ ὀλίγου μέλιτος σκυδάζει. ὁ δὲ μελιτίτης πρὸς ἐ. χόας αὐστηροῦ γλεύκους, μέλιτος χοᾶς ἕνα, μὴ ἄλως κύαθον ἕνα. σκυδάζειν δὲ δεῖ ἐν μεγάλῳ ἀγγείῳ ἵνα τόπον ἔχῃ πρὸς τὸ ὑπερζέσαι, παρατάσσουσας τοῦ προσχωμένου ἁλὸς κατ' ὀλίγον ἄχρις ἂν ἐκζέσῃ. παυσαμένου δὲ καταγίζειν εἰς ἕτερα κεράμια.

MElititen, Romani pariter Græcis melitite appellant. Dat in diutinis febribus melitite uinū his, qui infirmo ſtomacho ſunt: aluū emē leniter mollit, urinā cit, ſtomachū purgat. Confert articulorq; & renū cū urinę malo aliquo doloribus, q̄d nephritim uocāt. Cōfert his q infirmo capite ſunt. Vtile præterea priuatim aquā bibētibus mulieribus: odoratū emē eſt & nutrit. Differt à mulſo, q; mulſum ex auſtero & uetere uino exiguoq; melle cōficit: melitite uero in quinq; auſteri muſti cōgios, mellis congio, & ſalis cyatho uno additis. In ampliſſimo uaſe conficiendū hoc uinū eſt, ut ſpatiū ad feruoris exundationē habeat: inſpergendusq; prædictus ſal paulatim donec feruet: cum uero à feruore ceſſauerit, in alia dolia diffundendum eſt.

INTERPRES.

DEſierat quo tēpore naturalē hiſtoriā ſuā Plinius cōmentabat, multoq; antea, in uſu eſſe melitite hoc uinū, q̄m inflatiōes faceret damnatū: & nihilominꝰ cōfectionē eius & ipſe docet decimoquarto uolumine cap. nono eandā huic ſcriptori aut paulo diuerſam: medicinātq; itidē uigeſimoſecūdo, capite uigeſimoquarto. Quo minus miretur aliquis nūc in nullo honore eſſe, uixq; in medicina nomē eius audiri.

Antiquiores

Antiquiores tamen omnes ad explendam totius uini historiam de eo cum cæteris uini generibus tradiderunt: nō inutili penitus, sed quod posset medicinā & ipsum augere, & humanæ saluti aliquando adesse, prę sertimq; ut hic ait γυναιξὶν ὑδροποτοῦσιν: quod cęteri interpretes mulieribus uini abstemijs ex Plinio uerterunt: nos simplicius aquam bibentibus: haud sanè quia non id probemus, sed q; nescimus an uini abstemias sim pliciter mulieres hic dicat, an in fœtura uinum fastidientes, ideoq; aquam bibentes: ex quo enim hic uini huius usum ad mulieres priuatim contraxit, certam etiam priuatimq; in fœminis cognoscendam causam intelligi uoluisse uidetur. Si enim simpliciter uini abstemijs dandum hoc uinum sit, non magis fœminis q̄ uiris dandū erit: in utroq; enim sexu abstemios uini passim uidemus: quodq; in fœminis, idem in uiris etiam hoc uinum poterit. Credimus ideo nos sic intelligi locum oportere: fastidientibusq; in fœtura uinum mulieribus melitite dandum. Eamq; ob causam quoniam latius patet abstemij uox, bibētes aquam mulieres nos diximus: eoq; pertinere uidetur quod statim sequitur: Odoratum enim est & nutrit: quorum alterum pertinet ad discutienda fastidia, alterum ad uitæ nutrimentum, quo tunc maxime ad incrementum & firmitatem fœtus prægnantes indigent. Quod etiā à Dioscoride constituit, νιφρητικὸν, id est, cū urinæ malo aliq; renū doloribus prodesse, in melioribus Græcis nō legit: Nos tamē cōmunem secuti lectionē eā seruauimus uocē, medicis diligētius excutiendū relinquentes quo modo huic malo prodesse melitite hoc uinū possit. Admonemus illud etiā, quoniā neuoq; infirmitati oēs utile tradiderūt, & inter Latinos Plinius etiā: nō malè suspicaturum aliquē, quoniā idem in Græcis renū & neuoq; uocis principiū est, uocatq; ea gens renes νεφροὺς, neuos aūt νεῦρα, potuisse eas librarioq; imperitia uoces cōmutari, & pro neruis renes scribi: Medicinæ quidem id certius responderet, in qua præcipitur uitanda omnibus uina esse quibus uitio aliquo laborant nerui: tutoq; his pro uno melitite hoc dari: Coniecturas tamen hæc nos non decreta esse uolumus.

γυναιξὶν ὑδροποτοῦσιν.

περὶ οἰνομέλιτος. κεφ. ϕϛ'.

Οἰνόμελι ὁ διαφέρει τὸ ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἴνου καὶ αὐστηροῦ καὶ μέλιτος καλοῦ γινόμενον. ἄκρατον γὰρ πνεύματι καὶ ταχέως πέπτει. ὁ δὲ μὴ παλαιόν, θερμαίνει μέν. ὁ δὲ μέσον, εὐκοίλιον. οὐρητικόν. ἐλάττους ἀρχὴ πλησμοί. ὀρέγει δὲ μετὰ ταῦτα κενεῶν. συνάγεται δὲ πρὸς δύο μέρεσιν ὡς τρεῖς οἴνου ἑνὸς μέρεσι τοῦ μέλιτος μίσγουσι δέ, ἵνα τάχιον αὐτὸ παρασκάσωσι, σωρεύσι. ἔνιοι δὲ διαλύσιτε ἐλάφαν, γλεύκους ξέον τὸ δὲ ἀρτίζεται καταστήσουσι. μένει δὲ γλυκύ.

De Mulso. Cap. VIII.

Oenomeli. Romani mulsum dicūt. Primā bonitatis habet ęstimationē mulsum quod ex uetere & austero uino, probatissimoq; melle cōfectū fuerit: minꝰ em̄ inflat q̄d tale fuerit, & celeriꝰ absolutū in usum uenit. Est ueteri mulso nutriēdi uis: Bonā facit aluū q̄d mediā ætatē habet, nec minus etiā urinā cit. Nocet à cibo sumptū mulsum, præsumptū idē implet, facitq; subinde cibi appetentiā. Cōficitur mulsum duobus uini cadis, uno mellis plerunq; mixto. Quidā ut celerius ad usum absoluāt, mel cū uino decoquunt, ficq; in uasa alia diffundūt. Alij etiā impēdio consulētes, feruentis per uindemiā musti sextarijs duobus mellis unum miscentes, postq̄ deferbuit in dolia diffundunt, mulsumq; hoc dulce perseuerat.

INTERPRES.

Fuit quondā in honore & dignitate mulsum, uulgaris res, & quotidianus homini potus, qui rusticas & urbanas cellas pariter augeret, nec aliter q̄ cætera uina cum opus esset ad usum familiæ seruaretur. Nunc mutatis moribus, & faciendæ homini medicinæ rationibus solū eius auditur nomē: idq; imme rito, modo uera sint quæ Plinius tradidit, interrogatū Pollionem Romulū Cæsaris hospitem centesimū annum excedentē, qua nam ratione maxime uigorem illū animi corporisq; custodisset: respōdisse foris oleo, intus mulso: egregia sanè utriusq; laude, sed eo mulsi maiore q̄ olei, quò meliora uitaliora q; hominis intꝰ q̄ foris principia & uires sunt. Quò magis demiremur exoleuisse penitus mulsi usum, qui multus antiquis ideo fuit, quòd persuaderent, omnē animæ asperitatē dulcioribus succis mitigari: spiritus leniri transitū: & molliores fieri meatus: experimētaq; in seipso cuiq; esse: quādo omnis animi impetus cibo & potu mollit, eoq; præsertim, qui non solū corpoq; medicinā, sed & moq; etiā habeat. In quo genere mulsum præcipue laudauerūt ueteres: cuncta tamen hæc bona, præsens inflationis periculū & noxa inutilia homini fecit, desierūtq; uti eo homines, nocere sibi ea ratione sentientes, paulatimq; cū usu cōfectionis ratio etiā periit. Nos tamen si cui nouisse eam gratū sit, ex Palladio qualis scribente eo erat, docebimus: qui xii. libro in Octobri mense de mulsi confectione sic docuit: Mustū de maioribus & egregijs uitibus post xx. dies q̄ leuatū fuerit ex lacu, quantū uolueris sumis: & ei mellis nō despumati optimi quintam partem prius tritā fortiter donec albescat, admisces: & agitabis ex canna radicata uehementer. Mouebis aūt sic per dies x L. continuos: uel, quod est melius, quinquaginta: ut cū moueris, mundo linteo tegas, per quod facile confectio æstuabunda suspiret. Post dies ergo quinquaginta mūda manu purgas quodcunq; supernatabit, & in uasculo gypso diligenter includis, & ad uetustatem reseruas: melius tamē si in minora & picata uascula proximo uere trāsfundas, & gypsata diligenter operias, & in terrena & frigida cella recondas, uel harenis fluuialibus, uel eodem solo, uascula ex aliqua parte summergas. Hoc nulla uitiatur ætate, si diligenter effeceris. Et hæc de confectione mulsi satis modo dicta sint. Quibus in scriptore hoc addēdum fuerat, quidnam & qua ratione hic dicat simpliciter implere mulsum, nisi id medicis constituendum relinqueremus: qui ex uini mellisq; natura quid & quo modo mulsum impleat, facile intelligent.

De Mul-

περὶ μελικράτου. κεφ. ψϛά.

Μελίκρατον ἡ αὐτὴ τῷ οἰνομέλιτι σκευαμμένη. χρώμεθα δὲ τῷ ἀφεψημένῳ, ἐφ' ὧν κοιλίαν μαλάξαι βουλόμεθα. ἢ ἔμετον κινῆσαι ὡς ἐπὶ τὸ θανάσιμον πεπωκότων. σὺν ὄξει αὐτὸ μετ' ἐλαίου. τῷ δὲ ἀφεψημένῳ ἐπὶ τὸ μικροσφύκτου ἢ ἀσθενοῦντος ἢ θερμοῦ ἢ πρὸς τὴν θυμονικὴν ἢ διαφορουμένοις. τὸ δὲ σκευαζόμενον ἀπόθετον οἱ μέν τινες ὑδρόμελι καλοῦσι, μέσον τῆς ἡλικίας ὑπάρχον ἀναλόγως τῷ διυτρίᾳ καὶ διαμύρῳ οἴνῳ ὅσον ἐπὶ τῷ τὰς δυνάμεις ἀνακτᾶσθαι. ὅθεν ἐπὶ τὸ φλεγμαινόντων τι μέρους ὀξυμελίτου μᾶλλον τοῦ διυτρίᾳ. ὁ δὲ παλαιότερος, διὰ δριμύτητα ἐπὶ τὸ φλεγμαινόντος ἢ στεγνοῦ. ἐπὶ δὲ τὸ στόμαχον πεπηθότων ἢ ἀνορέκτους ἢ διαφορουμένους ἐπιτήδειον. σκυάζει δὲ πρὸς ἓν μέλιτος μέρος δύο ὕδατος ὀμβρίου παλαιοῦ μιγνυμένου καὶ ἡλιαζομένου. οἱ δὲ, πηγαῖον μίξαντες ἀφεψοῦσιν εἰς τὸ ξύλον καὶ ἀποτίθενται. καλοῦσι δέ τινες καὶ ἀπὸ μέλιτος ἓξ πλυομένων τῷ κηρίῳ ὕδατι σκευαζόμενον, ὑδρόμελι, καὶ ἀπροσθέμενον δὲ αὐτὸ ὀξυκρατόδορον προσαγορεύουσιν. οἱ δὲ, καὶ τοῦτο ἕψουσιν. ἔστι δὲ ἄθερμον ἐπὶ νοσοῦντων διὰ τὸ πλῆθος ἔχειν κηρωθέμου.

De Mulſa aqua. Cap. IX.

Melicraton. ⌊Romani mulſam aquã uocãt. ⌋Eandẽ mulſo uim & naturã mulſa aqua habet. Decocta aũt utimur in his, quoꝝ aluũ mollire, aut uomitiões ciere uoluerimus: quemadmodũ in his qui uenenum hauſerint facimus, cũ oleo dãtes. Vtimur decocta etiã in his, qui puſillis uenarũ pulſibus multaq; infirmitate corporis ſint. Vtimur & in tuſſientibus, pulmonarijs, & his quos multo ſudore diffluentes diaphorumenους uocãt. Quæ aũt maiore apparatu cõfecta ſeruat mulſa aqua, quã priuatim quidam hydromel uocãt, in media ætate uino ꝗd adynamon dicũt, & loræ, in recreãdis uiribus proportiõe reſpõdet: eãq; ob cauſam in alicuiꝰ partis inflãmatione utilior ꝙ lora eſt. Dãnatur uetuſtior in inflãmationibus & corpore adſtrictis. Probat cõtrà in ſtomachi affectiõibus, appetitus deiectione, & immodico ſudore diffluẽtibus. Cõficit autẽ ad unã mellis menſurã duabus cœleſtis aquæ ueteris mixtis & inſolatis. Quidã ex fonte aquã miſcentes ad tertias decoquũt & reponũt. Sũt prętera qui hydromel uocent mulſam aquã, quæ lotis aqua fauis confecta & ſeruata fuerit: copioſius tñ bibẽda hæc eſt. Decoquũt pleriq; hãc etiã, uerum ęgrotãtibus inutilis eſt, ꝙ multũ ceraginis habet.

dulcis aqua
Mulſa aqua
μελίκρατον. ὑδρόμελι.

INTERPRES.

FRequens & nullo nõ ferè capite repetita μελικράτου & ὑδρομέλιτος huic ſcriptori uox eſt, tam exiguo rei diſcrimine, ſi ſubſtantia & uſus æſtimetur, ut totam nominis, nullam autem rei differentiam fuiſſe antiquis in ea merito quiſpiam crediderit. Vtraq; enim melle & aqua conſtat, & ijdem ferè Plinio & alijs utriuſq; uſus ſunt. Quod differre in eis uidetur ſola confectionis ratio eſt, quam pleriq; non tanti faciunt ut diuerſi generis ob id eas faciant: Hic tamen, & poſt eum Plinius omnes q; alij ſeorſum de utraq; agẽtes, diuerſas merito conſtituiſſe credũtur. Eamq; ob cauſam diuerſis nominibus in ſcriptore hoc indicatas, diuerſis etiam appellationibus eas indicauimus: dulcem alterã, mulſam aquã alteram appellantes. Fuit q; nobis dulcis aquæ autor Columella, qui poſtremũ hydromellis genus, quod maceratis aqua fauis fieret, à Dioſcoride proprio & uero hydromelli additũ, dulcem decimotertio uolumine capite undecimo, aquã nominauit: inſcripto etiã de dulcis aquæ confectione capitis titulo, ut diuerſis uocibus in opere hoc diuerſa ſaltem confectio hydromellis ab aqua mulſa oſtenderetur. Etſi, quod maxime inter eas differt, ſola ætas eſt, dicẽte Plinio: Mulſæ aquæ genera duo: ſubitæ ac recentis alteræ, inueteratæ alteræ. Nec Plinio tantũ, ſed hoc ipſo ſcriptore etiam, qui cum melicratũ quam nos mulſam aquã interpretati ſumus, propoſuiſſet, ſubitã & recentem illam Plinij intelligens, ſubiecit ſtatim: τὸ δὲ σκευαζόμενον κ.τ.λ. ἀποθέμενον: quod eſt ut nos uertimus: Quæ aũt maiore apparatu inueterata ſeruatur, &c. In qua deſcriptione hydromel, id eſt, dulcem aquã à nobis dictã intelligi tantũ uoluit: præſertim cũ adiecit, quam priuatim quidã hydromel uocãt: congeneres enim & eiuſdem ſubſtantiæ dulcis & mulſa aquæ ſunt, & ſola uetuſtatis ratione inter ſe differunt. Eamq; ob cauſam promiſcuũ in medicina uſum habuerũt, præterq; in quibus nouitas aut uetuſtas eius priuatim exigeretur: Quod nos ignorãtes, ſeruatis ubiq; ſcriptoris huius uocibus, ijſdemq; ueſtigijs eum ſecuti, ubi hydromel erat, dulcem: ubi melicratũ, mulſam aquã ſemper reddidimus: ne ſi hoc magis q; illud exigeretur, genus uocũ earũ uarietate & inconſtantia grauiore periculo morboꝝ remedia miſcerentur. Quotidianus ut uidetur cõmuniſq; utriuſq; huius aquæ quondã fuit uſus: indicant q; id rei ruſticæ Romani ſcriptores, qui niſi ad uſum familiæ confici & ſeruari cõſueuiſſet, nunq; in ruris diſciplina de cõfectione eius tam certè docuiſſent. In quo monuiſſe illud uolumus, à Columella libro decimotertio capite duodecimo mulſam appellari aquã utrũq; hoc genus: à Palladio contrà in Iulio menſe hydromel: quoniam ut diximus facile miſcebantur, quæ tanto pere inter ſe ſimilia erãt, præſertim q; ab his, qui non ut in medicina oportet, certũ illud & exactũ quærerẽt. Docuit hydromellis cõfectionem Plinius libro decimoquarto capite decimoſeptimo, uinum q; appellauit, ob eam quæ mox patebit cauſam. Verba eius ſunt. Fit uinũ ex aqua ac melle tantũ. Quinquennio ad hoc ſeruari cœleſtem iubent prudentiores aliqui. Alij ſtatim ad tertias partes decoquunt, & tertiam mellis ueteris adijciũt: deinde quadraginta diebus canis ortu in ſole habent. Alij diffuſa ita decimo die obturant. Vocatur hoc hydromel, & uetuſtate ſaporem uini aſſequitur. Saporẽ uini uetuſtate aſſequi hydromel Plinius ait, ęq; q

tamq; ob causam uinum uocari: cum tamen nihil uini admixtum habeat: hic non saporem uini, sed uires assequi dixit, loraeq; pares habere uires: utile instaurandis in ualetudine ægrotorum uiribus, quod appeten tibus his uinum innocenter potu daretur. Diximus ex Plinio quale hydromel quondam fuerit: Dicemus nunc ex Columella, qualis mulsa aqua fuerit, ut utriusq; certior ratio pateat. Verba eius sunt: Hæc autem non uno modo componitur. Nam quidam ante multos annos cœlestem aquam uasis includũt, & sub dio in sole habent. Deinde cum sæpius eam in alia uasa transfuderint & eliquauerint (nam quoties etiam per longum tempus diffunditur aliquid crassamenti in imo simile feci reperitur) ueteris aquæ sextarium cum libra mellis miscent. Nonnulli tamen cum austeriorem uolunt efficere gustum, sextarium aquæ cum dodrante pondo mellis diluunt: & ea portione repletam lagenam gypsatamq; patiuntur per caniculæ ortum in sole quadraginta diebus esse: tum demum in tabulatum, quod fumum accipiat reponunt. Nonnulli quibus non fuit curæ cœlestem inueterare aquã, recentem sumunt, eamq; usq; in quartam partem decoquunt: deinde cum refrixerit, si dulciorem mulsam facere uolunt, duobus aquæ sextarijs sextarium mellis permiscent: si uero austeriorem, sextario aquę dodrantem mellis adijciunt, & his portionibus factam in lagenam diffundunt, eamq; sicut supra dixi, quadraginta diebus insolatam in tabulatum postea quod suffumigetur, reponunt. Et hæc quidẽ Columella: cui non dissimilia Palladius instituit quo diximus loco. Docet præterea Columella alterius dulcis aquæ confectionem, quæ maceratis aqua fauis & fauorũ ceris fieret, quam Dioscorides in postremo capite numerat: Eam poterũt uolẽtes in eo scriptore uidere, undecimo tertijdecimi uoluminis capite, quæ in medicinæ usu damnata ab eo est, quoniam stomachi & præcordiorum inflationes faceret. Confectionem tamen eius monstrauit, quoniam condituris oliuarum aliarumq; huiuscemodi rerum pro defruto utilis esset, & cibarium saporem haberet. Prodesse mulsam aquam dariq; decoctam Dioscorides ait ζώτε μικροφύχοις καὶ ἀθενέσιν: quod est ut nos uertimus: his qui pusillis uenarum pulsibus, & multa corporis infirmitate sunt. Plinius tamẽ aliter docere rem uidetur: uigesimo enim secundo uoluminis capite uigesimoquarto ait: Inuenio etiam apud autores hunc potum bibẽdum alsiosis, item animi humilis & præparci, quos illi dixêre micropsychos. Videturq; micropsychos & humilis & præparci animi eos appellare, quos hic μικροφύχους & ἀθενεῖς uocat: quæ omnes uoces ad corpus non ad animum referendæ sunt. Monuisse id placuit, quoniam diuersa penitus mulsæ aquæ tribuisse autores hi uidentur. Nobis in scriptoris huius sententiam magis inclinat animus, relinquimusq; peritioribus cogitãdum, quale sit quod à Plinio dicitur. Sunt autẽ pusillis uenarũ pulsibus huic scriptori homines, quibus, ut Galenus in diffinitionibus suis docuit, exigui uenarum pulsus sentiuntur, ad minimam longitudinem altitudinemq; & latitudinem extollẽte se & insurgente arteria.

μικροφύχοις ἀθενέσι.

Περὶ ὑδατος. κεφ. ϕϟβ'.

De Aqua. Cap. X.

ΥΔωρ. Τὸ μὲν οὖν ὡς καθόλου ἐπίσχεσιν ἔχειν διὰ τὰς τῶν τόπων ἰδιότητας καὶ ἰδιοσυγκρισίας, καὶ πρὸς ἀέρας καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα. ὡς ὑπερπολὺ ἀφισόμενόν τε καθόλου καὶ γενικόν. ἀμέτοχον δὲ ὅλως ἀκεραίων πρότητος καὶ τῆς ὑπαρχούσης ἰσχύος μὴ δ' ἐλάχιστον χρόνον ὠμὸν μύρον. ἕψει τε ἀλύπως εὐσταλῶς καὶ ἐμπνευματῶν, μὴ δὲ διὰ φθαρσίμων.

HYdor. L. Romani aquam dicunt. Non facile in uniuersum de aquis decernitur ob locorum proprietates, propria earum temperamẽta, aërem, nec pauciora alia. Plerunq; tamẽ probatissima est quæ pura, dulcis, & cuiuscũq; alterius qualitatis expers: quæq; nec minimo etiam tempore præcordijs immoretur: quæ sine dolore descendit: non inflat, nec corrumpitur.

INTERPRES.

APlor ut Græcorum uoce utamur probatur aqua. Dico autem ἄποιον quasi sequalem, id est, qualitate omni carentem, quæ nihil odoris, coloris ue aut saporis habet & friget. Si enim ex terra emergens calebit, metalli alicuius aut subterranei ignis contagio per quod transierit, medicamentosa & infecta plerunq; erit, quales diuersis locis medicinæ tantũ utiles inueniuntur, à medicis per tempora deinceps cognoscendæ, & ex infectionis caloris q; sui natura ad sanitatis & morborum remedia transferendæ: ut quæ sulphurosæ fuerint, neruis medeantur: quæ aluminosæ, sanguinis reiectionibus, & non suo tempore & ordine purgantibus se fœminis: quæ nitrosæ & salsæ, capiti: quæ ferratæ, stomacho & lieni prosint, alijsq; uitijs & morbis, alijs potestatibus aliq; in quo non tantum bonitates uiresq; earum ad sanitatem, sed uitia etiam ad morbos cognouisse oportebit. Quæ tota res quoniam longior est, tractari hoc loco nec debet nec potest. Illud tantum meminisse semper oportebit, quoniam multus & quotidianus aquæ homini & pecori usus est, nihil diligentius curandum homini esse: neq; id tantum quod Socrates præcipiebat, non agendum his locis nobis esse, in quibus nec iustitia, nec profluens aqua perennis erit: sed quàm citissime & longius fugisse illinc, ubi uitio aliquo infectæ aquæ, uarios subinde faciãt morbos, quales multis locis fuisse quondam audiuimus, & esse adhuc quotidiana experientia cognoscimus. Pro qua re satis huic scriptori fuit monere, qualem oporteat quæsisse & probasse aquam, ἀμέτοχον ut inquit, ὅλως πρότητος: quod est ut nos uertimus, cuiuscunque qualitatis expertem. In quo subscribentes sibi habet posteriores omnes Græcorum medicos, ἄποιον ὕδωρ λέγοντας, τὸ ἀκριβέστατον καὶ κατὰ χύσιν καὶ κατ' ὀσμὴν, id est probatissimam esse aquam, quæ omni penitus in gustu & odore qualitate carebit. Quinetiam adiecerunt aspectu & oculis purissimam esse oportere: hanc que bibentibus utilissimam fore, & suauissimam. Licet que hic probari puram dulcem que dicat, non tamen intelligenda aquæ dulcedo est, qualis in cæteris rebus dulcis sapor sentitur

ſentitur & eſt, ſed quod hic ait γλυκὺ: quæ uox in communi ſignificationis æſtimatione dulce ſignificat, pro ſuaui & in potu amabili recipiendum eſt. Sic enim Paulus Aegineta ἡδὺ in hac ipſa re uocauit. Siquidem ad aquæ ſuauitatē ſatis eſt, ut ſine odore ſapore q̃, & aſpectu pura, ſolo frigore commendetur: & hæc dulcedo eius eſt, quā hic cōmuni dulcedinis uoce indicauit: cætera huic & aliis communia ſunt. Sed longe plura ab aliis q̃ à Dioſcoride de tota ratiōe aquar̃ dicūtur, quæ in Plinio, Vitruuio, rei ruſticæ ſcriptoribus, mille aliis Græcis Latinisq̃ autoribus cognoſcēda uolētibus relinquimus: longior enim & numeroſæ uarietatis ea diſciplina eſt: quod q̃ hic, quoniā multiplex erat, profeſſoribus cognoſcendū deinceps reliquit, tractari ob eādem cauſam à nobis non debet. Non tamen illud tacebimus, cum à principio hic monuit non facile alicui eſſe in uniuerſum de aquis decernere, ob eas quas numerauit cauſas, ad utranq̃ partem qualitatis earum & uſus id pertinere. Siquidē ſunt in genere aquar̃ quę nocent, ſunt contràquæ proſunt, & utrunq̃ multifariam: Sunt itidem quæ puræ & ſequales, ſunt contrà quę infectæ medicamentoſæq̃, & utrunq̃ id etiam multifariam. Quæ omnia ſi uelit aliquis ſigillatim per genera & cauſas proſequi, graue cum natura certamen inierit: oportebit q̃ ſumpto ab homine principio, numerare quæ humanos conceptus adiuuent, quaſdam Theſpijs Theophraſtus fuiſſe quondam teſtatus eſt, παιδογόνον γυναικείαν uocans, quod eſt fœcunditati fœminar̃ utilem: & qualē nūc etiam Tagi in Hiſpania eſſe ferunt. Nec minus quæ è diuerſo ſterilitatē & abortus faciant. Tum à concepto homine per eum totam q̃ reliquā naturā & ſingulas eius partes, ad plātas earum q̃ trigationes de aquis ear̃ q̃ in ſingulis poteſtate ſermonē transferre: quod infiniti laboris, nec ſcriptoris huius cōſilij erit, qui ad ſanitatis uſum tantū aquæ probationes docuit: neq̃ has omnes, ſed ex pluribus certiores tantū, puritatē, ſuauitatē, cæterar̃ qualitatū omniū priuationē, & quæ alia deinceps ab eo numerantur, ex quotidiano ſenſu cognoſcenda. Inter quæ quod hic ait probari, nec minimo etiā tempore prędiſs immorantē, quæ ſine dolore deſcendat, certius ab aliis Græcor̃ medicis docetur: ὅταν δὲ καὶ ὑπερκενῶσι τὰ ὑπεχονδρίων ταχίως, μηδὲν ζητεῖν ἕτερον ἀμεινον. τὰ δὲ διὰ ζῖς ὑπεχονδρίοις χρονίζοντα, καὶ πολὺ γασέρα πλήθοντα, καὶ ἐμφυσῶντα, καὶ καταβαρύνοντα, πολλῷ ὑδάτων κάκιστα: quod eſt: Cum uero per præcordia celerrime deſcendet, nullā meliorē aquā quærere oportebit: quæ uero præcordijs diutius immorabūtur aquæ, aluum uexabunt, inflationes facient, & ponderoſo onere graues erunt, omnium deterrimas conſtituere oportebit. Quę omnia ſenſus indicabit, præſertim q̃ in præcordijs mora ear̃ & ceſſatio. Dicimus autem præcordia, quæ Græci ὑπεχόνδρια, facto ex præpoſitione & cartilagine nomine, quaſi ſub cartilagia uocant. Ea uoce Plinius lib. trigeſimo cap. tertio ſignificari ait omnia hominis exta. Verba eius ſunt: Præcordia uocamus uno nomine exta in homine: Græci quoniam ſub chondro, id eſt, ſub cartilagine ſint, hypochondria uocant: Latini ſua præcordiorum uoce ſignificaſſe potius uidentur, quod Græci προκάρδιον dicunt, id eſt, quod cordi prætenditur. Huic enim magis illi Latina ea uox reſpondet. Omnes tamen hypochondria Græcorum præcordia manifeſtè uocant, certiſſima partium illarum ſignificatione, cum nouerimus quam in anteriore homine cartilaginē priuatim Græci appellant, quæ ex anatomes diſciplina patere omnibus poteſt.

ὑπεχόνδριον.

προκάρδιον. Præcordia.

Περὶ θαλασσίου ὕδατος. Κεφ. φϛ'.

Θαλάττιον ὕδωρ, θερμόν. ψυχρόν. κακοσόμαχον. κοιλίας ἐ ταραχικόν. ἄρ) φλέγμα. θερμὸν ἢ καταντλόμενον), ἐπὶ πᾶσι δὲ ἡ διαφορεῖ. ἄρμός) τοῖς περὶ νεῦρα πάθεσι καὶ χυμέθλοις πρὸ τοῦ ἐλκωθῆναι. ὠμὰ λύσεσί τε ἐπιτηδείως μίγνυται). καὶ ἐμπλάστροις καὶ μαλάγμασι διαφορητικοῖς εὖ θέτρ. Ⓒ πρὸς τὰ κενώματα φυσιέμενα) χλιαρόν. καὶ πρὸς σκόφους θερμόν. φύσας τε καὶ κνησμὸν λιχῆνα, καὶ κονίλας, καὶ μασῶν ἀγρίων τ καὶ τάνταλκμα. διαφορεῖ καὶ πελιώματα πυριώμενα). Ⓒ πρὸς τὰ τῶν θηρίων δήγματα ὅσα βόμυας καὶ φυσμοὺς φέρει. μάλιστα δὲ σκορπίων. καὶ φαλαγγίων. καὶ ἀσπίδ. καὶ εἰ προσεμβαίνοι τις εἰς θερμὸν αὐτὸ ὠφελεῖ. καὶ ἕξεις χρονίους καχεξίαις τ σώματος καὶ τ νεύρ, ὠφελιμοῦσι δὲ αὐτ λουτρόν. ὑπατμιζόμενον δὲ θερμόν, ὑδρωπικοὺς κεφαλαλγίας καὶ δυσκοίας πέπονθότα. ἀπεπεθέσα δὲ ἡ ἀκέραιος θάλασσα καὶ ἀμιγὴς πρίμου ὕδατος, ἄβρομος γίνεται. ὀλιγὸν δὲ, προέφουσιν αὐτὸ Ⓒ οὕτως ἀπτίδεντη. δύσοσμοι δὲ καὶ πρὸς κάθαρσιν καθ' ἑαυτὸ ἢ μετὰ ὀξυκράτου. ἢ οἴνου ἢ μέλιτος. καὶ μετὰ τὸ καθαρ-

De Maris aqua. Cap. XI.

THalattiō hydor. L Romani marinā aquā dicunt. ⌋ Calida acris & ſtomacho noxia eſt marina aqua: aluū turbat, bilēq̃ & pituitā trahit. Fouent calida maris aqua quę extrahenda diſcutiēdaq̃ ſunt: neruor̃ uitijs perniciſq̃ nondū exulceratis eadē accōmodata eſt. Miſcet apte malagmatis quæ macerata hydrelæo hordeacea farina conficiuntur. Vtilis eadē emplaſtris, malagmatisq̃ quæ diſcutiendo ſunt. Facit ad exinanitiones: in quē uſum tepida infunditur. Infunditur & torminibus calida. Fouētur marina aqua ſcabies, prurigines, impetigines, capitis lendes, & à partu copiā lactis nō ferentes māmæ. Liuores eadē diſſicit: in quē uſum ſi ferēt

Ὕδωρ, ἐπιδιδόασι χωμόν ὄξυ, δος ἢ ἄχυρον. πρὸς τὸ κατακόψασθαι τὴν τοῦ κέξεως δριμύτητα.

tionem gallinaceorum piſcium'ue eſculentum ius dandum eſt, ad infringendam eroſionis eius acrimoniam.

INTERPRES.

POterunt quibus procul à mari agentibus marinã aquam & remedia eius negauit natura, maris aquã nõ multo ſumptu labore q; ex uetere diſciplina ſibi facere. Præceperunt hi quatuor aquæ ſextarijs ſalis ſextariũ miſceri: his q; utriuſq; rei portiõibus, falſiſſimi maris uim & naturã impleri. Moderati ſſimũ tamen putari ſupradictã aquæ menſurã octonis cyathis ſalis tẽperari, quoniã ita & neruos calefaciat & corpus non exaſperet. In quo mir̃ eſt quantopere ſaluti hominis natura cauit, modo uera ſint quæ illi retulerunt: ſi plus q̃ ſextarius ſalis cũ aquæ ſextarijs quatuor mergatur, uinci aquã, ſalẽq; non liquari. Intelligens enim nociturum quod nimis fuerit, certã incuriæ & ignorantiæ hominũ legẽ huiuſcemodi natura præſcripſit. Poterunt itaq; procul à mari agentes marina aqua morbos uitia q; corporũ ſuorũ hac ratione curare: quę ut certius cogniſcãt, nõ pigebit aliqua hoc loco ſignare, quæ aut mutata à nobis, aut cũ alijs eadẽ nobis non ſunt. Quorũ illud primũ eſt, dixiſſe nos purgare marinã aquã pituitã, & præter pituitã bilẽ: quoniã utraq; in uetuſtioribus & melioribus Græcis legebatur, & Plinius lib. xxxi. capite v. dixerit, bibi non ſine iniuria ſtomachi ad purganda corpora bilẽq; atrã: alioqui in cõmuni lectione pituitã tantũ purgari indicat: & poſteriores Græcorũ medici pituitæ utilẽ tantũ dixerunt. Signamus nos rem, & diuerſitatis noſtrę cauſam reddimus. Diximus præterea facere ad exinanitiones marinã aquam, quod in ſcriptore hoc πρὸς τὰ κινώματα eſt, nihil ex ſignificatione & captu Græcæ uocis mutantes: quando κινοῦσθαι euacuari & exinaniri tantũ eſt. Cęteriaũt clyſteres addiderũt, aut ad deijciendã aluũ utilẽ fecerũt, quorũ nihil aperte in Græcis oſtendit. Cõmutatur. Poteſt enim alijs rationibus q̃ clyſtere & deiecta aluo exinaniri quod purgãdũ eſt. Poteſt enim maris aqua bibi. Potuq; exinanire, poteſt per urinã reddi, eaq; parte exinanire quod ducendũ erit. Poteſt & aliter idẽ præſtare. Sumus nos hoc ingenio & fide, ut nihil huic ſcriptori detrahere aut addere in uocibus eius auderamus. Sequitur nõ multo poſt quod hic ſcriptor ait: διαφορῆ καὶ πτιλώματα πυριώμενον: id Barbarus uertit: Liuentia reducit eadẽ ad colorem ſufferuefacta & ſaccis impoſita. Alter: Liuores ſuffitu diſcutit. Nos: Liuores eadem diſijcit: in quẽ uſum feruente ea fouẽtur. Nec aliunde tam diuerſa eiuſdẽ rei editio eſt, q̃ ex participij illius πυριώμενον intellectu, q̃d Barbarus ad fomẽta ſicca retulit: Grę cis enim uerbũ πυριᾶν id primo & proprie ſignificat. Eſt autem remedij genus, cum ad calefaciendum milium, panicum, ſal, harena, aliquid'ue huiuſcemodi multo igne calefactum & feruens, linteis ſaccis'ue inditum, parti quæ calore curanda eſt, imponitur. Qui curandi modus in hoc cunctis q; alijs medicinæ autoribus frequens & quotidianus eſt. Patet q; id in milio, ex quo quod ad ſaccos pertinet, Barbarus accepiſſe credi poteſt. Verũ tamen non de fruge quæ ſaccis apte claudi poteſt, ſed de aqua hoc loco agebatur: quæ ſi rariore linteo clauſa fuerit, diffluet: ſi ſpiſſiore & conferctiore quapiam materia alia, quẽ admodũ humorẽ non remittet, ſic etiã calorẽ non transfundet: eamq; ob cauſam à ſiccis fomentis lõge remedij huius ratio abeſſe nobis uidetur. Alter cum ſuffitu ait liuores diſcuti, uerbum πυριᾶν & participiũ eius πυριώμενον parum proprie, ut nos credimus, ad ſuffitus tranſtulit. In ſuffitu enim fumum intelligere ſemper oportet, qui in aqua nullus eſt: neq; enim incenſa fumat. At ex feruente ad ignem aqua, calens halitus fumo ſimilis ſurgit. Scimus id quidem, non tamen fumus hic, ſed uapor dicendus eſt: & quæ ab eo calefiunt, uaporari non ſuffiri dicuntur. Quod autem nos diximus, feruente marina aqua foueri liuores, eoq; remedio diſſici: certiorem, ni fallimur rationem habet. Foueri enim calidis liquoribus proprie dicimur. Quod licet κατανταλῶσι alio uerbo in medicina plerũq; ſignificetur: In quibus tamen ratio, neceſſitas & uſus cogit, nunq̃ ab re fuerit cõſuetam uocis alicuius æſtimationem parce in aliã illi ſimilem detorſiſſe. Eſt illud etiam animaduertendũ, quo loco nos diximus, ſi in calidam marinam aquã deſcenderit, cum deſcendendi uerbo lauandi etiam fouendi q; uerbum intelligi oportere. Non poteſt Latina aliqua uoce Græcorum cachexia facile indicari: eamq; ob cauſam nos Græcę uocis æſtimationem ſecuti, malos corporis habitus diximus: & ut certius pateret res, Græcam medicis notam uocem adiecimus, alioqui Plinius ubiq; & inter marinę aquæ remedia hæc maciem uocat: conſequens potius quoddam, multis q; alijs morbis & uitijs commune, q̃ certum mali huius genus indicans. Comitatur enim macies multa corpotum noſtrorum mala alia. Priuatim autem cachexiam ueteres Grę corum medici principia ſubeuntium cutem aquarum appellare conſueuerunt. Et hæc plerunq; uocis huius in Græcis ſignificatio eſt, & ſi forte ad alios corporis humani malos habitus diſtrahi poſſit: in quibus ex multo tempore macie obductũ corpus, paulatim diſtabeſcit. Variant nõ multo poſt Græcorum codices, quo loco de hydropicis, dolore capitis, & aurium grauitate remedia ex marina aqua inſtituuntur. Miſcet q; loci eius & remedij intellectum, quod in impreſſis & pleriſq; alijs Græcis legitur participium ὑπατμιζόμενον: in uetuſtioribus autem & antiquioris fidei ὑπαντλιζόμενον: quorũ prius illud uaporari calida marina aqua monet ea mala. Eſt enim ἀτμὸς uapor, quẽ paulo ante deſcripſimus & ἀτμίζειν uerbum, feruentis aquæ excepto halitu uaporari. ἀντλοῦσθαι aũt & ἀντλίζειν calido liquore aliquo conſpergi & foueri. Eamq; ob cauſam cæteri interpretes ad uaporem rem tranſtulerunt: uidenturq; in ea re magiſtrum etiã habere Plinium, qui eodem loco ait: Aurium dolores, capitis grauitates cum aceto feruientium uapor corrigit &c. Leuis tamen curandi tam grauia mala hic modus eſt: & quod à Plinio dicitur, nõ diuerſam penitus habere ab ea quam dicimus rationem poteſt. Nos tamen melio ris fidei codices ſecuti, calente marina aqua utiliter foueri ea mala, diximus: & nihilominus poterũt ſuo arbitrio legentes, utram magis probauerint, rationem ſequi.

πυριᾶν

Suffitus. Vaporatio. Fumus.

Foueri. Vapor.

κακχιξία. Macies.

ἀτμὸς ἀτμίζειν ἀντλοῦσθαι

περὶ Θαλασσομέλιτος.

κεφ. ιβ'.

De Thalaſſomelle, Ea eſt ex melle, maris aqua, et cœleſti imbre confectio. Cap. XII.

Ο Αλασσόμελι. φοινικῆ καθαρᾷ ἀνδρικῶς. σκυβάζει ἢ ἐκ μέλιτος ὑδατος ὁμβρίου καὶ θαλάσσης ἴσων διυλισθέντων ἢ ἁλισθέντων ἐν ἀγγείῳ πεπισσωμένῳ ἐν τῇ ὑπὸ κύνα καύμασιν. οἱ δὲ δύο μέρη θαλάσσης ἓξ μέλιτος καταμίξαντες, καταγίζουσι. μετριώτερον δὲ γίνεται καὶ ἐπικέσεσιν τὸ τοιοῦτον καὶ θαλάσσης.

THalassomeli L. Rõani piter Græcis thalassomel uocãt. Creditthalassomel hoc egregie purgare. Conficit mellis, cœlestis aquæ, marisq; æquis portionib⁹ permistis aquæ, & in picato uase per canis æstũ insolũ traiectis, & in picato uase per canis æstũ insolatis. Sũt qui decoctæ maris aquæ partibus duabus unam mellis miscentes, in dolia diffundunt. Est'que hoc ad purgandum marina aqua lenius & mitius.

INTERPRES.

NIhil certius in Plinio thalassomellis huius cõfectione est. Eam xxxi. uolumine cap. v. docuit scriptor ille. Sed qui alter ex scriptoris huius interpretibus eo duce usus est, uertit q; cõfici thalassomel æquis portionibus maris, mellis, & imbris ex alto: qui totus uerbor⁹ Plinij in hac ipsa re ductus est, quod in Dioscoride non legit, addidit: & quod à Plinio dicit, importune nec suo loco reddidit. Quod enim Plinius ex alto dicit, non ad imbrem in eo pertinet, sed alterius mẽbri principiũ est, in quo cũ dixisset, melle, mari & imbre cõfici thalassomel, sumpto iter⁹ sermonis principio, ex alto & ad hũc usum aduehi: nõ imbrẽ, sed maris aquã dixit: nec litoralẽ ideoq; lutulentã aut dulci aqua mixtã, sed ex alto, id est, lõginquiore mari petẽdã esse, quod in cœlesti aqua & imbre dici non potest, qui ex altiore parte cœli repeti nequit, sed dum decidat expectãdus, & cũ deciderit colligendus est. Nõ animaduertit pungẽdas in Plinio uoces eas esse, anteq; exacto & ad hunc usum aduehi iuberet. Facile prætera erat meminisse in poëtis altũ passim mare nõ cœlũ aut aërẽ dici: & Columellã lib. xiii. cap. xxvi. marinã aquã ad muriæ cõfectionẽ de alto peti iubere. Verba eius sunt: Quod si ager maritimus est, silẽtibus uẽtis de alto q̃ quietissimo mari sumenda est aqua. Pertinet hoc ad huiusce modi cõfectionũ disciplinã: semp⁹q; nõ nisi ex alto procul à litore ob eas quas diximus causas petẽda est maris aqua: q̃d forte in scriptore hoc desiderauerit quispiã, ideoq; à nobis lõgius repetitũ id est.

Περὶ ὄξους. κεφ. ϕϛέ.

Ὄξος ψύχει καὶ σύφει. εὐστόμαχόν τε ὂν καὶ εὐόρεκτον. σαλπικόν τε αἱμοῤῥαγίας πάσης. πινόμενόν τε καὶ ἐγκαθιζόμενον. ἐπὶ ῥυμάτων κοιλίας σωφέλιμον ταῖς προφαῖς ἀρμόζει. ἔναιμόν τε ὄζει καὶ ἀφλέγματον σὺν ἐρίοις οἰσυπηροῖς ἢ σπόγγοις ἐπιτιθέμενον. σέλας καὶ ὑστέραν ἕδραν προπεπτωκυῖαν. οὖλα ἀφεστῶτα καὶ αἱμορῥαγοῦντα. πρὸς νομὰς καὶ ἐρυσιπέλατα. ἕρπητας. λέπρας. λευχίδας. πτερύγια. σύμφυτ' ἐπιτηδείως μιγνύμενον. φαγεδαίνικά τε ἕλκη σωφελεῖ ἀπαντλούμενον. καὶ νομὰς ἵστησιν. ὠφελεῖ ποδαγρικοὺς καταντλούμενος θερμὸν μετὰ θείου. ὑπόπιτά τε αὖθις σὺν μέλιτι καταχριόμενος. πρός τε τὰς ἐγκαύσεις τῆς κεφαλῆς σὺν ξοδίνῳ καὶ οἰσυπηροῖς ἐρίοις ἢ σπόγγῳ. ὑδροπικός τε καὶ δυσκόους ὑπατμισθὲν θερμὸν ὠφελεῖ. καὶ ἴκτερος, καὶ συριγμός. ὠσὶ καχθὲν ἢ κτείνει τοὺς ἐν ὠσὶ σκώληκας. σέλινα φύγεθλα χλιαρὸν καταντλούμενος. ἢ διὰ σπόγγου ἐπιτιθέμενον. καὶ κνησμῶν παύει. πρός τε θηρίων δήγματα ὅσα ψύχει κατάντλημα θερμόν. ψυχρὸν δὲ τοῖς πυρέττουσι. τὸ ἰοβόλα. πρὸς τὰ θανάσιμα πάντα πινόμενον θερμὸν καὶ ὑδρελαιούμενον. μάλιστα πρὸς μυκωνείου καὶ κωνείου πόσιμ, αἵματος καὶ γάλακτος θρόμβωσιν ἐν κοιλίᾳ. πρός τε μύκητας, καὶ ἰξίαν, καὶ σμίλακας σὺν ἁλσί. βδέλλας τε ποδείσας καταῤῥοφούμενον ἀποβάλλει, καὶ βῆχα χρο-

De Aceto. Cap. XIII.

OXos. L. Romani acetũ dicũt. Adstringit & refrigerat acetũ. Sanguinis eruptiones omnes potũ & insidẽtibus cõpescit. Idẽ cibarijs cõcoctum, alui fluctionibus utile. Fluentẽ ex uulneribus sanguinẽ siſtit, & inflãmationes arcet: in quẽ usum succidæ lanæ aut spongię insperg itur & imponit. Cõpescit procidẽtes fœminæ locos, & in utroq; sexu sedes, acetũ. Cõpescit idẽ diffluẽtes & sanguine manãtes gingiuas. Facit ad ea quæ pascẽdo serpũt, sacros ignes, ulcera quos herpetas dicunt, lepras, impetigines, digitor⁹ pterygia cum aliquo eor⁹ quæ his malis accõmodata sunt mixtũ. Quinetiã si continue eo foueantur phagedænica fistit ulcera, & que pascẽdo serpunt. Fouẽtur eodem calido addito sulphure podagræ utiliter. Melli miscetur acetum, delenturq; inuncta eo fugillata. Contra capitis ardores addito rosaceo in spongia aut succida lana imponitur. Vaporantur calente aceto cutem subeuntes aquæ, aurium grauitates, fibilaq; & sonores earum. Necat instillatum aurium uermes. Panos reprimit, si tepido eo foueantur, aut si in spongia imponatur. Lenit idem pruritus. Fouentur calido aceto uenenatorum morsus quicunq; refrigerant: frigido contrà quicunq; incendunt. Facit præter hæc ad uenena letalia omnia calidum potum, mox uomitionibus redditũ, precipua opis & auxiliũ ui cõtra opiũ, cicutã, sanguinis & lactis grumosas in stomacho cõcretiões, fungos, ixiã & taxũ cũ sale. Pellit haustas hirudines porum acetũ: uererem

νίαν πραΰνει. πλὴν δὲ πρόσφατον ἐρεθίζει. ἀρμόζει καὶ πρὸς ὀρθοπνοίαν δ' ἅμα καταβρεόμενον. σκληρὰ δ' ἀναλύει διζόμενον μὴ τὰ φλεγμονώδη ἐγχωρεῖ ἐνέματα. συναγωγικοῖς τε ἁρμόζει. καὶ πρὸς κιονίδα κεχαλασμένην. καὶ πρὸς ὀδόντων πόνον θερμὸν διακλυζόμενον.

terem tussim lenit, recentem proritat. Bibitur calidum contra non nisi recta ceruice spirãdi difficultates. Reprimit gargarissatum in fauces destillationes. Prodest anginis, deiectæ oris columellæ, & dentium doloribus si calido colluantur.

INTERPRES.

QVale homini uinũ natura dederit, ex aceto quod uitiũ eius est, facillime ratiocinabitur aliquis. Intelliget em̃ omniũ bonorũ eius, quæ tã multa numero usuq; necessaria & grata homini sunt, id maximũ merito esse, cuius labes & uitiũ tam multas medico salutis, patri uero familiãs uitæ occasiones afferat. Cibos quidẽ & sapores non alius magis succus cõmẽdat aut excitat. Nullus etiã tã efficaci remedio cõtra tot mala pugnat. Neq; ausim ego dicere, utrobi liberalior humano generi omniũ parens natura fuerit. Id certe omnes sine inuidia fatebimur, esse quidẽ multorũ quæ sponte sua uitiata bonitatẽ suã amiserint, in sanitate & morbis aliquẽ usum: esse itidem quæ uitiari & corrũpi ob easdẽ causas à nobis coganť: sed nihil frequentiore opera maiore q; diligẽtia q̃ uinũ in quotidianos uitæ usus ad cõtrariã aceti fortunã transfert. Cogitur q; deficiẽte aceto acescere uinũ, tantũ naturæ munus, ut omnẽ domesticã rẽ nihilo minore q̃ uinũ gratia ad cibos & ciborũ cõdituras instruat: rara, & quæ uni Diogeni inter sapiẽtes contigerat laude. Vt em̃ ille paupertate sua inter gẽtes claruit, quotidianã q; ex infœlicitate laudẽ inuenit: nõ dissimili ratione ex uitio gratiã sibi acetũ fecit. Nec quicq̃ in uitiorũ naturæ cẽsu tã multos habuit semper & adhuc habet usus, ex quorũ numero hic tantũ eos tradidit, qbus aliquando ad salutẽ medicina indiget. In eis satis certa oña sunt: nec quicq̃ est q̃d legẽtes monere lõgius oporteat. Quod inter Barbarũ & nos unũ discrepat tantũ significabimus, idq; ad uenena pertinet quę ille uenenata nominauit. Verba Dioscoridis sunt: πριεῖ κοὶ, πρὸς τὰ θανάσιμα: quorũ nullũ rite uenenatũ dicitur. Venena enim ipsa sunt: uenenata aũt quæ uiuẽtia animalia partẽ uenenis illis noxam ictu morsu'ue illatã relinquũt. Sunt q; primũ in natura uenena, mox eiusdẽ maleficij cõmunicatione uenenata: ideo q; in diuerso genere cõstituenda: nec simul miscenda, præsertim q; in hoc usu in quo bibendum acetũ est, tum uomitionibus reddendũ: quod in uenenis quotidianũ est. In uenenatis aũt fieri nequit, quæ foris nocuerunt, non hausta nocent: ideo q; uomitionibus reddi non possunt.

Venena
Venenata

περὶ ὀξυμέλιτος. κεφ. ϟϛ'.

Ὀξύμελι σκυδάζει ὧυτω. λαβὼν ὄξους κοτύλας ε'. ἁλὸς θαλασσίου μνᾶς μίαν. μέλιτος μνᾶς ι'. ὕδατος κοτύλας ι'. μίξας ἑψήσας ἄχρις οὗ δι' ἑκάκις ἀναβράσῃ, καὶ ψύξας καταχρίσαι. δοκεῖ δὲ λαμβανόμενον πάχος ἄγειν. ὠφελεῖ μὲν ἰσχιαδικοὺς καὶ ἀρθριτικούς, ἐπιληπτικούς, ἀχρίσκοντας δυσχεραίνειν. καὶ τοῖς μηκώνιον ἢ ἰσχικὸν ὠφέλιμον.

De Aceto mulso, q̃d Græci oxymel dicũt. XIIII.

OXymeli. Romani acetũ mulsum, aut pariter Græcis oxymel dicũt. Cõficit hoc mõ acetũ mulsum. Sumito aceti sextarios quinq;, marini salis põdo unũ, mellis pondo decẽ, aquæ heminas totidẽ: mixtaq; simul oña coqto, usq; dũ decies inferbuerint: tũ refrigerata oña in dolia diffundito. Credit sumptũ acetũ mulsum crassa ex corpore educere, coxẽdicis præterea articulorũq; doloribus & comitialibus prodesse. Cõtra uiperæ quã Græci sepa ab exedẽdo uocant, morsus opitulatur. Prodest & his qui opium aut ixiam biberint, & in anginis utiliter gargarissatur.

INTERPRES.

DOcuit duobus locis aceti mulsi confectionẽ Plinius, primũ XIIII. uolumine capite XVII. tum XXIII. capite III. alterã simpliciter, alterã ex Dieucę antiquissimi medici autoritate: nec eodẽ modo utrãq;. Siquidẽ in alterius cõfectiõe cœlestẽ, in alterius marinã aquã sumi iubet. Ex eo nõ importune suspicari aliquis potest, deesse huic scriptori in oxymellis cõfectione aquæ genus. Neq; enim uerisimile est, q̃d nõ eodẽ modo à gẽtibus tũc fieret, incertũ ab eo relictũ fuisse. Locus in Plinio primũ est lib. XIIII. cap. XVII. Suntq; de oxymelle eius hęc uerba: Quinetiã acetũ melle tẽperabatur: adeo nihil intentatũ in uita fuit. Oxymel hoc uocauerũt: mellis decẽ libris, aceti ueteris heminis quinq;, salis marini libra, aquæ pluuiæ sextariis quinq; sufferuefactis decies, mox obturatis atq; inueteratis. Et hæc prima Plinio oxymellis cõfectio fuit. Alterã deinde XXIII. uolumine capite III. idẽ his uerbis tradidit: Oxymel antiqui ut Dieuces tradit, hoc modo tẽperabãt: Mellis heminas decẽ, aceti ueteris heminas quinq;, salis marini põdo, thymbræ quadrantẽ, aquæ marinæ sextarios quinq; pariter coquebãt, decies deferuescẽte cortina, atq; diffundebãt inueterabãtq;. Quę oña præterq̃ in genere aquæ eadẽ huic scriptori sunt: desiderarique ut diximus in eo id tãtũ potest: Verũtamẽ ut nos in medicinæ scriptoribus alijs Galenoq; præsertim III. de his quæ faciũt sanitatẽ obseruauimus, quẽadmodũ nõ erat una cõficiẽdi oxymellis ratio, sic etiã nõ unũ idẽq; placuit diuersis eius autoribꝰ aquæ genus: uerę cœlesti alij, marina alij usi sunt, pluresq; simpliciter potabili, neq; oñes antea melli & aceto mixtã inueterabant, sed in ipso usu aquã statim oxymelli nõ aliter q̃ in uino fit miscebant. Testis eius rei quo diximus

ximus loco Galenus est, qui despumato præcedēte coctura melli aceti tantū misceri iubet, q̄d gustanti nec acidū nec dulce nimis sentiatur: Cūq; duo hæc miscuerit, iterq; coqui ambo simul præcipit, utsq; dū diuersi li quores inuicē penitus se miscuerint, nec crudū bibētibus acetū sentiat: ex quo tēpore cū exiget usus, misce ri aquā præcipit, eodē tēperamento quo ad potū, uina aquis tēperātur, nullo aquæ discreto genere. Quò fit ut potabilē simpliciter intelligi oporteat. Et hæc pro oxymelle dicta hactenus satis sint.

Περὶ Ὀξάλμης. Κεφ. ϕϛ'.

Ὀξάλμη ὠφελῆ καταντλουμένη πρὸς νομάς. σκληρὸν ὄνας. κυνόδηκτα. καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἰοβόλων δήγματα. σὺν μέλιτι δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν λιθοτομηθέντων αἱμορραγίας. εὐθέως μετὰ τὴν χειρουργίαν θερμὴ ἐγκλυζομένη. καὶ ἕλκεσι πρόπεπωκόσι. ἐγκλύζειν δὲ ἐπὶ τῶν μετὰ νοσημάτων δυσεντερικῶν. δεῖ δὲ ἐπεγχυματίζειν γάλακτι. καταῤῥοφουμένη δὲ καὶ ἀναγόμενα χολὴν ἐκκενοῖ. σμήχει δὲ καὶ πίτυρα καὶ ἀχῶρας.

De Oxhalme. Cap. XV.

OXhalmen L. Romani pariter Græcis oxhalmē dicūt.] Fouent oxhalme utiliter quæ pascēdo serpūt, exedētia ulcera, rabidorū canū, & omniū quæ ictu aut morsu uenenū relinquūt, iniuriæ. Sistit eadē sanguinis post eductos ex uessica calculos eruptiōes, si calida post sectionē q̄ primū infundat. Cōpescit & procidentē sedē. Clystere itidē exulceratis intestinorū torminib⁹ infunditur oportet lac statim supinfundere. Potа eadē gargarissataq; hærentes gutturi hirudines enecat. Quinetiā furfures & manātia capitis ulcera exterit.

INTERPRES.

MIxtis simul aceto & muria, quēadmodū in galla primo uolumine dictum iampridem à nobis est, oxhalme quondā fiebat. Indicatq; id nomen etiā, quā illi ad ea excogitauerūt in quibus sale & aceto opus esset. Præferebantq; inueteratam, quoniam recentibus aceto & sale efficacior erat. Quos autem priuatim in medicina usus quondam habuerit, hic satis docuit: eamq; ob causam ad thymoxhalmem cognatam ei rem, sermonem nostrum nos transferemus.

Περὶ Θυμοξάλμης. Κεφ. ϕϛή.

Θυμοξάλμη ἣν ἐχρῶντο οἱ ἀρχαῖοι ἐπὶ τῶν ἀσθενῆ τὸν στόμαχον ἐχόντων. καὶ πρὸς ἡπατος κυάθους πρὸς ὕδατος ἁρμόζει καυνάντες καὶ διδόντες. καὶ ἐπὶ ἀρθριτικῶν πνευματουμένων. ἄγει δὲ παχέα καὶ μέλαινα. σκευάζεται δὲ οὕτως. θύμου λείου ὀξύβαφον. ἁλῶν ἴσον. Lἁλφίτων, πηγάνου, Jγλήχωνος. ἑκάστου ὀλίγον. ἁλῶν εἰς ἄγγος. ἐπίχει ὕδατος κοτύλας ϛ'. ὄξους ἡμικοτύλιον. πῆξον εἰς πηλὸν ὀνίου ἀκαθαίρετον.

De Thymoxhalme. Cap. XVI.

THymoxhalmen L. Romani pariter Græcis thymoxhalmē dicūt.] Vtebant thymoxhalme ueteres in his, q infirmo stomacho essent, dabantq; triū quatuor ue cyathorū pōdere, totidē calidę aquę cyathis miscētes. Vtebant & contra articulorū dolores inflatiōesq; . Trahit nigra & crassa thymoxhalme. Conficit ea hoc mō: Sumito triti thymi herbæ acetabulū, salis parē mensuram, Lpolētę, rutę,] pulegiq; & singulorū exiguū aliqd: tū coniectis in uas aliqd omnibus, superinfundito aquę sextarios sex, aceti uero sextarij dimidiū: operculatumq; uas sub dio in sereno habeto.

INTERPRES.

RAra hæc in antiquis medicinæ scriptoribus audit uox, nō multi ideo fuisse usus aliquis thymoxhalmem credat. Ad explendā tamē historiā, quoniā nihil intentatū uita sibi reliquit, cōfectionē eius hic docuit, quæ oxhalme eadē esset, nisi ex horto adiectæ illi herbæ pauloante numeratæ fuissent, quæ ex uiribus suis in diuersis corporū nostrorū uitijs eā cōmēdarēt: Fuisseq; usum eius in ducēda per aluū pituita testis hic ipse in thymo herba est: siquidē habere thymū ait λύναμιν πινέμφυτον μετὰ ἁλῶν καὶ ὄξους ἄγειν φλεγματώδη κατὰ κοιλίαν. quod est: potū cū sale & aceto pituitosa per aluū ducere. Quo genere remedij thymoxhalmen hanc indicasse palā uidetur, quæ thymo, aceto, & sale præcipue conficiebatur. Testatus in pulegio etiā hic ipse est, multis ex ea herba remedijs efficaci uiriū societate acetū addi. Qua ratione thymoxhalme quæ inter cætera aceto etiā constat, nunc pulegiū additur. Quod q̄ in his monemus idē in cæteris etiā intelligendum est. Significamus etiā relinquere nos cogitandū peritioribus, an quam polentā uertimus hoc capite, aptius & ex re magis fuerit farinā uertisse: quēadmodū contrà nolumus à quoq; ulterius desiderari tocies hactenus in hoc opere dictos à nobis articulorū dolores. Graue malū, & quod grauissimo doloris sensu hominem cruciet: ἀρθρίτιν Græci uocant, facto ab artubus in quibus fit, nomine. Esseq; arthritin in diffinitionibus suis Galenus inquit, Inflammationē quæ circa articulos coierit permanentē, maleq; affectis neruis ualidissimos afferentē dolores. Eius causam posteriores Græcorū medici esse tradiderūt, loci partiūq; in quibus fit infirmitatē, simul & alienū naturæ humorē. Duoq; hæc illi coniunxerunt, quoniā neutrū per se satis sit. Si enim loci & partiū infirmitas satis esset, quatenus infirmitas cōtinue infirmis articulis adest, indesinentes oporteret etiā doloris paroxysmos esse: Nō satis etiā huic malo esse alienū naturæ humorem illud indicat, quòd non ijs partibus tantum, sed uniuerso corpori pariter ingruēs, in infirmis ijs partibus solum dolores facit.

ἀρθρῖτις Articulorū dolores

facit. Intelligunt q̃ alienũ naturę humorẽ, παρὰ φύσιν χυμὸν appellantes, id est, pręter natiuã chymũ, eum qui ex nimia ciborũ copia ea qua cruditates fiunt, huiuscemodi euaserit. Addiderunt præterea q̃diu in pedibus hæret hic humor podagram: cum uero mali & doloris causa in cęteros corporis artus transierit, arthritin. tunc uocari: in qua uertebræ dorsi, costæ, alię̃q; omnes articuli usq; ad dentes & fauces aliquando crucient: & ię̃ articulorum dolores nobis in hoc opere sunt. Quibus quoniam congener illis est, podagræ diffinitionẽ ex galeno adiiciemus, quam eodem cõmentario tradidit esse πάθος, affectionẽ scilicet in pedibus, dolorem male affectis neruis afferentem, in aliquibus cum incensione, aliquibus cum refrigeratione. Podagra.

περὶ σκιλλιτικοῦ ὄξους. κεφ. ϟϛθ'.

Τὸ δὲ σκιλλιτικὸμ ὄξος σκευάζεται τοῦτον τὸν τρόπον. καθάρας λεπτῶς σκίλλαν καὶ καταπεμῶμ καὶ δησάσας λίνῳ ὥς τε μὴ θιγγάνειν τοὺς τόμους ἀγγείῳ, ἐκχάνας οὖ σκιᾶς ἐπὶ ἡμέρας μ'. λαβὼν μιᾶς μίαν δραχμὴν αὐτῆς κάδος εἰς ἑξῆς ὄξους καλοῦ ϛ'. βρέχεσθαι, πωμάσας δὲ ἀγγεῖον ὧν μελῶς. μετὰ δὲ ταῦτα ἀνελόμενος καὶ τὰς σκίλλας καὶ ἐκπιέσας, αὐτὰς μὲν ῥίψον. τὸ δὲ ὄξος ὑλίζας, κατάγγιζε καὶ ἀποτίθεσο. ἔνιοι δὲ μνᾶς πρὸς ὄξους ξς'. ἐ. μίσουσιν. οἱ δὲ, αὐτόθεν καθάραντες δίχα τοῦ ἐκφύλλου, τὸμ σαθμὸν ἴσον βάλλουσι. καὶ ἐῶσι μῆνας ϛ'. γίνεται δὲ τὸ ποιοῦν τὴν τμηλὸν κάτοξον. εὐθετεῖ δὲ διακλυζόμενον, πρὸς οὐλα μυδῶντα, σέλινον καὶ σεσοφιῶ αὐτά. καὶ ὀδόντας κινουμένους. καὶ τὰς πρὸς τὸ σῶμα σκληρότητας καὶ δυσωδίας, ἱκανῶς ἀνασκευάζει. καταξηραῖνον δὲ τόν τε βρόγχον σφριγῶ καὶ τυλώδη τρίχα, καὶ τὴν ῥῖνα εὐπνουν καὶ λαμπρὸμ ἀποτελεῖ. πρὸς ἀλαμβάνεται δὲ πρὸς σομαχικοὺς καὶ δυσεντεροῦντας, ὠλιγοπτοῦντας, σκοτοδινιῶντας. μελαγχολικούς. ἀποκλειομένους. ἔτι δὲ καὶ πρὸς ὑδρωπικὰς πνίγας. καὶ ὠλιγὰς ὑπερόγκους καὶ ἰχιάδας. ἀναλαμβάνει δὲ καὶ τοὺς λίαν ἀσθενεῖς. καὶ τὸ σῶμα ὑγιάζον καὶ εὐχροουν καταστενάζει. ἐὰν δὲ καὶ ὀξυδερκές. καὶ πρὸς δυσκοιλίαν καθόλου πρὸς ἅπαντα ἐνδυναῖ πλὴν ἑλκώσεων πρὸς ἃς χρῆ κεφαλαλγίῳ καὶ νόσῳ κοιλίου. καταβραχὺ δὲ προσαύξων ἄχρι κυάθου. τινὲς δὲ κυάθους ϛ'. δισὶ ἀδισὶν ἢ καὶ πλέον.

De Aceto scillitico. Cap. XVII.

CONficitur scillite acetũ hoc mõ: Scillam q̃ candido colore sit purgato, cõciditoq; in taleolas, tum funiculo traiectã, modicisq; interuallis suspensam sic, ne inuicẽ taleolæ illæ se tangãt, quadraginta diebus in umbra ficcato. Sũito deinde cũ aruerint taleolæ illa rũ pondo unũ, & in generosi aceti sextarios XII. demittito, diligẽterq; operculato uase facito septẽ dieb⁹ in sole madeãt. Eductã post id tẽpus ex aceto scillã manibus antea expressam abiicito: defecatũ uero acetũ diffundito & seruato. Sunt qui ad aceti huius confectionẽ scillæ põdo unũ aceti sextarios quinq; miscent. Alij purgatã tantũ scillã, nec antea ficcatã, in acetũ pari utriusq; põdere demittunt, nec nisi semestrẽ extrahũt. Estq; hoc omniũ alioꝝ maiore incidendi ui. Colluunt scillite aceto utiliter putrescentes humore gingiuæ: eas enim reprimit & firmat. Quinetiã mobiles eo confirmãtur dentes. Cõpescit quæ in ore exeduntꝰ, graueolentiamq; eius efficacius emẽdat. Solidescit potu eius guttur: callũ faucibus obducit: ualidioremq; uocẽ & clariorẽ reddit. Dat idẽ utiliter cibũ in stomacho non cõtinentibus, cruditatibus, comitialibus, uertiginosis, melancholicis, cõcrescẽtibus in uessica calculis, muliebriũ locoꝝ præfocatiõibus, tumẽtibus lienibus & coxẽdicis doloribus. Vtilissimum à longa ualetudine se recolligẽtibus scillite acetũ est: Vegetũ corpus reddit, & coloris bonitatẽ illi acqrit. Confert pręter hęc oculorum claritati. Potest auribus in eaꝝ grauitate instillari. *

In uniuersum ad oĩa uim & efficaciã habet. Cauendũ tñ intra corpus exulcerationibus, capitis doloribus, & neruoꝝ infirmitati. Datur bibendũ q̃tidie ieiunis à principio modicũ: quotidianis deinde paulatim incrementis usq; ad cyathũ. Qui dã tamẽ duos plures'ue cyathos etiã dederũt.

INTERPRES.

VIgatẽ fuisse quondã scillitici aceti cõfectionẽ & ex ea quotidianũ in familia usum, qui eã docuerũt multi ex ueteribus indicãt, Plinius, Columella, Palladius, & in Græcis quicũq; ad sanitatẽ & ualetudinẽ humanã rẽ aliquando instruxerũt. Nouerãt enim q̃ multas utroq; tẽpore acetũ id utilitates habet. Eaꝝ q; studio nullus nõ propriæ familiæ q; suæ saluti cõsulens paterfamiliãs, scillite acetũ per æstatẽ sibi cõfectũ domi seruabat. Monstrauerũt priuatim suas cõfectiones singuli: quas ne lõgiores simus, repetere hoc loco cõsiliũ nobis nõ est. Locos tantũ in Latinis signabimus: eritq; uolẽtibus hęc nouisse legẽdus Plinius lib. xx. cap. ix. Columella lib. xiii. capite xxxiiii. Palladius in Iulio mẽse cap. viii. hi enim omnes præ dictis locis suas scillite aceti cõfectiones docuerunt. Suntq; illis omnia eadem aut paꝝ diuersa, præterq; in numero dieꝝ quibus insolandum acetum hoc est: Plinius enim quadraginta & octo diebus id agendum esse præcipit, Palladius xl. quod hic septem tantum diebus fieri iubet, Ex eo suspicati sumus, xl. dierum nu

merum, quo hic monet siccandum in umbra esse scillam, pertinere ad insolationem potuisse: aut septē diebus illis, quo spatio iubetur insolari acetum hoc, deesse quadraginta numeri notam: nec septem, sed quadraginta septē aut octo diebus oportere id agi. Verba Plinij sunt: Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis totius diei solem accipiētibus: post eum numerum dieꝝ tollitur uas. Intelligitq; numeꝝ XL. & VIII. dieꝝ, quem non mul- to ante proposuerat. Palladij autē: Et XL. diebus patieris esse sub sole. Obseruauimusq; nos quadragenarium hunc numerum in medicina confectionibusq; his ueluti decretorium esse: Eamq; ob causam inclinat animus, ut credamus non septem sed quadraginta & septem octo'ue amplius diebus insolandum acetum hoc esse, anteq; in uasa diffundatur & seruetur. In communi tamen Græcorum omnium lectione nihil mutare ausi sumus. Quemadmodum non procul à fine totius capitis etiam quo loco hic ait: In uniuersum ad omnia uim habere scillite acetum. Cauendum tamen in interioribus exulcerationibus, capitis doloribus, & neruoꝝ infirmitati, qualia illic erant, omnia seruauimus: quis quæ ultima duo sunt contungi præcedentibus non possint, multoq; minus ut in cunctis Græcis leguntur, per se stare: modo uera sint, quæ Plinius & alij tradiderunt. Hic enim dolorem capitis & neruorum infirmitatē excipit: iubetq; cauere in exulceratis interaneis, dolore capitis & neruoꝝ infirmitatibus. Plinius autem de capitis dolore quidem nihil agit, sed neruis infirmis perq; utile ait esse. Quod intelligens Barbarus, mutata dicēdi forma, capitis doloribus, neruis infirmis quotidie ieiunis bibendum esse uertit. Nobis qua decet interpretem fide nihil in scriptore hoc mutare placuit. Vitium tamen aut uitij suspicionem saltem signauimus: monemusq; itaq; male sequacem habere, quæ eo loco sunt uoces, intellectum, ideoq; medicis diligentius omnia illic expēdenda esse. Credimusq; nos deesse eo loco aliquid quo iuberetur in capitis dolore & infirmis neruis bibēdum ieiunis scillite acetum esse: uerum ut diximus nihil addi interpon'ue ab interprete debuit. Fuit etiam satis huius à principio purgatam tantum scillam dicere: quoniā nihil aliud q̄ χαθάρας in Dioscoride legeretur. Quæ autem ab alijs multa addita sunt, direptis, duris & extrinsecus positis &c. omnia ex Plinio huic scriptori adita fuerunt. Licebit post hæc uolētibus nouisse, quasnā & quo modo putrescentes humore gingiuas hoc capite dixerimus meminisse: & in hūc locum reuocare, quæ à nobis primo uolumine in nardo πρὸς τὰ μυλλώσεις dicta fuerunt. In eodē enim putrefactionis genere hic οὐλαμυλλῶντα appellauit. Poterit & cruditates intelligere à nobis dici, quas Græci ἀπεψίας siue ἀναψίας, nullas aut ægras cibi in stomacho concoctiones: quod quoniam quotidianum malum est, quæri & paratū domi habere scillite acetum hoc fecerat: is enim in familia præcipuus usus eius erat: Palladiusq; digestioni & saluti accommodatum uocauit, & digestionis auxilia concitare: quo beneficio etiā scillite uinum se commendat, de quo mox dicendum.

Putrefactæ gingiuæ. οὐλα μυλλῶντα

Cruditates ἀναψίαι

περὶ σκιλλιτικοῦ οἴνου. κεφ. ώ.

De Vino Scillite. Cap. XVIII.

Ὁ δὲ ἀπὸ τῆ σκίλλης οἶνος γίνεται οὕτως. καταπεμῶ ρῶς ἐξηκα τῆ σκίλλαν, ξήρανον ἐν ἡλίῳ. ἔπειτα κόψας αὐτῆ μνᾶν μίαν μὴ διασήσας λεπτῷ κοσκίνῳ, ἔνδησον ὀθονίῳ ἀραιῷ. μὴ κάθες εἰς γλεύκους καλοῦ μὴ προσφάτου ξς. κ'. τρίμηνον πεάσον θερμαχλῶναι. μετὰ δὲ ταῦτα μετορύξας τὸν οἶνον εἰς ἕτερον ἀγγεῖον, ἀπόθου προσφκκώσας ἐπιμελῶς. ἔνδοθι δὲ μὴ ὑγρᾶ τῆ σκίλλη χρῆσθαι. ἐπιτέμνουται αὐτῆ γογγυλίδος τρόπον. μὴ τὸ ὁλκὸν διπλασιάσαντα. σφῆ δὲ ἡλιάζειν ἐπὶ ἡμέρας μ'. μὴ παραλαβὸν ἄκρ. ἓξ δὲ μὴ οὕτω σκυβάλῃ ὁ προσφκμένος οἶνος. λαβὼν σκίλλης ὑπετμκμένης κρὸ κεκαθαρμένης μνᾶς γ'. κάθες εἰς γλεῦκος καλοῦ μετρητοῦ Ἰταλικόν. μὴ μιῶσας ἐξ ἔασον πώμασας. εἶτα ὑλίσας μὴ μετορύξας ἀπόδου. εὐθετεῖ δὲ πρὸς ἀπεψίας μὴ διαφθορὰς ξοφῆς. μὴ τὴν ἀπεμβύσεις ταύτῃ. ἐφ' ὧν τε πάχος κοιλίας πλάκες ἢ σομάχου. σπληνικοῖς μὴ καχέκτοις μὴ ὑδρωπικοῖς. ἰκτερικοῖς. δυσουρικοῖς. σφοδρὰ μένοις. πνευματουμένοις. παλαιλικοῖς. ῥίγεσι χρονίοις. σκοτωματικοῖς. πάσμασι. καταμηνίων τε ἀπορίας. ἤκιστα δὲ νεύρα λυπεῖ. ἀμείνων δὲ ὁ παλαιότερος. φυλάσσεσθαι δὲ δεῖ αὐτῆ τὸν χρῆσιν ἔν τε πυρετοῖς. μὴ ἐπὶ τοῖς ἐν τοῖς ἐχόντεσιν ἕλκος.

IT scillite uinū hoc modo: Sectā ut præmōstrauimus scillā in sole siccato, tundito deinde: mox tusæ angustoq; cribro cribratę pondo unū in raro linteolo colligato, demittitoq; in boni recentisq; musti sextarios uiginti, finitoq; tertiū in eo madere mensem: post quod tēpus in uas aliud diffusum uinū diligēter operculatū repōito. Licet & uiridi scilla uti rapoꝝ modo concisa duplicato pondere: ueꝝ oportet quadraginta diebus insolare hoc genus & inueterare. Quinetiā cōficiendi uini huius alia ratio est: Sumito purgatæ sectæq; in taleolas scillæ pōdo tria, demittito in boni musti Italicū cadū operculatū, finito sex mensibus: tum defecatū, & in aliud uas diffusum reponito. Vtile cōtra cruditates id uinū est: cibi in stomacho corruptiones, eiusq; per uomitū reiectiones. Vtile his etiā quibus in aluo aut in stomacho crassa hærēt: Lienosis itē, malo habitu corporis quem cachexiam uocant distabescentibus, cutem subeuntibus aquis, suffusis felle, uritinæ angustijs, torminibus, inflationibus, resolutis, diutinis in febrium accessionibus cum tremore algoribus, uertiginosis conuulsisq;. Menses trahit, neruos non lædit, uetustate bonitatem acquirit. Cauendus tamen usus eius in febre & intra corpus ulceribus.

SVas etiam scillite uini Columella & Palladius, quibus paulo ante locis diximus, cõfectiones docuerũt, huic scriptori in eo quod mox dicemus tantopere contrarias, ut uitiũ in altero non suspicari sed consti tuere oporteat. Dico aũt alterꝝ, quoniã concordes sibi inuicẽ Columella & Palladius, alterã cõtrarietatis huius ambo faciũt partẽ. Ea huiuscemodi est: Iubet ad uini huius confectionẽ Dioscorides sectã in sole siccari scillã: ξηράνειν ἐν ἡλίῳ, quod est, siccato eam in sole. Illi aũt contrà in umbra siccari præcipiunt. Columel læ in ea re uerba sunt: Taleolasq; sectas suspende in umbra ut adsiccentur. Palladiꝰ: scillã de mõtanis aut maritimis locis sub ortu caniculę, pcul à sole siccam⁹. Nec qcq̃ oib⁹ in eo q̃d docẽt certius est, tã apto sensu à singulis cõceptę uoces suæ sunt: eo fit ut nullæ in cõtraria re partes nostrę sint q̃ rẽ simpliciter signasse. Grauis eñ scriptoris hui⁹ estimatio, dignitas & fides. graues etiã in re Latina scriptores illi sunt, præsertimq; Columella, quẽ ego nunq̃ crediderim in uulgari re, & q̃ quotidianũ haberet usum, decipi debuisse: & nihilominus ut uidetur contraria huic illi docẽt. Relinquemus ob eam causam de tota hac re peritioribus censendũ: illud tantum monentes, duorum fidem contra unius autoritatem certare: certiorem q; habere rationem, ut in umbra potius quàm in sole arescat scilla: quoniã ui sua exuctam, omniq; humore citius exhaustam inutilem, aut saltem minus efficacem sol faciet: quod contrà in umbra fit, in qua paulatim arescent, nihil aut parum ex utribus suis amittet. Et præter hæc in scillite aceto, cuius eandem merito in ea re aliquis credat esse rationem, ab hoc ipso scriptore præcipi in umbra ficcari scillam: admittendam q; potius eam rationem, in qua hic alijs & huic alij conueniant, quàm eam in qua hic nec sibi nec alijs. Quod deinde dictum à Dioscoride est secandam raporum modo scillam esse, ex Columella repetendum nouisse id uolentibus est: is enim duodecimo uolumine capite quinquagesimo sexto, de rapo⁊ conditura hæc docuit: Raporũ quàm rotundissima sumito, eaq; si sunt lutosa, detergito: & summam cutem nouacula decerpito. Deinde sicut consueuerunt salgamarij, decussatim ferramento lunato incidito: sed caueto ne usque ad imum præcidas rapum. Sacidẽda scilla Dioscorides uti iubet, ut positam in tabula scilicet integram scillam cultello decussatim incidas, ita tamen ne usque ad imum præcidas. Quid autem decussare sit, & decussatim incidere, mathematici primum, tum rei rusticæ autores, & in architectura & fabrica periti facile ostendunt: qui omnes decussis & in decussim ductas lineas appellant, quæ non ad rectos angulos, sed quadantenus transuersæ cadentes, & in alias lineas incurrentes Græcæ literæ χ. Romanæ autem x faciunt: quæ quoniam denarij numeri, quem admodum nunc etiam est, quondam nota fuit, ab eo numero decussis, & decussare uerbum Latinis fecit. Ex rusticorum salgamorum disciplina, itaque secanda duabus trãsuersis & in decussis incisuris scilla ut nos credimus erit.

Decussis. Lineæ in decussum.

περὶ θαλαττίων οἴνων. κεφ. ωά.

Οἱ δὲ διὰ θαλάττης οἶνοι, πρικίλως σκυθάζουσι, οἱ μὲ εὐθέως αὖ μετὰ τρυγηθῆναι τῇ σαφυλίῳ, μιλοπαφεύουσι. Οὕτω πατοῦσι μιγνύντες θάλασσαν. οἱ δὲ, σαφυλώσαντες τῇ σαφυλίῳ, ῥοφοῦσιν ἐν πίθοις μετὰ θαλάσσης. μὴ οὕτω παρῶσι ἐκβλίβουσι. γίνεται δὲ ὁ τοιοῦτος γλυκύς, οἱ μὲν τι γε πρὸς τὸ γεῦσιν αὐστηρότερ ὄμ σκυθάζόμενοι, πίουσι μὴ πρὸς πυρετὸν πᾶσα σκυθίῳ εἰ μὴ πρῶτον ἀμείνους, μὴ πρὸς κοιλίας ὑπαγωγήν. μὴ ἐμπύοις. σλιροκοιλίοις, μὴ ὅσοι ὑπὸ τὸ ἀμυναίῳ φαύουσι κεφαλῆς. κακοσόμαχοι μέν τι μὴ οὔτι μὴ πυθμάτ τεννηλικοί. Οὐκ ἔχοντα δὲ ὑπαγάφαι νομίζομεν πρὸς τὸ πλίπρικιλοτέρων οἴνων σκυθασίαν, οὐχ ὅτι πλὴ ἔχειν μὴ ἀναγκαία ἡ χρῆσις αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα μηδ' ἐμαὐτῷ ἐλλείπειν δοκῶμεν. εἰσὶ δ' αὐ τοῖς ἔνιοι, ἥδιον πίνοντες μὴ πίπτουσιν εἰς τὴν κεφαλήν. ὡς ὁ διὰ τῆς κυδωνίου, μὴ ἀπίου, μὴ κρατίνου. ἔτι δὲ μὴ ὁ διὰ μύρτου σκυθαζόμενος.

De Salsis, id est marina aqua concinnatis uinis. Cap. XIX.

MVltifariã conficiuntur uina quæ marina aqua concinnantur: quidã enim à uindemia statim uuis mare miscẽt: quidam in cratibus sole prius siccatas calcant, mare admiscentes. Alij passis prius factis uuis mare miscent, easq; sic calcantes exprimunt. Dulce hoc euadit uinum. Quæ in hoc genere gustu austeriora uina erũt, nisi meliora alia fuerint, in febribus dabũtur. Dabuntur & ad deijciendã aluum, purulẽtis excreationibus, & his qui dura aluo erunt. Caput tentant quęcunq; ex Amineis uuis fient: noxia stomacho sunt & inflationes faciunt. Non erit ut credimus inutile ad explendam historiam his qui medicinã nouisse cupiũt, multiplicem diuersoꝝ uinoꝝ confectionem docere: haud sanè quia multus & necessarius sit eorum usus, sed ne aliquid reliquisse uideamur. Sunt aũt eorum aliqua minore cura & opera confecta, quotidianum usum habentia, quale est quod cotoneis malis, piris, filiquis, itemq; myrti baccis conficitur.

INTERPRES.

POterant autore Celso uina omnia hæc simpliciter salsa à nobis appellari: is enim VI. primi uoluminis capite inter solutæ alui remedia, negat salsum bibendũ homini uinum. Habetq; id manifestam ex decretis ab hoc scriptore rationem, qui deijciendæ aluo, & his qui dura aluo erunt, utilia ea esse docens, facile post se alios monuit, non esse augendam salsi uini potu alui solutionem: sed ancipitem uocis eius intellectum fugientes, noluimus dubitari à legentibus posse, qualia uina hæc quondam fuerint:

& an satis esset illis salem miscuisse. Diximus id, quoniã poterant alij interpretes, si erat illis animus, in titulo capitis huius à rei substãtia discedere, ex Celso honestiorẽ titulũ uinis his præferre. Aptius enim salsã à sapore simpliciter, q̃ marina aut Græca uoce tethalassomena dicta ab eis fuissent, præsenti legentiũ dubitatione, quæ nam adiectæ uocis eius causa & ratio esset. Tradiderunt præter scriptorẽ hunc salsi uini huius cõfectionem, & si nõ penitus eandẽ, non tamen omnino dissimilem, Plinius quidẽ XIIII. uolumine capite VIII. quo loco ait: Salsi uini huius originem à furto serui ortã, marina aqua explentis quod subtractum indies fuerat. Columella aũt XII. uolumine capite XXII. & VI. Quos poterunt uolẽtes audire, & ex eoꝝ decretis etiã salsi uini confectiones discere. Nos interim ad reliquas uinorum cofectiones interpretationem & commentationem hanc nostram transferemus.

περὶ κυδωνίτου οἴνου. Κεφ. ωϐ'.

Ὁ μὲν οὖν κυδωνίτης ὃν ἔνιοι μηλίτην καλοῦσι, σκυδάζει τὴν οὖτω. μήλων κυδωνίων ἀξήρας δὲ ὠτέρμα, καὶ τεμὼν ὡς γογγυλίδα εἰς μέξη τὴν γλεύκους, χάλασον μνᾶς ιϐ'. πρὸς ἡμέρας λ'. εἶτα δυλίσας ἀπόθου. σκυδάζει δὲ καὶ μετὰ δ' κόψαι καὶ ἐκθλίψαι τὰ κυδώνια, τὸν χυλὸν τούτων μίξαι τοῖς ιϐ'. ξέσαις, ἕνα ξέσμη μέλιτος. καὶ οὖτω χρὴ ἀποθέσθαι. ἔστι δὲ συμπικός. εὐσόμαχος. δυσεντερίας ἀσμόζων. ἧπατι ἁρμόττει. νεφριτικοῖς τε καὶ δυσουρικοῖς.

De Vino cotoneis malis cõfecto. Cap. XX.

CYdonite uinũ. Romãi pariter Græcis cydonite etiã uocãt. Quidã ex malis factũ fit, à malis malite etiã appellãt. Conficit cydonite uinũ hoc modo: Mala seminibus purgato, rapoꝝ modo ea cõcidito, tũ in musti cadũ mala pondo XII. demissa, triginta diebus dimittito: ex eo tẽpore per colũ traiectũ uinũ repõito. Alius præterea cõficiendi modus hic est: Tundito mala, tusaq; exprimito: mox expressi succi sextarijs decẽ mellis unũ misceto, ficq; repõito. Habet hoc uinũ spissãdi uim, stomacho intestinoꝝq; torminibus accõmodatũ est, iocinorosis itidẽ, renũ cũ urinæ malo aliq; doloribus, & urinæ angustijs. Quinetiã malomel q̃d & cydonite mel dicit, hoc modo fit: Semimelis cydonibus suis mala purgant, & in eã copiã mellis cõiiciunt, ut eo demersa obruant. Mitescit hoc post annum mulso simile, ijsdẽ accõmodatũ, quibus & antedicta cydonite uini confectio.

περὶ μηλομέλιτος. Κεφ. ωγ'.

Καὶ μηλόμελι δὲ, ὃ καὶ κυδωνόμελι ὀνομάζει, σκυδάζει οὖτω. μήλων κυδωνίων ἀξήρας δέντρα τὰ ὠτέρματα καὶ βλήδέντρα εἰς μέλι ὃν πλεῖσον ὡς τε ἐπιφανῆναι, γίνεται πρόσωπα μετ' ἐαυτοῦ. οἰνομέλιτι ἔοικός. ἁρμόζον πρὸς ἃ καὶ ἢ πρὸς αὐτούς σκυδασία.

INTERPRES.

CONiunximus ex melioꝝ in Græcis codicum lectione cydonite uini & mellis confectionẽ: continua enim historia in illis duo hæc capita leguntur. Haberiq; id ex uiriũ utriusq; similitudine rationem. Cydonite uini confectionẽ monstrauit Palladius in Octobri mense capite XX. sed tam diuersam, & scriptoris huius disciplinæ adeo contrariam, ut utilius nihil de ea egisse fuerit. Malomellis aũt confectionem Columella XIII. uolumine capite XV. tam manifeste tradidit, ut commentationibus his nostris eam addidisse inutile non fuerit. Post traditam ab eo scriptore longius seruandorum pomorum, præsertimq; cydoneorum in melle disciplinam, huiuscemodi leguntur: Hæc ratio nõ solum ipsa mala custodit, sed etiam mulsi saporis liquorem præbet, qui sine noxa possit inter annum dari febricitantibus: isq; uocatur melomeli: quæ omnia huic scriptori eadem sunt, præterq̃ q̃ Columella inter annum uti eo cõcedit, hic post annum mitius fieri ostendit. Sed locus in hoc claudicat, & ideo uitij nota signatus est.

περὶ ὑδρομήλου. Κεφ. ωδ'.

Ὑδρόμηλον δὲ σκυδάζει, μιγνυμένου τοῦ ἐκ τῶν κυδωνίων μηλομέλιτος μέτρου ἑνός. πρὸς β'. μέτρητὰς ἀφεψημένου ὕδατος καὶ ἡλιαζομένου ἐν τοῖς ὑπὲρ κύνα. δύναμις δὲ καὶ τούτου ἡ αὐτή.

De Hydromalo. Ea est ex aqua & malomelle confectio. Cap. XXI.

HYdromalon Romani pariter Græcis hydromalũ dicũt. Conficit mixtis simul malomellis una, decoctæ uero aquæ portionibus duabus, insolatisq; simul per canis ortum. Eadẽ antedictis uis & potestas eius est.

INTERPRES.

NVllum quod hactenus inuenerim hoc nomine in re Latina hydromalum est. Factum illi ex aqua & malomelle quibus constat, nomen est. Fuisse autem Græcis usum eius, quæ traditur conficiendi disciplina, & eius gentis medici aperte ostendunt.

περὶ ὀμφακομέλιτος. Κεφ. ωε'.

Ὀμφακομέλι δὲ σκυδάζει ὧδε τρόπῳ. λαβὼν ὄμφακας μὴ πω πεκαζούσας, ἡλίαζε ἐπὶ ἡμέρας γ', καὶ μετὰ ταῦτα ἐκθλίψας, βά-

De Omphacomelle. Cap. XXII.

OMphacomeli Romani pariter Græcis omphacomel uocãt. Acerbæ uuę succo quem omphaciũ dicunt, conficitur hoc mel. Cõficit aũt hoc mõ: Sumi-

ro

λε πρὸς γ', μέχρι τ χυλῦ μέλιτος καλλί σου ἀπκφρσμμίου μετρητοῦ μέρος ἕκ. Ⓒ ἁλίαζε, καταψίσας εἰς κ χάμους. Δύνα μμ δὲ ἔχειν σαλικλίῳ. ψυκλικλίῳ. ὄξους ἄς μόζῃ σομαχικοῖς. κοιλιακοῖς. ἢ χρῆσις δὲ αὐτῷ μετ' ὀμφακομέλ.

to acerbas uuas necdũ matureſcentes, triduũq; eas inſolato, tum exprimito, ſuccíq; tribus partibus unã optimi deſpumati mellis miſceto, dolijſq; diffuſa omnia inſolato. Habet omphacomel hoc reprimẽdi refrigerãdíq; uim. Eapropter cibũ in ſtomacho non cõtinẽtibus, cœliacisq; poſt annũ utilẽ habet uſum.

INTERPRES.

DOcet in Auguſto menſe omphacomellis etiã cõfectionẽ Palladius. Ea neq; omnino diuerſa, nec penitus eadẽ huic ſcriptori eſt. Quæ potiora in ea ſunt, ambobus eadẽ ſunt: quã hic tradit ex antedictis nouiſſe facile eſt. Palladius ſuã his uerbis uerbis docet: In uuæ ſemiacerbæ ſucci ſextarios ſex, mellis triti fortiter duos ſextarios debebis infundere: & ſub ſolis radijs diebus XL. decoquete. Vocat Palladius ſemiacerbas uuas, quas hic ait μήπω πεπαζούσας, id eſt, nondum integra maturitate nigreſcẽtes. Et quod hic ſimpliciter iuſſit inſolandũ eſſe eum ſuccum, Palladius XL. diebus fieri id præcepit. Cætera paulo minus q̃ eadem ambobus ſunt.

περὶ Ἀπίου οἴνου. Κεφ. ωϛ'.

Ἀπίτης σκυθάζεται ὁμοίως ὥς πῦ ἢ ὀκυδωνίτης. μηλίαμ ἢ ἔσωσαμ οἱ ἄπιοι πέπειροι. κὴ ὁ τ κρατίωμ ὃ, κὴ ὁ τ μεσπίλωμ, κὴ οὔωμ, ὁμοί ως σκυθάζεται. πάντες ἢ εἰσὶ συπτικοί. σχυφροί. εὐσόμαχοι, ξεύματα ἔνδομ ἐπέχοντες.

De Vino ex Piris facto. Cap. XXIII.

EX piris uinũ cydõite uino ſimiliter fit. Nõ exceſſura tñ pira ſunt maturitatis ſuę modũ. Conficit ſimiliter his etiã ex filiqs, meſpilis & ſorbis. Adſtringunt oĩa: acerbo ſapore ſunt: ſtomacho tamen accommodata, & in interiores partes deſtillationes compeſcunt.

INTERPRES.

LOnge aliter è piris uinũ confici in Februario menſe Palladius præcipit. Et quoniam quod ille inſtituit aliud ab hoc penitus eſſe credimus, nihil ex eo ad hunc ſcriptorẽ afferimus: Quaq; breuitate Plinius libro decimoquarto cap. decimoſexto fieri uinũ ex ſiliqua Syriaca, & è piris maloq; omnibus genẽribus docuit, eadem nos in ſcriptore hoc uina eadem primo uertimus, & nunc commentamur.

περὶ Ὀναν θίνου. Κεφ. ωζ'.

Ὁ δὲ ὀνάνθινος σκυθάζεται· οὕτω. λαβὼμ φλοὰς ἀχράδος ἀμπέλου τὸ ἄνθος κρεμούσης ξηρὸμ μνᾶς β'. εἰς μετρητὸν γλεύκους πρὸς ἡμέρας λ'. εἶτα διυλίσας ἀπόθου. πρὸς δὲ πρὸς ἀτονίαμ σομάχου. ἀνορεξίαμ. κοιλιακοὺς κρὸς δυσεντερικούς.

De Vino ex labruſcæ floribus confecto, quod œnanthinũ Græci uocãt. Cap. XXIIII.

ŒNãthinon Romani pariter Græcis œnanthinũ uocãt. Conficitur ex labruſcæ floribus uinũ hoc mõ: Sumito pubeſcẽtis labruſcæ floris põdo duo, ficcatumq; in muſti cadum demittito: trigeſima deinde die per colũ traiectum reponito. Facit ad ſtomachi infirmitatẽ, à cibis appetit ꝰauerſionẽ, cœliacos & inteſtinorũ tormina.

INTERPRES.

NIhil ab hoc ſcriptore in œnanthini uini confectione Plinius mutauit, è labruſca, id eſt, ſyluestri uite fieri dicẽs: floris eius duabus libris in muſti cado maceratis, & poſt XXX. dies mutatis. Qualem aũt legere florem cum oporteat, ex Palladij diſciplina dictũ in œnanthino unguento à nobis eſt. Quam deinde nos à cibis appetitus auerſionem diximus, ἀνορεξία eſt. Eam facile intelliget aliquis, cum ſcierit appetitum nutrimenti deſiderium & inquiſitionem autore Galeno in diffinitionibus ſuis eſſe: contrariaq; ratione quã Græci ἀνορεξίαν uocãt, fugã & à cibis auerſionẽ eius. Quæ qm̃ multas habet cauſas, multis remedijs etiã curãt. Inter ea & uinũ hoc eſt: non omnibus appetitus à cibo auerſionibus aptũ, ſed his tm̃ qbus ex uipoteſtateq; ſua labruſcæ flos mederi poterit: q qualis ſit, nõ multo ante hoc ipſo uolumine dictũ à nobis eſt.

ἀνορεξίᾳ à cibis appetitus auerſio.

περὶ ροΐτου οἴνου. Κεφ. ωή.

Ὁ ροΐτης ἢ οἶνος σκυθάζεται οὕτως. ῥόας ἀπυρηνώνους λαβὼμ ὑγρίμους, κὴ ἀνθλίψας τ μυχυλὸμ τ κόκκων [ἀπόθου, κ] ἀφεψήσας εἰς ξίτ), οὕτως ἀπόθεσο. πρὸς ἢ πρὸς τὰ ἔνδον ῥεύματα Ⓒ πυρετοὺς ῥοώδεις. ἔστι ἢ εὐσόμαχος, Ⓒ δυσεντερικὸς κοιλίας, κὴ οὐρητικός.

De Vino ex Punicis Cap. XXV.

ROitæ uinũ Romani ex Punicis confectũ dicũt. Ex Punicis conficit hoc mõ uinũ: Sũito apyrena, i. ſine nucleis matura Punica: expreſſumq; ex acinis ſuccum ſimpliciter aut ad tertias decoctũ reponito. Facit ad iteriores deſtillatiões & fluidas febres. Stomacho ꝓterea accõmodatũ ẽ: aluũ adſtrĩgit, & urinã ducit

INTERPRES.

QVotidianus in medicina ex Punicis expreſſi uini uſus eſt, certa etiã in ſcriptore hoc eius confectio: Nihil ob eã cauſam de eo ultra agẽdũ, q̃ ut ex Galeno doceamus, quas nã hic fluidas febres uocat. Eas ille in diffinitionibus ſuis ait eſſe: Quæ cũ multo alui fluxu, & aliquãdo uomitu fiunt: accedunt perfrictiones

ῥοώδης πυρετὸς Fluentes febres.

perfrictiones subitaq; uiriũ deiectio,cũ siti,uigilia,& pulsuum in uenis humilitas. Eas uocauit Celsus primo libro fluentes: nec tantum febres, uerum morbos alios, in quibus nimium ex omni humore excernerentur ægri,idq; etiam diuersis partibus. Diximus & in Meo,uolumine primo, quo modo adstricta fluentibus his malis opponerentur.

Περὶ Ροδίτου οἴνου. Κεφ. ωθ'.

Ροδίτης δὲ οὕτω σκευάζεται. ξόσμων ξηρῶν κεκομμένων μνᾶν μίαν ἐμβάσας εἰς ὀξύμελι, κάθες εἰς γλεύκους ξέσας ἡ. μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας διυλίσας μετάγιζε ἐπὶ ἀρτίθεσο. χρήσιμος δὲ ἀπυρέτοις, πρὸς στόμαχου πέψεις ἐπὶ πόνους ὑπολιπόμενος. πρός τε καδύγχους κοιλίας Ϲ δυσεντερίαν. σκευάζεται δὲ ἐπὶ διὰ χυλοῦ ξόσμων Ϲ μέλιτος μυγμμένου ὃ καλοῦσι ξοδόμελι. ἁρμόζει πρὸς τὰς ἐν ἀρχῇ τραχύτητας.

De Rosaceo uino. Cap. XXVI.

RHodite. Romani rosaceũ uocãt. Conficitur rosaceũ uinũ hoc modo: Siccas tusasq; rosas libræ põdo in linteolo coligatas,in musti sextarios octo demitto:& post tertiũ mẽsem per colũ traiectũ diffundito,& reponito uinũ. Cõcoctiones à cibo potũ adiuuat hoc uinũ. Bibit utiliter cõtra stomachi dolores ubi febris abfit: lubricã aluũ & intestinorum tormina. Cõficitur præterea ex rosaꝝ succo admixto melle quod rhodomel,id est, rosaceũ mel uocant: asperis faucibus accommodatum.

INTERPRES.

ROsatum uini genus hoc Palladius in Maio mẽse appellat,cõfectionem q; eius qualis sua ætate erat, his uerbis docet: Quinq; libras rosæ pridie purgatæ in uini ueteris decẽ sextarios mergis: post xxx. dies despumati mellis libram adijcis & uteris. Nec multo post rhodomel suum idẽ etiã docet, quod huiuscemodi est: In succi rosæ sextarijs singulis libras singulas mellis admisces,& xl. diebus sub sole suspendis. Docuit præterea in Octobri mense, deficientibus rosis, qua ratione uinũ quod idem rosaceo posset, cõficeretur: ea confectio huiuscemodi est: Folia citri uiridia, in sporta palmea missa in musti nondum feruentis uasa, depones & claudes: exemptis q; his post xl. dies, addito melle ad modũ rosati cũ placebit uteris.

Περὶ Μυρτίτου οἴνου. Κεφ. ωί.

Μυρτίτης δὲ σκευάζεται οὕτω. δεῖ μύρτα μέλανα πλακοῦντα λαβόντα, κόψαι Ϲ ἐκθλίβειν τὸν χυλὸν ἐν ὀργάνου Ϲ καταγίζειν. ἔνιοι δὲ Ϲ ἀφεψοῦσιν εἰς τρίτον. οἱ δὲ Ϲ προδιλοπαυδεύσασιν ἐν ἡλίῳ. Ϲ ἐκφάναντες μίσγουσι τῇ χοίνικι κοπείσῃ, ἔπειτα κοπύλας ὕδατος. Ϲ οἴνου παλαιοῦ τὸ αὐτό. οὕτω τε ἐκθλίβουσι Ϲ ἀρτίθυνται. ἱκανῶς δὲ ὅτι συστηπικός Ϲ εὐστόμαχος. ξεωμαζομένῳ τε στόμαχῳ ἢ κοιλίᾳ χρήσιμος. πρός τε τὰς ἐντὸς ἕλκωσις Ϲ ξοῦ. μελαίνει δὲ καὶ τρίχας ἐν κεφαλῇ.

De Vino ex myrti baccis cõfecto. Cap. XXVII.

MYrtite. Romani myrtatũ, myrtidanũ, & myrteũ uinũ uocãt. Conficit myrtite uinũ hoc modo: Sumito nigræ myrti q; maturissimas baccas: tũdito eas deinde, succũq; torculari expressum in uasa diffundito. Quidã ad tertias decoquũt. Sũt etiã qui in cratibus dispositas myrti baccas sole antea ficcãt, ficcatasq; tundũt, mox tusaꝝ modio tres aquæ sextarios, uetereisq; & austeri uini tantundẽ miscẽt, ficq; exprimũt & reponũt. Adstringit uehemẽter hoc uinũ: stomacho accommodatũ est. Vtile contra in stomachum & aluum destillationes. Quinetiam intrinsecis exulcerationibus & fœminarum fluctionibus utiliter sumitur: & capitis capillum denigrat.

INTERPRES.

MYrtite uini confectionẽ in Latinis rei rusticæ scriptores omnes quã nouerãt & exercebant sua tẽpora, tradiderũt M. Cato operis sui de re rustica capite xxv. Palladius in Ianuario mẽse cap. xvii. Columella xii. uolumine cap. xxxviii. post q; hos omnes Plinius decimo quarto uolumine cap. xvi. Omnes excepto Catone & Columella, simpliciter tusis myrti baccis &c. fieri uinũ hoc tradiderũt. Duo illi ad certũ fruticis eius genus rẽ cõtraxerunt, nigræ myrti baccis fieri præcipiẽtes,& ex duobus generibus in hoc usu nigrã tantũ probãtes. Catonis uerba sunt: Myrtũ nigrã arefacito in umbra &c. Columellæ uero: Nigri generis baccæ cũ sunt maturæ &c. Eò fit ut credamus quod à principio capitis huius legitur, μύρτα μέλανα παραπλακοῦντα λαβόντα &c. quod est: Sumito nigras myrti baccas cũ iam maturitate sua dilabunt, nõ ad nigrũ in maturitate baccarũ colorẽ simpliciter referẽdum esse, sed ad alteram myrti genus quod priuatim nigrum ab antiquioribus uocatũ est: quod enim ad maturitatẽ pertinebat, in uoce παραπλακοῦντα indicabatur. Duobusq; illis autoribus redditus à nobis locus est, & ad nigræ myrti baccas contractus. Fecimusq; id cõfidentius, quoniã in omni medicinæ usu prælata candidæ nigra myrtus semper est. Non erit inutilis labor antiquorum mores in his cognouisse cupientibus, quæ à Columella longius quo diximus loco de myrtite huius uini confectione præcipiuntur, legisse: Diligens enim & pro hominis uita ubiq; operosus homo, diligenter id etiam gentem suam & posteros docuit.

Περὶ Μυρσινίτου οἴνου. Κεφ. ωά. De Vino myrteo. Cap. XXVIII.

Myrsinitem

Μυρσινίτης δὲ σκευάζεται οὕτω. λαβόντα τῶν μελαίνων μυρσινῶν τοὺς ἀκρέμονας καὶ τὰ φύλλα σὺν τοῖς μύρτοις κόψαντα. καὶ βάλλοντας εἰς τοὺς ξέστας τοῦ γλεύκους χόας, ἢ μυρσίνης κεκομμένης μνᾶς ἰ. καὶ ἕψουσιν ἕως ἂν δύο μέρη ἀναλωθῇ τὸ ἥμισυ. καὶ διυλίσαντας ἀποτίθεσθαι. πρὸς δὲ οὖρες πρὸς τραχώσεις καὶ πίτυρα. ἕλκεσι δήματα. οὖλα. παρίδημα. ὦτα πυοῤῥοοῦντα. σέλινα καὶ ἱδρῶτας.

MYrsinitem. ⌊Romani myrteũ uinũ dicũt.⌋ Cõficitur myrteũ hoc modo uinũ: Sumito nigræ myrti cũ ſuis baccis ramulos & folia: tundito omnia, & in muſti cõgios tres tuſæ, quo præmonſtratũ eſt modo, myrti pondo decẽ conĩcito, cunctaq; ſimul decoquito uſq; dũ ad duas, tertias, aut dimidiũ decreuerint: poſtremoq; per colũ traiectũ reponito uinũ. Facit hoc ad manantia capitis ulcera, furfures, puſtulaꝝ eruptiones, gingiuas, tõſillas, & purulentas aures. Sudores præter hæc etiã cõpeſcit.

INTERPRES.

ALtera hæc ex myrto uini confectio eſt. Differt à priore, q̃ illa baccis tantũ: hæc ramulis, foliis, & baccis myrti conſtat. Indicatq; in Græcis manifeſte utranq; nomen: quod enim myrtite ab illis dicitur, ex baccis, quæ gens illa myrta uocat, factũ eſt: quod uero myrſinite, ex toto frutice quẽ myrſinen idem Græci appellant: eamq; ob cauſam alterũ nos myrtite Græcoꝝ & Latinoꝝ modo, alterũ myrteum, Latina tantũ cõformatione diximus. Fuit propria Græcoꝝ altera cõfectio hæc, ſi Plinio credimus lib. XIIII. capite XVI. dicenti: Græci uero & alio modo, teneris cum ſuis foliis in albo muſto decoctis &c.

Περὶ σχινίνου οἴνου. ωιβ'.

Ὁ σχινίνος οἶνος ἐοικότως τοῖς μυρσινίτῃ σκευάζεται.

Περὶ τερεμινθίνου οἴνου. ωιγ'.

Ὁ τερεμίνθινος ὁμοίως. ἔγκεινται δὲ ὅτε οἱ ἀκρέμονες λαμβάνονται. ἁπλῶς ἰάσεις εἰσὶ δυνάμεως, συμπικοὶ καὶ εὐστόμαχοι. ξεύμασί τε ἀσμόζοντες σοφάχου. ἐντέρων. κύσεως. αἱμορραγίας. καταλοῦσι δὲ καὶ τὰ ἕλκη πάντα ἕλκη ἐπαντλόμενοι. τρὸς τε πρὸς ὑστέρας μὴ ἕδρας ῥύσμους σείλουσιν ἐγκαθιζόμενοι.

De Lentiſcino & Terebinthino uino. Caput XXIX.

COnficitur lẽtiſcinum uinũ myrteo ſimiliter. Cõficit & terebinthinũ: ſumunt eẽ utriuſq; arboris cũ ſuo fructu ramuli. Similes habent ambo uires: adſtringũt, ſtomacho accõmodata ſunt, ſiſtunt in eũ deſtillationes: inteſtinoꝝ ueſſicæq; fluctiones, & ſanguinis eruptiones omnes. Fluida fouentur eis uti liter, & ad cicatricẽ perducũtur ulcera omnia. Inſidẽtibus pręterea muliebrium locoꝝ, & ſedis deſtillationes eadem compeſcunt.

INTERPRES.

VIdebitur fortè aliquibus in fingẽdis tã multis uinoꝝ generibus modũ exceſſiſſe Græcoꝝ medicoꝝ oſtẽtatio: ſuperuacaneũq; eſſe eoꝝ uſum cũ ipſis rebus, ex quibus finguntur aptius liceat & efficacius uti. Veruntamẽ tm̃ abeſt ut inutilis medicinæ antiqua hæc rõ fuerit & adhuc ſit, ut nihil æque pro ſalute familiæ curauerit antiquitas, ſi Columellæ (ut cæteros rei ruſticæ ſcriptores omittamus) credimus: qui XIII. uolumine ſui operis plura ex his numerauit, & qua ratione fingerentur longius etiã docuit. Intelligebãt enim nõ minus q̃ noſtra ætate ſanitatis ſuæ cupidi, ſed eius tũc minus profuſi homines, medico ueluti ad expiationẽ maioris ſceleris catharta aliquo ſemel tota uita utendũ, tutiusq; medicinã homini facere: quæ paulatim leniterq; & ſine dolore aut dilabentẽ retinerent, aut delapſam humaniore hac rõne reſtituerent ſanitatem. Eamq; ob cauſam in fingẽdis tã multis uinoꝝ generibus, per uindemiã diligentiores fuerunt. Eoꝝ exẽplo etiã nõ pigebit nos, q̃d illi re præſtabãt, interpretatione cõmentationibusq; his nr̃is in lucẽ iterũ trahere. Et ſi uſu prodeſſe nequeamus, tã multiplici rerũ hiſtoria quod poſſumus legentes ſaltem delectaſſe.

Περὶ φοινικίτου οἴνου.

κεφ. ωιδ'.

Φοινικίτης. λαβὼν φοίνικας τοὺς χυδαίους πεπείρους, βάλλεις πυθάκνιον τετρημμένον ἐν τῷ πυθμένι. καὶ ἐσφλωσμένην καὶ ἐπιπεπισωμένῳ. τὸ δὲ ξύμα λίνῳ θέσθω. ἐπίχεε δὲ κεράσας ἑκατὸν χοινικίμυδα χόας γ'. εἰ δὲ μὴ λίαν γλυκὺ θέλεις εἶναι, πέντε χόας ἐπίχεε. ἔα δὲ ἐπὶ ἡμέρας ι'. τῇ δὲ ια'. ἀφαιροῦ τὸ ἀπὸ τοῦ καλάθου ὑγρόν, ἀποθλίβων. ἀποθέσθω. ἔστι δὲ ἡδὺς μὲν, ἀλλὰ κεφαλαλγὴς δέ, πρὸς ξένματα δὲ διὰ δὲ εὐ-

MYrſinitem. ⌊Romani myrteũ uinũ dicũt.⌋ Cõficitur myrteũ hoc modo uinũ: Sumito nigræ myrti cũ ſuis baccis ramulos & folia: tundito omnia, & in muſti cõgios tres tuſæ, quo præmonſtratũ eſt modo, myrti pondo decẽ conĩcito, cunctaq; ſimul decoquito uſq; dũ ad duas, tertias, aut dimidiũ decreuerint: poſtremoq; per colũ traiectũ reponito uinũ. Facit hoc ad manantia capitis ulcera, furfures, puſtulaꝝ eruptiones, gingiuas, tõſillas, & purulentas aures. Sudores præter hæc etiã cõpeſcit.

De Palmeo uino. Cap. XXX.

PHœniciten. ⌊Romani palmeũ dicunt.⌋ Palmeum conficit hoc modo uinũ: Chydæas, id eſt, uulgares & ex copia uiles ſumito maturas palmulas, in dolium perforato fundo eas cõĩcito: picatà tm̃ harũdine harũdinisq; lino obturato ore, dolĩ foramẽ illud obſtruito. Infundito deinde palmulaꝝ illaꝝ modĩs decẽ aquæ cõgios tres: et ſi nõ adeo dulce uinũ id euadere uolueris, aquę cõgios infundito V. Dimittito deinde X. ſic diebus eſſe. Vndecima educto ex harũdine lino, quo os eius obſtructum erat, excipito craſſum dulceque uinum, & reponito. Erit id quidem ſuaue, ſed capitis dolores faciet. Deſtillationibus utile, propterea quòd adſtringit

φαμ. ὅθεν σομαχικοῖς καὶ κοιλιακοῖς, καὶ αἱ μοπτοϊκοῖς ἁρμοζει. ἔνιοι δὲ ἀὐτὸ πάλιν τὸ ὕδατος μίσγοντες ἐχουσι. καὶ τὸ τρίτον πρισῦσι, καὶ τέταρτον, καὶ πέμπτον L καὶ ἕκτον. J ὅ τε λοιπὸν ὀξίζει.

stringit palmeũ uinũ est. Eamq; ob causam nõ cõtinentibus in stomacho cibũ, cœliacis & cruẽta expuẽtibus utiliter bibit. Quidã ἡσδẽ palmulis eandẽ aquę mensurã iterũ infundentes exprimũt, tertiumq; itidẽ faciũt & quartũ, & quintũ: nõ tamẽ ultra hũc numerũ repetũt, quoniã reliquũ acescit.

INTERPRES.

TOta (ut sic loquamur) diametro in palmei uini confectione distat ab hoc scriptore Plinius. Ille enim xiiii. uolumine capite xvi. palmularũ modio iubet aquæ tres infundi cõgios. Hic decẽ modijs eã mẽsurã infundi pariter præcipit: magna inter hos scriptores mensuræ eius diuersitate, & cuius causam nos ignoremus, nisi in alterutro mẽsuræ illius nota eam fecerit. In Græcis omnibus quos hactenus uidere licuit, nulla est nunc numeri alicuius nota, sed integra uox Λκα, id est, decẽ. Qui itidẽ nobis est uetustissimus & Longobardis literis scriptus Latinus Dioscorides, decẽ manifeste ostendit. Pliniani cõtrà codices omnes eodẽ modo & his uerbis legũtur: Maturarũq; quas uocant chydæas modio in aquæ congijs tribus macerato &c. Quod aũt nos diximus, potuisse mẽsuræ eius notã diuersitatis huius causam facere, huiuscemodi est: Græci denarium numerũq; decimæ, ut illi constituerunt in aliarũ ordine literæ suæ nota, quæ iota est, indicãt: significantq; illam, ut uidere passim licet, eadem figura qua Latini suum i. Latini è diuerso unitates suas in numerorũ incremento eodem illo i. signant. Concurruntq; in eandem formã Græcorũ denarij numeri & Latinorũ unitatis notæ. Potuit ex eo diuersitas hæc fieri: & quod decem in Dioscoride legendum erat, unum à Plinio intelligi: nõ ex Græcæ, sed ex Latinæ notæ illius indicatione. Credimusq; nos ueriorẽ scriptoris huius & Plinij historiam esse. Exigua enim mensura modius est, nec futura satis ad transferendum in tres aquę cõgios uini saporẽ, multoq; minus iu quinq;, ut hic etiam iubet.

περὶ καρχίτου οἴνου. κεφ. ωιέ.

ΚΑὶ ὁ καρχίτης δὲ ὃν ἔνιοι συκίτην καλοῦσιν, ᾧ κύπρῳ σκυθάζει) ὁμοίως ζεῖ φοινικίτῃ. διαφέρει δὲ ὅτι ἐπὶ τούτου ἔνιοι ἀντὶ ὕδατος σεμφύλων ἀπόβρεγμα νεοδλίπτων, τὸ ἴσον μέτρον βάλλουσιν. ἰχάδες δὲ λαμβάνοντες ἀπὸ χελιδόνιοι καλὰ μηλωτά. ἢ φοινικαῖ. μέλαιναι δὲ εἰσὶν ἢ ἀπόβρεχοντι ὡς προείρηται. μετὰ δὲ ἡμέρας δέκα ἐκλαμβάνει) τὸ ὑγρόν. καὶ ἐκ δευτέρου καὶ τρίτου ἐπιχεῖται, τοῦ ἐκ τῶν σεμφύλων ἀποβρέγματος τὸ αὐτὸ μέτρον. ὁμοίως δὲ ἐκ διασκευμάτων ἐκλαμβάνεται τὸ δ'. καὶ ε'. ἀπόβρεγμα ὁμοίως ὀξίζων. ᾧ ἀντὶ ὄξους χρῶνται. λεπτομερὴς δὲ ὅτι καὶ φυσώδης, καὶ κακοσόμαχος. ἀρτηριῶν ὀφελεῖ. εὐκοίλιος μᾶλλον καὶ οὐρητικός. καταστατὰ δὲ καὶ ἔμμηνα, καὶ γάλα διαχωρεῖ. αἷμα δὲ φαῦλον καταστάζει. καὶ ἐλεφαντιάσεως ὅτι πρὸς τὸ ζύδρον. ἔνιοι δὲ ἁλῶν τρίβουσιν ξέστας ἐμβάλλουσι δέκα. οἱ δὲ, ἄλμης κοτύλην, δύο μετάβλητον καὶ εὐκοίλιον ἔσεσθαι διανοούμενοι. οἱ δὲ, καὶ θύμον καὶ μάραθρον προσιδέασι ζεῖ πυθμένι. εἶτα τὰς ἰχάδας. καὶ φυλάττειν τοῦτο ποιοῦσιν ἄχρις ἂν πληρώσωσι τὸ ἀγγεῖον.

De Vino ex caricis confecto, quod sycite quasi ficatũ Latine dici potest. Cap. XXXI.

CAtorchite. Sunt qui sycite, id est ex ficis factũ. L Romani utroq; nomine apellãt. J Palmeo similiter in Cypro fit. Differt tamen, q̃ in confectione huius aliqui pro simplici aqua uinaceorũ nup expressorum pari mensura dilutũ adhĩciunt. Caricæ in hũc usum sumunt: quæ chelidoniæ, aut à palmularum colore phœniceæ uocant, sunt aũt colore nigro. Madent hæ quo præmonstratũ est modo & tẽpore. Post decẽ dein dies liquor excipitur, & iterũ tertioq; superinfunditur ex eodẽ uinaceorum diluto eadẽ mensura, paribusq; interuallis temporũ excipitur. Infunditur præterea quartũ & quintũ dilutum similiter, sed acescens excipitur, ututurq; eo aceti uice. Tenue id uinũ est. Inflat & stomacho nocet, cibi appetentiã auertit, bonã tamen facit aluum, & urinã cit, menses trahit, lac auget, minuit sanguinis bonitatẽ, & zythi modo elephãtiasim facit. Quidã amphoris eius sex salis sextarios decẽ miscent. Quidã itidẽ pro sale muriæ amphoram: incorruptum fore et bonam facere aluum sic existimãtes. Alij thymum et fœniculum in fundo amphorę substernentes, caricas componunt: alternisq; id faciunt, donec totum fictile impleatur. Conficitur et ex Aegyptia fico similiter, sed acerrimum euadit acetũ: quoniam non potest uis eius cum fluxit, dulcedinem seruare.

περὶ Συκομορίτου οἴνου. κεφ. ωιϛ'.

Σκυθάζει δὲ καὶ ὁ ἐκ τῆς συκομόρου ὡσαύτως. ὄξος δὲ γίνεται) δριμύ, διὰ τὸ μὴ ἐξικνεῖσθαι τὴν δύναμιν αὐτῆς φυλάσσειν τὴν γλυκύτητα τῆς ὀπώρας.

INTERPRES.

FIcatum nõ male aliquis hoc uinũ dixerit: honesta eñ & quotidiani usus in animaliũ iecore aliquãdo ea uox in re Latina fuit: nec ab re. Cur ènim liceat Græcis sycite uinũ hoc à ficis quas ea gens syca appellat, dicere? Latinis aũt à ficis ficatũ dixisse turpe sit? Infelicius bonas artes profitẽtur, qui sic uetustatem

tem amant, ut nihil suo tempore nouum oriri posse existiment. Nobis semper placuit (q̃d Flaccus ait,) licuisse indies licere q; Signatũ præsente nota producere nomen. Ideo q; titulo capitis eã nos uocẽ addidimus: quam placere legẽtibus optamus. Satis in scriptore hoc ficati uini per se cõfectio patet: nihil ideo de ea agimus. Quod desiderari à legentibus possit tantum monemus: quas hic chelidonias ad uini huius confectionẽ exigit in ficoq; censu ab antiquis scriptoribus inter primas numerari. Laudauit eas Athenæus in tertio sui dipnosophistæ campestribus locis conseri præcipiens. Laudauit Columella in carmine suo. Purpureæ q; chelidoniæ. Laudauit ut cæteros omittamus xv. uolumine, cap. xviii. Plinius: Nouissimam sub hyeme maturari chelidoniam dicens: Eam nos credimus à Chelidonijs in Illyrico gente dicta fuisse. Neq; ab re est nouissimã sub hyeme maturari, quæ in frigidissima regione primum prouenerit. Omes colore eam describũt nigricantis purpuræ. Neq; enim Columella aliud significauit dicens: Purpureæ q; chelidoniæ: & hic phœnicas. i. colore palmulæ q; uocari & nigras esse testatus eodem cæteris colore describit. Facile ex his notis erit chelidoniã ficũ uolentibus cognoscere, colore nigricãtis purpuræ & postremæ omniũ aliaq; maturitatis.

περὶ ῥηϊνίτου οἴνου. κεφ. ωιζ'.

Ὁ δὲ ῥηϊνίτης ὃν κατὰ τὰ ἔθνη σκευάζεται. πλεονάζῃ δὲ ἐν γαλατίᾳ διὰ τὸ ἀπρᾳόνεσθαι ἐμοὶ νομὰ ἀπὸ πάντου μυκᾶται φησὶ σαφυλῆς διὰ ξ ψυχρὰν εἶμεν πᾶσαν πλακὴν πυκνὸν. κόπτεται δὲ σὺν ξύλοις φλοιῷ ἢ ῥητίνῃ. καὶ ξύλα μίσγυνται ἡμικοτύλιον. οἱ μὲν, ἀπκλων. οἱ δὲ, ἐῶσι. παλαιωθέντες δὲ γίνονται δοῦσι μετὰ ἀπρᾳόνεσθαι χωρίζοντες τὴν ῥητίνην. πάντες δὲ κεφαλαλγεῖς οἱ πιοῦσι καὶ σκοτωματικοί. πεπτικοὶ μέντοι καὶ οὐρητικοί. καταῤῥοϊζομένοις καὶ βήσσουσι ἁρμόζουσι. κοιλιακοῖς. δυσεντερικοῖς. ὑδρωπικοῖς. καὶ ἑτικαῖς γυναιξί. τοῖς δὲ ἐν βάθει ἑλκωμένοις ἔγκλυσμα. συπτικώτερος μέν τι λευκὸς ἐστὶν ὁ μελανίζων.

De uino resinato. Cap. XXXII.

RHetinite Romani resinatũ dicũt. Cõficitur à gentibus passim resinatũ uinũ, sed plurimũ in Galatia: propterea q; accescit nõ matureſcẽte ob gelu illic uua nisi resina illi misceat. Tundit aũt cũ cortice arboris suæ resina, uiniq; amphoræ resinæ sextarij semissem miscẽt. Id uinũ aliq; postq; deferbuit p colũ trajciũt resinã ab eo sic separãtes. Alij contrà ut est demittunt. Vetustate suauitatẽ hęc uina acquirunt. Oia tñ dolores capitis & uertigines faciunt: & si concoctionẽ adiuuãt & urinã ciẽt. Nariũ destillationibus & tussiẽtibus prosunt resinata uina: Cœliacis itidẽ, intestinoq; torminibus, cutẽ subeuntibus aquis, & fœminaq; fluctiõibus. Infundun tur eadem profundis ulceribus. Maiore ui in adstringẽdo in genere hoc nigra quàm alba sunt.

INTERPRES.

HAec sunt resinata uina illa quæ Martialis in epigrammate suo dicebat relictis Falernis importune bibere hominem: quoniam potu illa delectarent, hæc plerunq; amarescerent: quo gustu nunc etiã aliquot locis in Græcia bibuntur. Neq; enim condituræ eius ratio penitus exoleuit. Quondam tam communis condiendi hac ratione uina in gentibus disciplina erat, ut hic resinati uini nota & titulo simplici ter contentus, nec quicq; ultra hoc testatus desiderare legentes mẽ cogat, quo resinæ genere uina hæc consina possit. Resinatum enim tm̃ hic ait: & nihilominus multiplex resina est. Dubitandũ etiã quã intelligi Gallatiam oporteat: eam' ne quæ in Asia: an quæ ultra Alpes ad septentrionem est. Verum cum hic dixerit non matureſcere illic ob gelu uuam &c. aptius de ea quæ ad septentriones ultra alpes est, intellexisse fuerit: & si nusquam legisse me memini consueuisse Gallos resina condire sua uina.

περὶ στροβιλίτου οἴνου. κεφ. ωιη'.

Στροβιλίτης ὁ σκευάζεται ἀναπρεσχομένων τῶν γλεύκει στροβίλων πτοσοφάτ. καὶ πιεσμένων. πρὶν ἢ τὰ αὐτὰ τῷ ῥηϊνίτῃ. ἐὰν ἢ γλεύκῃ ἀναπρεσσέσας τὶς τῶν στροβίλων ἐψήσῃ, ἁρμόζει φθινώδεσιν ἰκανῶς πινόμενος.

De Vino pineis nucibus cõdito. Cap. XXXIII.

COnficitur & ex pineis nucibus uinum, recentibus contusisq; tũ in musto madentibus & expressis. Potest hoc uinũ resinato eadem omnia. Quinetiam fiquis in musto easdem decoxetit nuces, egregie tabidis id potum opitulatur.

INTERPRES.

NVcleis pineis non nucibus condit hoc uinum Barbarus: nos contrà nucibus non nucleis. Anceps ad totam nucem & nucleos eius in Græcis uox diuersitati causam dedit. Secutus ille Plinium est libro xiiii. capi. xvi. dicentem: Fit nucleis pineis: hi musto madidi exprimuntur &c. Nos in ambiguo quę scriptoris huius decretis resonderent potius elegimus. Primo enim uolumine capite de pino nucibus q; & nucleis eius, manifeste monuit totas nuces ab arbore decerptas, cõtusas in musto q; decoctas, uetustæ tussi & tabidis prodesse. Quod totum idem hoc loco auditur. Nisi fortè in prima capitis huius parte de nucleis, in secunda de nucibus agi dicatur: quod tamen parum ueri simile est, cũ hic dixerit recẽtes strobilos & contusos, quod nucibus magis quàm nucleis congruit. Præterea remedij tota uis in resina est, quæ multa foris in nucibus, nulla in nucleis hæret.

περὶ κεδρίνου. κεφ. ωλδ'.

Ὁ δὲ κέδρινος, ἢ ἀχκευθινος, ἢ κυπαρίσσινος, ἢ δάφνινος, ἢ πιτύϊνος, ἢ ἐλάϊνος. σκυβάζεται ὁμοίως. χρῶνται δὲ τὰ ξύλα νεότμητα χίζουσας ὅτε τὴν ὥραν ἐκδίδωσι, ἀθέναι πρὸς ἥλιον ἢ ἐν βαλανείῳ, ἢ ἐν πυρὶ, ὥς τε σωρὸν ἐῶσαι. καὶ σμίγματι τῷ χοϊ τοῦ οἴνου μνᾶν μίαν. καταμίξαντάς τε ἑξάμηνας β'. εἶτα μεταγίζειν. καὶ ἁλιάσαντας ἀφιστίθεσθαι. πλεῖον δὲ δεῖ τὰς ἀγγείας σκυβαλῶν οἴνων. ἀφεύνυσι δὲ τὰ ἀπόκενα. ἄθεσι μὲν οἱ φαρμακοῦντες οἴνοι τοῖς ὑγιαίνουσι. θαρμακοὶ δὲ πάντες. οὐκ ἀκοῖοι. ὑπνοφόροι. ὁ μὲν οἶνος θερμαντικώτερος. γίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς μιζόνων κέδρου οἶνος. δεῖ δὲ τῷ χοϊ τοῦ γλεύκους ἡμιμναῖον κεκομμένων κέδρινον μίξαι. ἁλιάσαι τε ἐφ' ἡμέρας μ'. μετὰ δὲ ταῦτα διυλίζειν καὶ μεταγίζειν.

περὶ Ἀχκυθινίτου οἴνου.

κεφ. ωκ'.

Γίνεται καὶ ἐκ τοῦ ἀχκυθίνου καρποῦ. ὁμοίως τῷ κεδρίτῃ, τὰ αὐτὰ ποιῶν.

περὶ κεδρίτου. κεφ. ωκά.

Κεδρίτης δὲ γίνεται οὕτω. κεδρίαν πλύναντες ὕδατι γλυκεῖ, διακλύζουσιν ἕνα σορὸν κεράμιον κυάθῳ ἑνί. εἶτα οὕτω πληροῦσι γλεύκους. θεραπευτικὸς δὲ καὶ οὗτος γίνεται καὶ λεπτυντικός. ἐκχεῖ παλαιᾶς ἁρμόζων δίχα πυξεῖ. καὶ πόνοις διάρκης. πλευρᾶς. στόφοις. ἕλκεσι τοῖς ἐν κοιλίᾳ καὶ ἐντέροις. ἐμπυϊκοῖς. ὑστερικοῖς. πρὸς καὶ πρὸς ἕλμινθας. καὶ πρὸς ῥῖγος. βοηθεῖ δὲ καὶ ἡ ὀσμὴ καὶ ἑρπετὰ κτείνει. ὠταλγίας τε ἐνσταζόμενον ἰᾶται.

De Cedro arboribusq; aliis aliquot, & earū fructibus conditis uinis. Cap. XXXIIII.

COnficiuntur uina similiter ex cedro, iuniperо, cupresso, lauro & abiete. Oportetq; singularū arborū nuper cęsarum materiā, quo tempore fructus suos proferunt, in sole balneo'ue aut igne sic ut exudēt exponere, miscereq; uini congio exudati humoris eius pondo: & cū miscueris, duos dimittere menses, tum in alia diffundere uasa, & insolata reponere. In condito ratione aliqua huiuscemodi uino omni, tota explere uasa necesse est: aceſcunt enim quæ non penitus expleta fuerint. Inutilia sanis medicata uina omnia hæc sunt. Calefaciūt omnia, urinam cient, & adstringunt. Laurinum magis q̄ cætera calefaciendo est. Fit præterea uinū ex maioris cedri fructu: oportetq; musti congio tusarum cedri baccarū pondo semissem miscere, & quadraginta dieb⁹ insolare: postremoq; per colum trahere, & in alia diffundere uasa. Fit ex iuniperi baccis etiam uinum, confectione & uiribus cedrino simile. Fit & ex cedria q̄ cedri liq̄r est uinū, cedrite à Græcis dictū: in quē usum cedriā dulci aqua lauāt, tum singulas amphoras cedrię cyatho uno colluūt, collutasq; musto implēt. Calefaciēdi extenuādiq; uires habet hoc uinū. Diutinæ tussi ubi febris abest accōmodatū est. Vtile pectoris lateris q; doloribus, tormīnibus, alui intestinorū q; exulcerationibus, puru lētis excreationibus, cutē subeūtibus aquis, multi ebriū locorū q; præfocationibus: Facit ad uēteris albricos, & in febriū accessionibus cū tremore algores. Succurrit uenenatorū morsibus, serpētes necat, & instillatum auriū doloribus medetur.

INTERPRES.

DIffert ut uidetur re primum, mox nomine etiam quod ex eadem cedro, sed nō ijsdem eius partibus fit uinum. Quod enim ex materia eius conficitur, cedrinum: q̄d ex liquore, cedrite ab antiquis Græcis dictum est. Iisdem & nos nominibus duo discreuimus genera: licet q; in pluribus Græcorū tribus capitibus seorsum hæc docerentur, nos tñ naturæ in arboribus his similitudinē & partium cōiunctionem, mox meliorum Græcorum fidem secuti, paulo minus quàm congeneres plantas & earum partes uno eodemq; capite clausimus: reddidimusq; singulis qua licuit certitudine quæ sua erant.

περὶ πισίτου οἴνου.

κεφ. ωκβ'.

Οἶνος πισίτης σκυβάζεται διὰ πίσσης ὑγρᾶς καὶ γλεύκους. δεῖ δὲ τὴν πίσσαν πρῶτον πλύνειν θαλάσσῃ ἢ ἅλμῃ ἐφ' ἱκανὸν μέχρις ἂν λύκαινα δῇ, καὶ ἡ θάλασσα καθαρὰ ἀπέρχεται. ἔπειτα ὕδατι γλυκεῖ. καὶ πρῖσαι. χοεῦσι μίσγειν οὖν γίαμ πίσσης ἀ. ἢ β'. καὶ ἑξάμηνα. μετὰ δὲ ἀναζέσαι καὶ καθεῖναι καταγίζειν. ἔστι δὲ θερμαντικός. πεπτικός. σμηκτικός. ἀνακαθαρτικός.

De Vino Picato.

Cap. XXXV.

PIssite L Romani picatū uinū dicunt. Ex liquida pice & musto picatū conficit uinū. Lauanda primū marina aqua aut muria tā diu pix est, usq; dū albescat & pura defluat aqua aut muria. Post quod lauāda ite q̄ dulci aqua eadem pix est: octoq; musti congijs picis eius uncia unā duasue miscere oportet, & dum deferuescāt dimittenda omnia. Cum uero deferbuerint consederintq; in alia uasa diffundendum uinum est. Calefacit picatum uinum, concoctiones adiuuat, exterit, repurgat'que. Vtile

εὐδετ ⊙ πῖς πρὶ δώρακα. κοιλίαμ. ἤπαρ. ἀλλῶα ⊂ ἰὺς ἑρας πόνους, δ'ίχα πυρετ ὅ. ηαὶ χρονίοις ῥεύμασι. ⊂ ἑλκώσεσι πῖς ἐν βάδη τώσῃς. ἄδματα. ⊂ πρὸς σχέμματα ἢ μᾶλλον μετ' οἰσυπηρῶν ἐρίων.

Vtile pectoris, alui, iecoris, lienis, & muliebrium locorum doloribus: diutinis item destillationibus, & in profundo ulceribus ubi febris absit. Facit ad tussim, seras & difficiles concoctiones, inflationes, suspiria, luxataq; præcipue cum succida lana.

INTERPRES.

DEbuerat resinato coniungi statim picatum uinum, quoniã nihil aliud q̃ combustę resinę fluxus pix est. Hic tñ plura ex arboribus his confecta ante numerauit uina, quæ aut resinam ipsæ ferrent, aut resinæ pares haberent uires, nec nisi post eas picatum docuit uinũ: de quo eadẽ huic omnia Plinius tradidit lib. xxiii. cap. ii. ex quo poterunt uolentes multa intelligendo huic scriptori necessaria audire.

περὶ Ἀψινθίου οἴνου. κεφ. ωκγ'.

Ἀψινθίτης δὲ πρικίλως σκευάζεται. εἰς μὲν γὰρ τοῖς μ'. ἡ. ξς. ἢ ἴτα λίτρῳ κράμιον μίξαντες ἀψινθίου πρασκοῦ λίτραν μίαν, ἕψουσι μέχρι δ' ἀπολιφθῇ. ἔπειτα προσεπιχέαντες γλεύκους ξς. ς'. καὶ ἀψινθίου ἡμίλιτρον ἐπιμελῶς μίξαντες, καταγλίζουσι. κατασαθέντα δὲ διυλίζουσιν, οἱ δὲ, μνᾶν ἀψινθίου εἰς τὸ κράμιον καθιᾶσι. κόψαντες καὶ ἐνθλήσαντες εἰς ὀθόνιον ἀρχαιόν ἐῶσιν ἐπὶ μῆνας δύο. οἱ δὲ, ἀψινθίου οὐγγίας γ'. ἔνιοι δὲ τέσσαρας. καὶ νάρδου συριακῆς. κιννα μώμου. κασίας. κόμου. ἄνθους καλάμου. ἐλάτης. φοινίκης ἀνὰ οὐγγίας β'. * καθιᾶσιν εἰς μετρητὴν γλεύκους. ὅλως δὲ κόψαντες καὶ σφικώσαντες, ἐῶσι δίμηνον ἢ τρίμηνον. εἶτα διυλίσαντες καὶ μεταρίσαντες ἀποτίθενται. οἱ δὲ, εἰς γλεύκους μετρητὴν νάρδου κελτικῆς ⊀ ιδ'. καὶ ἀψινθίου ⊀ μ'. καθιᾶσιν οἰνοδονίῳ δ' ἡσάντες. καὶ μεθ' ἡμέρας μ'. μεταγλίζουσιν. οἱ δὲ, εἰς πύας ξς. * ς'. ἢ γλεύκους λίτρας ά. ἀψινθίου ἐμβάλλουσι. ⊂ πιτυΐνης ἐκλεγὰς ἐκτίνης οὐγγίας β'. μετὰ δὲ ἡμέρας ί. διυλίσαντες ἀποτίθενται. ἔστι δὲ εὐστόμαχον ⊙. οὐρητικόν. ⊂ ἰσχιαδικοῖς ⊂ ἰκτερικοῖς. ἀνορέκτοις. κατάσιν χόνιον. ⊂ πρὸς ὑπερχόνδριον μυδώσεις σφαγύλας. ἕλκη πρόσφατα ἰέμενα ἐπεχόμενα. μούμλῳ ⊙ ἀσμόζει.

De Vino Absinthite. Cap. XXXVI.

ABsinthite ⊥ Romani pariter Græcis absinthite dicũt. ⌋ Multiplex uariaq; est absinthite uini cõfectio. Quidã XL. & octo Italicæ amphoræ sextariis Põtici absinthij pondo libra miscẽtes, ad tertias decoquũt: tũ superinfundẽtes aceti sextarios sex, absinthijq; pondo semissem, diligenter mixta oĩa in alia uasa diffundunt: & cũ consederint, per colum traiiciũt. Quidam absinthij põdo tusum, & in raro linteolo colligatũ, in musti cadũ cõiiciunt, duobusq; mensibus madere in eo dimittunt. Alij tres, alij quatuor absinthij uncias, Syriacæq; nardi, cinnamomi, casiæ, rotundi iunci floris, calami odorati, & palmæ corticis quẽ elatẽ dicunt: finguloq; uncias duas, in mortario tusas, in musti cadũ coniiciunt: obturatumq; duobus tribus'ue mẽsibus dimittunt, tũ per colũ traiectũ, & in alia uasa diffusum uinum reponunt & seruant. Sunt etiã qui in musti cadum Gallicę nardi drachmas XIIII. absinthij uero XL. in linteolo colligatas demittũt, & post XL. dies in alia uasa diffundũt. Quidã præterea in musti sextarios XX. absinthij pondo libram coniiciunt, ficcæq; resinæ pineæ uncias duas miscẽt, per colũq; traiectũ uinum post decimã diẽ reponũt. Stomacho accommodatũ absinthite uinũ urinã cit. Aegre cõcoquẽtibus utile est, iocinorosis itidẽ, renũ cũ urinæ malo aliq; doloribus, suffusis felle, cibum auersantib⁹ stomachis, stomacho male affectis, & his qbus ex lõgo tpe p̃cordia tendũtur. Vtile itidẽ inflationibus, rotũdis alui lumbricis, & suppressis mensibus. Prodest cõtra ixiam uenenum etiam, copiosius potum, tum uomitionibus redditum.

INTERPRES.

SAcris Romanæ gentis celebratum quondam absinthium est: siquidem Latinarum ferijs certantibus in capitolio quadrigis, uictor absinthium bibebat: sanitatem ut par est præmio dari honorifice tunc existimantibus Romanis: cuius seruandæ restituendæ'que non parua merito inter olera laus absinthio debetur, tam multiplex uis est, & in firmando stomacho tam efficax. Ob quod sapor eius in uina trãsfertur, ficq; absinthite uinum, toto hoc capite à Dioscoride longius descriptum: ne deesset gentibus tractandæ absinthio medicinæ rõ hæc etiã, quam docuit & Columella xiii. sui operis uolumine. cap. xxxv. his uerbis: Vinum absinthite sic condire oportet: Pontici absinthij pondo libram cum musti sextarijs iiii. decoque usq; ad quartã: reliquum q̃d erit frigidum, adde in musti Aminei urnã &c. Simplex ut uidetur absinthite uini huius Columellæ conditura est, Dioscoridis operosior: neq; una aut altera, sed pluribus rationibus instituta: quæ oẽs satis per se patent, tractariq; hoc tẽpore etiam possent, nisi quæ absinthij aliarumq; rerũ põdera

& uini mensuræ nunc in Dioscoride leguntur, suspecta nobis essent: non tam quia uarie in antiquis Græcis leguntur, q̃ quia alicub i maiora, alicubi minora q̃ rei usus exigit, esse nobis uidentur. Nos nihil mutauimus, cõmunem lectionem in cũctis secuti. Monemus tñ, si cui conficiendi absinthite uini studium aliqñ fuerit, quod ad pondera & mensuras in eo pertinet, diligentius expendendum illi prius esse.

περὶ ὑσσωπίτου οἴνου. κεφ. ωκδ'.

Ὑσσωπίτης δὲ ὁ ἐκ τοῦ κιλικίου ὑσσώπου. κάλλιστός ὄξι. σκευάζεται δὲ ὁμοίως ζωρὶ ἀψινθίτῃ. ᾧ δὲ ζωρὶ κεραμίῳ τοῦ λευκοῦ λίτραν μίαν τῶν ὑσσώπου κεκομμένων τῶν φύλλων προσβάλλουσι. ἐνειλοῦντες εἰς ὀθόνιον ἀραιόν. συγκαθίενται δὲ λιθάρια. ἵνα ζωρὶ πυθμένι προσκαθίσῃ ὁ ἔνδεσμος. μετάγγιζε δὲ ἡμέρας μ'. δυλίζων. ἁρμόζει δὲ πρὸς τὰ ἐν θώρακι καὶ πλευρῷ καὶ πνεύμονι πάθη. κῆχας τε παλαιάς. καὶ ἄθυμα. ἔστι δὲ καὶ οὐρητικός. ⟨Ι⟩ σφομένοις ἁρμόζει. πρός τε ἐρίγη τὰ ἐν περιόδοις. κινεῖ δὲ ⟨Ι⟩ ἔμμηνα.

De Vino Hyssopite. Cap. XXXVII.

GAlenam bis ter'ue trigeſimotertio & quarto ſuæ hiſtoriæ uoluminibus Græcoꝝ metallicã molybdęnam Plinius uocauit: non tam ut à molybdęna plumbagine q; ſui generis herba, quã xxv. eiuſdẽ hiſtorię uolumine capite xi. priuatim plumbaginẽ dixerat, appellatione ſecerneret, q̃ quia ſcribẽte eo in qua celeberrimæ quondã metallorꝝ ferè omniũ fodinæ fuerũt. Quæ quoniã noſtra ætate nulla eſt, nec habet ea uox aliquã nũc ſignificationis æſtimationẽ, impunè & ſine inuidia relicta à nobis fuit, præſertim in re quæ ex ſubſtãtia ſua certius indicãda erat. Plũbago ob eam cauſam molybdęna hæc dicta: & ne cum herba miſceretur, ex metallo nota illi adiecta eſt. Herbã quo diximus loco Plinius manifeſtè pumbaginẽ uocauit, cauſam q; addidit, quoniã ſi cõmanducata oculis ſubinde religetur, plumbũ quod eſt in ea parte uitiũ genus, tollat. Metallũ toto hoc capite Dioſcorides nihil ſimile cõmune'ue cũ herba habens, quæ in plumbi nomen & honorẽ ex uſu tantũ recepta eſt: id aũt ex plumbi ſubſtantia iuſtius plũbaginis nomen inuenit. Gigni hãc ex auro & argẽto hic ſcriptor ait: quale aũt id ſit Plinius oſtẽdet, adhęreſcere dicẽs argenti & auri fornacibus. Oſtendet itidẽ plũbi uenam eſſe plũbaginem, multa q; alia quæ nos breuitati conſulẽtes relinquimus, in eo ſcriptore nouiſſe ea uolentibus expoſita. Fit quod nouerunt metallici plumbago alterius metalli argenti q; præſertim coctura: quod q; excretũ ex his plumboſum fuerit, plumbago ueteribus fuit. Veruntamen foſſilis eadem quondã inueniebatur, ad Coryci ut nos uertimus Sebaſtiã, in Aſia tunc nobiliſſimam regionem: cui Corycum hic adiecit, ut à reliquis quæ diuerſis regionibus Sebaſtiæ urbes & oppida tunc audiebantur, ſepararet. Fuit enim frequens id quondam nomen, numerabaturq; in Armenia Sebaſte ciuitas, numerabatur in Iudæa, numerabantur & alijs locis alię, omnes in Romanorum Cæſarum gratiam ſic dictę. Quæ enim Auguſtas Germania & Hiſpania nominauerunt, eas Græci Sebaſtas & Sebaſtias dixerunt. Eſt enim Sebaſton Græcis idem quod Romanis Auguſtum. Intelligit q; hic ſcriptor κατὰ σεβάστειαν κώρικον εὐρισκομένην dicens, Coryci Cherſoneſum, hoc nomine quondam in Aſia ſic appellatam.

περὶ σκωρίας ἀργύρου. κεφ. ωοέ.

De Argenti recremento. Cap. LV.

Ἡ δὲ τοῦ ἀργύρου σκωρία καλεῖται ἔγκλυσμα. ἢ ἔγκαυμα. πλὴν αὐτῇ δὲ ἔχει δύναμιν τὴν μολιβδαίνης. ὅθεν ἐμπλάσσοις φαιαῖς ἐπιτήδειος.

SCorian argẽti. L Romani argẽti recremẽtũ dicũt. ⌟Helcyſma uocaťargẽti recremẽtũ. Plũbagini eaſdẽ habet uires: eapropter nigris emplaſtris, & his quæ ad cicatricẽ perducunt, miſcetur ob eam quã habet adſtringendi & extrahendi uim.

INTERPRES.

COniunctum natalibus plumbagini argenti recremẽtũ eſt, ideo q; paulominus q̃ cõtinuata hiſtoria à Dioſcoride docetur: fit enim ex argento utrũq; In ſcoriæ metallicorꝝ q; recrementorꝝ omniũ genere ſolũ argenti recrementũ priuatim helcyſma Græcis dictũ eſt. Teſtať id Plinius xxxiii. uolumine capite vi. his uerbis: Scoriam in argẽto Græci uocant helcyſma. Teſtantur idẽ Græci Latiniq; omnes: nec aliunde q̃ ab extrahẽdi ui quã habet, factũ illi nomen eſt. Cęteri interpretes in capitis huius emplaſtris quas hic φαίας uocauit, aut Græcã ſeruarunt uocẽ, aut fuſcas uerterunt: cũ tamẽ facilius certius q; nigras ſimpliciter dixiſſe fuerat autore Celſo, qui quinto ſuę medicinę libro nigras ſimpliciter uocat: quẽadmodũ quas ſuperiore capite hic ipſe liparas, lenes ille appellauit, & ſi pingues dici etiã potuerint: quoniam præter metallum aliquod, ceram, ſuillũ adipem, & oui uitellos haberent. Illę uero à colore nomen ſibi feciſſent, qui multiplex in eis quondam fuit, niger, ſmaragdinus, ruffus uiridis q;.

Emplaſtri lenes & uirides.

περὶ λιθαργύρου. κεφ. ωος'.

Λιθάργυρος. ἡ μὲν τις ἐκ τῆς μολιβδίτιδος καλουμένης ἄμμου γίνεται. χωνευομένης ἄχρι πλείας ἐκ πυρώσεως. ἡ δὲ ἐξ ἀργύρου. ἡ δὲ ἐκ μολίβδου. διαφέρει δὲ ἡ ἀττική. δευτερεύει ἡ ἰσπανική. μεθ' ἃς ἡ ἐν δικαιαρχίᾳ, ἡ ἐν καμπανίᾳ, ἡ σικελίᾳ, ἡ πυτεόλοις, ἡ βαίαις. πλείστη γὰρ ἐν τούτοις δὲ τοῖς τόποις γίνεται. μολιβδίνων ἐλασμάτων ἐκφλογουμένη. καλεῖται δὲ ἡ μὲν ξανθὴ ἡ ἀργυρίτις, ἣ ἐν σικελίᾳ ἀργυρῖτις. ἡ δὲ ἐκ τοῦ ἀργύρου καλαυρῖτις. δύναμιν δὲ ἔχει συπτικὴν. μαλακτικήν. κοιλωμάτων πληρωτικήν. σαρκικὴν τῶν ἐκσαρκούντων. ἀπυλωτικήν. ψυκτικήν. παχεμπλαστικήν. καύσεως δὲ αὐτὴν οὕτω. καταφάγας εἰς καρύου μεγέθη, ἡ ἰσθμοὺς ἐπ' ἄνθρακας, ἐκριπίσας τὸ ἄχρι πυρώσεως, ἡ ὡρισμένας σταθμῷ πρὶς ἡμιλίτρου ἀναθυσίαν, ἀπτίδεσον. ἔνιοι δὲ ὀξυμέλιτι ἢ οἴνῳ σβέσαντες αὐτὴν ὕστερον, πάλιν καίουσι. ταῦτα ποιήσαντες ἀπτίδευται. πλύνεται δὲ ὡς ἡ κασσίτερος. λθνκαίνεται δὲ οὕτω. λαβὼν μυλιτίδος λεγομένης. εἰ δὲ μή γε, μυλίτου κατάθρυσον εἰς μεγέθη κυάμων ὅσον χοίνικα ἀττικήν. βαλὼν τε εἰς καινὴν χύτραν, ὕστερον δὲ ὕδωρ. προσεμβάλλων πυρῶν λθνκῶν χοίνικα. ἡ δὲ ἐν ὀθονίῳ καθαρῷ ἀραιῷ κριθῶν δράκα δήσας ἀπὸ τοῦτος μυλίτου χύτρας κέρασον. ἕψε δὲ ἕως ἂν ῥαγῶσιν αἱ κριθαί. εἶτα κατράσας πάντα εἰς κρατῆρα πλατύστομον καινόν, τοὺς μὲν πυροὺς ξύλον χωρίσας. τὴν δὲ λιθάργυρον πλῦνον ὕστερον ἕως ὕδωρ. βιαίως ταῖς χερσὶ προσχίβων ἅμα. εἶτα ἀνελόμενός τε αὐτὴν ἐξεράνας, τρίβε ἐν δυσὶ δικαϊκῇ. ὕστερον θερμὸν ὕδωρ ἕως ἂν διαλυθῇ. καὶ ἀποθλίψας τὸ ὕδωρ πάλιν τρίβε δι' ὅλης μυλίτου ἡμέρας. εἰς ἑτέραν δὲ ἐπιχέας ὕδωρ θερμὸν ἔασον. καὶ πρωῒ ἀποθλίψας ἄλλο ἐπιχέε καὶ ἀπόθες μυλίτου ἡμέρας τρεῖς. τὸν τρίτον ἐπὶ ἡμέρας ζ'. εἶτα μίξας τῇ μνᾷ μυλίτου ἀλῶν ἑρυκτῆν οὐγγίας ε'. θερμόν τε ὕδατος χέων, λέαινε τρεῖς μυλίτου ἡμέρας ἀποθλίβων καὶ μιγνὺς ὕδωρ. ὅταν δὲ λθνκὴ γένηται θερμὸν ἐπιχέων, τὸ αὐτὸ ποίει ἄχρις ἂν μηδεμίας ἴμφασιν ἁλυκότητος ἔχῃ. καὶ ἐξεράνας ὀξυτάτῳ ἡλίῳ, προσεκβάλλων τῷ ἱκμάλα ἀποτίδεσον. εἰ δὲ μή, μνᾶν μίαν λαβὼν μυλίτιδος, λέαινε ἐπιμελῶς. καὶ τρίψας μίξον ἁλῶν τριπλάσιον, λεῖον, ὀρυκτῆν. βάλε εἰς καινὴν χύ-

De Spuma Argenti. Cap. LVI.

Lithargyron. Romani ſpumã argenti dicũt. Fit argẽti ſpuma quædã ex harena, quę à Græcis molybditis quaſi plũbaris uocatur, in fornace uſq; dum tota in ignẽ penitus tranſierit, cocta: Fit quædã ex argento etiã quædã itidẽ ex plumbo. Bonitate antecedit alias omnes Attica: ſecũdus illi honor ex Hiſpania eſt: poſt has quæ in Dicæarchia, Cãpania, Sicilia, Puteolis & Bais fiunt: Copioſa enim omnibus his locis cõficit, plũbeis incẽſis laminis. Appellaturq; quæ flauo colore eſt & ſplendet, chryſitis quaſi aurea, omniũ optima: Quæ uero in Sicilia fit, à cãdore argyritis quaſi argentea nominat. Quæ poſtremo ex argento fit, calauritis appellata eſt. Vis argenti ſpumæ & natura eſt ſpiſſare, mollire, concaua explere, carniũ excreſcentias reprimere, ad cicatricem perducere, refrigerare & opplere. Coquenda argenti ſpuma hoc modo eſt: In fruſta iuglãdis nucis magnitudine eam diuidito, in carbonibus ponito, follibusq; uſq; dum ignita candeat, uentilato. Auferto deinde inhærentes illi ſordes omnes, purgatãq; reponito. Quidã aceto uino'ue reſtinctã, itex & tertio coquunt, ſicq; cocta reponunt. Lauatur eadem cadmiæ ſimiliter, dealbatq; quo mox dicetur modo: Sumito argenti ſpumam quæ argyritis quaſi argẽtea dicta eſt: & ſi ea deſit, aliã: diuiditoq; fabarex magnitudine Attici modij mẽſuram, tum in nouum conijcito fictile, aquãq; ſuperinfundito candidi tritici modium adijciens. Seorſum à tritico itidem in puro raro'que linteolo quantũ manu capies, hordeum colligato, & è ſicti lis aure ſuſpendito. Coquito deinde donec diſrupta cute frangantur hordea. Poſt hæc in nouum patentioriſq; oris craterem tranſlatis omnibus, triticum quidem eijcito à reliquis ſeparatum: ſpumã uero argenti adfuſa aqua lauato, manibus q̃ualiſſime confricans: mox ſeparatam ab aqua argẽti ſpumam ficcatamq;, in Thebaico mortario calida ſuperinfuſa aqua donec ſoluta omnis fit, terito: tum per colum traiecta aqua rurſus integram diẽ terito. Veſpere aũt iniecta calida aqua dimittito. Matutino deinde effuſa aqua, nouã ſuperinfundito: teríq; ſeptem diebus effundito pariter & infundito. Poſt q̃d tẽpus foſſilis ſalis drachmas V. ſpumę argẽti põdo miſcebis: calidaq; adfuſa aqua terper diẽ cõfricabis, miſcẽs & per colũ trajiciẽs. Cũq; candorẽ traxerit, calidã ſupinfundẽs aquã, idẽ facito donec ſalſuginis nihil ſupeſſe illi ſentiat: tũcq; ſub ardentiſſimo ſole ſiccatã omni exucto humore reponito. Quod ſi id nolis: ſpumæ argẽti q̃ argyritis dicit, põdo libram ſumito: cõcidito diligẽter: cõciſiq; triplũ foſſilẽ tritũ ſalẽ miſceto, & in nouũ fictile

ἄχρις ἂν μικρὰ ἐμφάσιν ἀλυκότητος ἔχῃ. εἶτα ἀπὸ ἀρχῆς ἐκ λευκοῦ μὲν λιθαργύρου εἰς ἄλλο ἀγγεῖον. ἀνάπλασις τροχίσκους. ἀποσάντες εἰς μεγέθη κυάμων τῶν λιθαργύρου, καὶ βαλόντες εἰς χοίνικα κοινὴν ὠμὸν ἕψουσιν ἕως ἅλις, ἄχρις ἂν τακῶσιν τὸ ἀγγεῖον. εἶτα ἀναξηράναντες. μετὰ ἴσων ἁλῶν τρίψαντες, πλύνουσιν ὡς προείρηται. ἔνιοι δὲ ἁλῶν λίτραν μίαν καὶ λιθαργύρου τροῦτον, ξέουσιν ἕως ἥλιον μὲν ὕδατος σὺν ἐχῶς ἀρχέου ἄχρις ἂν λευκὸν γένηται. ἢ καὶ οὕτω λαβὼν λιθαργύρου ὅσον θέλῃς. εἰλήσας ἐρίοις λευκοῖς. θεὶς εἰς κεραμέαν χύτραν καινὴν, ἐπιδοὺς ὕδατος. κυάμων καθὰς καὶ νέων ἁλᾶ καὶ μίαν ἑψε. ὅταν δὲ οἱ κύαμοι διαῤῥαγῶσι, τὸ τέταρτον λεανθὲν ξηλῶν λιθάργυρον. εἰλήσας ἐρίῳ, ἐκ δευτέρου ἕψε κύαθον ἐπιδοὺς ὕδατος. κυάμων τε ἴσον πλῆθος, καὶ τὰ αὐτὰ πρὶν τῆς προσκυμένοις ἐκ ξέστου. καὶ ὅλου ἕως ἑξήκοντα μικρὰ δεήσει. καὶ λοιπὸν καταῤῥάσας εἰς θυίαν πρὸς ἓξ π'. ἀπήκας λιθαργύρου, μίξον ἄλοδε ὀξυκτοῦ λίτραν ά. καὶ λέαινε. διάλιπὼν τε ὅλης νίτρου πάνυ λευκοῦ πάλιν ξέε ἄχρις ἂν ἡ λιθάργυρος ὀλκὰς μζ'. ὕδατος λευκὴ γένηται. οὕτω δὲ καταντλήσας αὖ πρὸς εἰς κραμεοῦν πλατύσομον ἀγγεῖον, καὶ προσεπιχέας διαφιλὲς ὕδωρ, ἑάσας τε καταδῦναι, τὸ μὲν ἀπίδησον. ἕτερον δὲ ἐπιδοὺς ὕδατος καὶ ταῖς χερσὶν ἀναταράξας, πάλιν ἑάσας καταδῦναι ἀπίδησον. ὡσαύτως δὲ τῆς προσκυμένοις ποιῶν, ἕως ἂν καθαρὸν ἄγαμτο ἀπαῤῥέον ὕδωρ, καὶ γλυκὺ καὶ ἀλυκότητος ἄμοιρον γένηται. ἐπὶ πᾶσι δὲ καταῤῥάσας αὐτὸν εἰς λοπάδα κεραμέαν καινὴν, ἀπήδησον πάντες πρόωρος τοῦ ὑγροῦ, θὲς ἐν ἡλίῳ ἡμέρας μ'. ὑπὸ κύνα. ξηράνας χρῶ. δοκεῖ δὲ καὶ πεπλυμένη ἀφρὸς ἐς τὰ ὀφθαλμικά. οὐλὰς ἀπεπεῖς, καὶ ἐῤῥαγμένα πρόσωπα. καὶ ὠὸν ἔμπλεα.

ctile omnia cõiicito: superinfusaq; aqua usq; dũ superstet, quotidie matutino & uespere misceto, aquã continue superinfundẽs, sed nihil ex priore aqua effundens, idq; triginta diebus facito: ni fi eã misceris, in testaceã soliditatẽ durat. Post hęc effusa leniter salsa omni aqua illa, in Thebaico mortario argenti spumam terito, cõiectamq; in fictile superinfusa aqua manibus diligẽter misceto, primam effundens & nouam continue superinfundens aquam, donec omnẽ salsuginis saporem amiserit. Acceptũ postremo quod in spuma argenti candorem duxerit, in pastillos conformato, & in plũbea pyxide seruato. Quidam argenti spumam in frusta fabarum magnitudine diuisam, in crudo suillo uẽtre in aqua coquũt, quousq; uenter coctura flaccescat: exemptam deinde & cum pari sale tritam, ut præmonstratum est, lauãt. Sunt etiam qui salis pondo libram & spumæ argenti tantundẽ sub sole in aqua terunt, aquam continue effundentes, donec candorem duxerit. Alij aliter etiam id agunt. Sumitur spumæ argenti quantũ aliquis uoluerit: candidaq; lana inuoluta argenti spuma in nouum fictile cõiicitur: tũ additis aqua & purgatæ nõ tamen uetustæ fabæ manuali mensura coquitur. Cũq; disruptæ fabæ erunt, & lana candorẽ duxerit, exempta argenti spuma noua lana inuoluta iteq; coquitur, additis aquę cyatho fabaq; pari mẽsura, & eadem antedictis omnia tertiũ fiunt: in uniuersumq; usq; dũ lana ultra nõ inficiat. Postremo cũ in mortariũ argenti spumã transtuleris, octoginta Atticis eius drachmis fossilis salis pondo libram misceto & terito. Dimittito deinde aliquantulũ, mox nitri q̃ candidissimi aqua diluti quadraginta & sex drachmas illi adiicito, rursusq; terito donec candorẽ spuma argenti duxerit: ficq; in fictile patẽtioris oris translatam copiosa superadfusa aqua considere finito: & cum cõsederit, per colum traiicito, nouam superadiiciens aquam, & manibus miscens. Quo tempore ut iterum confidat dimittito, & cum consederit per colum traiicito, alternisq; predicta omnia facito, donec pura effluat aqua, dulcisq; fit nullo salsuginis sapore. Post omnia in nouum fictile translatam, omniq; sensim per colum traiecto humore, diebus XL. per canis æstum in sole habeto, siccatoq; & utere. Videtur autem lota argenti spuma hæc oculorum medicinæ accõmodata esse: sedis itidem cicatricibus, rugosis uultibus & maculosis.

INTERPRES.

Operosa Græcis ut uidetur lithargyri sui cõfectio fuit: licetq; præter argentum ex plũbo etiã fieret, à meliore tamen metallo nomen seruauit, cõpositaq; ex argẽto & lapide appellatione, ex qua præci

pue fierent, ſubſtantiã Græci indicauerunt, lapidem uenam eius metalli intelligentes, quæ conflata igne, ut in coctura omni fit, eam ueluti ſpumã redderet. Latini cocturæ eius euentũ & quod ex ea fieret cõtempla-ti, eiuſdem metalli ſeruato nomine, ſpumam argẽti uocauerunt. Fuitq; non Plinio tantum ſed cunctis alijs Romani ſermonis primis autoribus in indicãda re hac propria & quotidiana ea uox. Nec dubitandũ alicui eſt, non eſſe Latinis argenti ſpumam quæ Græcis lithargyros eſt. Vnusq; ſatis in oſtendenda re Plinius erit, qui xxxiii. ſuæ hiſtoriæ uolumine capite vi. omnem ſpumæ huius confectionem, diſcrimina, appellationes, cocturam, loturamq; & uſum ſimiliter huic docuit, argenti ſpumã ſemper appellans. Eritq; ſcriptorẽ eum legẽtibus in tota hac re nõ paruum operæpretiũ. Multa enim anguſtius ab hoc ſcriptore dicta certius audient, & ex his quæ aliter ab eo traduntur, ſuſpicari in Dioſcoride male forſitan legi aliqua poterũt. Quale eſt quo loco hic inſtituit candida oportere lana inuolui argenti ſpumam: & cum conjecta in nouum fictile fuerit, adiectaq; erunt aqua & fabæ, & in his in coquendo diſruptis lana candorem duxerit &c. quod totum ſic redditum à nobis fuit ut in omnibus Græcis legitur, in quibus eſt: ὅταν δὲ οἱ κύαμοι διαῤῥαγῶσι, καὶ τὸ ἔριον λευκανθῇ: quod eſt: Cum fabæ diſruptæ erunt, & lana candorem duxerit: Cum tamen parum uerisimile ſit bis eundem colorem obſeruari debuiſſe. Candido enim colore hic iubet lanas ab hoc ſumi: uidebaturq; candidas elegiſſe, ut mutato eo colore indicaretur perfectam eſſe cocturam: at non poterat quod candidũ natura erat, licet illi idem colore accreuiſſet, certam mutationem indicare. Eamq; ob cauſam quod eſt illic uerbum λευκανθῇ, ſignificatq; candido colore factum fuerit: non ſic ſed aliter legi oportere: præſertim uaria-ribus Græcorũ codicibus, in quibus μελανθῇ etiam legitur. Agentibusq; id nobis inclinabat animus, legi & intelligi aliud eo loco oportere, μελανθῇ ſcilicet, id eſt, nigro colore facta fuerit, præſertim docente Plinio de nigredine eo loco aliquid: & hoc ipſo idem indicante cum ait, uſq; dum lana ultra non inficiatur: quod inficiendi uerbum in Latinis & βάπτειν in Græcis nigrum potius q̃ alium colorem indicat. Barbarus hoc ipſum ſentiens, ad nigredinem rem tranſtulit: nos tamen parum certe id Plinio dicente nihil mutare auſi ſumus, monemusque id tantum: cui ſimilia pleraque alia poterunt diligentiores toto hoc capite deprehendere, & in re quę iam pridem tractari hac ratione deſiit, tam operoſæ confectionis certiores intelligere rationes.

περὶ ψιμμιθίου. κεφ. ωοζ'.

Ψιμμίθιον δὲ γίνεται οὕτως. εἰς πιθάκνιον πλατὺ σόμον ἢ εἰς κοραμέαν γάστραν ἐγχέας ὄξος δριμύτατον, ἀπέφθου μολιβδίνου πλίνθου ἐπὶ τὸ στόμα τῆς κοιλάδος. προυπικμιλλώσαντος καλαμίνου φιαδίου. ἄνωθέν τε αὐτὸ ἐπίξηρα σκεπάσματα πρὸς τὸ μὴ διαπνεῖσθαι τὸ ὄξος, ὥσαν διαλυθῇ καὶ συγκαταξυεῖσα διαπέσῃ. μὴ τὸ μὴ ἐπαωρούμενον μὴ καθαρὸν ὑγρὸν ἀπίδῃ. τὸ δὲ γλοιῶδες εἰς ἀγγεῖον ἕτερον, μὴ ξηραντέον ὑπὸ ἡλίῳ. εἶτα ἀλεστέον ὑπὸ χαλκοῦν ἢ λεαντέον ἄλλως μὴ σκεύῃ. μὴ μετὰ ταῦτα λοιπὸν τὸ σμυρνίου λεπτομερικτέον καὶ σκεύῃ. ὑνάπλαξ τε τὰ αὐτὰ μὴ ἕτερον μὴ τέτταρον ποικτέον. ἄμφιον δὲ ὅσῃ δὲ πρῶτον ἀποσκεδέν. ὃ μὴ εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς παλαικτέον δυνάμεις. διυπερεύῃ δὲ δ ἐχόμενον. μὴ μὴ τάξιν τὰ λοιπά. ζωὲς δὲ μὴ μέσον τὸ ἀγγεῖον καθεισάντες τὸν ἔνπλουν ἐπιλιθάσαντες ὡς μικρὸν φαύειν τὸ ὄξους. δὲ δὲ σῶμα αὐτὸ πωμάσαντες καὶ προσχρίσαντες ἐῶσι. καὶ διὰ ἡμερῶν ἀφαιρούμενοι τὸ πῶμα ἐπισκοπῶνται. ὅπου δὲ διαλυθῇ, τὰ ἄλλα πριοῦσιν ὁμοίως τοῖς προσκειμένοις. εἰ δὲ ἀναπλάσαι τὶς αὐτὸ ἐθέλῃ, ὄξει διριμυρυατέον. μὴ οὕτως ἀναπλασέον. μὴ ξηραντέον ἐν ἡλίῳ. θέρους μέν πρὶ ἐρασέον τὰ προσκειμένα. οὕτω γὰρ λευκὸν μὴ γίνεται. σκυθάζεται δὲ καὶ χειμῶνος τῷ πιδακινῶν ὑποβάνων ὕπνων, ἢ θαλαμείων, ἢ καμίνων ἀθεμένων. ἡ γὰρ ἄνωθεν φερομένη θερμασία τὸ αὐτὸ διαξᾷ ὥσπερ ἡλίῳ.

De Ceruſſa. Cap. LVII.

Simmythion. Romani ceruſſam dicũt. Fit ceruſſa hoc modo: In doliũ patentiſſimi oris aut in fictilẽ gaſtram (uetroſi uaſis id genus eſt) acerrimũ infundito acetum. Subiectaq; ex harundinibus fictilis oris ſtorea, plũbeam ſuperimponito tegulã: & ne ſpiret acetum, iniectis ſtragulis diligentiſſime operito, uſq; dum plũbea illa tegula ſoluat & ſoluta ceciderit. Tunc quod erit pur & in ſummo fluitabit per colũ tracito: quod uero limoſum ſubſederit, in aliud uas transferendũ, & in ſole ficcandũ. Truſatili deinde mola terendũ, aut alia ratione aliqua friandum & cribro excernendũ erit. Poſt hæc quod durius fuerit, mola repetẽdum, cribroq; iterũ excernendum eſt: eademq; omnia alternis ter quaterq; facienda. Antecedit bonitate cæteras quæ cribro primũ excuſſa ceruſſa eſt, oculoru medicinæ ſeruanda. Secundæ bonitatis eſt quæ ſecunda cribro excuſſa fuerit, deincepsq; alię. Quidã in medio uaſis ligna ſuſpẽdunt, plumbũq; in eo quod ſtratũ illic uocant, ſic tamẽ ne acetũ tangat, imponunt: operculatoq; & circũlito uaſis ore dimittunt: tum poſt dies aliquot amoto operculo contemplantur. Et ſi ſolutum plumbum fuerit, antedictis ſimiliter omnia faciunt. Quod ſi in paſtillos cõformare ceruſſam aliquis uoluerit, acri prius aceto maceranda, tum diuidenda & in ſole ficcanda eſt. Aeſtate agenda omnia hæc ſunt: ſic enim candida & efficax ceruſſa fit. Conficitur tamen & hyeme, furnis, balneis ue aut fornacibus ſuperpoſitis donis: qui enim ſurſum fertur calor, pro ſole eſt.

Probatur

καλλισον δε ἡ γνησιον τὸν ξύλῳ σκυαθεμ, ἡ κοφινῳ, ἡ λακεδαιμονι. δυτ ζευξ δε τον ἐκ διακαιαρχίας. ὀπτεον ἡ αὐτὸ τ ξυρυ τορμ. ἐπ' ἀνθρακ πεπυρωμένων δεις ὅσα κομ καινομ μὴ μάλισα ἀπικνου, ἐμπλασομ λξ ομ φμμίθιομ. μὴ κίνξ σωεχῶς. ὅταν δε τῃ χρόα ἐναπουδομ χρύπτῃ, ἀνελόμενος ψύχαμ μὴ χρῶ. καῦσαι ἡ θέλων εἰς κοίλιθ λοπάδα λεομ ἀπόδος, ἐπιθείς πε ἐπὶ τουτ ἄνθρακας, ὑπόθεμ κίνει ἕως ἂμ τῃ χρόαν ἐοικὸς σανδαράχῃ γένῃτ. ⁋ ἀνελόμενος χρῶ. τὸ δε οὕτω σκυαθεμ σάνδυξ ὑπό τινων λέγετ). πλύνετ) ἡ δ φμμίθιον ὁμοίως τῃ καδμείᾳ. Δύναμιν ἔχει ψυκτικήν. ἐμπλαστικήν. μαλακτικήν. πληκτικήν. λεπτυντικήν. ἕλκη τε πράως καθαίρει ὑπόξηρα ⁋ καρυλωδικήν. μιγνύμενον κηρωταῖς καὶ λιπαραῖς ἐμπλάστροις. καὶ τραχίσκοις. ἔστι δε καὶ τῶν ἀναξηραντικῶν.

Probatur præcipue quæ Rhodi Corinthi'ue aut Lacedæmone confecta fuerit. Secundæ notæ est, quę ex Dicæarchia afferi. Coquenda ceruſſa hoc modo est: In ignitis carbonibus testã nouã præcipueq; Atticam ponito, tum tritam ceruſſam testę illi inſpergito, miſcetoq; continue donec in cinerẽ tranſierit: amotam ab igne deinde refrigerato, & utere. Eſt & alia ceruſſæ coctura huiuſcemodi: In nouum fictile friatam ceruſſam cõiecito, carbonibusq; in fictili ſuperpoſitam ferula miſceto, donec ſandarachæ colorẽ duxerit: amotaq; ab igne utere. Quæ ſic curata ceruſſa fuerit, ſandyx à quibuſdam appellatur. Lauatur ceruſſa cadmiæ modo: habetq; refrigerandi, opplendi, molliendi, explendi, extenuandiq; uires. Leniter præterea excreſcentia reprimit, & ad cicatricem perducit, ceratis emplaſtrisq; quas liparas, id eſt, lenes dicũt, & paſtillis mixta. Letalis ceruſſa eſt & ueneni maleficium habet.

INTERPRES.

DAnt gentibus ceruſſam plumbariæ officinæ: conficiuntq; eam huic ſcriptori eodẽ modo Plinius & Vitruuius: alter hiſtoriæ naturalis XXXIIII. uolumine capite XVIII. alter ſuæ Architecturæ VII. commentario: Laudantq; ambo & cunctis alijs præferũt Rhodiam, nõ tamen bonitatis eius cẽſum per gentes ultra faciunt. Hic diligẽtior, & humani ſaluti certius & ex profeſſo cõſulens, poſt Rhodiã Corinthiã & Lacedæmoniã, & ab his quã Campaniæ Dicæarchia cõficiebat, numerauit. Nec aliquid legentibus in ceruſſæ cõfectione deſiderandũ reliquit, q̃ dieꝝ numeꝝ, quo operculatũ & circũlitum uas illud dimittendum ſit. In prima ſiquidẽ cõfectione donec ſolutũ fuerit plumbũ: in ſecunda, διὰ μιρῶν ἀφαιροῦσιν &c. Quã partẽ deficiente dieꝝ numero, poſt aliquot dies nos uertimus. Potuit quidẽ nnmerus ille huic ſcriptori librarioꝝ incuria, periſſe. Verũtamen Vitruuius etiã nullo temporis certo decreto ſpatio (poſt certum enim tempus tantum ait) quæ à Dioſcoride incerta relinquuntur, confirmaſſe uidetur: eſſeq; tempus id cum ſolutũ fuerit plumbum. Plinius rem certius tractans his uerbis rem docet: Fit & alio modo, addito in urceos aceti plumbo obturatos per decẽ dies. Credimusq; nos & paulominus q̃ pro cõperto teſtamur, diebus ſcriptoris huius adijciendum eſſe denarium Plinij nnmerum. Inconcinnus enim & ſcriptore hoc indignus ſermonis dectus ille eſt: neq; enim διὰ μιρῶν aliud q̃ poſt dies ſignificat. Quæq; à nobis & ab alijs indefiniti numeri uox aliquot addita eſt, ad concinniorem ſenſum & maiorem rei certitudinem addita eſt. Quemadmodum à principio capitis etiam cum diximus (uentricoſi id uaſis genus eſt) Græcorum gaſtram certius indicantes, & uaſis in medio tumentis formam oſtendentes, qua olearij urcei noſtra ætate paſſim uidentur. Quod Plinius intelligens, urceos in hoc ipſo uſu ſæpe appellauit. Quam deinde hic μολυβδινὴν πλίνθον imponẽdam uaſis ori dixit, Barbarus communem eius uocis æſtimationem ſecutus, laterem plumbeum imponi iuſſit: Alter aptius laminam plumbeam: Nos tegulam, certiore adhuc ut credimus ſimilitudine, & Græcæ uocis ſeruata ſignificatione. Siquidem πλίνθου appellatione laterem quidem plerunq;, aliquando tamen omnem in ædificio neceſſariam figlinam, lateres ſcilicet imbrices tegulas, & ſiqua in hoc genere alia ſunt, antiquiores Græci uocauerunt: & ex tegularu similitudine hic plumbeam plinthum dixit uaſi huic ſuperponendam eſſe: cuius patentius os lateris unius latitudine totum tegi non poterit. Quinetiã in colũnis architecti plinthũ nominauerunt, quod in eaꝝ baſi ſpiris ſubiacet: Vtq; in ſuperiore capitulo abacus, ſic inferiore baſi plinthus eſt, exæquata latitudine ueluti tabula. Sunt & alia his ſimilia in reliquo capite, quæ nobis & alijs eadẽ non ſunt, legentiũ diligentiæ & cenſuræ relicta.

περὶ χρυσοκόλλης. κεφ. ωοή.

ΧΡυσοκόλλα δε διαφέρει ἡ ἀρμενιακή. τῃ χρόᾳ κατακόρως πρασίζουσα. δυτ δε ἡ μακεδονική. εἶτα ἡ κυπρία. καὶ ταύτης πλὴν καθαρὰν προκρίνετον. πλυτέον τε πλὴν προειρημένων οὕτω. κόψας αὐτὴν ἐμβαλε εἰς δυίον

De Chryſocolla. Cap. LVIII.

CHryſocollam, L. Romani pariter Græcis chryſocollã dicũt.] Bonitate omnes alias antecedit quę ex Armenia afferi Chryſocolla, colore uſq; ad ſatietatẽ uirẽte: ſecũdæ bonitatis eſt quæ ex Macedonia: poſtremæ q̃ ex Cypro. Anteferẽda in uniuerſo hoc gñe q̃ pura eſt. Reprobanda è diuerſo quæ terra & calculis plena erit. Laudanda prior illa hoc modo eſt: Tuſam in morta-

αμ. Ἐπιχέας ὕδωρ, τρίβε πλατείᾳ τῇ χειρὶ πρὸς τὸν ἴγδαμ εὐτόνως. εἶτα ἐάσας ἀπρακατασείσαι, ἀπόθεσον. ὴν ἔτι χολὴν ἐπιχέας ὕδωρ πάλιν τρίβε. ταῦτα ἢ πρίει φαλλάξ. ἕως καθαρὰ ἡ ἑλικρινὴς ψῆκτρ. λοιπὸν ξηράνας ἐν ἡλίῳ, ἀποτίθεσο κρὴ χρῶ. ἐὰν δὲ καῦσαι θέλῃς, καιετὸν πρόπαν τοῦτον. λεάνας αὐτὸ καὶ ταρκεῖς, ἐπίθες εἰς τήγανον. ὴ ἀπόδου ἐπ' ἀνθράκων. κρὴ τὰ ἄλλα ποιεῖν ὡς προείρηται ἐπὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ χρυσοκόλλα σμηκτικὴν οὐλῶν. καταπλαστικὴν σαρκωμάτων. ὴ ἀνακαθαρτικήν. συμπικτόν τε κρὴ θερμαντικήν. σκληκτικὴν πράως μετὰ τοῦ ἐσθίειν ποσὸν μάκυμ. ἔστι δὲ κρὴ τῶν ἐμετῶν κινούντων, κρὴ ἀναιρεῖν μαμένων.

rio chryſocollã affuſa aqua patente & aperta manu ualide in mortario cõfricato: tum uſq; dum cõfidat dimiſſam per colũ trãſcito, nouaq; ſuperinfuſa aqua iterũ confricato: facitoq; id uiciſſim confricans, & per colum traiſciens, donec pura ſyncera'que ſuperſit chryſocolla: poſtremo in ſole ſicratum reponito & utere. Quod ſi cremare chryſocollam uolueris, hoc modo id facito: Terito ea quod ſatis erit, & tegeti impoſitam in carbonibus collocato, cæteraq; ut in præcedẽtibus præmõſtratum eſt, facito. Vlcera extergit chryſocolla, carnium excreſcentias reprimit, repurgat, adſtringit, calefacit, leniterq; cum eroſione aliqua exeſt. Vomitiones præter hæc facit chryſocolla, & ingenere letalium eſt.

INTERPRES.

DVplex antiquis chryſocolla fuit ſi Plinio in Latinis, in Græcis uero eius gentis medicis credendũ eſt: altera quæ in cũctis ferè metallis, laudatior tñ in ærarijs inueniretur: altera quæ ut Græcorũ ſcriptores docent, rubro ære & impubis pueri urina: ut aũt Plinius monuit, Cypria ærugine & eiuſdem pueri urina addito nitro tẽperaretur. Hanc auro operibus inducentes agglutinando auro neceſſariã ſibi uẽdicauerunt, ab hoc uſu nominatã exiſtimantibus cunctis. Siquidẽ nihil chryſocollæ uox aliud q̃ auri glutinũ indicat. Metallicã contrà illã medici ſibi ſeruarunt, naturalẽ, per uenas auri defluentẽ, craſſeſcẽte limo hibernis frigoribus uſq; in duritiẽ pumicis, de qua tñ hoc capite agitur, indeq; facto nomine: Quibus, ut antiquiores oẽs teſtant, laudatior in ararijs metallis flueret, proximaq; illi in argentarijs, poſtrema aũt in plũbarijs, quæ auraria prope illa uilior etiã eſſet: & nihilominus nomen illi ex auro factũ eſt, ob p̃tium bonitatẽ ſic a- lias deferẽtibus auro hũc etiã ut credimus honorẽ gẽtibus. Nihil metallicã chryſocollã peritiores aliud eſſe tradiderũt, q̃ humorẽ p puteos metallorũ defluentẽ, q̃ frigore ut præmõſtratũ eſt in pumicis duritiẽ dureſ. Nec minus cura etiã fiat, ſed multo infra naturalẽ illũ immiſſis p metallorũ uenas aquis leuiter tota hyeme uſq; in Iunium mẽſem, dein eo tẽpore ſiccatis: ut plane intelligaẽ putrẽ metalli uenã eſſe chryſocollã, colore uiridi: ob quã cauſam hic primũ laudauit, τὴν χροιᾶ κατακόρως πρασίζουσαν: quod redditũ à nobis eſt: uſq; ad ſatietatẽ uirẽtem. Satietatem intelligẽtibus quod abundet, & ex copia facto faſtidio minus placeat. Nec ultra id quicq̃ adiecimus, totidẽ huic ſcriptori uerbis rem oñdẽtes. Cæteri interpretes quæ ab eo nõ dicunt pleraq; addiderũt: Alter ad porri colorẽ cõtracta re, ratus πρασίζειν uerbũ quoniã Græcis πράσον porrũ ſit, eius oleris colorẽ tantũ indicare: cũ tamẽ omnẽ uiridinẽ eo uerbo Græci indicẽt, hoc uno ut cætera omittamus indicio, q̃ πρασιὰς in hortis uocat ea gens cõſitas oleribus ideoq; uirẽtes areas. Alter ex Plinio lõgius q̃ oportebat rẽ deſcripſit: qui xxxiii. uolumine capite v. chryſocollæ huius bonitatẽ indicans, ait: Sũma cõmẽdationis eſt, ut colorẽ, herbæ ſegetis letæ uirentis q̃ ſimillime reddat. Quæ tota τὴν κατακόρως πρασίζουσαν in ſcriptore hoc ſumma eſt. Potuit ille ſui autor, nõ alieni operis interpres, qua magis placuit ratione q̃d ſcribebat docere. Interpretẽ cõtrà autoris ſui ueſtigijs inhærere oportuit, ne fruſtra cogereꝰ aliquãdo herbã & uirẽtes letas ſegetes, quæ nullæ in ſcriptore hoc ſunt, aliquis quærere. Hæc eſt chryſocolla illa qua Romanæ hiſtoriæ ſcriptores ſtratũ à Nerone circũ maximũ dixerũt, qua die cõcolori pãno aurigaturus eſſet. Bonitatis chryſocollæ cenſum per nationes aliter Plinius quo diximus loco tradidit, & eliquit enim Cypriã, & pro ea largiſſimã in Hiſpania inueniri ait. Vitruuius vii. ſuæ Architecturę libro pingẽdis parietibus forte utiliorẽ ſolã Macedonicã laudauit. Verba eius ſunt: Chryſocolla apportatur à Macedonia: Fodiẽ aũt ex his locis qui ſunt proximi ararijs metallis. Quotidianꝰ et multꝰ fuit quõdã in pingẽdis triclinijs, cubiculis & porticibus chryſocollę uſus, quoniã ſyluæ & uirẽtis agri modo oculis color eius blandireꝰ: quẽadmodũ nũc etiã ſed alio colore, uiridi ſcilicet creta paſſim fieri uidemus. Quod ſupereſt unũ adhuc monebimus cõtra alioꝝ editiões à nobis reditũ, q̃ loco ſcilicet hic ait habere chryſocollã δύναμιν σμηκτικὴν, ut ferè in cũctis legiẽ, οὐλῶν quę uox cicatricũ ſignificat: ideoq; ab illis: Valet cicatrices exterere, & ad purgãdas cicatrices, locus redditus eſt: A' nobis aũt ad extergenda ulcera cõtracta res fuit. Habuimusq; in ea diuerſitate autores ueteres primo & melioꝝ codicũ fidẽ, in quibus ἑλκῶν, id eſt, ulcerũ nõ οὐλῶν, id eſt, cicatricũ legiẽ. Mox Paulũ Aeginetã vi. ſuæ medicinæ lib. teſtatũ, ἕλκεσιν κακοήθεσιν ἀρμόττειν, id eſt, doloſis & maleficis ulceribus accõmodatã eſſe. Et ſi recipiendũ fit q̃d quádãtenus ſimile fuerit, Plinii etiã qui eodẽ loco ait: Vſus chryſocollæ & in medicina eſt ad purganda uulnera, nõ adeo diſſimili ulcerũ & uulnerũ natura euentuq;: ut non poſſit hoc etiã ueluti teſte quod dicimus cõfirmari. Adijciemus præterea, ne ſuſpiciones noſtras etiã relinquamus, non pẽnitus ab re forſitan fore cicatrices legi: non tamen ſimpliciter, ſed oculorũ: quoniã idẽ eodẽ loco Plinius dixerit: Miſcetur & collyrijs ad oculorũ cicatrices. Quod ſi recipiendũ fit, perſpiſſe oculorũ uocẽ eo loco cõſtituendũ erit. Verũtamen nullibi in Græcis inuentis oculorũ cicatricibus aliquibus, & in probatioris fidei inuentis ulceribus, accedente Pauli teſtimonio, in ancipiti illud elegimus.

περὶ Ἀρμενίου λίθου. κεφ. ωοθ'. De Armenio lapide. Cap. LIX. Proba-

Ἀρμένιον δὲ προκείσεται τὸ λεῖον καὶ τὸ χρῶμα κυάνεον. ὁμαλόν τε καὶ ἄλιθον. εὐθρυβές. τὰ αὐτὰ πρὸς τὴν χρυσοκόλλαν πλὴν εὐβλεφάροις τοῖς χρῶμα αὐξηλικόν.

PRobat Armenius lapis in quo lēuor & cœruleus color aliqs est: q̄ æqualiter cōmunicato sibi eo colore splēdet. Nō calculosus & friabilis est. Præstat eadē q̄ chrysocolla, uiribus tamē ea infirmior. In genere eoꝝ est q̄ in medicina alēdis tm̄ palpebraꝝ pilis usum habēt.

INTERPRES.

MIttebat quondā Armenia sui nominis lapidem hūc. Chrysocollæ modo is infectus erat, colore maxime uiridi, sed cum cœruleo communicato. Idq̄ est quod hic ait, καὶ τὸ χρῶμα κυάνεον ὁμαλόν τε: Vertimusq̄ nos, in quo cœruleus color aliquis est, & æqualiter cōmunicato sibi eo colore splendet. Meminit Armenii Vitruuius etiā lib. VII. sed ut doceret tantum quem in Architectura & pingendis parietibus usum quondam habuerit.

περὶ κυάνου. κεφ. ωπ'.

Κυανὸς ὁ γυνᾶτις μὲν οὐ κύπρῳ ἐκ τῆς χαλκίτεως μετάλλου. ὁ δὲ πλείων ἐκ τῆς ἀργιλαλίθου ἄμμου εὑρισκόμενος, κατάλληλος ἀπηλαιώδης ὑπάρχει καθαρὰς θαλάσσης. ἣ ὡς ἀληθῶς διαφέρει. πρᾶλη πρέπον ἐστὶν σφόδρα κατακοπῆναι. καυστέον δ' ὡς χαλκίτιν. μὴ πλυτέον ὡς καδμείαν. Δύναμιν δὲ ἔχει καταλτικὴν καὶ μετρίως σηπτικήν. ἕλκεσιν ἀκμαίοις τε καὶ ἐλκωματικοῖς.

De Cœruleo. Cap. LX.

CYanon. Romani cœruleū dicūt. Nascit in Cypro cœruleum in ærarijs fodinis: Plurimū uero ex litorali harena fit quę in cauernis spelūcaꝝ modo in mari factis inuenit, quod etiā bonitate excellit. Eligenda harena illa est quæ crassissima fit. Coquit chalcitidis, lauat aūt cadmiæ modo. Est cœruleo uis & natura reprimere, leniter exedere, exulcerare, & crustas ignis modo inducere.

INTERPRES.

COloꝝ duplex quondā quēadmodū & nostra ætate ratio fuit. Nascūtur em̄ aliqui, & exigua aut nulla hominis opera ad tēperaturā indigēt. Finguunt cōtrà aliqui, & sine hominis opera nulli sunt. Nascunt ochra, minū, chrysocolla & plerique alij. Fingebātur aūt quondā atramentum, ærugo, hyalos, plures q̄ alij quibus simules nostræ ætatis pictura nūc etiā multos alios fingit. Facileq̄ erit uolētibus antiquoꝝ in his tēperaturas cōfectionesq̄ omnes à Plinio & Vitruuio audire. Cœruleū in utroq̄ genere quondā fuit: nascebat enim & fingebat: illud in metalloꝝ fodinis, præsertim q̄ æris, in quo genere Cypriū hic cæteris antepo-nit: hoc litorali harena, nitro, ære q̄ ui ignis excoctū, eosdē in pictura habebat usus. Fuit q̄ ut ferè omniū in natura reꝝ fortuna est, multiplex cœrulei bonitas, ex nationibus confectionisq̄ tēperatura ab antiqoribus obseruata. Quæ omnia à duobus illis scriptoribus certius docētur: ab altero naturalis historiæ XXXIII. uolumine capite XIII. ab altero VII. suæ Architecturæ cōmētario: quæ potuissent debuissentq̄ à nobis repeti hoc loco, nisi ijsdem uerbis cuncta illa in Corollario suo Barbarus collegisset. Nec eo secius nostra hæc legentes hortamur, historiæ pigmentorumq̄ disciplinæ huius magistros sibi antiquos scriptores illos potius fecisse, intelligent enim certius quid nam in cœruleo hic dixerit: Nasci in Cypro in ærarijs fodinis: & ex litorali harena copiosissimū fieri cœruleum: quod in toto hoc capite præcipuum est.

περὶ ἰνδικοῦ λίθου. κεφ. ωπά.

Τοῦ δὲ λεγομένου ἰνδικοῦ, τὸ μὲν αὐτομάτως γίνεται, ὁποῖον ἐκβρασμα ὂν τῶν ἰνδικῶν καλάμων. τὸ δὲ βαφικόν ὄζειν ἐπαφρισμὸς πρεφυρουῦς ἐπαιωρούμενος τοῖς χαλκείοις. ὃν ἀποσυρόντες ξηραίνουσιν ὀστράκοις τεχνῖται. ἄριστον δὲ ἡγητέον εἶναι τὸ κυανοειδέστατον καὶ ἧττον ἔγχυλον. ἔστι δὲ τῶν εὐφόντων ἐλαφρῶς καὶ ξυστὸν δὲ καὶ κατασκληρὸν ἧκκα. ἀνακαθαίρει ἕλκη.

De Indico lapide. Cap. LXI.

INdicū Romani piter Græcis Indicū dicūt. Duo Indici gña: alteꝝ spōte sua in India nascit, in harūdinib⁹ regionis eius spumę modo erūpens: alteꝝ quod infectiuū uocāt: ueluti flos purpuræ, hoc est æreis cortinis supernatans: quē despumātes infectores siccant. Probatur qui cœrulei speciē habet, & cū lēuore succosus est. In genere leniter adstringentiū, inflāmationesq̄ & tumores erumpentium Indicus lapis est. Purgat præterea ulcera & reprimit.

INTERPRES.

VNum tm̄ Indici genus ostendi nunc pōt: neq̄ antiquū forte illud q̄d ab Indis in quibus nascitur nomen sibi fecit: alteꝝ ex quo desiit tingi purpura, nullum inter gentes est. Nouerunt nunc oēs Indicū quem nostra ætas habet, eamq̄ ob causam in uulgari re nihil ultra nobis laborandum.

περὶ ὠχρας. κεφ. ωπβ'.

Ὠχραν ὁ λεπτότατος τοῦ κουφοτάτου μελίνου ὀλόλου. καλοκοῆ δὲ μὴ ἄλιθον, καὶ εὐθρυβῆ, ἀπηλιώδη δὲ τοῦ χρώματος. καυστέον δὲ μὴ πλυ-

De Ochra. Cap. LXII.

OChran Romani pariter Græcis ochrā dicunt. Probatur ochra quæ leuissima est, & undiq̄ lutea, non calculosa, & genere Attica. Cremat ochra lauatur q̄

τέρμ ἢ ταύτην ὡς πρὸς καδμείαν. Δύναμιν ἔχει συστατικήν. συστατικὴν σκεδαστικὴν φλεγμονῶν ἢ φυμάτων. καταστέλλει τὰ ὑπερσαρκώματα. ἢ τὰ κοίλα πληροῖ σὺν κηρωτῇ. καὶ πώρους διΐστησι.

turq; cadmię modo. Est illi uis adstringere, excedere, collectiones & panos dissicere, excrescẽtias carnium reprimere, cũ cera concaua explere, & quas Græci poros dicunt concretas circa ossa lapidosas durities frangere.

INTERPRES.

APallore nomen ochræ antiquitas fecit. Terra ea est, quæ quondam in Attica laudatissima fodiebatur. Vtq; illi pretium & honor in pictura maximus fuit, sic nostræ & uulgari multiplex & sine honore aliquo usus est. Quos habuit & habet in medicina usus hic docuit: quos aũt in pictura, pictores iampridem quotidiana tractatione nouerunt.

περὶ κιννα βάρεως. κεφ. ωπγ΄.

Κιννάβαρι οἴονταί τινες ταυτὸν ὑπάρχειν τῷ καλαμῳδεστάτῳ μίλτῳ, πλανόμενοι. τὸ μὲν γὰρ ἄμμιον σκληρύνεται ὑπὸ ἰωδαμίας, ἐκ λίθου τινὸς μεμιγμένου τῇ ἀργυρίτιδι ψάμμῳ. ἄλλως δὲ οὐ γινώσκεται. ὑπὸ δὲ τῆς χώνης μεταβάλλει εἰς εὐανθέστατον φλογωδέστατον χρῶμα. ἔχει δὲ πολὺ ἀποφορὰν ὑπὸ τοῖς μετάλλοις πυρώδη. πωρίζει τὰ ὑπερσαρκοῦντα ὀφθαλμικὰ ἕλκη. καὶ ἐπιχωρίοις τοῖς προσώποις φύσας πρὸς τὸ βλέπειν μὴ ἀπαμβλύνει. καὶ ἀκμὴν ἐκκοσμίζει. τὸ δὲ κιννάβαρι ἐκ τῆς κομίζεται μὲν ἀπὸ λιβύης. πιπράσκεται δὲ πολλοῦ. καὶ τοσοῦτον ὄφελός ἐστιν ὡς μόλις ἐξαρκεῖν τοῖς ζωγράφοις εἰς τὰς ὑπὸ ταῖς γραμμαῖς μικιλίαν. ἔστι δὲ καὶ βαρύχρουν. καὶ βαθύχρουν, ὅθεν καὶ νόμισάν τινες αὐτὸ εἶναι αἷμα δράκοντος. Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ κιννάβαρι τὸν αὐτὸν τῷ αἱματίτῃ. ἀσθενέστερον εἰς ὀφθαλμικά. πλὴν ἐπιπεπαμένως. μᾶλλον δὲ σύφον ὄζει καὶ ἰσχαμον. καὶ πυρίκαυτα, καὶ ἐξανθήματα ἀναλήπτεται κηρωτῇ δραπεύει.

De Cinnabari. Cap. LXIII.

CInnabaris. Romãi pariter Græcis cinnabarim dicũt. Falsò existimãt quidã minio eãdem cinnabarim esse. Miniũ enim in Hispania ex lapide quodam argẽtariæ harenæ mixto cõficitur. Aliter aũt nõ discerniť. In fornace siquidẽ excoctum miniũ, floridũ & fulgentissimũ colorẽ contrahit: habetq; in fodinis exitialẽ & qui strangulet halitũ. Ideoq; faciẽ uessicis muniũt qui in officinis id tractant, ne respirando letalẽ aërem trahant: & nihilo secius per eas uideant. Vtũtur eo pictores in elegantioribus parietũ tectoriis. Cinnabaris cõtrà ex Libya affertur: pretiũ illi ingẽs est, tamq; exiguũ affertur, ut uix uariandis in pictura lineis pictoribus sufficiat. Profundi coloris est: eamq; ob causam crediderũt multi draconis sanguinẽ cinnabarim esse. Vis illi eadẽ quæ hæmatite, id est, sanguineo lapidi, oculoq; medẽdæ cinæ accommodata, uerum efficaciore uitualicinæ accommodata, uerum efficaciore uitualidius enim adstringit, & sanguinẽ sistit. Ambusta & pustulas cera excepta cinnabaris sanat.

INTERPRES.

CRedidit Plinius contrà q̃ hic testatur, saniem draconis elisi elephantorum morientium põdere, permixto utriusq; animalis sanguine cinnabarim esse. Nec solus credidisse id uidetur, cũ hic plures idẽ sibi etiam persuasisse testeť. Quod ex grauiore cinnabaris pretio factũ fuisse ueri simile est, dũ nouitate & miraculo aliq; mercium suaq; pretia augere mercatores conantur. Veruntñ arguendo tam impudenti eorum mendacio satis unus hic scriptor sit, qui totius naturæ peritissimus, qualis uera cinnabaris sit optime cognouisset, & saluti humanæ consulens non id tantũ monuerit, sed falso etiam existimari minio eandem cinnabarim esse. In quo deceptos quondam fuisse & decipi adhuc posse homines, nõ adeo difficile fuit & erit. Rubent enim ambo, & in pictura eundẽ tunc habebant usum. Discrepant tñ ut hic docet nationibus, q; altera ex Libya, altera ex Hispania quondam afferebatur: & illa in medicinæ usum, hoc inter uenena aut ueneni saltem maleficium habentia receptum fuerat: Vtriusq; seruantur nostra ætate nomina. Habetq; gẽs nostra quo passim utitur uerbum miniare, à miniũ colore factum: quo pingi uariariq; libros, & librorũ titulos eo colore dicat. Habent cinnabaris nomen oẽs in nostro orbe ferè gentes, quo non rẽ sed colorẽ illiť indicent. Qui enim nunc ruber color eũ habet usum, ex argento uiuo conficiť: quẽadmodum ex minio argentũ uiuum. Quod totũ nouerunt qui hæc tractant, ideoq; à nobis aliud agentibus relinquenda huiusce modi sunt. Satis enim legentibus erit, ex scriptore hoc didicisse, quale utrunq; fuerit, & qua ratione interse differant: tamq; nunc ueram cinnabarim uidisse homini difficile esse, q̃ quondã miniũ facile erat. Cuius q̃dianus usus & tractatio Romæ quondam fuit, ex Hispania per redemptores eius metalli, ut illic curareť allatiť. Relictum in cinnabaris & miniũ huius historia non procul à principio spatium à nobis est, uitiq; que nota signatus locus, quoniã male sequax uerborũ & rei ductus illic esset, exigeretq; sibi aliquid quod ad discernendam à minio cinnabarim antea dictum pertineret, à quo statim hic inferret, aliter non posse cognosci. Si quis autem totam miniũ confectionem, temperaturam, uitia, bonitates & usum audire oprauerit, Plinium & Vitruuium autores habebit: quorum alter xxxiii. suæ historiæ uolumine capi. xvii. alter suæ Architecturæ commentario vii. longius omnia illa prosecuti sunt.

περὶ ὑδραργύρου. ωπδ΄. De Hydrargyro, q̃d Latini argentũ uiuũ uocãt. LXIIII.

Hidrargyron

Ὑδράργυρος ὁ σκευάζεται ἀπὸ τοῦ ἀμμίου λεγομένου. καὶ λαχανικῶς ὁ καὶ τοῦτο κιννάβαρεως λεγομένου. θέντες εἰς ἐπίλοπάδας κράμεας κόγχον καὶ πηλὸν ἔχοντα κιννάβαρι, περικαθάπτουσιν ἄμαξεμ. ἡ γὰρ προσίζουσα ζωὴ ἄμβικι αὐθάλη ἀπορεόθησα ἡ ἀπρυχθεῖσα, ὑδράργυρος γίνεται. ἐυρίσκεται δὲ καὶ ἐν ζωῇ μεταλλεύεσθαι τὸ ἄργυρον ἔνιοι δὲ ἰσοροῦσι καὶ ἐαυτῶν ἐν τοῖς μετάλλοις ἐυρίσκεσθαι τὸν ὑδράργυρον. φυλάττεται δὲ ἐν ὑελίνοις, ἢ μολιβδίνοις, ἢ κασσιτερίνοις, ἢ ἀργυρίνοις, ἢ χαλκοῖς. δύναται γὰρ ἄλλο ὕλλο πάσαν διεκκλύσασα. ζωὴ βάσις διαβιβρώσκουσα τὰ ἐν αὐτοῖς. δοκιμάζεται δὲ γάλακτι πρόσφατον πεπωκότος ἢ ὄξυμέλιτι, ἢ οἴνῳ σὺν ἀφυδρίᾳ, ἢ ἀφεψήματι σελίνου, ἢ ὀξυμίνου σπέρματι, ἢ ὀριγάνῳ, ἢ ὕσσωπῳ σὺν οἴνῳ. ξήνισμα δὲ χρυσοῦ πυτέσι ξύσμα λεπτόταρμπινόμενον, ὑδράργυρου ἔστι δαυμασὸν βοήθημα.

HYdrargyron Romani argentum uiuum dicunt. Fit ex minio quod falso cinnabaris dicitur, argentum uiuũ. Cõfectionis autem modus hic est: In fictilem patinam ferream habentem cõcham minium cõfcitur. Calice dein luto circumlito, fictilis cooperitur patina illa: accenfisq; sub ea carbonibus, quæ calici fuligo inhæsit derasa refrigerataq;, argentum uiuum est. Inuenitur & in argentarijs fodinis cum foditur argentum, cameris earum pendens & in guttas cõcretum argentum uiuum. Ferunt quidam etiam per se in fodinis inueniri argentum uiuum. Seruatur uitreis aut plumbeis, aut ex stãno uel argento uasculis. Aliam enim omem materiam erodit & diffluere cogit. Letale potum argentum uiuum est, pondere suo interanea disrũpens. Remedio est potum copiosum lac, mox uomitionib⁹ redditũ, aut cum absinthio uinum, lini ue decocto aut orminij semine: aut cũ uino origanus aut hyssop⁹. Quinetiã minutissima auri ramẽta argẽto uiuo pota egregie succurrunt.

INTERPRES.

STare loco nescit, micat, tremitq;, & suo pondere hac & illac facile fertur argentum uiuũ. Vnãq; hanc rationẽ in eo contẽplati ueteres Romani, insensili alioqui rei, uitæ sensum argento huic tribuerunt, uiuũ uocantes. Græci è diuerso non motũ sed fluidũ & aquosum eius habitũ admirati, hydrargyron quasi aquosum argentũ nominauerunt: oẽs tñ cõi consensu in argenti censu id cõstituerunt, uel q̃ candore suo similẽ argẽto sit, uel quod magis uerisimile est, qm̃ in argentarijs metallis cũ argento inuenitur: uel q̃ priuatim & per se similẽ argento uenã & uomicã habet. Fuit enim hoc primũ argentũ uiuum in metallis natum, & à natura gentibus datũ: quo deficiente ut fuit semper urgente necessitate aliqua ingenioſa humana gẽs, fingi cœptũ est, & ex alijs metallis artificiose confectũ, in quotidianos uitæ usus pro illo concessit. Quò magis miretur aliquis scriptorẽ hunc à fictitio historiã argenti uiui incœpisse, quã Plinius à naturali xxxiii. uolumine cap. vi. auspicatus fuerit his uerbis: Est & Lapis in his uenis, cuius uomica liquoris æterni argẽtum uiuum appellatur &c. Et cũ longius de eo egisset, fictitium ex minio eiusdem uoluminis cap. viii. docuerit: hic tñ artem naturæ anteposuit: nec scimus an bonitatẽ efficaciores q̃ in fictitio q̃ in natiuo uires hac ratione mõstrare uoluerit: habereq; in artibus & medicina fictitium aptiorẽ natiuo usum. Duplex ex his quæ præmõstrata sunt Plinio argenti uiui genus est: huic uero triplex: fictitium ex minio: quod in fossura argenti inuenitur: & q̃d per se metallũ est perpetua liq̃ris uomica à Plinio fluere dictum. Est præter hæc quartum etiã genus, eodẽ ferè quo ex minio mõ ex marmoris fragmentis & assulis, quę marmorarij difficiunt, factũ. Docetur id à Vitruuio quo pauloante diximus loco. Quę conficiendi id ratio, quoniam multiplex est, & longa rerũ serie tractatur, à nobis legenda in eo scriptore uolentibus relinquitur.

Περὶ Μίλτου σινωπικῆς. Κεφ. ωπέ.

Μίλτος σινωπική. κρατίσκη ἡ πυκνή, ἡ ῥᾴδια. ἡπατίζουσα. ἄλιθος. ὁμόχρους. πλύνεται δὲ ἐν τῇ ἀνέσει. συλλέγεται δὲ ἐν τῇ καππαδοκίᾳ ἐν ὡρυκτοῖς ὄρεσι. διυλίζεται δὲ καὶ φέρεται εἰς σινώπην ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχηκε. Δύναμιν ἔχει ἐκπωτικήν. ἐμπλαστικήν. συπτικήν. πρὸς ἕλκεσι χρονίοις ἐκπωτικοῖς καὶ στυπτικοῖς. ἴσχει δὲ καὶ κοιλίαν ἐν ὠῷ λαμβανομένη καὶ ἐγκλυζομένη. διδοται καὶ ἁπαλοῖς.

De Rubrica Sinopide. Cap. LXV.

MIlton Sinopicam, Romani Sinopidẽ rubricã dicũt. Probatur Sinopis rubrica quæ densa, ponderosa, iocinoris colore, nõ calculosa, fibiq; ipsi tota cõcolor est, & quæ cũ diluit copiose diffunditur. Fodit in Cappadocia ex speluncis qbusdã purgataq; Sinopẽ fertur, in qua uenditur: inde cognomine inuẽto. Habet ficcãdi uires rubrica Sinopis, opplet, adstringitq;: eapropter uulnerarijs emplastris miscet, pastillisq; qui ficcãdo & adstringẽdo sunt. Sistit præterea aluũ in ouo hausta aut clystere infusa. Datur eadem iocinorosis etiam.

INTERPRES.

Quod

QVod in sinopide rubrica maxime optauerit nouisse aliquis, eadē ipsa est: Vt optima & quæ ueteribꝰ cognita tā multis remedijs medicinā instruxit, uti ætate hac nostra liceret. Cætera enim quæ de ea à Dioscoride docētur, in hoc ipso & in Plinio satis per se patēt. Eāq; ob causam relictis omnibus alijs, illud tantū monebimus: Ob coloris similitudinē, & hanc & fabrilē & Lēniam rubricā miniū sæpe appellasse ueteres aliquos, nō tamē simpliciter, sed adiecto semper gētis aut usus cognomine aliquo, uerbi causa Sinopicū, Lemniū & fabrile miniū nominātes. Sic Celsus aliquādo, sic plures alij usi sunt. Cætera quæ de omni rubrica dici poterāt, ab alijs ex antiquis scriptoribus collecta fine legentiū desiderio à nobis relinquunt.

περὶ τεκτονικῆς. κεφ. ωπς'.

Ἡ δὲ τεκτονικὴ ἤτοι μίλτος ὀνομαζομένη οὐ πάνυ ἐστὶ σινωπικῆς. ἀρίστη δὲ ἡ αἰγυπτιακὴ καὶ ἡ καρχηδονικὴ. ἄλιθος. εὐθρυβής. χρυσᾶτις καὶ ἐν τῇ πρὸς ἐσώτερα ἰβηρίᾳ. καὶ ὥχρας καυομένης καὶ μεταβαλλούσης εἰς μίλτον.

De Fabrili rubrica. Cap. LXVI.

TEctonican milton, L Romani fabrilē rubricā dicunt.] In cūctis ignauior sinopide fabrilis rubrica est. Optima in hoc genere Aegyptia est, & Carthaginēsis friabilis nec calculosa. Fit & in occidētali Hiberia exusta orchra mutato colore in rubricā trāslata.

INTERPRES.

LIcebit uolentibus ex Plinio fabris aptæ rubricæ huius historiā, bonitatē, natales, tēperaturam omnēq; usum, xxxv. uoluminis cap. vi. certius intelligere: ideoq; nos parato omnibus eo scriptore, nihil cōmentatiōibus his nostris in re alioqui nota adijciem⁹. Factū rubricę huic cognomē à fabrica est, in qua dirigendis lineis, colorandoq; ligno multus semper fuit eius usus.

περὶ Λημνίας γῆς. κεφ. ωπζ'.

Ἡ δὲ λημνία καλουμένη γῆ, ἔστιν ἐκ ζυνοῦ ὑπορύμου ἀντρώδους. ἀναφερομένη ἀπὸ λήμνου τῆς νήσου. ἔχουσης ἐλώδη τόπον. καθ' ὃν ἐκλέγεται μίγυητι αἵματι αἰγείῳ, ἡμὶ δι' ἐκεῖ ἄνδρες πρὶν ἀναπλάσαντες καὶ σφραγίζοντες εἰκόνι αὐτούς, σφαγίδα καλοῦσιν αἰγός. Δύναμιν ἔχει ἀνάλογον θανασίμων φαρμάκων ἐξέχουσι, πινομένη σὺν οἴνῳ. καὶ προληφθεῖσα ἀγεμφεῖ ἀναγκάζει τὰ ἡλιτήρια. ἀσμόζει δὲ καὶ πρὸς τὰς τῶν θανασίμων ἰοβόλων πληγὰς καὶ ἡ ἔξεις. μίσγουσι γὰρ καὶ ἀνάλογον. χρῶνται δέ τινες καὶ εἰς τελετὰς αὐτῆς. ἔστι δὲ καὶ δυσεντερίας χρήσιμος.

De Lemnia terra. Cap. LXVII.

LEmniam gen, L Romani Lemniā terrā uocant.] Quæ Lemnia appellat terra, in cauernoso quodā Lemni cuniculo nascit, afferturq; ex ea insula: in qua paludes loci sunt, ex qbus effoditur, & caprino sanguine miscet. Eā incolę in pastillos cōformātes, figurāq; caprę signātes, sphragidē ęgos. i. caprę figillū appellāt. Contra letalia uenena egregiū antidoti uires hēt cū uino pota. Præsumpta eadē uomitiōe uenena pellit. Quinetiā letaliū serpētiū ictibus & morsibus accōmodata est. Quidā ad religionē & initiationes ea utunt, Intestinoq; torminibus utilis eadem est.

INTERPRES.

HAlas Romãi salẽ dicũt. In toto salis genere efficacissimus fossilis est, communiterq̃ in hoc qui cãdidus, pellucidus, densus, concretione sua æqualis, nec lapidosus est. Priuatim uero genere ammoniacus. i. harenarius, sciissilis, uenis p lõgitudinẽ rectis. In marino probãdus maxime dẽsus, cãdidꝰ, & sine asperitate æqualis. Optimus hic in Cypro & Cypri Salamine. Fit in Sicilia etiã sal, fit Megaris & Libya. Inter prędictos aũt paluſtris anteferẽdus cũctis ẽ: ualidissimusq̃ in hoc gñe Phrygius quẽ Tateum uocãt. Multiplicẽ communiter prædicti sales uim oẽs habẽt: Adstringũt, exterũt, repurgãt, difficiũt, reprimũt, extenuãt, & crustas urẽdo inducũt, solo magis & minus inter se differẽtes. Exedẽtia cõpescũt. Miscẽtur & his quæ ad exterẽdas cutis asperitates & scabies cõficiuntur. Reprimũt quæ in oculis excrescũt. Vngues oculoꝝ absumunt. Tollunt præterea carniũ excrescẽtias oẽs alias. Clysteribꝰ utiliter miscẽtur. Contra lassitudines ex oleo pari utilitate inunguñt. Inungũtur eodẽ modo etiã salibus, subeũtium cutẽ aquaq̃ tumores. Calentes ĩpsdem saccis inditi impositiq̃, dolores leniũt. Prurigines sedant ex oleo & aceto usq; ad sudorem prope ignem inuncti. Impetigines quoq;, lepras itidem & scabies: cõtra anginas ex melle, aceto & oleo utiliter inungũtur. Cõtra tonsillas columellamq̃ oris cum melle tosti, ulceraq̃ itidem quas aphthas uocant: humore diffluentes gingiuas, & ulceꝝ phagedęnas cum polenta emplastri modo imponũtur. Scorpionũ ictibus cũ lini semine: uiperarum uero morsibus cũ origano melle & hyssopo emplastri modo impositi medẽtur. Contra cerastem cũ pice aut cedrino liquore aut melle. Contra scolopendras cũ aceto & melle. Contra uespas crabronesq̃ & capitis ulcera quę psydracia, & quę thymos appellãt, nec nõ panos, uitulino adipe excepti. Cum uua passa suillo ue adipe aut melle, tubercula quos dothienas uocãt, & testium tumores discutiũt. Cum origano fermentoq̃ celerrime eadem tubercula maturant. Crocodilorum morsibus remedio sunt triti & in linteolo colligati, tũ in aceto demersi: in quem usum uinculis locum adstrinxisse prius oportet. Venenatorum morsibus succurrunt. Sugillata ex melle delent. Contra opium fungosq̃ cum aceto mulso bibuntur.

πρὸς ἢ σχέμματα σὺν ἀλεύρῳ ἢ μέλιτι. πρὸς πυρίκαυσα δὲ σὺν ἐλαίῳ ἐπιπιθέντες οὐκ ἐῶσι φλυκταινοῦσθαι. πρὸς ἀγχικοῖς πρόμοιος ἐπιτίθενται. πρὸς ὠταλγίαμ τὲ σὺν ὄξει. ἐγυσιπέλατά τε ἕρπητας ἔχουσι μετ' ὄξους καταχριόμενα ἢ καταπλασθέντες σὺν ὕσσῳπῳ. καυσὲν ἢ αὐτὴν εἰς ὀστράκινον ἀγγεῖον ἐμβαλόντας ἢ ἐπιμελῶς πωμάσαντας ἵνα μὴ διαπνεύσῃ. ἄνθρακιᾶς τε ἐγκρύψαντας ἄχρις ἐκπυρώσεως. ζυνὲς ἢ τὴν ὀρυκτὴν σαυτὴ πηλιπλάσαντες, εἰς ἄνθρακας ὑπαθέντες, ἐῶσιμ ἄχρις ἂμ τὸ σὰρξ κατακαῇ. ἔνεσι ἢ ἢ τὴν κοινὴν ἅλας τοπρμ τὸ πρμ καίδμ, ἀπακλύσας αὐτὴν ἅπαξ ὕδατι, εἶτα ἐάσας ξηρανθῆναι, ἔμβαλε εἰς χύτραν. ἢ πωμάσας ὑπόκαιε κιὼ ἕως ἂμ μηκέτι διαπνεύσῃ.

Luxatis cum farina & melle imponuntur. Bullare ambusta ex oleo impositi prohibent. Podagris utiliter etiam imponuntur, & in dolorem aurium ex aceto. Sacros ignes & ulcera quos herpetas dicunt ex aceto inuncti, aut cũ hyssopo impositi cõcunt ex aceto inuncti, aut cũ hyssopo impositi cõpescũt. Cremãdi sales hoc modo sunt: In testaceũ uas cõiecto sales: & ne dissiliant, diligẽter opercũlato, tũ carbonibus obruito donec igniti candeãt. Quidã fossiles crusta pistorio opere panificij modo confecta circũlinentes, carbonibus iniectos dimittũt usq; dum crusta illa tota cremata sit. Licet & communes sales hoc modo cremare: Aqua eos abluito, dimissosq; donec siccentur in fictile conijcito: operculatosq; urito continue miscens, donec amplius non dissiliant.

INTERPRES.

FErent æquo animo grammatici multitudinis numero sales à nobis modo in sale dictos. Nec pro salute hominis damnabunt Græcorũ exemplo multiplicem rem numero tantisper, dum quod naturæ interest absoluatur, auxisse. Qua enim necessitate secũdo uolumine sanguines dicere coacti sumus, eadem sales hoc loco etiam diximus: haud sanè obliti animi sæpenumero sales dici, omnesq; uitæ lepores, & summam hilaritatem laborumq; requiem non alio magis uocabulo intelligi. Sed non satis apte aliter multiplicẽ rem dici posse sentientes. De uniuerso sale multisq; eius generibus docente ferè ofa scriptore hoc: neq; in uno sale, sed aliquando in omnibus, aliquando in pluribus aut hoc aut illud constituente. In quo tuebitur nostras natura partes: quæ si salem tam multis formis diuersis locis uariauit, in gratiam suam concedi nobis hoc exiget. Tuebuntur & gentes, quæ multifariam quotidiani usus rem fingẽtes, quod numerosum sibi est, numero etiam à scriptoribus augeri æquo animo ferent. Erit legentibus id etiam aptius & certius, nullibi coactius hærere, certumne aliquod genus, an omnem, an uniuersum salem intellexisse aliquando oporteat. Erunt ergo nobis sales toto orbe natiui uel fictitij prouenientes, non animi lepores, sed coacti aut siccati salsi humores: quorum diuersis locis & gentibus tam multi natales & confectiones sunt, ut nullibi largior homini natura aut ingeniosior hominis ars fuisse uideatur. Longior quàm studiũ & consiliũ hoc nostrum patiatur, rei series & historia est: ideoq; à nobis relinquenda, præsertim quæ ad eam pertineãt tradente Plinio omnia lib. xxx. capite vii. & ix. in quo legenda omnia nouisse ea cupientibus relinquimus. Nos interim pauciora quædã more nostro monebimus: Eritq; primum quod hic ait, harenarium salem quem Græci ammoniacum dicunt, ὑγρισόν τε καὶ τὰς διαφύσεις εὐθείας ἔχοντα: uersumq; à nobis est: scissilis, uenis per longitudinem rectis: à Plinio quo diximus loco scissili alumini his uerbis comparari: Nam Cyrenaici tractus nobilitantur, ammoniaco & ipso, quia sub harenis inueniatur, appellato: similis est colore alumini quod schiston uocant: longis glebis: neq; pellucidis, ingrato sapore, sed medicinæ utilis. In quo animaduertendum illud est, dicere Dioscoridem esse hunc salem ὑγρισόν, id est, scissilem, scindiq; facillime: Plinium uero scissili alumini colore similem: non leui inter eos diuersitate, quæ tota in uocibus illis schiston & euschiston uersatur. Coaluerunt in scriptore hoc non multo post ab hoc loco inutiles quædam uoces, ab his additæ, qui ignorarent in Cappadocia Taitam nomine stagnum esse, à quo Tateus sal quondam dictus fuerit, ut Strabo testatus est. Id ut diximus ignorantes aliqui, nouamq; sibi uocem corruptam existimantes, aut triteum aut gateum uocari adscripserunt. Veruntamen ex Plinio restituendus locus erat: Eodem enim loco inquit: At ex stagnis Tarentinus & Phrygius qui Tateus uocatur. Legebatur postremo uarie in uetustioribus graecorum codicibus quod ad uespas & crabrones pertinet. Vidimus enim nos in quibus post uespas non ἀνέφλυων, qui crabrones sunt, legitur, sed mutato casu τρυπλόνας, quæ uox græcis uitium in osse indicat, quale mox describemus: Quod non penitus negleximus, præsertim corrupta communi lectione, quæ sine uitio futura erat: πρὸς σὶ σφηκῶν πληγὰς καὶ ἀνθρήνων: at ea est σφηκῶν πληγὰς καὶ τρυπλόνας, id est, si crabrones ea uox significet: uespæ ictus & crabrones: cũ crabronũ potius legendũ fuisset. Alter ex nouissimis interpretibus ex Plinio rem ad crabrones cõtraxit. Barbarus in altera lectione minus certè q̃ oportebat teredines dixit. Nos Plinium secuti etiã sumus, qui uespis crabrones adiecit ix. xxx. libri cap. Suntq; eius hæc uerba: Aduersus crabrones uero uel uespas similia q; ex aceto, &c. Nõ dãnamus tamẽ q̃d à Barbaro dictũ est: desideranda tñ in eo certior suæ teredinis significatio. Credẽt eñ legẽtes notissima insecta ab eo indicari, contra quæ hic nihil præcipit. Sed si recipienda hoc loco teredo sit, ossiũ teredinẽ intelligere oportebit quã Græci τρυπλόνα ὀστοῦ uocant, id est, ossis teredinẽ. Ea in diffinitionibus suis à Galeno his uerbis describit: Teredo ossis perforatio à corruptione est. Nomẽ malo ex eo, q̃d illi accidit factũ est: perforat eñ. Videndũ medicis erit, an ossiũ huic malo sal prosit: & si prosit, nõ ab re fuerit eã recepisse uocẽ; nos in ambiguo eã quæ autore Plinio cõfirmari poterat, elegimꝰ. Sequit nõ multo post q̃d ad crocodilorũ morsus pertinet, in q̃ lõge Plinius in eius rei ratione ab hoc scriptore differt. Hic eo q̃ cũcti uerterũt sensu uoces illic cõcipit: nec aliud indicãt quæ illic legũtur: καὶ κροκοδείλοδήκτοις βοηθοῦσιν, ἐνδιεθέντες εἰς ὀθόνιον λέπτον, καὶ ἐκπόμενοι εἰς ὄξος συφομένων τῶν μερῶν ὧν ἐνδιεμοῦσι. Plinius è diuerso ait: Crocodilorũ morsibus ex aceto in linteolis, ita ut batuerent ante ictuũ ulcera: non satis certæ curationis

τρυπλῶν ὀστοῦ. Teredo ossis.

curationis modũ docẽs. Batuẽdi tamen uerbo usus, indicasse uidetur pulsandũ percutiendũq; antea locum morsum, & ex morsu factũ ulcus: id em batuere uerbum significat. Ex eo oborta suspicio nobis est, quod in Dioscoride legit συφομδώων, si recipiẽda Plinij lectio sit, τυπτομδώων legi oportere: esseq; sensum: Crocodilorũ mor sibus succurrere salẽ. Oportere tamẽ in eum usum linteolis claudere, demersumq; in aceto uulneri imponere, sed anteq; imponatur, batuendũ, id est, percutiendũ ex morsu factũ ulcus illud. Quod enim est illic participium συφομδώων, parq; apte colligandis uinciendisq; uulneribus respondet: propria enim in spissando non in ligando significatio uerbi eius est. Monuisse hoc satis sit: nam quod ad rem pertinet, nihil mutatum à nobis est. Multiplex salis ut uidetur potestas est: Stomacho tamen præter q̃ ad excitandam cibi appetentiam, inutilem aliqui tradiderunt: sed ob eam uim tam cõmunem habet in cibis usum, ut non sibi tantũ homines q̃ti die parẽt, sed pecori suo etiã pastores & armẽtarij lambendũ aliquãdo proponãt. Quod qua ratione ab eis fiat, quæsitũ sæpe est: dubitatũq; an ad nutrimẽti copiã, & ut pinguescat pecus: an sanitatis causa potius, & ut minuatur pinguedinis copia, quę pecori morbosa est, excogitatũ id in pecuaria re fuerit. In priore enim causa illa ratiocinabit aliquis, excitari auiditatẽ salis acrimonia, apeririq; corporis meatus oẽs: eaq; ratiõe ad nutrimẽti distributionẽ, & in totũ corpus digestionẽ iter fieri. Ob quã causam nõ defuerũt ex antiquioribus qui iuberẽt graciles & qui cibũ nõ sentiunt, nõ dulcibus quale passum est, nec glutinosis qualis alica, sed salsamentis & his quæ salsuginẽ aliquã habeãt, nutriri: quoru tenuitas nutrimentũ corpori peruijs meatibus adhiciat. In posteriore ratiocinari contrà licebit, adipes & obesitatem omnem difficere absumereq; salem eiusq; rei indiciũ esse, q̃ facilius strigoso pecori ob maciem pellis aufertur: qui enim pellẽ retinebat & carni glutinabat adeps, sale absumptus quod diximus præstat. Quinetiã salis usu extenuari sanguinem ali qui crediderunt: Eamq; ob causam ut conualescat pecus, lambendũ salem à rei pecuariæ magistris apponi. Fuerunt etiam qui crederẽt ad fœcunditatẽ id pertinere: fieriq; salis cibo ad Venerem promptius omne pecus: quoniã obseruatũ fuerit, canes salsamẽtis uescentes citius concipere: & in mari naues longe plures q̃ in fluminibus sorices gignere: non ob aliam ut ferũt, q̃ ex copioso coitu ad quem sale stimulãtur, causam.

περὶ Ἁχνης ἁλός. κεφ. ϛϡ.

Ἁλὸς ἄχνη. ὠνομασμένον ἁλὸς ἀφρώδους. εὑρισκόμενον ἐπὶ τῆς Ἰδης. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τοῖς ἁλσίμοις.

De Salis spuma aut lanugine. Cap. LXXXI.

HAlos achnen ⌊Romani salis spumam aut maris lanuginem dicunt.⌋ Spumosa maris lanugo salis spuma est. Inuenitur in saxis eadem sali uires habens.

INTERPRES.

SAtis seipsam solo nomine cõcrescens in litoralibus petris, & in mari scopulis fluctuum aspergine salis lanugo hæc potius q̃ spuma indicat. Plinius spumam xxxi. uolumine capite vii. appellat, ex propria achnes in Græcis significatione: Hic tamen ἄφρυγμα eam esse dicens, lanuginẽ magis cum iam in saxis concreuit describere uidetur, facilem cognitu & inuentu rem.

περὶ Ἁλμης. κεφ. ϛϚ'.

Ἁλμη. Τὸ αὐτὸ τοῖς ἁλσὶμ ἔχ ἐνέσ γλαμ. σμικλωλιὼ. δυσεντ λικοῖς τέ ὄσι τοῖς κατὰ νομὴν ἔγκλυσμα. καὶ χιαδικοῖς χρονίοις. πρός τε καταπλήσεις ἀχμάζει, ἐφ' ὧμ δάλαπά ὄσι χρήσιμη.

De Muria. Cap. LXXXII.

HAlmen ⌊Romani muriam dicũt.⌋ Habet muria easdẽ sali in exterendo potestates & uires. Cõtra exulcerata intestinorũ tormina, uetustosoq; coxendicũ dolores clystere utiliter infundit. Fouent ea etiã pari utilitate quæcunq; maris aqua foueri præcipiuntur.

INTERPRES.

PRo cõperto nobis est, deesse huic capiti uires potestatesq; illas oẽs, quas sali hic idẽ scriptor pauloante assignauit: neq; em ueri simile est, ex tam multis unã tantũ exterẽdi scilicet, dictã ab eo fuisse. Persuadetq; id nõ tã antiqua scriptoris huius interpretatio, in qua deinceps multæ aliæ numerãtur, q̃ Plinius xxxi. uoluminis capite viii. plures & ipse numerãs, spissare, mordere, extenuare, siccare, & quæcunq; alia hic scriptor toto hoc capite docet, à quo ijsdem uerbis omnia reddita sunt. Credimus nos factum id ab aliquo, cui satis esset in sale ea audisse: laboriq; in scribendo iterq; quæ semel scripta fuissent parcẽs, eas neglexe rit. Repetẽdæ itaq; & in hoc caput reuocãdæ ex sale oẽs illæ erũt. Barbarus Græcorũ halmen salsuginẽ uocauit, latioris fortè ambitus q̃ Græcorũ halme certa res exigeret, uoce usus. Nos muriã autoribus Columella, Plinio, Romanisq; scriptoribus alijs appellauimus, qui in medicina & domestica re muriã semper uocauerunt. Ea duplex ueteribus fuit: altera qua in cõditura uini uterentur, cuius confectionẽ & usum Columella docuit xiii. uolumine capite xxvi. Altera quæ dura ab illis uocabat, cuius confectionẽ & usum idem scriptor eodẽ uolumine, sed capite vi. & vii. tractauit, qua in cõdituris oleorũ, radicũ, pomorũ, salgamorumq; olim usa antiquitas est. Solũq; hoc genus halmen Dioscorides uocat, quoniam altera illa admixto sibi melle, nullum nisi in uindemia habebat usum. Eius cõfectio à Columella his uerbis docetur: Doliũ q̃ patentissimi oris locato in ea parte uillæ quæ plurimũ solis accipit. Id doliũ aqua cœlesti impleto, ea est enim huic rei aptissima: uel si non fuerit pluuialis, fontana dulcissimi saporis sit. Tum indito sportam lunceam uel sparteam, quæ replenda est sale candido, ut candida muria fiat. Cum salẽ per aliquot dies uidebis liquescere, & ex eo integer sal, nec minuat. Quod cũ animaduerteris, scias habere muriã maturitatẽ suam. Et si meliorẽ adhuc uolueris, in uasa bene picata diffundes, & opertã in sole habebis: omnẽ enim mucorẽ uis solis aufert & odorem bonum præbet. Est illud etiam maturæ muriæ experimentum: ubi dulcem caseum in eam dimiseris, si

pessum

Batuere.

pessum ibit, scias esse adhuc crudã: si innatabit, maturã. Et hæc dura antiquorũ muria fuit, qua in cõdituris salgamorũ uillici & patresfamiliãs utebãtur. Medicina aũt in plerisq; morbis, præsertimq; interaneorũ exul cerationibus & coxendicis doloribus, eadẽ ratione qua secũdo uolumine in garo idem hic scriptor monuit: ut exulcerata ad cicatricem perduceret, & quæ exulcerata non essent, ad ducendum ulcus proritaret.

Περὶ Ἄνθους ἁλός. κεφ. ϡγ΄.

Ἅλὸς δὲ ἄνθος, καλούμενον μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων νείλῳ πλαμῶ. ἐφίσαται δὲ λίμναις ἁλυκαῖς. πεφυκὸς ἐοικὸς ἐστὶ τῇ χρόᾳ, ὑπερυσωλέσι, ὡς πρὸς κρόκον. ἐνίοτε δὲ καὶ ὑσωλέστερον μᾶλλον καὶ τῇ γεύσει δριμύτερον καὶ ὑπάλιπτερον. τὸ δὲ ἔμπλαστρον ἔχον, φαῦλον ἑκάτερον. ἐὰν τὸ ἀκέραιον ἐλαίῳ σταφίνῃ χρίηται μόνον. τὸ δὲ ὁλωμένον δὲ ἐκ μέρους καὶ ὕδατος. πρὸς δὲ πρὸς τὰ κακοήθη καὶ φαγεδαινικὰ ἕλκη. ἁρμόζει τὰς ἐν αἰδοίοις. καὶ ὦτα πυορροοῦντα. καὶ ἀμβλυωπίας. καὶ τὰς οὐλὰς αὖθις λευκώματα. μίσγυται ἐμπλάστροις καὶ μύροις εἰς χρῶσιν καὶ τῷ ξυρίνῳ. ἔστι δὲ καὶ ἰδρώτωμα κινικὸν. κοιλίας τραχυκόν σὺν οἴνῳ λευκῷ ὑδαλῇ πεφθέν. κακοστόμαχον. μίγνυται ἀκόρεις καὶ σμύγμασι πρὸς τριχῶν λεύκασμόν. καθόλου δὲ δριμύ. πυρωτικὸν ὡς πρὸς ὄλεας.

De Salis flore. Cap. LXXXIII.

HAlos anthos Romani salis florẽ nominant. Deferẽt Nilo Aegypti flumine salis flos. Innatat & paludibus quibusdã. Probat qui sit croceo colore, odore ingrato ceu gari, nõnunq; etiã grauiore: maiore in gustu ero dẽdi ui, cũ pinguitudine aliq̃. Improbat q rubridorem cit. Aluũ turbat cũ uino & aqua sumptũ. Stomacho nocet. Miscẽt acopis & his quæ exterendo sunt, ad extenuãdos palpebrarũ pilos: in uniuersumq; salis modo feruidus & acer est.

INTERPRES.

PEregrina nec satis certa res Italiæ quondã salis hic flos fuit: in Aegypto inueniri ab hoc & ab alijs dictus, paludibusq; & fontibus quibusdã innatare. Quò minus demiretur aliquis nunc in medicina parum cognosci, & nullũ eius esse usum. Salis ueluti rubigo quædã ab alijs dictus salis flos est, quoniam colore ruffo sit. Cõmendabatur tunc qui olei pinguitudinẽ quãdam redderet. Quod sanè miretur aliquis, ab olei pinguitudine diuerso penitus sale. Certissime de eo plinius trigesimoprimo uolumine cap. septimo egit: nihilq; non ab hoc scriptore traditum ijsdem reddidit uerbis: ob quam causam longius de ea non agimus, in scriptore eo cognoscenda relinquentes, siqua nouisse alia de eo aliquis optauerit.

Περὶ Νίτρου. κεφ. ϡδ΄.

Νίτρον. προκριτέον τὸ κοῖφον. λευκὸν τῇ χρόᾳ, καὶ πετρωμένον, οἱονεὶ σπογγῶδες. τρίβεται δὲ ὅτι ἐκ πόντου βουνῶν. δύναμιν δὲ ἔχει μεταστυπτικήν.

De Nitro. Cap. LXXXIIII.

NItron Romãi pariter Græcis nitrũ dicũt. Probatur quod leue & fine põdere est, roseo colore aut albo, & spongiare est, roseo colore aut albo, & spongiarũ modo fistulosum: quale est q̃d ex bunis affert, uires ex alto in summũ euocãdi habet.

INTERPRES.

FVerunt quondã nitri pluribus locis nõ aliter q̃ alioq; metalloq; nitrariæ fodinæ: aliquibus etiã siccatis sole nitrosis aqs & paludibus fiebat: et ne lõgiores simus, nullũ quale nostra ætate est, fictitiũ nitrũ tũc erat: nec eum quẽ nostra ætate usum in missilibus igne tormẽtis habet, in antiqua militia habuit: Vtebatur eo medicina tantũ, nihilq; Absyrto in ueterinaria medicina frequẽtius est: quoniã salis modo auiditatem cibi morboso pecori excitaret, simulq; quã habet, pellẽdi ui purgaret. Vtebatur & ganea, in qua periti eius obseruauerãt, tenerescere nitro multa, præsertimq; herbarũ radices, candorẽ obsonia cõtrahere, & oleraria uiridiora fieri. Ex q̃ usu Martialis etiam cecinit: Nec tibi pallẽtes moueant fastidia caules, Nitrata uiridis brassica fiat aqua. Quod totũ legẽtes monuisse placuit, ne quis ab hoc & ab alijs de nitro dicta, de nitro nostræ æratis, quẽ salẽ nitrũ oẽs passim nominãt, dici existimet. Laudauit antiquitas nitrũ ob diuersos usus diuersis locis nascẽs. Hic ex bunis spõgiosum alijs anteposuit, nõ satis certa loci indicatione. Omittimus quæ Plinius xxxi. uolumine cap. x. retulit, optimũ copiosumq; in Clitis Macedoniæ nasci. Nihil em̃ q̃d ille ait ad scriptoris huius bunos pertinet. Qui si hoc loco colles simpliciter significant, fossile & ex montanis erutum cæteris uidetur Dioscorides anteposuisse: sin contrà non colles ea uoce, sed certum aliquem significauit locum, in ambiguo tunc res est: plures enim diuersis regionibus urbes & oppida hoc nomine in antiqua geographia audiuntur, quia in collibus ædificatæ habitarentur, sic nominatæ: Bunos enim Græci cespitibus erectas aras & tumulos uocant. Siquidem in Illyrico, in Epiro, nec procul ab Antycira eodem nomine bunni urbes & oppida fuerunt, ut testati Stephanus Byzãtius, Plutarchus, pluresq; alij sunt. Nobis inclinat animus, in eam quę non procul ab Antycira à Plutarcho describitur, in commentariolo cui titulus est, Vtrobi, in terrestribus an in aquatilibus brutis, maior sit prudentia.

βουνοί.

Περὶ Ἀφροῦ νίτρου. κεφ. ϡε΄.

De Spuma nitri. Cap. LXXXV.

Aphron

Ἀφρὸς δὲ νίτρου, ἄριστος μὲν εἶναι δοκεῖ ὁ κεῖο κουφότατος καὶ πλακώδης, εὐθυπτός τε καὶ ἐμπόρφυρος ἢ ἀφρώδης. ἔλαι δὲ καὶ ἀπὸ Φιλαδελφείας κομιζόμενος ἡδὺς λυδία. δύναται δὲ αὐξάνειν γονὰς καὶ ὀρέξεις. γυναῖκα δὲ καὶ ἀνδρεῖα. Δώσαμμον δὲ ἔχει καὶ νίτρον ἁλσὶν ἐμφερῆ. ἐκ πρισκυμένου, μὴ πρὸς μετὰ ὑδρομέλιτος ἢ μετὰ ἐμάτων, ἢ ζωμοῦ πικάνου ἢ ἀνήθου. ἔστι δὲ καὶ πρὸς ὀδὰξ μασώμενον, οἷον πικάνου ἢ ἀνήθου. ἔστι δὲ καὶ πρὸς σύγχυσιν πρὸς ὑπόπυα προσβολῆς. μίγνυται καὶ διαφορηλκαῖς, καὶ ἐπιπασικαῖς, καὶ λεπτυντικαῖς. ἐμπλάσσουσι, καὶ λεπτυντικαῖς. σὺν ὕδατι δὲ θρυμμὸν ἢ οἴνῳ ἐγχεόμενον ἐμπνευματώσας τε καὶ ἤχους ὠτῶν ἰᾶται καὶ πυορροίας. καθαίρει δὲ καὶ ξυρὸν σὺν ὄξει ἐγχεόμενον. κινοῦ νύκτας τε ἰᾶται σὺν σταφιδίνῳ καὶ ὑδρελαίῳ. ἀνασομοῦσι δὲ καὶ διαθιλοῦσας ἀναλημφθέντα τρίμηνα, μετὰ σύκων ἢ ὑδρομέλιτος ὅταν καταπλασμα. σὺν μέλιτι δὲ ἐγχριόμενον ὀξυδερκέες, καὶ πρὸς μύκητας σὺν ὀξυκράτῳ πρὸς δὲ μαδώσεις. πρὸς δὲ βουπρήστεις σὺν ὕδατι. πρὸς ταὐτὸν δὲ αἷμα σὺν σιλφίῳ. ἀξοφῦ σί τε χρήσιμον κατάπλασμα. πρὸς μάζου σί τε ὀπισθοτονικοῖς πάθεσι σὺν κηρωτῇ καὶ σταφίδι μασι. μίγνυται καὶ ἄγρῳ ὠφελίμως ἐπὶ πᾶν τὸ γλῶσσαν πρὸς λελυμένων. ἔνιοι δὲ καίουσι τὰ προσκεκολλημένα ἐπ' ἀνδράκας πεπυρωμένους ἀπεψισμένοι. πρὸ ὑπερκολλοῦ καὶ ὀξάκου ἕως ἂν ἐκπυρωθῇ.

APhron nitri. Romãi ſpumã nitri dicũt. Probatiſſima nitri ſpuma quę leuiſſima & ſine põdere eſt, quæ cruſtacea, friabilis, colore pene purpureo, ſpumoſa, guſtũq; erodẽs, qualis ex Philadelphia Lyciæ affert. Secundã bonitatis æſtimationẽ habet Aegyptia. Naſcit & in Magneſia Cariæ. Vires habẽt & nitrũ & nitri ſpuma ſali æquales: cremanturq; illi ſimiliter. Amplius tamẽ id nitrũ nitriq; ſpuma poſſunt, ut tormina finiãt trita & in aqua dulci addito cymino pota, aut cũ decocto aliquo eorũ quę inflationes difiicere poſſunt, quale eſt rutæ anethi'ue, aut aniſi. Inunguntˊ his etiã in ſuſpicione acceſſiõis circulares febres. Miſcẽtˊ emplaſtris, quæ diſcutiẽdo, extrahẽdo, exterẽdo & extenuãdo fint. Medẽtur purulentis auribus, eaq; inflationibus & tinnitibus cũ calida aqua uino'ue illis inſtillata. Purgãt & ſordes cũ aceto ĩſdem inſtillata: Cũ ſuillo aſino'ue adipe rabidorũ canũ morſus & abſceſſus ꝗs dothienas uocant, terebinthina reſina excepta ſanant: Cum caricis cõtra cutẽ ſubeũtes aquas emplaſtri modo imponũtur. Exceptis melle ad claritatem inunguntur eis oculi. Bibũtur & cõtra fungos utiliter in poſca: in aqua, cõtra bupreſtim: contra taurinũ ſanguinẽ, cũ ſilphio. Imponuntur emplaſtri modo etiã utiliter his qui cibũ nõ ſentiũt: cum cera luxatis & in ſcapulis rigentibus in deceſſione, & cum iam decreſcit malum. Miſcentur pani etiam utiliter, danturq; ueſcẽda ad linguam reſolutam. Coquunt quidem prædicta, nitrum ſcilicet, & nitri ſpumam in noua teſta ignitis carbonibus donec candeant ſuperpoſita.

INTERPRES.

NEc eadem nec diuerſa nitro penitus nitri ſpuma antiquis fuit, ĩſdem locis cũ nitro naſcens & æquali illi poteſtate, aſpectu tamẽ alia, quò tenuior nitro, eò etiã melior. Diſcrimẽ in naſcẽdo potius q̃ ſubſtantiæ eius erat: Prægnãtibus emĩ, ſed nondũ pariẽtibus nitrariis, ut Plinius ait, ſpuma collgebatur. Eratq; ob tenuitatẽ ſuã nitri ſpuma præuius, & in ſummũ emergẽs ſimulq; cõcreſcens humor. Sunt tamẽ in Græcis qui teſtẽtur fieri nitri ſpumã, aceruorũ nitri ueluti fermento quodã, ex quibus referuẽtibus hæc ueluti ſpuma emergeret: q̃d in multis aliis fit, feruore ſuo ſe purgãtibus. Addiderũt aliq; in priore illa colligendæ nitri ſpumæ ratione, nõ concerni eam in nitrariis niſi nocturni acceſſerint rores. Quocunq; aũt modo ſe res habuerit, quod tenuiſſimũ ex nitro ſe proferebat, id nitroſpuma quondã dicebatur: multi ut uidetur in medicina uſus à nitro ſola bonitate diuerſa: ob quã cauſam, etſi fortè uno eodemq; capite cõtinuata hiſtoria, de utroq; traditũ quondã à Dioſcoride fuerit: Nos tamen alioru omniũ ratione ſecuti, ſeorſum de utroq; egimus. Neq; eſt quod ultra moneamus, q̃ fuiſſe quondã pro ſale aliquibus locis nitri huius uſum: tanta illi ſimilitudo coloris, ſaporis, & totius ſubſtantiæ eſt, poſſeq; adhuc inueniri & in eodem uſu gẽtibus aliquibus eſſe: id tamẽ pro cõperto nobis nõ eſt. Quẽadmodũ ſine cõtrouerſia à cũctis recipiẽt, nullũ fuiſſe uſum nec confectionẽ aliquã eius q̃d nũc decocta terra ad uſus bellorũ fingiẽt, & ſalẽ nitrũ uocãt: magna cũ illo ſimilitudine, & naturæ id genẽrãtis imitatione excogitatũ. Eſt illud etiã animaduertendũ, q̃d ab altero ex nouiſſimis interpretibus dicitˊ: Finire nitri ſpumã tormina ſi in hydromelite aut ſapa bibaˊ: Nõ ſapã, ſed decoctũ intelligendũ eo loco eſſe: coniungiq; decoctũ aliis illis quæ ſtatim numerantur rutæ, &c. Eſſeq; ſenſum: bibi oportere in mulſa aqua nitrũ, aut in decocto aliquo eorũ quæ inflationes ſoluunt, qualia ſunt anethum, aniſum, ruta, pluraq; alia. Quod aũt in extremo capite dictũ à nobis eſt, dari ueſcendũ ad linguam reſolutam, à Plinio aliis oſtenditur uerbis. Ea ſunt: Paralyſi in lingua cum pane imponitur. Hic pani tantum miſceri ait ad linguã reſolutam. Credimusq; nos ſic tractandũ remedium eſſe. Cęteri Plinium ſecuti ex uerbis eius locũ uerterunt: Nos hunc in Dioſcoride ſenſum ex aliis odorati, non uidemus ſi linguæ imponẽdum nitrum ſit, quid ad eam rem pane opus ſit, citius enim & altius ſine eo in linguam penetrabit.

Περὶ Τυροῦ, κεφ. πϛ'. De Fece. Cap. LXXXVI.

Tryga

Τρύγα ὁ παλαιὸν μάλιστα μὲν τὸν ἀπὸ οἴνου παλαιοῦ ἰταλικοῦ. εἰ δὲ μή, κ' ἀπὸ ἄλλου ὁμοίου. ἡ δὲ ἀπὸ ὀξους ὡς τετάρτη τῆ δυνάμει. καυστέον δὲ ὡς ἀλκυόνιον προεξητασμένην ἐπιμελῶς. ζυνὲς δὲ ἐπ' ὀστράκων καινῶν θέντες καίουσι πυρὶ δυνατῷ, ἕως ἂν ἐμπυρωθῆ καὶ βάθος. ἄλλοι δὲ εἰς ἄνθρακας πεπυρωμένους ἐγκρύψαντες βῶλους, τὸ ὅμοιον ποιοῦσι. σκιερὸν δὲ τὸ δεούσης καύσεως ἑτοιμαστέον, τὸ λευκὸν ἢ ἀδόξαστον τὸ χρώματος. μὴ δὲ προσενεχθήσεται τῆ γλώσσῃ οἱονεὶ φλέγον αὐτήν. ὡσαύτως δὲ μὴ ἡ ἀπὸ ὀξους καίεται. δύναμιν δὲ ἔχει καυστικὴν σφοδρὰν. μὴ σμυκτικήν. καταγλωχινικόν. συμπικνωτικόν. μὴ σκληρυντικὸν ἄγαν μὴ ξηραντικήν. χρηστέον δὲ τῇ ξυγῇ προσφάτῳ οὔσῃ. ταχὺ δὲ διαπνεῖται. ὅθεν οὐδὲ ἀσκέπαστον. οὐδὲ χωρὶς ἄγγους αὐτὸ ἀπροθετέον, πλὴν εἰ ἄρα τις ὡς περιφόλυξ. ἡ δὲ ἄκαυστος σέλινα οἰδήματα καὶ καθ' ἑαυτὰ καὶ μετὰ μυρσίνης. κοιλιάματι μὴ σύμμετρον ἐξυμαζόμενα καταπλασθεῖσα σέλινα. μὴ ἐξεμεῖν γυναικεῖον μὴ ἄλλου καὶ ὁποίου καταπλασσομένη περαίνει. μὴ φύγεθλα ἀνέλκωτα διαφορεῖ. μὴ φύματα μαστῶν περιῤῥαγέντας, ἑέοντας γάλα σβέννυσι σὺν ὄξει καταχριομένη. ἡ δὲ κεκαυμένη λεπτυνομένη ἀφίστησιν ὄνυχας σὺν ἐντίνῳ. μὴ μετὰ χυμοῦ ἐλαίου συγχριομένη νύκτα ὅλην, ξανθὰς ποιεῖ τὰς τρίχας. πλυθεῖσα δὲ μίγνυται εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ὡς ὠοδός. σμήχει τε οὐλὰς μὴ ἀχλῦς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ἢ τοιαύτη.

TRyga L. Romani fecẽ dicũt. ¶ Ex uetere Italico uino eligẽda præ omnibus aliis uini fex est: sin min⁹, ex quo potuerit aliquis maxime simili: Ex aceto enim acriore & intensiore ui est. Coquenda halcyonij modo fex diligenter antea siccata. Quidã in nouis fictilibus testis eam cõscientes, copioso igne cremant, usq; dum altius tota igne candeat. Alij ignitis carbonibus glebas eius operientes, idem agunt. Legitimæ coctur æ nota est candidus aut aereus color: & cũ refrigerata linguæ imposita, eam quasi urit. Coquit eodẽ modo etiã aceti fex. Est fecis uis & natura ualidissime adurere, extergere, ad cicatricẽ perducere, adstringere, siccareq;. Vtendũ recente est: citissime enim efflata ui languet: eamq; ob causam diligẽtissime operculanda, nec nisi uase aliquo clausa seruãda est. Lauatur bullæ modo quæ pompholyx dicitur. Crudа fex per se & cũ myrto tumores reprimit. In aluũ & stomachũ emplastri modo impositа destillationes compescit. Muliebres fœminarũ fluctiones imo uẽtri & naturalibus eodẽ modo impositа, fistit. Panos nondum exulceratos discutit. Cõtra copiã lactis & eius impatiẽtes mãmas ex aceto inũgitur. Cremata scabros ungues cũ resina pellit: & ex lentiscino oleo integram noctem inuncta, capillum ruffat. Lauatur cremata fex, misceturq; oculorum medicamentis non aliter quàm cinerula quæ spodion dicitur, oculorum albugines & cicatrices exterens.

INTERPRES.

SEdimentum uini cũ in dolio deferbuit, fex est. Nota omnibus, & nisi in medicina uires aliquas habeat, homini penitus inutilis. Crudæ pariter & coctæ usus quondã fuit. Vocauit fecem posterior Græcorum medicina etiam pheclam: copiosaq; in Græcorũ medicis ea uox est, qua cremată priuatim significant. Eius non meminit Dioscorides, quoniã sua ætate nullum erat fortè adhuc id nomen. Illud humaniores literas profitẽtes nouisse & obseruasse uolumus, quod à nobis dictũ est: Vtendũ recente est: citissime enim efflata ui languet: eamq; ob causam diligẽtissime operculanda, nec nisi uase aliquo clausa seruanda est: à Plinio breuius & aptius dici: Celeriter exanimatur non incluso condita. In quo exanimandi uerbo usus, animam ad omnem halitum, & ut Græci dicunt ἀπὸ ῥοίαν contraxit.

Περὶ Ἀσβέστου. Κεφ. ϟζ'.

De Calce quam Græci asbeston, id est, non restinctam aqua uocant. Cap. LXXXVII.

ΑΣβεστος γίνεται οὕτω. τῶν θαλαττίων κογχυλίων τὰ ὄστρακα λαβὼν, πυρὶ ἔγκρυψον. εἶτα κλίβανον διάπυρον καθεὶς ἄφες ἐνυυκτερεῦσαι. τῇ δ' ἑχομένῃ ἐὰν μὲν λευκοτάτη γένηται, ἄνελον. εἰ δὲ μή, πάλιν ἐν ἄχρις ἂν ἱκανῶς λευκανθῇ. εἶτα ἀρβάφασα αὐτὰ εἰς ὑδρίαν ὕδατος, ἔμβαλε εἰς χύτραν καινήν. καὶ σκεπάσας αὐτὰ ῥάκεσιν οὕτω μελῶς, ἔασον ἐν ταῦθα νύκτα μίαν. πρωῒ δὲ ἀνελόμενος ἀπειλικφῦαν τὸ παντελὲς ἐν καπεργασίας ἀρτίθεσο. σκεύαζεται δὲ καὶ ἐκ λίθων κοχλάκων καὶ μελάνων. καὶ ἐκ τῶν χυδαίας μαρμάρου. ἥ τις καὶ προκρίνεται τῶν ἄλλων.

ASbeston L. Romani calcẽ uiuã dicũt. ¶ Fit hoc modo calx: Sumito marinorũ bucci norum testas, igne eas obruito, aut in cã gram noctẽ illic esse. Matutino deinde si candorẽ cõtraxerint, tollito: sin min⁹, coquito iteq; usq; dũ penitus albescãt. Frigida deinde aqua restinctas, in nouum fictile inditas, diligẽterq; uetere lacinia operculatas, integrã noctem dimittito. Matutino deinde si in calcis totã & integrã confectionẽ trã fierint, tollito reponitoq;. Fit & ex coctis flumini uolutatione attritis lapidibus. Fit ex uulgari albo lapide etiã, quæ alias oẽs bonitate antecedit.

Haber

ἀσώματον δὲ ἔχει πᾶσα κοινῶς ἄσβεστος πυρωλικόν. δηκτικόν. καυστικόν. ἐσχαρωτικόν. μυγματικὴν δ' ἐστὶν ἑτέροις ὡς σὰλ ἢ ἐλαίῳ, γύψῳ πεπτικήν. μαλακτικήν. διαστελλαστικήν. καὶ φυλακτικήν. ξηραίνεσθαι δὲ αὐτῆς ἠγητέον τὸ πρόσφατον καὶ ἄβρεχον.

Habet communiter omnis calx feruidã uim, erodit, urit, & igniũ mõ cruſtas inducit. Excepta quibuſdã alijs calx, qualia ſunt oleũ, aut adeps, maturandi uim acquirit, mollit, diſſicit, & ad cicatricem perducit. Efficaciorq; cunctis exiſtimanda eſt recens, & quæ aquis nondum aſperſa fuerit.

INTERPRES.

TItanos inter uenena ab hoc ipſo ſcriptore ſequenti commentario nominatur, quæ hoc loco aſbeſtos ab eodem dicta eſt: Specie tantum ut aliqui crediderunt diuerſa: ut nos autem in Græcis obſeruauimus ſolo architectoꝝ uſu, qui titanon intellexiſſe uidentur eam, qua parietibus tectoria inducerentur. Et quoniam Gypſo id aliqñ fieret, gypſum ſæpenumero ea uox Græcis etiã ſignificat. Quinetiã τιτανίωσις uerbum illis inter cætera gypſo inducto tegere & oblinire eſt. Veruntamen ſola calx utraq; appellatione illa indicatur: Quæ potuit ex diuerſa materia, ut hic ait, facta in architectura, diuerſos habere uſus, in medicina tamen cõtra q; in ueneni maleficio, utrunq; enim calx præſtat, nullum huiuſcemodi diſcrimen à natura accepit. Omnis enim calx ſine generis diſcrimine nocet & prodeſt. τιτανίωσις.

περὶ γύψου. κεφ. ϡή.

ΓΥψος δ' ὠμὸς μὲν ἔχει συπτικήν. ἐμπλαστικήν. αἱμοῤῥαγίας τε κωλυτικὸν ἐφεκτικήν. πνιγόμενα δὲ πνίγει καὶ πνιγμὸν ἔρπον.

De Gypſo. Cap. LXXXVIII.

GYpſon Romani pariter Græcis gypſum dicũt. Eſt gypſo adſtringẽdi uis, glutinat, ſanguinis profluuia & ſudores compeſcit. Potum ſtrangulatione perimit gypſum.

INTERPRES.

COgnata calci res gypſum eſt. Plura numerantur eius genera, priuatim q; à Plinio libro xxxvi. capite xxiii. Poterunt uolentes ab eo ſigillatim omnia audire. Poſteriores Græcorum medici de uiribus eius certius docuerũt, ſiccare & opplere gypſum dicentes: & in compeſcẽdis ſanguinis profluuijs, cũ farinæ polline & oui albo uſum eius eſſe. Cremari ut cætera gypſum etiã, crematum q; opplẽdi uim amittere, ſed in ſiccando efficacius fieri.

περὶ τέφρας κληματίνης.

κεφ. ϡθ'.

ΤΕφρα κληματίνη δύναμιν ἔχει καυστικήν, σὺν ὄξυγλίῳ ἢ ἐλαίῳ καταπλασθεῖσα, θλάσματα νεύρων ἄρθρων μυρίσματα καὶ συσσοφὰς νεύρων ὠφελεῖ. σὺν νίτρῳ δὲ καὶ ὄξει, σὰλ καὶ κώσεις ὀχέου σείλει. καταπλασθεῖσα ὑπὸ σὺν ὄξει, ἐρπετόδηκτα καὶ κυνόδηκτα ἰᾶται. ἐχαρωνία πρὸς πώματα, καὶ μύκητας σὺν ὄξει, καὶ ἅλσι, καὶ μέλιτι.

De Sarmentoꝝ uitiũ cinere. Cap. LXXXIX.

TEphran clematinen Romani ſarmentoꝝ uitiũ cinerẽ appellãt. Vrendi uim cinis hic habet. Cũ axungia oleo ue illitus, cõtuſis neruis eorũq; cõcretionibus & fractis articulis prodeſt. Ex uino aceto ue carnium in ſcroto excreſcẽtias impoſit⁹ cinis hic reprimit. Idẽ ex aceto emplaſtri mõ impoſit⁹, ſerpentiũ & rabidoꝝ canũ morſib⁹ medet. Miſcet præterea emplaſtris quæ ignis mõ cruſtas urẽdo inducunt. Fit ex eo lixiuia etiam, cuius uſus eſt contra * & fungos cum aceto, ſale & melle.

INTERPRES.

QVod ſupereſt ex cremata materia aliqua cinis eſt: ut omniũ ſimilis ſubſtantia, ſic diuerſæ & inæquales uires. Naturã & diſcrimina crematæ materiæ cineres oẽs ſequunt. In medicina tñ præſertim q; ad quæ ſexto cõmentario toties docent. Ex quo non importune ſuſpicari nobis uiſi ſumus, q̃d in extremo capite paſſim in Græcis legit: καὶ γίνεται ἡ ἐξ αὐτῆς κονία πρὸς πώματα καὶ μύκητας, quę uoces indicãt, q̃d ab alijs red ditũ eſt: lapſus præcipitationes q; &c. nõ πώματα, id eſt, lapſus, ſed πώματα, id eſt, pocula legi oportere: intelligi q; Dioſcorides ea uoce uoluerit, uenenata pocula omnia quæ aliquis hauſerit. Inclinat nobis in hãc partẽ animus, ideo q; locũ uitij nota ſignauimus. Credimus deinde quas hic νύρων συσροφὰς dixit, & nos neruorum concretiones uertimus, gãglia à Dioſcoride ſignificari. Quid aũt ea ſint, in diffinitionibus ſuis tradidit Galenus, nerui gãglion uocãs præter naturã denſationẽ, quæ in corpus cõcreuerit. Quæ aũt eodẽ hoc loco Dioſcorides ἀνγίσματα ἄρθρων dixit, & nos fractos articulos uertim⁹, manifeſtã ex ui uocis ſignificationẽ hñt. Grę ci eñ ἀνγίσματα ἀνακλάσεις dicũt: Sũtq; illis ἀνακλάσεις, q̃ fracta inflectunt magis q̃ à ſua cõtinuitate ſeparant.

περὶ Ἀλκυονίου.

κεφ. ϡι.

ΤΟῦ δ' ἀλκυονίου πέντε γνωσόμεθα εἴδη ὑπάρχοντος. ἓν μὲν πυκνὸν ὄζει καὶ σποδῶδες φύσει, καὶ τῷ εἴδει σπογγῶδες. ἔστι δὲ βαρὺ καὶ ἐχθύω-

De Halcyonio. Cap. XC.

HAlcyonion Romãi pariter Græcis Halcyoniũ dicunt. Quinq; cognoſcuntur halcyonij genera: Primum quod denſum, ſapore acerbo, ſpongioſumq; aſpectu eſt: uiroſum itidem, ponderoſum, piſcoſo

ὄζον. ὁ δ᾽ ἢ πλεῖσον ἐπὶ τῆ ἠιόνι εὑρίσκεται. τὸ δὲ ἐξῆς μέλαν τὸ χρῶμα πρασίνῳ ὀφθαλμικῷ ἢ ὠοῤῥώνῳ ἔοικε, κοῦφόν τέ ὄζει καὶ πλύκενον. καὶ φυκώδη ἀπροσάρμοστον ἔχον. τὸ δὲ ἕβδομον σκωληκοειδὲς ὑπάρχει τῷ τύπῳ. καὶ τῆ χρόᾳ πρασινώδον. ὃ καὶ νεκμιλήσιον καλοῦσι. τὸ δὲ τέταρτον τῶν ἑρίοις ὁμοίου πηγοῖς ὅμοιον. πλύκεν). κοῦφον. τὸ δὲ πέμπτον ἔοικε μὲν καὶ χρῶμα μύκητι, ἄοσμόν τέ ὄζει καὶ τραχύ. ἔνδοθεν μὲν κιρκηδὲς κατά τε ἐοικός, ἔξωθεν δὲ λεῖον. δ᾽ειμύ. ὃ πλεῖσον μὲν τῆ προπεπτίδι καὶ τῆ καλουμένῃ βέσβικον νῆσον γεννᾶται. ὃ ὧν χωρίως ἀλόδες ἄχνιον καλοῦσι. τὸ δὲ μὴ πρῶτον καὶ δεύτερον, εἰς σμῆγμα τῆ ἁλαμβάνεται γυναικῶν, καὶ πρὸς φακός. λιχλιῶσάς τε καὶ λέπρας, ἀλφούς τε καὶ μελανίας, καὶ στίλους τοὺς ἐπὶ προσώπου, καὶ τοιούτου σώματος. δὲ δεύτερον εὐθετεῖ πρὸς δυσουρουῦντας καὶ ἀμμώδη συλλέγοντας μὲν τῆ κύστει. καὶ πρὸς νεφρικούς. πρὸς ὕδρωπα. στλίβει. καὶ μὴν δὲ καὶ καταπλασθὲν σὺν οἴνῳ, ἀλωπεκίας δασοῖ. τὸ δὲ ὕσατον ἐσθόντας λθυκαύμου δάσασθαι. τὸ ἁλαμβάνεται δὲ καὶ πρὸς ἄλλα σμήγματα καὶ φιλωδέστερα μυγμύμενον σὺν ἄλσι. καῦσαι δὲ ἀφύτων βουλόμενος, μετὰ ἀλῶν εἰς ὠμὸν χύτραν ἔμβαλε. καὶ πυριαλείψας τὸ σῶμα αὐθημερὸν πλῷ, δὸς εἰς κάμινον. ὅταν δὲ ὀπτηθῆ ὁ κέραμος αὐτῆς, ἀνελόμενος ἀπόθου καὶ χρῶ. πλάνεται δὲ ὡς ἡ καθ᾽ μεία.

odore, qd copiosum in litoribus inuenit. Secundū cōcreti in hominis oculo unguis aut spōgię fi gurā habet, sine pōdere, fistulosum, odore penè algoso. Tertiū uermiculoꝝ spēm ostēdit, colore magis purpureo, qd quidā Milesiū dicūt. Quartū succidis lanis simile, fistulosum, nec ponderosum est. Quintū fungoꝝ figurā habet, sine odore & asperę: intus pumicis similitudinē aliquā, foris leuorē habet & acre est: qd plurimū in Bembico Propōtidis insula nascit, & gentis eius uocabulo maris spuma appellat. Oīm primo & secūdo ad exterendū & inducendū lēuorē mulieres cōtra lentigines, impetigines, lepras, uitiligines, nigredines, uultusq; & reliqui corporis maculas omnes utunt. Vtile tertiū urinæ anguſtijs est, & concrescentibus in uessica harenis: renū præterea cum urinę malo aliquo doloribus, cutem subeūtibus aquis & lieni. Cremat hoc, crematumq; ex uino utiliter cōtra capilli defluuia quas alopecias diuersi cunt, emplastri mō imponitur, eas explens. Vtimū dētifricijs accōmodatum, candorē dentibus afferens. Miscet & alijs quæ exterēdo & depilando sint, addito sale. Si cremare aliqd eoꝝ uoluerīs, cū sale in crudū fictile conjicito: lutoq; circūlito ore eius, in fornacē conjicito: cūq; coctū fictile penitus fuerit, ablatum ex fictili halcyonium cadmię reponito & utere. Lauatur halcyonium eadmię modo.

INTERPRES.

NOn au sim ego nunc censere, an quæ in antiquis Græcoꝝ & Latinoꝝ poëtis discedentibus à se mari, aut eodē elemento ad se reuersuris cōiugibus & amoribus suis halcyonios precabātur dies amicæ & uxores: bona fide pro salute eoꝝ uota precesq; conciperent. An ut liceret illis per brumā septem diebus tranquillo mari ad nitorē lēuorēq; cutis halcyoniū tuto expiscari. Mala enim mulieris mēs, & ad noxias uoluptates sedulus animus, conciliandis nouis amoribus cōtinue studet: gaudetq; aliud agere credita, quibus subinde placeat formæ suæ lenocinio quærere. Id certe uerisimile est, & facile credat aliquis, halcyoniū q quotidie ad uultus decorē uterent, certius q halcyonios dies nouisse fœminas: relictaq; uitris tota maris & nauigationis obseruatione, unde speciē suā augerēt diligētius curasse: neq; ex fabulosa Ceycis & Halcyones historia aliud q halcyoniū nouisse, lenocinio formæ nascentē in mari rē, siue ex halcyonū nidis reliquiæ, siue crassescētes spumarū sordes, siue limus & maris lanugo quædam id fit. Nomen illi halcyones marinæ aues fecerunt, haud sane quia ex eaꝝ nidis halcyoniū mari innatet, sed quia ex eo mari innatāti & fluitanti halcyones aues nidos sibi ad fœturā faciāt: prius enim halcyonū nidis, spuma & lanugo illa maris est: tum ex ea halcyonum nidi: & quoniam halcyonibus ad fœturam inseruiat, halcyonium dictum est. Discrepat in generum numero ab hoc scriptore Plinius: ille quatuor, hic quinque genera eius facit, nec ijsdem notis ambo quotcunque ea sint, indicant: quod que à Plinio non numeratur, quintum illud nobis uidetur, fungorum figura sine odore & asperum. Poterunt id certius uolentes in Plinio uidere libro tricesimo secundo capite quinto.

Περὶ Ἀδάρκου. κεφ. ϟιά.

De Adarce. Cap. XCI.

ΟΔὲ προσαπεργαζόμενος ἀδάρκης, γίνεται μὲν ἐν γαλατίᾳ, ἔστι δὲ, ὡς πᾶ ἐπίπαγος ὑφαλμυρίζων. καὶ ὑγρῶν καὶ πελματωδῶν τόπων ἐν ἐρήσιᾳ ἀπρηνόμενος. καὶ πυρικνύμενος καλάμοις καὶ χοιραδίοις. ἔοικε δὲ τὸ χρόνῳ

ADarcen Romani pariter Græcis adarcē dicunt. Nascit in Cappadocia qui adarces appellatur. Est is ueluti gelata salsūgo, in humidis paluſtribusq; locis proueniens. Fit secatis paludibus his, concrescit que in harundinibus & cremijs Asii lapidis, flori colore si-

ἐμ ἄνθ{ρακίας λίθου. ἔχ δὲ ὅλῳ τύπῳ ἀλκυονίῳ ἔχ μαλακῷ. μὴ πλυκένῳ. μὴ ἔσιμ δίο νεῖ λιμναῖον ἀλκυόνιον. εὐθετεῖ δὲ πρὸς ἐκδο ρὰ λεπρῶν, μὴ ἐφηλίδωμ, μηδὲ λ{χλώωμ, μηδὲ φακῶμ, μηδὲ τὴν ὁμοίωμ. καθόλου δ' ὅτι ἀχιαδικούς.

lore similis, tota uero specie molli & inani halcyonio: estq; ueluti palustre halcyoniũ. Vtilis exterendis lepris adarces est. Asperã & ceu ab æstiuo sole discolorẽ cutẽ, impetigines, lentigines, aliaq; huiuscemodi uitia emendat. Acrimoniam in uniuersum adarces habet, ex alto in summũ euocat. Prodest & coxendicis doloribus.

INTERPRES.

CAlamochnũ, id est, harundinũ lanuginẽ adarcẽ hunc in Græcis aliqui nominauerũt, facto qa in harundinibus cõcretæ lanuginis mõ inuenit, illi hoc nomine. Credimusq; nos nõ excusandi lapsus Plinio occasionẽ eã dedisse uocẽ: Is enim q̃d ante nos alij etiã deprehenderunt, lib. XVI. cap. XXXVII. inter harundines adarcẽ his uerbis numerat: Est & in Italia nascens adarca nomine palustris &c. Tum cũ totã feré naturã percurrisset, ageretq; de aquatilibus, XXXII. cap. VI. inqt: inter aquatilia dici debet & calamochn⁹, Latine adarca appellata. Nascitur circa harundines tenues, spuma aquæ dulcis & marinæ ubi se miscẽt. Plura sunt duobus his locis eius scriptoris errata: Primum q̃ plantã cum hærente & adnata illi spuma miscet, confundit q̃ rei intellectum: tum quòd adarcã Latinam uocẽ esse affirmat, cum Græci passim pro sua ante Latinos usi ea fuerint: mox in Italia nasci contra Dioscoridis & aliorum omnium decreta. Barbarus etiã hoc capite quod Dioscorides πόαν πνύμνῳ & κολάμοις καὶ χορτάριοις ait, monetq; concrescere adarcem in harundini bus & herbarum cremijs, farraginem dixit, contra rei rusticæ autores omnes farraginis uoce in ea re usus. Habet enim farrago certe rei in pecoris pabulo significationem, ut certius illi docuerunt.

Περὶ Σπόγγων. κεφ. ϞΙϚ'.

Τῶν δὲ σπόγγων τοὺς μὲν ἄρρενας καλέσαρίνες λεπτοτρήτους Ⓒ πυκνοὺς ὄντας, ὧν τοὺς σκληροτέρους τράγους ὀνόμασαν. τοὺς δὲ, θήλεις οἱ ἐναντίως τοῖς προσηκόντως διάκεινται, καὶ σιμὰ δὲ ἔχουσι τὰ αὐλία ἀλκυονίῳ. ὁ κενὸς ὁ καὶ ἀλυπὴς, πραεῖα καὶ ἁπαλὰ σὺν ὑδρωπικῇ ὀξυκεράτῳ. σὺν μὲν ὁ ἔφιππος παλαιοὺς κόπρους πρακοπικὸς. ὁ παλαιὸς, ἄχρηστος. διασέλουσι δὲ μὴ μικρὰ ἕλκη, Ⓒ τύλους ἀπεδεσμούμενοι λίνῳ, Ⓒ αὐτοὶ ἔχοι πεφλυδέμενοι ὡς πρόμοτα. τὰ δὲ ἑρυμαϊκὰ ὑπόνομα Ⓒ χρόνια ἕλκη, ἠζικμάζουσιμ ὠμὰ δὲ ἑμμένοι ἄνικμοι μένοι Ⓒ κενοί. ἐπέχουσι ὁ Ⓒ αἱμοῤῥαγίαμ. σὺν ὀξ{ δὲ κεκαυμένοι, πρὸς ξηροφθαλμίας, Ⓒ ὅπου δεῖ σμῆξαι ἁ, ἡσύχαι. βέλτιομ δὲ πρίουσι, πλυθέντες εἰς τὰ ὀφθαλμικά. σὺν δὲ πίσῃ καίντες πρὸς αἱμοῤῥαγίαμ ἃς μάζουσι. λδυκαίνονται δὲ αὐτὴν οἱ ἀπαλώ ταρι ζῶντες καύμασι, βρεχόμενοι τῇ ἐπὶ τὴν πετρῶν σωισαμένῃ ἁλὸς ἄχνῃ, μὴ ἥλι ου θέρμοι. ὧν βλεπέτω δὲ τὸ μὲν κοῖλον αὐτῆς ἄνω, κάτω δὲ ἡ ἀπρομή. εἰ δὲ εἰκαὶ ῥοία ῥοία, Ⓒ ὑπὸ πλὴν σελίνου τίθενται βρεχόμενοι ἁλὸς ἄχνῃ ἢ θαλάσσης. γίνονται δὲ λδυκότατοι οἱ τριῶροι.

De Spongijs. Cap. XCII.

SPongus Romani spõgias dicunt. Ex sexu discreuerunt aliqui spõgias, uocauerũtq; mares tenuibus fistulis spissioresq; in eodẽ hoc genere duriores tragos etiã nominãtes: Fœminas contrà, quæ antedictis cõtrario habitu sunt. Cremant spõgiæ halcyonio similiter. Vulnerarię recentes, & quæ nullo unguine pinguescunt spongię sunt. Tumores reprimũt, & ex aqua posca'ue recẽtia glutinãt uulnera: cũ decocto melle uetustos etiã glutinant sinus. Inutiles cõtrà ueteres sunt. Oẽs tamen præcluſa ulcera calloscq; aperiũt. Lino colligatæ ficcęq; linamenti mõ inditę, fluida, cuniculosa & antiqua ficcãt ulcera. Siccæ inanes recẽtesq; spongiæ, sanguinis profluuia ex aceto cõpescunt. Faciũt crematæ ad aridas lippitudines quas xerophthalmias nominant, & quę exterfisse spissasse'ue oportet. Lauant spõgiæ, oculoꝝq; medicinæ utiliores lotæ fiunt. Cremant itidẽ, facitq; ad sanguinis profluuia cũ pice crematarꝫ cinis. Coguntur candorẽ contrahere etiam quę earꝫ mollissimæ sunt, fitq; id hac rõne: Aestu anni ardẽtissimo salis spumosa lanugine, quã halosachnẽ uocãt, in petris hærẽte, adspersę madentesq; insolant: constituuntq; inuersę, i. ut sursum spectet q̃d concauum in illis est: deorsum uero qua parte hærẽtes succisæ fuerũt: & si noctis serenitas calebit, ad lunã etiã disponuntur, eadẽ salis spuma aut marina aqua consperſæ. Candidissime autẽ omnium euadunt quæ sic curatæ fuerint.

INTERPRES.

TErtium habent in natura spongiæ ordinem, nec frutices nec animalia, sed inter utrunque hoc genus medium quiddam, in quo mixta simul animalis & plantæ natura est. Zoophyta Græci omnia appellant, pluribus locis in mari nascentes, diuersisq; nominibus ab antiquis distinctæ, quoniam non una sit earum forma, bonitas & usus. Hic quod ad faciendam ex eis homini medicinam pertineat, satis hoc capite tradidit. Quod autem ad historiam, certius Aristoteles libro quinto de animalium historia, à quo acceptæ

cepta omnia Plinius lib. IX. primũ cap. XXXV. tũ XXXI. cap. XI. ijsdẽ retulit uerbis: quæ à Barbaro in Corollario suo etiã collecta, fine desiderio legentiũ à nobis relinquunt. Quõ autem uulnerariæ spongię sint, manifeste docuit eodẽ loco Plinius dicens: Fracturæ & uulnera spongijs utilissime fouentur: sanguis rapitur in secando, ut curatio perspici possit: & ipsæ uulneri inflãmationibus imponuntur. Multaq; alia quę idem scriptor & alij in uulnerũ curationibus tradiderunt. Quod dictum à nobis est, ut scirent legentes aliter uulnerarias esse spongias, q̃ plura alia sint, quæ toto hoc opere à Dioscoride θωμαπικὰ, id est, uulneraria dicuntur.

Περὶ κοραλλίου. Κεφ. ϛιγ'.

Τὸ δὲ κοράλλιον ὃ πολλοὶ λιθόδενδρον καλέσαμ, δοκεῖ μὴ εἶναι φυτὸν ἀλλὰ λίθος. στερροῦται δέ, ὅταν ἐκ τοῦ βυθοῦ ἐλκυσθῇ. ἐξαλὸς γινόμενον μὴ βαπτόμενον, ἀπὸ πηγυίου μέχρι πήχεως ὑπὸ τοῦ πρώτου ἡμῖν ἀέρος. εὑρίσκεται δὲ πλεῖστον ἐν τοῖς κατὰ Σικελίαν καλουμένοις παχύνοις. ἄριστον δέ ἐστι τὸ πυρρὸν τῇ χρόᾳ καὶ ἐμφερὲς ἀνθρακικῷ χρώματι, ἢ σάνδυκι καλακοειδές. εὐξυβές τε ὡσαύτως, μὴ ὁμαλὸν δὲ ὅλης τῆς συγκρίσεως. ἕλκει δὲ ὀσμὴν βρυώδη μὴ φυκίνῃ ἐμφερῆ ἔχον. πρὸς δὲ τὰ τρία, πρὸς μὲν τὸ ὑγρὸν μὴ κινναμωμίζων τοῖς τύπῳ θαμνίσκῳ, τὸ δὲ λιθῶδες τῇ συγκρίσει μὴ τῇ χρόᾳ φωρῶν, σεσκληγωμένον τε μὴ χαῦνον, φαῦλον οἰκτέον εἶναι. σύφει δὲ τῇ δυνάμει καὶ ψύχει ἐπικῶς. καταστέλλει δὲ τὰ ὑπερέχοντα. καὶ οὐλὰς σμήχει τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς. πληροῖ δὲ καὶ κοιλώματα οὐλάς. πρός τε αἵματος ἀναγωγὰς ἱκανῶς ἐνδρεῖ. καὶ δυσουρίαν ἀσμοῖ. καὶ σπλῆνα τήκει σὺν ὄξει πινόμενον.

De Corallio & Antipathe. Cap. XCIII.

COrallion Romãi pariter Græcis corallĩ dicũt. Corallĩ q̃d quidã lithodendron. i. lapideã arborem uocãt, maris credit plãta ee: duraq; cũ ex profundo maris ducta, à circũfuso nobis aëre ueluti cãdens ferꝛ aqua mersum tẽperat & solidescit. Inuenit plurimũ corallĩ ad promõtoriũ Siciliæ Pachynum prope Syracusas. Probatissimum est q̃d rubet, sandarachæq; aut sandici colore simile est: fragile itẽ totaq; concretione sua æquale: q̃d terrã, muscũ, algãq; simul olet. Præterea ramosum, cinnamomiq; modo frutico sum. Dãnatur contrà q̃d lapidosum, concretiõe sua scabrum, cauernosum & inane est. Adstringit corallium leniter & refrigerat: coërcet excrescẽtias, oculoꝝ cicatrices exterit, concaua explet, & ad cicatricẽ perducit. Cõtra sanguinis excreationes efficacissimum est. Confert urinæ angustijs: lienem. Quod præterea minuit cũ aqua potum. Quod autem antipathes dicitur, corallĩ pariter æstimandum est, specie tantum diuersum: nigro enim colore magis quàm corallĩ arboresc it, ramosiusq; est. Eadem habet antedicto corallio uires.

INTERPRES.

CRescit arboris modo, & in duritiem lapidis duratur in mari corallium: nota nunc res omnibus, sed in nullo fere honore si antiqua repetatur ei⁹ gratia, qua pretiosissimis in natura gemmis prælatum ingentibus aliquibus diu fuit. Siccandi & mediocriter repurgandi uim illi ueteres Græcorum medici tribuerunt: ideoq; cruentis sputis, ut illi etiam tradiderunt, utile.

Περὶ Φρυγίου λίθου. Κεφ. ϛιε'.

Λίθος φρύγιος, ᾧ οἱ βαφεῖς ἐν φρυγίᾳ χρῶνται, ὅθεν μὴ ὠνόμασαι, γυνᾶται ἐν καππαδοκίᾳ. ἄριστος δὲ ὁ ὄξει μὲν ὠχρὸς καὶ μέσως βαρύς. οὐκ εὔτονος τῇ συγκρίσει τοῦ σώματος. ἔχων δὲ διαφύσεις λευκὰς ὡς καδμείας. καίεται δὲ λίθος οὕτω. βρέξας αὖθις καλλίσῳ οἴνῳ, διαπύροις ἐγκρυφὸν ἄνθραξι. μὴ ἐπίπαν σωρεύσῃς, ἐὰν δὲ μεταβάλῃς πολὺ χρόαμ κιρρότερος γεννόμενος, θελωμ αὐτὸμ ἐν αὖ σβέσομ οἴνῳ. μὴ πάλιν εἰς πυρὰς ἄνθρακας ἀποδέμενος, τὰ αὐτὰ ποιεῖ. καίεται δὲ αὐτὸμ ἐκ τρίτου, προσέχωμ μὴ δεύσῃ μὴ ἀπασβολωθῇ. δύναμιμ δὲ ἔχει ὡμός τε καὶ κεκαυ-

De Phrygio lapide. Cap. XCIIII.

INfames quotidianis experimentis & in interiore usu à cunctis dãnatæ cantharides semper fuere. Quales aũt hæ sint, satis II. uolumine à scriptore hoc & à nobis dictum est. Tractata q; tunc omni carũ medicina & historia, nihil nisi maleficiũ in quo diligentiorẽ esse hominẽ oporteat, relictũ mõ est. Quale autẽ id sit, satis in scriptore hoc patet. Patent & remedia quæ ab eo deinceps tradita sunt. Idq; tã certe & diligenter factũ est, ut nihil monuisse legentes nos oporteat. Etsi plurima in nobis alioru editionibus contraria aut diuersa saltẽ legantur: quæ diligentius & exactius prosequi post hac nobis animus nõ est. Festinamus enim tisq; aliorũ in hac parte editionibus, scriptori huic & in eo humanæ saluti opẽ ferre. Ipsi interim in cãtharidibus his nõ tacebimus, discrepare alterius interpretis editionẽ à nr̃a, q̃ loco Dioscorides negat inflãmationibus potu cantharidarũ factis imponẽda à principio ex hordeacea farina fomẽta: causam afferẽs, διὰ τὸ ὑπὸ τὸ κινδύνου θερμασίας κατέχειν τὸ λοβὸν συμβῆναι τοὺς ὄντας κυρίους. quod uersum ab eo est: Quia ex calefactis corporibus remedia contineant, quæ muniẽdis & defendẽdis illata uitalibus fuere. Nos aũt contrariũ cõcipientes sensum, diximus: Propterea q; accedente calore retinet quod datũ fuerit uenenũ, uitaliorib⁹ partibus inhærens. Retulit ille τὸ λοβὸν, id est, quod datũ est ad remedia, in quo rei & sibi ipsi (ni fallimur) aduersari uidetur. Negat hic ob calorẽ à principio fomentis utendũ esse: reddidit q; causam: qm̃ [retineat &c. manifesto argumento sumpta à cõtrario rõne, uelle conari q; Dioscoridẽ pelli & excludi pro hominis salute quæ intra eum sunt. At in remedijs optandũ quærendũ q; id nõ est: quæ quò diutius intra hominẽ fuerint, eò certi⁹ me debunt. Idq; nos cogitantes, de ueneno intelligi oportere in eo participio credidimus: eãq; rõnem secuti, locum ut in editione nostra legitur, uertimus. Dicet forte aliquis de remedio intelligendũ ob eam causam est, quoniam nisi descendat eger: ediaturq; uomitione aut alui deiectione sumptum id remedium, uenenum unà non educet: simulq; cessans, nullam afferet in hoc periculo opem. Non spernẽdum penitus id esset, nisi hic subiecisset retineri, quod datum fuerit uitalioribus partibus inhærens, quod nisi de ueneno apte intelligi non potest. Etsi intellexisse hoc modo etiam id oporteat, ad uenenũ & unde mali principiũ est, tota reuertitur res. Non conuenit etiã nobis cum cæteris interpretibus quo loco hic scriptor ait, dandas contra cantharidũ maleficiũ animaliũ pingues carnes κριῶν ἁπαλώτατα. Eã uocẽ cæteri ex cõi eius æstimatione perterunt tenerrimas: nos aũt, lõgiore coctura flaccescẽtes: Fecimus q; id autoribus Græcorũ medicis, q̃ in hoc scriptore tenerescẽtes, ut diminutæ primũ à sua q̃titate, omnẽ etiã amiserint duritiẽ. Suntq; coctura non ætate tenerrimæ hoc loco intelligendæ carnes. Iidẽ etiã dulcis aquæ balneis in hoc periculo uti iubent.

περὶ πιτυοκάμπης. κεφ. ϛνθ'.

Τοῖς δὲ πιτυοκάμπην λαβοῦσιν, εὐθέως πόνος περὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ οὐρητικὸν παρακολουθεῖ. φλεγμονὴ κοιλίας, καὶ ἔντερα πόνος ἰσχυρὸς μετὰ τοῦ δακνώδους τὰ ἐντός. πύρωσίς τε καθ' ὅλου τοῦ σώματος. ἰητέον βοηθητέον ὁμοίως τοῖς τὰ κανθαρίδας πεπωκόσιν. ἰδίως δὲ ἐπ' αὐτῶν παλαιόμεθα ἀντὶ ἐλαίου τοῦ λιποῦ, καὶ ἰξίνου μήλινον. κατασκευάζομεν ἐκ μήλων κυδωνίων μηδὲ ἐλαίου.

De Picearum erucis. Caput II.

SEquuntur haustas piceas erucas quã primum oris & palati dolor, uehemens linguæ inflammatio, & stomachi aluiq; & intestinorũ acerrimi dolores. Simul etiã eroderi omnia uidentur intestina: Feruor præter hęc toto corpore, & cibo ueluti ex repletione fastidium adest. Remedio his sunt quæcunq; contra cantharidas opem ferunt. Priuatim tamẽ pro simplici oleo melino utendum: id ex cotoneis malis & oleo conficitur.

Interpres

INTERPRES.

SAtis secundo uolumine de erucis dictũ à nobis est. Nunc legentes monuisse aliud non oportet, q̃ tunc de oleæ, nunc priuatim de piceæ erucis agi: simili quidem & natura cõgenere insecto, uiribus tamẽ & maleficio dissimili. Siquidẽ quæ in piceis nascuntur, præsentem mortis habent causam; ab omnibus passim damnatæ, priuatim q̃ à scriptore hoc, qui saluti humanæ consulens, notas ueneni earum & remedia breuiter quidem, sed certissime tradidit. Meminisse illud tñ legentes uolumus, quę cognominẽs his in mari nascuntur, erucæ q̃ adhuc passim aliquot gentibus uocãtur, nullum habere ueneni maleficium, sed mare incolentibus gentibus in mensarum pretio & honore esse.

περὶ βουπρήσεως. κεφ. ϡξ'.

Τοῖς δὲ βούπρησιν πεπωκόσι, δοκεῖ ἡ τῶν γεύσιμ ὁμοιόν τι ἐγχωμώδες ἐνί πνῳ. παρακολουθεῖ δὲ ἄλγημα στομάχου καὶ κοιλίας σφοδρὸν, ὄγκος τε σώματος καὶ κοιλίας σφοδρὸς ὁμοίως ὑδρωπικοῖς. καὶ παρίτεινεν αὐτοῖς καὶ ἡ οὖρησις ἐρυθρὰ τὸ σῶμα. τάς τε οὖρα ἐπέχει. βοηθεῖ δὲ αὐτοῖς ὅσα καὶ τοῖς καυθησιάσασι πεπωκόσιν, ἰδίως δὲ ὠφελοῦνται μετὰ τὸ τὴν ἐμέτου καὶ τὴν κλυσμὸς κενοθῆναι σύκα ξηρὰ λαμβάνοντες. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν σὺν οἴνῳ. παρακμάζοντες δὲ τοῦ κατ' ὀξύτητα κινδύνου, ὠφελοῦντι θηβαϊκὰς βαλάνους ἐσθίοντες. ἢ λελεασμένας σὺν οἰνομέλιτι ἢ γάλακτι πίνοντες. ἢ καὶ ἀπίων ἄπαν τὸ γένος ἐσθίοντες, καὶ γάλα γυναικεῖον πίνοντες.

De Bupreſtide. Cap. III.

QVi bupreſtidem hauſerunt, graueolẽti nitro ſimile aliquid in guſtu ſentire uidẽtur. Accedũt ſtomachi & alui dolores, earundẽq; grauiſſimi dolores, quales in cutẽ ſubeuntibus aquis fiunt. Toto corpore etiã his extimatis cutis, ſupprimitur q̃ urina. Opem ferunt quæcunq; cõtra cantharidas opitulantur. Priuatim poſt uomitiones & factas clyſteribus purgationes proſunt in cibo caricæ, & cum uino potum earum decoctũ. Proſunt pariter ſed inclinato decedente q̃ iam periculo Thebaicæ in cibo palmulæ, aut tritæ cum lacte mulſo'ue potæ. Prodeſt & pirorũ omne genus in cibo & lactis humani potus.

INTERPRES.

PEſtis acerba boum bupreſtis eſt, & inde illi à Græcis nomen. Rara in Italia animal antiqui autores aliqui hoc tradiderunt: nunc frequẽtius q̃ agreſtis fortuna & res patiatur, interempto quotidie boue rudis colono inueniri agricolæ lamentãt. Scarabeo longipedi ſimillimũ tradunt. Fallit inter herbas, boueq; maxime: hauſtũq; ita inflãmat, ut rũpat. Vniuerſo quidẽ pecori nocet, ſed in maiore bouis q̃ aliarũ quadrupedũ iactura, ab eius noxa priuatim nominatũ eſt. Cecinit in Alexipharmacis ſuis notiſſimos de eo uerſiculos Nicander, nihilq; non ab hoc & ab aliis dictũ, & ipſe etiã in notis & remediis monuit: addidit tamen colorari labra eius qui bupreſtidem hauſerit. Verſiculus eius eſt: ἡ δ' ἅρα λίτρῳ μὲν ἐπιχρώσουσα χαλινά. Ex quo iniecta nobis ſuſpicio eſt, quod nitrũ in ſcriptore hoc legitur, in Nicandro aũt λίτρῳ potuiſſe quondam forte aliter legi: nec maleficij bupreſtidis notã in uiroſo tantum odore nitri eſſe, ſed in putris corrupti q̃ tabi colore ſimul & odore. In cõmuni tamen Græcorũ omnium lectione nihil mutauimus, relinquimus q̃ in bubus ſaltem diligentioribus obſeruandam rem. Quos etiam monere uolumus, XXII. uolumine eiuſdem numeri capite bupreſtim Plinio herbam eſſe, quã tamen ille non deſcribit, & ſi Græcos magna inconſtantia in cibo rum laudibus eam habuiſſe dicat: eoſdẽq; remedia tanq̃ contra uenenum prodidiſſe, boumq; uenenũ eſſe ipſo nomine indicari: quos diſſilire deguſtata fatentur: quod quale in eo ſit legentes uiderint: Nobis enim conſtitiſſe ſibi græci uidentur, nec niſi in uenenorũ cenſu bupreſtim conſtituiſſe.

περὶ σαλαμάνδρας. κεφ. ϡξά.

Τοῖς δὲ σαλαμάνδραν λαβοῦσι, παρέπεται γλώσσης φλεγμονή. καὶ διανοίας ἐμπόδισμός τε καὶ ῥόμος μετὰ νάρκης ἢ φρίκης ἄνω καὶ ἐλκώσεως. περιῄσται δ' ἔνια μέρη κυκλοτερῶς αὐτοῖς τὸ σῶμα πρός. ὡς πρὸ λάκις ἐμμείναντες τῷ φλέγματος, σκιρρώμενα ἀπορρήγνυσθαι, ἐφ' ὧν πάντα πρισάμενοι ὅσα καὶ ἐπὶ καυθησιάσι διαιτῶμεν αὐτοῖς προσφέρομεν φάσμακον ξηρὸν τὸ πιτυΐνων. ἢ χαλβάνων σὺν μέλιτι αὐτὸ ἐκλειχτόν. καὶ χαμαιπίτυος ἀφέψημα. σὺν ἐκλεανθέντος αὐχένος σκόλυμος. ἢ κυνόγλωσσος φύλλα σὺν ψηθέντα κρίνῳ μετ' ἐλαίου. πρὸς δὲ ἐπ' αὐτῷ καὶ θαλασσίας χελώνης ἢ χερσαίας ὠά, ὀπτὰ ἢ ἑψημένα. καὶ βατραχίων ζωμός, συγκαθεψηθεὶς αὐτοῖς κυνογλώσσου ῥίζης.

De Salamandra. Cap. IIII.

SEquuntur hauſtam ſalamandrã linguæ inflãmatio, & cũ torpore reſolutioneq; aliqua tremor, & ſermonis impedimentũ. Liueſcunt etiã in orbẽ corporis aliquę partes: permanẽteq; ueneno ſæpius corruptæ defluunt. Contra quã cũ fecerimus quæcũq; cõtra cantharidas fieri inſtituta ſunt, priuatim peculiariq; remedio pineam refinã dabimus, aut galbanum in eclegmate cum melle, aut terreſtris piceæ herbæ decoctum, tritis ſimul pineis nucleis, aut urticę folia cũ lilijs in oleo decocta. Proſunt marinæ etiam terreſtris'ue teſtudinis qualiacunque ea fuerint elixa oua, ranunculorumq; eſculentum ius, decocta ſimul cum eis eringij radice,

Interpres

INTERPRES.

Describitur à ueteribus salamandra lacerti figura, stellato corpore, nunq̃ nisi magnis & continuis imbribus prouenientes: tanta natiui & intra se congeniti gelu ui, ut ignes nõ aliter q̃ glacies extinguat. Retulerunt ĩsdẽ sanie quæ lactea ore eius euomit, quacunq; hominis parte contacta, defluere pilos: quodq; contactũ fuerit, natiuũ colorẽ in uitiliginẽ mutare. Addiderunt alij, inter qs & Plinius est, xxix. uolumine cap. iiii. inter omnia uenenata maximũ salamandrę scelus & maleficiũ esse: siquidem alioꝝ uenenis singuli, nec plures pariter intereunt: salamãdra improuidos necare totos populos põt: Nã si arbori irrepsit, omnia poma ueneno inficit, & eos qui ederint frigidissima ui enecat. Idẽ familię periculum est, si contacto ab ea ligno panis incoquat: uel si in puteum deciderit. Habet tñ talis & tanta mali uis remedia aliq̃t, quæ capite hoc à Dioscoride docenť: In quibus à principio statim non est cũ alijs idẽ nobis, q̃d ad notas haustã salamandrã sequẽtes pertinet: illi enim q̃d nũc in Dioscoride legit, κωλῦ διανοίας ἐμπόδισμὸν: significatq; usus mẽtis impedimentũ, ut in eo legebat, uerterunt: Nos aũt ad sermonis impedimentũ autoribus Grecoꝝ medicis eã transtulimus rem. Siquidẽ Paulus Aegineta de salamandræ maleficio agens, κωλῦ λαλιᾶς ἐμπόδισμὸν ait: Significatq; illi non mẽtis, sed linguæ ad sermonẽ impedimentũ: q̃d alijs eius mali notis magis cõgruit, linguæ inflamationi, resolutioni, tremori q; quæ omnia sermonis potius q̃ mẽtis usui officere uidenť. Accessit his etiã in Alexipharmacis suis utriusq; sane euentus testis Nicander, sed in eo q̃d nos dicimus certior. Verseculi eius sunt: αἷμα μὲν ἐμπρήθει γλώσσης βάτος, ἀλλ' ὑπὸ μάλικος, λάμνεται. ἐμβαρύθων δὲ κωλῶν δόμος ἄφασια λύει. οἱ δὲ πεδισφαίροντες, ἄτε βρίθος ἑρπύλου, τιταίνουσι, νοσεῖ δ' ἀπὸ φρένὸς ἀμβλύνονται. Eoꝝ sensus est: Statimq; incenditur lingua, & corpore contrahitur: Vrgens q; malus tremor mẽbra soluit. Illi uero aberrantes ueluti infantes quadrupedes repunt: Mens em illis hebetať. Vtraq; à Nicandro ueneni salamandræ nota numerať, & linguæ & mentis impedimentum. Sed nos magis amauimus quod Aeginetam & Nicandrũ testes & autores habet, præsertim dicente hoc impedimentũ, quod linguæ & sermoni aptius q̃ menti tribui uideť. Persuasit q; id etiã quod Nicander ait, inflãmari linguã & torpore contrahi. Quo loco aduerbio ἄφασια usus est, q̃d retro significat: & μάλικα uoce, quæ in cõtractione ex gelu facta apte dicitur. Est enim ut Græcoꝝ grammatici docẽt μαλικίην frigore cõtrahi manus & torpore: quod suo gelu salamãdra in lingua facit: torpẽte q; ea, impeditur eius usus. At Nicander ait hebetari eis mentẽ. Fatemur id quidẽ, nec multo añ diximus probasse nos hoc magis q̃ illud, qa plures id testarentur: & q; aptior hic sermonis ductus nobis uideretur. Nunc aũt illud addimus, non aduersari huic sententiæ Nicandrę, sed hanc ultra alias notam mali huius eum ostendere. Nos sic sentimus, & nihilominus poterunt uolentes quod magis probauerint, sequi. Nobis grauissimus testis Paulꝰ Aegineta est, to huius scriptoris capite hoc in cõmentarijs suis excripto. Testati cæteri omnes sunt, nõ tã qui ex professo hæc docuerunt, sed qui obiter salamandræ meminerunt poëtę scriptoresq; alij, ueneno eius defluere humani corporis pilos oẽs. Sic Martialis mulieri imprecabatur, Hoc salamandra caput uel sæua nouacula nudet, &c. Et nihilominus à scriptore hoc alioqui diligentissimo nihil huiusce modi traditur. Non tñ negligentiæ ignorãtiæ' ue eius aliquis id adscripserit. Qui cũ bifariam nocere, foris scilicet cõtactu, & intus hausto salamãdram sciret, alteraq; illud malum leuius esse, nec nisi dehonestamẽtum decoris facere, alteraq; in quo de uita ageretur, diligentius obijt. Quã rõnem secutus Plinius x. uolumine cap. lxvii. quõ cõtactu foris salamandra homini nocet, breuius docuit. Ait enim: Sanie eius quæ lactea ore uomitur cõtactas hominis partes, totum amittere pilũ. Idq; quod cõtactum fuerit, colorẽ in uitiliginẽ mutare. Reliquo deinde opere multis locis intra hominẽ insecti huius maleficiũ, hoc aut illo remedio curari præcepit: hic aũt, ut diximus, ὃν σαλαμάνδραν λαβοῦσιν, id est, his qui salamãdram hausserint remedia instituit. Crediderũt aliqui etiam male in hoc capite legi remediũ illud, quod ad urticę folia cũ lilijs decocta pertinet. Asserẽtes autore Apollodoro, ut Plinius testatur, nõ cũ lilijs sed cum testudine legi oportere. Plinij uerba sunt lib. xxii. capi. xiii. Apollodorꝰ & salamãdris cum iure decoctæ testudinis. Rõcinatiq; in eo sunt, ἀπὸ τῆς χελωνῶν, quæ uox testudines significat, facile κρίνων, id est, lilioꝝ fieri potuisse. Veruntamen in cunctis Grecis eadem lectio est: & Paulus Aeginet a inquit, ἢ κνίδιναι φύλλα συνεφθέντα κρίνοις. quod est: urticæ folia cum lilijs decocta.

De Ephemero. Cap. V.

PRuritũ toto corpore sentit, nec aliter quàm si scilla aut urtica ureret, si quis ephemeraꝝ, quod Colchicum siue agre stem bulbum aliqui nominant, hauserit. Erodentur illi præterea interanea, & cũ põderosa grauitate stomachi ardores adsunt. Inualescente deinde malo, cruenta & aliquando strigmentis carnis mixta per aluum feruntur. Remedio sunt quemadmodum in salamandræ potu diximus, uomitiones & clysteribus intestinoꝝ inundatiões. Priusq; quàm inualescat malũ, folioꝝ querc⁹, aut glandiũ, aut malicorij, aut serpylli bibendũ est cum lacte decoctũ, aut sanguinalis herbæ, aut ex uitib⁹ rubis' ue palmitũ, aut tenerarũ ferulaꝝ medullæ, aut myrti cum

οἴνου. αὐτὰ ἢ τὰ μύρτα λᾶα κοπέντα καὶ ἀπεφθέντα χένταφ ὑδάλῃ, βοηθεῖ τοῖς ἐξ αὐτῆς ὑγρὸν λαμβανομένοις. πρὸς δὲ ὠσαύτως καὶ ὁ τῆς σταφυλίνου βαλάνου μύλου μέσος, ὠμὸς λαμβανόμενος μετὰ ἅλατος τῆ προσκειμένων χυλῶν. ὀρίγανός τε σὺν κονίᾳ πρεθεῖσα. ἀκριβῶς δὲ βοηθοῦνται οἱ ἔδυσμον ἢ βόμον γάλα ἐξ ὄμου πίνοντες, καὶ κατέχοντες ἐν τῷ σόματι. ὥς τε τοὺς εὑρηκόσιν ἐπὶ τούτου, ἄλλου μηδενὸς χρῄζειν βοηθήματος.

uino succus. Quinetiam baccæ ipsæ myrti tusæ & in aqua madentes, poto earū diluto hoc prosunt. Prodest pariter & castanearum media tunicula, cum aliquo prædictorum succorū potata. Prodest & origanus cum lixiuia pota. Veruntamen egregie curantur qui ephemerum hauserint, asininū bubulum'ue lac bibentes, & in ore continentes: tam efficaci remedio, ut præsente hoc nullo alio opus sit.

INTERPRES.

QVale ephemeron hoc sit, & quibus locis frequens nasci quōdam diceretur, satis dictum IIII. uolumine ab hoc scriptore & à nobis est. Potuit, quia sumptū ad unam diē uitā proroget, sic à Græcis nominari: non aliter q̄ multa alia, quæ ob hanc ipsam causam ephemera ab eadē gente appellantur. Obseruatum in hoc capite illud à nobis est, uomitiones & clysteribus intestinorū inundationes quas hic exsalamandra ad ephemeri remedia repeti iubet, nullas in ea legi: oportereq; ob eā causam suspicari, aut in salamādra remedioꝝ eorū rōnem deesse, aut (in quā partē nobis inclinat animus) quoniā cantharidū mō curatur salamandra, in ea enim hic ait: cum fecerimus omnia quæ in cantharidibus iussa sunt &c. non ex salamandra, sed ex cantharidibus uomitiones clysteribusq; exinanitiones illas repetendas esse. Vtrisq; enim pariter cōpetunt, & ex utrisq; pariter imperari possunt. Licetq; non legantur in ea, quia tñ fiunt, non male id fieri præcipitur. Est illud etiam animaduertendū, quā Dioscorides ait castanearū mediā tuniculam &c. eam intelligi oportere, quæ inter coriū & carnē eius ferrugineo colore est. Et præter id quēadmodum primo uolumine in castaneis hic monuit, non tuniculā eam tantū, sed carnē ipsam etiā cōtra ephemerū uim habere: efficaciorem tamen tuniculam hanc esse, quod & Nicander in Alexipharmacis suis etiam testatur.

Περὶ Δορυκνίου. κεφ. ϟξγ'.

Δορυκνίου δὲ πρόεντες ὃ ἔνιοι σεύχνον μανικὸν ἐκάλεσαν, παρακολουθεῖ ὧς πᾶ σάλακτος πρίστης ἐν τῇ γεύσει, ἢ λυγμοὶ συνεχεῖς. γλώττης τε ὑγρότης. ἢ αἵματος ἀναπωγὴ ἀθρόα. ἢ κοιλίαν δὲ αὐτῆς μυξώδη φέρεται ὡς ἐπὶ δυσεντερικῆς. ὅις βοηθεῖ πρὸ τοῦτων τὶ παρακολουθῆσαι ἂν ἡδὺ τοῖς προσκειμένοις. ὅ, τε ἔμετος ἢ τὸ κλύσμα. καὶ ὅσα δύναται τὸ πρὸ ἐκκεῖναι φάρμακον. ἰδίως δὲ ἐπ' αὐτῶν βοηθεῖ τὸ μελίκρατον, ἢ ὄνου ἢ αἰγὸς γάλα. καὶ γλυκὺς οἶνος χλιαρὸς μετ' ἀνίσου πινόμενος. Ⓒ ἀμύγδαλα πικρά. σῦκα τε ὀρνίθεια καθεψημένα. καὶ πάντα τὰ κογχύλια ὠμὰ καὶ ὀπτὰ ἐν ὀθιόμνια, Ⓒ κάραβοι, Ⓒ ἀσακοί. καὶ ὁ τῆς αὐτῶν ζωμὸς πινόμενος.

De Dorycnio. Cap. VI.

HAustum dorycniū, quod quidam furiosum solanū uocauerunt, sequuntur ceu lactis in gustu sapor, cōtinui singultus, linguę humiditas, uniuersaq; & sine interspiratione sanguinis excreatio. Feruntur præterea his per aluum mucosa, qualia in intestinorum torminibus ferri solent. Opem cōmuniter inferunt anteq̄ horum aliquid fiat uomitiones, intestinoꝝ clysteribus inundationes, & quæcunq; potum ualent uenenū pellere. Priuatim succurrunt pota mulsa aqua, asininū caprinum'ue lac, & cum aniso tepidum passum: amaræ itidem amygdalæ, & gallinaceoꝝ elixa pectora, oēs'que crudæ pariter & tostæ marinæ in cibo cōchulæ & ex marinoꝝ crustaceoꝝ genere carabi astaciq;, & eorum potum esculentum ius.

INTERPRES.

POtest nec male quidem falso'ue dorycnium uocari, quodcunq; tela, cuspides, & ut poëta cecinit, Ferrūq; potest armare ueneno: A ferratis enim lanceaꝝ cuspidibus quas Græci dorata uocāt, factū illi nomen est. Præstiterunt id & adhuc præstant multa: Antiquitas tñ, si Plinio credimus, furiosi solani succo ad eam rē priuatim usa est, uocauitq; ob id dorycniū. Verba Plinij sunt XXI. uolumine cap. XXXI. Hoc est uenenum q̄d innocentissimi autores simpliciter dorycnion appellauerunt, ab eo q̄ cuspides in prælijs tingentur, illo passim nascēte. Esseq; dorycnium furioso solano idem, hic primū testatur dicēs: Dorycnium q̄d quidam furiosum solanum dicunt. Testatur Plinius quo diximus loco certius: testantur Græcorū medici & herbarij omnes. Vtq; ab hoc ipso scriptore IIII. uolumine letale simpliciter dictum dorycnium est, sic certius & ex professo nunc notæ: & remedia eius docētur. In quibus duo tantū, ex Nicandro alterū, alterum ex Paulo Aegineta monebimus. Sequi hausturn dorycniū hic ait ὥσπερ γάλακτος πρίστις ἐν τῇ γεύσει: quę uoces nihil significant aliud, q̄ lactis in gustu qualitatem, quæ nulla alia q̄ sapor est: pertinet enim ad gustum ea tantum qualitas. Nicander tñ in Alexipharmacis de hoc ipso dorycnio agens inquit: ἀλλὰ ἄγε δὴ φράζεο λορύκνιον. ὅν τε γάλακτι ὠπήτε βροτὸς τὶ τε σώματι εἶκται. quod est: Sed age dorycniū etiam contēplare: cuius circa os lacti similis est aspectus & cibus. ὠπτέω enim ille uocat, q̄d uidetur & oculis sentitur, id aūt color est: βρῶσιν uero q̄d estur, & ex eo saporē: duasq; notas has numerat colorē & saporē, & utrūq; lacti similē. Hic tamen solū saporē indicasse uidetur: Nisi aliquis in cōmuni illa qualitatis uoce qua usus est, colorē etiā intelligi uoluit: uerūtamen

uertuntamen eam qualitatem ad gustum hic tantum contraxit. Alterꝫ quod ex Paulo Aegineta monemus, ad remedia pertinet: quod enim hic ait, cum anisō tepidum passum: ab eo cū exiguo anisō dari præcipitur. Potuit ea uox scriptori huic perijsse: eamꝙ ob causam ignotam legentibus esse noluimus.

περὶ Ακονίτου. κεφ. ϡξϛ'.

Τὸ δὲ ἀκόνιτον εὐθέως ἅμα τῷ πίνεσθαι γλυκαίνει τὸν γλῶσσαν μετὰ ἀνθρώπου σύγχεσις. ἔλαττον γλυκασμοῦ σκοτοδινίαν, ἔλαττον μάλισα ἐν τῷ βλεφαρίσασθαι, ἔλαττον ὑγρότητας ὀφθαλμῶν ὠφελεῖ. βάρος τὲ θώρακος. ἔλαττον ὑπνου δεῖ μετὰ τοῦ οἴνου πνεύματα ἀπορροάς. ἐφ' ὧν δὲ δεῖ μέτρων ἐκκομίζεσθαι δεῖ τὸ φάρμακον. ἢ καὶ διὰ κλυσμῆρος καθεθῆναι τὴν κοιλίαν, χυσσόμελα προπλασμῷ ὀρίγανον. ἢ πηγάνου. ἢ πράσιον. ἢ ἀψινθίου ζέματι μετ' οἴνου ἀψινθίτου. ἢ ἀβρότονου. ἢ χαμελαίας, ἢ χαμαιπίτυος. ἀσμόζει δὲ αὐτῆς καὶ ὀπὸς ὁλκὴ ἀ. σὺν μέλιτι [ἢ γάλακτι, μετὰ] ἢ ἡ καστορίου, ἢ πεπέρεως, καὶ πηγάνου ἴσης ὁλκῆς σὺν οἴνου. καὶ πίτυα ἐρίφου. ἢ λαγωοῦ ἢ νέφρου σὺν ὄξει. ἢ σιδήρου σκωρία, ἢ αὐτὸ σίδηρος, ἢ χρυσὸς, ἄργυρος διάπυρος ἐν οἴνῳ σβεσθέντα. τοῦ ὑγροῦ λαμβανομένου. κονία τε σὺν οἴνῳ, καὶ ὄξυμοῦς λαμβανομένου σὺν ὄξει. λέγεται δὲ καὶ ἡ χαμαιπίτυς ἰδίως ἐπ' αὐτῆς ἀσμόζειν.

De Aconito. Cap. VII.

APotu statim cū adstrictione aliqua lin guā edulcat aconitū, & ab edulcatiōe uertigines, præsertimꝙ in assurgēdo: & oculoꝝ humiditates facit. Facit itidem ad pectoris præcordioꝝꝙ cū frequentiore pedituū redditione grauitates. Venenū uomitionibus educere, aut clystere per inferna deīcere oportet. Vtēdum cōtra aconitum potionibus etiā: origani, rutæ uue, aut marrubij, aut absinthij cū absinthite uino decocto, aut sedi, aut abrotoni, aut oleastelli herbæ, aut terrestres piceæ quam chamæpytim uocant. Prodest & liquoris balsami drachma cum melle [lacte ue] addito castorij, piperis, & rutæ pari pondere cū uino. Confert præterea hœdi leporisꝙ coagulum, aut hinnuli cum aceto. Ferri recremētum etiam quod scoriā uocāt, aut potum uinum, in quo ferꝝ, aurū ue aut argentū candens restinctum fuerit. Cōfert & cum uino lixiuia, elixiꝙ gallinacei, & pinguium bubulaꝝ carniū cū uino sumptum esculētum ius. Fertur chamæpitys quæ humilis & coactæ breuitatis terrestris picea herba est, priuatim contra aconitū remedio esse. Ea in Heraclea Ponti, quo loco etiā nascit aconitū, holocleros: Athenis uero, Ionia: & in Euboia fideritis uocatur.

INTERPRES.

ATestibus contra testes, ut in iudicijs quotidie fit, pro aconito agendū nobis est: & unus cōtra multorū fidē audiendus: haud sane quale aconitū sit dicentibus, letale enim oēs esse affirmant, sed unde facto nomine in poētis scriptoribusꝙ alijs tantopere infame sit. Grāmatici siquidem, poētæ, & qui plantaꝝ historiā aliquando scripserunt, à cotibus & petris in quibus nasci fertur, dictū esse uolunt. Naso in trāsformationibus suis lib. VII. notissimos cecinit uersus: Quæ qa nascunt dura uiuacia caute Agrestes aconita uocant, Plinius XXVII. uolumine cap. III. eosdē natales illi tribuens, ait: Nascitur in nudis cautibus quas aconas uocant, & ideo aconitū aliqui dixere, nullo iuxtà ne puluere quidē nutriēte. Secuti hos plures alij idē tradiderunt. Tāqꝙ à grāmaticis id receptum est, ut nō facile sit decreta eoꝝ conuellere. Conabimur tū uerita ti consulentes, unusꝙ cunctis his uelut in acie obijcietur Theophrastus, qui lib. IX. de plantarū historia nasci quidē petrosis locis aconitū tradit, nō tn à petris nominari, sed à Periandy norū uico quem Aconas uocabant, ad quē copiosum & efficacissimū nascereť. Verba eius sunt: φύεται δὲ πανταχοῦ κοὐκ ἐν ταῖς ἀκόναις μόνον, ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν. ἄντη δὲ ἐστὶ κώμη τις τῆς περιανδρίνων. φιλεῖ δὲ μάλισα τὰ πετρώδη τόπους. quorū sensus est: Nascitur aūt ubiqꝙ aconitū, non in Aconis tantū, à quibus appellationē habet. Vicus aūt Periandy norū Aconæ sunt. Amat præcipue petrosa loca. Aequiuoca loci & cotis appellatio diuersitati huic causam dedit, multoꝙ magis in petris natales eius. Vtris aūt magis credendū sit, grāmatici censebunt: est enim omniū grauis nec dānanda fides. Theophrasti tn autoritatē poētis, Plinio, grāmaticisꝙ nunq̄ ego ex æquo cōtulerim. Anceps in hoc capite etiā locus est, illic. [ubi cōtra aconitū remedia docent. Dubitari enim pōt, iubeat ne Dioscorides sumi cū uino lixiuiā & elixos gallinaceos: an potiꝰ cōtra aconitū prodesse lixiuiā: in qua unà cum uino elixati gallinacei fuerint. Nos in ambiguo id elegimus, quod ab alijs Græcorum medicis confirmatur.

περὶ τοῦ ἐν Ἡρακλείᾳ μέλιτος. κεφ. ϡξέ.

ΜΕλι τὸ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Πρυλικῇ ἐν ᾗ καὶ τὸ ἀκόνιτον γεννᾶται. ἀθήνησι δὲ Ἰωνία καλεῖται. ἐν Εὐβοίᾳ σιδηρῖτις. ὁμοίως δὲ πάρεστι καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Πρυλικῇ δὲ μέλι γευσάμενοι φανέντες ἢ πιόντες, ἐφ' ὧν ἀσμόζει τὰ αὐτὰ τῷ ἀκονίτῳ.

De Venenato melle, quod ad Heracleam Ponti nascitur. Cap. VIII.

EAdem patiūtur qui ad Heracleam Ponti genitum mel comederint aut biberint. Succurritur huic quibus & aconito.

εἰσὶ δὲ εὐβοήθητοι μάλιστα ὠφελούμενοι ὑπὸ οἰνομέλιτος σωεχῶς αὐτὸ πίνοντες, μιγνυμένων αὐτῷ πηγάνου φύλλων.

Præsenti tamen & fœlicissimo remedio curant qui id hauserunt, continuo mulsi potu admixtis rutæ folijs.

INTERPRES.

Coaluerant simul uitiosa & turpi insitione superiora duo hæc capita: feceratq; librariorũ negligentia simul & imperitia, ut quæ erat aconiti postrema pars, Heraclei mellis prima esset. Idq; uitiũ ex eo obrepserat, q̃ in utroq; capite Heracleæ Põti meminerat hic scriptor. In aconito cũ doceretur quibus appellationibus alijs locis & in Heraclea chamæpitys uocaret, in melle cũ proponeretur q̃d ad Heracleã Ponti mel nasciť. Verũ Pauli Aeginetæ auxilio ad honestiorẽ cicatricẽ facile tã fœdũ uulnus, q̃d fœdius etiã ab altero interprete factũ fuerat, perductũ est. Ille enim in extremo aconito ijsdem huic scriptori uerbis alias eius appellationes percurrit: tũ in melle aliud his uerbis incipit caput. ὁ ὑρακλεὰς τῆ ποντικῆ γονώμενον μέλι. quod est ut nos uertimus: Eadẽ patiuntur qui ad Heracleã Ponti genitũ mel comederint. Nõ tacendũ hoc loco quod totam miscet huiusce modi rẽ, & in q̃ scriptor hic constare sibi ipsi nõ uidetur. Secũdo enim uolumine & in melle, cum de malo hoc melle ageret, ignorasse herbã uidetur, ex qua uenenatũ hoc mel ad Heracleã Ponti apes conficerẽt. Verba eius sunt: Heracleæ in Ponto quibusdã annis, ex quibusdã floribus propria ui mel nascitur. Qui locus quoniã totus & ijsdem uerbis à Plinio redditus est xxi. uolumine cap. xiii. Longius à nobis non repetetur. Sed cũ non dixerit Dioscorides in melle è quibus floribus fieret, nunc aũt ex aconito fieri testetur, & utrunq; in Heraclea Ponti & utriq; rutã mederi, quærendũ duo'ne hæc uenenati mellis gña in Heraclea Ponti sint, an unum non eodẽ mõ ubiq; traditũ. Sed in melle cũ nõ docerentur uenena, crassiore Minerua: in aconito certius, ut certiore remedio curari maleficiũ eius possit. In quã partẽ propẽfiores essemus, nisi à Dioscoride & Plinio maleficij aliæ in illo q̃ in hoc numerarentur notæ. Quæ q̃m possunt in utroq; scriptore uolentibus patere, à nobis non repetentur. Monemus illud etiã, quod à Dioscoride in melle relictum est, cum ait: Quibusdam annis ex quibusdam floribus &c. à Plinio quo diximus loco his uerbis redditum fuisse: Non dixere autores ex quibus floribus ea fierent. Nos tamen trademus quæ comperimus. Herba est alba: uexatio quidem iumentorum est, sed præcipue caprarum, appellata ægolethron. Nec male dubitari posse aconitum esse, quod alicubi sic nominaretur: quæ enim illi in hoc scriptore adiectæ diuersarum gẽtium appellationes sunt, omnes ab enecandis animalibus factæ, nõ dissimiles huic sunt, quæ caprarum mortem & perniciem indicant.

περὶ κορίου. κεφ. ϑξ'.

Τὸν ὑπὸ κόριον λαϑόντα μὴ οὐ σώματος διαπτύσαντος, πρὶν ἢ τὴν φωνὴν διασύνεσις καὶ μανίαι ὑπερφέρουσι ὁμοίαις τοῖς διὰ μάχλων βλαϑεῖσι μετ' αἰσχρολογίας. καὶ ὅλως ἡ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἢ ὀσμὴ διαφαίνει τοῦ κορίου. βοηϑεῖ δὲ αὐτοῖς μετὰ ἐξαιρεϑῆναι διὰ τοῦ ῥινίου ἐλαίου ὡς προείρηται, ἔλαιον σὺν ἀψινθίῳ πινόμενον καϑ' ἑαυτὸ, ἢ ἔλαιον ὡά τε κεναθέντα ἐπὶ αὐτὸ ἢ χλιαθέντα σὺν ἅλμῃ ἢ ξοφόμενα. ἢ ἅλμη ἡ πινομένη, ἢ ζωμὸς ἁλμυρὸς ἔκ τε ὄρνιϑος ἢ χοίρου, γλυκύς τε σὺν κονίᾳ προσλαμβανόμενος,

De Coriandro. Cap. IX.

NOn põt ob odorẽ latere coriandr̃ uocẽ hausti exasperat, & ebrietati finitimum cũ turpi loquacitate furorẽ facit. Toto corpe eius q̃d hauserit, coriandri etiã odor sentiť. Remedio est cũ irino oleo, q̃ in alijs præmonstratũ est mõ id eduxeris, cũ absinthio meracũ uinũ: nec minus itidẽ per se potum utile est. Bibũtur cõtra coriandrum utiliter etiam ouorum putamina in seipsa confracta tritaq; & cum muria diluta. Quinetiam muria ipsa per se bibitur, salsumq; gallinaceorũ anseris'ue esculentum ius, & cum lixiuia passum.

INTERPRES.

FAmosa in carmine suo coriãdra appellãs Columella ancipiti uoce usus, cogitandũ posteris reliquit, q̃ tidianũ'ne eor̃ usum laudauerit, an magis in ueneni maleficio q̃d habent, monere lgẽtes ea rõne uoluerit: Vtrũq; enim nouisse hominẽ uerisimile est: præcepisseq; eor̃ inter hortẽsia consitionẽ, & nihilo minus q̃m homini nocerent, una illa uoce nimiũ ut hic in coriandro ait, usum eor̃ damnasse. Quod ab hoc ipso iii. uolumine factum est, cum monuit maiore copia sumptum coriandrũ graui periculo mentẽ cõmouere: ideoq; nimium & cõtinuum uitãdum eius usum: Factum & ab alijs Græcor̃ medicis & herbarijs omnibus, inter quos & Nicãder poëta est: cuius antiquissimus interpres syluestri coriandro nõ satiuo ueneni maleficium assignat. Nos tamen in plantar̃ & medicæ materiæ historia, syluestre in hoc genere hactenus nõ inuenimus. Et quoniã oẽs coriandrũ simpliciter nominãt, unũ tantum genus eius credẽdum. Plura q̃ Dioscorides nominauerit remedia cõtra coriãdri furorem à Nicãdro traduntur. Nolumus nos ea docere, in eo enim scriptore parata omnibus sunt. Quod aũt nobis cum alijs nõ conuenit, ex eo & Paulo Aegineta confirmandum est, id scilicet quod hic ait, ὡάτε κενωθέντα ἢ χλιαθέντα σὺν ἅλμῃ ἑοφούμενα. Qui locus quõ ab alijs & à nobis redditus fuerit, facile erit uolentibus cognoscere. Quod aũt cũ altero eor̃ nobis non cõuenit, remedij huius ratio & usus est: ille enim q̃ Dioscorides ὠὰ κενωθέντα, id est, oua omni intrinseco humore uacua appellat: nec ultra quicq̃ illis adijcit; oua in patinã depleta & subacta cum salsugine uertit. Remediũq; instituere uidetur, quasi deplere oua oporteat. Et quod ex eis depletũ est subigendũ esse, & cũ salsugine sorbendum. Nobis contrà usum est, non quod in ouo clauditur quærendum esse, sed depletis omni suo humore ouis eorum putamina. Vtimurq; ad hanc sententiam rationibus his, q̃ in constituendo ouorum usu huic & alijs semp satis fuit ouis uti præcepisse: q̃d enim in illis usum plerũq; habet, interior liquor est: & si hac magis quàm illa parte uti oporteat, tunc uitellum aut albumen seorsum imperari. Id'que tam late in hoc scriptore & alijs

& alijs patet, ut certius oſtendi non ſit opus. Hoc autem loco cum iubeat hic ſcriptor depletis, id eſt, uacuis ouis contra coriandrum uti, putamina eorum tantum imperari opinati ſumus. In eam& ſententiam nos primum traxit Paulus Aegineta, qui ὠὰ κενωθέντα ὧδε καὶ αὐτὰ λφανθέντα, in hac ipſa re itidem dixit, id eſt, euacuata ouа & in ſeipſa, id eſt, nullo alio in loco trita & infracta. Traxit & Nicander, qui in Alexipharmacis ſuis inquit: πολλάκι δ' ὀρταλίχων ἀπαλὰ ὠὰ λίνα κενώσας, ἀφρὸν ἐπιγκράσαιο &c. quod eſt: Sæpius& gallinarum mollē parere ſt quod intelligi poſſit q̄ putamina. Accedit his communis deinde ſenſus, in quo auditis depletis ouis, tum euacuans, ſpumam ſuperinfundens. Manifeſte iubet is gallinarum oua deplēda, depletis& his nihil ſunihil quàm putamen intelligi relinquitur.

περὶ ψυλλίου. κεφ. ξξ'.

Καὶ τὸ ψύλλιον ὃ καλούμενον πρθέν, ὠφελεῖ ψύξιν ὅλου τοῦ σώματος. ἀναγκάιων μετ' ἐκλύσεως καὶ ἀδημονίας. ᾧ βοηθεῖ πάντα ὅσα τοῖς κόριον πεπωκόσι.

De Pſyllio, id eſt, pulicaria herba. Cap. X.

POtum etiam quod pſyllium uocatur, toto corpore algores facit, & cum reſolutione corporis triſtitiaq& animi torporē. Opem ferunt quęcunq& contra coriandri potum remedio ſunt.

INTERPRES.

REfrigerat pſyllion quæ pulicaris herba eſt, IIII. uolumine à Dioſco. tractata: ſuo& frigore uitæ noxias pſtrictiones & algores facit, & præter algores corporis reſolutiones, & mētis triſtitiam. Qualis ea ſit, & quō ueneni maleficium hominis uitæ afferat, ex hiſtoria eius facile legentibus patebit.

περὶ κωνείου. κεφ. ξξ'.

Κώνειον ὃ πρθὲν ὠφελεῖ σκοτώματα καὶ ἀχλύν. ὥς τε μηδ' ἐπ' ὀλίγον βλέπειν. λυγμόν τε καὶ διανοίας παραφοράν. καὶ ψύξιν ἄκρων. ἐπὶ τέλει δὲ τῶν ἀμβλυνομένων τὴν κοίλην ἀρτηρίαν πνεύματος. καταχὰς μὴ φωνεῖν ὡς ἐπὶ τὸ ἄκρον διὰ τὴν ἐμέτου αὐξομένην. ἔπειτα κενούμεθα. ἔπειτα κενούμενοι. χρησάμενοι, τὸ εἰς τὰ ἔντερα παχυνθὲν ἐκκρίνομεν. καὶ τότε ὡς ἐπὶ τὴν ἀκεστικὴν ἐλθόντες. μεταξὺ διάκημα, ᾧ οἷς πίνομεν. διδόντες μεταξὺ διάκημα, ᾧ οἷς πίνομεν. διδόμενον βοηθεῖ κάλαμον. ἢ βόθρον. ἢ ἀσπαγάνου, καὶ ἡδυόσμου σὺν οἴνῳ. ἢ ἀμώμου. ἢ κασσίας, ἢ σμύρνης, ἢ πεπέρεως μετὰ κνίδης σπέρματος σὺν οἴνῳ. ἢ δάφνης τὰ φύλλα. ὁμοίως τε σιλφίου ὀπὸς σὺν ἐλαίῳ καὶ γλυκεῖ. καὶ ὁ γλυκὺς οἶνος δὲ καθ' ἑαυτὸν πολὺς πινόμενος, καιρίως ἀρμόζει.

De Cicuta. Cap. XI.

CAliginem uertigines& oculis tātas cicutæ potus affert, ut nec minimum uidere liceat: ſingultus itidē, mentis alienationē, & extremar& corporis partiū perfrictiones: poſtremo cōuulſione ſtrangulantur qui cicutam biberint, ceſſante à motu omni in arterijs ſpiritu. A principio igitur, quēadmodum in alijs decretum eſt, uomitionibus eā educemus: mox exinanitiōe hac facta, delapſam in inteſtina eius partem purgabimus: tūc& ueluti ad efficaciſſimū remediū meracas uini potiōes tranſibimus, per interualla dātes: & in interualuallis his aſininū bubulū ue lac, uel abſynthiū cum pipere caſtorio& aut rutā mētam' que cum uino, aut amomi liquorē cardamomi' ue aut ſtyracis, ſinguloū& drachmam cū uino: aut cum urticæ ſemine piper uino& itidē: aut lauri folia, laſerpiciu& ſimiliter cū oleo & paſſo. Quineti am paſſum per ſe potum egregie auxiliatur.

INTERPRES.

SVnt ſcriptori huic & Græcor& medicis in cicutę remedijs omnia eadem: pleraq& tū illi adijciunt, quibus tota certius tracteturres, quale uerbi cauſa eſt, quo loco hic piper ſimpliciter inſtituit, illi cōmune addiderunt. Vtendū& cōi pipere iubent, ut longū & albū ab hoc uſu excluderent. Quale itidē cū lauri folijs teneritudinē adijciūt, teneris& eius arboris folijs uti præcipiunt: ſummos ut nos credim⁹ coliculos eius intelligentes. Quale etiā cū decernente hoc amomi cardamomi& aut ſtyracis drachmam, illi unciam cōſtituunt: ſimilia& his pleraq& alia, quæ uolentes diligentioribus in hoc ſtudior& genere relinquimus.

περὶ σμίλακος. κεφ. * ξξδ'.

Ἡ δὲ καλουμένη σμίλαξ, ὑπ' ἐνίων δὲ θύμιον, ὑπὸ τῶν ἀρωμαίοις τάξον, πρὸς σὰ ἐπιφέρει ψύξιν καθ' ὅλου τοῦ σώματος. ὑπνος. ὑπὸ πνιγμόν. ὀξύπνους τε τοὺς θάνατος. οἷς βοηθεῖ πάντα ἃ ὑπὸ τοῖς κώνειον πεπωκόσι.

De Taxo arbore. Cap. XII.

POta arbor quæ ſmilax, & à quibuſdam thymion, à Romanis uero taxus nominatur, toto corpe perfrictiones, ſtrāgulationes& & celerē mortē facit. Remedio illi ſunt quæcunq& & cicutæ.

INTERPRES.

DIcta à nobis IIII. uolumine de taxo arbore fuerunt, quæ ſatis tunc fore credidimus. Nihil nunc moueſſe aliud legentes oportet, quàm ex eo loco repetendam eius hiſtoriam, cognoſcendam& arborem, quam ueteres Græci non ſmilaca tātum ſed thymion etiam uocauerint: hæc enim altera eius appellatio quondam fuit: & ſi uarie in antiquis exemplaribus legatur, ſola& umbra non ſucco tantū homi

ni letalem. Non tamen ſemper, ſed ut Plutarchus Sympoſii ſui III. commentario monuit, quo tẽpore præ-gnans flores profert. Ex quo quod in hiſtoria ſcriptoris huius quo diximus loco legitur, letalem umbrã homini taxum eſſe, non niſi cum floret, intelligendum eſt. Nec caret ratione aliorum quorundam florum exemplo, quorum halitu homini ſæpenumero nocetur.

περὶ ὀπῶν κάρπάσου. κεφ. ϡό.

ΚΑὶ ὁ φλὶ καρπάσου ὀπὸς, πρδεὶς κάρομ ἐπιφέρει ϛ πνιγμὸν ὀξύν. βοηθοῦνται δὲ ἡρὶ ὄυρι ὑφ' ὧμ ἡρὶ ὁι τὸ κώνειομ πεπωκότες.

De Carpaſi herbæ liquore. Cap. XIII.

ET Carpaſi herbæ potus liquor, ſopores & præcipites ſtrangulationes facit. Succurritur huic iiſdem quibus & cicutæ.

INTERPRES.

CArpeſiam quinto ſuæ medicinæ commẽtario uocat Paulus Aegineta: cuius liquorem omnes homini letalem faciunt. Meminit eius aliquando Plinius. Nobis de genere herbæ non ſatis conſtat. Verum tamen frigore noxiam intelligere oportet: ex quo iiſdem cicutæ remediis illi ſuccurritur.

περὶ σαρδωνίας πόας. κεφ. ϡοά.

ΗΔὲ σαρδώνιος λεγομένη πόα, βατράχου εἶδος οὖσα, πρθεῖσα ἢ ἑφθεῖσα, πρὸς αφθοςὰμ διανοίας ἐπιφέρει, ἡρὶ ὠὰ σμαλα μετὰ σωολκῆς χειλέων. ὥς πγέλωτ' φαυλασίαμ πρὸς ἔχειμ. ὑφ' ἧς διαθέσεως ἡρὶ ὁ σαρδώνιος γέλως οὐκ εὐφήμως ἐν τῷ βίῳ καθωμίλητ. ἐφ' ᾧμ' ἰδίως ἡρὶ μετὰ ὄρεμεν ἐρμόζει, μελίκρατομ πρὸ λυ διδόμενομ ἡρὶ γάλα. ἐμβροχή πε ἡρὶ λιπασμὸς ὅλου τ σώματος διαθρμαυλῖ φλμάκωμ. ἡρὶ ἐμβάσεις δι' ὑδρελαίου θρμὸν. ὕπαλείφλμ μὴν ἰκανῶς δῖ ἡρὶ ἀνατρίβλμ μετὰ τ ἔμβασιμ αὐτούς. καθόλου δὲ ὡς πρὸς ωασμόμ, ὅλως τ θραπείαμ δῖ πιθῶλ.

De Secundo ranũculi herbæ genere, quã Sardoniã herbã noĩant. Cap. XIIII.

QVæ Sardonia herba dicit, ranũculi herbæ ſpẽs eſt. Ea in cibo potu'ue ſumpta, mẽtis alienationẽ, & cũ labrorũ cõtractiõe eas conuulſiones facit, ut riſus ſpẽm p̃beat. A q̃ euẽtu etiã Sardoni⁹ riſus miſerabili dicterio inter hoĩes iactat. Poſt uomitiões priuatim cõtra hãc ꝓſunt aquæ mulſæ lactiſq; copioſus pot⁹: nec nõ totius corpis inſperſio inunctioq; medicamẽtis his q̃ calefaciẽdo ſint: deſcẽſus prætereaĩ calidã aquã, cui admixtũ oleũ ſit: ueꝛ poſt deſcẽſum in eã ungẽdi fricandiq; ualidiſſime ſunt uulſione tota hæc curatio tractãda eſt.

INTERPRES.

NOuerunt noſtræ ætatis herbarij Sardoniã herbã, riſus apiũ appellantes. Apuleius in cõmentario illo de herbis ſceleratã herbã nominat, manifeſta à maleficio eius nominis ratione. Nos longius de ea in uolumine in ranunculo herba egimus: q̃d q; tunc factũ eſt, inutiliter agi iterq; hoc loco nõ debet. Poterũt uolẽtes ex commentationibus illis noſtris quæcunq; opus erunt, in hunc locum reuocare.

περὶ ὑοσκυάμου. κεφ. ϡοϛ'.

ΥΟσκύαμος ὁ πρθεὶς ἢ ἑφθεὶς πρὸς κοπλὼ τῖς μεθύουσιμ ὁμοίαμ ἐπιφέρει. ἔσι δὲ εὐίατος. βοηθήμλμος μελικράτῳ πρλῷ πραζομένῳ. ἡρὶ γάλακτι μάλισα ὀνείῳ. εἰ ὁ μή γε, ϛαἰγείῳ ἢ βοείῳ, ἢ σύκωμ ξηρῶμ ἀφέψημα. πριοῦσι δ' ἐπ' αὐτ ἡρὶ σφόδιλοι. ϛ τὸ σικύωμ πέσμα σὺ γλυκεῖ λαμβανόμλμομ. ϛ ἀλμυρὸς οἶνος σὺ σέλι ὑείῳ νεᾷ ἡρὶ γλυκεῖ, σὺμ ὕδαλι, ἡρὶ κνίδης πέσμα ὁμοίως. ἢ νίτρου σὺμ ὕδαλι. ἁσμόζει ϛ κιχώριομ. ϛ νάπυ. ἡρὶ κάρδαμος, ἡρὶ ῥάφανομ, ἡρὶ κρόμμυα, ἡρὶ σκόροδα. ἕκασομ τ̃τωμ σὺμ οἴνῳ λαμβανόμλμομ. ἡσυχάζλμ ὁ αὐτὸ ἀναγκάζλμ δῖ. ὥς πρὸς ὁι τὸμ οἶνομ πιόντες.

De Apollinari herba, quam hyoſcyamum uocãt. Cap. XV.

POta in cibo'ue ſumpta Apollinaris herba, ebrietati ſimilẽ amentiã facit. Facillime tñ curant q eã hauſerit, ſi copioſe pota mulſa aqua illis & lacte ſuccurrat, aſininoq; preſertim: ſin min⁹ caprino, bubulo'ue, aut caricaꝛ decocto. Proſunt & pinei nuclei, cumeꝛq; ſemina cũ paſſo ſumpta: ſalſum preterea uinũ cũ recenti ſuillo adipe & paſſo. Quinetiam urticæ ſemen, aut cũ aqua nitrum accommodatũ eſt. Prodeſt & cichorium, prodeſt ſinapi, naſturtium, raphani, cepæ & allia, ſingula cũ uino ſumpta. Quies imperanda his eſt, ut potum ebriorum mõ uinũ cõcoquant: ſomno concoquant.

INTERPRES.

QVæ cognoſcendæ Apollinari herbæ neceſſaria erant, quarto uolumine in hiſtoria eius dicta ſunt. Idem ab hoc & à nobis fuerunt. Quo loco cũ dictum à Dioſcoride fuerit, μανιώδη καὶ καρωτικὸν eſſe hyoſcyamum, quarum uocum altera inſaniam, altera ſoporem ſignificat, dubitandum quẽquam legentibus reliquit, an deſit hoc loco, an abundet illic altera illa ſoporis uox: ex his ſanè quæ hoc capite traduntur abundare illic uidetur. Ex quo inquit imperandam eſſe quietem, ut potum ebriorum mõ uinũ cõcoquant: quæ imperanda non erat, ſi βαρυνῖ, ſoporẽ hyoſcyamus faceret. In maleficio eius præterea à Græcorũ medicis

medicis nihil aliud q̃ ebrietati similis amentia numeratur. In angusto uersatur res, ut aut ex hyoscyami historia eam expunxisse uocem oporteat, aut quod illic καρωτικὸν est, contra cõmunem uocis eius æstimationem ad capitis affectionẽ aliam transferendũ sit. Omnia toto hoc capite omnibus eadẽ sunt, præterq̃ in extremo calce in quo aliter uoces suas cõcipit Paulus Aegineta: monetq̃ imperandã esse quietẽ, ut non aliter ebrij potum somno concoquunt uinum: sic etiã quiete sua qui hyoscyamum hauserint, ueneni eius uim pariter cõcoquãt. Nihil em̃ in re alioqui haud multifaciẽda mutauimus, satis imperatã quietẽ fore opinati.

Περὶ Μανδραγόρου. Κεφ. ϛογ'.

Μανδραγόρου δὲ πρὸς ὕπνον εὐθέως κάρος ἐπακολουθεῖ καὶ ἔκλυσις, καὶ ἀφορά τε ἰσχυρὰ καὶ μνήμης διαφέρουσα πάθος τοῦ λεγομένου ληθάργου, ὃ πρὸ τοῦ τὶ πύτων συμβῆναι, ἀχμόζει δ', τε ἔμετος καὶ μελίκρατον, καὶ μετὰ τοῦτο ἡ νίτρον, καὶ ἀφίνθιον σὺν γλυκεῖ ἢ οἴνῳ γλυκάζοντι λαμβανόμενα. ἢ ἥ τῆς κεφαλῆς ἐμβροχὴ διὰ ξυσμίνθου ἢ ὀξους. ἢ διέγερσις δὲ ἡ κίνησις τοῦ σώματος. καὶ ἡ δ' ὀσφρανικτῶν, καὶ εὐπατορίου, καὶ πεπέρεως, καὶ νάπυος, ἢ καυσορίου, καὶ πηγάνου, ἔξει τε τριμμένων. ἢ τίασις ὑγρᾶς ἢ ἡ κεκαυμένων, ἢ ἐσβεσμένου ἐλλυχνίου. δ' ὑσανακλίτως ἢ αὖ τὸ ἐχόντων, ἢ πρὸ ἀμικὰ ἐπάγμ. ἢ τοῖς ἄλοις κοινοῖς βοηθήμασι, χρῆσθαι καὶ ἐπὶ τούτων.

De Mandragora. Cap. XVI.

SEquuntur haustũ mandragorã q̃ primũ sopor, lãguor, & inexpugnabilis somni necessitas, nihil à morbo qui lethargus dicit, differens. Prosunt anteq̃ quicquã horæ fiat uomitiones, & à uomitionibus statim mulsa aqua nitrũq̃, & absinthiũ cum passo dulci'ue uino sumpta. Rosaceo præterea & aceto caput inspergendũ excitandũq̃ & commouendum corpus. Admouenda itidem quæ olfactu excitẽt, Eupatoriũ, piper, sinape, castoriũ, ruta, omniaq̃ ex aceto trita. Quinetiam liquida pix, & accensi tum extincti lucernæ funiculi. Et si à sapore nõ facile excitabuntur, adhibẽda quæ sternutamẽtis altius excitẽt, cõmunibusq̃ aliis remedijs contra mandragorã etiã utendũ.

INTERPRES.

SOpit q̃primũ malo somno hominẽ mãdragoras: Idq̃ nõ tantũ hoc loco Dioscoridis sed in historia III. uoluimine lõgius ab eo traditũ est. Remedia nũc tã noxiæ quietis tradũtur: Primũq̃ locũ uomitiões & mulsa aqua sibi uendicauerũt, in quibus nõ cõuenit nobis cũ aliis interpretibus: illi em̃ uomitiones & aquã mulsam cõiunxerunt, uomitus ex aqua mulsa prodesse, & uomitiones moueri, & aquã mulsam dari dicẽtes. Nos ex Græcorũ medicorũ disciplina cõferre quidẽ uomitiones diximus, sed à uomitionibus statim mulsam dari aquã. Habuimus q̃ in eo autorẽ Paulũ Aeginetã, qui scriptoris huius caput hoc excribens ait: ἀφέλει δὲ καὶ πρὸ τούτων τὶ συμβῆναι, ὅ, τε ἔμετος, καὶ μετὰ τοῦτο μελίκρατον: quod est: Prodest priusq̃ quicq̃ horæ fiat uomitus, & post hunc aqua mulsa. Cogitauimus etiam quoniã ab eodem scriptore inter mãdragoræ remedia nõ numeratur Eupatoriũ, multoq̃ magis quoniã nihil quod ad hoc faciat in decretis Eupatorij à Dioscoride traditur, aut abundare eam uocẽ, aut pro quapiã alia male eam illic legi: quod signasse tantũ uoluimus.

Περὶ Μήκωνος. Κεφ. ϛοδ'.

Μήκωνος ὀπὸς πρθένου, παρακολουθεῖ καταφορὰ μετὰ καταψύξεως καὶ κνησμοῦ ὡς πεταμένου, ὡς πρὸς ἀκίδος ἰσχύοντος φλεγμάσεσθαι ὑπ' αὐτοῦ. ὀσμή τε τοῦ φαρμάκου δι' ὅλου τοῦ σώματος ἐκδίδοται. ὃς βοηθεῖ μετὰ τὸν τοῦ ἐλαίου ἔμετον, καὶ κλυσθῆναι δι' ἁλμῆς κλύσμασι, ἐξυμέλι σὺν ἅλατι πινόμενον ἢ μέλι σὺν ξυσμίνθῳ θρμῷ. καὶ ἄκαρπος πρὸς σὺν ἀφιθίῳ ἢ κίννα μώμῳ. ἢ ὄξος θρμὸν καθ' ἑαυτό. νίτρον τε σὺν ὕδατι καὶ ὀξίτι καὶ ὀμφακίτιδι. ἢ γλυκεῖ. πικράκανθα. πέπερί τε μετὰ κοσσυφίου καὶ ὀξυμέλιτος. ἢ μετὰ θύμβρας ἢ ὀρίγανου ἀφεψήματος σὺν οἴνῳ. δι' ἃ δὲ καὶ τόπους διεγείρει τοῖς ὀσφρανικτοῖς καλουμένοις καὶ ἐμβιβάζεται εἰς ὕπνον καὶ πτυελισμὸν διὰ τὸν ὑπογινόμενον κνησμόν. ὀνίνησι αὐτοὺς καὶ μετὰ τὸ λουτρὸν χρῆσθαι ζωμοῖς λιπαροῖς μετὰ οἴνου ἢ γλυκέως, καὶ μυελὸς δὲ μετ' ἐλαίου πινόμενος.

De Papaueris liquore, quod opium uocant. Cap. XVII.

POtum papaueris liquorẽ qui opiũ est, cũ perfrictione pruriginẽq̃ adeo ualida sopor sequit, ut sæpenumero inualescente ueneno tanta fiat prurigo, ut qui id hauserit, ea uexatione excitet. Reddit præterea toto corpore opij odor, remedio est post uomitiones oleo factas acerrimo perfundi clystere. Confert etiã potũ cũ sale acetũ mulsum, aut cũ calido rosaceo mel. Copiosum præterea cũ absinthio cinnamomo'ue merũ aut per se calidũ acetũ. Nitrũ itidẽ cũ aq̃ aut cũ lixiuia ⌊passo'ue.⌋ Origani aut agrestis rutę semẽ cũ pipere, uino & panace, nec non cum castorio & aceto mulso piper, aut cũ satureiæ origani'ue ⌊decocto⌋ addito uino. Oportet etiam eos qui opium hauserint his quæ olfactoria dicũtur excitare, & lotum in calidã aquã deducere, fomentisq̃ ob superaccedentem pruriginem fouere. Proderit etiã post loturam pingui esculento iure cum uino aut passo uti. Proderit & medulla animalium cum oleo pota.

INTERPRES.

NVmerantur à Nicandro in opij potu præter perfrictiones, ſoporem, languorem, pruriginem, & toto corpore opij odorem, notæ aliæ plures, pallida facies, labrorum igneus color, exigua & frigida reſpiratio, liueſcentes ungues, diſtortæ nares, & concaui oculi. Addidit illud etiam, odorem quem Dioſcorides ait toto corpore reddi, unà cum ſudore ueluti ex labore euaporari.

Περὶ μήκωνος κεράτιδος. κεφ. ϞΙΗ΄.

Ἃ δὲ λεγομένη κεράτις μήκων, οὐ τῷ ἔχειν ἢ πρᾶναι τὰ αὐτὰ ἐπιφέρει σα τοῖς ἀπὸ τῆς μήκωνος συμπτώματα, πρὸς αὐτοῖς βοηθήμασιν ὑπόπιπτει.

De Cornuti papaueris liquore. Cap. XVIII.

ET quod cornutum papauer dicitur, in cibo potu'ue ſumptum, eoſdem opio euentus afferens, iiſdem remediis curatur.

Περὶ φαρικοῦ. κεφ. ϞΙΘ΄.

Τὸ ὑπὸ καλουμένου φαρικόν, τὸ μὲν πρὸς πᾶσαν ναρδοφανείας ἔοικεν. ἐπιφέρει δὲ πρὸς ἅλυσιν ὡσθενῆ μετὰ παρακοπῆς καὶ ἀσασμοῦ. δι' ὃ ἢ μετὰ δίψης ἀναδίδοσθαι αὐτοὺς, πρὶν ἢ μέν σαι τὸν οἶνον ἀψινθίτην σὺν κινναμώμῳ, ἢ σμύρνῃ, ἢ νάρδῳ κελτικῇ ἢ ἔνιοι σφίνθῳ ἐκάλεσαν. ἢ νάρδοσάχυος ὁλκὰς ϛ΄. καὶ σμύρνης ϛ΄. ὀβολοὺς μεμιγμένους σὺν γλυκεῖ. ἢ ἴριν μετὰ κρόκου σὺν οἴνῳ. δι' ὃ ἢ κατα πλάσειν δὲ τὴν κεφαλὴν αὐτῆ ξυρήσαντας, κρι θίνῳ ἀλεύρῳ σὺν πηγάνῳ λείῳ καὶ ὄξει.

De Pharico. Cap. XIX.

QVod Pharicũ uocant, nardo ſimilẽ guſtũ omnẽ habet. Potũ id, cũ furore & cõuulſione reſolutiões facit. Oportet cũ eos q̃ id hauſerũt exinanieris, abſinthite uinũ cũ cinnamomo myrrha'ue aut Ciliſſa nardo, quã quidam * nominant, bibẽdum dare: Aut ſpicæ nardi drachmas duas, & myrrhę obolos duos cum paſſo mixtos, aut iridem & croci florem cum uino. Illinẽdum præterea deraſum caput hordeacea farina ex aceto, addita conciſa ruta.

INTERPRES.

QVid quale q̃ fuerit Pharicũ, non ſatis inter antiquos ſcriptores cõſtat: ſimplex aliis, aliis cõtrà cõpoſitum tradentibus: & quod hactenus legiſſe me meminerim, nullo eorũ ſiue ſimplex ſiue cõpoſitum fuerit, genus eius & ſubſtantiã indicante. Incerta poſterioribus Græcis ratio nominis etiã fuit, etſi à gẽtibus & locis aliq̃t Græciæ dictũ oẽs teſtentur. Quidã em̃ à Pharis in Arcadia, quidã à Pheris in Theſſalia, quidã poſtremo à Pharide in Laconia cuius meminit Homerus, Pharicũ dictũ uoluerũt. Nec deſunt qui ab inuẽtore ſic uocatũ putẽt. Athenæus in tertio ſui Diphnoſophiſtę, q̃ loco de cotoneis malis agit, niſi uitiũ in eo ſit, nõ Pharicũ ſed Phariacũ nominauit. Verba eius ſunt: ὁ γοῦν φαριακὸν φάρμακον, &c. Nec ipſe etiã alioqui in huiuſcemodi multus & diligẽs, quicq̃ de nomine aut ſubſtantia ueneni huius docet. Refert tamẽ q̃d miretur aliquis, in cæteris nõ legi, neq; inter remedia à quoq̃ numerari, infringere ueneni huius uires mala cotonea: & ex Philarcho in VI. hiſtoriarũ ſuarũ narrat, cotonea hæc mala odoris ſui bonitate letaliũ uenenorũ uires hebetare: Pharicũ q̃ hoc uenenũ cotoneis malis mixtũ, amiſſa nocẽdi poteſtate euaneſcere: deprehẽſum q̃ id fuiſſe, dato homini Pharico q̃d inter cotonea mala fuiſſet, nullo mortis aut ueneni maleficij ſecuto euentu. Cæteri itidẽ oẽs propoſito Pharico, deſcriptis q̃ notis & traditis remediis, nihil ultra de eo docuerũt. Quò fit ut credamus tã notũ tũc omnibus fuiſſe Pharicũ, q̃ nũc nobis incognitũ eſt: & ut in re nota fit, tacuiſſe cętera oẽs qui de eo agerẽt: ne deſcripta re, malè & ſcelerate agere & uenenis uti diſcerẽt homines. Variãt, pluribus locis toto hoc capite ueteres Græcorũ codices, & in deſcribẽda re eiuſdẽ gẽtis autores alij. Primũq̃ illud eſt q̃d paſſim legit: τὴν μὲν χεῦσιν πᾶσαν νάρδῳ ἀτρία ἔοικεν. Quã lectionẽ ſecutus alter ex nouiſſimis interpretibus, ſylueſtri nardo ſaporẽ Pharici cõparauit, cũ tamẽ autoribus aliis Græcorũ ſcriptoribus ſimpliciter nardo cõparandus eſſet. Sic em̃ in Alexipharmacis ſuis Nicãder cõparauit: πρὸς ἄζηλον μὲν χεῦσιν ἅπασαν νάρδῳ: q̃d eſt: Quã quidẽ guſtu æqualẽ nardo intellige. Sic Paulus Aegineta in quinto: τὴν μὲν χεῦσιν ἅπασαν νάρδῳ ἔοικεν: q̃d eſt: Toto ſapore & guſtu nardo ſimile eſſe. Sic etiã meliores græcorũ aliqui codices indicãt: quos ſecutus Barbarus, nardo ſimpliciter cõparauit. Nõ cõuenit deinde huic ſcriptori & græcorũ medicis q̃d alias Pharici huiꝰ notas pertinet. Hic em̃ poto Pharico fieri ait παράλυσιν μετὰ παρακοπῆς καὶ ἀσασμοῦ, quarũ uocũ ſenſus ſit, reſolutionẽ cũ alienatione mẽtis & cõuulſione: illi è diuerſo fieri reſolutionẽ cũ alienatiõe mentis, & præter eã cõuulſiones: παράλυσιν illi dicũt μετὰ παρακοπῆς καὶ ἀσασμούς. In q̃ & ſi nõ adeo diuerſus ſit ſenſus, mo nere tamẽ in eo legẽtes placuit. Sequit̃ hoc q̃d penitꝰ aliis & nobis diſcrepet: illi em̃ cõmunem ſecuti lectionem, abſinthite uinũ dari iubẽt cũ cinnamomo, myrrha, aut nardo gallica: Nos aũt ueterũ in eadẽ hacre de creta, Ciliſſam nardũ, nõ gallicã diximꝰ. Per q̃s aũt ad eã rẽ profecimus, Nicãder in Alexipharmacis, & poſt Nicãdrũ Paulus Aegineta ſunt, ambo Ciliſſam nardũ in hoc uſu palã probãtes: alterius uerſiculi ſunt: ἀλλὰ σὺ πολλάκι μὲν σαλίνην ἐναντία νάρδου ῥιζάδα θυλακώσαν ὀπαζεῖο. τήν τε κίλισσαι πρηόνες ἀλδαίνουσι πρὸς πλημμυρίδα κίσσου. q̃rum ſenſus eſt: Verũ tu bene florentẽ ſpicã nardi radicitus euulſam utricularẽ dato, quã Ciliciæ montes nutriũt. Eſtq̃ nardus hæc quã primo uolumine poſt gallicã nardũ inter cætera Dioſcorides thylacitim, id eſt, utricularẽ uocari ait, montanã in Cilicia & Syria naſcentẽ: in qua dicta tũc à nobis fuerũt quæ ſatis erãt. Eſtq̃ hãc illi eandem, tãti uiri autoritate pro cõperto nobis eſt. Alterius in Pharici remediis hæc uerba ſunt: κιννάμωμῳ, ἢ σμύρνῃ, ἢ νάρδῳ κελτικῇ: q̃d eſt, cum cinnamomo, aut myrrha, aut nardo Ciliſſa. Cui ſubiecit ſtatim quã σκίπιν uocãt, ignotã nũc uocẽ, & quę in ſcriptore hoc ſerine legat̃, eadẽ incertitudine. Dicet forte aliquis in cũctis Celticã manifeſtè legi. Fatemur id quidẽ, ueruntamẽ aliter tradẽtibus aliis, & lubrico ad uitiũ laplu in

plu in cõmutandis inuicẽ eiuſdẽ principij duabus uocibus, q̃d pluribus cõfirmabatur teſtibus, hisq; proba tæ fidei, eã magis lectionẽ amauimus. Diuerſa etiã nõ multo poſt ab hoc ſcriptore in remediis ueneni huius aliorq; ſententia eſt, q̃ loco ſcilicet præcipiẽ utendũ iride: & ut hic ait, ῥοδίνῳ ἄνθῳ: quæ uoces nihil ſignificare aliud poſſunt, q̃ roſeũ florẽ. Paul⁹ Aegineta nõ hoc, ſed κροκίνῳ ἄνθῳ, id eſt, croci flore uti iubet. Sic etiã alij Græcorũ medici: q̃ factũ eſt ut croci florẽ magis probauerimus, præſertim paratq; apto uocũ cõceptu, ſi quis roſeũ florẽ pro roſa dicat: ipſa eñ flos eſt, aptiusq; crocinus flos q̃ roſaceus dicit̃. Potuit à crocino ad rhodinũ facilis lapſus & mutatio eſſe. Hæc nos quibus licet cõiecturis monemus, liberã eligẽdi poteſtatẽ legẽtibus relinquẽtes. Nõ relinquem⁹ & illud, quã cæteri oẽs myrrhã in hoc uſu probãt, Nicãder q̃ dixim⁹ loco nõ myrrham ſed ſmyrniũ oluſatro congenerẽ plantam dixit: ἄλλοτι δὲ σμυρνῆον ἐνῳβίς: quod eſt: & aliquando ſmyrnium bene tritũ. Nos tamen nihil mutauimus, myrrhã cẽſentibus & numerãtibus in hoc uſu cũctis alijs.

Περὶ τοξικοῦ. κεφ. ϗοζ.

De Toxico. Cap. XX.

Ὁ δὲ τοξικὸν, ὃ οἱ βάρβαροι μὴν ὠνομάσθη ἐκ τοῦ τὰ τόξα αὐτῶν βάπτειν ὑπ' αὐτοῦ χρίεσθαι. παρακολουθεῖ δὲ τοῖς πεπωκόσι χλέων μὴ γλώττης φλεγμονή. μανία τε ἀκατάσχετος. πρίλικας ἐπιβάλλουσα φαντασίας. ὡς μὴ διὰ τοῦτο δυσιάτους εἶναι ταῖς θεραπείαις. σωφρόνως δὲ οἱ χρησθαι λύκας τῶν πεπρακότων. δεῖ μέν τι συν ξομβίνους γλυκεῖ οἴνου σὺν ῥοδίνῳ πίνειν κοῖλῃ ἢ οἱ πευταφύλλου ῥίζα αἷμά τε τράγου ἢ αἰγὸς ὁμοίως λαμβανόμενα, δρυός τε φλοιὸς ἢ φηγοῦ. ἢ πρίνου γάλακτι σωκεκλεασθείς. οἱ χωι οἱ ὕσ ἀλπινόμενα. ἄμωμόν τε οἱ βαλσάμου καρπὸς σὺν οἴνῳ. μὴ εἴ τινες αὐτοῦ φύγοιεν τὸ κίνδυνον, πλεῖον χρόνον κλινοπετεῖς δι' μένουσι. κοὐ ἀναστάντες ἐπιγομένοι τὸ μοιρὸν δι' ἄγουσιν.

CRedit̃ ideo toxicũ appellari, q̃ barbari ſagittas telaq; ſua, quæ toxeumata nominãt, eo inficiũt. Facit potũ toxicũ linguæ labroq; inflãmationes, & eã inſaniam quæ coërceri nõ poſſit, uarijs mentẽ imaginibus turbantẽ: quõ fit ut difficillima curatione ſanẽtur: raroq; incolumes euadãt qui toxicũ hauſerunt. Oportet itaq; uinctos compeſcere, illataq; neceſſitate & ui cogere paſſum cum roſaceo bibere, tum uomitionibus reddere. Raporumq; ſemẽ cum uino itidem bibere, pariterq; uomitionibus reddere. Priuatim cõtra toxica opem fert quinquefolij radix & hirci, capræue ſanguis: in quem uſum ſimiliter bibuntur. Prodeſt & quercus cortex, aut fagi, aut ilicis tritus & cum lacte potus. Proſunt & cotonea mala in cibo uel conciſa cum pulegio & aqua pota. Prodeſt præterea amomũ, & balſami cũ uino ſemẽ. Quod ſi qui eius mali periculũ euaſerint, nõ niſi poſt longũ tẽpus cõualeſcũt & ex ſtratis ſurgũt: & cũ ſurrexerit, attoniti reliq; tpe uitã agũt.

INTERPRES.

VNum certum q̃, & quod priuatim toxicũ diceretur fuiſſe quondã ueriſimile eſt, etſi multiplex diuerſumq; tunc & poſtea gẽtibus fuerit, unde illi factũ nomen fuit, & quo ſagittæ tingerẽtur: Niſi enim id fit, nulla poterit notaq; remediorumq; eius certa ratio & diſciplina eſſe. Habẽt eñ uenena omnia ſuas priuatim notas, quibus cognoſci: & quib⁹ curari debeãt, certa remedia: nullaq; erit in ſcriptoris huius toxico legentibus utilitas, ſi una toxici appellatione intelligẽda illa omnia erũt, quibus ad certiorẽ mortem ſagittas toto orbe gentes præſertim q̃ ad orientẽ barbari, quibus hoc telorũ genere tractare bella antiquus mos eſt, inficere & uenenare conſueuerũt. Multa aũt & toto genere aliquãdo diuerſa eſſe hęc, oẽs nouimus: & nihilominus toxicũ hic ait ex eo, q̃ barbari ſagittas eo tingãt, nominatũ fuiſſe: quo ſermonis cõceptu certam & uulgo tunc cognitã indicare rem credẽdus eſt. Qualis tamẽ ea fuerit, neq; hic neq; quod hactenus ſcripſit: Hanc Seſtius ſimilacẽ à Græcis uocari dixit, & eſſe in Arcadia tam præſentis ueneni, ut ſi qui dormiãt ſub ea cibum'ue capiant, moriãtur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicãt uenena, quæ nũc toxica dicim⁹: quibus ſagittæ tingũtur. Sunt ut uidetur Plinio toxica ex taxi arboris ſucco cõfecta uenena. Huic aũt ægre credat aliquis, idem Plinij toxicis hoc eſſe: Siquidẽ non multo ante priuatim de ſimilace, id eſt, taxo arbore egit, perfrictionesq; & ſtrãgulationes ſuo frigore facere dixerat: ideoq; nõ credendũ aliter & iterũ de ea ab eodem nũc agi, præſertim nõ congruẽtibus nec ijſdẽ in utroq; ueneno notis. Relinquit̃ ob eã cauſam, ut credamus à ſagittis toxicũ nominatũ fuiſſe, certi quondã generis uenenũ, quod ex quotidiano frequentioreq; uſu antiqtas ſic appellauerit: ſciſſeq; tũc oẽs uenenũ, & ueneni propriũ genus. Nunc aũt in multiplici ad tingendas ſagittas cuſpidesq; alias ueneno, quo paſſim uti (niſi obſtarent leges) liceret, non facilem habet intellectum: nec diſcerni ex eo uſu & ab alijs poteſt, quem multis communem & eundem habet.

Περὶ ἰξίου. κεφ. ϗοη.

De Ixia. Cap. XXI.

Ἰξίας δὲ ὃς μὴ οὐλοφωνος καλεῖται ὧν τῷ πίνειν ὀδὸν ὅμοιόν ἐστὶ ὀσμῇ οἱ καὶ τὸ γεῦσιν ἐμφαίνει. ἐπιφέρει δὲ γλώσσης φλεγμονὴν ἰσχυρὰν. μὴ παρακοπὴν. μὴ τὰς ἐκ

IXias qui & ulophonos dicitur, ocimo ſimile quiddã in guſtu & odore refert. Facit grauem linguæ inflammationem inſaniam'que. Cuncta etiam corporis excremen-

κρίσεις ἐπέχει πάσας. βοηθοῦσι μοῦς τε κὴ φόφους μετὰ λιπαρθυμίας ἐπιφέρει δ' ἰχὰς τ πρὸ χοῆς τί. βοηθεῖ δ' αὐτῆς μετὰ δ' ὄξους ἐμέσαι δ' πλῆθος, ἢ μετὰ τ' κοιλίαν λυθῆναι πινόμενον ἀφυθίου ἀπόζεμα σὺν οἴνῳ πολλῷ, ἢ ὀξυμέλιτι. πικάνου τε ἀρχίου σπέρμα ἢ σιλφίου ῥίζα. ὁμοίως τε βαπτικάνου ἀφέψημα σύν τι τ προειρημένων. ἐλατίνην ἐκτίνην σὺν οἴνῳ ἢ νάρδου, ἢ κασσίᾳ, ἢ σιλφίῳ, ἑκάστου ὀβολόν. ἀσμόζουσι δὲ καὶ ἡ τ βασιλικῆς κόνας σὺν οἴνῳ ἢ λιπαρῷ σὺν βλασοῖ ἐκτίνῃ, κασσίου, πικάνου, ἑκάστου ≺ ά. ὁμοίως χαμελαίας ἢ δαφίας οὐγγίαι β'. ἢ ἀφυθίου χυλοῦ ≺ β'. σὺν μελικράτῳ καὶ ὄξει πολλῷ πινόμενον.

crementa cõpescit,& cũ defectu animæ uiscerum inteſtinorumq; tumultus & ſtrepitus excitat:nec quicquã tamen excernitur. Remedio eſt poſt edu ctam uomitionibus maiorem ueneni partem,aut poſt ſolutã aluũ potũ cum copioſo uino aut aceto mulſo abſinthij dilutũ. Prodeſt itidem agreſtis ru tæ ſemen,aut ſilphij radix:nec non hircinæ origa ni decoctum cum prædictorum aliquo, aut lacte, aut reſina terebinthina, aut nardo, aut caſtorio, aut ſilpiho, ſingulaq; oboli pondere. Proſunt & cum Iuino conciſi iuglandis nucis nuclei, addi- tis reſina caſtorioq; & ruta, drachmę pondere ſin gula. Proſunt itidem oleaſtelli herbæ, aut Tha- pſię cum mulſa aqua drachmę duæ.Prodeſt & per ſe potum calidum acetum.

INTERPRES.

VIſcum pluribus locis Plinius Græcorũ ixiam hunc uocauit:duo diuerſi generis in plantarũ hiſtoria, nulla diſcriminis adiecta nota eadẽ appellatione indicãs.Quod an uicinitate nominis in Græcis de- ceptus fecerit(ixon em̃ illi arborũ uiſcũ, ixiam uero q̃d nunc tractamus,uocant)an ſciens uolensq; negata ſibi in Latina re appellatione qua uiſco penitus ſimilem rem indicaret,nõ eſt propoſitũ nobis mo- do oſtendere: fecimus enim id in chamæleone:& ante nos certius longiusq; non multo ante hęc tempora Leonicenus,diligentiſſimæ lectionis & egregiæ eruditionis homo, in epiſtola ad Menochiũ Lucenſem me dicum idem etiam fecerat: in qua multa breuitate ſummaq; diligentia ueterũ & poſteriorum ſcriptorũ de tota hac re dicta collegit. Quorũ ſumma eſt, aliud ab ixia hoc uiſcũ eſſe, hoc in multarũ arborũ ramis naſci, nec ueneni maleficiũ habere,illum ad radices chamæleonis albi ſpinę noxium adnaſci,pluribusq; alijs inter ſe notis & uiribus diſtinguí:patereq; id in Græcis, quibus uiſcum ἶξος ſit,non ἴξια,quæ uox à uiſco quidem facta fuerit,non tamen uiſcũ ſignificet,ſed quod pauloante diximus chamæleonem album: cui queamad- modum hic tertio ublumine tradidit, aliquibus locis uiſcum adnaſcitur,quo pro mattiche ad nitorem cu- tis mulieres quondã utebantur. Et hic,non in arboribus natum illud,inter uenena numeratus quõdam eſt: ideoq; ulophonos dictus, quoniam ut in hiſtoria utriuſq; chamæleonis hic docuit, canes,ſues, quadrupe- desq; alias in cibo enecet. Non debuerat ut uidetur cum uiſco miſceri ixias, qui uiſcarius potius adiectiua forma quàm uiſcũ à Græcis nominatus fuiſſe uideri poteſt:ideoq; nos ne ſimul æquiuoca uoce duo diuerſa miſcerentur, alterũ uiſcum,alterũ uoce Græca ixiam nominauimus. Barbarus Plinium ſecutus maſculino genere Græcorũ exemplo uiſcum ixiam hunc uocauit:quod in diſpeſcenda re non ſemper ſatis eſt. Illud uo lumus legẽtes monere hoc loco: cum proponeret à principio uoluminis huius Dioſcorides quæ in tota na tura ueneni maleficiũ habent,inter radices chamæleonẽ non ixiam numeraſſe:in reddẽdis deinde notis & remedijs, ixiam non chamæleonẽ nominaſſe. Nec dubitandũ alicui erat hoc aut illo loco uitiũ eſſe, idem enim ixias & chamæleon eſt, niſi Paulus Aegineta v. ſuæ medicinæ uolumine ijſdem omnibus uerbis ſcri- ptorem hunc cõmentarijs ſuis miſcens,ixiæ & chamæleonis duo ſeorſum capita legentibus cognoſcenda reliquiſſet:in quorũ altero albi,in altero nigri chamæleonis maleficia traderet, notis & remedijs penitus di- uerſa. Reſpondetq; id duorũ chamæleonũ hiſtoriæ, uterq; enim ulophonos æqua nocendi poteſtate nomi- natur. Eamq; rationem, ut credimus ſecutus Paulus Aegineta, ſeorſum de utroq; inter uenena etiã docuit. Quod ſi eaſdem notas ambo haberent, ijſdemq; remedijs curarentur,crederem ego hunc ſcriptorem breui tati conſulentẽ, uno eodemq; capite de utroq; egiſſe. Sed cum diuerſa in eis omnia ſint, uitiũ ſuſpicari oẽs cogimur: relictumq; in uenenorũ cenſu ixiam,in notis deinde & remedijs chamæleonẽ.Neq; enim uerisimi le eſt, reliquiſſe hunc, quod alij cõmentaria eius excribentes tradiderũt. Irrepſiſſeq; id uitium uerisimile eſt ab aliquo qui medicæ materiæ & plantarũ hiſtoriæ parum peritus, bis repetitũ idem eſſe ratus, tanquam ſuperuacaneam utrobiq; alterã reliquerit uocem.Perſuademur nos hoc facile,ex eoq; præſertim,q; in cen- ſu uenenorũ propoſitus chamæleon,in remedijs deinde redditus ixias eſt:quod futurũ non erat, niſi propo- ſitus à principio ixias cum chamæleone fuiſſet.Nec proponendus chamæleon,ſi reddendum aliquid in eo poſtea non erat.Ixiæ tota res in ſcriptore hoc patet,nec repetere quæ præmonſtrata ſunt,opus eſt.Quid au tem in chamæleone deſiderari poſſit,id nos ex Paulo Aegineta repetem9, qui ut cętera ab hoc ſcriptore ac cepta commentarijs ſuis inſeruit, ſic chamæleonem etiam excripſiſſe credendus eſt: Verba de chamæleo- ne nigro eius hæc ſunt: Hauſtum chamæleonem nigrum eroſio dolorq; ingens ſequitur, & cum ſtomachi euerſione totius corporis tremor. Accedit mox & conuulſio,bilioſiq; & ſpumoſi uomitus. Sunt etiã quibus ſingultus cum priuatione uocis diſtortiq; uultus fiunt. Confert triticeæ farinæ cremor pinguis calidusq; tum uomitus & lactis potus.Prodeſt clyſteribus etiam infundi quod lene ſit. Proſunt & fomẽta emplaſtri modo impoſita. Verum contra ſtrangulationes liuores q; facientem chamæleonẽ,proderit potũ abſinthiũ, nitrum'ue cum aceto mulſo aut raphanis.Proderunt & præcordijs impoſita fomenta.Sunt hæc nigri cha- mæleonis ex Paulo Aegineta notæ & remedia, quæ ob eas quas pauloante diximus cauſas, nequid huic operi deeſſet, addere placuit.Eſt illud in notis ixiæ animaduertendũ,quos omnes uertimus ſtrepitus uētris & tumul-

& tumultus κορκορυγὰς significare: Vtroque enim modo βορβορυγμὸς scilicet & κορκορυγὴ in Græcis indicatur: circumagens se per intestina spiritus, & cum spiritu alui excrementa ad exitū festinantia. Describsit cum strepitu tumultum hūc aptissima similitudine Nicander, non aliter in potu ueneni huius strepere hominis interiora dicens, quàm festinante & circumagente se per nubes intra eas clausa terrestri exhalatione tonat: multo' que lepidius Aristophanes in Nebulis suis, cum rusticum hominem meteora docēs, tonitrua sic fieri ait, ut in homine κορκορυγαί. Versiculus eius est: καὶ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὰν λικορκορύγησιν.

De Cerussa. Cap. XXII.

NOn potest latēre ob dolorē cerussa: q̄ primū eīn sumpta palatū, linguā, gingiuas & dētes, qua se cōtingūt, cādido colore inficit: fingult' pterea, tussim, linguæ siccitatē, & extremaꝝ corporis partium perfrictiones cū mentis alienatione inertiq̄ corporis motu facit. Mulsam dare his aquā utile, caricarum' ue, aut maluę decoctū, aut calidum lac, aut trita sesama cū uino, aut ex uitiū sarmētis factam lixiuiā, aut amaracinū oleū irinum' ue: aut Perficorū ossa cū hordei decocto. Prosunt columbarū etiā oua cū thure aut hordei decocto. Prodest prunorū gūmi etiā. Prodest præterea q̄ in folliculis ulmorum seruat' humor cum tepida aqua. A' singulorū tñ potu euocādus uomitus est. Accómodatus etiā Thapsiæ succus: aut scāmoniꝫ liquor & cū mulsa aqua potus alteruter.

INTERPRES.

SVnt toto hoc capite plura quæ alīs interpretibus & nobis eadem nō sunt. Diuersitatis q̄ nostræ una est causa, q̄ impressum scriptoris huius illi codicē secuti, alios eiusdem rei autores non consuluerunt: nec quæ aptius & uerius dici poterant, cogitauerunt: ideo q̄ qualia se omnia obtulerunt, talia etiā redd ita ab eis sunt. Nos contrà autore Nicandro & antiquis Græcorum medicis, quod in scriptore hoc erat, & Perficorum ossa cum liliorum decocto cum hordei decocto, uertimus: illi enim non σὺν κρίνου ἀφεψήματι, q̄d est cum lilij, sed σὺν κριθῶν, quod est hordei decocto, dixerunt. Eadem ratione quod legebatur ἢ κοκκυμήλοις, significat q̄ cum prunis: cum prunorum gummi uertimus. Quiq̄ folijs ulmi contineri humor dicebatur, folliculis eius arboris contineri diximus: illis enim, non folijs continetur. Pluraq̄ alia mutauimus, quæ monenti te. Cogitabunt etiam in Perficorum ossibus quæ cerussæ aduersari hic ait, an trita ossium eorū putamina, an interiores nucleos intellexisse oporteat. Nicander sanè in Alexipharmacis suis putamina intellexisse uidetur. Versiculi eius sunt: καί τε κατατριφθέντα μετ' ἀργέντ' ἐλαίου σκληρὰ ἀπὸ πρόσθιος κάρυα βλάβ' ὄιον ἐρύξει: quod est: Quinetiam tritæ cum splendente oleo duræ Persicæ arboris nuces, malum egregie discutiunt.

De Fungis. Cap. XXIII.

FVngorū alīꝫ genere, alīꝫ copia nocēt. Oēs sumpti strāgulationes laqueis similes faciunt. Succurrendū his q̄primū cōmuniter est, oleoq̄ ad uomitum cogendi qui eos hauserunt. Egregie tamen curantur ex uitium sarmentis, aut ex syluestris piri cinere factam lixiuiam, cum posca & sale aut nitro bibentes. Pira ipsa etiam syluestria folia' ue simul cocta, quam habent fungi, strangulandi uim auferūt. Prosunt in cibo sumpta itidem pira eadē syluestria. Gallinaꝝ præterea oua cum posca pota, additā aristolochia drachma una. Prodest cū uino potum etiā absinthium, & mel in cibo & cum aqua potum. Apiastrū itidem cum nitro. Panacis radix cum uino. Cremata uini fex cū aqua, & cum aceto atrametum sutoriū. Raphanus item, aut sinape, aut nasturcium cibo.

INTER-

Περὶ τιμμιδίου. κεφ. ϞοΔ'.

Τὸ δὲ τιμμίδιον λαθρίῳ οὐ δύναται διὰ τὸ χρῶμα. ἐκουσίως δ' ἂν ληφθέν, λευκαίνει μὲν ὀυρανίσκον, καὶ τὰ οὖλα, καὶ τὴν γλῶτταν, καὶ μεταξὺ τῶν χειλῶν καὶ τῆς γλώττης ξηρότητα, καὶ ψύξιν ἀκρωτηρίων μετὰ παρακοπῆς καὶ δυσκινησίας. διὸ ἀρμόζει μελίκρατον ἢ σύκῃ ἢ μαλάχης ἀφέψημα. ἢ γάλα θερμόν. ἢ σὺν ὄξους ἢ μάραθρον λεῖον μετ' οἴνου. ἢ κονίαν κλιματίνην. ἢ ἀμαρακίνου ἔλαιον. ἢ ἰρινον. ἢ πράσικον τὰ ὅσα. Σὺν κρίνου ἀφεψήματι. Πρὸς δὲ ὰ σὺν λιβάνῳ ἢ κρόκῳ ἀφεψήματα. ἢ κοκκυμήλοις. ἢ κόμμι πρὸς ἀμυγδάλας. ἢ ἐν τοῖς ψύλλοις τὸ πρὸς ὑγρὸν μετὰ χλιαροῦ ὕδατος. Ἐμείτωσαν δέ. Ἄρμόζει δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ θαψίας χυλὸς, ἢ σκαμμωνίας ὑγρὸς σὺν μελικράτῳ πινόμενα.

De Cerussa. Cap. XXII.

NOn potest latēre ob dolorē cerussa: q̄ primū eīn sumpta palatū, linguā, gingiuas & dētes, qua se cōtingūt, cādido colore inficit: fingult' pterea, tussim, linguæ siccitatē, & extremaꝝ corporis partium perfrictiones cū mentis alienatione inertiq̄ corporis motu facit. Mulsam dare his aquā utile, caricarum' ue, aut maluę decoctū, aut calidum lac, aut trita sesama cū uino, aut ex uitiū sarmētis factam lixiuiā, aut amaracinū oleū irinum' ue: aut Perficorū ossa cū hordei decocto. Prosunt columbarū etiā oua cū thure aut hordei decocto. Prodest prunorū gūmi etiā. Prodest præterea q̄ in folliculis ulmorum seruat' humor cum tepida aqua. A' singulorū tñ potu euocādus uomitus est. Accómodatus etiā Thapsiæ succus: aut scāmoniꝫ liquor & cū mulsa aqua potus alteruter.

Περὶ μυκήτων. κεφ. ϞοΠ'.

Μυκήτων δὲ οἱ μὲν ὗες φλεγματώδη παρέχουσιν. οἱ δὲ ὗες πλήθη. ἐπιφέρουσι δὲ πάντες πνιγμοὺς ἐοικότας ἀνχόναις. διὸ εὐθέως βοηθεῖν δεῖ κοινῶς, ἀναγκάζοντας ἐμεῖν δι' ἐλαίου. θαυμασίως δὲ ὠφελοῦνται πίνοντες κονίαν κλιματίνην, ἢ ζακυνθίνου ξύλου: μετὰ ὀξυκράτου καὶ ἁλῶν ἢ νίτρου. καὶ σωζόμεναι δὲ αἱ ἀκρόδρυες ἢ τὰ φύλλα τῆς μύκησιν ἀφαιρεῖσθαι τὸ πνιγῶδες αὐτῶν. ἐσθιόμεναι δὲ ὠφελοῦσι. βοηθεῖ δὲ αὐτοῖς ἀλεκτοροφώνιον ὰ σὺν ὀξυκράτῳ πινόμενον μετὰ ἀριστολοχίας ὀλκῆς ά. ἢ ἀψίνθιον σὺν οἴνῳ καὶ μέλιτι ἐσθιόμενον καὶ πινόμενον σὺν ὕδατι, μελισσόφυλλόν τε σὺν οἴνῳ. πάνακος ῥίζα καὶ κάπρος σὺν οἴνῳ. τρύξ τε οἴνου κεκαυμένη μετ' ὕδατος. καὶ χάλκανθος σὺν ὄξει. ῥάφανός τε, ἢ νάπυ, ἢ κάρδαμον, ἐσθιόμενα.

INTERPRES.

NAſcuntur ab æſtiuo & autumnali imbre ſtatim euocãte ſole fungi omnes: nec minus q̃ tonitrua, tuber optabiles fungi pluuias eo tẽpore hominibus faciũt: haud ſanè omnibus, ſed his qui ut Heſiodus cecinit, infœlicitatẽ ſuã & malũ amãtes, naturę potius mõſtris & uenenis, q̃ melioribus & tutioribus cibis ueſci gaudent. Malè, exceptis pratẽſibus, autore Flacco aliſs creditur fungis. Malè etiã autoribus Græcor̃ & Latinor̃ medicis in cibos receptis ueſcimur: omnes enim ut hic à principio ſtatim monuit, uel genere uel copia nocẽt. Eam q̃ ob cauſam debueramus tam malè tuto cibo abſtinere omnes. Ver̃ quoniã nouitate potius q̃ ſuauitate eius illecti, pręſenti uitæ periculo æſtiuas & autũnales cœnas hoc cibo etiã inſtruimus, debuerũt cæteri interpretes in docẽdis factar̃ à fungis ſtrãgulationũ remedijs diligentiores eſſe, meminiſſe q̃ ambo, nõ præcipere Dioſcoridẽ cõtra fungos bibendum ex aceto æris florẽ, ſed atramentũ ſutorium. Nec ſi etiã χαλκοῦ ἄνθος paſſim in ſcriptore hoc legatur, pluris librarior̃ incuriã q̃ ſcriptoris huius decreta facere: in quo cũ reſpondeãt primis ultima, & ſibĩ nuicẽ omnia, facile erat ex atramẽto ſutorio, q̃d chalcanthum Græci uocãt, locum emendare: Quæ em̃ ipſe hic ſcriptor pro fungor̃ maleficio illic monet, huiuſcemodi ſunt: καὶ μύκητας λαβοῦσι βουβῶ: quod eſt: & his qui fungos hauſerint, opem fert. Priuatim inter cæteras quas habet atramentũ ſutoriũ uires fungis opem ferre à Dioſcoride dicitur: quod flori æris neq; ab hoc neq; ab aliſs tribuit. Oportebat etiã alter̃ eor̃ nõ coniungere copulare q̃ ſimul ſalẽ & nitrũ, ſed hoc aut illud pręcipere: hic em̃ alterutro uti monet. Habet q̃ res certã ex natura rationẽ, quãdo ſimilis aut nõ adeo diuerſæ naturæ ſunt nitrũ & ſal. Sunt etiã pleraq; alia quæ nõ ſunt nobis cũillis eadẽ, ſed leuiora & ob eã cauſam relicta. Monemus illud etiã q̃d à legẽtibus forſan deſiderari poterit: Quę hic iubet ſimpliciter gallinaſ̃ oua cũ poſca bibi, nõ uideri nobis integrũ. Siquidẽ græcor̃ medici ἀφεψημένας ἐν ὀξυκράτῳ ſumi iubẽt: q̃d eſt, in poſca elixa. Quinetiã quod hic ait μέλι ἐνθιέμενον, id eſt, mel in cibo: illi ἐκλεχόμενον, id eſt, in eclegmate dicũt: & quã hic panacis radicẽ tantũ, illi radicẽ & ſemen. Addiderunt præterea, quoniã in fungis à uenenatis corroſi aliqui non tantũ ſtrangulant, ſed ex diuerſa alterius ueneni ui inteſtina exulcerant, dandum in eo periculo copioſum abſinthium, caricarum q̃ & origani decoctum. Mulſa aqua cogendos ad uomitum qui in periculo ſunt: calida lauari aqua, imponenda m̃q; præcordijs emplaſtri modo farinam hordeaceam hydrelæo maceratam. Relictum hoc ut credimus à Dioſcoride eſt, quoniam ad aliud ueneni genus pertineret: quod ex ſuis notis cognitum, ſuis remedijs etiam curandum eſſet: hoc enim capite de fungis eorum q̃ maleficio, non uenenatorum uenenis agebatur. Monuerunt ijſdem Græcorum medici nos etiam, ut in extremo capite contrà quàm alter ex interpretibus fecit, non cardamomum ſed naſturcium uerteremus: illi enim manifeſtè καὶ καρδάμωμα ἐνθιέμενα, id eſt, in cibo naſturcia, fungorum maleficio aduerſari teſtati ſunt.

περὶ τύφου. Κεφ. ϑπά.

ΚΑί ἡ τύφος πνιγμὸν ἐπιφέρει λιθουμένη. ὄδεμὴ τύρις ἁρμόζει δίδόναι τὰ πρὸς τοὺς μύκητας βοηθήματα, μὴ ἐπὶ τύτῳ τὸ τῆς μαλάχης ἀφέψημα. ὁ πᾶς γὰρ ἀντὶ τοῦ ἐλαίου. λιπόν γὰρ ὂν μὴ ἂν δεῖ χρῆσθαι ὄλισθον ἐμποιοῦν, οὐκ ἐᾷ καταχύεσθαι τὰ σώματα. λιθουμένη γὰρ ἡ τύφος ἐργάζεται τοῦτο. ἁρμόζει δὲ καὶ τὸ ἔλαιον σὺν μελικράτῳ ἢ σύκῳ ἀφεψήμασι, καὶ κονία συκίνη, ἢ κληματίνη σὺν οἴνῳ πολλῷ πινομένη, καὶ ὀρίγανον, ἢ θύμον σὺν κονίᾳ, ἢ ὄξει, ἢ γλυκεῖ. δεῖ δὲ καὶ τύτους ὑποκλύζειν δεῖ δὲ καὶ μαλάχης ἀφεψήμασι.

De Gypſo. Ca. XXIIII.

FAcit & gypſum ſtrangulationes, lapidescens. Eapropter danda his qui gypſum hauſerint quæcunq; cõtra fungos opem ferre præmonſtrata ſunt. Adhĩciendumq; his, quod pro oleo ſit maluæ decoctum. Pingue enim, & ob id lubricas & faciles uomitiones faciens, non ſinit in uomitu interiores eroderi partes, quod lapidescens gypſum facit. Confert præterea oleum cum mulſa aqua, aut caricarum decoctum, & ex ficulneis ramis uitium'ue ſarmẽtis lixiuia cum copioſo uino pota. Quinetiam origanus thymus'ue cum lixiuia aut aceto. Oportet itidem clyſteribus paſſum & maluę decoctum in eo periculo conſtitutis infundere.

INTERPRES.

NOn eſt quod in gypſo legentes moneamus, præterquam autoribus ijſdem græcor̃ medicis paſſum clyſteribus infundi, non cum origano aut thymo lixiuiaq; & aceto bibi, à nobis in extremo capite dictũ fuiſſe: illi em̃ remediũ ſic docẽt: uiſumq; eſt rationẽ habere, q̃ male uidentẽ ſimul cõiungi poſſe & alternari diuerſar̃ uiriũ acetũ & paſſum. Poterũt tamẽ legentes quod magis probauerint ſequi.

περὶ Αἵματος ταυρείου. Κεφ. ϑπϐ.

ΑΙμα δὲ ταύρου νεοσφαγὲς πνεῦμα, δύσπνοιαν ἐπιφέρει καὶ πνιγμόν. ἐμφράττον τοὺς πρὸς τὰ πρόσθια τοῦ πλεύμονος κατάρσιμ πόρους μετὰ πνιγμοῦ ἰσχυροῦ. ἐυρίσκεται τε ἐπ' αὐτῷ ἡ γλῶσσα ἐρυθρά. καὶ ὀδόντες βεβαμμένοι. καὶ βρόμβια μεταξὺ αὐτῶν. ἐφ' ὧν τὸν ἔμετον πρᾶαι τὸ μέδα. ἢ θρόμβων μᾶλλον ἐν τῷ σωμά-

De Recenti taurino ſanguine. Cap. XXV.

POtus recens iugulati tauri ſanguis, ſpiritus difficultates & ſtrangulationes facit, tonſillarum deglutiendiq; meatus cũ grauiſſima conuulſione obſtruẽs. Inuenitur à potu eius rubẽs lingua, infecti eodem colore dẽtes, & inter eos cõcreti ſanguinis grumi. Vitãdus in hoc malo uomit⁹ eſt, dẽſante ſe magis in ſtomacho ſan-

cho sanguinis concretione illa, q̃ties uomitionis conatu in superiorem trahitur partẽ. Dantur quæ cunq; coëuntem durescentemq; sanguinem solue re, & aluum deiicere possunt. Dandi etiã suo lacte pleni cũ posca ficoꝝ caprificoꝝue grossi. Nitrũ p se etiã prodest, omneq; coagulũ cũ aceto radiceq; silphij, aut eiusdẽ liquore. Cõfert & brassicæ semẽ, & ex ficulneo cinere lixiuia. Prosunt & cũ pipere conyzæ folia. Quinetiã ruboꝝ succus cũ aceto p̃sidio est. Deiiciẽda præter hæc aluus est. Consueue runt his q euasuri sunt p inferna reddi grauissime odorata alui excrementa. Stomachus postremo & aluus hordeacea farina ex mulsa aqua emplastri modo operienda sunt.

INTERPRES.

SVnt hominis & brutoꝝ sanguinis notæ, uires, & euẽtus uarij, quemadmodũ II. uolumine longius dictum in sanguinibus à nobis est. Nũc unius tantũ describẽda malefica uis, & in tota sanguinũ historia damnãdus tauri nuper iugulati: qui quoniã celerrime coit atq; durescit, ideoq; pestifer homini, præsertimq; potus: ueneni maleficio infamis, miserabili genere mortis Græcoꝝ historias & poëtas implet. Deprehenderunt id in diuina re mortales, cũ iugulatis ad sacrificiũ tauris, qui aderãt superstitiosiores calentẽ adhuc biberẽt: noua & indigna deo ratione hac, sanctitatẽ incolumitatẽq; suã augere se existimãtes: nullus tamen clarius hoc genus mortis q̃ Themistocles fecit: qui post pulsum è Græcia Xerxẽ exul à patria, accepto ab Artaxerxe exercitu, siue nolẽs siue desperãs quæ illi cõtra Græcos pollicitus fuerat præstare, in Ionię Magnesia decepto cultratio ipse tauꝝ in sacrificio tenens, exceptũ poculo sanguinẽ repente hausit, ut esset eo tẽpore ante posita uitæ mors, perpetuũ uolũtatis honoris q̃ sui testimoniũ: q̃d semper ciues sui meminissent: caneretq; pro se in Helena Sophocles, ἐμοὶ δὲ λῶσον αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν. καὶ μή γε πλείω τοῦδ' ἔχειν ἀνοσφμίας. Et Aristophanes in Equitibus suis, βέλτιον ὑμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν· ὁ Θεμιστοκλέους τε θάνατος αἱρετώτερος. Frequẽtius quondã taurini sanguinis periculũ hoc fuit: nostra ætate nulla id afferẽte religiõis occasione, nullũ aut rarissimũ est. Et nihilominus docuisse hæc inutile nõ fuerit. In quibus obseruatũ à nobis est, non eodẽ modo à Græcoꝝ medicis & ab hoc scriptore tradi remediũ id, q̃d ad omne coagulũ radiceq; silphij aut eius liquorẽ pertinet: illi eñ diuidũt, duoq; faciũt, q̃d unũ in scriptore hoc est: dicẽtes dari utiliter omne coagulũ per se: & silphij itidẽ radicẽ cũ liq̃re suo. Nos tamẽ nihil mutauimus, eandẽ in cũctis Græcis lectionẽ eius loci inuenientes. Diximus etiã ultra q̃ cæteri interpretes uerterũt, aduersari taurino sanguini ficoꝝ caprificorum'ue grossos: quoniã Greca nox utriusq; arboris immaturꝝ adhuc pomũ significet: & hic I. uolumine utriusq; lac æqualẽ habere potestatẽ tradiderit. De his cõmentationibus nostris dicta etiã I. uolumine multa sunt. Volumus illud etiã legẽtes hoc loco nouisse, q̃d hic ait spũs difficultates facere taurinũ sanguinẽ, & deglutien di meatus obstruere, ad φάρυγα & λάρυγα, sic à Græcis dictas in imo hoïs ore partes, ptinere: de q̃bus primo uolumine in ligustrino unguento, & anginis dicta pleraq; sunt: Oportere q̃ utranq; illã partẽ hoc loco intelligi: neq; n. aliter spirandi difficultas & deglutiẽdi impedimentũ fieri poterit: in quo uix credat aliqs, quãto pere in duabus illis uocibus optimi etiã Græcoꝝ scriptores uariẽt, quẽadmodũ tũc etiã diximus: quibus adcarunt, principiũ stomachi esse: uocat q̃ ille antiquoꝝ modo stomachũ cibi in uentriculũ iter: λάρυγα autem gutturis & canalis animæ, quã partẽ βρόγχον ĩdem Græci nominãt. Et in ĩjs fieri oñes anginas Græcorũ medici dixerũt: in priore illa synanchẽ & parasynanchem: in posteriore aũt cynanchem & paracynanchẽ: & si miscuerint aliqui partes has, & in partibus ĩjs factas affectiões illas, nec semper discrimina hæc seruentur: quemadmodũ in ligustrino unguento dictũ à nobis etiã est: in ĩjsq; partib⁹ taurini sanguinis potu fieri hic ait spiritus difficultates, & deglutiendi impedimentũ, quasi synanchem & cynanchem aliquam.

περὶ γάλακτος ἐμπυλα-
σθέντος. Κεφ. ϞΠΑ'.

ΚΑὶ τῆς γάλακτος ἐμπυλασθὲν γάλα, ἀθρόως πλῆς πωγμὰς γίνεται διὰ τὸ θρομβοῦσθαι. διῃρῆσθαι, προσφέρειν δεῖ ὡς πρὸς ἀντίδοτον πυτίαν σὺν ὄξει. πολλάκις ἀναγκάζοντας πίνειν. καὶ καλαμίνθης τὰ φύλλα ξηρὰ ἢ τὸν χυλὸν ὁμοίως. ἢ σιλφίου ῥίζαν ἢ τὸν ὀπὸν σὺν ὀξυκράτῳ. θύμον τε σὺν ὄξει. καὶ τὸ πλοτρικὸν ἀκόνιον. ἁλικόν τε μικρὸν προσφρέειν. μᾶλλον γὰρ πήγνυται. καὶ τυροῦται τὸ γάλα.

De Lacte cui admixtum coagulum sit. Cap. XXXI.

MVltam & uniuersam facit repente strãgulationẽ, propterea q̃ in grumos coit potũ admixto coagulo lac. Succurrendũ illi statim, nec min⁹ efficaci auxilio q̃ antidoti alicuius coagulo cũ aceto. Ad q̃d bibendũ cogẽdi sæpius sunt in eo periculo constituti. Prosunt nepetæ aridæ folia etiã, eorumq; pariter succus: aut silphij radix liquor'ue cum posca: thymus cum uino itidem & * lixiuia. Salsum nihil his detur: magis, n. sic lac coit & in caseũ trãsit.

ἀλλ' οὐδὲ τύπτουσι μᾶλλον. ἐνισάμενον δὲ ἐπὶ τὰ τοῦ στομάχου στενὰ πεζομαιωμένου πνίγει.

Nec uomitū ī his tētandus: strāgulat em̄ dū adexi tū luctatur, angustis stomachi meatibus hærens

INTERPRES.

NOn habet ueneni maleficium lac simpliciter coagulatū: alioquin nullus esset in cibo eius usus: sed quod anteq̄ concreuerit, admixto illi coagulo, aliquis biberit: coit. n. in stomacho, & coaguli ui q̄d illi admixtum est, concrescit in grumos, concretione q̄ illa interiores obstruit meatus, obstrusisq̄ his strangulationes facit. Plinius mali periculiq̄ huius genus diuersis locis diuersis uocibus indicat. Nos ex re & ex Græci nominis ui lac proposuimus, quod admixtum habebit coagulum: id. n. ἐμπυτιασθὲν parti cipium indicat: cæteri interpretes coagulatum simpliciter lac uerterunt. Nobis placuit certiorem illam rei indicationem sequi. Placuit etiam inter remedia nihil potius, q̄ quod ignoraremus asserere: quo loco. f. re lictum inane spatium non procul à fine capitis est: quem alter interpretum dissimulauit, alter lutum simpliciter dixit. Dioscoridis uerba sunt: καὶ πηλῷ πηλοριπτικῷ χρίειν. Pertinetq̄ id ad lixiuiæ genus aliquod, quale autem, non satis nobis constat, nisi forte hic præceperit utendum lixiuia quæ non per cinerem sed terram traiecta fuerit: πηλὸν enim lutum & aqua dilutam terram Græci uocant: sed nihil in ea re compertum affirmare quando nobis est. Potuit forte etiam ea imperari lixiuia, quæ non traiecta per cinerem aqua, sed uino facta esset: πηλὸν enim antiquissimi Græci uinum etiam uocauerunt. Et in hanc partem inclinat nobis animus: Nihil tamen constituimus, integram rem peritioribus seruantes.

Περὶ λιθαργύρου. Κεφ. ϟπδ'.

Λιθάργυρος δὲ πρεῖσα βάρος ἐπιφέρει στομάχῳ, καὶ κοιλίᾳ, καὶ ἐντέροις μετὰ στρόφων ἐπιπλαμβάνων. γίνεται δὲ καὶ ἀτρώσκει τὰ ἔντερα διὰ τὸ βάρος καὶ λεπέχει τὰ οὖρα. πρόσεστι δὲ αὐτῇ καὶ σῶμα μολιβδῶδες γίνεσθαι τὴν ἀπέπτεσιν λαμβάνουσι. ἐφ' ὧν ἁρμόζει μετὰ τὴν ἔμετον πινόμενα σὺν οἴνῳ τέρμινθος ἀτρία σὺν ἐλαίῳ, καὶ σμύρνης ⊲ ἡ. ἀψινθίου, ὑσσώπου), σελίνου σπέρμα, καὶ ἡπέτρου. ἢ κύπρου ἄνθος σὺν οἴνῳ. πρόσεστι τε ἀγριωμάφορος ξηρὰ μετὰ νάρδου καὶ οἴνου.

De spuma argenti. Cap. XXVII.

STomachum, aluū, & intestina graui pondere cū grauissimis torminibus p̄gravat pota argenti spuma. Pondere etiā intestina aliq̄n disrumpit, & L urinā compescit. Tumet his qui eam hauserunt ⌊corpus, & plumbeo colore decoloratur. Prodest post uomitiones agrestis orminij semen cum uino: L myrrhæ itidem drachmas octo, absinthium, hyssopum, apij semen, ⌊aut piper aut ligustri flores cum uino pariter bibisse: palumbium q̄ cum nardo uinoq̄ factum fimum.

INTERPRES.

VNa tantum litera cypros quæ Latinis ligustrum est, à cypero qui quadratus odoratus iuncus fissile dicitur, differt: Ideo facile fuit in antiquis exemplaribus scriptoris huius alteram uocem pro altera scribi. Diuq̄ nos anxij cum uariarent in his antiqui etiam Græcorum medici, Nicandrum testem secuti ligustrum uertimus: In eo enim carminis necessitas nō aliter q̄ ligustrum legi posse & debere ostendit. Versiculus eius est: κύπρου τε βλαστεῖα νεαθέα, quod est: Et ligustri nuper florentes germinationes.

Περὶ ὑδραργύρου. Κεφ. ϟπέ.

Ὑδράργυρος ἢ πρεῖσα, τὰ αὐτὰ ἐπιφέρει τῷ λιθαργύρῳ. μὴ ἐπὶ τόσον δὲ βλαβερῖς αὐτοῖς δοκιμάσαι χρεών. δοκεῖ δὲ αὐτοὺς ὠφελεῖν L πολὺ ⌊γάλα πινόμενον. ἐμέτωσαν δὲ μὴ ὄντι.

De Argento uiuo. Cap. XXVIII.

NOcet argenti spumæ pariter potum argentum uiuum: Iisdem ideo remedijs utendum. Videtur tamen prius tim prodesse potum, tum uomitionibus redditum L copiosum ⌊lac.

Περὶ τιτάνου. Κεφ. ϟπς'.

Τίτανος, σανδαράχη μὴ ἀρσενικὸν πρασθέντα, τὰ αὐτὰ ἀλγήματα κοιλίας μὴ ἐντέρων ἐπιφέρει μετὰ δριμέος σφοδροῦ. ὅθεν προσφέρειν δεῖ ἅπαντα ὅσα μετὰ τῶν κιρνάναι δύναται δὲ εὐμύελος, μὴ πρὸς τὴν κοιλίαν ὀλιθηρὸν πεφυκώς. ὃς ἐστὶν ὁ τοῦ ἐδίσκου μὴ τῆς μαλάχης χυλὸς λίαν ὀλιθηρὸς ὑπάρχων. παρέχειν δὲ δεῖ καὶ ἀφέψημα λινοσπέρμου. καὶ ὁ τῆς τράγου καλουμένης βοτάνης καρπός. ἢ ὀρυζικὸς. καὶ γάλα πολὺ σὺν μελικράτῳ. καὶ ζωμοὶ λιπαροὶ μὴ εὐχυμοι.

De Calce, sandaracha, & auripigmento. Cap. XXIX.

FAciunt alui & intestinorum cū grauissima erosione dolores pota calx, sandaracha & auripigmentum. Danda ideo sunt quęcunq; mixta illis temperare ea possint, simulq̄ uomitiones faciles & lubricam aluum faciant, qualis hibisci & maluæ multæ lubricitatis succus est. Dandum præterea lini semen, aut frumentacei tragi, aut oryzæ decoctum: quinetiam copiosum lac cum mulsa aqua, & pinguia esculenta iura boniq̄ succi.

INTERPRES.

RElinquerunt in uenenatis metallicis his cęteri interpretes alterā remedij partē, quod in scriptore hoc male legebatur ἐνμῶν, dissimulantes: uertitq̄ Barbarus suauem, non absurda interpretatione: si in tam præsenti periculo quærenda potius suauia quàm apta & utilia essent. Alter relicta penitus ea dari

dari oportere ait quæ ſuffrenare & ſoluere poſſint, paulominuſq; cõtrario interſe duoꝝ uerboꝝ ſenſu, rei uero & neceſſitati in altero penitus aduerſante: cũ tamen facillimũ eius fuiſſet ex cõmuni remedioꝝ in uenis ratione, & ex Græcoꝝ medicis, præſertimq; Paulo Aegineta quod male in hoc ſcriptore paſſim legebatur ὑμῶν, ad uomitiones transferre, ἐνεμισάς interpretari: quod nos fecimus. Cõmune enim hoc in omniũ uenenoꝝ maleficio, & primũ remediũ eſt, uomitionibus uenenũ educere: iubetq; eo loco Dioſcorides dari quæcũq; faciles uomitiones (ſignificatq; id ἐνεμὰς) & lubricã aluũ faciant: Non quod ſuaue ſit, aut ut ille alter ait, ſuffrenet. Debuerant in eodẽ hoc capite ijdẽ interpretes meminiſſe, duos ab hoc ſcriptore numerari tragos: alterꝝ ſecundo uolumine inter frumẽtacea, alterꝝ quarto inter herbas cõtrarijs uiribus & euẽtibus: Si quidẽ frumentaceus inter cætera κριθίας μαλακτικὰς, id eſt, molliendę aluo aptus deſcribit̃: alter uero & qui in cẽſu herbaꝝ numerat̃, συπλικὴν δύναμιν, id eſt, adſtringẽdi & ſpiſſandi uires habere tradit̃: & cũ cõtrarias huiuſcemodi uires in eis inueniſſent, uter cõtra uenena aptior futurus erat, cogitare: in quoꝝ remedijs nũq; adſtringẽtibus, ſemper autẽ laxantibus & deijciẽtibus uti omnes præceperunt: Græcoꝝq; alios conſulentes medicos, qui tragum dari iubent, non herbã ſed ex frumẽtaceo genere tragũ, eũq; hoc loco uertere: Sic eñ Paulus Aegineta remediũ inſtituit, ſic cæteri omnes. At paſſim in cunctis legit̃. Fatemur id quidẽ: uerũtamẽ iuſcemodi uires in eis inueniſſent, uter cõtra uenena aptior futurus erat, cogitare: in quoꝝ remedijs nũq; adſtringẽtibus, ſemper autẽ laxantibus & deijciẽtibus uti omnes præceperunt: Græcoꝝq; alios conſulentes medicos, qui tragum dari iubent, non herbã ſed ex frumẽtaceo genere tragũ, eũq; hoc loco uertere: Sic eñ Paulus Aegineta remediũ inſtituit, ſic cæteri omnes. At paſſim in cunctis legit̃. Fatemur id quidẽ: uerũtamẽ codicũ fidẽ, in quibus ratio & alioꝝ autoritas repugnet, ſequi, plebis quæ cor cæcũ autore Pindaro plerũq; habet, fidẽ & iudiciũ ſapiẽtibus & neceſſitati anteponere eſt: quod nunq; ſapiens aliquis fecerit.

Περὶ λαπῶδους θαλασσίου. Κεφ. ϡπζ'.

Ἀπωσῦ δὲ θαλασσίου πρὸ ἐντὸς, παρακολουθοῦσι τεῦσις ὁμοίας ἰχθύσι βρωμώδεσιμ. ᾧ ἢ ὧδε χρονίσαι, κοιλίας τε ἀλγεῖ. ἢ οὖρα ἐπέρχεται. ἀπεσθοφή τε ἢ μῖσος πρὸς πάντα ἰχθῦς. ἢ ἰδρῶσι δυσώδη. προέπεται ἢ αὐτοῖς ἐμετος χολώδης, ἐνίοτε αἱματι μεμιγμένος. ὅτε δ' ἐστὶ ὁμαλὰ οὖρα ἢ γλυκὺ σωεχῶς. ἢ μαλάχης ῥίζης ἢ τῶ φύλλων τὸ ἀφέψημα. ἢ κυκλαμίνου ῥίζαμ λείαμ σὺμ οἴνῳ, ἢ ἐλαιόγαρου μέλανος, ἢ σκαμμωνίας ὀπῦ μετὰ μέλιτος κύαθ. ἑῶμ τε πυρίνων, ἢ κεδρίας λείας μετ' οἴνου L ά. J πρὸς δὲ χλιαρὸς αἷμα πρὸς μὲν δὴ μόμ. μὴ δυνάμενοι ἢ δοῦναι ἰχθύας προσενέγκαθ, μόνας τὰς παμίσας κολίους ἐφθοὺς ἐσθίουσι. καὶ πίνουσι μοῖνον μεμιγμένον ἐπ' αὐτῷ L ἢ πέασους ἰμ ὠφελόμενοι. J τεκμήριομ δὲ τοῦτο ἐπ' αὐτῶν σωτηρίας ὅταμ ἄρξωντ ἰχθύας προσφέρεσθαι.

De Lepore marino. Cap. XXX.

SEquitur marini leporis potũ corruptis piſcibus ſimilis in guſtu uiroſus ſapor. Procedẽte deinde tẽpore, aluus dolore uexatur. Supprimitur urina: & ſiquãdo ea erumpit, purpureo colore eſt. Auerſantur prẽterea & oderunt piſces alios omnes, qui marinũ leporem hauſerunt. Sequitur etiã graui odore ſudor, bilioſuſq; uomitus, & aliquando cruẽtus ſuperaccedit. Dandum continue his aſininum lac, paſſum'ue radicisq; & foliorum maluæ decoctum: aut trita cum uino cyclamini, quam rapum terrę dicunt, radix: aut ueratri nigri ſcammoniæ'ue herbæ liquor, nucleorumq; punicæ aut conciſæ cedriæ cum mulſa aqua Ldrachma. J Succurrit huic malo etiam potus ſuo calore adhuc calens anſerinus ſanguis: & cũ piſces alios omnes auerſentur & oderint q marinũ leporẽ hauſerũt, ſolos fluuiales cãcros libẽter edũt, & admixto uino tritos bibũt. L Cõcoquũtq; eos præſenti remedio: J indiciũ & ſpes ſalutis eſt, cũ piſces amare & in cibos admittere cœperint.

INTERPRES.

SAtis certa in ſcriptore hoc cunctisq; alijs hauſti marini leporis remedia ſunt: ſatis certæ etiã mali eius in cunctis notæ. Variant ab hoc ſcriptore tantum cæteri, quòd plures & diuerſæ aliquot à Nicandro in extremis Alexipharmacis ſuis notæ quàm à Dioſcoride numerantur: & à Græcorum medicis aliter remedia quædam inſtituuntur: non tamen eouſq; diuerſa ea ſunt, ut priuatim diligentiusq; multa legentes monuiſſe oporteret. Addidimus nos uiroſo piſcium odori quem ſentiri hauſto marino lepore hic ait, corruptorum: quoniam id Nicander addit: μυθμὸς δ' ἰχθύσιν γε πόλλων ἄπο σαπρυνθέντων: quod eſt: Piſcoſusq; ſapor ceu piſcium corruptorum. Aliqua itidem ex Græcorum medicorum diſciplina certius ut nobis uidetur reddita ſunt: quę ſignaſſe hactenus uoluimus, ne quis diſceſſiſſe nos temere ab aliorum interpretum ratione opinetur: quæ autem ea ſint facile uidebunt legentes.

Περὶ φρύνου. Κεφ. ϡπή.

Φρῦνος βάτραχος ἕλκος προσσμέχθεὶς, ἐπιφέρει οἰδήματα σώματ μετὰ ὠχρότητος ἐπιπεταμένης. ὡς δοκεῖμ πύξῳ ἐοικέναι. δυσωνία ἔμ τε δυσωδίᾳ ὀδωδέναι δ' σόμα. δυσουρεῖ δὲ αὐτοῖς ἔπειτ'. ἐνίοτε ἢ ἠ ὠὲ ἐμαῖ ἀπὸ αἰσχρᾶς ἐκκρίσεις. εὐβοήθητοι τε τυγχάνουσι μετὰ τὸμ ἔμετομ λαμβάνοντες ἄκρατομ ὠοτύρου. δυσουρεῖ καλάμου ῥίζης < ϛ'. ἢ κυπείρου δ' αὐτὰς ἠ ἀναγκάζειμ σωτόνως

De Rubeta, mutaq; paluſtri rana. Cap. XXXI.

HAuſtę rubeta uel muta paluſtris rana, tumores corporis cum eo pallore faciũt, ut buxo ſimiles uideãtur qui alterutrã hauſerint. Superaccedũt prẽterea ſpũs anguſtiæ, animæ & oris fœtor, ſingultuſq; aliqñ, & ſua ſpõte nec uolẽtibus ſeminis fluxus. Facillime poſt uomitiones multa meraci uini potione ſanant, radicũq; harũdinis duabus drachmis, aut quadrati odorati iunci eodem pondere. Cogendi prẽterea ſunt in eo periculo conſtituti multa celeritate

πρὸ πατῆμ Ⓒ τρέχειν δι' ἀτὸ ἐμαυτῆς νήκων δες. λύειν τε καθ' ἑκάστην ἡμέραν,

spatiari currereq́, ob eum qui ex hoc malo nascitur torporem, lauariq́ quotidie.

INTERPRES.

DEerat titulo capitis altera rana: Nos ex omnium disciplina, historiæq́ huius necessitate eam restituimus, ut huic scriptori omnia & hic & alibi responderent.

περὶ βδέλλας. Κεφ. ϞΠΔ'.

Δέλλας τὰς καταπινομένας σὺν τῷ ὕδατι, Ⓒ προσφυομένας ἐν τῇ καταπόσει τῷ σώματι ἐν κοιλίᾳ, ἑλκούσας τὰ μέρη, καὶ φαντασίαν ἐμπυήσεως παρεχούσας, ὅπερ καὶ σημεῖόν ἐστι τοῦ βδέλλας καταπεπόσθαι, ἀπαμβλύνει ἅλμη καταῤῥοφηθεῖσα, Ⓒ ὄξος κυρηναϊκὸς, ἢ φύλλα σιλφίου, ἢ τεύτλου σὺν ὄξει L ἢ χυμὸν σὺν ὄξυκράτῳ ⌋ πινόμενα. ἀναγαργαρίζεσθαί τε νίτρον σὺν ὕδατι, καὶ χάλκανθον σὺν ὄξει, ἀνεθέντι. τὰς δὲ ἐν τῇ βρόγχῳ προσφυείσας ἐμβιβάσας εἰς ἔμβασιν θερμὸν, σίδου ψυχρὸν ὕδωρ ἐν τῷ σώματι διακρατεῖν, καὶ ἐξελεύσονται.

De Hirudinibus. Cap. XXXII.

HAustas simul cum aqua hirudines uentriculiq́ ostio in descensu hærentes, locoq́ illic trahentes, & ueluti suctus imaginẽ & sensum afferentes, q̃d haustę hirudinis indiciũ est, suppotæ pellit muria, Cyrenaicusq́ liquor, aut silphij betæue folia cũ aceto, L aut nix cũ posca ⌋ pota. Gargarissandũ præterea cum aqua nitrũ, & cũ aceto atramentũ sutorium. Quod si gutturi hæserint, facito in calidã aquam descendãt: datoq́ frigidã in ore retinendã: eaq́ ratione prosilient hirudines.

INTERPRES.

PLura & certiora pro haustis hirudinibus docẽt Græcoq́ medici: primũq́ inter notas numerant, quæ nullæ in hoc scriptore sunt, floridi ut illi aiunt, id est, uiui sanguinis excreationes. In remedijs etiam lupinoq́ farinam addunt. Ex eorumq́ disciplina, ut uidetur, nouissimorum alter interpretum scriptori huic remedium illud addidit, quod alioqui in scriptoris huius codicibus inuẽtum à nobis hactenus nõ est. Causam etiam afferunt, cur frigidæ aquæ sensu quæ ore contineatur, prosiliant faucibus hærentes hirudines. Ea est, q̃ frigidæ aquæ appetẽtes ad eam festinant. Adijciunt & illud, cimices dedisse aliquos, quod hic ipse secundo uolumine in cimicibus præcepit. Nec male suspicetur aliquis deesse huic scriptori hoc loco inter remedia, quod alibi in historia cognitum imperatumq́ fuerat. Galenus priuatim alijs usum se fuisse testatus est, nec alio indiguisse remedio.

προσοντέον δὲ μὴ τὴν ἐπ' ὠφελείᾳ διδομένων, ἐπιφερόντων δὲ πλάκας κινδύνου οὐχ ἧττον ἄλλων φλεγμάκων, ὡς ἐλλεβόρου λευκοῦ καὶ θαψίας, καὶ ἑλατηρίου, καὶ ἀγαρικοῦ τοῦ μέλανος. πυιγμοὶ δὲ ὑπερφέρει ταῦτα ἢ ὑπερκάθαρσιν. θεραπεύομεν δ' ὡς προείρηται ἐπὶ μυκήτων Ⓒ τῶν ὁμοίων. τὰς δὲ ὑπερκαθάρσεις τοῖς σωματίοις ἐπέχειν τὰς ἐκκρίσεις σελοῦμεν. μὴ τῶν μὲν σφοδρῶν ἐπ' ὀλίγον ἐλάττειν, ἐνίοτε δὲ κινδύνους ἐπιφορὰν, οὐκ ἀμελητέον. ὧν ἐστι τὸ ἄγριον πήγανον, Ⓒ τὸ μελάνθιον, καὶ οἱ νεόποιοι πάντες.

De Veratro, quibusdã̃q́ alijs quæ sanitatis & salutis causa dantur. Cap. XXXIII.

PRudenter tractari etiã ea oportet, quæ salutis quidem causa dantur, nõ minora tamen alijs pericula afferunt, qualia sunt ueratrum album, Thapsia, Elaterium, & agaricum nigrum: strangulationes enim hæc etiam faciunt, aut ultra q̃ opus est purgãt. In quibus strangulationes quidem nõ aliter q̃ in fungis præmonstratum est, curabuntur. Copiosiores uero purgationes his quæ excrementa cohibere possunt, cõpescentur. Non sunt negligenda etiam quæ parum quidem nocere uidentur, aliquando tamen uitæ periculum faciunt, qualia sunt agrestis ruta, nigella, & recentes pappi: qui flores sunt spinæ quæ in carduorum genere cactos uocat. Cõtra quæ ut in melius restituamur, solus uomitus satis est.

περὶ ἄξος. Κεφ. ϞΣ'.

ΑΞος. ἄνθος ὄξινον ἀκάνθης τῆς καλουμένης ἄξος. ἐφ' ὧν ἔμετος μόνος πταλιφθεὶς ἀποκαθίστησι τοὺς λαμβάνοντας.

INTERPRES.

QValem descripsit in inferis suis Deiphobũ poëta noster Lacerũ crudeliter ora, Ora manusq́ ambas, mutilata q́ tpa raptis: Auribus & truncas inhoneſto uulnere nares: talis & tã male habitus à Græcorum librarijs toto hoc capite scriptor hic noster fuerat. Qui primũ nullo intercedẽte discrimine hirudinibus cõiunxerant, quæ seorsum tractanda fuerant, saluti hominũ aliquando inseruientia, & in quibus imprudens tantũ & nimius uitandus usus est: Tum in fine capitis diuiserant (coniungendũ alioqui superioribus) quod illic ad cactos pinã pertinet: quã etiam male scriptam relinquẽtes, alijs ante nos interpretibus miscendi tã multa imponere causam attulerũt. Fecerunt q́ ut alter continuata historia tã multa & diuersa simul docuerit: alter cõtrà, q̃d in fine cõiungendũ fuerat, separauerit: ambo q́ axon in plantam q́ fine nũquam uerint hactenꝰ in scriptore hoc inauditã, nobis sane incognitã, sed ab illis etiã nõ descriptã. In quoq́ instauratione nõ adeo laborandũ illis fuerat, si eadẽ hæc ex hoc ipso scriptore ijsdẽ uerbis excripta à Paulo Aegineta fuissent.

